BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
D
11
NAPOLI

XXI.
D.
11.

Digitized by Google

Nobilis & Ampliſsimi J C.

Dn.

LUDOLPHI SCHRADERI BRUNSVICENSIS,

Collegij Juridici in Academia Francophurdiana ad Oderam quondam Præſidis ordinarij,

CONSILIORUM SIVE RESPONSORUM JURIS

Volumen Secundum,

Nunc primum in lucem editum.

STUDIO ET OPERA

JOANNIS BRANDIS HILDESHEIMII, JC. & Coll. Sax. in Acad. Erphurd. Patroni.



M. DC. IX.

CUM PRIVILEGIO S. CÆSAR. MAJEST. DECENNALI.

Cura & Sumptibus HENNINGI GROSII S. Bibliopol. Lipſenſ.

JENÆ TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.

CANDIDO LECTORI
JOANNES BRANDIS J. U. D.
Salutem.

QVI JUDICIS SUSTINENT PERSONAM, & judicandi munere rectè perfungi: Similiter, qui vel in foro litigantibus patrocinium & conſilium præbere feliciter volunt, LECTOR BENEVOLE, *bis, inquam, in tàm profunda Juris Philoſophia & opinionum varietate, non parum conducit, quod in cauſis dubijs à præcipuis Juriſconſultis praxeos peritis, & tàm in agendis quàm cognoſcendis cauſis diu verſatis, deciſum & reſponſum eſt: Quandoquidem hac ratione efficitur, ut quæ in eodem genere controverſiæ antè obſervata ſunt, apud judicantes valeant, & partes eorumq; Advocati in bona cauſa armentur & animentur: in mala verò à litium tricis terreantur.*

In qua re noſtro & proximè elapſo ſeculo præclaram & Reipublicæ perquam utilem navarunt operam, apud nos Germanos, nobiles Juris Antiſtites, Henningus Göden, Udalricus Zaſius, Hieronymus Schurffius, Joachimus Mynſingerus, Matthæus VVeſenbeccius, Modeſtinus & Simon Piſtorij, Laurentius Kirchovius, Nicolaus Everhardus junior, Friſius, Præceptor meus Ingolſtadij, & nonnulli alij, ac poſtremò celeberrimum Collegium Juriſconſultorum in Schola Marpurgenſi:

Apud Italos, Marcus Mantua Benevidius Patavinus, Joannes Zephalus Ferrarienſis, Tiberius Decianus Utinenſis & Jacobus Menochius, Venetorum in Academia Patavina quondam Profeſſores illuſtres & Præceptores mei colendiſſimi, qui me diſcipulum per totum triennium, anno nimirum milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo quarto, quinto, ſexto & ſeptimo, ſingulari amore & favore Patavij proſequuti ſunt. Inter Italos etiam refero Bartholomeum Bartizolium, Philippum Portium, Proſperum Paſethum.

Apud Gallos verò, Bartholomeum Chaſſaneum, Carolum Molinæum, Franciſcum Hotomannum & alios. Labor idem fuit affinis mei

(†) 2 Dn

Digitized by Google

Dn. LUDOLPHI SCHRADERI, qui non in ſchola modò, ſed & in foro multos annos verſatus, atq; interim pluribus officijs cum laude defunctus eſt, ita, ut citra invidiam nomen Excellentis Doctoris reportarit, & pro exercitato ſui temporis Jureconſulto meritò ſit habitus.

Animum enim juvenis admodum ad praxin applicare cœpit, & poſt accepta Doctoratus Inſignia Bononiæ, ubi anno milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo ſecundo & tertio privatim Jura profeſſus in patriam Brunſuigam rediens, per triennium, nempe anno 1555. usq; ad annum 1558. & ultra, in ſchola VVitebergenſi Jura Canonica & civilia docuit.

Deinde à Joachimo II. Electore & Marchione Brandenburgenſi ad Academiam Francofurdianam cis Viadrum vocatus, Profeſſoris primarij, Ordinarium vocant, munus, ultra viginti annos, fideliter, diligenter & dextrè ſuſtinuit, interim nulli gravis, multis uſui. Et tali in ſtatione Principes plurimi in arduis negotijs ipſius opera & conſilio ſunt uſi.

Ferdinandus Imperator Romanus illi cauſarum Sileſiacarum maximè in ſuperiori Lauſnitz advocatiam commiſit.

Fuit etiam Imperatorum Maximiliani II. & Rudolphi II. fidus Conſiliarius: Itemq;, duorum Principum, Electorum Brandenburgenſium, nempe, Principis Joachimi II. & Johannis Georgij: Item, Principis Ioachimi Friderici, poſtulati Adminiſtratoris Primatus & Archiepiſcopatus Magdeburgenſis, Marchionis Brandenburgenſis: Item, Principis Georgij Friderici Marchionis Brandenburgenſis, Boruſſiæ Ducis: Sicut & Principis Iohannis Marchionis Brandenburgenſis, poſt obitum ejuſdem viduæ, Principiſſæ Catharinæ, Duciſſæ Brunſuicenſis & Lunæburgenſis, &c. Item & Principis VVilhelmi junioris, Ducis Brunſuicenſis & Lunæburgenſis, Item & Principis Iohannis Alberti, Ducis Megapolenſis &c. ut taceam alios multos Comites, Barones, Nobiles, Civitates, qui, ut Horatij verbis utar, ipſius oſtia Conſultores ſæpius pulſarunt, ita ut rectè Ioannes Baptiſta Cæſar, Syndicus Reipub. Francofurtenſis ad Mœnum de illo:

Juris Aſylon eras, Divis dilecte Monarchis,
Et tot Principibus nobilitate viris.
Majeſtas ita Fernandi, ſic Maximiliani,
Sic tua teſtatum, dive RODOLPHE, facit.
Hoc Dux Elector, qui Brennonis arva tuetur:
Hoc alii indiciis edocuêre Duces.
Ecquid & è tanto Francfordia læta ſuperbis
Nomine: quæ Viadri littora propter agis.
Jure quidem, &c.

Cui rei inſuper documentum præbent viginti ſex congeſta manu ſcripta Volumina Conſiliorum, quæ, qui in Bibliotheca Schraderiana mihi prælegata videt, laborem vix judicat hominis.

Ex his

Ex his ſelegi jam alterum Volumen, quod in publicum emittere & debui & volui: non ideò modò, ut promiſſioni & voto auctoris ſatisfacerem, ſed etiam ut rei literariæ maximè commodarem.

Hoc verò ſecundum tibi, benevole Lector, conſecro, nec ullum alium in ſpecie Dedicatione aliqua honorare neceſſe duco, qui illum contra obtrectatorum morſus in clientelam recipiat. Zoilum enim prorſus non curo, cum vel Demoſthene teſte: Calumnia nihil ſit imbecillius: Et quod Diogenes aliquando homini dixit moribus perverſis, qui calumniis inceſſerat Platonem, id & ego levido & malevolo Zoilo objecto, neque etenim ille malè de SCHRADERO *dicendo fidem merebitur.*

Tu Lector candide bonis benè utere, vive & vale. Hildesheimii 13. Martii, Anno 1609.

INDEX MATERIARUM SIVE QVÆSTIONUM PRÆCIPUARUM, QVÆ HOC CONSILIORUM VOLUMINE SEcundo tractantur, ſecundum ordinem Alphabeti.

A.

Actionis pignoratitiæ præſcriptio. 32
Actionum cumulatio. 32
Actio ad vindictam. 33
Agnatis apertum feudum quando ſit concedendum. 39
Annuæ præſtationes ex longi temporis præſcriptione. 42
Antiquitas. 41
Appellatio an tolli poſſit. 26
Appellationis pendentia. 31. 35
Appellatio deſerta. 36
Arbitri ſententia. 36

B.

Banniti. 37. 45
Bella movere. 37
Beneficium *l. 2. C. de reſcind. vendit.* 45
Bona fides. 40
Bona oppignorata redempta per unum de familia. 41

C.

Cauſa de novo orta. 34
Carcer. 26 27
Cereviſiam coquendi jus. 44
Citatus an perſonaliter compareat. 27. 37
Clericorum conſenſus in alienatione rerum Eccleſiæ. 39
Commiſſio cauſarum. 25
Commiſſarius delegatus. 37
Conſuetudo. 21. 23. 44
Condictio ob cauſam. 46
Continentia cauſæ. 24
Contractus perfectus. 29

D.

Deceptio. 50
Deſ[illegible] (3) 45
Delegatio cauſarum. 26. 37
Dignitatis ſuceſſor. 25
Difficilia probatu. 41
Diviſio. 46. 49. 50
Dominus vaſallum de parte feudi controverſa an inſeudare cogatur. 37
Donator de evictione an teneatur. 43

E.

Emens rem contra legis prohibitionem. 49
Epiſcopus bona ad menſam ſuam pertinentia an inſeudare poſſit. 39
Errans in jure an ſit in bona fide. 40
Exceptio ſententiæ latæ in petitorio adducta in cauſa reviſionis. 34
Exceptio nullitatis, incompetentiæ & reviſionis ſemel rejectæ iterum oppohi poſſunt. 35
Evictio. 43

F.

Factum non durans. 38
Fœminarum in feudis ſucceſſio. 21
Felonia probanda. 27
Feloniæ remiſſio. 27
Feudum gratuitò conceſſum. 41
Feudum antiquum inſeudari ſolitum. 39
Feudum antiquum Epiſcopo apertum. 39
Fides Inſtrumentorum. 41
Fidejuſſores. 27
Fractæ pacis pœna. 37
Fructus a bonæ fidei poſſeſſore percepti. 40

G.

Geſta contra legis prohibitionem. 39
Generalis adſertio. 43
Gloſſæ auctoritas. 32

H.

Hypothecarii creditores. 30
Homagia. 21
Hæredum hæredes. 32

I.

Ignorantia. 39. 40
Inimicitiæ. 26
Inveſtituræ renovatio. 21. 33
Inveſtitura. 39. 43
Inſeudatio. 39
Inſolita. 39
Interdictum retinendæ poſſeſſionis. 22

Interru-

Interruptio præſcriptionis. 24
Intereſſe. 28
Interpretatio actuum. 39
Juriſdictio. 22
Juris realis inductio. 25
Judex in propria cauſa. 26
Juramentum calumniæ. 26
Juramentum. 32
Juri offerendi an præſcribatur. 32
Jus protimiſeos. 38
Judex negligens exceptionem ad proceſſum oppoſitam. 41

L.

Læſio. 46. 50
Lapſus longiſſimi temporis. 24. 32. 39. 47
Litis pendentia. 36
Liberatorius titulus. 24
Locatio conductio. 48

M.

Mala fides defuncti. 25. 32
Malæ fidei poſſeſſor. 32. 41
Mandatum ex lapſu temporis. 42
Mercatores. 44
Meliorationes. 40
Merita. 33. 39
Metus juſtus. 47. 27
Minorum contractus. 21
Multa ſeparata ſimul conſiderata. 39

N.

Nobilitas. 23
Nobiles mercaturam exercentes, aut cereviſiam coquentes. 44
Notorium. 39

O.

Obligatio pignorum. 32
Obſtagium. 26
Odioſa. 23
Officium judicis. 32
Omiſſa verba an pro omiſſis habeantur. 23
Onera realia. 25

P.

Pacis favor. 45
Pactum de revendendo. 32
Pares curiæ. 26
Particularis ſolutio. 33
Pignoratitia actio. 32
Piſcatio. 31
Plenitudo poteſtatis. 36
Prælatus alienans res Eccleſiæ. 39
Præſumptio ex curſu longi temporis. 42
Præparatoria judicii. 26
Præſcriptio. 23. 32. 44
Poſſeſſio. 22. 37. 48
Precum importunitate impetrata an valida ſint. 39
Principum contractus. 21. 43
Privilegia & eorum confirmatio. 23. 26
Primogenitus. 25
Prioritas temporis. 30
Privationis pœna. 36
Probatio. 47. 48

R.

Ratihabitio. 42
Rebelles. 23.
Reconciliatio. 27
Reconventio. 26
Recuſatio judicis. 27
Renunciatio. 28
Reſcripta. 37. 44
Res in certo loco exiſtentes. 39
Res una duobus in feudum conceſſa. 39
Retentio. 40
Reviſionis cauſa. 34. 36
Reverſi traditio. 21

S.

Salvus conductus. 37
Satisdatio judicio ſiſti. 26
Sedis vacantis poteſtas. 39
Sententia dominii declaratoria. 34
Sequeſtrum. 28. 48
Sigillum. 32
Societas. 28
Solutionis probatio. 24
Spolium. 27. 37
Statuta. 23. 27. 39
Succeſſor obligatus ex contractu ſui anteceſſoris. 25. 39
Subſcriptio. 32
Succeſſio in feudis. 45

T.

Tempus actui adjectum. 38
Teſtes. 47
Titulus liberatorius. 24
Tranſactio. 42. 47
Translatio poſſeſſionis probanda. 32

V.

Vaſallus feloniam committens. 27
Vaſallus inveſtituræ renovationem petat. 33
Venditio rei eccleſiaſticæ. 39
Violentia. 47
Uti poſſidetis interdictum. 22

SCHRA-

SCHRADERI picta quiſquis ſub imagine vultus
Conſpiciet vigiles quas habuitq́ faces;
Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora gerebat
Gloria Romulei Scævula juris, ait.



Non malè ſpectator ſentis bone; corporis aſt hic
Artificum tibi dat dextra modo effigiem.
Diſcupis ingenij varias cognoſcere dotes,
Erudient doctæ pulpita doctæ ſcholæ.
Scriptaq́; (nunc GROSSI vulgat quæ cura popello)
Poſthuma, non ullâ intermoritura die.
Nervos atq́; cutem morti debemus; at ultrà
Nil valet ingenij Morta nocere bonis.
Donec aquas Viadrus fundet; tua Scripta manebunt,
Et te poſteritas grata, SCHRADERE, canet.

CONSI.

CONSILIUM VICESIMUM PRIMUM FEUDALE.

Pro Illuſtriſsimis Principibus ac Dominis I. & A. Ducibus in S. & H. contra Sereniſs. Regem Daniæ F. Secundum, concernentem Inveſtituram Ducatus Schleiſvvicenſis.

SUMMARIA.

1. *Minor 25. annis regulariter feudum dare nequit.*

2. *Nec res immobiles alienare.*

3. *Etiamſi Tutorem non habet.*

4. *Et contractus celebratus ſit in præſentia Principis.*

5. *Quod & in minore regalem dignitatem habente, obtinet.*

Declarantur tamen hæc omnia n. 74. & ſeqq. & n. 171.

6. *Invalidum in conſideratione non habetur, perinde ac ſi illud nunquam in rerum natura fuiſſet.*

Idem eſt in eo quod penitus extinctum eſt, n. 32.

7. *Effectu quod caret, regulariter in conſideratione non habetur.*

8. *Natura feudi.*

9. *Verba quælibet ſecundum ſubjectam materiam vel naturam rei qua de agitur intelligenda.*

Declaratur n. 175.

10. *Et ſic ne ſupervacanea ſint & ſine effectu operandi.*

Declar. n. 147.

11. *Interpretatio verbis repugnans vel non conveniens rejicienda, & n. 146.*

12. *Inſtrumentum contrarietatem continens, nullum eſt.*

13. *Actus agentium ultra intentionem eorum operari non debet.*

14. *Inducta ad unum effectum, alium non debent operari.*

15. *Limitata cauſa, limitatum effectum producit.*

16. *Inſtrumentum extra verba ejus extendi non debet.*

17. *Sententiæ & rei judicatæ quanta vis & n. 83. & ſeqq.*

18. *Ab arbitri ſententia appellare non licet.*

Ampliatur ibid.

19. *Appellatio facti eſt & probari debet.*

20. *Appellationi etiam futuræ renunciare licet.*

21. *Appellatio eſt remedium juris civilis.*

22. *Et Roman. Imper. illam tollere poteſt.*

23. *In controverſiis inter Principes ſeculares ratione feudi motis, Papa competens eſt.*

24. *Fœmina in feudum non ſuccedit.*

25. *Ampliatur hic: at declaratur & limitatur n. 116. & aliquot ſequentib. & n. 176. & 177.*

26. *Appellatione hæredis in feudis maſculus tantum continetur.*

27. *Idem eſt, ſi feudum titulo oneroſo fuerit acquiſitum.*

28. *Maſculi item ex fœmina deſcendentes, à feudi ſucceſſione repelluntur.*

Declaratur n. 116. & ſeqq.

29. *Vaſallo ſine maſculo hærede decedente feudum ad dominum revertitur.*

30. *Et quidem ipſo jure.*

31. *In tantum ut ſententia declaratoria neceſſaria non ſit.*

33. *Fœmina etiam in allodialia non ſuccedit ſi habeant regalia, vel regalem dignitatem cum*

 mero

mero & mixto Imperio. Improbatur numer. 178.

34. Tenor antiquæ conceſſionis, an & quando non eſt conſiderandus reſpectu vaſalli, qui ſub antiqua Inveſtitura comprehenſus non fuit, & num. 179.

35. Dominium feudi ipſo jure in ſucceſſores tranſit.

36. Vt & poſſeſſio, ſecundum multos.

37. Semel Dominus alicujus rei ulterius ejuſdem Dominus effici nequit.

38. Inveſtitura in dubio præſumitur eſſe concepta ſecundum jus commune feudorum.

Declaratur n. 181.

39. De tenore Inveſtituræ, & quantopere ille in omnibus controverſiis feudalib. attendendus ſit.

40. De tenore primæ Inveſtituræ, & n. 226.

41. Quodq; ne Princeps quidem illum invito vaſallo mutare vel alterare poſſit.

42. Principium cujusq; rei potiſſima pars eſt.

Et potiſſimùm attendendum, n. 44.

43. Secundum potiùs & digniùs in omnibus negotijs judicandum.

45. Principes ex contractu perinde ut privati obligantur.

46. Quod ampliatur & extenditur.

47. In Principe debet eſſe conſtans voluntas tanquam in fonte juſtitiæ.

48. Princeps immobilis eſſe debet, ſicut angularis lapis & polus.

49. Levitas in Principe in primis vituperanda.

50. Feudum contractus eſt.

51. Et quidem nominatus, ſecund. comm.

52. Et ultrò citròq; obligatorius.

53. Ex contractibus Principis etiam ſucceſſores obligantur.

54. Potiſſimùm ſi nomine dignitatis ſint initi.

55. Ex his enim indiſtinctè obligantur. etiamſi non per ſucceſſionem, ſed per electionem ad dignitatem aſſumantur, ſecund. comm.

56. Diſpoſitio Regis an realis vel perſonalis ſit, quot modis cognoſcatur, & n. 64.

57. Contractus Principum in dubio cenſentur nomine dignitatis initi

58. Etiamſi ſint initi nomine proprio, dignitatis nomine non expreſſo, ſecund. quoſd.

59. Quod indubitanter procedit eo caſu, quando contractus ſunt initi ratione rerum ad principatum pertinentium.

60. Idem eſt, ſi cum conſenſu & conſilio Conſiliariorum celebrati ſint.

61. Hi enim pro utilitate regni initi præſumuntur.

62. Quo item caſu ſucceſſor in dignitate indiſtinctè obligatur, ex contractibus prædeceſſoris.

Vt & tunc, quando Princeps facit ea quæ ſunt de natura vel conſuetudine ſui officij, numer. 67.

Vel quando contractus eſt factus ex cauſa oneroſa, num. 69.

63. Sicut & tunc quando contractus eſt realis.

64. Contractus Regis vel Principis ex quo realis probetur.

65. Quodq; regulariter realis præſumatur.

66. Etiamſi fuerit à Prælato celebratus, nomine proprio, non expreſſo nomine dignitatis.

68. Princeps concedens alicui rem ad principatum pertinentem, intelligitur ea facere, quæ ſunt de natura & conſuetudine ſui offitij.

70. Feudum cauſa oneroſa eſt.

71. Proceres & Conſiliarij regni totum regnum repræſentant.

72. Forma quam præciſè adimplenda.

73. Verba contractus cenſentur forma ejuſdem.

74. Princeps minori liberam adminiſtrationem ſuorum bonorum concedere poteſt.

75. Idem populus poteſt ſuperiorem non recognoſcens.

76. Minor 25. annis quando rem aliquam de novo in feudum concedere poſſit.

77. Ex lapſu temporis regulariter omnes ſolennitates in alienatione alicujus rei requiſitæ, interveniſſe præſumuntur.

78. Procurator generalis donationem ad remunerandum benemerita facere poteſt.

79. Minor item res immobiles abſq; ſolennitate alienare poteſt, ob benemerita recipientis.

80. Et res Eccleſiæ in remunerationem meritorum in Eccleſiam collatorum alienari poſſunt.

81. Conceſſio feudi facta à Rege poſt electionem, etiam ante coronationem rata & firma eſt.

Idem eſt, in quovis alio actu, ibid.

82. Rex vel Princeps ex regno vel principatu ſuo injuſtè expulſus, nihilominus Rex & Princeps manet.

83. Inveſtitura invalida confirmatur per ſubſequentem ratificationem & confirmationem Imp.

48. Quæ tàm tacitè quàm expreſſè fieri poteſt.

Taciti & expreſſi regulariter eadem virtus, ibidem.

85. Verborum mens & vis potiùs quàm qualitas attendenda.

86. Titulus invalidus errore accedente juſtam cauſam præſcribendi præbet.

87. De

87. De vi lapſus vel poſſeſſionis temporis immemorialis. & n. 230.234 & n. 235. latè.

88. Effectus ſententiæ etiam ejus quæ in rem judicatam tranſivit, 30. annos durat.

Et executio ſententiæ intra 30. annos peti poteſt, ibid.

89. Adverſus ſententiam præſcriptio etiam cum mala fide currit

90. Sententiæ etiam illi quæ in rem judicatam tranſivit, renunciari poteſt.

91. Etiam tacitè.

92. Hæc renunciatio ſententiæ, ſaltem tacitè unde inducatur.

93. Per contractum poſteriorem derogatur omnibus illis, qui iſti contractui quolibet modo refragantur.

Extenditur & ampliatur ibid.

94. Benemerita præcedentia idem operantur quod clauſula Non obſtante.

95. Et clauſula Motu proprio.

96. Clauſula Motu proprio, in multis æquiparantur clauſulæ Non obſtante.

97. Vis confirmationis & clauſulæ Ex certa ſcientia, & n. 106 n 1 2.

98. Confirmatio ex certa ſcientia quando facta dicatur & cenſeatur.

99. Vis conſenſus geminati.

100. Benemerita in multis idem operantur quod conſenſus geminatus.

101. Confirmatio in dubio ex certa ſcientia facta præſumi ur ſec ind. multos

102. Omne dicens nihil excludit.

103. Vis clauſulæ plenitudine poteſtatis, & n. 113.

104. Nullum quod eſt impedimentum non præſtat.

105. Actus nulliter geſtus iterato rectè geri poteſt.

106. Confirmatio facta ex certa ſcientia reputatur eſſe nova conceſſio.

107. Quando idem ſit in confirmatione facta in forma communi.

108. Solus titulus quando poſſeſſionem traditionis operetur.

109. Imperator bona Imperij in feudum concedere poteſt.

110. Etiamſi antea nunquam fint in feudum conceſſa.

111. Modo conceſſio illa non ſit conjuncta cum magno præjudicio Imperij ſecund q. ofd

114. Vis clauſulæ Motus proprii, & num. 219.

115. Princeps vel Rex feudum ſibi aperium & infeudari ſolitum pro ſe & heredibus ſuis retinere nequit.

116. Fœminæ & ex ea deſcendentes, ad ſucceſſionem feudi ſemper admittuntur contra quoſdam n. 177.

117. Vt & ad ſucceſſionem feudi Franci.

118. Et ejus, quod alicui ob benemerita conceſſum eſt. ſecund Parif.

Itemq; ad illud, quod regalem dignitatem annexam habet, ſecund. magis communem n. 123. & n 178.

119. Conceſſio quævis in feudum, intelligitur facta ſecundum jura loci in quo inveſtitura facta eſt.

120. Vel feudum ſitum eſt.

121. Conſuetudo Regni extenditur ad omnia loca iſti regno ſubjecta.

122. Ad ſucceſſionem feudi admittuntur etiam collaterales ultimi defuncti a primo acquirente originem trahentes.

124. Fœmina ſemel à feudo excluſa, in perpetuum excluſa manet, ut & deſcendentes ex illa.

125. Quod tamen multi intelligunt procedere donec maſculus ſupereſt.

126. Quibus non pauci contradicunt.

127. Indubitanter vero hæc regula non procedit in feudo improprio.

128. Feudum improprium quod ſit & reputetur.

129. Feudum in dubio hæreditarium præſumitur.

130. Feudum in cujus acquiſitione hæredum mentio facta eſt, hæreditarium dicitur.

131. Verbis claris inhærendum

132. Pacto effici poteſt, ut fœmina & ex illa deſcendentes in feudum ſuccedant.

133. Item & ſtatuto.

134. Privilegio.

135. Conſuetudine.

136. Vis lapſus immemorialis temporis & nu. 146.

137. Tempus immemoriale regulariter quid dicatur.

138 Voluntatis mutatio non præſumitur.

139. Aſſertio majorum pro titulo habetur

140. Quilibet præſumitur poſſeſſionem ſuam continuaſſe vigore tituli quem habet.

141. Confeſſionis propriæ quæ quantag; vis & n. ſeq.

142. Confeſſio Regis an ſucceſſoribus in regno noceat.

143. Rem feudalem eſſe etiam per verba narrativa Principis probatur.

Item conjecturis & indicijs n. 145

144. Titulus & bona fides ex lapſu temporis qualiter præſumatur

145. *Vis plurium præſumptionum, & num. 225.*

146. *Dominus tenetur feudum ſibi apertum ei qui ultimo defuncto gradu proximior eſt, de novo concedere.*

147. *Ampliatur hoc aliquot modis.*

148. *Et illud feudum omnes qualitates priſtinas retinet.*

149. *Feudum 30. ann. de novo præſcribitur.*

150. *Res de facili revertitur ad ſuam naturam.*

151. *Renovatio vel conceſſio feudi finiti ſimpliciter facta, intelligitur facta cum omnibus qualitatibus, quibus præcedens facta fuit, & num. 158.*

152 *Idem eſt in conductione.*

153. *Prorogatione.*

154. *Repetitione.*

155. *Relatione.*

156. *Novatione.*

157. *Qualitas qua res ſemel affecta fuit, ſemper durat.*

159. *Forma vel qualitas pacto expreſſa cenſetur eſſe realis.*

160. *Præſumptionis vis, & num. 224.*

161. *Omnis actus ac diſpoſitio à ſolito interpretationem recipit, & num. 163. 180.*

162. *Solita apponi pro appoſitis habentur, etiamſi verbis omiſſa ſint.*

164. *Solitum ſive conſuetum quid dicatur.*

165. *Nemo ſimul & ſemel dantis & accipientis perſona vel vicibus fungi poteſt.*

166. *Niſi diverſo reſpectu.*

167. *Ex lapſu temporis longi præſumitur in actu intervenisſe licentia & conſenſus.*

168. *Et auctoritas alterius in actu requiſita.*

169. *Rex poteſt feudum ſibi ut Regi apertum & ad Regnum pertinens liberis & ſanguine junctis in feudum concedere.*

170. *An idem etiam poſſit Princeps Eccleſiaſticus, cujus minor eſt poteſtas quàm ſecularis Princeps.*

172. *Omnis actus quantum fieri poteſt, ita intelligendus, ne contrarietatem contineat.*

173. *Et ut ſalvitur.*

174. *Ius ſuperioris dominij, & jus directi dominij quoad ſubſtantiam differunt.*

178. *In vaſallum tàm directum quàm utile dominium transferri poteſt per conceſſionem feudi ſecund. magis commun.*

182. *In homagijs & juramento fidelitatis ſolita & antiqua forma ſervari debet.*

183. *Iuramentum fidelitatis præter vel contra formam antiquam & ſolitam præſtitum, nec juranti, nec ſucceſſoribus præjudicat.*

184. *Princeps tenetur ſubditos conſervare in eo ſtatu, in quo illos reperit.*

185. *Novitas omnis vitanda.*

186. *Novitas negotium ſuſpectum reddit.*

187. *Appellatione juris etiam conſuetudo venit.*

Conſuetudinis quanta vis, ibid.

188. *Conſuetudo non inducitur per actus privativos vel negativos.*

189. *Fallit, ſi hi actus ſaltem tacitè actum aliquem poſitivum continent.*

190. *Quando verò illum continere videantur.*

191. *Præſcriptio non currit in his quæ meræ facultatis ſunt.*

192. *Ampliatur hoc.*

Et declaratur num. 194.

193. *Conſuetudo ne immemorialis quidem introduci poteſt, in his, quæ meræ facultatis ſunt.*

Fallit num. ſeq.

195. *Conſuetudo introduci poteſt, etiamſi nulla contradictio judicialis intervenerit ſecund. comm. teſte Craretta.*

196. *Ad conſuetudinem introducendam, nec titulus nec bona fides requiritur.*

197. *Conſuetudo immemorialis quàm facile probetur.*

198. *Vaſallus ad ſervitia præſtanda ratione feudi obligatus non eſt, niſi in Inveſtitura hoc expreſſum ſit. ſecund. multos.*

199. *Nec eo caſu quando in Inveſtitura contrarium expreſsè vel tacitè actum eſt.*

200. *Affirmatum de uno in reliquis intelligitur eſſe negatum.*

201. *Voluntati alicujus permiſſum non cenſetur neceſſitati ſubjectum.*

202. *Vaſallus habens feudum honorificum ad ſervitia non tenetur.*

203. *Idem eſt, ſi habeat feudum Francum.*

Plures caſus vide n. 205. 227.

204. *Feudum Francum quid dicatur.*

206. *Verba quietè & pacificè æquipollent verb. liberè.*

207. Ver-

207. Verbum liberrimè pleniſſimam & omnimodam libertatem denotat.

208. Et dictio Als vel Sicut, pleniſſimam ſimilitudinem.

209. Vi clauſulæ quod quis rem conceſſam habere debeat, ſicut concedens illam tenuit.

210. Geminatorum verborum vis & n. 215.

211. Item univerſalium.

212. Dictio Quicquid univerſalis eſt.

213. Vt & dictio Omnibus.

214. Et dictio Quolibet.

216. Exceptio de Regula quid operetur?

217. Dictionis Duntaxat, & aliarum excluſivarum natura quæ?

218. Duo vincula vel plures cauſæ magis operantur.

220. Actus quilibet ab obſervantia poſtea ſecuta declarationem recipit.

221. Membra à capite ſeparari non debent.

222. Argumentum a veriſimili in jure frequentiſſimum eſt.

223. Argumentum item à communiter accidentibus, in jure probabile & frequens eſt.

228. Vaſallus quomodo immunitatem à ſervitijs præſcribat, & n. ſeq.

229. Reprobatur opinio Iacob. de S. Georg.

231. Bonæ fidei poſſeſſor præſumitur titulum habens etiam putativum.

232. Poſſeſſio quævis in dubio juſta præſumitur.

233. Maximè, ſi triginta annorum ſit.

234. Vel centenarea.

236. Princeps non poteſt alicui auferre Ius per remedium juris civilis quæſitum, ſecund. comm.

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO SINE QUO NIHIL FELIX VEL FAUSTUM.

DILIGENTER PERlectis conſideratisque transmiſſas actiones in cauſa inter Sereniſſimũ, Potentiſſimum, Illuſtriſſimumq; Principem ac Dominum, Dominum F. Secundum Daniæ, Norvvegiæ, Wandalorum, Gothorumq; Regem, ab una: Et Illuſtriſſimos Illuſtriſſimiq; generis Principes ac Dominos, Dominum J & Dominum A. hæredes Norvvegiæ, Ducibus in Schleisvvig & Holſtein, ab altera partibus, clementiſſimorum meorum Dominorum, Menſe Januario præteriti 67. anni in Odenſche pertractatas, ſimiliter etiam una miſſarum copiarum, experior illam cauſam principaliter in quatuor quæſtionibus conſiſtere.

Primò, num regia Majeſtas in Dania, Illuſtriſſimos Principes ſecundum formam & tenorem veterum Inveſtiturarum, nimirum Regis W. Regis C. & Regis N. Primi, literarum feudalium, Ducatum Schleiſvvicenſem in feudum concedere teneatur: an verò regiæ ſuæ Majeſtati conceſſum ſit, veteres illas Inveſtituras mutare; & ſuas Illuſtr. Celſ. in illam mutatam notulam literarum feudalium & præcipuè eum tenorem qui a regiæ Majeſtatis in Dania Commiſſarii & Conſiliariis in dicto Tractatu exhibita eſt, conſentire eamq; acceptare teneantur.

Secundo, Numne SS. Illuſtr. Celſs ex æquo ſecundum veterem formam de feudo debitam, quæ etiam veteribus literis feudalibus expreſſa eſt, relinquendi ſint: vel num, SS. Illuſt. Celſ. feudi debita in alia forma, quæ veteribus Inveſtituris & antiqua introducta conſuetudine, atque ita etiam præſumptive veteribus feudi debitis contraria ſunt, præſtare teneantur.

Tertiò, num Illuſt. SS. Celſ teneantur regiæ Majeſtati in Dania reſpectu literarum feudalium Reverſum tradere

Quartò, num SS. Illuſtriſ mæ Celſ. regiæ Majeſtati in D. de Ducatu Schleiſvvicenſi ſervitia vel feudi debita præſtare teneantur

Quantum ad primam quæſtionem attinet, animadverto ex tranſmiſſis actionibus tantum, quod regia Majeſtas exiſtimet illam non teneri Illuſtr. SS Celſitud. cum Ducatu Schleiſvvicenſi ſecundũ in tenorem veterum literarum feudalium Regis W. Regis C. & Regis N. Primi, inveſtire, ſed quod regiæ ſuæ Majeſtati conceſſum ſit, veteres illas literas feudales mutare: quodq; Illuſt. SS. Celſ. teneantur Inveſtituram ſecundum tenorem novæ exhibitæ notulæ accipere, & ad hoc docendum in

nuper celebratis tractaribus à regiæ Majeſtatis deputatis Conſiliariis ſequentes cauſæ fuerunt adductæ.

Primò proponitur, quod eo tempore quando Rex W. Comitem G. in Holſatia cum Ducatu Schleiſvvicenſi inveſtivit, literasq; feudales ipſi exhibuerit deſuper confectas, regiam ſuam Majeſtatem ſolummodò duodecim, vel ad ſummum quindecim annorum, & non majoris ætatis fuiſſe: Et ad hoc probandum referunt ſe ad Hiſtoriographos, qui hoc ipſum ita aſſerere debeanr: illisq; fidem adhibendam eſſe, præſertim in præſenti caſu, in quo agitur de facto antiquo probando, *Bart. l. 1. n. 22. ff. ſi cert pet. Duen. reg. 57.* Atq; hinc inferri vult, quod inde ſequatur literæ feudales nullæ, invalidæ, neq; ullo modo attendendæ ſint.

1 Namq; clari juris eſt, † quod minor 25. annor. regulariter feudum dare, vel alium de feudo inveſtire nequeat, *c. 1. in prin. & ibi And de Iſern. Alvar. Præpoſ. & Matth. de Afflic. per quos fiat inveſtitur.*

2 Sicut & alioquin † minor 25. ann. res immobiles alienari nequit, *l. 1. & tot. tit. ff. de reb. cor. qui ſub tutel. vel cur. ſunt. ſe decre. non alie. l. non ſolum. l. etiamſi. l. prædiorum. & l. ſi prædium C. de præd. minor. Iaſ auth Sacramenta puberum. in pr. C. ſi adverſ vend. Iaſ. conſ. 40. col. 2. lib. 1. Rol. à Vall. conſ. 54. n. 5. lib 2.*

3 Et hoc uſq; adeò verum eſt, ut procedit, ſive † minor tutorem habeat ſive non, *Bart. Alex. & Dd l ſi ex legato ff. de legat. 1. Iaſ conſ. 43. col. 2. lib. 1 Rol. à Vall. conſ. 54. n. 35. lib. 2.*

4 Item † etiamſi ille contractus fuerit celebratus in præſentia Principis vel Regis, *Roland. à Vall. conſil. 54. nu. 38. cum ſeqq lib. 2.*

5 Et hoc uſque adeò verum eſſe videtur, ut procedat etiam in iis, qui † regalem dignitatem obtinent. Namq; illi præſertim abſq; conſenſu Curatoris nihil neq; alienare, neq; alia quæ adminiſtrationem rerum ſuarum reſpiciunt, præſumere poſſunt, *Bart. l. quidam conſulebat. num. 13. ff. de re judic. arg. l. Spurij. §. 1. ff. de decur.*

6 Præterea quoq; certi juris eſt, † illud quod nullum ſive invalidum eſt, perinde in nulla conſideratione habendum, atq; ſi illud nunquam in rerum natura fuiſſet, *l. quoties. & ibi Iaſ ff. qui ſatisd. cog. l. non putavit. §. non quæris. & ibi Bart. ff. de bon. poſſeſſ. cont. tab. Iac Leonhard. inter conſ. Alber. Brun conſ. 114. num. 370. fac. tex. l. 1. §. inhabiles. & ibi gloſ ff. quod cujusq; univerſ. nom gloſ. l. accuſatoribus. C. de accuſatio. Bald. c. 1. §. ſi Clericus de pace tenend. Hip. de Marſ. l. de uno quoq;. circa fin. ff. de re jud.*

Cum itaq; prætendatur Regem W. tempore Inveſtituræ de Ducatu Schleiſvvicenſi factæ, fuiſſe minorem 25. annis, & non exceſſiſſe annum 12. vel ad ſummum 15. ætatis ſuæ, Videtur dicendum, illam Inveſtituram viribus carere, nullam eſſe & perinde habendam, atq; ſi illa nunquam in rerum natura fuiſſet.

Secundò prætenditur, Regem W. eo tempore, cum Comitem G. in Holſtein cum Ducatu Schleiſvvicenſi inveſtierit, nondum in Regem coronatum fuiſſe, quodq; ideò Inveſtitura illa ſimiliter nulla ac invalida fuiſſet.

Tertiò proponitur, quod Rex W. non longè poſt illam Inveſtituram (cum exulans Rex C. rurſus ad Regnum ſuum perveniſſet) Regnum Daniæ reliquerit, & rurſus Dux Schleiſvvicenſis factus fuiſſet: quodq; ita illa Inveſtitura nullum effectum ſortita fuiſſet: ideoque ita exiſtimandum, quaſi illa Inveſtitura vel feudi traditio nunquam facta ſit.

Cum illud, quod † effectu caret, regulariter in conſideratione non habeatur, *l. 1. §. fin. & ibi Bart. Iaſon & Dd ff quod quisq; juris.* 7

Pro quarto prætenditur, quod in Regis W. literis feudalibus manifeſta contrarietas apparere debeat. Cum in illis literis primò proponi debeat, Ducatû Schleiſvvicenſem Comiti G. cum directo & utili dominio conceſſum eſſe, hocq; non attento poſtea in iiſdem literis Regem W. ſuæ regiæ Majeſtati: Jus ſuperioris dominii & & infeudationis retinuiſſe: quæ reſervatio de nullo alio niſi de directo dominio intelligi poſſit.

Tùm quia † natura feudi talis eſt, quod 8
in illius conceſſione utile tantùm dominium in vaſallum tranſeat, reſervato domino directo dominio.

Et certum eſt, † verba quælibet ſecun- 9
dum ſubjectam materiam, ſive ſecundum naturam illius rei, de qua agitur, intelligenda, *l. ſi uno. in prin. ff. de locat. & conduct. l. ſi ſtipulatus. ff. de uſur. Bald. rub. q. 9. C. de contrah. empt.*

Tùm, quia † ſi ſub illa reſervatione 10
non compræhenderetur directum dominium, illa reſervatio penitus eſſet ſupervacua, nihilq; operaretur.

Et certum eſt, verba quælibet atque clauſulam quamlibet ita intelligendam, ne ſint ſupervacua & ſine effectu operandi, *l. ſi quis. in pr. ff. de leg. 1. c. ſolitæ. & ibi Fel extr. de major. & obedient. c ſi Papa. & ibi Dd. de Privileg. lib. 6. cum ſimilibus vulgarib.*

11 Tum, quia † ſi diceremus ſub tali reſervatione ſuperioris dominii non comprehendi reſervationẽ directi dominii, illa Inveſtitura ſive conceſſio Ducat⁹ Schleiſvvicenſis non poſſet dici feudum vel contractus feudalis, ſed alius contractus fuiſſet effectus, quod cum verbis Inveſtituris repugnet, nullo modo dicendum vel admittendum eſt, cum omnis illa interpretatio, quæ verbis refragatur, rejiciatur, *Bart. l. ab executore. circ. fin ff. appell. recip. arg. l. ſi quis intentione ff. de judic. Tiraq. repet l. ſi unquam verb. libertis. C. de revoc. donat. ubi ipſe multa ſimilia ad hoc allegat.*

Atque ita hinc ſequitur, in literis illis Regis W. manifeſtam apparere contrarietatem, ideoq; illam Inveſtituram invalidam eſſe, nulloq; modo conſiderandam vel attendendam venire.

12 Cum ſit clari juris, † quod Inſtrumentum tam Inveſtituræ quam alterius diſpoſitionis contrarietatem continens, nullum ſit & reputetur, *l. ubi repugnãtia. & ibi Dec. Cagnol. & Dd. ff. de reg. jur. Bart l. ſcripturæ. C. de fid. Inſtrum.*

Quintò, Quamvis SS. Illuſt. Celſ. delegati Conſiliarii in prioribus tractamentis propoſuerint, Regis W. literas (dato quod in iis contrarietas vel aliquid ſimile in illis reperiatur) per tranſactionem intra Reginam M. & Ducem G. initam confirmatas ac roboratas eſſe. Tamen contra hoc adſeritur in illa transactione, literarum vel Inveſtiturarum Regis W. vel quod illæ per illam confirmatæ eſſe deberent, nullo verbo mentionem fieri: quodq; illa transactio ad alium finem, nimirum uti pax intra Reginam M. Ducemq; G. conſtitueretur & confirmaretur, inita ſit, quodq; nullo modo ex illa tranſactione inferri poſſit, quaſi per illam Regis W. literas Inveſtituramq; confirmatæ ſint.

13 Tum, quia † actus agentium non debeant operari ultra illorum intentionem, *l. obligationem ſubſtantia. §. final. ff. act. & obligat. l. non omnis. in pr. ff. ſi cert. pet.*

14 Tum, quia † inducta ad unum effectum, non debent alium effectum operari vel inducere, *l. legata inutiliter. & ibi Bart. Iaſon. & Dd. ff. de leg. 1. l. legata inutiliter. ff. de adimend. legat. l. cum tale. §. fin. ff. de cond. & demonſt.*

15 Tùm, quia † limitata cauſa limitatum producit effectum, *l age cum Geminiano. & ibi Iaſ. & Dd. C. de tranſact. l. in agris. ff. acq. rer. domin.*

16 Tum, quia id quod † Inſtrumentum non dicit, neq; nos dicere debemus, *Bald. conſ. 297. col 2. lib. 1.* Et nullus contractus nullumq; Inſtrumentum extra verba ipſius extendi, *Bald. conſ. 437. lib. 1. Signor. conſ. 61. col. 3.* Nec illud ex Inſtrumento vel contractu aliquo colligi poteſt, quod verbis expreſſum non eſt, *Bald. conſ 447. col. 3. lib. 5.*

Sextò adducitur, quod Rex E. in Dania ab una, & Ducem G. Primum, Ducem in Schleiſvvig ab altera parte; ratione Ducatus Schleiſvvicenſis in Cæſaream Majeſtatem Sigismundum feliciſſimæ memoriæ tanquam arbitrum compromiſerint? Et quod ſua Cæſarea Majeſtas in vim iſtius Compromiſſi Ducatum Schleiſvvicenſem Regi E. & Regno Daniæ adjudicarit, quodque per hoc prima Regis W. Inveſtitura, cum omni quod inde ſecutum fuit, in nihilum redactum ſit, atque ideò etiam propter hanc cauſam Regis W. literas nullo modo attendendas, multò minus verò ſecundum illas præſentes literas feudales regulandas.

17 Namq; clari juris eſt, quod † ſententia judicis vel arbitri, ſive res judicata habeatur pro veritate, *l. res judicata & ibi Decius & Cagnol. ff. reg. jur. l. ingenuum. ff. de ſtat. homin.* Et inter partes Jus faciat, *c cum inter. ext. de ſent. & re jud. Alex. conſ. 39. col. 2. conſil. 93. col. 2. lib. 6. conſ. 94. col. fin. lib. 7. Dec. conſ. 445. col. 5. Card Pariſ conſ 117. col. 1. lib 4.*

Quinimò, ſententia tantæ autoritatis & efficaciæ eſt, ut de albo nigrum, & de nigro album faciat, & naturalia vincula ſanguinis mutet: nec non & ex falſo verum efficiat, ſaltem quoad effectum, *Bald. c. in præſentia ext. probat. Iaſ. l Iulianus. col. 2 ff. de condict. indeb. Iaſ. rub. n. 1. ff. de re judic. Curt. jun conſ. 277. col. 5. Cravet. conſ. 79. col. 2. Rol. à Vall. conſ 75. n. 15. lib. 1.*

Similiter quoq; clari juris eſt, quod à pari procedant, aliquid non eſſe factum, & eſſe quidem factum, ſed revocatum ſive annulatum vel extinctum, *l. 1 §. quibus. ff. quod cujusque univerſit. nomine. l creditores. ff. verbor. ſignificat. Aym. Cravet. conſ. 80. numer. 4.*

Digitized by Google

Septimò, quamvis in ultimo Tractatu ab Holſteinicis Ducalibus Conſiliariis & deputatis adductum fuit, quod Regis S. laudum vel ſententia effectum ſuum non acquiſiverit, ſed de ea ad Pontificem Romanum appellatum ſit:

Tamen contra hoc allegatur, quod à
18 ſententia † Arbitri appellare non liceat, *l. 1. & ibi Dd C. de arbitriis. gl. l. 1. ff. eod. tit. Bart. l. diem proferre. § ſtare. ff. de arbitr.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut indiſtinctè locum habeat, etiamſi ex tali ſententia arbitri actio oriatur, *gl l. arbitrio. & ibi Alber. de Roſa. Ang. & Dd. ff. qui ſatisd. cogant. gl. & Dd. l. 1. C. de Arbitr Imol. l. fin. char. 1. ff. à quib. appell non lic. Imol. Alex. Fr. Aret. & Dd. l. nemo poteſt. & ibi Iaſ. lect. 1. n. 56. & lect. 2. n. 35. ff de leg. 1. Ant. de But. & Abb. c. cum dilectus. col. pen. ext. de arbit. Anton. de But. & Imol. c. Quintavallis. ext. jurejur. Abb. c. Suſpicionis. ext de off deleg.*

Quinimò contra ſententiam arbitri, nec reductio quidem ad arbitrium boni viri peti poteſt, *l. diem proferre. §. ſtari. & ibi Bart. ff de arbitr Bart. l. ſocietatem §. arbitrorum. ff. pro ſocio. Ant. de But. Abb. & Dd. c. Quintavallis. ext. de jurejur.*

Adhæc, nun conceditur neque in hunc uſque diem probatum eſt, quod de Cæſaris Sigismundi laudo vel ſententia judiciali appellatum ſit.

19 Et clari juris eſt, quod † Appellatio ſit facti & in facto conſiſtat; eamq; ob cauſam non præſumatur, ſed ab eam allegante probari debeat, *arg l. In libello. §. facta. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ l. Quanquam. in princ. ff. de public. in rem act. cum multis ſimil alleg. per Aym. Cra in tr. de ant. temp. p. 1. §. propoſitum noſtrum. n 75.*

Multò minùs conceditur, quod illa interpoſita Appellatio intra legitimum tempus ſervatisq; ſervandis interpoſita ſit. Et certum eſt, quod is, qui ſe appellatione aliqua tueri vel juvare nititur, teneatur probare, & fidem facere illam Appellationem, & intra tempus legitimum, & ſervatis ſervandis interpoſitam.

Et apparet ex Compromiſſo tantùm, quod utraque pars Appellationi renunciarit.

20 Et certi juris eſt, † quod cuilibet licitum atque permiſſum ſit, Appellationi etjam futuræ renunciare, quodq; illi qui Appellationi renunciavit, ad beneficium Appellationis redire vel Appellationem interponere non permittatur, *l. 1. & 2 ff. à quibus appellare non liceat. l. fin §. fin. & ibi Bart. Bald. & Dd. C. de tempo. appellatio. Bart. l. nemo poteſt. & ibi Iaſ. in lect. n. 34. ff. de leg. 1. Fel. c. ex parte. el. 2. n. 5. & 6. ext. de reſcrip. Fel. c. ſi diligenti. n. 7. ext. de for. comp Iohan. Franc. Dec. & Dd. c. interpoſita. §. illo ext. de Appellat. Bald. c. venientes. ext. de jurejur. Soc. jun. conſ. 138. n. 5. lib. 3 Capoll. Centur. 37.*

Ulterius contra illam appellationem inducitur, quod ſacra Romana Cæſarea Majeſtas illam Appellationem, omniaq; alia quæ opponi poſſent contra hoc laudum ex plenitudine poteſtatis ſuſtulerit, annulatit, & eo non attento vicinis ſtatibus & ordinibus executionem facere mandarit.

Et dubio omni caret, quod † Appella- 21
tio ſit remedium Juris civilis, *Pet. de Amb. l. 1. in princ. & ibi Angel Aret. ult notab ff. de Appellat. Duen. c. non ſolùm. not. 2. eod. tit. lib. 6. Abb. c. dilecti. ext. de except. Dec. & Fel. rub. ext. de Appell.*

Quodq; eam ob cauſam Imper. Ro- 22
manus † Appellationem tollere poſſit, *l. 1. §. fin. ff. à quib. appell. non licet. gl. quod ad conſultationem. ext. de off. leg Bart. l omnes populi. n. 27. ff. juſt. & jur. Bart. l. fin. C. de ſent. & interl. omn. jud. Abb. c. 1. & ibi Fel. n. 1. ext. de reſcript. Abb. rub. & ibi Fel. n 3. & Dec. nu. 10. ext. de Appellat Dec. c. Paſtoralis. in pr. ext. eod. tit.*

Inſuper allegatur Duci G. in hoc caſu non licuiſſe ad Pontificem Romanum appellare.

Cum in † controverſiis inter Princi- 23
pes ſeculares ratione feudi motis, Papa Judex competens non ſit, *c. novit. ext. de judic.*

Atque ita ex hisce adductis concludere volunt, quod SS. Illuſtr. Celſit. cum prætenſa Appellatione ſe non tueri neque juvare poſſint, quodq; ea non attenta Cæſaris Sigismundi laudum vel ſententia in rem judicatam tranſierit, & quod per illam prædeceſſoris Regis W. literæ feudales cum omnibus illis quæ inde ſubſecuta ſunt, in totum annulata, perempta & invalida facta ſint, ita ut illæ poſthac non ſint attendendæ.

Octavò prætenditur, quod Ducis G. Primi filius, Dux A. qui ultimus fuit de S. Illuſt. Celſ. tanquam primi acquirentis in linea deſcendenti maſculini generis, cum ille abſque maſculis feudi hæredibus decederet,

Google

deret, ſororiſq; filium Regem C. in Da-
nia ejus nominis primum poſt ſe reliquerit, quod tamen conſideratione ejus, quod
Ducatus Schleiſvvicenſis feudum & qui-
dem feudum illuſtre ſit, quodq; jure cau-
tum, quod filiæ ejusdemq; hæredes, præ-
cipuè verò illæ quæ defunctis non in linea
deſcendenti, ſed collarerali ſanguine con-
junctæ ſunt, à ſucceſſione feudi repellan-
tur, quod Ducatus Schleiſvvicenſis ad Re-
gem C. Primum, non jure ſucceſſioni, &
tanquam proximè defuncti ſororis filius
pervenerit, ſed quia regiæ ſuæ Majeſtati
tanquam domino feudi, hoc feudum aper-
tum fuerit, quodq; per hoc Regis W. Re-
gis C. & Regis N. ante illa tempora factæ
Inveſtituræ, ſimili modo extinctæ extir-
patæq; ſint, atque ideò etiam propter hanc
cauſam, ſecundum illas novæ Inveſtituræ
regulandæ non ſint.

24 Namque clari juris eſt, † quod fœmi-
næ à ſucceſſione feudi repellantur, *c. 1. §. & quia vidimus. & ibi Dd. de his qui feud. dar. poſ. c. 1. §. filia verò. de ſucceſ. feud. c. 1. §. plus autem de gradib. ſucced. in feud. c. 1. an mutus vel alit. imperf. c. 1. de feud. fœmin. Bald. l. quoties. n. 7. C. de ſuis & legit. hæred. Abb. c. dilecti. & ibi Bero. n. 39. ext. de arbitr. Roman. conſ. 32. Paul. Caſtren. conſ. 179. lib. 1. Ang. conſ. 262.*

Et hoc uſque adeò verum eſt, ut pro-
25 cedat, etiamſi actiones † feudum expreſsè
fuerit acquiſitum pro recipiente & hære-
dibus illius. Namq; nec hoc quidem feu-
dum ad fœminas tranſit, *Bald. c. 1. de nat. feud. Socin. conſ. 19. lib. 1. Dec. conſ. 655. n. 30. Cardin. Pariſ. conſ. 4. n. 4. conſ. 13. n. 6. lib. 1. conſ. 16. n. 12. lib. 4. Curt. jun. in Tract. feud. 1. part. 3. part. princ. n. 1.*

26 Eam ob cauſam, quia † in feudis Ap-
pellatione hæredis filius maſculus tantùm
continetur, *c. 1. § ſi clientulus de alien. feud. c. 1. §. fin. ſi de feud. defunct. content.*

27 Deinde hoc habet locum etiam † in
feudo empto vel alio titulo oneroſo ac-
quiſito. Namque nec ad ejus ſucceſſionem
quidem fœminæ admittuntur, prout hoc
tradit *Andr. de Iſern. & Martin. Laudenſ. c. 1. § & quia vidimus, & ibi Præpoſ. n. 62. & Matth. de Afflict. nu. 23. de his qui feud. dar. poſ. Dec. conſ. 139. Card. Pariſ. conſ. 16. n. 10. lib. 4. Iac. de S. Georg. in Tract. feud. verb. & fœminis. nu. 6. Zaſ. in Tract. feud. part. 8. n. 37. Socin. jun. conſ. 65. n. 16. lib. 1. Alber. Brun. conſ. 18. col. 3. Rol. à Val. conſ. 23. n. 32. lib. 1.*

28 Neque verò tantùm † fœminæ, ſed et-
jam maſculi deſcendentes ex fœmina à ſuc-
ceſſione feudi repelluntur, *c. 1. §. proles. & ibi Dd. de gradib. ſucceden. in feud. gl. c. 1. §. & quia vidimus. & ibi Dd. & Matth. de Afflict. n. 54. de his qui feud. dar. poſ. Bald. l. quoties. C. de ſuis & legit. hæred. Paul. Caſtrenſ. conſ. 191. lib. 2. Cardin. Pariſ. conſ. 17. n. 9. conſ. 22. n. 1. conſ. 23. n. 27. & 28. lib. 1. & conſ. 72. n. 9. lib. 4. Matth. de Afflict. c. 1. de nat. ſucceſ. feud. Alciat Reſponſ. 185. n. 1.*

Præterea quoque clari juris eſt, quod 29
† feudum illius vaſalli qui abſque hærede
maſculo decedit, domino feudi aperiatur,
c. 1. §. rurſus. quib. mod. feud. amitt. c. 1. §. ſi clientulus. de alienat. feud. c. 1. §. ſin verò totum. qual. feud. olim. fac. tex. c. 1. de fratrib. de novo benef. Inveſtit. c. 1. de duob. fratrib. à capit. Inveſtit.

Et hoc caſu, quando † vaſallus abſque 30
hærede maſculo ex corpore ſuo deſcen-
dente moritur, feudum ipſo jure ad domi-
num revertitur, *And. de Iſern. c. 1. §. fin. & ibi Matth. de Afflict. n. 12 quo tempor. mil. Paul. Caſtrenſ. conſ 133. Bald. conſ. 141. nu. 2. lib. 2. Præpoſ. c. 1. §. fin. de his qui feud dar poſ. Præpoſ. c. 1. in princ. quib. mod. feud amit. Præpoſ. c. 1. in princ. de feud. ſine culp. non amitt. Curt. in Tract. feud. part. 4. n. 155.*

Uſque adeò, † ut hoc caſu ſententia 31
declaratoria neceſſaria non ſit, *Bald. c. quæ in Eccleſiarum. n. 31. ext. Conſtit. Præpoſ. c. 1. §. fin. n. 4. de his qui feud. dar. poſ. Præpoſ. c. 1. in prin. de feud. ſin. culp. non amitt. Matth. de Afflict. c. 1. §. fin. n. 10. quo temp. mil.* Utq; do-
mino permittatur illud feudum ſibi aper-
tum propriâ autoritate occupare, *Bald. c. quæ in Eccleſiarum. n. 31. ext. Conſtit. Præpoſ. c. 1. § fin. n. 4. de his qui feud. dar. poſ. Præpoſ. c. 1. in princ. de feud. ſine culp. non amitt. Andr. de Iſern. & Matth. de Afflict. c. 1. §. fin. quo temp. mil. Bald. c. 1. §. nulla. n. 8. & ibi Matth. de Afflict. n. 18. per quos fiat Inveſtit. Iaſon. conſil. 138. lib. 1.*

Legibus etiam cautum eſt, † nec non 32
& à Dd. traditum, illud quod penitùs ex-
tinctum eſt, perinde in conſideratione non
habendum, atque ſi illud nunquam in re-
rum natura fuiſſet, *l. quid tamen, §. 1. ff. quib. mod. uſusfruct. amitt. l. ſi ita legatum. §. fin. ff. de leg. 1. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. verb. obligat. l. nuptiæ & ibi Bart. ff. de ritu nupt. l. ſi ut proponis. la 2. & ibi Bald. C. de nupt. gl. c. 3. ext. de jure patronat. gl. c. de monachis 12. q. 2. gl. Bart. & Dyn. l. damni. §. ſi is qui ruinas. ff. de damn. infect. Bart. Alex. & Iaſ. l. 1. §. ſi*

quis

Digitized by Google

quis ædificium. ff oper nov. nunc. Abb. & Fel. c. conſulit. ext. de Iudæis. Felin. c. cum acceſſiſſent. n. 33 & 34. & ibi Dec. ext. de Conſtitut. Iaſon. l. jus Civile ff. de juſt. & jur. Iaſ. l quo minus. n 183. ff de flumin. Dec. l. 1. in princ. ff. quod q. uſq; jur. Dec l. domum ſuam. ff. de reg. jur. Boër Deciſ. 44. Cravet. in Tractat. de antiquit. tempor part. 5. n. 22. fac. id quod tradit Bald. c. 1. §. inſuper in fin. de probib. feud. alien. per Frider.

33 Fœminæ etiam & deſcendentes ex † fœminis arcentur à ſucceſſione bonorum etjam allodialium, habentia regalia vel dignitatem regalem cum adminiſtratione aut mero & mixto Imperio, *Innoc. c. dilecti. ext. de major. & obedient. Bart. l. 2. & ibi Dec. n. 7. ff. de reg. jur. Bart. l 1. de mulier. & in quo loco lib. 10. Bart. conſ. 72. incip. ex facto præſupponitur. col. 2. Ioan. de Imol. Domi & Phil. Fran. c. grandi de ſuppl. neglig. prælat. lib 6. Soc. jun. conſ. 65. n. 24. uſq; ad num. 28. conſ 68. nu. 22. & 26. lib. 1. conſ. 167. nu. 10. lib. 2. Dec. conſ. 85 col. 5. Bald. l. ex hoc jure. ff de juſt. & jur. Barbat. c. cum olim. col. 6. ext. conſuet. Card. Pariſ conſ. 72. n. 1. lib. 4 Iacob. de S. Georg l. cum antiquioribus col. pen. C. de jur deliber. Mart. Laudenſ in Tract de primogen. col 5. arg. l cum prætor § pen ff. jud. l 2 ff. reg. jur l. fin. C. arbitr gloſ. c. ubi unq; verb maſculinam. de pæn. lib. 6. Eamq; ſententiam communem eſſe atteſtatur Socin. jun. conſ 68. n. 26. lib. 1.*

Igitur ſequitur, per obitum Ducis A. filii G. Primi, Ducis Schleiſvvicenſis Ducatum Schleiſvvicenſem Regi Daniæ tanquam domino feudi ipſo jure apertum. Et ſic illud feudum, quoad familiam Ducis G. Primi acquirentis unà cum Inveſtituris omnibusq; aliis ſequelis, penitùs, funditùs & ipſo jure extinctum: Eamq; ob cauſam Inveſtituras conceſſas G. Primo, ejusq; filiis, utputa Inveſtituram Regum W. C. & N. Primi, in nulla conſideratione habendas, nec ſecundum illas Inveſtituras, de quibus in caſu præſenti agitur, regulari poſſe.

Nonò, pro regia Majeſtate in Dania allegari poterit illud, quod alibi in ſpecie
34 deciditur † formam & tenorem antiquæ conſuetudinis non eſſe conſiderandum reſpectu novi feudatarii vel vaſalli, qui videlicet ſub iſta antiqua Inveſtitura compræhenſus non fuit, eo præſertim caſu, quando iſta forma ſive tenor reſpicit non rem, feudum nempe, ſed perſonam primi acquirentis ejusq; deſcendentium, prout hoc expreſsè tradit *Guil. à Perno conſ. 12. n. 8. uſq; ad num. 17.*

Decimò, in habito Tractatu à regiæ Majeſtatis in Dania Conſiliariis pro ſua Majeſtate adductum eſt, quod ex Privilegio, quod Rex C. Primus, Ducatui Schleiſvvicenſi conceſſit, tantùm appareat, quod ſubditi & inquilini iſtius Ducatus Schleiſvvicenſis ipſius regiam Majeſtatem poſt Ducis A. obitum pro Domino & Principe territorii ſuſceperint, & quod inde id inferatur, quod poſt obitum Ducis A. Ducatus Schleiſvvicenſis ad Regem C. jure ſucceſſionis non ſit devolutus.

Namque clari juris eſt, † quod domi- 35
nium feudi vel alterius rei, quæ aliem per ſucceſſionem defertur, ipſo jure in ſucceſſores tranſeat, *l. cum hæredes. in princ & ibi gl Bart. & Alex. ff de acquir. poſſeſ.*

Quinimò, multi Dd. volunt, poſt † obitum vaſalli etiam poſſeſſionem rei feudalis ipſo jure transferri in illum ad quem illud feudum per ſucceſſionem devolvi-
tur, *gl. & Dd. c. 1, §. fin. de feud. cognit. Tira-* 36
quell in Tractat. le. mort. in præfatio. declaratio. 4.

Deinde quoque Legibus expreſsè cau-
tum eſt, † eum qui ſemel eſt dominus ali- 37
cujus rei vel Ducatus, ulterius illius rei vel Ducatus dominum effici non poſſe, *§ ſic itaq; Inſtit. de action. l ſequitur. §. lana. ff. de uſucapionib. Iaſ l. 3. §. ex omnibus. n 14. arg. illi text. ff. de acquir. poſſeſ. fac. text. l. non ut pluribus. ff reg. jur.* Huc accedit, quod illud quod perfectum eſt, non recipiat novam formam neque novam cauſam, *Bald. l. precibus. in princ. C. de impub. & aliis ſubſtit.*

Quodq; ei quod perfectum eſt, nihil addi poſſit, *l nihil. & ibi Bald. C. de vindict. libert.*

Undecimò, jure cautum eſt, † quod in 38
dubio præſumatur, Inveſtituram eſſe factam & conceptam ſecundum jus commune feudorum, *Sigiſm. Neap. conſ 1. nu. 45. & nu. 129 conſ. 38. num. 13*

Ex quo ſequitur, quod ſi etiam ita accipiendum ſit, quod poſt obitum Ducis A. Ducis G. Primi, acquirentis filii, regnum Daniæ, regi C. Primo, vel ejusdem ſucceſſoribus, Ducatus Schleiſvvicenſis ſaltem tacitè de novo in feudum conceſſum ſit, quod tamen tacita illa conceſſio ita interpretanda atque accipienda ſit, quod illa conceſſio non juxta tenorem Regum W. C. & N. Primi, literarum Inveſtiturarum, quæ in multis à diſpoſitione juris commu-

nis

nis feudalis diſcrepant, ſed ſecundum tenorem juris communis ſcripti (cujus illa à regiis Conſiliariis in priori tractatione exhibita notula conformis eſt) facta ſit; Et quod propterea Illuſtriſſ. SS. Celſitud nullam denegandam cauſam habeant; quo minus literas Inveſtituræ in illa forma atq; illo tenore ſuſcipiant, prout notula exhibita concepta eſt.

Et quamvis allegatæ rationes, quæ pro regia Majeſtate in Dania adductæ ſunt, aliquo modo ſint ratiocinabiles, Ego tamen exiſtimo, quod illis non obſtantibus regiæ Majeſtati in Dania non liceat veteres Inveſtituras, literasq; feudales immutare, ſed teneatur benememoratos meos clementiſſimos Principes ac Dominos, Ducem I. & Ducem A juxta tenorem & formam veterem literarum Regis W. Regis C. & Regis N. cum Ducatu Schleiſvvicenſi infeudare, ſuisq; Illuſtriſſ. Celſitudinibus ſuper hoc in eadem forma ejusdemq; tenoris, quemadmodum veteres literæ feudales ſunt, novas literas feudales, Inveſtiturarumq; dare & exhibere: & ad hoc per ſequentia juris fundamenta moveor.

Namque primò, clari atque indu-
39 bitati juris eſt, quod in † omnibus controverſiis & quæſtionibus feudalibus, tenor Inveſtituræ potiſſimùm attendendus, conſiderandus atque ſequendus ſit, *c. 1. ibi propter tenorem Inveſtituræ, & ibi Bald. & Dd. de duob. fratrib. à capit. inveſt. cum multis ſimul. alleg. per Tiraquell. repetit. l. ſi unquam. verb. libertis num. 9. C. revoc. donat.*

Et hoc uſque adeò verum eſt, ut procedat, etiamſi tenor Inveſtituræ & naturæ feudi & conſuetudinibus feudorum & jure communi refragetur. Namque nihilominùs tenor Inveſtituræ inſpiciendus, conſiderandus, ſequendus, & jure communi item & conſuetudinibus feudalibus, nec non etiam naturæ feudi præferendus eſt, *c. 1. & ibi Bald. & Dd. de duob. fratrib. à capit. Inveſtitur. c. 1. de feud. non habent. prop. natur. cap. 1. §. præterea. & ibi Bald. quid ſit Inveſtitur. Bald. conſil. 207. col. 2. lib. 2. conſil. 330. lib. 3. Bald. c. 1. §. Denique, quæ fuit. prim. cauſ. Paul. Caſtrenſ. conſil. 176. lib 1. Martin. Laudenſ. cap 1. col. 1. qui feud. dar. poſſ. Albert. Brun. conſil. 18. numer. 10. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 265. numer. 102. & 103. Dec. conſil. 73. numer. 6. conſil. 614. numer. 3. & conſil. 630. numer. 1. Cardinal. Pariſ. conſil. 5. in princip. lib. 1. Tiraquell. verb. libertis. numer. 9. ubi ipſe multas alias autoritates ad hoc citat.*

Et confirmatur ex eo. Namque ex tenore Inveſtituræ, contractus feudi, & formam & legem recipit, *Bald. in prælud. feudor. num. 47. Bald. l. quoties. C. de ſuis & legit. hæredib. Dec. conſil. 193. numer. 1 conſil. 435. num. 4. & conſ. 468. numer. 9. conſil. 614. numer. 3. conſil. 680. num. 1. Zaſ. in tr. feud. part. 6. num. 24.*

Et Inveſtitura non habet certam formam à jure traditam, ſed perinde ut reliqui contractus ex conventione legem accipit, *Ioan. Calder. conſil. 11. tit. de feud.*

Præterea quoque in omnibus † con- 40
troverſiis feudalibus decidendis Inveſtitura prima tanquam potiſſima attendenda, ſequenda, & omnibus aliis Inveſtituris præferenda eſt, *Matth. de Afflict. deciſ. Neapolitan. 195. numer. 5. & 6. Cardinal. Pariſ. conſil. 23. numer. 65. cum duob. ſequentib. lib. 1. Albert. Brun. conſil. 1. numer. 83. conſil. 25. numer. 2. conſil. 78. numer. 6. Alvar. inter conſ. Albert. Brun. conſ. 57. Iacob. Leonhard. inter conſ. Albert. Brun. conſ. 114. numer. 119.*

Eam ob cauſam, quia prima Inveſtitura eſt radix, origo atque fundamentum feudi, *Bald. l. 1. col. pen. C. quand. non petent. part. Bald. c. 1. de eo qui ſibi & ſuis hæred. Bald. c. 1. §. 1. de feud. guard. Zaſ. in tr. feud. p. 6. num. 23.*

Ideoque traditum eſt, quod ſecundum primam Inveſtituram omnes Inveſtituræ ſubſequentes regulentur, & ab ea declarationem accipiant, *Cardin. Pariſ. conſ. 2. numer 15. conſ. 3 numer. 14 conſ. 5. numer. 6. conſ. 13. conſ. 22. num. 6. & conſ. 23. numer. 64. lib. 1.*

Et neque † Imper. Romanus, neque 41
alius Rex vel Princeps etiā ſuperiorem non recognoſcens, formam vel tenorem primæ Inveſtituræ invitò vaſallo alterare vel mutare poteſt, *Matth. de Afflict. deciſ. Neapolitan. 282. num. 7. Cardinal. Pariſ. conſil. 1. numer. 98. conſil. 23. numer. 148. lib. 1. Alvar. inter conſ. Alb. Brun. conſ. 57. Dec. conſ. 445. numer. 23. Godzad. conſ. 53. num. 18. Socin. jun. conſ. 35. num. 18. lib. 4. ubi Socin. etiam per hoc citat Bald. l. 1. col. pen. C. quand. non petent. part. Bald. c. 1. col. 2. de eo qui ſibi & ſuis hæredib. Iacob. de S. Georg. in Tractat. feudal. verb. qui quidem inveſtiri. num. 70.*

Et ſi quid in ſequentibus Inveſtituris

mutatum

mutatum eeperitur, illud per ereoeem præſumitur factum, *Alex. conſ. 55. nu. 18. lib. 4.* & neque ipſi vaſallo, qui in Inveſtitura quid mutari vel innovari paſſus eſt, *Alex. conſ. 55. num. 17. lib. 4. Iacob. de S. Georg. in Tract. feud. verb. qui quidem inveſtiti, num. 70.* Neque poſteris ejus vel aliis habentibus Jus ex prima inveſtitura nocet vel præjudicat, *Bald. c. 1. §. fin. de feud. guard. Dec. conſ. 185. num. 3. conſ. 193. num. 4.*

Igitur ſequitur, quod Illuſtriſſimus Princeps & Dominus, Dominus F. Secundus, Rex Daniæ, Illuſtres Principes & Dominos, Dominum J. & Dominum A Duces Holſatiæ, ſecundum formam atque tenorem primæ Inveſtituræ ſive antiquaeum Inveſtiturarum de Ducatu Schleiſvvicenſi inveſtire teneatur, quodq; regiæ Majeſtati non permittatur inviris Ducibus tenorem primæ Inveſtituræ ſive antiquarum inveſtiturarum mutare vel alterare.

Secundò, pro hac ſententia confirmanda
42 facit, Namque à † primordio tituli poſterior formatur eventus, *l. 1. C. de imponen. lucrat. deſcript. lib. 11.*

Et cum initium ſive principium cujusq; rei potiſſima pars ſit, *l. 1. ff. de orig. jur.* Et
43 ſecundum id quod † potiùs ſive dignus eſt de omnibus rebus omnibusq; negotiis judicandum ſit, *l. quæritur. ff. ſtatu hominum. Iaſ. l. Imperium. num. 3. ff. Iurisd. omn. jud.*

44 Legibus expreſsè cautum eſt, in † omnibus rebus, omnibusq; negotiis initium præcipuè attendendum, & ſecundum illud de totare, ſive dè toto negotio omnibusq; ſequelis judicium faciendum eſſe, *l. Pomponius ſcribit in negotijs. ff de negot. geſt l. 3. §. ſcio ff. de minor. l. 1. §. ſi ſervus. ff. depoſiti. l. ſi Procurator. in prin. ff. mandat. l. in ratione. §. ſi filio, ff. ad l. Falcid. l. qui cum major. §. 1. ff. de bon. libert. l. qui id quod in prius ff. donat. l. ſequitur. §. de illo. l. ſi hominem. l. juſto. §. ſi poſſeſſiones. ff. de uſucap. Bart. l. naturaliter. ff. eo. tit. tex l. clam poſſidere. in princ. & ibi Iaſ. ff. acq. poſſeſ.*

Ex quo ſimiliter ſequitur, Quod tenor atque forma Inveſtiturarum ſequentium ſecundum primam ſive antiquam Inveſtituram regulari debeat, quodq; domino feudi non permittatur in ſequentibus Inveſtituris à forma vel tenore primæ inveſtituræ recedere, aut primam Inveſtituram mutare, ſed quod ipſe omnes ſequentes Inveſtituras ſecundum formam atq; tenorem primæ Inveſtituræ regulare teneatur.

Tertiò, † omnes Reges & Principes 45
etiam ſuperiorem recognoſcentes, ex contractibus ſuis, ſive ſint celebrati cum ſubditis, ſive cum extraneis, perinde, ut quilibet privatus irrevocabilitee obligantur, nec contractum ſuum altera parte invita retractare vel ab illo recedeee poſſunt, *l. Cæſar. & ibi Dd. ff. de publica. l. pen. C. de donat. int. vir. & uxor. c. 1. & ibi Bald. & Dd. de nat. feud. c. 1. & ibi Anc. de Butr. Imol. Abb. Felin. Dec. Aug. Bero. & Dd. ext. de probat. l. de contractu. C. de reſcind. vendit. l. ratas. C. eo. tit. Cyn. & Bald l. digna vox. C. de legib. Iaſ. l ſi pecuniam. in princ. num. 12. usq; ad num. 17. ff. de cond. ob cauſ. Iaſ. conſ. 1. num. 4. lib. 1. conſ. 177. nu 3 conſ. 277. col 5. lib 2. conſ. 76. nu. 8. & conſ. 93. lib. 3. Socin jun. conſ. 126. nu. 17. & 18. lib. 3. Bald. conſ. 275. col. fin. lib 2. Ioan. Baptiſt. Caccialup. repet. l. omnes populi. n. 107. ff. de juſt. & jur. Laur. Sylvan conſ. 34. nu. 27. Ioan. Cepha. conſ. 58. nu. 78. lib 1. Roland. à Val. conſ. 34. num 27. & 28. & conſ. 66. num. 33. lib. 2. Cravet. conſ. 241. num. 22. Ph. Port. reg. 18. lib. 5. Iaſ. l. 1. in princ. n. 2 ff. de pact.*

Et hoc procedit, ut † Rex vel alius 46
Princeps etiam ſuperiorem recognoſcens, neque directè neque per indirectum à contractu ſuo eecedeee, vel contra contractum ſuum venire poſſit, *Domin. conſ. 78. col. 1. Alex. conſ. fin. col 7. lib. 4. Ant. Rub. conſ. 147. col. 3. Crot l. Gallus, § quid ſi tamen. ff. de liber. & poſthum. Philip. Port. lib. 5. reg. 18. ampl. 4.*

Similiter Reges vel Principes etiam ſuperiorem non eecognoſcentes obligationem deſcendentem ex contractibus ſuis nec diminuere, reſtringere vel alterare poſſunt, *Ioan. Bapt. Caccialup. repet. l. omnes populi. num. 107. ff. de juſt. & jur facit id quod tradit Bald. conſ. 327. col. 4. lib. 1. Bald. l. 1. col. pen. verſ. ſed quid ſi dominus. C quand. non petent. part. Dec. conſ. 185. col 2. in fin. verſ. non obſtat. Godzad. conſ. 26. col 6. verſ. undecimo dicendum. Ioan. Lopez. rub. fol. 46. col. 1. & fol. 81. col. 3. ext. de donat. int. vir. & uxor. Philip Port. reg. 18. lib. 5.*

Deinde, prædicta usq; adeò vera ſunt, ut Reges & Principes etiam ſuperiorem non recognoſcentes, nec ex plenitudine poteſtatis obligationibus ex contractibus ſuis deſcendentibus, neque directo, neque per indirectum, neque totaliter, neque aliqualiter derogare, vel illas reſtringere aut diminuere poſſint, *Bald. c 1. §. adhæc. col. 5. verb. item nota ex gloſ. de pat. jur. firm.*

Paul.

Paul. Caſtrenſ. l. digna vox. C. de legib. Felin. & Dec. cap. 1. utrq; num. 1. ext. de probatio. Dec. conſ. 151. num. 11. conſ. 286. col. 3. conſ. 292. conſ. 689. col. 1. Iaſon. conſ. 1. lib. 1. conſ. 233. lib. 2. conſ. 93. col. 2. verb. item imò fortius. lib. 3. Alexandrin. Rubr. conſ. 50. & conſ. 138. in fin. col. 1. Ruin. conſ. 138. in fin. col. 1. Ruin. conſil. 196. num. 19. lib. 1. Alciat. in Tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 8. num. 6. Cardin Pariſ. conſ. 18. num. 116. & 117. lib. 1. Sigiſmun. Neapol. inter conſil. Albert. Brun. conſ. 114. nu. 214. Ioan. Cæphal. conſ. 58. nu. 79. lib. 1. Aym. Crav. in Tract. de antiq. tempor p. 1. §. circa primam. nu. 17. Aym. Crav. conſ. 241. n. 18. & 19. Rol. à Vall. conſ. 1. num. 28. & conſ. 66. n. 33 Phil. Port. reg. 18. ampl. 2. lib. 5.

Et confirmatur ex eo, Tùm, quia licet Princeps ſit ſolotus lege legis: attamen ipſe non eſt ſolutus lege contractus, *Cyn. Bart. & Dd. l. digna vox. C. de legib. Bald. l. 1. & ibi Iaſon num 12. ff. de Conſtit. Princip. Iaſon. l. 1 in princ. num. 4 ff. de pact.*

Et licet Deus ſubjecerit Leges Principi, attamen non ſubjecit ipſi contractus, *Bald. l. 2. C de ſervit. & aqua Iaſ. l. 1. num. 13. ff. de Conſtit. Princip.*

Tùm, quia ſicut Princeps non eſt Dominus elementorum, Ita quoque ipſe non eſt Dominus contractuum, *Bald. conſ. 275. col. fin. lib. 2. Aym. Crav. conſ. 241. num. 19.*

47 Tùm, quia in † Principe debet eſſe conſtans voluntas, tanquam in fonte juſticiæ, & Principib. convenit illud verbum, Semel loquutus eſt Deus, &, Quod ſcripſi, ſcripſi, Et Princeps debet habere unum calamum & unam linguam, Quia ſcriptum eſt, Quæ procedunt de labeis meis nō faciam Irrita.

48 Ideò Princeps debet eſſe † immobilis, ſicut lapis angularis, & ſicut polus, *Bald. conſ. 279. incip. pridie. lib. 3. Dec. conſ. 580. num. 5. conſ. 588. n. 19. conſ. 689. nu 17. 18. & 19. Rol. à Vall. conſ. 2. n. 153. lib. 1. Hipp. de Marſ. ſing. 166.*

49 Tùm, quia † levitas & inconſtantia etſi in omnibus præcipuè tamen in Principibus vituperanda & reprehendenda eſt, *Pet. de Anchor. conſ. 240. num. 3.*

Præterea contractui perfecto, altera parte invita nulla nova pacta, conditiones, vel clauſulæ inſeri poſſunt, *l. perfecta. C. de donat. quæ ſub. mod.*

50 Sed certum eſſe † feudum eſſe contractum, *Curt. in tract. feud. 2 part. 2. part. Princip. num. 52. Albert. Brun. conſ. 2 nu. 17. Iacob. de Leonhard conſ. 114. num. 204.*

51 Et feudum † ſive contractus feudi ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam, eſt contractus nominatus, *Bar. l. jurisgentium. § quinimò. num. 19. & ibi Iaſ. num. 16. & 17. ff de pact. Bald. conſ. 291. lib. 2. Aug. l. legitima. ff. de pact. Soc. conſ. 68. nu. 6 lib. 1. conſ. 160. col. 6. & conſ. 165. n. 6. lib. 2. Iaſ. in prælud. feudor. num. 34. Iaſon inter conſil. Albert. Brun. conſil. 8. num. 32. Curt. jun. conſil. 1. col. pen. Cardinal. Pariſ. conſil. 23. num. 79. lib. 1. Roland. à Vall. conſil. 3. nu. 32. lib. 1.*

Et feudum eſt † contractus ultrò citròque obligatorius, *Præpoſ. c. 1. num. 9. de controverſ. inveſtit. Matth. de Afflict. c. 1. §. ſi facta. num. 11. ſi de feud defunct. contens. Cardinal. Pariſ. conſ 1. num 21. lib. 1. Steph. Bertrand. conſ. 15. num. 5. lib. 1 Iacob. de Leonhard. inter conſ. Albert. Brun. conſ. 117. num. 80. fac. text. c. 1. § fin de form. inveſtit.* 52

Igitur ſequitur, quod neq; Regi neq; Principi, etiam ſuperiorem non recognoſcenti nec de plenitudine poteſtatis quidem permittatur contractum feudi ſive Inveſtituram ratione illius contractus confectam, directò vel per indirectum totaliter vel aliqualiter tollere, revocare, diminuere, reſtringere vel alterare, vel ei novas clauſulas, nova pacta, aut novas conditiones adjicere.

Prout hoc, quod neq; Imperatori Romano, neq; Regi vel alii Principi ſuperiorem non recognoſcenti permittatur, contractum feudi retractare, vel illi derogare, expreſsè probat *text. in c. 1. & ibi Dd. de natur. feud. facit etiam id quod tradit Iaſ. l. debitorum. num. 6. C. pact.*

Quod verò Rex vel Princeps contractum feudi ſive obligationem ex illo contractu deſcendentem alterare, mutare vel illi nova pacta, novas conditiones aut clauſulas adjicere nequeat, expreſsè & in ſpecie tradit *Rol. à Vall. conſ. 3. num. 35. lib. 1. ubi ipſe affirmat eandem opinionem amplecti Bald in conſ. ab ipſo citato.*

Igitur etiam ex hoc capite ſequitur, Regi Daniæ non permitti Inveſtituras antiquas ſuper contractu feudi ratione Ducatus Schleiſvvicenſis factas, alterare, mutare, vel iis nova pacta, clauſulas aut conditiones adjicere, nec de plenitudine poteſtatis quidem.

Quartò, ex † contractibus Regis vel alterius Principis etiam ſuperiorem non recognoſcentis, non tantùm ipſi contrahentes, ſed etiam ſucceſſores 53

eorum obligantur, etiamſi ſucceſſores ad illam Dignitatem non per ſucceſſionem, ſed per electionem aſſumantur, *Bart. l. prohibere. §. planè ff. quod vi aut clam. Cyn. Bald. Alber. Paul. Caſtr. & Dd. l. digna vox. C. de legib. Ant. de Butr. Bald. Abb. Felin. Dec. & Dd. c. 1. arg. ill. text. de probat. Bald. l. qui ſe patris. vol. 10. C. unde liberi. Bald. & Præpoſ. c. 1. de nat. feud. Iacob. de S. Georg. in tr. feud. verſ. ſed an Princeps Oldrad. conſ. 89. Bald. l. fin. circ. fin. C. tranſact. Ioan. de Ana. c. 1. ext. ne Prælat. vic. ſuas alt. Bertach. in Tract. de Epiſc. lib. 4. part. 4. n. 184. Ioan. Neviz. inter conſ. Alb. Brun. conſ. 12. n. 20. Card. Pariſ. conſ. 82. n. 48. lib. 1. Boër. deciſ. 204. n. 41. Iaſ. conſ. 1. dub. 2. lib. 1. conſ. 10. col. 2. lib. 3. Rol. à Vall. conſ. 66. n. 38. lib. 2.*

Quòd potiſſimùm & abſque omni du-
54 bio locum habet, in † contractibus initus vel celebratus à Regibus vel aliis Principibus, etiam ſuperiorem non recognoſcentibus ſub numine Dignitatis.

55 Namque † ex illis ſucceſſor in dignitate indiſtinctè obligatur, etiamſi is non per ſucceſſionem, ſed per electionem ad illam dignitatem aſſumatur, ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam, *Bald. & Dd. l. digna vox. & ibi Alber. de Roſ. n. 3. Paul. Caſt. n. 4. C. de legib. Gemin. c. Abbate ſanè. §. ſed ad hoc, & ibi Philip. Franc. num. 2. de ſent. & re jud. lib. 6. Ioan. Andr. Ant. de Butr. & Dd. c. 1. & ibi Panorm. num. 1. Dec. num. 7. Felin. num. 1. Ang. Bero. num. 27. ext. de probat. Bertach. in Tractat. de Epiſcop. lib. 4. p. 4. num. 187. Luc. de Pen. l. hi quos. col. pen. verſ. ad omnia generalia. C. de fund. rei priva. lib. 11. Bald. conſ. 359. lib. 1. & conſ. 417. lib. 1. Bald. c. 1. §. Marchio. nu. 4. de his qui feud. dar. poſſ. Bald. c. 1. §. imperialis. num. 8. de pac. conſtant. Ioan. Igne. rep. l. donationes. num. 18. C. de donat. int. vir. & uxor. Socin. jun. conſ. 60. num. 29. lib. 3. Alber. de Roſ. l. 1. num. 19. ff. de off. ejus cui mand. eſt jurisdict. cap. deciſ. 121. num. 4. & 5. Natt. conſ. 122. num. 9. cum 3. ſequentibus Mandel. conſ. 77. num. 1. lib. 1. Rol. à Val. conſ. 66. num. 38. lib. 2. Iaſ. conſ. 1. num. 2. lib. 1. & conſ. 10. num. 1. & 2. lib. 3. Tiraqnel. in Tract. de primogen. quaeſt. 35. num. 10. cum 2. ſequentib. Philip. Port. reg. 18. ampl. 1. num. 5. Duen. reg. 293.*

Idem etiam tenet *Bald. conſ. 271. num. 2. 3. & 4. lib. 1.* ubi ipſe inter cætera inquit, quod ex contractu Regis reſpectu Regni ſive fiſci obligetur ſemel per ſemper.

Ejuſdem ſententiæ eſt & *Bald. conſil. 326. numer. 10. lib. 1.* ubi ipſe inquit, Quod ex contractu Imperatoris obligetur fiſcus, quodq; illam obligationem Imperator reſcindere non poſſit, Item, quod ſucceſſor Regis vel Principis controveniens factis prædeceſſoris, intelligatur contravenire ſibi ipſi, quia ſemper unum eſt Imperium.

Eandem ſententiam amplectitur *Bald. conſ. 159. lib. 3.* ubi Baldus formalibus verbis inquit. Ea quæ procedunt a ſede, ſunt perennia & æterna, cujuſmodi ſunt contractus Regum, qui contrahunt nomine ſuo & Regni ſeu gentis ſuæ. Namque Regnum continet in ſe non ſolum territorium materiale, ſed etiam ipſas gentes Regni D. Unde is, qui contraxit ſub nomine dignitatis, obligat ſucceſſores.

Et an diſpoſitio † Regis ſit realis vel 56
perſonalis, agnoſcitur pluribus modis.

Primò, Namque cognuſcitur ex forma. Namque ſi tenor Scripturæ facit mentionem ſucceſſorum, iſta diſpoſitio eſt in rem ſcripta, & tranſit in ſucceſſores utriusque partis, ſive loquamur de ſucceſſoribus, qui ſuccedunt jure hæreditatis, *l. jurigentium. §. pactorum. ff. de pact.* ſive de ſucceſſoribus dignitatis & adminiſtrationis, ut patet ex eo, quod legitur & notatur *cap. 1. qui ſucceſſ. teneant. cap. final. ext. ne Prælat. vic. ſuas. alt. l. jurigentium. § pactorum. ff. de pact. l. qui in futurum. §. ſi ex altera. ff. eod. tit. l. ſi pactum ff. de probat. l. 1. C. ut actio ab hæred. & contr. hæred.*

Et in contractibus Regum eſt expreſſum, quud reales ſint, tranſeantq; ad ſucceſſores in Regno, ſi celebrati ſint nomine dignitatis, *c. Abbate ſanè. in princ. de re jud. lib. 6.*

Nec mirum, quia in Regno conſiderari debet dignitas, quæ non moritur, & etiam Univerſitas ſeu Reſpublica ipſius Regni, quæ etiam exactis Regibus perſeverant. Non enim Reſpublica moritur, ideò non habet hæredem, quia ſemper vivit in ſemetipſa, ut legitur & notatur *l. 1. §. final. ff ſi quis jus dicent. non obtemp.* ſicut dicit *Ariſtoteles*: Mundus non moritur, ſed diſpoſitiones mundi moriuntur, mutantur & alterantur, & non perſeverant in eadem qualitate. Unde cum intellectu loquendo, per mortem

non

non extinguitur perſona contrahens, ſcilicet ipſa Reſpub. Regni. Nam verum eſt dicere, quod Reſpublica nihil per ſe agit, ſed qui regit Rempublicam, agit vi Reipublicæ & Dignitatis ſibi à Republica conceſſæ.

Porrò, duo concurrunt in Rege, Perſona & ſignificatio, Et ipſa ſignificatio, quæ eſt quoddam intellectuale, ſemper eſt perſeverans ænigmaticè, licet non corporaliter. Nam licet Rex deficiat, quid ad rhombum? Nempè duarum perſonarum vice Repub. fungitur, *l. tutorem. ff. quibus ut indign.*

Et perſona Regis eſt Organum & Inſtrumentum illius perſonæ intellectualis & publicæ, & ſi promiſſor decedat ſine hærede, non tamen ceſſat promiſſio, ut not. *l. 1. §. planè. ff de poſſeſ. l. Stichum aut Pamphilum in princ. ff. de ſolutio. l. poſtquam. ff. ut legat. nom. cave. l. ex facto. §. fin. ff. de adminiſt. tutor. l. ſancimus. §. cum autem. C. ad SC. Trebell.*

Tandem ſubdit, ex hoc manifeſtè concluditur, quod dictus contractus eſt tranſitorius ex forma, at etiam ex dignitate & autoritate concedentis, nec non ex ipſa Republica repræſentata.

Et hanc deciſionem Baldus refert atque ſequitur *Tiraquell. de jure primogen. quæſt. 55. n. 11. & 12.*

57 Et in dubio omnes † contractus à Regibus ſive Principibus initi, cenſentur initi nomine Dignitatis; *Ioan. Igne. l. donationes, num. 18. C. de don. int. vir. & uxor.*

Uſque adeò, ut ſecundum aliquorum Doctorum ſententiam hoc procedat, 58 etiamſi ille † contractus fuerit initus ſive conceſſio facta nomine proprio, non expreſſo nomine Dignitatis, *Socin. conſ. 34. n. 3. & 4. lib. 3. allegans ad hoc, Ant. de Butr. c. veniens. ext. de tranſactio.*

Et hoc abſque omni dubio verum 59 eſt, eo caſu, quando † Rex vel Princeps contractum aliquem celebrat ratione rerum ad Regnum ſive Principatum pertinentium.

Namque is contractus indiſtinctè nomine Dignitatis celebratus cenſetur & præſumitur, & omnes ſucceſſores in Dignitate obligat, etiamſi in illo contractu nomen proprium nomini Dignitatis præpoſitum fuerit, *Bartol. l. terminato. num. 7. C. de fruct. & lit. expenſ. Abb c. dilecti. num. 7. ext. de for. compet. Domin. c. ſi gratioſe. de reſcript. lib. 6. Covarr. c. requiſiviſti. num. 2. uſque ad numer. 9. ext. de Teſtament.*

Item, etiamſi ille contractus omiſſo penitùs nomine Dignitatis proprio tantùm nomine Regis celebratus fuerit, *Bartol. l. terminato. numer. 7. C. de fruct. & lit. expenſ. Bartol. l. ſi. communis ſervus. col. 1. ff. ſtipul. ſervor. Abb. c. dilecti. numer. 7. ext. de for. compet. Domin. c ſi gratioſe. col. 2. verſic. quid ſi appellavi. de reſcript. lib. 6. Abbas. c. 1. ext. quod met. cauſ. Abbat. c. adverſus. ext. de Immunitat. Eccleſiar. Abbas conſ. 93. lib. 2. Innocent. c. 1. arg. illius textus. ext. de Translat. Prælator. Domin. conſ. 64. Dec. c. quoniam. Abbas num. 3. ext. de off. delegat.*

Et idem quoque tenet *Pet. de Anchor. c. Abbate ſanè. notab. 14. de ſent. & re jud. lib. 6. Bertrand. conſ. 43. num. 9. lib. 7.* ubi concludunt, licet ſucceſſor in dignitate gravari non poſſit per prædeceſſorem, in rebus propriis ipſum tamen gravari poſſe in rebus Dignitatis ad ipſam dignitatem pertinentibus.

Sed certum eſt, Inveſtituras Regum W. C. & N. Primi, eſſe factas ſub nomine Dignitatis regiæ, cum in illis nomen Dignitatis regiæ expreſſum ſit, atque illæ Inveſtituræ ſunt factæ de Ducatu Schleiſvvicenſi, quem Ducatum ad Regnum Daniæ pertinere, dubio omni caret.

Igitur ſequitur, ex iſtis Inveſtituris & omnes ſequentes Reges, & modernum Regem, uſque adeò obligari, ut moderno Regi obligationem ex illa Inveſtitura deſcendentem, tollere, mutare vel alterare non permittatur, nec de plenitudine poteſtatis quidem.

Quintò, † ex contractibus Regis ce- 60
lebratis cum conſenſu & conſilio Conſiliariorum Regis abſque omni dubio ſucceſſores in Regno obligantur, ſive illi contrahenti per ſucceſſionem, ſive per electionem ſurrogati fuerint.

Tùm, quia in ſimili traditur, ex contractu Epiſcopi vel Prælati celebrato cum conſenſu Capituli, indiſtinctè obligari ſucceſſores in Epiſcopatu ſive Prælatura, *Bald. l. fin. numer. 10. C. ſine conſ. vel reliquir. Bald. conſ. 431. numer. 5. & 7. lib. 2. Ioan. de Ana. c. querelam. numer. 8. verſic. verum autem. ext. ne Prælat. vic. ſuas alter.* ubi ipſe atteſtatur

reſtatur, eandem opinionem amplecti *Ant. de Butr. & Cardinal Florent.* Tùm, quia ex contractu Papæ celebrato cum conſilio Cardinalium indiſtinctè obligantur ſucceſſores in Papatu, *Felin. Rubr. ext. de Conſtitut.*

61 Tùm, quia contractus initus & celebratus à Rege cum conſenſu & conſilio Procerum ſive Conſiliariorum Regis, pro commodo & utilitate Regni initus præſumitur, *Socin. jun. conſil. 60. numer. 37. lib. 3.*

62 Et clari juris eſt, ex † contractibus Regis vel alterius Principis ſucceſſores in Regno vel Principatu etiam per electionem indiſtinctè obligari, eo caſu, quando ille contractus pro utilitate & commodo Regni initus eſt, *Alber. de Roſat. l. 1. num. 19. ff. de offic. Procur. Cæſar. Socin. jun. conſ. 60. numer. 35. lib. 3. Auguſt. Bero. c. 1. num. 38. ext. de probat.*

Sicut etiam ex contractu Prælati celebrato in commodum ſive utilitatem Eccleſiæ ſucceſſor in Prælatura, indiſtinctè obligatur, *cap. 1. & ibi Abb. Immol. & Dd. ext. de ſolution. c. quod quibuſdam. & ibi Dd. ext. de fidejuſſor. cap. 1. §. porrò. & ibi Petr. de Anchor. Domin. & Philip. Franc. de offic. ordinar. lib 6. Abb. cap. per tuas, argum illius text. ext. de donatio. Ioan. Andr. Immol. & Cardin. Zabarell. c. ex præſentium. ext. de pignor. Abb. cap. cum eſſes. col. 10. ext. de Teſtam. Domin. cap. 17. Calder. conſil. 1. & 2. titul de Solutio. Boër. deciſ. 204. Luc. de Pen. l. hi quos verſ. item non obſtat. C. de fund. rei privat. lib. 11.*

63 Præterea quoque † ex contractibus Regis vel Principis ſucceſſor in Regno vel Principatu etiam per electionem indiſtinctè obligatur, eo caſu, quando ille contractus eſt realis, *Bald. conſ. 159. lib. 3. Tiraquell. in Tractat. de jure primogenior, quæſt. 35. num. 20. & 21.*

Sicut etiam ex contractu Epiſcopi vel Prælati, ſucceſſor in Epiſcopatu vel Prælatura indiſtinctè obligatur, eo caſu, quando ille contractus realis eſt, *Ant. de Butr. cap. fin. & ibi Ioan. de Ana. col. 8. ext. ne Prælat. vic. ſuas alter. Socin. conſil. 34. numer. 2. lib. 3.*

64 Et contractus Regis, Principis vel alterius dominii † realis eſſe præſumitur, & probatur ex eo, quod vel conſenſus Capituli aut Conſiliariorum intervenit, *Ant. de Butr. cap. final. & ibi Ioan. de Ana. numer. 3. verſic. utrum autem requirantur. ext. ne Prælat. vic. ſuas alter.*

Vel in contractu eſt facta mentio ſucceſſorum, *Bald. conſil. 159. col. 1. lib. 3. Tiraq. in Tract. de jure primogenior. quæſt. 35 num. 21.* Vel ille contractus eſt initus reſpectu rerum ad Regnum ſive Prælaturam pertinentium, *Socin. conſil. 34. col. final. lib. 3. cum ſimilibus allegatis ſuprà in præcedenti ratione.* Vel quando in illo contractu eſt facta mentio officii ſive dignitatis, *Socin. conſil. 34 col. pen. lib 3.* Vel quando ille contractus eſt initus pro commodo ſive utilitate Regni vel Principatus aut alterius Dignitatis, *Socin. conſil. 34. lib. 3.* Vel quando ille contractus à ſucceſſore contrahentis agnitus vel confirmatus eſt, *Bald. conſil. 159. num. 15. verſ. Item dictus contractus. lib. 3. allegans ad hoc Pet. & Cyn. l. Privilegia. C. de SS. Eccleſ facit id quod tradit Iaſon. conſ. 1. num 2. in fin. lib. 1.*

Conceſſio quoque facta propter benemerita recipientis realis eſſe præſumitur, ſicut hoc ſatis probatur per id, quod tradit *Bald. conſil. 33. Incip. ad evidentiam lib. 2. Socin. conſil. 59. numer. 5. lib. 1. conſil. 34. numer. 12. lib. 3. Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. donatione largitus. numer. 35. C. de revocand. donat.*

Quinimò, regulariter omnis omninò
contractus initus vel celebratus à † Rege 65
vel alio Principe eccleſiaſtico vel ſeculari, præſumitur eſſe non perſonalis, ſed realis, *Socin. conſil. 34. lib. 3. argumento. l. ſi pactum. ff. de probat. Bartol. l. qui in futurum. ff. de pact.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut pro- 66
cedat, † etiamſi ille contractus à Prælato fuerit celebratus nomine proprio, non expreſſo nomine Dignitatis.

Namque nihilominus contractus præſumitur eſſe realis, niſi hoc in contractu expreſsè actum ſit, ut Eccleſia ſive dignitas ex illo contractu non obligetur, prout hoc expreſsè tradit *Socin. conſil. 34. n. 3. & 4. lib. 3. allegans ad hoc Anton. de Butr. c. veniens ext. de Tranſaction.*

Deinde ex † contractu ſive fa- 67
cto Regis vel alterius Principis, tam Eccleſiaſtico quam ſecularis, ſucceſſor in dignitate, qui ad iſtam dignitatem per electionem aſſumitur, indi-

Digitized by Google

indiſtinctè obligatur, etiamſi ille contractus non nomine dignitatis, ſed nomine proprio initus ſit, eo caſu, quando Princeps facit ea, quæ ſunt de natura vel conſuetudine ſui officii & dignitatis, *Bald. l. 1. circ princ. verb. & hoc verum niſi faciat ea. & ibi Iaſ num. 13. ff. de Conſtit Princip. Cardinal. Pariſ. conſ. 82 num. 51. lib. 1. Socin. juu. conſ. 60. num. 29. lib. 3. Albert. Brun. conſ. 1. nu. 26. Ioan Nevizan. inter conſ. Albert. Brun. conſ. 12. num 30. Martin Laudenſ. in Tract. de Princip. quæſt. 127. arg. §. adhæc verò jubemus. auth ut nulli judicum. §. illud. auth. Conſtitutio quæ de dignitatibus. l. quod ſemel. ff. de decret. ab ord. faciend. c. decet. de reg. jur. lib. 6.*

Er Dd. in præællegatis locis dicunt,
68 Regem †, Imperatorem vel Principem, concedentem alteri in feudum rem aliquam, ad Regnum, Imperium vel Principatum pertinentem, intelligi ea facere, quæ ſunt de natura & conſuetudine ſui officii, atque ex tali conrractu ſucceſſorem in Regno vel principatu indiſtinctè obligari.

Idem quoque quod videlicet ſucceſſor Regis, Imperaroris vel Principis ex conceſſione ſive contractu feudi indiſtinctè obligetur, illumq́; contractum ratum habere teneatur, tenet *Bald. c. 1. & ibi Præpoſ. de nat. feud. Iaſ. conſ. 1. num. 2. lib. 1. conſ. 10. num. 2. lib. 3. Curt. jun. in Tract feud. 1. part. 2. part. princip quæſt. 2. num. 8. in fin. Iacob. de S. Georg. in Tract feudal. verb. ſed an Princeps, num. 1. Aym. Cravet. conſ. 54. num. 1.*

Quod generaliter quidem verum eſt, potiſſimùm autem procedit eo caſu, quando Imperator, Rex vel Princeps, alteri in feudum concedit rem prius in feudum conceſſam, ſive infeudari ſolitam: Tunc enim ſucceſſor in Imperio, Regno vel Principatu, tantò magis ex iſta conceſſione feudi obligatur, eamq́; ratam habere tenetur, *Aym Cravet conſ. 54. num. 1.*

69 Similiter & ex † contractu Imperatoris, Regis, vel alterius Principis Succeſſor in Regno, Imperio vel Principatu, qui per electionem ſurrogatur, indiſtinctè obligatur, eo caſu, quando contractus eſt factus ex cauſa oneroſa, *Cardin. conſ. 147. col. 2. Socin. jun conſ. 6a. num 30 lib 3.*

70 Et dubio omni caret, † contractum feudi eſſe cauſam ſive contractum oneroſum, *c. 1. §. fin ext. ex quib. cauſ feud amit.*

Quod potiſſimùm procedit, quando feudum alicui conceſſum eſt propter expenſas à vaſallo pro utilitate concedentis factas, *Ioan. Campeg. inter conſ. Albert. Brun. conſ. 11 num. 6.*

Sed ex omnibus Inveſtituris factis à Rege W. C. & N. Duci G. & A. liquet, illas Inveſtituras † eſſe factas cum conſilio 71
& conſenſu Procerum & Conſiliariorum Regni Daniæ, qui totum Regnum repræſentant, *gloſ. Rubr. C. quæ ſit long. conſuet. gl. l. aliud. §. refert. ff. reg. jur. Imol. c. cum omnes. col. 18. ext. Conſtit. Bald. c. 1. col. 2. ext. de jud. Ang. & Paul. Caſtr. l. nulli. ff quod cujusq. univerſ. nomine. Alex. conſ. 101. lib. 1. conſ. 17. col. 1. lib. 6. Socin. conſil. 83. in princ. lib. 4. Dec. l. civitas. num. 1. ff. ſi cert. pet. Corn. conſ. 293. in pr. lib. 1. Cravet. conſ 195. num. 8. Rol. à Vall. conſ. 90. num. 1. lib. 1. Laur. Sylva. conſ. 71. num. 9.*

Er in omnibus illis Inveſtituris facta eſt mentio regiæ Dignitatis, nec non & ſucceſſorum tam concedentium quàm recipientium, illæq́; Inveſtituræ expreſſè factæ ſunt ſub nomine regiæ Dignitatis.

In Inveſtituris quoque Regis W. & Regis C. dicitur, Ducem G. de Ducatu Schleiſvvicenſi ab illis Regibus inveſtitum propter ipſius benemerita & ſumptus atq; impenſas ab illis factas.

Nec dubium eſt, Ducatum Schleiſvvicenſem ad Regnum Daniæ pertinere & etjam ante Inveſtitoram R. W. fuiſſe ſolitum in feudum concedi. Et ſic liquet, illas Inveſtituras omnes eſſe factas de Ducatu ad Regnum Daniæ pertinente, & quidem infeudari ſolitæ.

Igitur ſequitur ex illis Inveſtituris Regum W. C. & N. omnes ſucceſſores in Regno Daniæ, & inter cæteros etiam modernum Illuſtriſſimum Principem & Dominum, Dominum F. Secundum, Regem Daniæ, ita obligari, ut ſuæ regiæ Majeſtati non permittatur obligationem deſcendentem ex illis Inveſtituris revocare, diminuere, reſtringere, alterare vel mutare.

Sextò, forma præcisè, ſpecificè & ad 72
unguem adimpleri debet, *Bald. Ang. Imol. & Dd. l. 1. ff. de liber. & poſthum.* Nec ei quicquam addi vel detrahi poteſt, *Bald. l. fin. col. 2. C. de ſuis & legit. hæred.* Nec etiam forma per æquipollens adimpleri poteſt, *gloſ Clem. 1. verb tertiò de vit. & honeſt. Clericor. Bart. l. non ſunt liberi. ff de ſtatu homin. Alex. l. 1. col. fin. ff de liber. & poſthum. Fel. c. cum dilecta. ext. de reſcript. Hippol. de Marſil. conſ. 27.*

Et hoc uſque adeò verum eſt, ut forma

nec in modico quidem mutari, alterari vel omitti poſſit, utq; omiſſio, mutatio vel alteratio formæ etiam in modico totum actum vitiet & inutilem reddat, *Anton. de Butr. & Panor. c. Piſanis. arg. illius text. ext. re-ſtit. ſpoliat. Bald. & Imol. l. 1. C. de lib. & poſt-hum. Felin. c. cum dilecta. col. 12. ext. de reſcript. Felin. c. fin. §. 1. col. 3. ext. de offic. deleg. Iaſon. conſ. 165. & conſ. 191. col. 1. lib. 2. cum mult. ſi-milib. alleg. per Tiraquell. in tract. de utroq; re-tract. part. 1. §. 1. gloſ. 21. num. 11. & part. 2. §. 4. gloſ. 6. nu. 31.*

73 Sed certum eſt, quod † verba cujuslibet contractus ſint & reputentur eſſe forma ipſius contractus, *Bald. l. quoties. col. 1. C. de ſuis & legit. Bald. conſ. 266. col. 2. conſ. 434. col. 1. lib. 1. conſil. 72. lib. 3. & conſil. 321. col. 2. lib. 4. Raph. Cuman. conſil. 164. col. fin. Tiraquell. rep. l. ſi unquam. verb. libertis num. 7. C. de revoc. donat.*

Quod etiam in contractu feudi ſive Inveſtitura locum habet. Namque & tenor ſive verba Inveſtituræ reputantur eſſe forma contractus feudi ſive Inveſtituræ, *Bald. in prælud. feud. num. 47. Bald. l. quoties, C. de ſuis & legit. hæred. Dec. conſ. 193. num. 1. conſ. 435. num. 4. conſ. 468. num. 9. conſ. 614. num. 3. conſ. 680. num. 1. Zaſ. in Tract. feud. part. 6. num. 24.*

Ideoque traditum eſt, quod verbis contractus nihil addi vel detrahi poſſit, *Bald. l. quoties. col. 1. C. de ſuis & legit. hæred. Bald. conſ. 266. lib. 1. Tiraquel. d. verb. libertis. num. 7.*

Et ſic etiam ex hoc liquet, quod Illuſtriſſimo Principi & Domino, Domino F. Secundo, Regi Daniæ, non permittatur in renovatione Inveſtituræ, quàm ſua regia Majeſtas Illuſtribus Principibus & Dominis, Domino J. & Domino A. Ducibus Holſatiæ, reſpectu Ducatus Schleiſvvicenſis facere tenetur, à tenore ſive verbis antiquarum Inveſtiturarum Regum W. C. & N. recedere, ſed quod ſua regia majeſtas iſtam renovationem præciſè facere teneatur ſecundum tenorem Inveſtiturarum Regum W. C. & N.

74 Septimò, dubio omni caret, † quod contractus celebratus à minore cum licentia & permiſſione Regis vel Principis etiam non adhibita ſolennitate aliqua indiſtinctè ratus ſit & teneat, *l. 2. & ibi Bart. Bald. & Dd. C. quand. decret. opus non. eſt. fac. tex. l. fin. & ibi Luc. de Pen. & Dd. C. de venden. reb. civit. lib. 10. l. omnium. & ibi Dd. C. de Teſtam.* Quodque Princeps etiam minori liberam adminiſtrationem bonorum ſuorum concedere poſſit, *l. denique. in princ. & ibi Bart. Bald. & Dd. ff. de minorib. 25. ann.*

Et idem quoque juris eſt † in populo 75
non recognoſcente ſuperiorem. Namq; & is populus minori adminiſtrationem bonorum ſuorum concedere poteſt, *Bart. l. denique. in princip. ff. de minor. 25. ann.* & regulariter utitur omninò Privilegiis Imperatori Romano indultis, *Bart. l. 1. §. de qua reſtitutione ff. de poſtul. Bart. l. quo minus. quæſt. 2. ff. de flumin. Bart. l. infamem. ff. de publ. judic. Bart. l. relegati. ff. de pœn.*

Ideoq; traditum eſt, quod † minor 25. 76
annis de licentia & permiſſione Principis rem aliquam de novo in feudum concedere poſſit, *Matth. de Afflict. c. 1. in princ. num. 7. per quos fiat Inveſtit.*

Præterea minor ex juſta & legitima cauſa, & propter magnam ſuam utilitatē rem aliquam de novo in feudum concedere poteſt, *Iacob. de Ardizo in ſua ſum. Rubr. 1. §. minor etiam. Matth. de Afflict. c. 1. in pr. num. 3. per quas fiat Inveſtitur. arg. l. fin. C. de curat. furioſ. l. pen. ff. de decret. ab ord. faciend. l. filius. ff. de donat.*

Deinde quoque dubio omni caret, quod Reſpub. vel Princeps minor, ea quæ adminiſtrationem bonorum reſpiciunt, quale eſt, aliquem de feudo novo inveſtire, & ſimilia cum autoritate Curatoris expedire poſſit, *Bar. l. quidam conſulebat. n. 13. ff. de re jud.*

Illud quoq; penitùs indubitatum eſt, minorem, intervenientib. ſolennitatib. requiſitis in alienatione rerum minorum, alteri rem aliquam de novo in feudum concedere poſſe, *Matth. de Afflict. c. 1. in princ. num. 10. per quos fiat Inveſtitur.*

Et dubio omni caret, quod † ex lapſu 77
temporis longi vel longiſſimi, præſumatur in alienatione rei minoris ſive à minore facta, omnes omninò ſolennitates legitimas ſive à jure requiſitas, interveniſſe, *Corn. conſ. 109. in fin. lib. 3. Aym. Crav. in tract. de antiq. temp. part. 3. §. venio nunc ad tertiam. n. 1. circ. fin.* Sicut & regulariter ex lapſu temporis longi vel longiſſimi omnes omninò ſolennitates in alienatione alicujus rei requiſitas interveniſſe præſumuntur: etiamſi agatur de maximo præjudicio, *Angel. Imol. Raph. Cuma. Alex. & Dd. l. ſciendum. & ibi Iaſon. n. 16. uſq; ad. n. 19. ff. de verb. oblig. Angel. Alex. & Dd. l. qui in aliena. in pr. verſ. ſed etſi non adierit. & ibi Iaſon. ff. acquir. hæred. Ioan.*

Andr.

Andr. Felin, & Dd. c. Albericus. ext. de teſtib. Hoſtienſ. Ioan. Andr. Felin. & Dd. c. illud. ext. de præſumpt. Abb. c. pervenit. ext. de empt. & vendit. Paul. Caſtrenſ. conſ. 202. col. 2. conſ. 375. col. 2. lib. 1. Bald. conſ. 531. col. 2. lib. 5. Alex. conſ. 79. col. 3. lib. 2. conſ. 45. in fin. lib. 3. & conſ. 92. col. 2. lib. 6. Aym. Cravet. in Tractat. de antiq. temp. part. 3. §. venio nunc ad tertiam. n. 1. & 6. & §. vidimus in genere, num. 25.

Et prædicta potiſſimùm procedunt eo caſu, quando iſta Inveſtitura fit propter benemerita, ſive ob remunerationem benemeritorum: Tunc enim talis Inveſtitura à minore facta, abſq; omni dubio valet & rata eſt, eam ob cauſam, quia clari & indubitati juris eſt, quod propter benemerita ſive in remunerationem benemeritorum, ea, quæ alioquin alienari prohibita ſunt, indiſtinctè alienari poſſunt, *Bart. in ſupraſcriptio. proœmij. ff. col. fin. Panor. c. per tuas. col. 2. ext. donatio. Iaſ. l. ex hoc jure. 8. effect. & ibi Claud. de Seyſel. 4. effect. ff. de juſt. & jur. Iaſ. l. ſi non fortem §. libertis. 6. effect. ff. de condict. indeb. Iaſ. conſ. 227. col. 8. lib. 2. conſ. 73. col. 3. lib. 3. Dec. conſ. 232. col. 2.*

Ideoque traditum, Tutorem & Curatorem, qui regulariter rem minoris donare ſive titulo donationis alienare nequeunt, ex cauſa remunerationis benemeritorum donationem facere poſſe, *l. cum plures. §. cum Tutor. ff. de adminiſtr. Tutor. l. qui filium ff. ubi pupil. educ. debent.*

78 Similiter & Procurator generalis, qui regulariter † donationes facere prohibetur, donationem facere poteſt ad remunerandum benemeritum, *l. filius. in princip. ff. de donat. Bartol. l. ambitioſa. ff. de decret. ab ordin. faciend. Franciſc. Aretin. conſil. 24. dub. 3.*

79 Et in ſpecie, quod † minor propter benemerita recipientis rem immobilem etiam non adhibitâ ſolennitate aliqua, alienare, concedere, & in alium transferre poſſit, tradit *Roman. l. ſi ante nuptias. ff. ſolut. matrim. Socin. conſ. 66. lib. 1. Alciat. l. creditores. ff. de verb. ſignif. Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. donatione. num. 29. C. revoc. donat.*

80 Eodem modo & res † Eccleſiæ, quæ alioquin alienari prohibitæ ſunt, in remunerationem meritorum in Eccleſiam collatorum, alienari poſſunt, *l. jubemus nulli. §. ſcientes. ibi ad viciſſitudinem beneficij collati, ſumpto argumento à contrario ſenſu. & ibi gloſ. verb. permiſſam. Alberic. Bart. Paul. Caſtrenſ. & Doctores C. de SS. Eccleſ. c. quicunque juncta. gloſ. 12. quæſt. 2. c. per tuas. & ibi Panormitan. ext. de donat. cum multis ſimilibus allegatis per Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. donatione largitus. numer. 27. C. de revoc. donat.*

Sed in caſu præſenti Inveſtitura prima facta Duci E. de Ducatu Schleiſvvicenſi, non tantùm eſt facta de licentia & permiſſione Regis, ſed eſt facta ab ipſo Rege W. & quidem cum conſilio & conſenſu Procerum & Conſiliariorum Regni Daniæ, qui & totum Regnum, quod ſuperiorem non recognoſcit, repræſentant, & Rege exiſtente in minore ætate Tutoris ipſius officio funguntur.

Præterea iſta Inveſtitura eſt facta à Rege W. Duci G. propter ipſius Ducis benemerita & egregia ſervitia, & in ipſum Regem, & in Regnum Daniæ collata, prout ex tenore illius Inveſtituræ liquet, illaq; Inveſtitura fuit conjuncta cum ſumma utilitate & Regi Daniæ & Regis W. cum & Regis & Regni interſuerit, habere talem vaſallum, adeò meritis & virtutibus excellentem.

Deinde etiam illa Inveſtitura fuit facta Anno 1316. & ſic ante 200. annos. Eamq; ob cauſam ex lapſu illius temporis præſumendum, in illa Inveſtitura interveniſſe omnes ſolennitates, omniaq; requiſita.

Igitur ſequitur, Inveſtituram Regis W. ratam & firmam eſſe, etiamſi probari & fides fieri poſſet, Regem W. tempore illius Inveſtituræ, & minorem fuiſſe, & nondum exceſſiſſe annum 12. vel 15. ſuæ ætatis.

Octavò, † conceſſio fendi facta à Rege 81
vel Imperatore poſt electionem, etiam ante coronationem rata & firma eſt, ſicut & quilibet alius actus geſtus ab Imperatore, vel Rege poſt coronationem valet & tenet, *gloſ. c. legimus. diſtinct. 93. Ioan. And. in addit. ad Specul. tit. de ſucceſ. ab inteſtat. §. 1. verſic. ex facto. Bart. in Conſtit. ad reprimendam, verb. Reges. Bald. l. benè à Zenone. C. de quadrien. præſcript. Abb. c. venerabilem. ext. de elect. Cardinal. Pariſ. conſ. 1. num. 4. lib. 2. conſ. 50. nu. 31. lib. 4.*

Igitur ſequitur, Inveſtituram factam à Rege W. Duci E. de Ducatu Schleiſvvicenſi, impugnari non poſſe ex eo capite, quod prohibetur, illam Inveſtituram factam eſſe ante coronationem Regis W.

Nonò, † Rex vel Princeps expulſus ex 82
ſuo Ducatu injuſtè, nempè extrajudicialiter, & non ſervato ordine judiciario, nihil-

Digitized by Google

ominus Rex & Princeps remanet, atque regalem Dignitatem retinet,& omnia acta & geſta ab ipſo, non tantùm ante ſed & poſt expulſionem perinde rata ſunt & valent, atque ſi expulſio nunquam facta fuiſſet, *Luc. de Pen. l. in ſacris. la 3. col. 2. C. de proxim. ſacror. ſcrinior. lib. 12. Præpoſ c. 1. col. fin. quis dicatur Dux. Boër. in Tract. de autorit. magni conſilij num. 110.*

Præterea quoque tàm Inveſtitura facta, quam omnes alii actus geſti vel celebrati ab illo Rege, qui poſt illos actus celebratus ex cauſa juſta & legitima & ſervato ordine judiciario regiâ dignitate privatus fuit, valent & tenent, ſicut hoc ſatis probatur per id, quod Dd. communiter tradunt, Inveſtituram ſive conceſſionem feudi factam ab illo Prælato, qui poſt illam Inveſtituram factam ex juſta & legitima cauſa, & ſervato ordine judiciario depoſitus & Prælatura ſuâ privatus fuit, ratam & firmam manere, *Bald c. 1, num. 2. & ibi Alvar. num. 6. Præpoſ. num. 3. & Matth de Afflict. n. 66. qui ſucceſſ. teneant. Curt. in Tract. feud. 1. part. 2. part. princip. quæſt. 25. Iaſon. l. ſi urbana. num. 10. ff. de condict. indeb.*

Igitur ſequitur, Inveſtituram factam à Rege W. Duci G. de Ducatu Schleiſvvicenſi, impugnari non poſſe ex illo capite, quod poſt illam Inveſtituram Rex W. ex Regno Daniæ expulſus fuit.

Rurſus ex hoc infertur, iſtam Inveſtituram nihilominus vires ſuas retinuiſſe, etiamſi poſt illam Inveſtituram Rex W. non tantùm ex Regnò Daniæ expulſus, ſed etiam juſta & legitima cauſa, & ſervato ordine judiciario Regno privatus fuiſſet.

83 Decimò, † Inveſtitura invalida confirmatur & valida efficitur per ſubſequentem ratificationem & confirmationem Imperatoris ſive illius, qui jura Imperii & Privilegia Imperatoris habet, *Marian. Socin. conſ. 77. num. 15. lib. 1.*

Nec dubium eſt, quemlibet actum etjam nullum & invalidum ratificari poſſe, ſaltem quoad hunc finem, ut ille actus valeat, & vim atque vigorem ſuum accipiat à tempore ratificationis, *Bart. l. quod obſervare. opp. 1. ff. de offic. proconſ. Alex. conſ 78. col. pen lib. 5. Dec. l ſemper. qui non prohibet. n. 16. ff. de reg. jur.*

84 Illaq; † ratificatio & confirmatio fit non tantum expreſſe ſive verbis expreſſis, ſed etiam tacite, re ipſa nempè & facto, cum ſit clari & indubitati juris, quod tacitum & expreſſum regulariter idem operetur, eundemq; effectum producat, *l. cum quid. & ibi Bart. & Dd. ff. ſi cert. pet.* Quodq; voluntas tàm confirmatoria quam ratificatoria ſive approbatoria æquè declaretur facto & reipſa ſicut verbis, *l. de quibus. & ibi gloſ. ff. de legib. l. recuſari. ff. de acquir. hered. l. Paulus reſpondit ff. rem ratam hab.*

Quinimò rebus ipſis ſive factis potiùs declaratur voluntas alicujus tam confirmatoria quam approbatoria ſive ratificatoria, quam verbis, *l. ſi tamen. §. ei qui. ff. edil. edict. c. dilecti. & ibi gl. & Dd. ext. appellat. Pet. de Anchor. conſ. 302. Roman. conſ. 291. Tiraq. in Tract. de utroq. retract. part. 2. in fin. num. 75.*

Deinde quoque certum eſt, quod † potior ſit mens quam verba, quodq; potiùs ſit inſpicienda energia, vis & efficacia verborum quàm qualitas verborum, *l. 3. & ibi Iaſ. C. de lib. præter. c. indulgentia. ext. verbor. ſignif. cum multis ſimilib. allegatis. per Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. libertis. C. de revocat. donat.* 85

Sed in tranſactione inita inter Reginam M. ex una, & Ducem G. ex altera parte, expreſsè cautum eſt, quod Regina M. promiſerit Duci G. illi nullam litem movere de jure vel de feudo, nec illum quolibet modo impedire vel turbare reſpectu Ducatus Schleiſvvicenſis, ſed quod pacem & tranſactionem illam in perpetuum ſervare, atque etiam Ducem G. contra illos tueri & defendere velit.

Igitur ſequitur, per illam tranſactionem Reginæ M. Inveſtituram Regis W. ſaltem in effectu approbatam, ratificatam, & per illam omnes omninò defectus, ſi quos forſan iſta Inveſtitura habuiſſet, ſublatos.

Deinde etiam ex depoſitionibus teſtium nobilium, qui ad perpetuam rei memoriam examinati fuere liquet, quod Dux G. de Ducatu Schleiſvvicenſi, non tantùm à Rege W. ſed etiam à Rege O. filio Reginæ M. cum conſenſu omnium Procerum atque Conſiliariorum Regni Daniæ inveſtitus fuerit, de Ducatu Schleiſvvicenſi quodq; Dux G. vigore illius Inveſtituræ Ducatum Schleiſvvicenſem toto tempore vitæ ſuæ poſſederit.

Igitur ſequitur, per hoſce actus ſubſequentes Inveſtituram R. W. ratam & firmam effectam, etiamſi doceri vel fides fieri

fieri poſſet, illam Inveſtituram alioquin defectus aliquos habere.

86 Undecimò, certi juris eſt, quod † titulus etiam invalidus errore præſertim facti accedente, juſtam cauſam præſcribendi præbeat, *Fel. c. de quarta. n. 35. lim. 4. & 5. ext. de præſcript.*

87 Illudq; penitùs indubitatum eſt, † lapſum ſive poſſeſſionem illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, omnem omninò defectum ſupplere, illudq; quod alioquin irritum, nullum vel invalidum eſt, firmum & validum efficere, *Bald. l. 2. C. ne de ſtatu defunctor. Franc. Balb. in Tract. de præſcript. 1. part. quæſt. 6. n. 8.*

Sed certum eſt, Ducem G. atq; ſuæ Illuſt. Celſ. poſteros, vigore Inveſtituræ factæ à Rege W. Ducatum Schleiſvvic, poſſediſſe ultra omnium hominum memoriam.

Igitur ſequitur, per poſſeſſionem illius temporis Inveſtituram Regis W. vires accepiſſe, etiam poſito, illam alioquin aliquibus vitiis vel defectibus laboraſſe.

88 Duodecimò, † Effectus ſententiæ etiam illius, quæ in rem judicatam tranſivit, tantùm durat 30. ann. & executio ſententiæ intra 30. tantùm annos peti poteſt. *Bald. & Imol. c. fin. ext. de except. Bald. Rubr. col. fin. ext. de præſcript. Bald. l. debitori. col. fin. verſ. tertiò quæro. C. de pact. Bald. conſ. 67. col. 3. verſ. alia ſequeretur. lib. 3. Fel. c. inter Monaſterium. col pen. verſ. limita decimò ſextò. ext. de ſent. & re jud. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 245. Tiraq. in Tract. de utroq. retract. in fin. nu. 35. Ioan. And. in Add. ad Specul. tit. de execut. ſent. §. ultimò. verſ. ultra hoc ſciendum.* Et hoc habet locum ſive executio ſententiæ petatur per implorationem officii Judicis ſive per actionem in factum.

Prout hoc quod contra implorationem officii Judicis competentem per executionem ſententiæ præſcribatur 30. annor. ſpacio expreſſè & in ſpecie tradit *Fr. Bald. in Tract. de præſcrip. 4. part. 4. part. princ. quæſt. 31. num. 41. Tiraq. in Tract. de utroq. retract. p. 1. in fin. num 32. Felin. c. inter Monaſterium. n. 50. ext. de ſent. & re jud.* Et confirmatur ex eo, namq; regulariter quodlibet officium Judicis ſiva quælibet imploratio officii Judicis alicui competens, per præſcriptionem 30. annor. tollitur; *gl. l. ſicut. verb. perſecutione. & ibi Bart, Bald. Sal. & Ang. C. de præſcrip. 30. vel 40. annor. gl. l. querela. C. de falſ. Oldrad. conſ. 150. ult. dub. Bart. l. prætor ait. §. fin & ibi. Imol. Rom. & Iaſon. ff. de oper. nov. nunciat. Bart. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. col. 4. ff. pro ſocio. Bald. l. 2. col. 2. verſic. modò quæro. C. de execut. rei jud. Bald. l. fin. col. 6. C. de contrah. empt. Ant. de Butr. conſ. 26. col. 3. dub. 2. Dec. conſ. 267. Tiraq. in Tract. de utr. retract. p. 1. §. 35. gloſ. 4. num. 40. ubi ipſe multos alios Dd. pro ſententia hac allegat.*

Quod verò actio in factum ex ſententia deſcendens, & pro executione ſententiæ competens, præſcriptione 30. annorum tollatur, tradit *Bald. Rub. col. fin. ext. de præſcript. Bald. conſ. 95. in fin. lib. 2. Franciſc. Balb. in Tract. de præſcript. 4. part. 4. part. pr. q. 31. n. 1.*

89 Et adverſus † ſententiam ſive effectum ſententiæ præſcriptio etiam cum mala fide currit, *Bald. c. 1. §. ſi quis per triginta. ſi de feud. defunct. content. Abb. c. fin. & ibi Felin. n. 4. ext. de præſcript.*

Sed ſententia ſive laudum, latum ab Imperatore Sigiſmundo à tempore illius ſententiæ ſive laudi lati non modò intra annos 30. ſed nec intra tempus immemoriale executioni mandatum eſt, illoq; laudo non obſtante & Dux G. & ſuæ Illuſtr. Celſi. poſteri, uſq; in hunc diem Ducatum Schleiſvvicenſem vigore Inveſtituræ factæ a Rege W. atq; ſequentium Inveſtiturarum ultra omnium hominum memoriam poſſederunt & retinuerunt.

Igitur ſequitur, per lapſum ſive præſcriptionem illius temporis ſententiam ſive laudum Imper. Sigiſmundi etiam poſito illud laudum per ſe valuiſſe, & in rem judicatam tranſiviſſe, omnes illius effectus penitùs extinctos, quodq; illud laudum contra Inveſtituram Regis W. item Regis O. & tranſactionem Reginæ M. ulterius allegari nequeat.

90 Decimò tertiò, certi & indubitati juris eſt, † quod ſententiæ etiam illæ quæ in rem judicatam tranſivit, renunciari poſſit, *l. juris gentium. §. ſi paciſcar. & ibi Dd. ff. de pact. Alex. & Dd. l. acta. ff de re judic. Felin. c. inter Monaſterium. num. 16. & num. 23. lim. 8. verſ. demum pondera. ext. de ſent. & re judic. Iaſon. & Dd. l. ſi diverſa. C. de Tranſaction.*

91 Illaq; † renunciatio ſententiæ, quæ in rem judicatam tranſivit, non tantùm expreſſè, ſed etiam tacitè fieri poteſt, cum regulariter taciti & expreſſi ſit eadem virtus atque efficacia, *l. cum quid. ff. ſi cert. petat.*

Similiter clari juris eſt, quod illa renunciatio juris quæſiti ex ſententia, quæ in rem judicatam tranſivit, non tantùm verbis, ſed etiam facto,

& re

Digitized by Google

& re ipſa fieri poſſit. Cum regulariter declaratio voluntatis æquè fiat rebus ipſis atque factis, quam verbis, illaq; declaratio voluntatis, quæ re ipſa & factis fit, ſit potior atque efficacior illa declaratione voluntatis, quæ verbis tantùm fit, ſicut hoc ſuperiùs docuimus.

92 Illaq; † renunciatio ſententiæ ſaltem tacita inducitur, eo ipſo, quod ia dominua feudi, pro quo ſententia contra vaſallum lata eſt, illum vaſallum de iſto feudo, quod domino per ſententiam adjudicatum eſt, de novo inveſtit, ſicut hoc ſatis probatur per id quod traditur, Dominum feudi inveſtientem vaſallum de novo poſt Feloniam ab ipſo commiſſam, & pœna privationis dignam intelligi vaſallo Feloniam commiſſam remiſiſſe, *Iacob. de Belviſo. Andr. de Iſern. Alvar. Martin. Laudenſ. Præpoſ. & Matth. de Afflict. c. 1. §. Inſuper de probib. feud. alien. per Frider. Hier. Schurff. conſ. 28. n. 8. lib. 3. Alex. conſ. 79. num. 11. lib. 1. conſ. 13. num. 17. lib. 6. Hier Grat. conſ. 2. dub. 2. lib. 2. Zaſ in Tract. feud. 10. part. num. 77. Socin. conſ. 66. col. 9. lib. 3.*

93 Idem etiam probat id, quod † legibus expreſsè cautum eſt, per contractum poſteriorem derogari omnibus illia, quæ iſti contractui quolibet modo refragantur, *l. 1. §. fin. ff. de ſtipul. ſervor. l. cum plures. §. locator horrei. ff. de locat. & conduct. l. clari. C. de fideicommiſſ. l. pacta noviſſima. & ibi Iaſ. nu. 3. ff. de acquir. poſſeſſ. Iaſ. l. ſi mihi & tibi. §. in legatis, lect. 1. & 2. num. 2. ff. de leg. 1.*

Uſque adeò ut hoc habeat locum etiamſi illi contractui clauſula derogatoria inſerta non ſit, *c. 1. & ibi Bald. & Dd. ex. de tranſact. Iaſ. d. l. ſi quis ante. num. 3.*

Multò verò magis hoc procedit eo caſu, quando contractui ſubſequenti clauſula derogatoria inſerta non eſt. Illam n. clauſulam multum operari dubio omni caret, prout hoc liquet ex traditis per *Bald & Iaſ. l. fin. C. ſi contra jus vel utilit. public. Bart. l. in Conſtit. ad reprimendum verb. non obſtant. Felin. c. nonnulli. in princ. num. 2. uſq; ad num. 28. ex de reſcript. Curt. ſen. conſ. 35. in fin. conſ. 61. col. 2. Socin. conſ. 3. conſ. 64. col. 3. lib. 3. conſ. 020. num. 9. lib. 4. Præpoſ c. per venerabilem. chart. 12. ext. qui fil. ſint legit. Dec. conſ. 269. num. 22.*

Idem quoque eſt, ſi clauſula decreti ſive clauſula caſſans & irritans omnia in contrarium facientia contractui vel Inveſtituræ inſerta fuerit. Namque talem clauſulam maximæ efficaciæ eſſe, omniaq; obſtacula removere, tradunt *Ant. de Butr. Imol. & abb. c. ceterorum. & ibi Felin. num. 19. ext. de reſcript.*

Similiter hoc multò magis locum habet eo caſu, quando contractus eſt initus, ſive conceſſio facta propter benemerita recipientis.

Namque † benemerita præcedentia 94
contractum, ſive conceſſionem aliquam idem operari videntur, quam operatur clauſula *Non obſtante*, ſicut hoc ſatis probatur per id, quod in ſimili traditur, Benemerita † præcedentia idem operari, quod 95
operatur clauſula *Motu proprio*, atq; hoc efficere, ut iſta conceſſio intelligatur facta motu proprio, *Guilb. de Cagn. l. 3. §. ſi procurator. ff. quod quiq; jur. Alb. de Roſ. l. 1. in princ. opp. 5. ff. eod tit. Alex. Iaſ. Socin. & Dec. l. 3. in princ. ff. quod quiq. jur. Iaſ. l. ex hoc jure. 4. effect. & ibi Claud. Aquenſ. 8. effect. ff. de juſt. & jur. Iaſ. l. ſi non ſortem. §. ſi libertus. 3. effect. ff. de cond. indeb. Tiraquel. repet. l. ſi unquam, verb. donatione largitus. num. 52. C. de revoc. donat.*

Et clauſula † *Motu proprio* in multis 96
æquiparantur clauſulæ *Non obſtante*, *gloſ. & Dd. c. ſi motu proprio. de præbend. lib. 6. gloſ & Dd. Clem. ſi Romanus Pontifex. de præbend. Bald. l. fin. C. de crim. ſacrileg. Felin. c. cæterum. nu. 18. ext. de reſcript.*

Sed poſt illam ſententiam ſive laudum, datum ab Imperatore Sigiſmundo Rex C. & N. Ducem A. filium Ducis G. de Ducatu Schleiſvvicenſi inveſtierunt, atque Inveſtituræ Regis C. eſt inſerta clauſula *Non obſtante*, ſive clauſula *Caſſans & irritans*, omnia in contrarium facientia, atque ex Inveſtitura Regis C. liquet, illam Inveſtituram eſſe factam propter benemerita & egregia ſervitia Ducis A.

Et ſic liquet, tàm Regem C. quàm Regem N. per illam Inveſtituram novam factam Duci A. de Ducatu Schleiſvvicenſi juri quæſito ex laudo lato ab Imperatore Sigiſmundo renunciaſſe. Et ſic modernum Regem ſe iſto laudo tueri vel juvare non poſſe. Cum nemini permittatur ad ea redire, cui ipſe vel prædeceſſores ſui ſemel renunciaverunt, *l. fin. C. de remiſſ. pignor.*

Decimò quartò, per † confirmationem 97
factam ex certa ſcientia etiam ille actus, qui alioquin non valet, ſive invalidus eſt, confirmatur & robur accipit, *Innoc. c. cum dilectus. ext. de electiou. Bart. l. ſi conſtat. ff. de appel-*

appellat. Bartol. l. Privilegia. C. de SS. Eccleſ. Butr. Alex. Iaſ. Dec & Dd. l. more. ff. de juriſd. omn. jud Cardin. conſ. 44. Abb. conſ. 62. lib. 1. Alex. conſ. 1. num. 33. lib. 5. Dec. in Rubr. ext. de confirm. util. vel inutil. Dec. c. de confirmationibus. num. 6 ext. eod. tit. gl. c. veniens. verb. confirmatam. ext. de Tranſaction Innoc. c. 1. ext. eod. tit. Carol. Molin. in conſuet. Pariſien. tit. 1. §. 5. num. 70. Pet. Duen. reg. 131.

98 Et confirmatio ex certa † ſcientia facta eſſe dicitur, quando tenor rei confirmatæ confirmationi inſertus eſt, *c. pen. & ibi Ioan. Andr. & Dd. & Dec. num. 1. ext. de confirm. utili vel inutil. Alex. conſ. 1. num. 35. lib. 1. Dec. c. de confirmationib. num. 6. ext. de confir. util. vel inutil. Abb c. inter dilecta. extr. de fid. inſtrum. Abb. c. examinat. ext. de confirm. util. & inutil. Roman. conſ. 327. & conſ 336.*

Idem quoque juris eſt, ſi tenor rei confirmatæ in confirmatione non quidem ſit expreſſus, ſed in confirmatione expreſsè dictum & cautum, quod tenor rei confirmatæ debeat haberi pro expreſſo. Illa enim clauſula idem operatur, atque ſi tenor rei confirmatæ nominatim & ſpecialiter expreſſus fuiſſet; *l. omnes. & ibi Bald. & Ang C. de præſcript. 30. vel 40 annor. Oldrad conſ 117. Frid. Senenſ. conſ. 47. Alber. de Roſat. l. 1. ad fin. C. quand. Imper. int. pupill & viduam collecta. c. cum dilecta col. 1. & ibi Bald. col. fin. ext. de reſcript. Bald. & Ang l. Divi. §. licet. ff. de jur. codicillor. Bald. in tit. de pac. conſtant. verb. libellarie. Ang & Paul. Caſtrenſ. l. ſi mihi. §. in legatu ff. de leg 1 Paul. de Leaz. & Imol. Clem. 1. de ſepultur. Ant. de Butr. & Domin c. quæ in Eccleſiarum. ext. de Conſtitut. Ant. de Butr. & Panorm. c. cum inſtantia ext. de cenſib. Petr. de Anchar. c. cum in præſentia ext. de decim. Ioan. de Ana. conſ. 56. Alex. conſ. 30. col. 3. conſ. 217. col. 6. lib. 2. Socin. conſ. 169. lib. 2. Guid. Papæ conſ. 64 col. 10. Card. ſen. conſ. 50. col. 67. Fel. c. in noſtra. col. 9 Cotolar. 9. ext. de reſcrip. Rim. conſ 31. col. 4. lib. 1.*

Illudq́; potiſſimum & abſq; omni dubio procedit, quando illa confirmatio fit ab Imperatore Romano vel Rege aliquo ſuperiorem non recognoſcente. Namq; in tali confirmatione iſta clauſula abſq; omni dubio idem operatur, atq; ſi tenor rei confirmatæ de verbo ad verbum confirmationi inſertus fuiſſet, prout hoc tradit *Ang. & Fulgoſ. l. ſed etſi quis §. quæſitum ff ſi quis cantion. Ang. l. divi §. licet. ff. de Codicill. Angel. conſ. 249. col. fin. Bald. c. cum dilecta. ext. de reſcript.*

Quinimò aliqui Dd. volunt, confirmationem ſemper intelligi factam ex certa ſcientia, eo caſu, quando in confirmatione fit mentio rei confirmatæ & Scripturæ ſuper iſta re confectæ, *gloſ. c. Paſtoralis. §. præterea. verb. certa ſcientia. ext. de off. delegat. Alex. conſ. 57. num 8. lib. 1. Dec. c. porrecta. num 5. ext. de confirm. util vel inutil. junct. gloſ. Clem. 1. verb. ex certa ſcientia. de judic.*

Illud quoque penitus indubitatum eſt, 99 quod † conſenſus geminatus ſive reiteratus cum clauſula *Ex certa ſcientia*, obtineat, & perinde habeatur, atque ſi in iſto actu clauſula *Ex certa ſcientia*, verbis expreſſa fuiſſet, *Anton. de Butr. c. quæ in Eccleſiarum. col. pen. ext. de Conſtit. Abb. c. porrecta. & ibi Dec. num. 5. ext. confirm. util vel inutil. Bald. l. damnoſa. C. de precib. Imp. offer. Alex. l. 3. in prin. ff. quod quiſq; jur. Nicol. Everhard. in ſua Topica. in loc. à locutionis geminatio.*

Similiter & confirmatio ex certa ſcientia facta eſſe cenſetur eo caſu, quando clauſula *Ex certa ſcientia*, confirmationi inſerta eſt, *gloſ final. Clem. etſi principalis. de reſcript. gl. 3. c. ſtatutum. ext. de confirm. util. vel inutil. Roman conſ. 227. col. 3 Alex. conſ 59. num. 8. lib. 1. Dec. c. porrecta. num. 5. verſ. quarto. ext. de confirm. util. vel inutil.*

Eodemq́; jure utimur, ſi confirmationi fuerit inſerta clauſula, *Animo deliberato ſive præhabito conſilio & deliberatione.* Illa enim clauſula æquipollet clauſulæ *Ex certa ſcientia.*

Et idem quoque juris eſſe videtur, ſi 100 iſta † confirmatio fuiſſet facta propter benemerita: Cum benemerita in multis caſibus idem operentur, quod operatur conſenſus geminatus, prout hoc patet ex traditis per *Iaſon l. 3. in princ. nn. 6. & 7. ff. quod quiſq; juris.*

Multi quoque Dd. volunt, in dubio 101 præſumi † quamlibet confirmationem factam ex certa ſcientia, *Ioan. Andr. Anton de Butr. Cardin. & Imol. c. pen. extr. de confirm. util. vel inutil. Abb. c. examinata. ext. eod. tit. Alex conſ. 1. num. 35. lib. 1.*

Sed in Inveſtitura facta de Ducatu Schleiſvvicenſi a Rege C[illegible] A. ſequens clauſula expreſſa eſt: Det ſchollen alle Breive / Privilegia, Beſtinge / Giffte / Vorſehunge die Könige oder Königinnen tho Dennemarcken in vortiden gegeben hebben Hertogen G. erbenombte Hertogthumb tho Schleiſwig / by voller Macht bliuen / gelick als ſe deſuluen Breue / Gaue vnnd

Vers.

Digitized by Google

Verleihunge von Worden tho Worden hirinne vtgedrucket vnd geſcreuen weren.

Et cum in iſta Inveſtitura dicatur, quod omnia Inſtrumenta, Privilegia, Conceſſiones vel Inveſtituræ ratione Ducatus Schleiſvvicenſis a prioribus Regibus & Reginis Daniæ factæ & conceſſæ, perinde plenum robur firmitatis obtinere debeant, atque ſi iſta Inſtrumenta, Privilegia Inveſtituræ vel Conceſſiones iſti Inveſtituræ Regis C. de verbo ad verbum inſerta fuiſſent: Dubio omni caret, per iſtam Inveſtituram Regis C. inter cætera etiam Inveſtituram à Rege W. factam Duci G. confirmatam.

102 Quia is † qui dicit *Omne*, nihil excludit, *l. Iulianus. in princ. ff. de leg. 3. c. ſolitæ. ext. de major. & obedient.* Atque diſpoſitio univerſalis comprehendit omnia quæ excogitari poſſunt, *Dec. conſ 29. col. 2. in fin Cravet. conſ. 105. num 3. Laur. Sylvan. conſ. 95. n. 17.* quæq; alioquin ſub illa diſpoſitione non comprehenderentur, *Bartol. l. generali. §. uxori ff. de uſufr legat Bart. l ſi ita. ff. de aur. & argent. legat. Dec. l omnia. col. 1 ff. ſi cert. pet. Dec. c. ſedes Apoſtolica. col. 4. ext. de reſcript. Aym. Cravet. conſ 86 num. 6. & conſ 194. col antepen verſ 4. Roman conſ. 44. Laur. Sylvan. conſ. 95. num. 17* Nullo penitùs excepto, *Frid de Sen. conſ. 84. Laur. Sylvan. conſ. 85. num. 17.*

Illaq; Inveſtitura à Rege C. eſt facta Anno 1440. & poſtea Anno 1443. ab eodem Rege C. confirmata & approbata. Et ſic geminatus ſive reiteratus conſenſus Regis C. intervenit.

Similiter Rex C. Primus, Ducem A. Anno 1455. de Ducatu Schleiſvvicenſi inveſtivit, atque in iſta Inveſtitura confirmavit, præcedentem Inveſtituram Regis C. cum omnibus ſuis clauſulis & articulis, néc non etiam diſpuſuit, quod omnia Inſtrumenta atque Privilegia quondam reſpectu Ducatus Schleiſvvicenſis conceſſa vel emanata, atque favorem Ducis A. ejusque hæredum reſpicientia, perinde robur firmitatis obtinere debeant, atq; ſi iſta Inſtrumenta & Privilegia iſti Inveſtituræ de verbo ad verbum inſerta fuiſſent.

Præterea quoque Inveſtituræ tàm Regis C. quàm Regis N. eſt inſerta clauſula, *Animo deliberato*. Item & clauſula, *Præhabito conſilio & deliberatione cum Proceribus Regni.*

103 Deinde etiam † Inveſtituræ Regis C. eſt inſerta clauſula, *De plenitudine poteſtatis*, ſicut hoc patet ex illis verbis: Von vollmechtigem Rahte vnnd Königlicher Macht. Namque illud verbum Vollmechtig / non tantùm ad verbum Rahte / ſed etiam ad verbum Königliche Macht refertur, juxta *l. Seja. §. Cajo ff. de fund. inſtruct.* Illamq; clauſulam multùm operari, omnesq; & defectus tollere & obſtacula removere inferius docebimus.

Et ex tenore Inveſtituræ Regis C. liquet & patet, illam Inveſtituram eſſe factam Duci A. propter ipſius benemerita.

Igitur ſequitur, Inveſtituras factas à Regibus C. & N. Primo, quatenus in illis omnia præcedentia Privilegia Inveſtituræ & Inſtrumenta, & inter cætera etiam Inveſtitura Regis W. facta Duci G. confirmata ſunt, ex certa ſcientia factas cenſeri.

Rurſus ex hoc ſequitur, per iſtas Inveſtituras Inveſtituram Regis W. & confirmatam fuiſſe, roburq; accepiſſe, etiamſi Inveſtitura Regis W. vel ab initio fuiſſet nulla, vel per laudum latum, per Imperatorem Sigiſmundum annullata.

Decimò quintò, clari & indubitati ju- 104
ris eſt, † illud quód nullum eſt, nullum præſtare impedimentum, *c. non præſtat impedimentum. & ibi Ioan Monach. Ioan. And. Dyn. & Dd. de reg. jur. lib. 6. c ſi verum. 31. quæſt. 2. c. juvenis. ext. de ſponſal. c. literas. & c. acceſſit. ext. de deſponſat. impuber. c. ſcriptum eſt. & c. congregato. & ibi gl. fin ext. de election. l. ſi dare ſtipulor. ff de verb. obligat. Fel. c. ex tenore. col. 4. verſ. regula non præſtat. ext. de reg. jur.*

Nec quicquam obſtat, quo † minus 105
actus nullus ſive nulliter aut inutiliter geſtus aut celebratus reiterari ſive ſecundò vel tertiò utiliter geri & celebrari poſſit, *l. qui per ſalutem. & ibi Bart. & Iaſ ff. de jurejurand. l. ſi Præſes. & ibi Bartol. C. quomod. & quand. jud. l. ſi ut proponis. C. eo tit. l. is qui hæres ff. de acquir. hered. l. ſi maritus § ſin ff. ad l. Iul. de adult. Tiraquell. repet. l. boves. §. hoc ſermone. lim. 1. ff. de verb. ſignif. Sebaſt. Vant. in Tractat. de nullit. ſub Rubr. coram quo nullitas proponi poteſt. n. 2. verſ. in omnibus etenim.*

Præterea & † confirmatio facta ex cer- 106
ta ſcientia, præſertim illa per quam Actus nullus confirmatur, dicitur & reputatur eſſe nova conceſſio, *Bart. Ang. Alex. & Dd l. more. & ibi Iaſ. num. 30 Dec. num. 21 ff. de juriſd. omn. judic. Bartol. l. ſi conſtat. ff. de appel. Bart. l. Privilegia. C. de SS. Eccleſ. Imol. c. 1. ext. de Tranſactio. Alex. conſ. 34 col. 3. lib 4. Dec. Rubr. ext. de confirm. util & inut. Carol. Molin. in conſuet. Pariſien. tit. 1. §. 3. num. 7.*

Quin-

Google

107 Quinimò & † confirmationem factam in forma communi pro nova diſpoſitione haberi, eo caſu, quando cum illa intervenit traditio poſſeſſionis, tradit *Petr. Duen. reg. 131.*

108 Et ſolus † titulus traditionem poſſeſſionis operatur eo caſu, quando eo tempore, quo quis titulum acquirit, illa res de qua agitur, penes acquirentem titulum exiſtit, *§ interdum. Inſt. de rer diviſ.*

Sed ex Inveſtitura Regis C. facta de Ducatu S. Duci A. liquet, illam Inveſtituram non tantùm continere confirmationem Inveſtiturarum præcedentium, & etiam inter cætera Inveſtituram Regis W. ſed etiam novam Inveſtituram eſſe, illamq; quatenus continet confirmationem Inveſtiturarum præcedentium eſſe factam ex certa ſcientia.

Igitur ſequitur, etiam poſito ſed tamen non conceſſo, Inveſtituram Regis W. vel ab initio fuiſſe nullam, vel ex poſt facto per laudum latum per Imperatorem Sigiſmundum annullatam; nihil tamen obſtare nec impedire, quò minus Rex C. Duci A. ſuiſque ſucceſſoribus Ducatum Schleiſvvicenſem de novo potuerit in feudum concedere, illamq; Inveſtituram Regis C. ſaltem ut novam Inveſtituram ſeu novam conceſsionem in feudum valere.

109 Decimò ſextò, clari juris eſt, † quod tàm Imperator quàm Rex bona Imperii vel Regni ſive ad Imperium & Regnum ſpectantia alteri in feudum concedere poſſit, *Bald. in prælud. feudor. & ibi Præpoſ. num. 23. & 24. & Iaſon. num. 77. Martin. Laudenſ. cap. 1. in princ. de his qui feud. dar. poſſ. Aym. Cravet. conſ. 54. Oldrad. conſ. 159. fac. text. c. 1. de nat. feud. c. 1. quis dicatur Dux.*

Quod procedit non tantùm in iis re-
bus quæ ſunt infeudari ſolida, ſed etiam
110 locum habet in iis rebus quæ ſunt de † do-
minio Imperatoris ſive Regis, quæq; nun-
quam antea in feudum conceſſa fuère.

Namque & illas res tàm Imperator quàm Rex alteri in feudum concedere poteſt. *Andr. de Iſernia. cap. 1. in princip. num. 10. & ibi Matth. de Afflict. num. 71. de his qui feud. dar. poſſ. Abb. conſ. 8. incip. Nitar in præſenti. quæſt. 26. lib. 2.*

Multò verò magis hoc locum habet in illis rebus quæ fuère antea in feudum conceſſæ, ſive ſunt infeudari ſolitæ. Namque tales res Imperator ſive Rex indiſtinctè alteri infeudum concedere poteſt, *Socin. conſil. 4. num. 15. & 16. lib. 3. Cravet. conſ. 54. num. 1.*

Et confirmatur ex eo: Namq; & Principibus eccleſiaſticis, quales ſunt, Archiepiſcopi, Epiſcopi & ſimiles, qui tamen non habent tantam poteſtatem in rebus Eccleſiæ, ſive ad menſam ſuam pertinentibus, quantam poteſtatem habent Principes & Reges ſeculares, liberè permittitur res infeudari ſolitas, ſive quæ alteri prius in feudum conceſſæ fuère, in feudum concedere, *c. 1. in princip. & ibi Dd. de his qui feud. dar. poſſ. c. 2. & ibi Dd. ext. de feud. Alex. conſil. 40. col. final. & conſil. 92. vol 2. lib. 6. Curt. in tract. de feud. 1. part. 2. part. princip. quæſt. 1. Roland. à Val. conſil. 1. num. 82. & 83. lib. 1.*

Et licet alioquin Dd. faciant talem di-
ſtinctionem, utrum † conceſſio in feu- 111
dum ſive Inveſtitura Regis vel Imperato-
ris ſit conjuncta cum magno præjudicio
Imperii vel Regni, an verò non, & con-
cludant, ſecundo caſu Inveſtituram valere,
primo verò non, *Oldrad. conſ. 94. num 23.
Alex. conſ. 1. n. 19. & 20. lib. 5. Præpoſ. in præ-
lud. feud n. 24 & ibi Iaſ. n. 72. Iaſ. in tract. in
feud. n. 15. Rol. à Val. conſ 4. n. 107 uſq; ad n.
118. lib. 1. Mart. Laudenſ. c. 1. in princip. de
his qui feud. dat. poſſ.*

Attamen iſta diſtinctio non habet locum in rebus infeudari ſolitis, ſive quæ anteà in feudum conceſſæ fuère, de talibus enim reb. tam Rex quàm Imperator alium indiſtinctè inveſtire poteſt, etiamſi illa Inveſtitura ſit conjuncta cum maximo detrimento ſive præjudicio Regni, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Aym. Cravet. conſ. 54. n. 1. verſ. tertiò poſito.*

Et confirmatur, Namq; & Prælati ſive Principes eccleſiaſtici, quos tamen conſtat minorem poteſtatem habere quam habent Principes vel Reges ſeculares, & rem infeudari ſolitam, ſive quæ prius in feudum conceſſa fuit, alteri in feudum concedere alioſq; actus per quos res aliqua ad naturam ſuam ſive ſtatum priſtinum revertitur, indiſtinctè expedire poſſunt, etiamſi hoc cum gravi damno & præjudicio Eccleſiæ conjunctum ſit, *Abb. c. veniens. col. pen. ext. de præſcript Franciſc. Ar. Rubr. col. 1. verſ. 5 ff. de verb oblig. Marian. Socin c. qualiter. el. 2. quæſt. 3. art. 16. ext. de accuſat. Iaſon. l. ſi unus. §. pactus ne peteret. num. 11. ff. de*

pact. Ruin. conſil. 2. num. 8. lib. 1. conſ. 108. col. antepen. num. 26. lib. 2. Craveт. conſ. 135. num. 38. Godzad. conſ. 26. num. 55. Socin jun. conſ. 11. num. 12. lib. 3. Tiraq. in Tract. de primog. quaſt. 24. num. 7.

Et hoc potiſſimum procedit eo caſu, quando Imper. ſive Rex talem infeudationem, Inveſtituram ſive conceſſionem in feudum facit cum conſilio & conſenſu Procerum Regni ſive Imperii.

Namque dubio omni caret, quod tam Regi quam Imperatori permittatur, quælibet negotia etiam ardua, & cum gravi præjudicio conjuncta expedire cum conſenſu & conſilio Procerum Regni vel Imperii, quodq; factum etiam grave & arduum cum conſenſu & conſilio Procerum Regni in dubium revocari nequeat, *Bald. & Dd. l. placet. & ibi Iaſ. lect. 1. nu. 9. & lect. 2. nu. 10. & Perpal. in rep. num. 16. C. de SS. Eccleſ.* 111 *Bald. l. cum multa. C. de bon. quæ liber. Iaſ. in prælud. feud. nu. 79. Felin. Rubr. ext. de conſtit. cum ſimilibus.*

Similiter hoc potiſsimum & abſque omni dubio procedit in caſu, quando illa Inveſtitura ſive conceſsio in feudum eſt facta ex cauſa juſta & legitima, utputa, propter remunerationem benemeritorum: tunc enim talis Inveſtitura ſive infeudatio indiſtinctè valet, etiamſi illa cum maximo præjudicio Regni vel Imperii conjuncta ſit, ſicut hoc ſatis probatur tùm per id, quod ſupra docuimus, etiam res alioqui alienari prohibitas, alienari poſſe per remunciationem benemeritorum. Tùm, quia alibi traditum eſt, licet neque Regi neque Imperatori permittatur res ad Imperium ſive Regnum ſpectantes, cum abdicatione omnis dominii, juriſdictionis atque ſuperioritatis alienare, Attamen hoc non habere locum, quando illa alienatio fit ex cauſa juſta & legitima, propter remunerationem nempe benemeritorum, *Paul. Caſtrenſ. conſil. 180. incip. in facto præſenti. Præpoſ. in prælud. feud. n. 24.*

Tùm, quia juſta & legitima cauſa regulariter id quod alioquin prohibitum eſt, licitum reddit, prout hoc latè tradit *Tiraq. in tract. de pæn. in præfat.*

Deinde prædicta potiſſimùm procedunt eo caſu, † quando Inveſtituræ ſive
112 conceſſioni in feudum à Rege vel Imperatore factæ, eſt inſerta clauſula, *Ex certa ſcientia.*

Namq; clauſula, *Ex certa ſcientia*, habet vim ſpecialis derogationis, *Paul. Caſtrenſ. conſ. 41. & conſ. 102. lib. 2.* & ſupplet omnes defectus, *Innoc. c. 1. ext. de confir. util. & inutil. Pet. Duen. reg. 131. nu. 1.* omneq; obſtaculum removet, *Bart. conſ. 106. col. 2. Aym. Cravet. conſ. 182. num. 13.*

Et Princeps faciens aliquid ex certa ſcientia, cenſetur uti plenitudine poteſtatis, *Bald. l. 1. in princ. C. de appellat.* Illaq; clauſula, *In omnibus & per omnia*, æquiparatur clauſulæ *De plenitudine poteſtatis. Abb. c. adhæc. arg. gloſ. ibid. ext. de renunc. Abb. c. cum inter. col. 1. ext. excep. Abb. c. cum olim. ext. de ſent. & re judic. Rom. conſ. 369. Dec. conſ. 269. n. 11.*

Præterea Princeps ex certa ſcientia poteſt omnia ſupra jus, contra jus & extra jus, *Bal. c. cum ſuper. n. 11. ex. de cauſ. poſ. & propriet. Alb. Brun. conſ. 1. n. 37. Rol. à Val. conſ. 3. n. 130. lib. 1.* Et ex certa ſcientia Principis poteſt omnia & ſuper omnia, *Bal. c. 1. qual. domin. propriet. feud. priv.* Et poteſt mutare quadrata rotundis, *Hoſt. & Dd. c. cum veniſſent. ex. de jud.* Et Princeps faciens aliquid ex certa ſcientia, nullæ formæ aſtringitur, nec ab eo ulla ratio exquirenda eſt, illiq; nemo dicere poteſt, *Cur ita facis? Spec. in tit. de legat. §. nunc oſtendendum, verſ. 89. Bald. in prælud. feud. col. 9. Bald. l. impetrata, C. ſententiam reſ. indi non poſ. Alb. Brun. conſ. 1. n. 36. & 37.*

Et factum à Principe ex certa ſcientia non poteſt in dubium revocari, *Bart. l. conſciuntur. §. Codicilli. C. de jure Codicill. Dec. conſ. 169. nu. 11. Card. Pariſ. conſ. 1. nu. 67. lib. 2. Rol. à Val. conſ. 3. num. 129. lib. 1.* Nec debet quis audiri contra illud, quod Princeps ex certa ſcientia fecit, ſed ipſe debet repelli eiq; perpetuum ſilentium indici, *Bald. c. 1. §. ſi quis autem. arg. illius text. de pac. conſtant. Alber. Brun. conſ. 1. n. 38. Dec. conſ. 169. nu. 11. Card. Pariſ. conſ. 1. nu. 67. lib. 2.*

Clauſula quoque † *De plenitudine poteſta-* 113
tis, omnes omninò clauſulas ſuperat, *Franc. Curt. conſ. 65. col. 9. Dec. conſ. 373. n. 8. Card. Pariſ. conſ. 1. n. 63. lib. 2.* Et hoc operatur, ut in contrarium nihil opponi poſſit, *Bald. in proœm. Decret. col. 4. Card. Pariſ. conſ. 107. n. 40. lib. 1. Dec. conſ. 198. n. 2.* Nec Principi procedenti vel aliquid confirmanti, cum illa clauſula dici poteſt, *Cur illa facis? Bald. in prælud. feud. col. 9. Dec. conſ. 198. nu. 2. Card. Pariſ. conſ. 107. n. 40. lib. 1. & conſ. 1. n. 68. lib. 2.*

Et quando Princeps utitur plenitudine poteſtatis, nihil ulterius quærendũ eſt, *Ang. l. 2. C. de quadr. præſcript. Card. Pariſ. conſ. 107. n. 40. lib. 1.* Et actus geſtus de plenitudine

pote-

poteſtatis non eſt ſubjectus regulis juris, nec contra talem actum quicquam opponi poteſt, quod gratiam, conceſsionem vel confirmationem tollat vel nullum reddat, *Curt. ſen conſ 49 col. 34. & conſ. 55. col 9. & 13. Card. Pariſ. conſ. 15. n 64 lib. 2.* Illaq; clauſula omnes penitus effect⁹ tollit, ita ut de virib. Privilegii, gratiæ vel confirmationis, cui iſta clauſula inſerta eſt, uberius diſputari nequeat, *Oldr. conſ. 287. Paul. Caſtr. conſ. 281. Card. Pariſ. conſ. 15. num. 64. lib. 2.* Et habet vim clauſulæ derogatoriæ ad omnem omninò legem contrariam, continentem etiam clauſulam derogatoriam, *Cardin. Pariſ. conſ. 5. nu. 93. lib. 4.* Et tollit ſubreptionem, obreptionem & omnes defectus intentionis, *Cardinal. Pariſ. conſ. 5. nu. 120. lib. 4.*

Multò verò magis prædictæ clauſulæ hos effectus producunt, omneſq; defectus ſupplent & tollunt eo caſu, quando iſtæ clauſulæ ſimul junctæ ſunt.

Tunc enim illæ ſunt & efficatiores & fortiores, & hoc operantur, ut tertiò præjudicetur indiſtinctè licet de gravi præjudicio agatur, *Lapus, Imol. & Domin. c. ſi propter. de reſcript. & lib. 6. Soc. c. poſtulaſti. ext. de reſcript. Fel. c. ad aures. ex. eod. tit. Franciſc. Aret. c. col. 2. ex de reſcript. Ruin. conſ. 175. nu. 28. lib. 1. & conſ. 98. n. 13. lib. 1. Godzad. conſ. 5. n. 16. Cravet. conſ 182. nu. 13 Curt. ſen. conſ. 35. col. 4. Card Pariſ. conſ. 15. n. 66. lib. 2. Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 11. Ioan. Cæphal conſ 28. n. 75. cum 4 ſeqq.*

114 Eodem modo & clauſulam, † *Motu proprij*, ſive *Motu proprio*, admodum efficacem eſſe, multoſq; effectus producere, dubio caret, *c. ſi motu proprio. & ibi gloſ. & Dd. de præbend. lib. 6. Felin. c. cæterùm. n. 18. ext. de reſcript. Iaſ. l. 3. in pr arg. ill. text ff. quod quisq. jur. Godzad. conſ. 8. n. 28.*

Sed ex illis, quæ mihi tranſmiſſa ſunt, liquet, quod Ducatus Schleiſvvic, non ſit neq; fuerit de dominio Regis vel Regni Daniæ, neq; ad menſam Regis vel Regni pertinuerit, vel pertineat, ſed quod & ſit, ultraq; hominum memoriam fuerit, res ſolita in feudum concedi, & ex Inveſtituris Regum W. C. & N. Primi, liquet, illas Inveſtituras omnes & ſingulas eſſe factas cum conſilio & conſenſu Principum Procerumq; Regni Daniæ, omnibuſq; Inveſtituris eſt inſerta clauſula, *Bona & matura deliberatione ſive animo deliberato*, quam clauſulam obtinere vim & vigorem clauſulæ, *Ex certa ſcientia*, dubio omni caret.

Inveſtituræ quoque Regis W. eſt inſerta clauſula, *Motu proprio.*

Et in Inveſtitura Regum W. & C. expreſsè dicitur, Illas Inveſtituras eſſe factas propter benemerita egregiaq; ſervitia Ducis G. & Ducis A.

Præterea etiam Inveſtituræ Regis C. Primi, eſt inſerta clauſula, *De plenitudine poteſtatis.*

Igitur ſequitur, abſque dubio tales Inveſtituras valere & ratas eſſe, nec ullo modo impugnari poſſe.

Rurſus, ex hoc ſequitur, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, Inveſtituram Regis W. vel forſan nullam eſſe, vel per laudum, latum per Imper. Sigiſmund. annulatam, nihilominùs tamen licuiſſe Regi C. & N. Primo, illum Ducatum Duci A. filio Ducis G. in feudum concedere illaſq; conceſsiones ex cauſis ſupra deductis valere & ratas eſſe.

Decimò ſeptimò, à Dd. traditum eſt, quod is † Rex ſive Princeps, cui feudum 115 antiquum infeudari ſolitum aperitur, illud feudum per ſe atq; hæredibus ſuis retinere nequeat, ſed cogatur & obligatus ſit, illud feudum ſibi apertum alteri in feudum cōcedere, *Bal. de Alvar. c 1. in pr. qual. feud olim. Corſet. in tract. de poteſt. Reg. quæſt 75. Petr de Anchor conſ 171. n. 2. Matt. Laud. c. 1 in pr. n. 12. & ibi Præpoſ. circ. fin. qual. feud. olim. Ruin. conſ. 12. numer. 22. lib. 1. Thom. Grammat. conſ 47. nu. 8. Socin. jun conſ. 17. nu. 5. lib 4.*

Ex quo infertur, etiamſi ponamus, Ducatum Schleiſvvicenſem Regi E. vel per laudum Imperatoris Sigiſmundi, vel alio quocunque modo apertum fuiſſe: Attamen cum Ducatus Schleiſvvicenſis & ſit, ſemperq; fuerit, res infeudari ſolita tam Regem E. quam ſuæ regiæ Majeſtatis ſucceſſores non potuiſſe illum Ducatum retinere, ſed obligatos fuiſſe illum Ducatum alteri in feudum concedere.

Decimò octavo, Ad ſucceſsionem feudi † acquiſiti pecunia, ſive titulo em- 116 ptionis, aliove titulo aut cauſa onerosa, fœminæ & deſcendentes ex fœminis admittuntur; *Rom. conſ. 367. Bald. cap. 1 §. & quia vidimus, de his qui feud. dar. poſſ Curt. in tract. feud. 1. part. 3. part. princip. num. 61. Dec. conſ. 139. col. 2. conſ. 208. nu. 5. conſ. 269. conſ. 390. num. 14. & conſ. 414. num. 14. Iaſ. conſ. 68. col. fin. conſ. 78. col. 3. lib. 1. & conſ.*

152. col. 2. lib. 2. Odofred. in ſum. de feud. Rubr. qui poſſ. ſucced. in feud. Alex. l. utrum ff. de verbor. oblig et. Bero. c. dilecti. n. 44. ext. de arbitr. Ioan. Campeg. in tract. de ſtatutis loquentibus de dote. quæſt. 42. n. 2. Ruin. conſ. 18. lib. 1.

Et hoc locum habere volunt etiam in illis feudis, pro quibus juramentum fidelitatis præſtatur, *Socin. conſ. 257. col. 2. lib. 2. Cardinal. Pariſ. conſ. 4. num. 21. conſ. 12. col. 5. conſ. 16. col. 1. conſ. 21. col. 3. conſ. 22. col. 6. & conſ. 23. col. 4. lib. 1.*

Et hoc habet locum etiam in feudo conceſſo alicui propter magnos ſumptus ſive magnas expenſas factas, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Ioan. Campegius inter conſ. Alb. Brun. conſ. n. u 6.*

117 Præterea quuq; ad † ſucceſſionem feudi Franci perinde ut maſculi & deſcendentes ex maſculis admittuntur, *Bald. c. 1. §. & quia vidimus. & ibi Matth. de Afflict. nu. 23. de his qui feud. dar. poſſ. Bald. c. 1. §. ſimiliter. de capit. qui cur. vendit. Roman. conſ. 369. Rom ſing. 180. & ibi addit. Cornel. conſ. 239. lib. c. Dec. conſ. 85. conſ. 208. conſ. 269. conſ. 413. num. 13. conſ. 424. n. 14. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & fœminæ. nu 5. Neviz. conſ. 9. num. 6. Hippolyt. de Marſil. ſing. 421. Card. Pariſ. conſ. 4. conſ. 12. num. 27. conſ. 16. num. 4. lib. 1. Aug. Bero. c. dilecti. num. 43. extr. de arbitr. Laur. Sylvan. conſ. 3. num. 51.*

118 Deinde etiam ad † ſucceſſionem illius feudi, quod alicui propter benemerita conceſſum eſt, fœminæ & deſcendentes ex fœminis admittuntur, prout hoc tradit *Card. Pariſ. conſ. 4. n. 9. & 10. lib. 1.*

Sed in Inveſtitura facti à Rege W. Duci G. de Ducatu Schleiſvvicenſi expreſsè dicitur, illam conceſſionem in feudum ſive Inveſtituram eſſe factam propter innumera beneficia Regi W. Regno Daniæ & Regni perſonis à Duce G. impenſa: item, & propter labores, ſumptus & expenſas, quos Dux G. diverſis temporibus, pro commodo, neceſſitate & honore Regni Daniæ fecit & pertulit.

Similiter & in Inveſtitura Regis C. Primi, mentio facta eſt, illam Inveſtituram eſſe factam propter multiplicia ſervitia, auxilia & ſubſidia, quæ Dux A. Regno Daniæ, ſive ad utilitatem Regni magnis ſumptibus & expenſis præſtitit.

Et ſic liquet, tam Inveſtituram Regis. W. factam Duci G quam Inveſtituram Regis C. Primi, factam Duci A. & propter benemerita, & ex cauſa ſive titulo oneroſo, propter nempe magnas impenſas & ſumptus a præfatis Ducibus factis emanaſſe.

Inferius quoque circa deciſionem quartæ quæſtionis docebimus & probabimus, Ducatum Schleiſvvicenſem eſſe feudum Francum & liberum, nulliq; oneri ſervitiorum obnoxium.

Igitur ſequitur, ad ſucceſſionem Ducatus Schleiſvvicenſis non tam maſculos, ſed etiam fœminas & ex fœminis deſcendentes admitti: Et per conſequens, C. Primum, Regem Daniæ, non obſtante hoc, quod ſua regia Majeſtas à Duce G. non per lineam maſculinam, ſed per lineam fœmininam deſcenderit, atque fuerit filius ſororis Ducis A. mortuo Duce A. titulo ſucceſſionis ad Ducatum Schleiſvvicenſem admiſſum.

Decimò nonò, Inveſtitura † quælibet ſive conceſſio in feudum intelligitur 119 facta ſecundum conſuetudinem atque Statuta illius loci, in quo Inveſtitura facta eſt, *Cardinal. Pariſ. conſil. 12. numer. 44. conſil. 13. num. 30. lib. 1. Matth. de Afflict. in prælud. feud. num. 163. Matth. de Afflict. cap. 1. num. 206. & num. 216. ex quibus cauſ feud. amitt. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. qui quidem inveſtitc. num. 65. argum. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædil. ed. l. ſi fundus. ff. de evictio. l. ſi prius. §. rectè placuit. & ibi Bartol. ff. de aqu. pluv. arcend. Bartol. l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duobus reis. Bartol. l. heredes mei. §. cum ita ff. ad SC. Trebell. Alex. conſ. 15. numer. 4. lib. 4. Iaſon. l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi cert. petat. Iaſon. l. ut liberis. C. de collatio. Felin. cum M. Ferrarienſis. col. 3. & 4. ext. reſcript.*

Similiter & † Inveſtitura intelligitur 120 eſſe facta ſecundum conſuetudinem & Statuta illius loci, in quo loco res in feudum conceſſa ſita eſt, *Bald. cap. 1. §. ſi qua controverſia. argum. illius text. de pac. conſtant. Matth. de Afflict. deciſ. 236. numer. 5. Albert. Brun. conſil. 13. Cardinal. Pariſ. conſil. 5. num. 26. conſil 13. num. 18. conſil. 15. num. 11. & conſ. 21. num. 14. lib. 1.*

Et conſuetudo Regni extenditur ad 121 omnia loca iſti Regno ſubjecta, ſive ad Regnum pertinentia, etiamſi illa loca extra Regnum ſita ſunt, *gloſ. l. ex ea. & ibi Bartol. & Dd. ff. de poſtulando. Guel. de Cun. l. 2. & ibi Bart. n 41 C. quæ ſit long. conſuet. Ant. de Butr. rep. c. 1. n. 63. ext. de conſuet. Bald. l. 3.*

in fin.

Digitized by Google

in fin. ff. orig. jur. Socin. conſ. 7. & conſ. 81. nu. 8. lib. 1. conſ. 271. lib. 2. Signor. conſ. 254. col. fin. Bologni. conſ. 61. Bulgar. in Rub. col. 11. ff. ſolut. matrim. Montfer. c. 1. col. 4. de Conſtit. lib. 6. Dec. conſ. 389. n. 7. Mart. Laudenſ. in diſputat. ſua incip. Laudenſis col 2. & 3. Card. Pariſ. conſ. 25. n. 42. lib. 4. Calcan. conſ. 2. Roma. conſ. 61. n. 2. & 3 & conſ. 123. n. 1. in fin. Ioan. Crot. Vep. l. omnes populi. n. 22. & ibi Ioan. Baptiſt. n. 13. ff. de juſt. & jur. Rol. à Val. in lib. quæſt. de lucr. dotis. quæſt. 85. n. 3. arg. §. fin. Inſtit. qui ſatisd. cogantur. l. qui ex vico. & l. ejus qui. ff. ad municipa. l. nulli. §. 1. C. de Epiſc. & Cler. l. 3. C. de natural. liber. §. ſi quis igitur ex qualibet. auth. quib. mod. natural. effic. ſui.

Sed in iis, quæ mihi tranſmiſſa ſunt, narratur, in Regno Daniæ conſuetudine receptum eſſe, quod omnia bona ſint vel allodialia, vel talia feuda ad quorum ſucceſſionem etiam fœminæ, & deſcendentes ex fœminis admittuntur.

Deinde quoque certum & notorium eſt, Ducatum Schleiſvvicenſem ad Regnum Daniæ pertinere, atque Regno Daniæ ſubjectum eſſe.

Igitur ſequitur, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, probabiliter dubitari poſſe, utrum ſecundum tenorem Inveſtiturarum Regum W. C. & N. Primi, etiam fœminæ & deſcendentes ex fœminis ad ſucceſſionem Ducatus Schleiſvvicenſis admitti deberent, illas tamen Inveſtituras ſecundum conſuetudinem Regni Daniæ intelligendas, & ita accipiendas, quod ad Ducatum Schleiſvvicenſem etiam fœminæ & deſcendentes ex fœminis admitti debeant.

Vigeſimò, ad ſucceſſionem feudi etiam
122 admittuntur † collaterales ultimi defuncti, qui à primo acquirente originem trahunt, *c. 1. §. & quia vidimus. & ibi Dd. de his qui feud. dar. poſſ. c. 1. §. 1. de feud. Marchiæ. c. 1. de grad. ſuccedon. in feud. c. 1. de nat. ſucceſſ. feud. Bald. conſ. 192. lib. 3. conſ. 265. col. fin. conſ. 282. lib. 5. Rol. à Val. conſ. 67. numer. 13. lib. 1.*

Sed certum eſt, C. Primum, Regem Daniæ deſcendiſſe à Duce G. Primo, acquirente Ducatus Schleiſvvicenſis, illiusq; nepotem ex filio fuiſſe.

Igitur ſequitur, C Primum, Regem Daniæ non obſtante hoc, quod ſua regia Majeſtas Duci A. ultimo defuncto per lineam maſculinam deſcendenti à Duce G. linea transverſali conjunctus fuit titulo ſucceſſionis Ducatum Shcleiſvvicenſem acquiſiviſſe.

Vigeſimò primò, etiam ad † ſucceſ- 123
ſionem illorum bonorum, quæ habent regalem dignitatem annexam, tam fœminæ quàm deſcendentes ex fœminis admittuntur, *Hoſtienſ. Ioan. Andr. Bald. Ant. de Butr. Panorm. & Dd c. ſignificavit. ext. de reſcript. Panorm. c. dilecta. & ibi Auguſtin. Bero. num. 50. ext. de arbitr. Tiraquel. in Tract. de primogenit. quæſt. 10. num. 9. ubi ipſe atteſtatur, eandem opinionem amplecti omnes Dd. in d. c. ſignificavit. Idem quoq; tenet Felin. c. dilectis. n. 6. ext. de major. & obedient. Oldrad. conſ. 242. Dec. conſ. 32. conſ. 218. conſ. 269. conſ. 390. & conſ. 413. Alex. conſ. 24. lib. 1. Ruin. conſ. 38. num. 7. lib. 1. Socin. jun. conſ. 76. num. 48. lib. 1. ubi ipſe atteſtatur etiam Paul Caſtrenſ. hanc opinionem amplecti. Hanc eandem ſententiam etiam tenet Pariſ. conſ. 22. num 3. & conſ. 28. num. 14. ubi ipſe dicit etiam Innoc. Ang. & Præpoſ. hujus opinionis eſſe. Idem quoq; vult Alber. Brun. conſ. 115. num. 1. Corn. conſ. 16. in fin. lib. 1. Godzad. conſ. 8. num. 17. & conſ. 58. num. 21. Hier. Grat conſ 3. num. 10. lib. 1. Dec. l. 2. num. 3. ff. reg. jur.*

Et ſic liquet, hanc opinionem magis communem eſſe, cùm illam plures & gravioris authoritatis Dd. teneant. Illa enim opinio, quam plures & gravioris authoritatis Dd. tenent, communis eſſe dicitur, *Fel. c. 1. num. 54. & ibi add. ad Abb. ext Conſtit. Iaſ. l. ſi quis mihi bona. §. juſſum. num. 14. ff. de acquir. hæred. arg. c. in canonicis diſtinct. 19.*

Et hæc opinio ſatis probatur *per text. d. c. ſignificavit,* in quo *text.* dicitur, ſororem fratri in Comitatu ſucceſſiſſe. *Item etiam per text. c. dilecti. ext. arbitr. c. dilecto. ext. de reſtib. c. final. ext. conceſſ præbend. c. pervenit. ext. de cenſib. c. ex parte. el. 3. ext. verb. ſignif. c. cum devotiſſimam. & c. ſequenti 12. quæſt. 2. c. ſi quis 14. quæſt. 4.*

Igitur ſequitur illud, quod Ducatus Schleiſvvicenſis habeat annexam regalem dignitatem, nullum præſtitiſſe impedimentum Regi C. Primo, quò minùs ſua regia Majeſtas ad ſucceſſionem Ducatus Schleiſvvicenſis admitteretur, nõ obſtante hoc, quod ſua regia Majeſtas Duci A. non per lineam maſculinam, ſed per lineam fœmininam ſanguine junctus fuit.

Vigeſimò ſecundò, licet † fœmina ſe- 124
mel excluſa à feudo ſive ſucceſſione feudi in perpetuum excluſa maneat, nec unquam ad illud admittatur, *c. 1. §. quin etiam. & ibi*

And.de Iſern.Bald. Alvar. Præpoſ. Matth.de Afflí. & Dd. Epiſc.vel Abbatem. Calder. conſ. 4. tit. de feud.Raph.Cuma.conſ.99.in ip.quædam poſſeßio. 2.dub.Paul.Caſtr.conſ.29.& conſ.191.col.4.lib.2. Iaco. Alv. inter conſ. Alb. Brun.conſ.65. Alex.conſ. 20.n 8 & conſ.29.in fin lib.1. Dec conſ.390 col.3. Anthon. Rubr. conſ.57. Io. Blanc.in ſum.de feud. tit.de ſucceſ feud.verſ. vel dic quod maſculus. Pet. de Anch.conſ n.1.Fr.Arc.conſ.144.& conſ.154. Alb. Brun.conſ.78.n 2.& conſ 79.n.7. Soc. conſ.296. lib. 2. Bart.de Starampis inter conſ. Alb.Brun.conſil.108.n.27. Ruin.conſ.15.n.10.lib.1.Card.Pariſ. conſ.23.n.51.lib.1 .conſ.16.n.5.& conſ.72.n.79. lib 4. Soc. jun. conſ. 104. n. 9. conſ.109.& conſ. 110. n. 5. lib. 2. Curt. in Tract. feud. 1. part. 3. part. princ. n. 32. Iaſ. in Tract. feud. 8. part. n. 58. Tiraquel.repet. l. ſi unquam. verb. ſuſceperit liberos. n. 195. Eamq; ſententiam communem eſſe atteſtantur Præpoſ. c. 1. §. quinetiam Epiſcopum vel Abbatem. Card. Pariſ. conſ 23.n.51 lib.1.

Et fœmina ſemel exluſa a ſucceſſione feudi, non tantùm ipſa fœmina, verùm etjam omnes deſcendentes ex illa, ſive illi ſint maſculi, ſive fœminæ in perpetuum excluſi cenſentur, ita ut illis nullus regreſſus ad illud feudum ſive ſucceſſionem feudi concedatur, *Cardinal. Pariſ. conſ. 72. nu. 80. lib. 4. Zaſ. in Tract. feud. 8. part. num. 59. arg l. ſi viva matre. C. bon. mater. gloſ. l. 1. in pr verb.fiſcum. ff. ſi quis aliquem teſta. probib. Bald.l.1. ff. ſenatorib. Alb. Brun in tract. de ſtatut. exclu.fam. 6. art.1. quæſt.3. memb. n. 49 & 50.*

Attamen ſecundum multorum Dd. ſententiam hoc ita intelligitur, ut procedat
125 tantùm † donec maſculus ex primo acquirente ſupereſt, utq; omnib. maſculis ex primo acquirente deſcendentib. defunctis, fœmina ſemel excluſa à ſucceſſione feudi ejusq; deſcendentes ad illud feudum admitti debeant, prout hoc expreſsè tenet *Socin. jun. conſ.76.n.112.& 113.& conſ 104.n 12. lib 1.& idem eſt de mente Bal.c. ſignificavit, nu.1. ex.reſcrip. dum videl. Bal.ibi concludit, ſi feudum fuerit copulativè acquiſitum pro maſculis & fœminis, fœminas ad illud in ſubſidiū admitti. idem vult Panor.c.dilecti.n.11.ext de arbit. dum ibi tradit, ſi in conceßione feudi dictum fuerit, ut ad illud admittantur maſculi & fœminæ, propter naturam feudi illam conceßionem ita intelligendam, ut fœminæ ordine ſucceſſivè non extantib. maſculis admittantur. Eandem ſententiam etiam amplectitur Bart.l ut jusjurandum §. ſi libert n.5. ff. oper. libert. dum videlicet ibi dicit. Ad ſucceßionem feudi fœminas admitti demum deficientibus maſculis.*

Ejuſdem opinionis eſt etiam Fulgoſ. conſ. 8. & conſ.12. Iab.de Belv. & Mart. Landenſ. c.1. §. quin etiam Epiſc. vel Abbatem, Alciat. reſp 162. nu 20. Soc. jun. conſ.76.n.113. lib.1.& conſ.104.n.14. lib.2. dum videlicet ibi concludunt text. in c. 1. §. quin etiam Epiſcopum vel Abbatem diſponentem filiam ſemel excluſam perpetuò intelligi excluſam, intelligendam eſſe quoad ſucceßionem patris, non autem quoad ſucceßionem fratris vel alterius agnati. Et hanc ſententiam etiam tenere Bal. Alv. Odoſ. Io. Blan. atteſtatur Alc. in loco ſuperiꝰ citato.

Et licet † in hoc contrarium teneant 126
multi Dd. volentes fœminam ſemel excluſam à feudo ſive ſucceſſione feudi, nec non & deſcendentes ex illa ad illud feudum ſive ſucceſſionē illius feudi etiam maſculis poſtea defunctis nunquam admitti, neq; tanquam ſucceſſores primi acquirentis, neq; tanquam ſucceſſores ultimi defuncti, *Bal. c. 1. §. & quia vidimus col.6. verſ. ext. quæro, de his qui feud. dar. poſ. Alv. c.1. de eo qui ſibi & ſuis hære. Alv. int. conſ. Alb. Brun. conſ.65 Paul. Caſtr. conſ. 191.& conſ.300. lib.2. Calder. conſ. 4. tit. de feud. Ant de Butr. conſ 47. Zaſ. in tr. feud. 8. part. n.58. & 59. Iaſ. l. ſi quis. n 6. arg. illius text. C. de inſtit. & ſubſtit. Alb. Brun. conſ.78.n.2. Cardin. Pariſ. conſ. 72. n. 78. lib. 4. Curt. in tract. feudal. 1. part. 3. part. n. 32.*

Attamen illud penitùs indubitatum eſt, nec non etiam à Dd. communiter traditum, illam regulam quæ vult † fœminam ſemel 127
excluſam a ſucceſſione feudi, item & deſcendentes ex ea in perpetuum excluſos cenſeri, non habere locum in feudo improprio, *Iac. de Belv Bal. Alv Præpoſ. & Matth. de Afflict. c.1. §. quin etiam Epiſcop. vel Abbatem. Fulgoſ. conſ.8 & conſ.12. Card. Pariſ. conſ. 22. n. 20.& conſ.23.n.55.& 61. Socin. conſ. 110. nu. 5. lib.2. Alciat. reſp. 172. n. 8.*

Similiter quoq; ad ſucceſſionem feudi hæreditarii fœmina ſemel excluſa, nec non & deſcendentes ex illa fœmina omnib. maſculis defunctis admittuntur, prout hoc tradit *Matth. de Afflict. c. 1. §. quinetiam in figuratione caſus Epiſcop. vel Abbat.*

Sed certum eſt, Ducatum Schleiſvv. eſſe feudum non proprium. Tùm, quia ex Inveſtitura Regis W. liquet atq; patet, per iſtam Inveſtituram in Ducem G. ejusq; ſucceſſores, non tantùm utile, ſed etiam directum dominium Ducatûs translatum, & certum eſt illud † feudum, cujus non tantùm utile, 128
ſed etiam directum dominium in vaſallum transfertur, feudum improprium eſſe, *Ioan. Monach. c. Abbate ſanè. de ſentent. & re judic. lib. 6. Bald. l. ſi plures. num. 7. C. de condit. inſert.*

Digitized by Google

inſert. Bald. l. 1. num. 22. C. ſi plures una ſententi. Bald. l. 1. num. 67. C. de confeſſ. Alex. conſ. 30. num. 20. lib. 1. Præpoſ in prælud. feud. num. 15. & ibi Iaſ. numer. 114. & 115. Dec. conſ. 195. num. 5. Zaſ. in tract. feud. part. ult. Curt. in tract. feud. 1. p. q. 6.

Tùm, quia Ducatus Schleiſvvicen eſt feudum Francum & liberum, prout hoc inferiùs docebimus. Et certum eſt, feudum Francum & liberum feudum improprium eſſe, *Bald in prælud. feudor. & ibi Iaſ. n. 113. uſq; ad num. 119. & ibi Alv. diviſ. 2. Præpoſ. 3. diviſ. Curt. in tract. feud p. 1. q. 8. n. 27. Zaſ. in tract. feud. part. ult. num. 36. Ioan. Ferrar. in tract. feud. lib. 1. c. 6. Corn. conſ. 239. nu. 21. lib. 1.*

Tùm, quia Ducatus Schleiſvvic. eſt conceſſus in feudum Ducib. G. & A. non gratis, neq; ex mera liberalitate, ſed propter ſumptus & impenſas ab ipſis pro commodo & utilitate Regni Daniæ factas. Et certum eſt, feudum alicui conceſſum non gratis neq; ex mera liberalitate, ſed pro precio ſive propter ſumptus & impenſas factas, feudum non proprium ſed improprim eſſe, *Iaſ. in prælud. feudor. num. 9. Zaſ. in tract. feud. part. ult. n. 19.*

Tùm, quia ad ſucceſſionem Ducatus Schleiſvvic. etiam fœminæ & deſcendentes ex fœminis admittuntur, prout hoc partim ex ſupra dictis patet, & ex infra dicendis latius patebit. Et certum eſt, feudum fœmineum ſive illud feudum, ad quod fœminæ vel deſcendentes ex fœminis admittuntur, vel admitti poſſunt, feudum improprium eſſe, & cenſeri, *Zaſ. in tract. feud. part. fin. n. 29.*

Similiter quoque & Ducatus Schleiſvvicenſis eſt feudum hæreditarium.

129 Tùm, quia in † dubio quodlibet feudum præſumitur eſſe hereditarium feudum, *And. de Iſern. c. 1. in prin. & ibi Alv. n. 8. Præpoſ. n. 3. & Matth. de Afflict n. 15. de alienat. feud. patern. And. de Iſern. Bald. & Iacob. de Belviſ. c. 1. an agnatus. And. de Iſern. c. 1. in fin. qui ſucceſſ. tenea. Alex. conſ. 18. n. 7. & conſ. 26. nu. 3. lib. 5. Curt. jun. conſ. 3. Albert. Brun. conſ. 24. n. 3. & 4. & conſ. 80. col. 4. conſ. 216. Card. Pariſ. conſ. 2. col. 4. conſ. 5. col. 3. conſ. 13. & conſ. 13. lib. 1. Barbat. conſ. 15. & conſ. 22. col. 5. lib. 2. Zaſ. in tract. feud. 8. part. nu. 6. Roma. l. etiam n. 7. ff. ſolut. matrim. Ioan. de Neviz. conſ. 9. n. 8. Rol. à Val. conſ. 97. nu. 39. lib. 1. & conſ 67. num. 23. lib. 2. Alciat. reſp. 160. nu. 8. & reſp. 179. n. 2. Laur. Sylvan. conſ. 17. n. 3. & conſ. 38. nu. 19. lib. 1.*

Tùm, quia in † omnibus Inveſtituris Regum W. C. & N. Primi, eſt facta mentio hæredum, & dicitur, Ducatum Schleiſvvicenſem Ducibus G. & A. eorumq; hæredibus in feudum conceſſum. 130

Et certum eſt, omne illud feodum in cujus acquiſitione hæredum mentio facta eſt, feudum hæreditarium dici & reputari, *And. de Iſern. c. 1. in princ. & §. hoc quoq; de ſucceſſ. feud. And. de Iſern. c. 1. col fin. qui ſucceſſ. teneant. And. de Iſern. Alvar. & Bald. c. 1. an agnatus. Alex. conſ. 19. n. 4. & conſ. 26. lib. 5. Curt. jun. in tract. feud. part. 8. n. 19. & 20. conſ. 133. & conſ. 155. Matth. de Afflict. in prælud. feud. n. 166. uſq; ad n. 179. Card. Pariſ. conſ. 65. n. 6. lib. 3. Ar. Pinel. rep. l. 1. p. 3. n. 84. C. bon. matern. Aym. Cravet. conſ. 197. n. 5.*

Quod uſq; adeò verum eſt, ut procedat, etiamſi feudum fuerit acquiſitum pro ipſo acquirente & hæredib. ſuis legitimis, *Card. Pariſ. conſ. 65. n. 7. lib. 3.* Item, etiamſi feudum fuerit acquiſitum pro ſe & hæredibus ſuis maſculis, *Alex. conſ. 15. nu. 9. lib. 5. Ant. de Butr. conſ. 17. Card. Pariſ. conſ. 23. nu. 165. lib. 1.* vel pro ſe & hæredibus ex corpore ſuo deſcendentibus, *Matth. de Afflict. in prælud. feud. col. pen. Matt. de Afflict. c. 1. de Inveſtit. quem Titius accepit à Sempr. Matth. de Afflict. c. 1. in pr. n. 3 10. n. & 12. de alienat. feud. patern.*

Item, etiamſi hæredum mentio fuiſſet facta non in verbis diſpoſitivis, ſed in verbis executivis Inveſtituræ, *Curt. jun. conſ. 3. Card. Pariſ. conſ. 23. n. 165. lib. 1.*

Tùm, quia in Inveſtitura Regum C. & N. Primi, expreſsè dicitur, Ducatum Schleiſvvicenſem Duci A. conceſſum eſſe in feudum hæreditarium, ſicut hoc patet ex illis verbis, tho einem rechten Erff-lehen.

Et certi juris eſt, † quod verbis claris inhærendum ſit: quodq; & voluntas contrahentium, ſive quid inter contrahentes actum ſit, ex verbis colligatur, *l. Labeo. ff. de ſuppell. legata. c. ſi autem 22. q. 2. Bald. l. ſed & reprobari. arg illius text. ff. excuſ. tutor. cum multis ſimilib. allegat per Tiraq rep. l. ſi unquam verb. libertu. n. 17. & 18. C. revoc. donat.* Quidque ubi verba clara ſunt, non ſit locus, neque conjecturis, neq; interpretationi, *l. illi aut ille. §. cum in verbis ff. de leg. 2. l. continuum. §. cum ita ff. verbor. obligat.* 131

Igitur ſequitur, illam regulam, quod fœmina ſemel excluſa, à feudo ſive conceſſione feudi, nec non & deſcendentes ex ea, perpetuò excluſi cenſeantur, in

caſu præſenti locum non habere, quodq; non obſtante hoc, quod mater Regis C. Primi, per ſuum fratrem Ducem A, à Ducatu Schleiſvvicenſi ſive ſucceſſione illius Ducatus ſemel excluſa fuit, Rex C. Primus, poſt obitum patrui ſui Ducis A. ad Ducatum Schleiſvvicenſem ſecundum legitimam diſpoſitionem, jure ſucceſſionis admiſſus fuerit.

Viceſimò tertiò, Dubio omni caret,
132 valere tale pactum, quod † fœminæ, item & deſcendentes ex fœmina, ad ſucceſſionem feudi admitti debeant, *c. c. §. hoc autem notandum, de his qui feud. dar. poſ. c. 1. §. filia. de ſucceſ. feud.*

Similiter & ſtatuto hoc caveri poteſt,
133 quod † fœmina item & deſcendentes ex fœminis, ad ſucceſſionem feudi admitti debeant, *Guilh. Benedict. c. Raynutius. verb. habens duas filias, num. 67. ext. Teſtament.*

134 Eodem modo, & † Privilegio effici poteſt, quod fœminæ & deſcendentes ex fœminis ad ſucceſſionem feudi admittantur, *Dec. conſ. 588. n. 7. Rol. à Val conſ. 3. nu. 117. lib. 1. Card. Pariſ. conſ. 17. n. 15. lib. 1.*

135 Conſuetudo † quoq; admittens fœminas ad ſucceſſionem feudi rata eſt, *c. ſignificavit. & ibi Bald. Abb. & Dd. ext. reſcript. Spec. c. quoniam. verſ. 21. & ibi Ioan. And. tit. de feud. Alvar c. c. §. & quia vidimus, qui feud. dar. poſ. Alex. conſ. 29. n. 2. lib. 1. Dec. conſ. 20. n. 13. conſ. 39. n. 12. conſ. 208. n. 5. conſ. 424. n. 13. Imol. Domin. & Phil. Franc. c. grandi. de ſuppleud. neglig. Prælat. lib. 6. Ioan. Fab. auth. ingreſſi. C. de SS Eccleſ. Iaſ. l. de quib. n. 54. ff. de legib. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb & fœminis. n. 9. Curt. in tract. feud. 1. part. 3. part. princip. n. 10. Tiraq. in tract. de primogen. q. 10. n. 8. & 12. Rol. à Val. conſ. 3. n. 117. lib. 1. Pet. Duen. Reg 309. n. 1.*

Quod uſque adeò verum eſt, quod conſuetudine introduci poſſit, ut fœmina etjam in feudis habentibus regalem dignitatem, jurisdictionem, merum & mixtum Imperium, ſuccedere poſſit, *c. ſignificavit. & ibi Bald. Abb. Anton. de Batr. & Dd. ext. reſcript. Abb. c. dilecti. & ibi Bero. n. 49. & 50 ext. de arbitr Bald. conſ. 275. col. 2. lib. 2. Dec. conſ. 85. Iacob. de S. Georg. l. cum antiquioribus. col. fin. verſ. an autem filia. C. de jur. deliber. Guilh. Benedict rep. c. Raynutius. verb. duas habens filias. n. 67. ext. de teſt. Caſſan. in conſuet. Burgund. Rub. §. 5 in pr. n. 30. & 41. uſq; ad n. 62. Tiraquel. in tract. de primogen. quæſt. 10. Pet. Duen. reg. 309. lim. 1.*

Præterea quoque dubio omni caret, valere tale pactum, quod fœmina ſemel excluſa à ſucceſſione feudi, ejusq; deſcendentes non obſtante hac excluſione poſt mortem maſculorum ſive deſcendentium per lineam maſculinam ad ſucceſſionem feudi admitti debeant. Namque hoc pactum non ſubſtantialibus, ſed tantùm naturalibus feudi repugnat. Et certum eſt, pactum repugnans naturalibus feudi, ſicut & cujuslibet alterius contractus, ratum eſſe. *gl. & Bald. l pacta conventa. ff. de pact. Bart. l. ubi ita donatur. ff. de donat. cauſ. mort. Bald. l. 1. n. 1. C. commodati.*

Quodq; pactum derogans conſuetudinibus feudalibus perinde valeat. *c. 1. & ibi Mateh. de Afflict. n. 11. de feud. non habent. prop. natur. c. 1. §. fin. & ibi Mateh. de Afflict. nu. 6. per quos fiat inveſtit. c. 1. §. 1. & ibi Mateh. de Afflict. n. 11. quæ fuit pri. cauſ.* Sicut & quodlibet aliud pactum derogans juri communi valet, *l. paciſci. & ibi Iaſ. & Dd. ff. de pact.*

Dubio quoque omni caret, tam Statuto, quàm Privilegio, nec non etiam conſuetudine introduci poſſe, ut fœmina etiam ſemel excluſa à ſucceſſione feudi, ejusq; deſcendentes ad ſucceſſionem feudi admittuntur, Eam ob cauſam, quia iſta diſpoſitio conſuetudinum feudalium, quod fœmina ſemel excluſa à ſucceſſione feudi, ejusq; deſcendentes in perpetuum excluſi manere, nec unquam ad ſucceſſionem illius feudi admitti debeant, eſt diſpoſitio juris non naturalis neque gentium, ſed eſt juris civilis.

Et certum eſt, ea, quæ juris civilis ſunt, contrario Privilegio, Statuto & conſuetudine tolli poſſe, *l. de quibus. ff. de legib. §. ſed naturalia. Inſtit. de jur. natur. gent. & civil. gl. Bart. & Dd. l. fin. C. ſi cont. jus vel util. public.*

Legibus etiam expreſsè cautum & à
Dd. traditum eſt, † lapſum ſive poſſeſſio- 136
nem illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, vim atque vigorem Pacti, Statuti ſive Conſtitutionis, nec non etiam Privilegii, & quidem non ſimplicis, ſed ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis conceſſi, obtinere, ſicut hoc inferius docebimus.

Sed in Actis mihi tranſmiſſis narratur, quod poſt obitum Ducis A. Rex C. Primus jure ſucceſſionis, & tanquam ſucceſſor Ducis A. Ducatum Schleiſvvicenſem occupaverit.

Et ſua regia Majeſtas ejusq; poſteri ab

eo

eo tempore, uſque in hodiernum diem, & ſic ultra centum annos Ducatum Schleiſvvicenſem poſſidere. Et cum Dux A. mortuus fuerit anno 1459. quod in continenti poſt obitum Ducis A. Rex C. Primus, illum Ducatum tanquam jure ſucceſſionis ad ſe devolutum occuparit. Dubium non eſt, poſt illud factum elapſum fuiſſe tempus immemoriale.

137 Cùm regulariter illud dicatur † tempus immemoriale, quod centum annos excludit, *Innoc. c. veniens. ext. verb. ſignif. Alex. Iaſ. & Dd. l. cùm aliquis. C. jur. deliber. Alex. conſ. 6. in fin. lib. 1. conſ. 208. col. pen. lib. 2. Dec. c. 1. col. 4. ex. de Appell. cum multis ſimilib. allegatis per Aym Cravet. in tract. de antiquit. temp. part. 1. §. circa primam n 4.*

Nec quicquam dubitandum, Regem C. Primum, toto tempore vitæ ſuæ Ducatum Schleiſvvicenſem, tanquam feudum ad ſe jure ſucceſſionis devolutum poſſe-

138 diſſe. Cum mutatio † voluntatis non præſumatur, niſi probetur, *l. eum qui. ff. de probat.*

Similiter quoque dubium non eſt, quin omnes poſteri Regis C. Primi, Ducatum Schleiſvvicenſem, ſemper & in hunc diem uſq; ea contemplatione ſive eo animo poſſederunt, quod iſte Ducatus ad C. Primum, jure ſucceſſionis devolutus fuerit. Namq; C. Primus unà cum Proceribus ſive ſtatibus Regni Daniæ aſſeruit, Ducatum Schleiſvvicenſem poſt obitum Ducis A. ſui regiæ Majeſtatis jure ſucceſſionis acquiſitum, eoq; animo iſtum Ducatum & occupavit, & toto tempore vitæ ſuæ poſſedit.

139 Et clari juris eſt, quod † aſſertio majorum, patris nempe, avi, proavi, vel remotioris aſcendentis pro titulo habeatur, atque titulo æquiparetur, prout hoc tradit *Bart. l. Celſus. num. 4. verſ. idem putarem ſi majores. ff. uſucap.*

140 Similiter clari juris eſt, quod in † dubio præſumatur, quem poſſionem ſuam continuaſſe, occaſione ſive vigore illius tituli, quem ipſe habet, *Bart. l. cum ſolus. n. 4. circ. fin. ff uſucapio.* Quodq; nemo præſumatur cauſam poſſeſſionis ſuæ mutaſſe, *l. cum nemo. C. de acquir. poſ.*

Igitur ſequitur ex lapſu illius temporis immemorialis concurrente præſertim poſſeſſione, perinde probari, quod Rex C. Primus, ad Ducatum Schleiſvvicenſem jure ſucceſſionis admiſſus fuerit, atque ſi de tali re vel Pactum expreſſum, vel Privilegium extaret.

Vigeſimò quartò, ubi eſt † confeſſio, 141 ibi eſt relaxatio omnis probationis, *Bal. conſil. 354. col. 1. lib. 3. Cravet. conſ. 171. n. 4. lib. 1.*

Et confeſſio in præjudicium confitentis habetur pro probatione probata, *Ang. §. omnium. n. 7. Inſtit. de action. Hipp. de Marſil. Rubr. 83. C. probat. Neviz. conſil. 37. num. 7.*

Item confeſſio in præjudicium confitentis habetur pro probatione legitima *gl. c. ad obolendum. verb. deprehenſi. ex. de haret. Hipp de Marſil. Rubr. n. 83. C. de probat. Hier. Gig. in tract. de crim. laeſ. Majeſt. Rubr. quomodo & per quos crim. laeſ. Majeſt. probet. quaeſt. 1. n. 1.* Manifeſta, *gloſ. c. cum reis. C. de pœn.* Manifeſtiſſima, *l non intelligitur. §. tacitæ junct. gloſ. ff. jur. fiſc. Bero. Rubr. num. 64. ext. probation.* Certiſſima, *Dec. Rub. n. 10 ex. probation.* Pleniſſima, *Corn. conſ 262. col. 2. lib. 4. Rob. Marant. in ſuo Spec. part. 6. Rubr. de confeſ. n. 21.* Et luce meridiana clariore, *arg. l. fin. C. probat. juncta l. qui ſententiam. C. de pœn.* Nec non & fortiore, quàm aliqua ſit de mundo, *Neviz. conſ. 37. n. 7.*

Et probatio, quæ fit per confeſſionem, æquipollet illi probationi, quæ fit per Inſtrumentum publicum, *Iaſ. l. cum te tranſegiſſe. n. 5. & ibi Dec. n. 7. arg. illius text. C. tranſactio. Bald. l. unica. not. 3. de confeſ. Bald. l. fin. col. 3. verſ. tertiò quæro C. edict. D. Adria. toll. Hipp. de Marſ. Rubr. n. 82 C. probatio.*

Et probatio per confeſsionem admittitur in omnibus illis caſibus, in quibus nullæ aliæ probationes quàm inſtrumentales ſive per Inſtrumentū publicum admitti debent, *Bald. auth. ſed novo. col. pen. C. ſi cert. petat. Dec. c. 2. n. 15. lim. 9. & ibi Felin. n. 12. ex. probation.*

Imò confeſsio eſt major quolibet Inſtrumento publico, & quibuſcunque depoſitionibus teſtium, *Bald. conſil 192. col. 2. lib. 2. Cravet. conſ. 171. num. 4. lib. 1.*

Huc accedit, quod confeſsio habeat longè majorem vim quàm aliæ probationes, *Iaſon. l. cum te tranſegiſſe. numer. 5 & ibi Dec. num. 7. C. tranſactio. Hippol. de Marſil. Rubr. num 81. C. probatio. Dec. c. at ſi Clerici. in princip. numer. 1. ext. judic. Rob Marant. in ſuo ſpecul. p. 6. ſub Rubr. de confeſ. num. 21. cum 2. ſequent. Cornel. conſ. 324. lib. 4. Hier. Gigas in tractat. de crimin. laeſ. Majeſtat. Rubr. quomodo & per quos crim. laeſ. Majeſtat. probetur. q. 1. num. 1.*

Quodq;

Quodq; & per confeſſionem major habeatur certitudo, quam per aliam probationem, *Ant. de Butr. Rubr in fin. ex probat. Dec. c. at ſi Clerici, in princ. num. 1. ext. judic.* Et nulla ſit clarior probatio, ea quæ fit vivæ vocis oraculo, *Bald. l. Deo nobis in princ. C. Epiſc & Cleric. Aym Crav. conſ. 171. n. 4. lib 1. arg. auth. contra qui propriam. C. non num. pecun.*

Illudq; , de quo conſtat, per confeſſionem dicitur ſciri pro certo, *gl. 1. c. ſi Sacerdos. ext. de offic. ordin.* Et verè apparere, *Innoc. c. cùm contingat ex. offic. deleg. Hipp. de Marſil. Rubr. num 81. C. probation.*

Prætcrea plus creditur confeſſioni quam mille teſtibus deponentibus contrarium, *Abb & Dd. c. cum dilecti. not. 6. ex. de accuſatio. Abb. & Dd. c. 1. ext. de probatio. Bero. Rubr num. 64. ext. probat.* Confeſſus etiam habetur pro judicato, *l. 1. & l. certum. §. fin. ff de confeſ. l 1. C. eod. tit.* Et in confeſſum nullæ ſunt partes judicis niſi in exequendo, *l. perinde §. fin. ff. ad l. Aquil.* uſq; adeò ſcriptum reliquerit Ovidius:

Non eſt confeſſi cauſa tuenda rei.

Imò confeſſio plùs poteſt, quàm pluralitas & infinitas teſtium deponentium ad favorem confitentis. Item, plùs quam poteſt lex per viam præſumptionis vel res judicata, *Bero. Rubr. num. 6. ext. probatio.* Ideoque traditum eſt, per confeſſionem illius, de cujus præjudicio agitur, probari rem aliquem feudalem eſſe, *Dyn. conſ. 15. Matth. de Afflict. c. 1. num. 298. ex quib. cauſ. feud. amitt. Matth. de Afflict. deciſ. 255. facit id quod tradit Bart. l. cum falſa. C. de jur. & fact ignor. Bald. l ſi certis annis. col fin. C. pact. Bal l cenſualis. C. donatio.* Multò verò magis qualitas feudi per confeſſionem illius de cujus præjudicio agitur, probatur, cum qualitas facilius quam ſubſtantia & probetur, *Anton. de Butr. c. auditis. col. 2. verſ. ſextò nota. arg. illius text. ex reſt. in integr Hipp. de Marſil. Rubr nu. 70. C. de probat. Dec. c ſicut n. 14. limit. 8. ext. probat arg. l. 1. §. ſi autem & ibi Ang. ff de hæred. inſtituend gl. c. duob. verb. appareat. de reſcrip. lib. 6. gl. c. ſi à ſede. verb. appareat. de præbend. lib. 6.* & præſumatur, *Alex conſ 50. col. 2. lib. 3. conſil. 179. col. 2. lib 6. Dec. conſil. 442. col. 4. Cravet. in tract. de antiquit temp part. 3 §. venio nunc ad tertiam. num. 22 & inducatur gl. l. talis Scriptura §. fin. ff leg. 1. Iaſon. l. ſtipulatio iſta §. alteri. lim. 10. ff. verb. oblig. Crav. in tract. de Antiq temp. p. 2. §. ex præmiſſis. n. 64.*

Et confeſſio non tantùm ipſi confitenti, ſed etiam omnibus ſucceſſoribus ipſius, tàm univerſalibus quàm ſingularibus præjudicat, & adverſus omnes ſucceſſores, non tantûm univerſales, ſed etiam particulares plenam fidem facit, *Bart. l. 1. §. ſi hæres. ff. ad SC. Trebell. Aret. conſ 112. circ fin. Socin. conſ. 11. col 1 conſ. 13. col 2. verſ. & illa probatio. & conſ. 82. col. 2. lib. 3.*

Sicut regulariter & privata Scriptura, non tantùm contra Scribentem, ſed etiam contra ſucceſſorem ipſius plenam fidem facit, *Pet. de Ancher. conſ. 44. incip. Primò de viribus. col. 2 Iaſ. repet l. admonendi. col. 54. num. ff. jurejur.* & omnes omninò probationes non tantùm contra illum, cum quo actus celebratus eſt, ſed etiam contra ſucceſſorem illius plenam fidem faciunt, *Socin. conſ. 266. col 3. lib. 1.* Atque ſucceſſor tam univerſalis quam particularis non debeat eſſe melioris conditionis quam autor illius fuit, *l. in omnibus. §. non debeo. & ibi Dec. & Cagnol. ff. reg. jur. l. aliud eſt vendere §. abſurdum, l qui in jus. & l. hæredem ff. eod. tit.*

Nec etiam dubitandum eſt, † confeſ- 144
ſionem factam à Rege, præſertim ſub nomine dignitatis regiæ, ſucceſſoribus in Regno nocere & præjudicare. Tùm, quia & ſententia lata ſub nomine dignitatis, contra prædeceſſorem, ſucceſſori in dignitate nocet, & præjudicat, *Alber. de Roſa. l. pen. C. de donat. int. vir. & uxor. Oldrad. conſ. 94. Ant. de Butr. conſ. 4. Fel. c. 1. n. 1. ex probat. Boer. deciſ. 204. n. 42.*

Tùm, quia ex delicto commiſſo nomine ſive contemplatione dignitatis, ſucceſſor in dignitate & obligatur & conveniri poteſt, *Innoc. c. cum dilectus. ex. de ordi. cognit. Bart l. 1. n. 5. ff. de privat. delict. Cardin. Zabarel. conſ. 134. n. 1. Pet. Duen. reg. 13. n. 8.*

Tùm, quia regulariter quælibet diſpoſitio facta ſub nomine appellativo dignitatis, ad quoslibet ſucceſſores in dignitate tranſit, *c. quoniam Abbas. & ibi Ant. de Butr. Panorm. Fel. Dec. Aug. Bero. & Dd. ex offic. deleg. Bart. Iaſ & Dd l. qui liberis. §. hæc verba. ff de vulgar. & pupill.*

Tum, quia dignitas nunquam moritur, *c. ſi gratioſe. de reſcript. lib. 6. Cardin. Zabarell. conſ 95. n. 5. Bald. conſ. 159. lib. 3.* ſed eadem reputatur in perſona ſucceſſoris, quam in perſona defuncti fuit, *arg. d. c. quoniam Abbas §. fin. auth. quomodo oport. Epiſcop.*

Et confeſſio ſive aſſertio Regis præſertim facta cum conſenſu Procerum Regni, non tantùm vim confeſſionis, ſed etiam vim atque vigorem legis obtinet, & con-

tonſitenti ejusq; ſucceſſoribus præjudicat, non tantùm reſpectu illarum perſonarum, cum quibus illud negotium geſtum eſt, ſed etiam reſpectu omnium, prout hoc in ſimili tradit *Iaſon. l. ſi unum. §. ante omnia. num. 9. ff. de pact.*

Sed in iis, quæ mihi tranſmiſſa ſunt, narratur, quod poſt obitum Ducis A. Rex C. Primus, & cum ipſo Proceres Regni Daniæ, & confeſſi ſint, & aſſeruerint, Ducatum Schleiſvvicenſem jure ſucceſſionis ad Regem C. tanquam filium ſororis Ducis A. devolutum.

Igitur ſequitur, illam confeſſionem & aſſertionem Regis C. Primi, Procerumque Regni Daniæ contra modernum Regem Daniæ plenam indubitatamq; fidem facere, quod Ducatus Schleiſvvicenſis Regi C. Primo, jure ſucceſſionis acquiſitus fuerit.

43 Vigeſimò quintò, † non tantùm per verba aſſertiva, ſed etiam per verba narrativa Principis probatur rem aliquam feudalem eſſe, *Alex. conſ. 15. num. 2. lib. 5. Iaſon. l. ſi prius. numer. 42. limit. 2. ff. de oper. novi nuntiat. Iaſon. conſ. 235. numer. 2. lib. 2. Godzad. conſ. 50 num. 27. Aym. Cravet. conſ. 275. num. 1. Matth. de Afflict. c. 1. num. 290. ext. ex quib. cauſ feud. amitt.*

Multò verò magis qualitas feudi per verba aſſertiva vel narrativa Principis probari debet, cum qualitas facilius probetur quàm ſubſtantia.

Igitur etiam ex hoc capite ſequitur, per prædictam aſſertionem Regis C. Primi, & Procerum Regni ſatis ſufficienterque probari, Ducatum Schleiſvvicenſem & eſſe feudum, & illius qualitatis, quod ille Ducatus ad Regem C. Primum, non obſtante hoc, quòd ipſe a Duce G. deſcenderit, non per lineam maſculinam, ſed per lineam fœmininam jure ſucceſſionis tranſire potuerit & tranſierit.

44 Vigeſimò ſextò, † ex lapſu illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, & titulus & bona fides præſumitur & probatur, etiam in iis, in quibus agitur de maximo præjudicio, *Bart. l. cum de in rem verſo. ff. de uſur. Bald. c. ſi diligenti. n. 23. extr. de præſcript. Godzad. conſ. 8. num. 37. Franciſc. Balb. rep. l. Celſus. part. 3. num. 7. ff. de uſucapio. Aym. Cravet. in Tract. de antiq. temp. p. 3. §. tranſeo nunc ad tertiam. nu. 19. fac. text. l. ſed jure. §. ductum aquæ. ff. de aq. quotid. & æſtiva, cap. ſuper quibuſdam. §. præterea. extr. de verborum ſignificat.* Item, etiamſi præſumptio juris vel facti alicui refragetur, *cap. 1. & ibi Dd. de præſcript. lib. 6. Cardinal. conſil. 214. Felin. cap. ſi diligenti. col. 7. verſ. reſtat nono. ex. de præſcript.*

Et licet ex poſſeſſione vel quaſi minoris temporis titulus non aliter præſumatur vel probetur, niſi iſte titulus allegatus fuerit, *Bald. & Salic. l. ſi certis annis col. pen. & ibi Iaſon. n. 15. limit. 2. & 4. C. de pact. Salic. l. cum de in rem verſo q. 1. ff. de uſur. Alex. conſ. 113. lib. 1.*

Attamen ex poſſeſſione vel quaſi illius temporis, cujus in contr. me. non extat, titulus & præſumitur & probatur, etiamſi non allegetur, *gloſ. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. verb. non ext. de verb ſignif. Frid. de Sen. conſ. 234. col. 2 Socin. conſ. 127. col. penult. in fin. lib. 1. & conſ. 181. lib. 2. Abb. conſ. 7. col. 4. lib. 2. Dd. c. 1. de præſcript. lib. 6. Calder. conſ. 1. tit. de libell. oblat. Ioan. Fabr. §. æquè. Inſtit. de action. Guid. Pap. quæſt. 408. circ. fin. Iaſon. l. ſi certis annis. col. fin. limit. 10. C. pact. Godzad. conſ. 8. n. 37.*

Similiter licet ex lapſu minoris temporis titulus non aliter probetur, niſi de ſcientia & patientia adverſarii fides fiat, *l. ſi filius. C. de pet. hæredit. Alex. conſil. 9. col. fin. lib. 3. conſ. 17. col. 2. poſt medium. lib. 5. Matth. de Afflict. decis. 187. col. fin. Aym. Cravet. in tract. de antiquit. temp. part. 3. §. venio nunc ad tertiam. num. 18.*

Attamen hoc non habet locum in lapſu illius temporis, cujus in cont. mem. non extat. Namque ex lapſu illius temporis titulus juſtus & legitimus præſumitur & probatur, etiamſi de ſcientia & patientia adverſarii fides non fiat, *Aym. Cravet. in tract. de antiquit. temp. part. 3. §. venio nunc ad tertiam. num. 19.*

Eodem modo licet ex lapſu temporis minoris titulus non aliter præſumatur & probetur, niſi fides fiat, quod is qui hunc titulum prætendit, fuerit in poſſeſſione vel quaſi rei controverſæ, vigore ſive reſpectu hujus tituli, *Salic. l. ſi certis annis. C. de pact. Raph Cuma. & Rom. l. qui in aliena. in princip. & ibi Iaſon. col. fin. ff. acquir. hæred. Paul. Caſtrenſ conſil. 51. col. 2. Alex. conſ. 113. lib. 1. conſil. 108. in fin. lib. 2. & conſil. 75. col. fin. lib. 4.*

Attamen hoc non habet locum in poſſeſſione vel quaſi illius temporis, cujus in cont. memor. non extat.

Namque

Namque ex lapſu ipſius temporis titulus juſtus & legitimus indiſtinctè præſumitur & probatur, etiamſi fides non fiat, quod quis vigore hujus tituli, ſive ex cauſa illius tituli fuerit in poſſeſſione vel quaſi rei controverſæ, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Felin. c. cauſam. num 7. verſ. ſed in propoſito. ext. de præſcript. ubi ipſe atteſtatur, eandem opinionem amplecti Abb. & Dd. c. pervenit. ext. de cenſib. Dd. c. quia cognovimus 10. quæſt. 3. Petr. de Anchor. conſ. 25. incip. dubitari ſolet. nec non & multos alios Dd.*

Præterea aliqui Dd. volunt, præſumptionem tam tituli quam bonæ fidei ex lapſu temporis immemorialis deſcendentem eſſe præſumptionem juris, & de jure & contrariam probationem non admittere, *Felin. c. cum à nobis. col. 3. ex. præſcript. Alex. Rubr. conſ. 15. col 3. Godzad. conſ. 8. num. 37. Cephal. conſ 129. num. 5.*

Sed ab eo tempore quo Dux A. filius Ducis G. defunctus eſt, atque Rex C. Primus, una cum Proceribus Regni Daniæ aſſeruit Ducatum Schleiſvvicenſem ad ſe tanquam filium ſororis Ducis A. jure ſucceſſionis ad ſe devolutum, illumq; Ducatum tanquam jure ſucceſſionis ad ſe pertinentem occupavit, plus quam centum anni, & ſic tempus immemoriale elapſum eſt.

Igitur ſequitur, ex lapſu hujus temporis ſimiliter ſatis ſufficienterq; probari, quod Rex C. Primus, Ducatum Schleiſvvicenſem jure ſucceſſionis tanquam filius ſororis Ducis A. acquiſiverit.

Vigeſimò ſeptimò, Dubio omni caret ex conjecturis, præſumptionibus & indiciis probari, rem aliquam feudalem eſſe, prout hoc ſatis patet ex traditis per *Matth. de Afflict. c. 1. num. 284 uſq. ad num. 302. ex quib. cauſ. feud. amitt.*

Similiter dubio omni caret, qualitatem feudi, cujus naturæ atque qualitatis feudum ſit, per præſumptiones, conjecturas & indicia probari: cum qualitas facilius probetur, quam ſubſtantia, prout ſuperius hoc docui.

Sed in caſu præſenti multæ extant conjecturæ & præſumptiones, quod Ducatus Schleiſvvicenſis illius naturæ atq; qualitatis ſit, quod ille Ducatus jure ſucceſſionis tranſierit ad Regem C. Primum, non obſtante hoc, quod Rex C. Primus, a primo acquirente non per lineam maſculinam, ſed per lineam fœmininam deſcenderit.

Tùm, quia ille Ducatus eſt acquiſitus titulo non lucrativo ſed oneroſo. Tùm, quia ille Ducatus eſt feudum Francum & liberum. Tùm, quia ille Ducatus eſt feudum improprium. Túm, quia ille Ducatus eſt feudum hæreditarium. Tùm, quia in Regno Daniæ, ad quod Regnum Ducatus Schleiſvvicenſis pertinet, eiq; ſubjectus eſt, perhibetur, conſuetudine receptum eſſe, quod omnia bona ſint vel allodialia, vel talia feuda, ad quorum ſucceſſionem etiam fœminæ & deſcendentes ex fœminis admittuntur. Tùm, quia Rex C. Primus, poſt obitum Ducis A. & confeſſus eſt & aſſeruit, Ducatum Schleiſvvicenſem ſibi tanquam filio fratris Ducis A. jure ſucceſſionis acquiſitum. Tùm, quia idem aſſeruerunt Proceres Regni Daniæ, qui totum Regnum repræſentant. Tùm, quia Rex C. Primus, poſt obitum Ducis A. Ducatum Schleiſvvicenſem tanquam ſibi jure ſucceſſionis acquiſitum occupavit, & toto tempore vitæ ſuæ poſſedit. Tùm quia Rex C. Primus, poſt obitum Ducis A. non tanquam Rex Daniæ, ſed tanquā Dux Schleiſvvicenſis, & Ducatui Schleiſvvicenſi Privilegia conceſſit, & a ſubditis ſive incolis Ducatus juramentum fidelitatis & aſſecurationis ſive homagii recepit. Tum, quia ſubditi & incolæ Ducatus Schleiſvvicenſis poſt obitum Ducis A. Regi C. Primo, non tanquam Regi, ſed tanquam Duci Schleiſvvicenſi juramentum & fidelitatis & aſſecurationis ſive homagii præſtitére. Tùm, quia Ducatus Schleiſvvicenſis jure ſucceſſionis eſt tranſlatus per obitum Regis C. Primi, ad filios ſuæ regiæ Majeſtatis J. & F. & a Rege J. pro parte ad filium ſuum C. Secundum, & à Rege F. Daniæ ad filios ſuos Regem C. Tertium, & Duces J. & A. Tùm, quia Ducatus Schleiſvvicenſis tanquam jure ſucceſſionis devolutus, eſt diviſus, & poſt obitum Regis C. Primi, a filiis ſuis J. & F. in duas partes, & poſt mortem Regis F. a filiis ſuis, C. J. & A. in tres partes, Tùm etiam per alias præſumptiones in actis allegatas.

Et certi juris eſt, quod † præſumptio- 148
nes plures ſimul junctæ, plenam probationem faciant, *gl. l. 2. §. 1. ff. de excuſ. tutor. gl. l. 3. §. ejuſdem. ff. de teſtib. gl. l. Inſtrumenta. C. probat. gl. c. cum dilectus. ext. de ſucceſſ. ab inteſt. gl. c. cum cauſam. ext. probat. gl. c. attedens. el. 1. ex. ut lite non conteſt. Roma. conſ. 7. col. 1. conſ. 8. & conſ. 14. Bald. & Hippol. de Marſil. Rubr.*

Rub. de probat. Calc. conſ. 8. n. 9. & conſ. 77. n. 19. & conſ 158. n 11. Hipp. de Marſil. lib. 1. §. ijdem Cornelio. n. 2. ff quæſt. Hip. Rub. n. 330. C. probat.

Igitur ſequitur, per haſce conjecturas atq; præſumptiones ſimul junctas plenè ſufficienterq; probari, Ducatum Schleiſvvicenſ. illius naturæ & qualitatis & eſſe & fuiſſe, quod poſt mortem Ducis A, ille Ducatus, non tanquam feudum vacans, fuerit apertus Regi Daniæ, ſed jure ſucceſſionis devolutus ad Regem C. Primum.

Vigeſimò octavò, clari juris eſt, nec non etiam à Dd. communiter traditum, quod † feudo finito vel aperto domino
146 dominus feudi obligatus ſit, illud feudũ ei, qui ultimo defuncto in gradu proximiori conjunctus fuit, iterũm & de novo concedere, *gl. Bart. & Ang. l. 1 §. permittitur. arg. illi. tex. ff aqu. quotid & æſtiva Bart. l 1. & ibi Fran. Rip. ff. Privileg. credit. Bart. Alex. & Franciſc. Aret. l. ſimiliter Titio in pr. ff. verb. obligat. Bald. c in præſentia. col. 4 ext probat. Bald. Mart. & Præpoſ. c. 1. quemad. feud. ad filiam perv Bald. Rub. ex appellat. Bald l. nec cui. C de locat. Bald in addit. ad Spec. tit. de locat. col. 11. Bald. conſ. 355. lib. 1. Ang conſ 154. ex forma col. pen. Ant. de But. & Goffr. c 1. ex. de locat Inno c. 2 col. 4. ex de feud. Imo. conſ 27. conſ. 38. & conſ. 68. Cardin. Flor. c. pen ex de poſtul Prælat. Panor. c bona. & 2. n. 28. & ibi Cardin. Pet. de Anchor. & Corſet in addit. Panor. ex eod. tit. Pet. de Anchor conſ. 134. conſ. 171. & conſ. 174. Raph. Fulgoſ. conſ. 4. conſ. 218. & conſ. 220. Raph. Comenſ. conſ. 166. Rom. l. 2. in pr. ff. ſol. matrim. l prætor. §. fin. ff oper nov. nunciat. rep. Rub. col. 15. ff. arbitris. & conſ. 22. Mart. Laudenſ. & Præpoſ. c. 1. qual. feud. olim. Ioan de Ana conſ. 84. col. 2 Paul de Caſtren. conſ. 32. lib. 1. conſ. 159. & conſ 417. lib. 2. Alex. conſ. 80. lib. 1. conſ. 93. lib. 3. conſ. 10. lib. 3. conſ. 83. & conſ. 161. lib. 7. Nicol. de Milis in ſuo reper. in verb. Emphyteuſi finita. Barbat. conſ 22. Curt. jun. in tract. feud. 1. part. 2. part. princip q. 15. Soc. conſ. 99. n. 7. lib. 1. Iaſ. l. 2. n. 21. 22. & 23. C. jure Emphyt. Iaſ. l fin. n. 11. C. eod tit Iaſ. l. petens. n. 10. C de pact. Dec. conſ. 78. conſ 131. & conſ. 328. Carol. Ruin. conſ. 5. conſ. 45. conſ. 151. n. 16. conſ 161. n. 35. lib 1. & conſ. 47. n. 6. lib. 3. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 238. Hip. de Marſil. ſing. 419. Nicol. Everhard. in locis legalibus in loco à feudo ad Emphyteuſin. Godz conſ. 71. & conſ 86. n. 23. Franciſc Ripa. l. 1. ff. de Privileg credit. & in tract. de peſte. chart. 48. n. 234. Tiraquel. in tract. de utroq retract. in præfat. num 41. Cardin. Pariſ. conſ. 28 lib. 1. Socin. jun. conſ. 109. n. 15. lib. 2. & conſ. 9. lib. 3.*

Et hoc uſque adeò verum eſt, ut † dominus feudi, non tantùm agnatos ultimi 147
poſſeſſoris feudi, ſed etiam conatus ipſius de feudo ſibi aperto inveſtire cogatur, *Pett. de Anch. conſ. 70. incip. caſus talis eſt. & conſ. 172. incip. Dominus Lazarus. Imol conſ 38. Bero c. dilecti. n. 121. lib. 1. Bart. l. 1. & ibi Franciſc. Rip. n. 6. & 7. ff. Privileg. credit. ubi Franciſc. Ripa. concludit hanc opinionem communem eſſe, & idem etiam tenet Roman. conſ. 28.*

Deinde hoc habet locum, ut dominus feudi agnatis vel cognatis in gradu proximiori ultimo defuncto conjunctis feudum ſibi apertum de jure concedere cogatur, non tantum ſi illi agnati vel cognati ultimo defuncto lineæ deſcendenti, ſed etjam ſi illi ultimo defuncto linea tranſverſali conjuncti fuerint, *Dec conſ 131. n. 3. & conſ. 328. n 6. Roma conſ. 22. Imol. conſ. 26. n. 35. Ruin. conſ. 12. n. 22. conſ 45. n. 8. & conſ 121. n. 2. lib. 1. Eamq. ſententiam communem eſſe atteſtatur Dec. in conſ. præalleg.*

Similiter hoc habet locum ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam, etiamſi is agnatus vel cognatus, qui ultimo defuncto in gradu proximiori conjunctus eſt, ipſi non tantùm in primo, ſed ulteriori gradu etiam conjunctus ſit, prout hoc volunt omnes Dd. magis communiter ſuperius allegati, cum illi nullam diſtinctionem inter gradus faciant.

Eodem modo hoc uſq; adeò verum eſt, ut domino feudi non permittatur illud feudum apertum pro ſe atque uſibus ſuis retinere, *Dec. conſ. 131. n. 3. & conſ. 328. n. 6. Ruin conſ. 12. n. 22 & conſ. 151. nu. 20. lib. 1.* Vel Eccleſiam aut aliam perſonam favorabilem agnatis vel cognatis proximioribus ultimi defuncti in renovatione Inveſtituræ præferre, *Ruin. conſ. 151. nu. 20. lib. 1.* Utq; & dominus feudi præcisè cogatur de feudo ſibi aperto agnatos vel cognatos proximiores ultimi defuncti inveſtire, nec ſolvendo id quod intereſt, liberetur, *Socin. conſ. 99. lib. 7. n. 7. lib. 1.*

Et dominus feudi recuſans agnatos vel cognatos ultimi vaſalli de feudo ſibi aperto inveſtire, dicatur ipſis injuriam inferre, atque propter hanc injuriam ad ſuperiorem appellari poſſit, *Bart. & Franciſc. Rip. l. 1. ff. Privileg. credit. Bart. l. 1. §. permittatur. ff. de aqua quotidian. & æſtiva. Abb. c. bonæ. el 2. num. 23. ext. de poſtulat. Prælat. Anchor. conſil. 171. num. 6. Alex. conſil. 80. num. 11. lib. 1. & conſil. 161. num. 2. lib. 7. Præpoſ.*

Digitized by Google

c. 1. quemadmod. feud. ad fil. pert. Iaſon. l. 2. num. 21. C. jur. Emphyteu. Dec. conſil. 131. n. 2. Ruin, conſil 151. num. 16. lib. 1. conſil. 161. num. 36. lib. 1. Hippolyt. ſingul. 419. Nicol. Everhard. in ſua Topica in loco à feud. ad Emphyteuſ.

Et feudum † antiquum vel paternum amiſſum vel finitum propter generationem finitam, & rurſus conceſſum agnatis vel cognatis ultimi defuncti nihilominus antiquum ſive paternum remanet, atq; omnes qualitates priſtinas retinet; *Bart. l. ſi mihi & Titio. in pr. n. 7. & ibi Iaſ. col. pen. ff. verb. obligat. arg. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. de locat. & conduct. l. pen. §. uxor. ff. ſolut. matrim. c. 1. & ibi Dd. de vaſall. decrep. ætat.*

Illamq; renovationem factam præſumi ſtatuo eo ipſo, quod fides fit atq; probatur, cognatum vel agnatum ultimi defuncti illud feudum poſſediſſe 30. annis.

149 Tùm, quia per † lapſum illius temporis feudum etiam de novo præſcribitur, *c. 1. §. ſi quis per 30. & ibi Dd. ſi de feud. defunct. content.*

150 Tùm, † quia unaquæq; res de facili revertitur ad ſuam naturam ſive conditionem priſtinam, *l. ſi unus §. pactus ne peteret, & ibi Iaſ. ff. pact.* Multò verò magis ex lapſu illius temporis, cujus in contr. mem. non extat, iſta renunciatio facta præſumitur, cum ex lapſu illius temporis non tantùm titulus præſumatur & probetur, ſed etiam illud tempus vim atque vigorem tituli obtineat, ſicut hoc ulterius docuimus.

Ex quo infertur primò, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, per obitum Ducis A. Ducatum Schleiſvvicenſem tanquam feudum vacans ſive finitum Regi vel Regno Daniæ apertum, Regem tamen ſive Regnum Daniæ obligatum fuiſſe illum Ducatum Regi C. Primo, qui Duci A. in gradu proximiori cognationis conjunctus fuit, renovare, atque de novo concedere.

Rurſus ex hoc infertur, cum Rex C. Primus, poſt obitum Ducis A. qui Anno 1459. vita functus eſt, tanquam cognatus proximior Ducis A. Ducatum Schleiſvvicenſem & occupaverit & toto tempore vitæ ſuæ poſſederit, nec non etiam & ad poſteros ſuos tranſtulerit, iſtiq; poſſeſſionem illam in hunc uſque diem continuaverint, & ſic tam Rex C. quàm ſuæ regiæ Majeſtatis poſteri tanquam cognati proximiores Ducis A. Ducatum Schleiſvvicenſem ultra omnium hominum memoriam poſſederint.

Ex hac poſſeſſione immemoriali & præſumi & probari Regem Regnumq; Daniæ, Regi C. Primo, ejuſq; poſteris Ducatum Schleiſvvicenſem de novo in feudum conceſſiſſe, illudq; feudum & feudum antiquum ſive paternum remanſiſſe, & omnem naturam, omneſq; qualitates priſtinas retinuiſſe.

Vigeſimò nonò, ſi † feudum amiſſum vel finitum alteri de novo ſimpliciter concedatur, vel renovetur, illa conceſſio & renovatio intelligitur facta cum iiſdem pactis omnibuſq; qualitatibus, quibus præcedens conceſſio jam finita vel extincta facta fuerat, ſicut hoc ſatis probatur, Tùm, per id quod tradit *Bart. l. ſi mihi & Titio. in princip. num. 7. ff. verb. obligat.* Ubi ipſe concludit, Si Emphyteuſis paterna, quæ finita erat in perſona patris, de novo concedatur duobus fratribus, illam Emphyteuſin & paternam remanere, & verba ſecundæ conceſſionis intelligi ſecundum naturam præcedentis contractus, omniaq; in primo contractu dicta, in ſequenti repetita videri per *l. pen. §. ſi uxor. ff. ſolut. matrim.* 151

Tùm, quia ſi Emphyteuſis, quæ anteà in tertiam generationem conceſſa erat, ſive concedi ſolita fuit, finita & poſtea cuidam tertio ſimpliciter conceſſa fuerit, illa ſecunda conceſſio ſecundum conceſſionem præcedentem ita intelligitur, ut cenſeatur eſſe facta in tertiam generationem, *Bald. in addit. ad Specul. tit. de locat. & conduct. Iaſ. l. certi condictio. §. ſi nummos. nu. 17. ff. ſi cert. pet. Nic. Everh. in ſua Topica in loco ab uſitato & ſolito. Alex. de Imol. in add. ad Bart. l. ſi prius. §. rectè placuit. ff. aqu. pluv. arcend. Ang. §. in Emphyteuſin. auth. de non alien, aut permut. reb. Eccleſ. Fel. c. cum M. Ferrarienſ. n. 6. ex. de Conſtit.*

Tùm, quia Papa concedens ſimpliciter in feudum oppida vel terras Eccleſiæ, intelligitur illa concedere cum juriſdictione, publicationis bonorum & ultimi ſupplicii, eo caſu, quando iſta oppida ſive terræ anteà cum iſto pacto alicui conceſſa fuêre, ſive ita concedi ſolitæ fuêre, *Roman. conſ. 59 incip. ad diſcutiendum. col. 2. Iaſ. d. §. ſi nummos. n. 19. Nic. Everh. in ſua Topic. in loco ab uſitat. ſive à ſolito, Felin. c. cum M. Ferrarienſ. n. 9. ext. de Conſtit.*

Tùm per id quod tradit *Mat. de Affl. c. 1. n. 300. ex quib. cau. feud. amit* dum videl. ibi concludit, ſi res quam alius prius tanquam

feudum

Digitized by Google

feudum poſſedit, & domino feudi aperta eſt, tertiò ſimpliciter & nulla facta menſione feudi concedatur, hanc conceſſionem intelligi factam in feudum: Eam ob cauſam, quia pręcedentia declarant ſequentia, *l. ſemper. & ibi notata. ff. de reg. jur. Bald. l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſtit.* Item, quia ſemper res deſiderat pervenire ad priſtinam naturam, *l. ſi unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact.* Et ad primordium tituli poſterior formatur eventus, *l. 1. C. de imponend. lucrativ. deſcript. lib. 10.*

152 Tùm, quia ſi † conductio prima finita renovata fuerit, iſta ſecunda conductio intelligitur facta cum iiſdem clauſulis atque conditionib. cum quib. clauſulis atq; conditionibus prior conductio facta erat, *l. legem. & ibi Bald. C. locato & conduct. Litem quaeritur. §. qui impleto. ff. eod. tit. Alex. conſil. 28. lib. 4.*

Tùm, quia ſi res prius locata pro certa mercede, finita illa locatione alteri poſtea ſimpliciter & non expreſſâ quantitate mercedis locetur, ſecunda locatio intelligitur facta pro illa mercede, quæ in prima locatione expreſſa fuit, atque quantitas expreſſa in prima locatione in ſequenti repetita cenſetur, *gl. Sal. & Ang. l. exceptio C. de locat. & conduct. Fel. & Dd. c. cum M. Ferrararienſis, num. 6. ext. de Conſtitut.*

153 Tùm, quia & † prorogatio intelligitur facta cum omnibus ſuis conditionibus & qualitatibus, *Bart. Alex. Iaſ. & Dd. l. 1. §. & poſt opera. ff. oper. nov. nunciat. Bald. l. legem. arg illius text C. locat. & cond gl. l. Æmilius, in pr. verb. reſtitui. ff. de minor. Bald. c. venerabilem, col pen. ext. elect. Bald. l. acceptam. quæſt. 7. C. de uſur. Paul. Caſtr. & Alex. l. lecta. arg. ill. tex ff. ſi cert. pet. Bal. l. ſi conſtante. C. de don. ante nupt. Fel. & Dec. c. de cauſis. ext. off. delegat.*

154 Tùm, quia & repetitio † intelligitur facta cum omnibus qualitatibus prioris diſpoſitionis, *l. fin. ff. de fideicom. libert.*

155 Tùm, quia & † relatio intelligitur facta cum omnibus ſuis qualitatibus, *l. à filio. §. teſtator. ff. de alim. & cibar. legat. l. 3. in pr. ff. de fund. inſtruct. Bart. l. ſi quis ſervum, §. fin. de leg. 2. Bart. l. 1. ff. de receptatorib Bald. conſ 99. incip quidam Iohannellus. lib. 1. Anton. de Butr. conſ. 2. & conſ. 49. Panorm. conſ. 28. verſ. 4. lib. 1. & conſ. 4. dub. 1. lib. 2. Domi. conſ. 47. col. 2. Alex. l. hac conſultiſſima. col. 3. C. Teſtament. Soc. conſ. 227. lib. 2. Iaſ. l. ait prætor. col. 1 ff re judic. cum multis ſimilib. alleg. per. Tiraquell. in tract. de legib. connubial. gl. 7. n. 183.*

Tùm, quia & in † novatione intelliguntur 156
repetitæ omnes omninò qualitates præcedentis actus vel obligationis, favorem, rei (cujus vicem vaſallus quoad præſens propoſitum repręſentat) reſpicientes, *Bart. l. aliam. ff. de novation.*

Tùm, quia illa † qualitas, qua ſemel res 157
aliqua affecta fuit, illam rem ſemper ſequitur, atque durat ad quemcunque tandem poſſeſſorem illa res pervenerit, *l. 1. & ibi Dd. C. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10.*

Ideoq; traditum eſt, quod res ſemel facta alienabilis ſemper alienabilis maneat, *l. pater. §. quindecim. & ibi Bar. ff. de leg. 3. c. ex parte. ext. de feud.* Quodq; & res ſemel tranſmiſſa ſive tranſmiſſibilis facta ſemper tranſmiſſibilis maneat & tranſmitti poſſit, *l. videamus & ibi Bart ff. quod met. cauſ. B. l. qui duos. n. 11 ff. de reb. dub.* Et res ſive cauſa ſemel delegata vel delegabilis effecta, ſemper illam qualitatem retineat, ut delegari poſſit, *Bar. Bald. Ang. & Paul. Caſtr. l. 1. arg. illius tex C. qui pro ſua jurisdict. Bart Bald. & Ang. l. 1. in pr. & ibi Iaſon. num. 63. ff. offic. ejus. cui mand. eſt jurisdict.*

Nec non & actio ſive res ſemel ceſſa ſive ceſſibilis effecta, ſemper ceſſibilis maneat, atque cedi poſſit, *Iaſ. l. ſi ſic. §. fin ff. leg. 1.* Et res ſemel diviſa ſive diviſibilis effecta, ſemper diviſibilis maneat, atque dividi poſſit, *Tiraquel. in tractat. de primogen. quæſt. 4. num. 58. Socin. conſ. 165. lib. 2.*

Et hoc generaliter quidem verum eſt,
potiſſimùm autem procedit, quando † for- 158
ma, qualitas ſive pacta præcedentis Inveſtituræ etiam penitùs extinctæ, feudum ſive rem reſpiciunt & afficiunt, & realia ſunt, tunc enim abſque omni dubio qualitas, forma & pacta prioris Inveſtituræ etiam penitùs extinctæ in ſequenti Inveſtitura ſive conceſſione in feudum repetita eſſe intelliguntur, prout hoc expreſſe & in ſpecie tradit *Guil. de Per. conſil 12. ubi ipſe pro hac ſententia confimanda multas firmiſſimas rationes adducit, quas transſcribere ſupervacuum duxi.*

Et regulariter † quælibet pacta, ſive 159
forma vel qualitas pacto expreſſa, cenſentur eſſe realia atque retò reſpicere, *l. jurisgentium. § pactorum. & ibi Dd. ff. pact.*

Illiq; † præſumptioni ſtandum eſt, do- 160
nec contrarium probetur, *l. fin. in princ ff. quod met. cauſ. l. ſive poſſideris. C. probat.* Imò illa præſumptio obtinet vim probationis, evidentis, manifeſtæ, certæ, indubitatæ,

liquidæ, liquidiſſimæ & pro veritate habetur, pruut hæc omnia tradit *gl. l. ſi tutor petit. C. peric. tutor. Iaſ. l. licet Imper. ff. legat. 1. Iaſ. l. 1. n. 9. C. Teſt. am. milit. Hip. de Marſil. ſing. 451.*

Sed omnia pacta inſerta Inveſtituræ Regum W. C. & N. Primi, ut ex tenore illarum Inveſtiturarum liquet, ſunt realia, atque feudum, ipſum Ducatum nempe Schleiſvvicenſem reſpicientia, atq; ipſum Ducatum efficiunt feudum improprium, Francum, liberum, hæreditarium & fœmininum.

Ex quo infertur, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, poſt obitum Ducis A. Ducatum Schleiſvvicenſem tanquam feudum vacans, fuiſſe apertum Regi atq; Regno Daniæ, illudq; de nov Regi C. Primo, ejusq; poſteris conceſſum, prout illam conceſſionem novam factam eſſe, eo caſu, quo illud feudum in perſona Ducis A. finitum fuiſſe præſupponitur, ex poſſeſione & lapſu temporis immemorialis præſumitur & probatur, hanc tamen renovationem ſive novam conceſſionem factam cenſeri & præſumi cum omnibus qualitatibus priſtinis, omnibusq; pactis Inveſtituræ Regum W. C. & N. Primi inſertis.

Eamq; ob cauſam modernum Regem Daniæ in omnem eventum obligatum eſſe Duces J. & A. de Ducatu Schleiſvvicenſi inveſtire ſecundum formam & tenorem Inveſtituræ Regum W. C. & N. Primi, nec ſuam regiam Majeſtatem in Inveſtitura prædictis Ducibus facienda quicquam immutare poſſe, ſive dicamus Regem C. Primum, ejusq; poſteros ad Ducatum Schleiſvvicenſem eſſe admiſſos jure ſucceſſionis, ſive jure novæ conceſſionis vel renovationis.

161 Trigeſimò, omnes † omninò actus omnesq; diſpoſitiones ab eo quod fieri ſolitum & conſuetum eſt, interpretationem, declarationem & ſuppletionem recipiunt, *Innocent. cap olim. ext. verbor. ſignificat. Abb. cap. certificari ext. de ſepultur. Petr. de Anchor. rep. cap. ſi propter tua debita. opp. 4. de reſcript. lib. 6. Alex. conſil. 37. num. 9. lib. 2. Felin. & Dec. cap. cum M. Ferrarienſis uterq. num. 6. ext. conſtit. Iaſon. l. certi condictio. §. ſi nummos. num 6. ff. ſi cert. pet. Nicol. Everhar. in ſua Topica in loco ab uſitat. & ſolit. Bart. Ronchegall. & Dd. l. nemo eſt qui neſciat. ff. duob. reis.*

162 Illudq; quod ſolitum, † conſuetum ſive uſitatum eſt, in contractibus reliquisq; diſpoſitionibus oppoſitum eſſe cenſetur, etiamſi illud verbis omiſſum fuerit, *l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædil. edict. l. ſi prius. §. rectè placuit. & ibi Bart. & Alex. ff. de aqu pluv. arcend. c. cum M. Ferrar. verb. ſicut conſuevit. & ibi Anton. de Butr. Bald. Imol. Dec. & Fel. extr. Conſtit.*

Et clauſulæ ſive pacta ſolita & conſueta in omnibus omninò inſtrumentis atque Scripturis ſubintelliguntur, etiamſi illæ expreſſè non fuerunt, *c. accepimus. & ibi Ant. de Butr. ext. de ætat. & qualitat. Fel. cum M. Ferrarienſis. num. 6. extr. conſtit. Iaſon. d. §. ſi nummos. num. 7. Nicol. Everh. in ſua Topic. in loco ab uſitato ſeu à ſolitis.*

Et potiſſimùm atq; imprimis conſideranda eſt conſuetudo illius, qui contrahit vel alium actum celebrat, *l. vel univerſorum. ff. pignor. action. l. qui ſemiſſes. ff. uſur. l. heredes palàm. §. ſi quid poſt. ibi, ex conſuetudine patrisfamiliàs. ff. de Teſtam. l. ſi ſervus plurium. §. fin. ff. leg. 1. Dec. l. ſemper in ſtipulat. ff. reg. jur.*

Nec etiam quicquam dubitandum eſt, potiùs eſſe attendendam conſuetudinem ſpecialem, ſive particularem, & rem certã reſpicientem, quam conſuetudinem generalem ſive univerſalem, cum in toto jure generi per ſpeciem derogetur, *l. in toto jure generi. & ibi Dec & Cagnol. ff. reg. jur. c. generi. & ibi Ioan. And. & Dd. eo. tit. lib. 6.*

Et prædicta habent locum etiam in Inveſtituris † ſive in conceſſionibus in feudum. Namq; & Inveſtituræ ſive conceſſiones in feudum ab eo, quod ſolitum & conſuetum eſt, interpretationem, declarationem & ſuppletionem recipiunt, illudq; quod ſolitum & conſuetum eſt, in Inveſtituris appoſitum cenſetur, licet illud verbis omiſſum ſit, prout hoc tradit *Roman. conſ. 59. incip. ad diſcutiendum. col. 2. Felin. c. cum M. Ferrarienſis. num. 6. circ. fin. ex. Conſtit. Alex. conſ. 124. num. 4. lib. 5. Iaſ. d. §. ſi nummos. n. 19. Nicol. Everh. in loco ab uſitato ſeu à ſolito. facit id quod tradit Bald. c. 1. §. ſi qua controverſia. arg. illius text. de pac. conſtant. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 236. n. 5. Alb. Brun. conſ. 13. Cardin. Pariſ. conſ. 5. nu. 26. conſ. 13. n. 18. conſ. 15. n. 11. conſ. 81. n. 14. lib. 1.* 163

Nec dubium eſt † ſolitum ſive conſuetum id dici, quod ſaltem bis obſervatum fuit, cum bini actus etiam ad conſuetudinem inducendam ſufficiant, *Bart. l. de quibus in lect. num. 10. & in repet. num. 11. & ibi Bald. num. 15. Iaſon. num. 51. ff. de legib. Bart. l. 2. num. 12. C. quæ ſit longa conſuet. Bald. l. 3.* 164

C. de

C de Epiſcop. audient. Alex. conſ. 45. conſ. 131. lib 2. conſ. 173. lib. 6. Ang. §. ex non ſcripto. n. 11 Inſtit. jur. natur. gent. & civil Socin. conſ. 7. nu. 8. lib. 1. Corn. conſ. 179. lib. 3. conſ. 125. conſ. 247. n. 7. & conſ. 295. n. 5. lib. 4. Dec. conſ. 217.

Quinimò quoad hoc, ùt feudum certam qualitatem nanciſcatur, unicum actu ſufficere judico, illudq; ſatis probatur per id, quod Dd. tradunt, feudum effici & cenſeri fœmininum eo ipſo, quod illud feudum ad fœminam ſemel tranſitum fecit, ſive de iſto feudo fœmina ſemel inveſtita fuit, *Matth. de Afflict. c. 1 in princ. nu. 18. de nat. ſuc. feud.*

Sed Inveſtitura facta à W. Duce G. ex intervallo fuit confirmata, & quidem ex certa ſcientia, primò à Rege C. deinde à Rege N. Primo.

Similiter & Inveſtitura facta Anno 1440. à Rege C. Duci A. de Ducatu Schleiſvvicenſi ex intervallo fuit approbata, reiterata & confirmata, primò ab ipſomet Rege C. deinde à Rege N. Primo.

Igitur dubio omni caret per illas Inveſtituras, reiterationes & confirmationes reſpectu Ducatus Schleiſvvicenſis talem conſuetudinem introductam, nec non & ſolitum ſuæ conſuetum reputandum, quod Inveſtitura reſpectu Ducatus Schleiſvvicenſis cum talibus pactis & clauſulis ac tali tenore, qualiter Inveſtituræ Regum W. C. & N. Primi, confectæ ſunt, factæ fuerint fieriq; debeant.

Ex quo infertur, etiamſi ponamus per obitum Ducis A. Ducatum Schleiſvvicenſem tanquam feudum vacans & finitum, Regi Regnoq; Daniæ apertũ, illudq; à Rege ſive Regno Daniæ Regi C. Primo, ejuſvè poſteris de novo eſſe in feudum conceſſum, illamq; tamen conceſſionem intelligi factam ſecundum tenorem antiquarum Inveſtiturarum, omnesq; clauſulæ & pacta antiquis Inveſtituris inſerta in hac conceſſione repetita cenſeri.

Rurſus ex hoc infertur, quod modernus Rex Daniæ etiam eo caſu, quo per obitum Ducis A. Ducatus Schleiſvvicenſis Regi atq; Regno Daniæ tanquam feudum finitum vel vacans, apertum Regi C. Primo; ejuſvè poſteris de novo conceſſum fuiſſet, obligatus eſſet Illuſtres Principes & Dominos, Dominum J. & Dominum A. Duces Holſatienſes & Schleiſvvicenſes de Ducatu Schleiſvvicenſi inveſtire, ſecundum tenorem antiquum Inveſtiturarum, & cum iiſdem pactis & clauſulis, quodq; ſuæ regiæ Majeſtati non permitteretur tenorem Inveſtiturarum antiquatum in Inveſtituris novis mutare vel alterare.

Trigeſimò primò, licet regulariter ne- 165
mo † ſimul & ſemel dantis & accipientis perſona vel vicibus fungi poſſit, *c. inter dilectos. §. cæterum. & ibi Abb. ext. fid. inſtrum. c. fin. ext. Inſtitut. l. ſi mandavero tibi. §. ſi tibi centum. & ibi Bart. ff. mandat. Iaſon. l. cum filiofamiliàs. n. 15. uſq; ad n. 22. ff. leg. 1.*

Attamen † diverſis reſpectibus quis ſi- 166
mul & ſemel duplici perſona ſive officio dantis & recipientis fungi poteſt, *l. ſi Conſul. ff. de Adopt. l. 2. ff. offic. præſid. l. accipientis. ff. authorit. tutor.*

Ex quo infertur, illum Regem, qui per electionem ad Regnum aliquod aſſumptus fuit, feudum ſibi tanquam Regi apertum, & ad Regnum pertinens ſibiipſi non tanquam Regi, ſed tanquam cuilibet in feudum concedere ſive jure feudi retinere poſſe.

Et hoc potiſſimùm procedit, ſi Rex feudum apertum ſibiipſi nõ ut Regi, ſed ut cuilibet in feudum concedat, vel nomine feudi retineat, cum conſenſu, authoritate, licentia, vel permiſſione Procerum Regni, ſicut hoc ſatis probatur per id, quod in ſimili traditur, tutorem à pupillo indiſtinctè quid emere poſſe accedente authoritate alterius tutoris, *gl. & Dd. l. ſi cum ipſe. C. de contrah. emption.*

Et ex lapſu temporis † longi ſive lon- 167
giſſimi præſumitur in actu aliquo interveniſſe & licentiam, *Aretin. conſ. 36. Dec. conſ. 409. col. 1. Iaſ. l. ſciendum, n. 16. circ. fin. ff. verb. obligat. & conſenſum. Godzad. conſ. 4. col. 6. in fin. Alex. conſ. 113. col. pen. lib. 4. Dec. conſ. 185. col. pen. Iaſ. l. ſciendum. num. 17. verſ. ſimiliter qui diu ff. verb. obligat.*

Nec non & † autoritatem alterius in 168
actu aliquo requiſitam, *Cardin. Florent. & Dd. c. requiſiviſti. ext. teſtament. Dd. c. illud. ext. præſumpt. Iaſ. d. l. ſciendum. n. 17.*

Deinde quoq; dubio omni caret, quod
Regi † permittatur feudum ſibi tanquam 169
Regi apertum & ad Regnum pertinens, liberis ſuis, item & ſanguine junctis in feudum cõcedere, ſicut hoc ſatis probatur per
id, quod Dd. in ſimili concludunt, † Prin- 170
cipibus ſive Prælatis Eccleſiaſticis, quos tamen conſtat reſpectu bonorum ad Principatum ſive Prælaturam pertinentium, non habere tantam poteſtatem, quantam ha-

bent Reges, reſpectu rerum ad Regnum pertinentium, permitti feuda ſibi aperta & ad Prælaturam ſive Principatum pertinentia etiam filiis & conſanguineis ſuis in feudum concedere, proút hoc tradit *Bald. c. 1. in princ. & ibi Iaſ. num. 15. usq; ad num. 20. qui feud. dar. poſ. ubi Iaſ multas alias autoritates pro hac ſententia citat & affirmat hanc opinionem communiter receptam.*

Ex quo infertur, poſito poſt mortem Ducis A. Ducatum Schleiſvvicenſem tanquam feudum finitum ſive vacans Regi atque Regno Daniæ apertum: Attamen ipſum Regem C. licitè & jure permittente potuiſſe illum Ducatum ſibiipſi non tanquam Regi, ſed tanquam cuilibet in feudum concedere, ſive tanquam rem ſibi in feudum conceſſam & à Regno ſeparatam retinere.

Illudq; quod Rex C. Primus, poſt obitum Ducis A. Ducatum Schleiſvvicenſem non tanquam portionem Regni Daniæ, ſive tanquam feudum Regno apertum & incorporatum, ſed ut feudum Regni & à Regno ſeparatum poſſederit, præſumuntur.

Tùm, per id quod Rex C. Primus, antequam in Regem eligeretur, expreſsè & promiſit & ſe obligavit, quod Ducatum Schleiſvvicenſem Regno atque Coronæ Daniæ non velit unire nec annectere.

Et certum eſt, quod in dubio quilibet præſumatur in voluntate ſua perſeverare, quodq; præſumptio mutatæ voluntatis capi non debeat, *L. eum qui ff. probat.* Tùm, quia poſt obitum Regis C. Primi, ad ſucceſſionem Ducatus Schleiſvvicenſ. uterq; ſuæ regiæ Majeſtatis filius, J. nempe & F. ſimul, ſemel & æqualiter admiſſi fuère, non obſtante hoc, quod J. C. primo tantùm in Regno Daniæ ſucceſſerit, & F. nullam portionem nullumq; jus in Regno Daniæ habuerit.

Tùm, quia etiam poſt obitum Regis F. Primi, omnes ſuæ regiæ Majeſtatis filii in Ducatu Schleiſvvicenſi ſucceſsère, eumque æqualiter inter ſe diviſère, non obſtante hoc, quod C. Tertius ſolus Regnum Daniæ obtinuerit.

Et ſic ex prædictis liquet, hanc noſtram deciſionem factam ad primam quæſtionem veriſſimam eſſe.

Nec obſtant huic veriſſimæ deciſioni rationes dubitandi: Namq; ad illas omnes facilis eſt reſponſio.

171 Et ad primam † rationem dubitandi patet reſponſio ex iis quæ diximus in ſeptima ratione decidendi.

Namque ea quæ in prima ratione dubitandi adducta ſunt, non procedunt in noſtro & ſimilibus caſibus, vel quando illa Inveſtitura à minore fit de licentia & permiſſione Regis vel Principis, ſive illius qui jura Principis habet, vel, quando illa Inveſtitura fit ex cauſa juſta & legitima, vel pro remuneratione benemeritorum acceptorum, vel cum autoritate Curatoris, ſive illorum, qui Curatoris vices ſuſtinent, quales ſunt Proceres Regni, vel intervenientibus ſolennitatibus in alienatione rerum minorum requiſitis, quas ſolennitates interveniſſe in caſu præſenti ex lapſu temporis immemorialis præſumitur.

Ad ſecundam rationem dubitandi patet reſponſio ex iis, quæ in octava ratione decidendi diximus.

Namque clari juris eſt, quod geſta à Rege Electo etiam & ante coronationem rata & firma ſint.

Ad tertiam rationem dubitandi patet reſponſio ex iis quæ diximus in nona ratione decidendi.

Namque clari juris eſt, quod acta vel geſta à Rege aliquo, non irritentur neque caſſentur, etiamſi ille Rex poſtea vel ex Regno expelletur, vel etiam ſervatis ſervandis dignitate regia privetur.

Nec eſt verum, quod illa Inveſtitura facta a Rege W. effectu caruerit. Namq; licet Rex W. expulſus à Regno Daniæ, Ducatum Schleiſvvicenſem receperit, & toto tempore vitæ ſuæ retinuerit. Attamen ex tranſactione inita Anno 1333. inter Regem W. expulſum, & Ducem G. liquet, quod omnes vaſalli & ſubditi ſive incolæ Ducatus Schleiſvvicenſis Duci G. etjam vivo Rege W. homagium & juramentum tàm fidelitatis quam aſſecurationis præſtiterint.

Deinde, etiam opinor, quod Dux G. poſt mortem Regis W. vigore prædictæ & Inveſtituræ & tranſactionis ſubſecutæ, Ducatum Schleiſvvicenſem & occupaverit & retinuerit.

Præterea ad primam, ſecundam & tertiam rationem dubitandi patet reſponſio ex iis, quæ in decima & undecima ratione decidendi adducta ſunt.

Namque poſito, ſed tamen non conceſſo, Inveſtituram Regis W. vel propter

defe-

defectum ætatis Regis W. vel propter alios delectus ab initio nullã & invalidam fuiſſe: Attamẽ illam Inveſtituram per ſubſequentes ratificationes, confirmationes & Inveſtituras, nec non & per lapſum temporis validam effectam.

Ad quartum argumentum contrarium
172 reſpondeo, † omnes omninò actus, quantum fieri poteſt, ita interpretandos eſſe, ne contrarietatem contineant, *c. inter dilectos, §. cæterum, ext. fid. instru. l. 1. §. quibus. C. de nov. Cod. facient. Pet. Cyn. & Bald. l. cum falſa, & ibi Iaſ. n. 4. C. jur. & fact. ignor. Bart. Iaſ. & Dd. l. fin. §. idem quæſiit. ff. cond. indeb. Dec. & Cagn. l. ubi repugnantia. ff. reg. jur.*

Et in ſpecie, quod hoc habeat locum etiam in Inveſtituris, quod videlicet Inveſtituræ ita interpretandæ ſint, ne ſibi contradicant vel contrarietatem contineant, expreſsè tenet *Cardin. Pariſ. conſ. 23. num 64. cum 3. ſequent. lib. 1.*

173 Similiter & † Actus quilibet ita interpretandus eſt, ut ille Actus ſuſtineatur & ſalvetur, etiamſi ſint verba ad ſignificationem impropriam vel impropriiſſimam detorquenda, *l. quoties ff. de reb. dubijs. l. ſi olei. & ibi Bart. & Dd. C loc. & conduct. l. Inſulam. & ibi Iaſon ff. de præſcript. verb. Iaſ. l. ſed etſi poſſeſſori. §. item ſi juravero. ff. de jurejur.*

174 Præterea jus † ſuperioris dominii, & jus directi dominii, quoad eſſentiam & ſubſtantiam ſunt ſeparata, & non eſt rarum neque inuſitatum, quod apud unum ſit jus ſuperioris ſive univerſalis dominii reſpectu totius territorii, & omnium illorum quæ ad illud territorium pertinent, apud alium verò ſit directum dominium rerum particularium, ſicut hoc ſatis probatur per id, quod Dd. communiter tradunt, apud Reges eſſe dominium ſuperius ſive univerſale totius Regni, omniumq; illorum, quæ ad Regnum pertinent, *Bart. l. 1. §. per hanc actionem. num. 2. ff. de rei vendic. Mant. ſing. 312. fac. text. l. deprecatio. ff. ad l. Rhodiam. de jact.*

Apud ſubditos verò dominium non tantùm utile, ſed etiam directum rerum particularium, *Hoſt. Ioan. Andr. Imol. & Dd. c. minis. & ibi Panormitan. num. 1. ext. jurejur. Bart. l. 1. § per hanc. num. 2. ff rei vendic. Panorm. c. ſi diligenti. n. 2. & ibi Felin. n. 2. extr. præſcript. Paul. Caſtr. conſ. 56. n. 2. lib. 2. Spec. tit. de feud. §. quoniam. verſ. 14. n. 28. Mant. ſingul. 312. Stephan. Bertran. conſ. 75. num. 15. lib. 2. part. 2. conſ. 1. num. 1. & conſ. 8. num. 9. & 10. lib. 3. Covar. pract. quæſt. c. 36. Hier. de Mon. in tract. d. finib. cap. 96.*

Et ſic conſtat ex eo, quod dominium directum Ducatus Schleiſvvicenſis in Ducem G. ſuosq; ſucceſſores translatum, atq; Regibus Daniæ jus ſuperioris dominii reſervatum eſt, contrarietatem vel repugnantiam nullam reſultare.

Illudq; quod dicitur, verba † quælibet 175
eſſe intelligenda ſecundum ſubjectam materiam vel naturam rei, non habet locũ eo caſu, quando verba clara & manifeſta ſunt: tunc enim verba non ſecundum ſubjectam materiam, ſed prout ſonant, accipienda ſunt, *Bald. conſ. 182 col. fin. lib. 1. Tiraq. repet. l. ſi unquam. verb. libertis. num. 5. C. revocan. donat.*

Et in claris, ſive ubi verba clara ſunt, non eſt ullus locus declarationi vel conjecturationi, *l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. legat. 3. l. continuus. §. cum ita. ff. verb obligat. Oldrad conſ. 159. in princip. Dec. auth. ex teſtamento. n. 6. C. collation. Dec. l. ſi donatione. n. 2. C. eod. tit. Paul. Caſtrenſ. l. hæredes palàm. §. ſi quid poſt. ff. Teſtament. Socin. jun. conſ. 138. nu. 16. lib. 2. Tiraquel. repet. l. ſi unquam. verb. libertis num. 15. C. revoc. donat.*

Ideoq; alibi traditum eſt, ubi verba ſunt clara, cavillationes Advocatorum locum habere non debent, *Bald conſ. 174. in fin. lib. 2. Crav. conſ 4. n. 21. conſ. 11. n. 6. conſ. 47. n. 2.*

Quodq; in diſpoſitione qualibet potiùs attendenda & ſequenda ſunt verba certa, quàm mens imaginaria & incerta, *Bald. conſ. 452. col. 2. lib. 1.*

Deinde etiam omnis illa interpretatio, quæ vel verbis non convenit vel refragatur, rejicienda eſt, *Bart. l. ab executore. col. 2. verſ. ſi verba. & ibi Imol. & Ang. Aret. ff. verb. obligat. Bart. l. duobus. §. ergò ſi quis. ff. jurejur. Bald. l. ea quæ. C. comminat. vel epiſtolæ. Ang. l. ſi quis intentione. ff. judic. Imol. conſ. 21. col. 2. Paul. Caſtr. conſ. 338. col. 2. lib. 1. Franc. Aret. & Iaſ. l. quicquid aſtringendæ. in princ. ff. verb. obligat. Alex. conſ. 28. col. pen. lib. 1. cum multis ſimilibus allegatis per Tiraq. rep. l. ſi unquam. verb. libertis. n. 13. C. revoc. donat.*

Cum itaque in caſu præſenti verba Inveſtituræ Regis W. clarè & evidenter dicant, quod per iſtam Inveſtituram in Ducem G. directum & utile dominium translatum ſit, dubio omni caret, illam interpretationem partis adverſæ, quod per iſtam Inveſtituram dominium directum translatum non ſit,

tanquam verbis contrariam nullo modo admittendam.

Nec etiam reſervatio dominii ſuperioris ſive univerſalis ſupervacua redditur, per hoc, quod directum dominium in Ducem G. tranſlatum eſt, cùm dominium ſuperius multos notabiles effectus producat, non obſtante hoc, quod penes alium eſt directum dominium, atq; quoad hoc, ne diſpoſitio aliqua ſupervacua vel inutilis dici poſſit, ſufficiat illam diſpoſitionem aliquid ſaltem in modico operari, *Felin. in proœm. decret. verb. Rex pacificus. num. 9.*

Et inſuper, potius admittitur ut verba ſint ſuperflua, nihilq; operentur, quàm ut inducatur abſurditas, contrarietas vel deſtructio actus, *Felin. c. ſolit æ. n. 4. ext. major. & obedient.*

Et licet in conceſſione feudi plerunq; directum dominium penes dominium remaneat, & ſolummodò utile dominium in vaſallum transferatur: Attamen illud quod dominium directum penes dominium remaneat, non eſt de ſubſtantia, ſed tantùm de natura feudi; Ideoq; Dd. magis communiter tradunt, per feudi conceſſionem in vaſallum non tantùm utile, ſed etjam directum dominium transferri poſſe, & hunc contractum nihilominus feudum licet improprium & eſſe & dici, *Ioan. Monach. c. Abbate ſanè. de ſent. & re judic. lib. 6. Bald. l. ſi plures. n. 7. C. condit. inſert. Bald. l. 1. n. 22. C. ſi plurima ſent. Bald. l. 1. n. 67. C. de confeſſ. Alex. conſ 30. n. 20. lib. 1. Dec. conſ. 193. n 5. Prepoſ. in præelud. feudor. n. 15. & ibi Iaſon. n. 14. & 115. Matth de Aſflict. c. 1. in princip. n. 65. de capit. qui cur. vendid.*

Ad quintam rationem dubitandi reſpondeo, In tranſactione inita inter Reginam M. ex una, & Ducem G. ex altera parte, expreſsè cautum eſſe, quod Regina M. ejusq; ſucceſſores, & ſubditi, Duci G. ejusq; ſucceſſoribus reſpectu Ducatus Schleiſvvicenſis nullam litem de jure vel de facto movere, nec illum quolibet modo impedire vel turbare velint & debeant.

Et ſic ex illis verbis clarè liquet, quod Regina M. Duci G. ejusq; ſucceſſoribus Ducatū Schleiſvvicenſem, illudq; jus quod ipſe in iſto Ducatu habuit, & ita etiam Inveſtituram Regis W. per quam Ducatus Schleiſvvicenſis in Ducem G. tranſlatus fuit, confirmaverit.

Et poſito, ſed tamen non conceſſo, per iſtam tranſactionem Inveſtituræ Regis W. nullum robur additum: Attamen illa Inveſtitura Regis W. ſatis ſuperq; confirmata eſt, per ſubſequentes Inveſtituras Regum C. & N. item per id, quod in iſtis Inveſtituris ſubſequentibus expreſsè & ex certa ſcientia confirmata ſunt omni Inſtrumenta, Privilegia & Inveſtituræ ſuper Ducatu Schleiſvvicenſi prius factæ vel conceſſæ, & ſic inter cætera etiam Inveſtitura Regis, W.

Similiter & Inveſtitura Regis W. etjamſi illa per ſe invalida fuiſſet, & ex lapſu temporis immemorialis confirmationem recepiſſet.

Ad ſextam & ſeptimam rationem dubitandi reſponſio, patet ex iis quæ diximus in 12. 13. 14. 15. 16. & 17. ratione decidendi.

Ad octavam rationem † dubitandi reſponſio patet ex iis quæ diximus in 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. & 28. ratione decidendi. Namque illud, quod ad ſucceſſionem feudi fœminæ & deſcendentes ex fœminis non admittantur, abſque omni dubio non habet locum in feudo Franco: vel propter benemerita acquiſito, vel quando conſuetudine illius loci, in quo feudum ſitum eſt, vel loci ſuperioris, aut pacto Inveſtituræ cautum eſt, quod ad ſucceſſionem feudi fœminæ admitti debeant, vel, quando per confeſſionem partis adverſæ, aut majorum ipſius, aut per verba ſaltem narrativa domini feudi, vel per alia indicia, conjecturas aut præſumptiones conſtat, illud feudum de quo agitur, ejus naturæ eſſe, quod ad ſucceſſionem illius feudi fœminæ & deſcendentes ex fœminis admitti debeant. 176

Et licet aliqui Dd. citati in octava ratione † dubitandi velint, ad feudum emptitium, ſive alio titulo oneroſo acquiſitum, fœminas & deſcendentes ex fœminis non admitti: Attamen alii Dd. neque numero neque autoritate inferiores citati in 18. ratione decidendi, expreſsè tradunt, ad ſucceſſionem feudi acquiſiti pecunia, vel ex alia cauſa oneroſa, ſumptibus nempe vel impenſis, fœminas & deſcendentes ex fœminis admitti. 177

Cum itaq; Ducatus Schleiſvvicenſis ſit feudum improprium, liberum, Francum & conceſſum propter merita & ex cauſa oneroſa, nempe propter ſumptus & impenſas factas, nec non & in toto Regno Daniæ, cui Ducatus Schleiſvvicenſis ſubjectus eſt,

Google

eſt, conſuetudine receptum ſit, quod ad ſucceſſionem feudi fœminæ & deſcendentes ex fœminis admittantur, Inſuper per confeſſionem & aſſertionem domini feudi Regis C. Primi, & Procerum Regni Daniæ, atque per lapſum temporis immemorialis, quod vim pacti, Privilegii & tituli obtinet, Item, & per alia indicia, conjecturas atque præſumptiones conſtet, Ducatum Schleiſvvicenſem illius naturæ eſſe, quod ad illius ſucceſſionem fœminæ & deſcendentes ex fœminis admitti debeant.

Dubio omni caret, ea quæ in octava ratione dubitandi adducta ſunt, in caſu præſenti locum non habere, nec noſtræ deciſioni obſtare.

Præterea licet Dd. citati in octava
178 ratione dubitandi velint, † ad ſucceſſionem illorum bonorum, quæ habent annexam regalem dignitatem, cum adminiſtratione fœminas non admitti: Attamen illa opinio magis communiter reprobata eſt, prout hoc liquet ex traditis in 2c. ratione decidendi, ideoq; illa opinio nullo modo tenenda vel ſequenda.

Ad nonam rationem dubitandi reſponſio patet ex adductis in rationibus decidendi.

Namq; primò in rationibus decidendi comprobatum eſt, Ducatum Schleiſvvicenſem talem eſſe, qui ad fœminas & deſcendentes ex fœminis tranſeat. Et ſic illuſtres Principes & Dominos, Dominum J. & Dominum A, Duces Schleiſvvicenſes & Holſatiæ, ſub Inveſtituris antiquis Regum W. C. & N. Primi, comprehendi, Eamq; ob cauſam ſuas illuſtres Celſitudines pro novis feudatariis minimè reputari poſſe.

Secundò reſpondeo, Pacta atque tenorem Inveſtiturarum Regum W. C. & N. Primi, eſſe realia, & ipſum feudum ſive rem ipſam, Ducatum nempe Schleiſvvicenſem reſpicientia, prout etiam in dubio quælibet pacta Inveſtituræ adjecta, realia eſſe præſumuntur.

Et dubio omni caret, prout etiam *Guil. à Per.* in Conſilio præallegato illud fatetur, formam, tenorem & pacta Inveſtituræ ſive conceſſionis antiquæ etiam reſpectu novi feudatarii & vaſalli eſſe cōſideranda, eo caſu, quando ille tenor, formæ & pacta ſunt realia, feudum nempe reſpicientia & informantia.

Tertiò reſpondeo, tenorem, formam & pacta Inveſtituræ ſive conceſſionis antiquæ etiam perſonalia, reſpectu novi feudatarii in conſideratione haberi, in noſtro ſimilibusq; caſibus, quando is novus feudatarius talis eſt, cui dominus feudi feudum ſibi apertum iterum concedere obligatus fuit, quales ſunt agnati vel cognati proximiores ultimi defuncti, prout hoc patet ex doctrina *Bart. d. l. Si mihi & Titio. in princip. n. 7. ff. verb. obligat.* 179

Quartò reſpondeo, Pacta, formam & tenorem antiquæ Inveſtituræ etiam perſonalia reſpectu novi vaſalli indiſtinctè in conſideratione haberi, in noſtro & ſimilibus caſibus, quando illa forma, tenor & pacta talia totiesq; repetita fuêre, ut ex illis ſolitum ſive conſuetum inductum ſit, prout hoc patet ex iis, quæ tradidimus in 30. ratione decidendi.

Ad decimam rationem dubitandi reſpondeo, ex eo, quod in Privilegiis conceſſis à Rege C. Primo, Ducatui Schleiſvvicenſi continetur, Daß die Unterthanen vnd Eingeſeſſenen des Hertzogthumbs Schleiswigs jhrer Königlichen Majeſtet nach Abſterben Hertzog A. für einen Herrn auff vnd angenommen / quod ſubditi & incolæ Ducatus Schleiſvvicenſis ſuam regiam Majeſtatem poſt obitum Ducis A. in dominum ſuum aſſumpſerint, nullo modo colligi poſſe, quod poſt obitum Ducis A. Ducatus Scleiſvvicenſis Regi C. jure ſucceſſionis acquiſitus non ſit, vel quod Rex C. ante illam recognitionem non habuerit dominium Ducatus Schleiſvvicenſis.

Namque talia verba ſecundum communem & receptam conſuetudinem omnium Ducatuum & Regnorum totius Chriſtianiſſimi, intelligenda & accipienda & ita interpretanda ſunt, quod ſubditi & incolæ Ducatus Schleiſvvicenſis poſt obitum Ducis A. Regem C. Primum, tanquam ſucceſſorem & verum dominum per præſtationem homagii & juramenti aſſecurationis & fidelitatis, pro domino recognoverint, prout tales recognitiones facere uſitatum eſt, juxta tradita per *Bald. l. plures Apocha, C. fid. inſtrum. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. dictiq; vaſalli.*

Et clari juris eſt, quod † verba atque a- 180
ctus quilibet à conſuetudine ſive ab eo,

quod

quod conſuetum eſt, interpretationem recipiant, *Innoc. c. olim. extr. de jur. patronat. Abb. c. certificari extr. de ſepultur. Iaſon. & Dd. l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi cert. pet. Bart. Ronchegall. & Dd. l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duob. reis. Alex. l. hujusmodi. in princip. ff. leg. 1. Felin. Dec. & Dd c. cum M. Ferrarienſ. ext. conſtit. Dec. & Cagnol. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. reg. jur.*

181 Ad undecimam rationem dubitandi reſpondeo, Licet in dubio præſumatur, Inveſtituram † eſſe conceptã ſecundum jus commune feudorum. Attamen hoc non habere locum in certis, quando videlicet conſtat per Inveſtituram juri communi feudorum derogatum eſſe, prout hoc docuimus in prima ratione decidendi. Et confirmatur.

Namque in certis ſive claris non eſt opus conjecturis vel præſumptionibus, *l. continuus. §. cum ita. ff. verbor. obligat.*

Secundò, illa præſumptio non eſt præſumptio juris & de jure, ſed eſt juris tantùm. Ideoq; & per contrariam probationem tollitur, *l. fin. in pr. ff. quod met. cauſ. l. nuptura. in fin. ff. jur. dot. l. cum de indebito. ff. probat. Aym. Cravet. conſ. 35. num. 5. & conſ. 146. num. 7.*

Et per præſumptionem contrariam eliditur, *l. Divus. ff. de in integr. reſtit. l. non ſolum. ff. tit. nuptiar. l. 1. in fin. C. qui & adverſ. quos. Cravet. conſ. 145. n. 11.*

Tertiò, illa regula non habet locum in renovatione veteris Inveſtituræ. Illa enim renovatio intelligitur facta non ſecundum jus commune, ſed ſecundum Inveſtituram præcedentem, ſicut hoc in rationibus decidendi docuimus.

Quartò, hoc non habet locum in conceſſione ſive Inveſtitura facta de illa re, quæ anteà in feudum conceſſa & domino feudi aperta fuit. Illa enim potiùs intelligitur facta, ſecundum præcedentes Inveſtituras, ſive ſecundum id, quod ſolitum & conſuetum eſt, quàm ſecundum jus commune: Eo potiſſimùm caſu, quando illa conceſſio fit illis, qui ultimo defuncto ſanguine conjuncti fuére, prout hæc omnia in rationibus decidendi comprobavimus.

Sed in caſu præſenti antiquæ Inveſtituræ Regum W. C. & N. Primi, certam formam atque tenorem habent, nec illæ Inveſtituræ ſunt extinctæ, ſed adhuc vigorem ſuum obtinent, & ratione illorum Illuſtres Principes & Domini, Dominus J. & Dominus A. Duces Holſatiæ & Schleiſvvicenſ. ad ſucceſſionem Ducatus Schleiſvvicenſis admiſſi fuére.

Similiter in rationibus decidendi docui, etiamſi probari poſſet, Inveſtituram factam Duci G. & A. de Ducatu Schleiſvvicenſi, per obitum Ducis G. extinctam, illumq; Ducatum domino feudi apertum.

Attamen Regem atque Regnum Daniæ obligatum fuiſſe Regi C. Primo, tanquam cognato proximiori Ducis A. Ducatum Schleiſvvicenſem de novo concedere, & quidem ſecundum tenorem atq; formam veterum Inveſtituratum.

Et ille tenor, forma & facta veterum Inveſtiturarum ſunt realia, feudum nempe Ducatus Schleiſvvicenſis reſpicientia, eiq; certam qualitatem imbuentia, & propter reiterationem & repetitionem pro ſolito atque conſueto habentur, quo caſu dubium non eſt, etiam reſpectu Inveſtituræ penitùs novæ ſive feudatarii novi, veteres Inveſtituras in conſideratione habendas, & ſecundum illas novam Inveſtituram regulandam.

Et ſic liquet, ea quæ in undecima ratione dubitandi adducta ſunt, noſtræ deciſioni nihil reſtagari.

Secundam quæſtionem quod attinet, exiſtimo, in jure feudatum, quod Illuſtriſ. SS. Celſit. juxta veterem formam de feudo debitam, quæq; veteribus literis feudalib. conformis eſt, relinquendi ſint, quodq; Illuſtriſ. SS. Celſit. non teneantur feudi debita in alia forma, quæ veteris Inveſtituris, antiquæ introductæ conſuetudini, atque ita etiam præſumptivè veteribus ex feudo debitis contraria ſunt, præſtare.

Namque clari & indubitati juris eſt,
quod in † homagiis & juramento fidelita- 182
tis, ſolita & antiqua forma ſervari, nec ulla novitas induci debeat, quodq; nemo teneatur ultra vel præter conſuetam formam, homagium aut juramentum fidelitatis præſtare, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Specul. in tit. de feud. §. quoniam. verſ. & nota quod non dicitur. Bald. c. 1. § pactiones. n. 1. de pac. conſtant. Alvar. c. 1. num. 2. arg. illius text. Qual. vaſall. jurar. debe. Iat. Lombard. int. conſ. Alb. Brun. conſ. 117. num. 65. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. qui quidem inveſtiti. n. 70. Socin. conſ. 257. col. 3. verſ. ſecundò infero. lib. 2. Neviz. conſ. 18. num 3. & 4. Et idem eſt de mente Bald. c. 1. num. 1. &*

Matth.

Digitized by Google

Matth. de Afflict. num. 16. qual. vaſal. jur. debe. dum videlicet illi ex textu ibidem colligunt, io omni juramento fidelitatis intelligi clauſulam ſicut debet jurari.

183 Et hoc uſque adeò verum eſt, ut † juramentum fidelitatis præſtitum præter vel contra antiquam & ſolitam formam, præſumatur metu extortum, & neque ipſi juranti neque ſucceſſoribus illius præjudicet, *Bald. c. 1. nu. 1. & ibi Matth. de Afflict. nu. 16. qual. vaſal. jur. debe. Iaſ. l. Teſtamentum. nu. 5. C. Teſtamentis. Socin. conſ. 257. col. 3. verſ. ſecundò infero. lib. 2. Neviz. conſ. e 1. num. 3. & 4. & inter conſ. Alb. Brun. conſ. 12. num. 16.*

Et hæc diviſio confirmatur ex eo,
184 Namque † Princeps tenetur ſubditos conſervare in eo gradu atque ſtatu, in quo illos reperit, *Ioan. de Plat. l. neminem. C. decurio. lib. 10. Rol. à Val. conſ. 1. n. 104. lib. 1. fac. gloſ. l. moveor. C. ſi ſervus exportandus veni.*

185 Præterea omnis † novitas eſt mala, iniqua & vitanda, *Bald. Ang. & Iaſ l. in rebus. arg. ill. tex. ff. conſtit. princip. Ioan. Neviz. inter conſil. Alb. Brun. conſ. 11. num. 41. fac. text. c. quia dilectio in fin. ext. conſang. & affinit. c. cum conſuetudinis. ext. conſuet. c. dilecti. ex major. & obed. c. quis neſciat. diſtinct. 11.*

186 Illudq́; quod † novum, inuſitatum ſive inſolitum eſt, omne negotium ſuſpectum reddit, *c. quiſquis. diſt. 41. Bald. l. ſi quis ſub conditione. ff. condit. Inſtit. Bald. c. 1. in princip. num. 8. & ibi Matth. de Afflict. nu. 149. de feud. dot. in vic. leg. commiſſ. Cæpoll. in tract. de ſimulat. contract. præſumpt. 9. Corn. conſ. 41. n. 8. lib. 3. Socin. conſ. 269. nu. 4 lib. 2. Card. Pariſ. conſ. 54. n. 39. lib. 2. Hipp. de Marſil. l. de minore. in. princ. nu. 13. & 14. ff. de quæſtion. Iaſ. l. Teſtamentum. nu. 4. & 5. C. Teſtamentis.*

Tertiam quæſtionem quod attinet, exiſtimo, Si cum Inveſtitura Ducatus Schleiſwicenſis ſemper & omni tempore, ultraq́; hominum memoriam ita obſervatum fuit, quod Princeps Holſatiæ erga literas infeudationis Regi Daniæ nullum Reverſum exhibeant, quod illuſtriſſ. SS. Celſitud. in conſuetudine illa ſint relinquendi, neque teneantur regiæ Majeſtati in Dania ratione literarum feudalium Reverſum quendam exhibere, quemadmodum hoc ipſum ſequentibus Jurium fundamentis deducitur.

187 Namq; primo appellatione † juris venit etiam conſuetudo, *c. conſuetudo. diſtinct. 1. gloſ. in proœm. Clement. verb. juris. & ibi Panorm.* Et conſuetudo in illo loco, in quo viget, cenſetur eſſe jus commune & juris communis appellatione continetur, *Bald. c. cum veniſſet. ext. de eo qui mit. in poſſeſſ. rei ſervan. cauſ. Iaſon. l. 2. n. 15. C. ſi cont. jus vel utilit. public.*

Imò conſuetudo eſt majoris authoritatis quàm ulla lex, ullumvè jus commune, *c. 1. de feud. cognit. Bald. conſ. 252. col. 2. lib. 2. Cravet. conſ. 238. n. 7.*

Et conſuetudo derogans juri civili ſive poſitivo valet & rata eſt, & per conſuetudinem jus civile ſive poſitivum abſque omni dubio tolli poteſt, *l. de quibus, & ibi Iaſ. n. 33. ff. de legib. §. ſed naturalia. & ibi Dd. Inſtit. de jur. natur. gent. & civil. l. 2. C. conſt pec. Bart. §. & cum antea. in proœm. ff. Bart. l. fin. §. ſed cum antiquitas. C. jur. delibet.*

Ea quoque quæ de jure communi Canonico cauta & introducta ſunt, per conſuetudinem contrariam tolli & mutari poſſunt, & conſuetudo juri communi contraria valet, *c. cum Eccleſia Volaterrana. ex. electION. c. ea noſcitur. ex. de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. Capit. gloſ. & Bald. c. fin. & ibi Panor. num. 7. & 8. extr. de conſuet. gloſ cap. 1. verb. frangere ext. de treug. & pac. Abb. c. venerabilis. not. 3. ext. de præbend. Innocent. cap. cum dilectus. extr. conſuet. Ioan. Fabr. §. ex non ſcripto. num. 9. Inſtit. jur. natur gent. & civil. Pet. de Anchor. conſ. 56. circ. fin. Felin. c. in præſentia. num. 51. ext. probation. Iaſon. l. de quibus. num. 48. ff. de legibus. Roch. Curt. repet. c. fin. n. 142. cum ſeq. ext. conſuet.*

Nec ullum eſt jus poſitivum, quod conſuetudine contraria tolli vel abrogari nequeat, *Bald. c. 1. §. præterea Ducatus. col. 1. de prohib. feud. alien. per Frid. Iaſ. l. de quibus. num. 35. ff. de legib. Roch. Curt. repet. c. fin. nu. 142. ext. conſuet. Abb. conſ. 7. col. 5. in fin. lib. 2. Cravet. conſ. 238. num. 7.*

Ideoque Judex debet judicare non tantùm ſecundum leges, ſed etiam ſecundum conſuetudinem loci, *Auth. jubemus. & ibi Bald. Salic. & Iaſ. C. judic. c. cum veniſſet. ext. de eo qui mitt. in poſſ. rei ſerv. cau. Bald. c. cum omnes. col. 3. verſ. & eodem modo. ext. conſtit. Bald. l. 1. in prin. C. quæ ſit long. conſuet. Roch. Curt. rep. c. fin. num. 146. ext. conſuet.*

Et in iis in quib. conſuetudo eſt juri communi ſive legibus contraria, Judex conſuetudinem legibus & juri communi contrariam, tàm in judicando quàm in omnibus aliis actibus expediendo præferre tenetur, *Bald. l. illa Inſtitutio. ff. hered. Inſtit. Anton. de*

Butr.

Digitized by Google

Butr. c. quintavallis. col fin. ex. jurejur. Panor. Rubr. ext. conſuet. Panorm. & Felin. c. jus generale diſt. 1. Iaſ. l. 2. num. 19. C. ſi. contr. jus. vel util. public. Uſque adeò, ut procedat etiam in foro conſcientiæ, *Bald. in præl. feud. col. 3. Ro. Curt. rep. c. fin. num. 146. ext. conſuet.*

Hinc & alibi traditum eſt, quod ſervanda eſt conſuetudo in cunctis peragendis, cum conſuetudo ſit forma rei, & quaſi jus alterum naturale, atque conſueta immutari nequeant, *Bald. conſ. 439. col. 4. in fin. lib. 3. Aym. Cravet. conſ. 238. n. 9.*

Et ſicut peccat, is qui legibus contravenit, *c. 2. & ibi Dd. ex. major. & obed. Felin. c. nam concupiſcentia, ext. Conſtit.*

Ita quoque & illum, qui conſuetudine contravenit, peccare traditum eſt, *Felin. c. 1. col 9. ext. de ſponſalib. Roch. Curt. rep. c. fin. num 145. ex. conſuetud.*

Et tranſgreſſor conſuetudinis perinde ut tranſgreſſor legis puniri debet, *c. in his diſtinct. 11. gl. c. ex literis. ex. conſuet. Bald. l. 1. col. 2. C. quæ ſit longa conſuet. Bald. l. ſi quis non dicam rapere. col. 3. C. Epiſc. & Cler. Bald. c. cum omnes. col. 6. ex Conſtit. Iaſ. d. authen. jubemus. num. 3. Roch. Curt. rep. c. fin nu. 145. ext. conſuet.*

Ideoque is Judex, qui contra conſuetudinem judicat, perinde ut is, qui contra jus commune judicat, litem ſuam facit, *Bald. Salic. & Iaſ d. auth. jubemus. arg. illius text. C. judic. Bald. c. cum omnes col 3. ex Conſtit. Dec. c. de cauſis. col. 2. ex. offic. deleg. Tiraq. in tract. de pœn. in præfat. num. 7. fac. text. c. 1. Inſt. off. jud.*

Et libellus formatus contra conſuetudinem perinde ut libellus formatus contra jus commune, & ineptus & nullus & rejiciendus eſt, *gl. l. de quibus. verb. inveterata. ff. de legib. gl. & Ang. l. diuturna. ff. eo. tit. Bald l. 1. C. qui teſtam. fac. poſſ. Ang. l. 1. & ibi Iaſ. num. 4. ff. offic. aſſeſſo. Roch. Curt. rep. c. fin. num. 144.*

Sententia quoque lata contra conſuetudinem, perinde ut ſententia lata contra jus commune eſt, vel per ſe & ipſo jure nulla, *Abb. c. & ibi Felin. num. 4 ext. ſent. & re judic. Cyn. & Bald. l. 2. C. quand. provoca. non eſt nec. Iaſ. d. auth. jubemus. num. 3. C. jud.* Vel ſaltem injuſta, & ab ea appellari poteſt, *Bald. Rubr. ext. de dilatio. Bald in tit. de pac. conſtant. verb. Nos Romanorum. Iaſ. d. authent. jubemus. num. 3. Felin. c. 1. num 1. ext. ſent. & re judic. Tiraq. in tract. de pœn. in præf. num. 7.*

Præterea conſuetudo adeò efficax eſt, ut de prohibito promiſſum, & econverſo, de permiſſo prohibitum facere poſſit, *c. cum olim. ext. Cleri. conjugat. c. ſuper eo. ex. cognatio ſpiritual. Oldrad. conſ. 105. Cravet. conſ. 228. num. 6. fac. text. l. quis ſit fugitivus. §. apud Labeonem. ff. ædil. edict. l. pignus. C. pigno. act.* Et conſuetudo plus poteſt quàm præſcriptio, *Bald. conſ. 318. circ. fin. lib. 2. Roch. Curt. rep. c. fin. num. 147. ext. conſuet.* Et cenſetur favorabilior latiusq; interpretanda, *Innoc. & Anton. de Butr. c. dilecto ext. de offic. Archidiac. Anton. de Butr. & Roch. Curt. rep c. fin. ex. conſuet. Bald. l. de quibus. col. 24. ff. de legib. Cardin. Clem. 1. col. 8. quæſt. 7. de ſuppl neglig. Prælato. Dec. c. tranſlato lect. 1. col. 3. & lect. 2. col. fin. ex Conſtit. Dec. Rubr. num. 2. ext. conſuet. Fel. c. audivit. num 21. ext præſcript.*

Conſuetudo etiam vim atque vigorem decreti obtinet, *Bald. c. 1. §. 1. tit. pr. de his qui feud. dar. poſ. Roch Curt. rep. c. fin. n. 144. ex. conſuet.* & æquipollet pacto, *Bald. conſ. 275. col. 1. & conſ. 318. lib 2. Card. conſ. 146. Roch. Curt. rep. c. fin. num. 147. ex. conſuet. Aym. Cravet. conſ. 4. num. 13. & conſ. 238. num. 8.* Imò pacto potior eſt & eſſe cenſetur, *Bald. c. 1. §. filij nati. in princ. ſi de feud. defunct. content. Dec. conſ. 225. col. 2. Cravet. conſ. 4. num. 13.*

Similiter & conſuetudo æquipollet veritati, *gl. l. 1. C. de ſervit. & aqu. Bald. c. 1. §. ſi quis per triginta. ſi de feud. def. cont. Bald. conſ. 439. col. 3. lib. 3. & conſ. 289. lib. 4. Fr. Balb. in tractat. de præſcript. p. 1. q. 6. num. 6. Alex. conſ. 6. col. 1. lib. 1. Roch. Curt. rep. c. fin. num. 147. ext. conſuet. Cravet. conſ. 238. n. 8.*

Eodem modo & conſuetudo æquipollet Privilegio, *c. ſuper quibuſdam. §. præterea ex. verb. ſignificat. Bald conſ. 289. lib. 4. Roch. Curt. rep c. fin. num. 147. ext. conſuetud. Cardin. Clem. 2. col. pen. de relig. domib. Bart. in proœmio ff §. fin. c. cum contingat. num. 2. ex. for. compet.*

Et quicquid poteſt concedi Privilegio, illud etiam poteſt introduci conſuetudine ſciente illo, qui Privilegium concedere poſſet, *Inno. c. novit. ex. jud. Inno. c. cum contingat. ext. for. compet. Oldrad. conſ. 254. Roch. Curt. rep. c. fin. n. 143. ex. conſuet. Fel. c. cum contingat. nu. 4 ex. for. compet.*

Imò conſuetudo plus poteſt, quàm Principis & Papæ gratia, *Inno. c. ad Apoſtolicam. ext. de Symon. Bald. c. 1. de ſucceſſio. feud. Roch. Curt. rep. c. fin. num. 147. ex. de conſuet.*

Quod generaliter quidem verum eſt, potiſſimùm autem procedit in conſuetudine

dine illius temporis, cujus in contr, mem, non extat, *Natt. conſ. 154. nu. 6.*

Deinde etiam conſuetudo cenſetur eſſe quaſi altera natura, *gl. l. Actor. verb. cum per rer. natur. C. probat. Bal l. 1. C. de his qui teſtam. fac. poſſ. Ro. Curt. rep. c. fin. n. 144. ext. conſuet.* Et eſt quaſi alterum jus naturale, *Bald. conſ. 439. col. 4. in fin. lib. 3. Cravet. conſ. 238. n. 9.* Atq; juri naturali, quod immutabile eſt, æquiparatur, prout hoc tradit *Bal. conſ 318. lib. 2.* ubi ipſe pulchrè inquit, Quod non ſervans morem antiquorum, non ſervet honorem eorum, à quo cavendũ, imò valdè cavendum, nam conſuetudini ſicut ipſi matri debet reverentia adhiberi, & jus omne quo mundus regitur, in duas partes dividitur, maxima autem pars eſt conſuetudo, adeò, quod æquipatetur juri naturali, quod eſt immutabile, illudq; dictum Baldi referunt atq; ſequuntur *Ay Crav. conſ. 238. n. 10. Fr Curt. in rep. c. fin. n. 147. ext. conſuet.*

Et prædicta potiſſimùm procedunt in conſuetudine illius temporis, cujus in contr. mem. non extat. Namq; ſecundum multorum Dd. ſententiam ſublata conſuetudine etiam per verba univerſalia nunquam intelligitur ſublata vel excluſa conſuetudo illius temporis, cujus in contr. mem. non extat, *Abb. conſ. 7. col. 5. & conſ. 26. lib. 2. Pet. de Anchor. conſ. 51. Prapoſ. c. fruſtra. n. 9. lib. 2. Crav. conſ. 28. n. 12. Natta. conſ. 154. nu. 6. & 7. Covar. variar. reſolut. c. 13. n. 5. lib. 3. ubi ipſe hanc opinionem communem eſſe atteſtatur, licet contrarium teneat Anton. de Butr. & Abb. c. cum ex offic. ij & ibi Felin. nu. 13. ext. præſcript. Felin. c. cum cauſam. num. 12. ext. ſent. & re judic. Duen. reg. 144. ampl. 3.*

Et per iſtam conſuetudinem immemorialem, ea quæ alioquin minoris temporis conſuetudine acquiri nequeunt, acquiruntur, *Felin. c. cum contingat. num. 4. verſ tertius caſus. ex. for. compet.*

Sed in iis, quæ mihi tranſmiſſa ſunt, narratur, & in Ducatu Schleiſvvic. & in toto Imperio Roman. ultra omnium hominum memoriam uſitatum & conſuetum fuiſſe, & adhuc hodie uſitatum & conſuetum eſſe, quod & Principes Imperii recipientes literas Inveſtituræ ab Imper. Romano & Duces Schleiſvvicenſes recipientes literas Inveſtituræ a Regibus Daniæ, non præſtiterint, neq; præſtent literas reverſales.

Igitur ſequitur, hanc conſuetudinem attendendam, omniq; juri præferendam, quodq; vigore hujus conſuetudinis Illuſtres Principes atq; Domini, Dominus J. & Dominus A. Duces Holſatiæ & Schleiſvvicenſis, recipientes literas Inveſtituræ à Rege Daniæ, non cogantur ſuæ regiæ Majeſtati literas reverſales reddere vel præſtare:

Secundò, omnes omninò actus atque diſpoſitiones humanæ, ſecundum id quod uſitatum & conſuetum eſt, regulantur & regulari debent, *Innoc. c. olim. ex verb. ſignif. Abb. c. certificari. ext. ſepultum. Dec. l. ſemper in ſtipulationibus. num. 10. de reg. jur. lib 6. cum ſimilibus allegatis ſuprà.*

Et in omnibus omninò actibus novitas vitanda eſt, & neq; is, qui id quod novum vel inuſitatum eſt, poſtulat vel exigit, audiendus vel ferendus eſt, neq; quis id quod novum, inuſitatum ſive inſolitum eſt, facere vel præſtare tenetur, ſicut hoc circa deciſionẽ præcedentis quæſtionis docuimus.

Cum itaq; ultra omnium hominum memoriam ſemper uſitatum & conſuetum fuerit, quod Duces Schleiſ. recipientes literas Inveſtituræ à Regib. Daniæ non præſtiterint literas reverſales, illaq; petitio Regiæ Majeſtatis exigentis literas Inveſtituras ſit nova, inſulita & inuſitata, etiam ex hoc capite ſequitur, quod Illuſtres Principes & Domini, Dominus J. & Dominus A. Duces Holſatienſes & Schleiſvvicenſes, huic petitioni regiæ Majeſtatis morem gerere vel literas univerſales regiæ Majeſtati præſtare non tenentur.

Tertiò, licet per † actus privativos ſive 188
negativos, vel per non uſum non inducatur conſuetudo, *Ioan. And. c. Ioannes ad fi. ex. Cler. conjug. Cyn & Bar. l. 2. C. de jure dominij interp. Bar in proœm. ff §. & antea. Bald l. de quib. n. 20 ff de legib. Alb. de Roſ. in tr. St. a. ui erunt. p. 1 §. 143. Domi. c. 1. & ibi Fel. n. 10. ex. de treug. & pac.*

Attamen hoc non procedit, quando † illi 189
actus, privativi ſive negativi ſaltem tacitè actum aliquem poſitivum ſive uſum contrarium continent, *Ioan. And c. Ioannes opp. 4. & ibi Imol. Abb. & Dd. ex de Cler. conjug. Bart. §. & antea. in proœm. ff Bald l. de quib. n. 21 ff. de legib. Abb. c. fin. ex for compet Ant. de But. c. fin. col. 24. ex. conſuet Abb c. inter cæteros. ex. de reſcript. Ang. §. igitur n. 4 in proœm. Inſtit. Ang. ff ex non ſcripto. n. 17. Inſtit. de jur. nat. gent. & civil. Felin. c. cum acceſſiſſent. n. 35. & 26. & ibi Dec. ex Conſtit. Felin. c. 1. n. 10. ex de treug. & pac.*

Et actus † negativi ſive privativi, actum 190
poſitivum vel contrarium uſum continere videntur, quando caſus evenit, quo quis

jure aliquo uti potuit, eoq; uſus non fui, prout hoc patet ex traditis per *Fel. d. c. cum acceſſiſſent. n. 25. & d. c. 1. n 10 ex. de treug. & pac.*

Ex quo infertur, licet non petere vel non prçſtare literas reverſales, ſit actus privativus uel negativus: Cum tamen cum illis actibus in caſu præſenti concurrat actus poſitivus, Inveſtitura nempe, ſive traditio Inſtrumenti Inveſtiturç, per hoſce actus concurrente lapſu temporis immemorialis, & ad præſcriptionem ſufficientis, talem conſuetu finem introductam, ne Duces Schleiſvvicenſes literas Inveſtituræ recipientes à Regib. Daniæ, reſpectu Ducatus Schleiſvvicenſis, literas reverſales reddere teneantur, præſertim cum illi caſus, quo Reges Daniæ præſtantes Ducibus Schleiſvvicenſibus literas Inveſtituræ, literas reverſales exigere potuêre, ſæpius evenerunt eoq; jure Reges uſu non fuerint.

191 Quartò, licet ea quæ ſunt meræ facultatis præſcriptione acquiri non poſſint, atq; in his, † quæ meræ facultatis non ſunt, nulla præſcriptio currat, *l. viam & ibi gl. & Bart. ff. de via publ. Im. Ant. de But. Panor. & Dd. c. cum Eccleſia Sutrina. & ibi Fr. Rip. n. 45. uſq; ad n. 49. ext. de cauſ. poſ. & propri. Panor c. quod ad tranſlationem. n. 4 ex. offic. delegat. Panor. c. bonæ. el. 2. n. 13. ex. de poſtulat. Prælat. Panor. c. fin. n. 15. ex. reſtit. ſpoliat. Felin. c. cum acceſſiſſent. nu. 27. ex. Conſtit. Felin. c. cum M. Ferrarienſis. nu. 7. ext. eod. tit. Franciſc. Balb. in tract. de præſcrip. 4. part. 5. part. princip. p. 4. §. materia iſta. n. 85. & 99. & §. circa præmiſſa. nu. 41. 42. & 43. Rol. à Val. conſ. 32. n. 20. uſq; ad fin. & conſ. 53 n. 20. cum multis ſeqq. lib. 2. Covarr. repet. c. poſſeſſor part. 2. §. 4. nu. 6. de reg. jur. lib. 6. Philip. Port reg. 33. & 36. lib. 3.*

Uſq; adeò, ut hoc habeat locum etiam
192 in † præſcriptione immemoriali, ſive illius temp. cujus in cont. mem. non extat, *gloſ. l. viam ff. de via publ gl. l. luminibus. & ibi Bart. Ang. & Floria. ff. ſervit. urb. prædior. Iaſ. l. quo minus. n. 27. & Fr. Ripa. nu. 132. ff. de flumin. Fr. Rip. cum Eccleſia Sutrina. n. 50. ex. cauſ. poſſeſ. & propr. Iaſ. § æquè. n. 41. Inſtit. de action. Cravet. conſ. III. nu. 82. Aym. Cravet. in tract. de antiq temp part. 4. §. materia iſta. num. 93. Bald. in tract de præſcript. 4. part. 5. part. pr. q. 1. 5. & 6. Carol Molin in conſuet. Pariſienſ. §. 1. gl. 4. n. 2. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & cum molendinis. n. 4. Boër. deciſ. 125. col. 2 Rol. à Val. conſ. 53. n. 25. cum 5. ſeqq. lib. 2. Covarr. rep. c. poſſeſſore. part. 2. nu. 6. de reg. Jur. lib. 6. Philip. Port. reg. 33. lib. 3.*

Atq; Similiter & in iis, quæ † meræ facultatis 193
ſunt, nulla penitùs conſuetudo, nec quidem immemorialis introduci poſſit, *Innoc. c. cum Eccleſia Sutrina. ex. cauſ. poſ. & propriet. Abb. c quod ad tranſlationem. ex offic. legat. Abb. c. Abbate. S. Sylvani. n. 10. ext. verb. ſignif. Abb. c. ſuam nobis. ext. de Symo. Abb. c. audientiam. ex. eo. tit. Ang. §. ex non ſcripto. n. 19. Inſtit. de jur. nat. gent. & civ. Iaſ. l. quo minus. n. 30. ff. de fluminib. Corn. conſ. 226 col. fin. conſ. 296. lib. 4. Dec. conſ. 8. conſ. 215. conſ. 437. n. 5. conſ. 675. n 9. Rol. à Vall. conſ. 53. n. 38. lib. 2. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & cum molendinis. n. 4. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 4. part. 5. part. princip. quæſt. 1. & quæſt. 5. Franciſc. Rip c. inter cæteras. num. 66. ext. de reſcript. Alb. Brun. conſ. 56. num. 1. Alb. de Roſ. l. de quibus. ff. de legib.*

Attamen hoc non procedit in iis, quæ
ſunt quidem † facultatis, ſed ſimplicis, non 194
meræ, puræ & abſolutæ, Illa enim & præſcriptione acquiri & conſuetudine introduci poſſunt, *Ant. de But. c. ut Privilegia. ext. de Privil. Ioan. de Lignan. & Domin. c. fin. col. 1. de conſuet. lib. 6. Fel. c. cum acceſſiſſent. col. 12 & ibi Dec. col. 8. ext. Conſtit. Philip. Port. Reg. 33. lim. 1. lib. 3. fac. tex. l. 1. & ibi Bar. de nundinis.*

Similiter quoq; prædicta non habent locum in iis, quæ quidem meræ facultatis ſunt, ſed habent annexum jus deducibile in judicium. Talia enim & præſcribi, & ſuper iis conſuetudo induci poteſt, *Ang. Imol. & Roman. l. ſi finita. §. poſtea autem. ff. damn. infect. Ang. Imol. & Roman. l. pignore. ff. pignor. action. Bald. Rubr. col. 1. C. de condict. ex lege. Roman l. quandiu. la. 1. ff. acquir. hæred. Franciſc. Aretin. Alex. & Iaſ. l. 2. ff. eo. tit. Cornel. conſ. 309 col. fin. lib. 3. Chaſſen. conſ. 11. Barbat. conſ. 58. col. 8. lib. 5. Dec. conſ. 164. col. fin. Cravet. conſ. III. num. 23. Philip. Port. reg. 33. lib. 3.*

Præterea quoq; multi Dd. concludunt, per præſcriptionem ſibi lapſum illius temporis cujus in contr. memor. non extat, ea quæ meræ, puræ & abſolutç facultatis ſunt, indiſtinctè acquiri & præſcribi, *Ang. l. fin. ff uſuca. Ioan. de Plat. & Ang. §. fluminum. Inſtit. de rerum diviſ. Mantua. conſ. 2. col. 2. Dec. conſ. 271. num. 14. & 15. Fel. c. cum M. Ferrarienſis. nu. 7. ext. Conſtit. Franciſ. Balb. in tract. de præſcript. 4 part. 5. part. princip. quæſt. 6. n. 5. Philip. Port. reg. 33. lim. 5. lib. 3.* Quod potiſsimùm procedit facto hominis interveniente. *Fr. Rip. c. cum Eccleſia Sutrina. n. 68. ex cauſ. poſ. & propriet.*

Multà

Multò verò magis hoc locum habet, ſi titulus vel Privilegium allegatur, & ad probandum hunc titulũ ſive Privilegium fides fiat de uſu illius temporis, cujus in cont. mem. non extat. Iſto enim modo ea, quæ meræ facultatis ſunt, etiam non interveniente prohibitione, nec patientia ſubſecuta acquiri & præſcribi, tradit *Franc. Rip. l. quo minus. n. 102. ff. de flumin. Covar. rep. c. poſſeſſor. 2. part. §. 4. de reg. jur. lib. 6.*

Sed poſito, non tamen conceſſo, quod petere ſive exigere literas reverſales, inter actus facultatis recenſeri poſſit: Attamen illa non eſt facultas mera, pura & abſoluta, Imò, ex parte illius, qui ad tales literas præſtandas obligatus eſt, hoc non eſt facultatis ſed juris.

Illaq; facultas ſive poteſtas exigendi vel petendi literas reverſales ab eo, qui ad illas literas reverſales reddendas tenetur, habet annexum jus deducibile, in judicium, cum ipſo recuſante iſtas literas reverſales reddere, is ad hoc faciendum in jus vocari & in judicio conveniri poſſit.

Et quando quis petit vel petere poteſt literas reverſales reſpectu Inveſtituræ factæ vel alterius actus, hic intervenit, factum hominis correſpectivum, Inveſtitura nempè ſive traditio Inſtrumẽti Inveſtituræ.

Igitur ſequitur, etiam poſito vaſallum recipientem feudum à domino feudi obligatum eſſe ad reddendum ipſi literas reverſales: Si tamen dominus feudi reſpectu Inſtrumenti Inveſtituræ traditi vaſallo, ultra tempus præſcriptum, præſertim immemoriale à vaſallo non exegerit illas literas reverſales, per hunc lapſum temporis ſive obſervantiam, talem preſcriptionem ſive conſuetudinem induci, ne vaſallus recipiens literas Inveſtituræ, domino literas reverſales dare teneatur: præſertim ſi vaſallus ultra lapſum, ſive obſervantiam temporis preſcripti vel immemorialis allegaret titulum, vel Privilegium ex lapſu temporis præſumptum & probatum.

Ex quo infertur, cùm non tantùm ultra tempus præſcriptum, ſed etiam ultra omnium hominum memoriam, & in Ducatu Schleiſvvicenſi, & in toto Imperio Romano obſervatum, uſitatum atq; conſuetum fuerit, quod neq; Duces Imperii Romani, recipientes literas Inveſtituræ ab Imperatore Romano, neq; Duces Schleiſvvicenſes recipientes Inſtrumentum Inveſtituræ à Regibus Daniæ literas reverſales reddiderint vel præſtiterint, per hanc obſervantiam immemorialem talem conſuetudinem ſive præſcriptionem introductam, ut neq; Principes Imperii neq; Duces Schleiſvvicenſes recipientes Inſtrumentum Inveſtituræ, literas reverſales reddere teneantur, quodq; neq; Imperat. Romano, neq; Regi Daniæ permittatur contra hanc præſcriptionem ſive conſuetudinem allegare, quod petere vel exigere literas reverſales ſit actus meræ facultatis.

Sextò, ad † conſuetudinem introdu- 195
cendam non requiritur illam in contradictorio judicio obtentam, ſed conſuetudo introduci poteſt, etiamſi nulla contradictio judicialis, nullavè ſententia in judicio lata intervenerit, *Bart. l. de quibus. col. 5. & ibi Iaſ. col. 3. ff. de legib. Bald. conſ. 210. col. 2. lib. 1. Socin. conſ. 99. col. 2. lib. 1. Corn. conſ. 293. col. 3. lib. 1. conſ. 179. col. 2. in fin. lib. 3. & conſ. 155. col. fin. lib. 4. Abb. conſ. 73. col. pen lib. 2. Capol. conſ. 31. in fin. Iaſ. conſ. 46. col 2. lib. 1. Cravet. conſ. 55. nu. 6. Cravet. in tract. de ant. temp. p. 4. §. tranſeo nunc ad quartam. nu. 33. Illamq; opinionem communiter receptam eſſe atteſtantur Socin. & Crav. in locis præalleg.* Ideoq; illa opinio & in judicando & in conſulendo ſequenda.

Similiter ad † conſuetudinem introdu- 196
cendam non requiritur, neq; titulus neq; bona fides, *Ang. l. de quibus. col. pen. verſ. probatur hoc per rationem, & ibi Iaſ. num. 13. ff. de legib. Archidiac. & Domin. c. 1. de præſcript. lib. 6. Bald. in tit. de pac. conſtant. col. 5. verſ. & nota hic expreſſ. Calder. conſ. fin. tit. de conſuet. Belleme. conſ. 7. col. pen. conſ. 21. in fin. & conſil. 41. in fin. Alex. conſil. 124. col. 2. lib. 4. Dec. conſil. 124. col. fin. Dec. Rubr. col. 2. ext. de conſuet. Aym. Cravet. in tract. de antiq. temp. part. 4. §. tranſeo nunc ad quartam. num. 6. Felin. c. audit. nu. 21. ext. præſcript.*

Et hoc potiſſimùm procedit in † con- 197
ſuetudine illius temporis cujus in contrar. memor. non extat. Illa enim probatur, etiamſi non fiat fides in ſpecie, neque de actibus, neque de reliquis requiſitis ad conſuetudinem probandam, dummodò, teſtes ſimpliciter de obſervantia temporis immemorialis deponant, *Oldrad. conſ. 264. col. 3. Ioh. Fab. §. ex. non ſcripto. Inſt. de jur. nat. gent. & civ. Ant. Natta. conſ. 134. nu. 5 & 6. Card. Pariſ. conſ. 27. n. 48. lib. 1. Roch. Curt. rep. c. fin. 603. ex conſuet. Aym. Crav. in tract. de antiq. temp. part. 4. §. materia iſta. num. 24.*

Ex quo infertur, per hunc uſum ſive obſervantiam temporis præſcripti & imme-

morialis, quod Duces Schleiſvv. recipientes à Regib. Daniæ Inſtrumentum Inveſtituræ ſuæ regiæ Majeſtati literas reverſales non reddiderunt, hanc conſuetudinem ſive potiùs præſcriptionem introductam, ne Duces Schleiſvv. recipientes Inſtrumentum Inveſtituræ à Regib. Daniæ ſuæ reg. Majeſt. literas reverſales reddere cogantur; etiamſi Duces Schleiſvv. neq; titulum, neq; bonam fidem habuerint, item, etiamſi illa conſuetudo in judicio contradictorio obtenta non fuiſſet.

Quartam & ultimam quæſtionem quod attinet, exiſtimo, quod cōſiderando omnes circumſtantias Illuſtriſs. Principes ac Domini, Dominus J. & Dominus A. Schleiſv. Holſatięq; Duces, Domini mei clementiſs. non teneantur reg. Majeſt. in Dania de Ducatu Schleiſv. ſervitia vel feudi debita præſtare, prout hoc ipſum ſequentib. juriū fundamentis deducitur & manifeſtum fiet.

198 Namq; primò, multi Dd. tradunt † vaſallum ad ſervitia præſtanda ratione feudi obligatum non eſſe, niſi hoc in Inveſtitura expreſſum ſive expreſsè cautum fuerit, prout hoc tradit *And. de Iſer. c. 1. & ibi Mat. de Affli. n. 141. uſq; ad n. 260. in quib. cauſ feud. amit. And. de Iſer. c. 1. §. ſed nec eſt alia. n. 38. & ibi Matt. de Afflict. n. 37. quæ fu. pri. cauſ. Matth. de Afflict. deciſ. 223. Guil. de Per. not. 1. n. 3.*

Sed in caſu præſenti in nulla penitùs Inveſtitura, nulloq; Inſtrumento Inveſtituræ factæ ratione Ducatus Schleiſ. eſt facta mētio ſervitiorum vel cautum, quo Duces Schleiſvv. ratione illius Ducatus Regib. Daniæ ſervitia præſtare teneantur. Igitur ſequitur, quod Duces Schleiſv. ratione illius Ducatus Regi Daniæ tanquam domino feudi ſervitia præſtare non teneantur.

199 Secundò, clari & indubitati juris, quod † vaſallus domino ſervitia præſtare non teneatur, eo caſu, quando in Inveſtitura ſive Inſtrumento Inveſtiturę tacitè vel expreſsè cautū eſt, ne vaſallus domino ratione feudi ſervitia præſtare teneantur, *And. de Iſer. c. 1. in quib. cauſ feud. amit. Alex. conſ 30. n 20. lib. 1. Corn. conſ. 239. lib. 1. Oldr. conſ. 223. incip. quidam miles. Ioan. And. ad Spec. Rub de præſcript. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verſ. quī quidem inveſtiti.*

Prętereа quoq; clari & indubitati juris eſt,
200 quod ‡ affirmatum de uno de reliquo intelligatur negatum, quodq; unius incluſio ſit alterius excluſio, *c. nemo. ex de præſump. c. domini 3 2. q. 7. l. Tribunus. §. fin. ff. Teſtam. mil. l. cum prætor ff judic. Ang. conſ. 239. conſ. 290. Rom. conſ. 337.*

Sed in Inveſtituris Regum W. & C. Primi, expreſsè dicitur, Ducib. G. & A. Ducatum Schleiſvvic. eſſe conceſſum in feudum propter ſervitia præcedentia ſive prius pręſtita. Igitur in illis Inveſtituris ſaltem tacitè actum & conventum eſt, ne Dux G. & A. eorumq; poſteri in futurum ulla ſervitia ratione Ducatus Schleiſvvicenſis Regibus Daniæ præſtare teneantur.

Tertiò, illud † quod voluntati alterius 201
committitur neceſſitati non ſubjicitur, nec ad illud faciendum quis invitus compelli poteſt, *l. non quicquid & ibi Bar. & Dd ff judic. l. 1. & ibi Bar. Bal. & Dd. C. quemod. & quan. jud.*

Cum itaq; in Inſtrumento Inveſtituræ Regis W. dicatur, Hinc eſt, quod propter innumera beneficia, nobis, Regno & Regni perſonis impenſa, labores, ſumptus & expenſas, quas Comes G. noſter avunculus dilectus diverſis temporib. pro cōmodo, neceſſitate & honore dicti Regni noſtri fecit & protulit, & hodiè facere nō recuſat, illaq; verba: *Et hodie facere non recuſat*, non ſint verba neceſſitatis ſed liberæ facultatis. Atq; ex illis verbis liquet atq; patet, in Inveſtitura Regis W. hoc tacitè actum atq; conventum eſſe, quod Dux G. ejuſq; poſteri & ſucceſſores de feudo controverſo ſervitia aliqua præſtare non teneantur.

Quartò, vaſallus † habens feudum hono- 202
rificum ad præſtandum ſervitia domino non tenentur, prout hoc ex ſententia *Vberti de Bovio expreſsè tradit. Ioan. And. in addit. ad Spec. Rub. col. pen. & fin. de præſcript. Iaſ. in prælud. feud. n. 114*

Sed Ducatus Schleiſvv. eſt feudum honorificū, ſicut hoc patet ex Inveſtitura Regis W. dum videl. in illa Inveſtitura expreſsè dicitur, Ducatum Schleiſv. Duci G. ejusque hæredibus & ſucceſſoribus eſſe conceſſum in feudum, cum omnibus regalibus, honoribus & dignitatibus.

Igitur etiam ex hoc capite ſequitur, quod Illuſtres Principes & Domini, Dominus J. & Dominus A. Duces Schleiſvv. & ratione illius Ducatus Regi Daniæ nulla penitùs ſervitia præſtare teneantur.

Quintò, vaſallus † habens feudum Fran- 203
cum, de iſto feudo domino nullo penitùs ſervitia præſtare tenetur, *Io. And. in add. ad Spec. Rub. tit. de præſcrip Oldr. conſ. 234. And. de Iſer c. 1. q fin. in quib. cauſ. feud amit. Bal. in prælud. feud. n. 53. & ibi Alv. diviſ. 2. Iaſ nu. 113. uſq; ad n. 116. Alex conſ. 30. n. 20. lib. 1. Corn. conſ. 239. lib. 1. Bal. c. 1. n. 17. de Cap. qui cur. vend.*

Iacob.

Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. in feudum, n. 27. & verbo qui quidem investiti. n. 74. Curt. in tract. feud. p 1. q. 8. n. 28. Mart. Laudenſ. 6, 1. col. 10. qui feud. dar poſ. Zaſ. in tract. feud. p. 8. n. 44. Ioan. de Imol. cap. ad noſtram. col. pen. ext. de reb. Eccleſ. non alienan. Carol. Molin. in addit. ad Dec. c. cæterum. nu. 6. verb. contrarium. ext. de judic.

204 Similiter à Dd. traditum eſt, † omne illud feudum dici Francum, de quo quis inveſtitus eſt, cum directo & utili dominio, ſive cum proprietate, prout hoc expreſsè tradit *Bald. l. ſi plures. col. 2. C. condit. inſert. Iaſ. in prælud. feud. num. 115. Curt. in tract. feud. p. 1. q. 8. n. 28.*

Sed in Inveſtitura Regis W. quæ eſt prima Inveſtitura, & ſic fons & fundamentum omnium ſequentium expreſsè dicitur, Ducatum Schleiſvvicenſem eſſe conceſſum in feudum Duci G. ejusq; poſteris cum dominio utili & directo, illaq; Inveſtitura Regis W. in omnibus punctis, articulis & clauſulis eſt confirmata in ſequentibus Inveſtituris Regum C. & N. Primi.

Igitur ſequitur, Ducatum Schleiſvvicenſem eſſe feudum Francum & liberum. Eamq; ob cauſam Illuſtres Principes & Dominos, Dominum J. & Dominum A. Duces Schleiſvvicenſes, & ratione illius Ducatus Regi Daniæ tanquam domino feudi, nulla ſervitia præſtare obligatos eſſe.

205 Sextò, vaſallus † ratione feudi domino ſervitia nulla præſtare tenetur eo caſu, quando in Inveſtitura dictum eſt, quod feudum debeat eſſe liberum, ſive quod vaſallus illud feudum liberè habere, tenere & poſſidere debeat, *Ioan. Andr. in add. ad Specul. col. pen. in fin. tit. de præſcript. Oldrad. conſ. 284. Bald. c. 1. in princ. n. 17. de capit. qui curr. vendit. Alvar. in prælud. feud. diviſ. 2. & ibi Iaſ. n. 114. & 115. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. in feudum. num. 27.*

Et confirmatur. Namque generalis ſive indefinita diſpoſitio, quod vaſallus feudum liberè habere & poſſidere debeat, ita intelligitur, quod illud feudum debeat eſſe liberum omni & plena libertate, & ab omni ſervitute ſive ſervitiis abſolutum, *l. ſi quis duas in princ. & l. in tradendis. in princ ff. commun. prædior. c. ſignificavit. ext. de teſtib. facit etiam id quod de verbo Liberè, tradit Iaſ. l. 1. lect. 1. num. 3. uſq; ad num. 8. C. SS. Eccleſ.*

Sed in Inveſtitura ſive Inſtrumento Inveſtituræ Regis W. dicitur, Ducatum Schleiſvvicenſem Duci G, ejusq; hæredib. in feudum eſſe conceſſum, cum pertinentibus, pacificè & quietè perpetuis temporibus poſſidendum.

Quæ verba † Quietè & Pacificè æquipollent illi verbo Liberè, *fac. text. c. ſanctorum. & ibi Dd. ext. præſcript.* Et certi juris eſt, quod diſpoſitum de uno ex æquipollentibus ſive æquiparatis etiam in alio æquiparatorum ſive æquipollentium locum habeat, *gl. in fin. & ibi Bart. l. ſi quis ſervo. C. de furt.* 206

Similiter & in Inveſtitura Regis C. ſunt poſita illa verba Freieſt/ ſive liberrimè, & dicitur, Ducatuum Schleiſvvicenſem Duci A. conceſſum in feudum cum omnib. pertinentib. ſicut prędeceſſores regis C. illum Ducatum liberrimè poſſederunt. Ex quibus verbis clarè liquet, Ducatum Schleiſvvicenſem Duci A. ejusq; hæredibus ita eſſe conceſſum, ut ipſi eum Ducatum liberè & abſque onere ſervitiorum habere debeant.

Tùm ponderando verbum † liberrimè, quod pleniſſimam & omnimodam libertatem denotat. 207

Tùm, quia omni dubio caret, illos Reges Daniæ, qui Ducatum Schleiſvvicenſem quondam poſſidere, illum Ducatum liberè & abſque omni onere ſervitiorum poſſediſſe, atque in Inveſtitura Regis C. dicatur, Ducatum Schleiſvvicenſem Duci A. ejusq; hæredibus eſſe conceſſum, ſicut illum quodam Reges Daniæ liberrimè tenuerunt & poſſederunt.

Ex eo liquet, quod ſimiliter Dux A. ejusq; ſucceſſores, & ſic etiam moderni Duces Schleiſvvicenſes Ducatum Schleiſvvicenſem liberè, & ſine onere ſervitiorum poſſidere debeant.

Namque hæc dictio † *Sicut* ſive Als/ eſt dictio ſimilitudinaria, omnimodam ſimilitudinem denotans, *l. ſicut. C. repud. hæred. l. ſicut. C. act. & oblig. c. fin. & ibi Ant. de Butr. not. 4. ext. reſtit. ſpoliat. Socin. jun. conſ. 76. num. 44. lib. 1.* 208

Tùm, quia iſta clauſula, quod † is, cui conceſſio facta eſt, debeat rem conceſſam habere & tenere, ſicut concedens illam tenuit perinde habetur, atque ſi expreſsè dictum eſſet, quod recipiens illam rem liberè tenere & habere debeat, ſicut hoc ſatis probatur per id quod Dd. tradunt, ſi in conceſſione adminiſtrationis dicatur, quod is, cui adminiſtratio alicujus rei commiſſa, in iſta re poſſit facere ſicut concedens po- 209 210

tuit, per iſtam clauſulam intelligi conceſſam adminiſtrationem, *Bart. l. creditor. §. Lucius. ff. mandat. Bart. l. Procurator cui libera. ff procurat. Bart. l ſi Procurator. C. eo. tit. Dd. c. expoſuit. ext. de dilation. Bertach. in ſuo repertor verb. libera.*

Præterea quoque in Inveſtitura Regis C. Primi, reperiuntur illa verba, Freieſt/ item Frey/ & dicitur Regem C. Primum, Duci A. ejusq; hæredibus & ſucceſſoribus, Ducatum Schleiſvvicenſem cum omnibus pertinentiis, prout illum Ducatum liberrimè poſſedit, in feudum hæreditarium conceſſiſſe eo pacto, quod ipſe ſuiq; hæredes illum Ducatum, quietè, pacificè & liberè habere & poſſidere debeant, ſicut hoc patet ex illis verbis: Veuolien/ fredeſam/ ſi y hebben vnd beſitten.

210 Et annotandum eſt, quod in iſta † Inveſtitura Regis C. Primi, ſunt ſimul poſita iſta verba, Liberrimè, item, Pacificè, Quietè & Liberè, quæ verba geminata, ſunt admodum efficacia, multum operantur.

Cum ſit clari & indubitati juris, quod verba geminata multùm operentur, *l. Baliſta. & ibi Bart. ff. ad SC. Trebel.* Et oſtendant enixam & latiſſimam voluntatem diſponentis, *Bal c. eam te. col. 2. ex. de r. ſcrip. Card Pariſ. conſ. 10. n. 57. lib. 1.* Nec non & mentem deliberatam appenſatam, *Card Pariſ conſ. 69. n. 23 lib 3. Aym. Crav conſ. 105 n. 4* perſeverantem, *arg. l. unica. C. de plu. petition.* & præciſam, *Bal. c. eam te. ext de reſcript.*

Præterea geminatio verborum ampliat effectum diſpoſitionis, *Bald. l. fructus. C. actio. Empt.* & efficit, ut ſub diſpoſitione aliqua comprehendantur illa, quæ alioquin ſub illa diſpoſitione non comprehenderentur, *Ruin conſ 98. n 12. uſq; ad n. 29. lib. 2. Nicol. Everh. in ſua Topic. in loco à locutione geminat. Gulhelm. Bened. rep. c. Raynutius. verb. cætera bona. n. 8. ext. Teſtam.*

Et verba geminata non patiuntur aliquam reſtrictionem, diminutionem, *Laur. Sylvan. conſ 49. nu. 26. Jaſ. l. 1. §. nunciatio, nu. 5. verſ. ego limito modo notabiliter. ff. oper. no. nunc. Laur Sylvan. conſ. 82. num. 4. Corn. conſ. 324. col. 6. lib. 1. Cravet. conſ 290. nu. 4. verſ. nono conſidero. Socin. conſ. 297. nu. 6. lib. 2.*

Igitur etiã ex hoc ſequitur, quod Illuſtres Principes & Domini, Dominus J. & Dominus A. regiæ Majeſtati ratione Ducatus Schleiſvvicenſis ſervitia nulla præſtare teneantur.

211 Septimò, verba † univerſalia ſunt magnæ efficaciæ & virtutis, atq; plus operantur quam verba generalia, *Bart. l generali §. uxori. ff. uſufruct. legat. Bart. l. ſi ita. ff. de auro & argent. leg. Dec. l. omnia. col. 1. ff. ſi cert. pet. Dec. c. ſedes Apoſtolica. col. 4. circ. fin. extr. de reſcript. Aym. Crav. conſ. 86. n. 6. & conſ. 194. col. antepen. verſ. 4. Rom. conſ. 44. Laur. Sylvan. conſ. 95. n. 17.* omniaq; comprehendunt, quę excogitari poſſunt, *Dec. conſ. 29. col. 2. in fi. Aym. Crav. conſ 105. n. 3 arg. l. Iulianus. ff leg. 3 l à Procuratore. C. mandati l. in fideicommiſſi §. cum Polſidius. ff. uſur. l. cum virum. & ibi Bald. opp. 2. C. de fideicommiß. c. ſolitæ. ex. major. & obed.* Nullo penitùs excepto, *Frider. de Sen. conſ. 84. Laur. Sylvan. conſ 95. nu 19.*

Ideoq; pulchrè Bal. inquit, verba univerſalia adeo omnia comprehendere, ut nulla perſona, nullus caſus nullusq; locus exceptus intelligatur, *Bal. conſ. 326. incip. Rex Romanorum. col. 3 lib. 1. quod conſilium refert atq; ſequitur Laur. Sylv. conſ. 95. num. 17.*

Quinimò, verba univerſalia hoc operantur, ut diſpoſitio comprehendat ea, atq; ad ea extendatur, quæ alioquin in illa diſpoſitione non includerentur, *Bart. l. generali. §. uxori. ff. de uſuf legat. Alex. conſ. 118. n. 3. lib. 5. Mat. de Afflict. deciſ. Neap. 206. Dec. conſ. 76. n. 2. Benevent. Straab. in tract. de mercat. tit. mandati. §. reliquum. n. 2.* Et prædicta potiſſimùm procedunt in Inveſtituris reliquisq; contractibus vel diſpoſitionib hominum. Namq; in illis nullo modo verba univerſalia reſtrictionem patiuntur, ſed prout ſonant, latiſſimè intelligenda ſunt, *Bald. l. fin. col. 1. C. fine. cenſ. vel reliquor. Jaſ. l. 1. §. nunciatio. n. 6. ff. oper. nov. nunc.*

Et univerſalis diſpoſitio, quoad quamlibet ſpeciem ſive articulum quemlibet, qui ſub iſta univerſalitate includi poteſt, tantum operatur, quantum operatur ſpecialis diſpoſitio, quoad ſpeciem expreſſam, *l ſi duo. & ibi Bart. de adminiſt. tutor. l. Gallus. §. inſtituens. & ibi Bald. & Alex. ff. liber. & poſthum. l ſi chorus. in princ. ff. leg. 3. l. omnes. & ibi Bald. & Ang. C. præſcript. 30. vel 40. annor. Signorol. conſ. 30. incip. factum tale eſt.*

Sed in Inſtrumento Inveſtituræ Regis W. reperitur ſequens clauſula: *Abdicando à nobis hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, quicquid juris habuimus vel habere potuimus in præmiſſis omnibus vel in quolibet præmiſſorum.*

Quæ dictio † *Quicquid*, eſt dictio univerſalis, *Bart. l. quæ omnia, §. planè. ff. Procuratorib. Bald. l. cum virum. col. 1. opp. 2. ff. fideicommiß. Bald. l. in fideicommiſſ. §. nonnunquam.* 212

quam. ff. uſur. Fr. Aret. l. lex Cornel ff. vulg. & pupil.

113 Similiter & dictio † *Omnibus*, eſt dictio univerſalis, *Bart. in prima Conſtit. ff. §. omnem. Bertach. in ſuo repert. verb. Omnis.*

114 Eodem modo & dictio, † *Quolibet*, eſt dictio univerſalis, *gl. & Bart. l. ſi pluribus. in pr. ff. leg. 2. Bar. l. hoc articulo. ff. de hæred. inſtitue.*

Et ſic liquet, Inveſtituram Regis W. quatenus in iſta Ducatus Schleiſvvicenſis Duci G. ejusq; hæredibus & ſucceſſoribus in Feudum conceſſus, totusq; & cum omnibus & ſingulis ſuis pertinentiis in Ducem G. ejusq; hæredes & ſucceſſores translatus eſt & Rex W. pro ſe, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis, quicquid juris habuit vel habere potuit in illis omnibus, & quolibet illorum abdicavit eſſe conceptam verbis non modò univerſalibus, ſed etiam geminatis, imò multoties reiteratis, quæ verba
115 geminata † habent majorem efficaciam, quàm verba univerſalia ſimplicia, ſicut hoc ſuprà docuimus; & inter cætera habent vim ſpecialis expreſſionis ſive nominationis, *Franciſc. Curt. conſ. 48. col. 14. & conſil. 49. Corſet. in tractat. de verb. geminat. Cardin. Pariſ. conſ. 9. num. 20. lib. 3. Laurent. Sylvan. conſ. 95. num. 17.*

Igitur ex illis verbis univerſal. geminatis, imò aliquoties reiteratis liquet atque patet, quod Rex W. per iſtam Inveſtituram à ſe abdicaverit omne omninò jus, quod ipſe in Ducatu Schleiſvvicenſi ſive reſpectu Ducatus Schleiſvvicenſis habuit, nullo penitùs excepto, Et per conſequens, quod
116 ſua regia Majeſtas inter cætera à ſe abdicaverit etiam jus petandi & exigendi ſervitia ratione Ducatus Schleiſvvicenſis.

117 Octavò, exceptio † unius vel aliquorum confirmat regulam in omnibus aliis caſibus non exceptis, atq; hoc operatur, ut omnes alii caſus ſub regula ſive diſpoſitione univerſali vel generali includantur, *§. ut autem. & ibi gl. & Bart. auth. de non alien. aut permut. reb. Eccleſ. Bart. l. quæſitum. §. denig. ff. fund. inſtruct. Dec. conſ. 280. col. 4. Alciat. in tract. de verb. ſignif. lib. 2. pag. 52.*

Sed in Inveſtitura Regis W. verbis univerſalibus & geminatis ponitur talis regula ſive diſpoſitio generalis, quod ſua regia Majeſtas à ſe & ſucceſſorib. ſuis abdicaverit omne jus q; ipſe habuit vel habere potuit in
118 Ducatu Schleiſvv. vel reſpectu Ducatus: Et ab illa regula ſive generali diſpoſitione excipitur tantùm jus ſuperioris dominii ſive infeudationis.

Igitur etiam ex hoc capite ſequitur, quod hęc exceptio duorum juriũ hoc operetur, ut omnia alia jura, & inter cætera etiam jus petendi ſervitia reſpectu Ducatus Schleiſv. ſub regula ſive diſpoſitione generali præcedenti includantur. Et ſic quod Rex W. per iſtam clauſulam etiam jus petendi ſervitia reſpectu Ducat. Schleiſv à ſe abdicaverit.

Nonò, exceptio facta de iſto caſu qui alioquin ſub regula ſive diſpoſitione generali nõ comprehenditur, illud operatur, ut regula ſive diſpoſitio generalis extendatur ad omnes alios caſ⁹ qui alioquin ſub regula ſive diſpoſitione generali non comprehenderentur. Ideoq; traditum eſt, licet ſub generali mandato nõ comprehendantur, illa quæ alioqui ſpeciale mandatum requirũt, ſi tamen à generali mandato unus caſus re-
quirens ſpeciale mandatũ exceptus fuerit, 120
hanc exceptionem hoc operari, ut hoc mãdatum generale ſimplex, ad omnes alios caſus mandatum ſpeciale requirentes, extendatur, *Lapus & Domin. c. qui ad agendum, de procur. lib. 6. Iaſ. & Dec. l. fin. ff. quod quisq; jur. Iaſ. l. in nummis. ff. de in litem. jurand. Iaſ. l. properandũ in pr. n. 11. C. jud. Fr. Are. conſ. 30. Dec. c. conſultationibus. in fin. extr. offic. deleg. Dec. c. cum dilect. 2. col. 2. ext. confirm. util. vel inutil. Nicol. Everh. in ſua Top. in loc. ab except. ad regulam.*

119 Similiter, licet Principis diſpoſitio generalis ita intelligenda ſit, quod Princeps noluerit præjudicare juri tertii, Attamen ſi Princeps in ſua diſpoſitione generali excipiat unum caſum, in quo ipſe voluit præjudicare juri tertii, ex tali exceptione unius caſus, diſpoſitionem Principis ita ampliari, interpretari atq; extendi, ut intelligatur Principem juri tertii in omnibus aliis caſibus præjudicare & derogare voluiſſe, *Alex. conſ. 216. incip. Nec arguendi. col. 5. verſ. decimò conſidero. lib. 2.*

Ex quo infertur, etiam poſito ſub illa generali abdicatione Ducatus Schleiſvvicenſis ſive juris, quod Rex W. in iſto Ducatu
vel reſpectu illius Ducatus habuit non 121
comprehendi neq; jus ſuperioris domini, neq; jus infeudationis, neq; jus petendi ſervitia, hoc tamen quod Rex W. ab iſta univerſali abdicatione excepit jus domini ſuperioris ſeu infeudationis, illud operari aut ſub illa univerſali abdicatione comprehendatur, etiam jus petendi ſervitia, reliquaq; jura, quæ alioquin ſub iſta univerſali abdicatione, non comprehenderentur.

Decimò, Dictionum † excluſivarum 122
ſive taxativarum, qualis eſt dictio *Duntaxat*

& ſimiles, ea natura eſt, quod omnes alios caſus præter expreſſos, excludant & removeant, *l. 2. C. de patrib. qui fil, diſtraxer. c. cum Eccleſia Sutrina. ext. de cauſ. poſſeſ. & propriet. c. contingit. & ibi Cardin. & Felin. ext. fid. inſtrum. Bart. Alex. & Dd. l. 1. in princ. & ibi Iaſ. n. 9. ff. ſi quis jus dicenti. non obtemp. Nic. Everh. in ſua Topic. in loc. à natura diction. taxativar.*

Sed in Inveſtitura Regis W. à generali abdicatione eſt tantùm exceptum jus ſuperioris domini ſeu infeudationis non ſimpliciter ſed adjecta dictione taxativa *Duntaxat.*

Igitur etiam ex hoc capite ſequitur, quod ſub iſta exceptione non comprehendatur jus petendi ſervitia, ſed quod illud ſub generali abdicatione relinquatur.

218 Undecimò, Duo † pluravè vincula, rationes vel cauſæ ſimul & ſemel concurrentes ſunt fortiores & efficaciores, tantoq; plus operantur, *c. 1. ext. de treug. & pac. auth. itaq; C. commun. de ſucceſ. auth. ut frat. filij. in princ. Cravet. conſ. 145. n. 11.*

Sed Inſtrumentum Inveſtituræ Regis W. eſt conceptum verbis univerſalibus, geminatis, & quoad Inveſtituram, & quoad translationem juris ſive poſſeſſionis in Ducem G. & quoad abdicationem juris, quod Rex Daniæ in Ducatu ſive reſpectu Ducatus Schleiſvvicenſis habuit vel habere potuit.

Et ab illa abdicatione eſt tantùm exceptum jus ſuperioris domini ſeu infeudationis, non quidem ſimpliciter, ſed adjecta dictione taxativa *Duntaxat.*

Præterea quoque ex Inveſtitura Regis W. liquet, Ducatum Schleiſvvicenſem Duci G. ejusq; hæredibus eſſe conceſſum in feudum, cum utili & directo dominio, cumq; omnibus Regalibus, honoribus & dignitatibus, & cum pacto, illum quietè & pacificè perpetuis temporibus poſſidendum.

219 Inſuper etiam † Inveſtituræ Regis W. eſt inſerta clauſula: *Bona & maturâ deliberatione & motu proprio.* Quæ clauſula motus proprii, eſt magnæ efficaciæ, & hoc operatur, utq; diſpoſitio efficiatur favorabilis, & latiſſimè interpretari debet, *Godzad. conſ. 2. num. 28.*

Et ſic in Inveſtitura Regis W. plura concurrunt, quæ quidem ſingula hoc denotant & demonſtrant, Ducatum Schleiſvvicenſem eſſe feudum Francum & ab omni onere ſervitiorum liberum.

Igitur ſequitur, quod hæc omnia ſimul juncta, multò magis hoc operari debeant, quod Ducatus Schleiſvvicenſis debeat reputari feudum Francum, & ab onere ſervitiorum liberum & immune, quodq; Duces Schleiſvvicenſis Regi Daniæ reſpectu illius Ducatus nulla ſervitia præſtare teneantur.

Duodecimò, † ab uſu ſive obſervantia ſubſequente, quilibet actus atque diſpoſitio quælibet declarationem & interpretationem recipit, *l. minimè. & l. ſi de interpretatione. ff. de legib. l. ſed & Iulianus. §. perinde. ff. ad SC. Macedon, Aym. Cravet. conſ. 101.* 220

Sed in iis, quæ mihi tranſmiſſa ſunt, narratur, ultra tempus non tantùm longum vel longiſſimum, ſed etiam immemoriale ita ſolitum, conſuetum & obſervatum fuiſſe, quod Duces Schleiſvvicenſes ratione illius Ducatus Regi Daniæ tanquam domino feudi nulla penitùs ſervitia præſtiterint.

Ex quo infertur, poſito, ſed tamen non conceſſo, probabiliter dubitari poſſe de hoc, utrum per Inveſtituras Regum W. C. N. Primi, Ducatus Schleiſvvicenſis ſit effectus feudum Francum, liberum & immune ab omnibus ſervitiis. Per hunc tamen uſum ſive obſervantiam ſubſequentem prædictas Inveſtituras talem interpretationem & declarationem recepiſſe, quod etiam vigore illarum Inveſtiturarum Ducatus Schleiſvvicenſis ſit feudum Francum, liberum & immune ab omni onere ſervitiorum.

Decimò tertiò, Membra † non debent ſeparari à capite, *c. cum non liceat. & ibi Felin. & Dd. ext. præſcription. Soc. conſ. 7. num. 1. lib. 1.* Uſque adeò, ut petitio illius qui poſtulat ſeparari membra à capite, nullo modo audienda vel admittenda ſit, *Roman. conſ. 37. Felin. d. c. cum non liceat. num. 1. addit. ad repert. Bertachin. verb. caput.* 221

Præterea membra ſequuntur caput, *Panorm. d. c. cum non liceat. num. 1. not. 2. ext. præſcript.* Et regulariter idem juris ſtatuitur de membris, quod de capite & econverſò, *Bal. l. 1. num. 5. arg. illius text. C. ſi rector. provinc. Panorm. & Dd. c. 1. & ibi Dec. lect. 1. num. 16. ext. judic. Dec. conſ. 151. num. 51. Aym. Cravet. in tract. antiq. temp. part. 1. §. quartò limitatur. nu. 80.*

Nec membra debent eſſe melioris conditionis capite, ſed capite tanquam principali & digniori cætera membra videntur ſubalternari & acceſſoria eſſe, *l. cum in dio* [illegible] *verſis.*

Digitized by Google

verſis. ff. religioſ. & ſumpt. funer. c. ſicut inquir. 2. quæſt. 7. ex merito. 6. quæſt. 1. Socin. conſil. 7. circ. princ. lib. 1.

Imò capiti famulantur cætera membra, & ut numen ſervili circumferunt geſtamine, prout ex ſententia divi Ambroſii tradit *Ioan. Baptiſt. Aſin. d. l. cum in diverſis.*

Deinde etiam clari juris eſt, quod poſito ſive conceſſo aliquo, & omnia quoq; illa, quæ in conſequentiam illius poſiti vel conceſſi veniunt, poſita & conceſſa intelliguntur, *l. 3. §. qui habet, & ibi Paul. Caſtr. ff. ſervit. ruſt. præd. l. refectionis gratia, & ibi gl. ff. communia prædior. l. 1. §. 1. ff. ſi uſufruct. petat.*

Sed in iis, quæ mihi tranſmiſſa ſunt, narratur, quod Reges Daniæ vaſallis Ducatus Schleiſvvic. tale Privilegium conceſſerunt, quod ipſi ab omnibus ſervitiis ratione feudorum præſtandis immunes eſſe debeant, quodq; Ducibus Schleiſvvicenſib. impoſſibile ſit de Ducatu Schleiſvvicenſi Regibus Daniæ præſtare ſervitia, ſi ipſis non permittatur ad hunc finem uti ſervitiis & operis vaſallorum ſuorum.

Igitur ne membra ſive ſubditi ſint melioris conditionis Capite ſive Duce ſuo, & quia ſine ſervitiis ſubditorum Ducibus Regi preſtare ſervitia impoſſibile eſt. Ex hoc ſumitur etiam talis conjectura, quod ſimiliter & Duces Schleiſvvicenſes ſint liberi & immunes à ſervitiis Regib. Daniæ præſtandis.

Decimò quartò, In tractatione inita anno 1533. expreſsè cautum eſt, ſi Regi vel Regno Daniæ belli caſus immineat, quod Duces Schleiſvvicenſes, Holſteinienſes & Stormarienſes regiæ Majeſtati atq; Regno Daniæ ad requiſitionem illorum cum centum & quinquaginta equitib. armatis ſuccurrere, auxiliare & opem præſtare teneantur, quodq; econverſò, ſi aliquod bellum immineat, Ducibus aut Ducatui Schleiſvv. Holſteinienſi vel Stormarienſi, quod Rex atq; Regnum Daniæ Ducibus atq; Ducatib. prædictis cum Equitib. 300. ſubvenire, opem & auxilium præſtare debeant. Quam tranſactionem Rex atque Regnum Daniæ alioquin ad ſervitia præſtanda ratione Ducatus Schleiſvvicenſis obligati fuiſſent.

Igitur etiam ex hoc capite ſequitur, quod Duces Schleiſvv. Regi Daniæ ratione Ducatus Schleiſvvicenſis tanquam domino feudi ſervia præſtare non teneantur.

222 Tùm, ſumpto argumento † à veriſimili, quod in jure frequentiſſimum eſt, *l. in obſcuris. ff. de reg. jur. c. inſpicim⁹. & ibi Din. & Dd. eo. tit. lib. 6. l. ſi extraneus. & ibi Dd. ff. cõdict. ob cauſ. gl. Bar. Iaſ. & Dd. l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. gl. l. ſi unquam. & ibi Tiraq. in præf. C. de revoc. donat. Nic. Everh. in ſua Topic. in loco à veriſimili.*

Tùm, ſumpto argumento a † communiter accidentib. quod ſimiliter ꝓbabile & frequens eſt, *c. 1. & ibi Card. Io. Calder. Imo. Panor. & Dd. ex. de Cler. non reſid. l. ideoq; & ibi gl. ff. de legib. Iaſ. l. non hoc. C. und. legit. Nic. Everh. in ſua Topic. in loco à communiter accidentibus, ubi ipſe multas alias autoritates ad hoc citat.* 223

Decimò quintò, † præſumptiones legum ſunt probationes liquidiſſimæ, *gl. l. ſi tutor. petitus. C. peric. tutor. Iaſ. l. licet Imperator. arg. illius text. ff. de leg. 1.* 224

Et plures † præſumptiones ſimul junctæ plenam fidem faciunt, ſicut hoc ſuperius docuimus, atq; etiam ad victoriam reportandam ſufficiunt, *Felin. Rubr. nu. 2. ex. de probat. Ioan. Nicol. in addit. ad Alciat. in tract. de præſumpt. part. 3. num. 4.* 225

Sed in caſu præſenti adſunt non tantùm plures præſumptiones, ſed etiam plures imò plurimæ ꝓbationes, quod Ducatus Schleiſ. ſit feudum Francum, liberum & immune ab omnibus ſervitiis, quodq; Duces Schleiſvvicenſes reſpectu Ducatus nulla penitùs ſervitia Regi Daniæ, tanquam domino feudi præſtare teneantur, prout hoc ex ſuprà adductis liquet.

Igitur etiam ex hoc ſequitur, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, unamquamq; ex probationib. ſuperius adductis, non probationis, ſed tantùm præſumptionis vigorem obtinere, illas tamen præſumptiones ſimul junctas includere probationem plenam & ad victoriam ſufficientẽ, quod Ducatus Schleiſvv. ſit feudum liberum, Francum & im̃une ab omnib. ſervitiis præſtandis, quodq; Duces Schleiſ. ratione illi⁹ Ducatus Regi Daniæ tanquam domino feudi ſervitia præſtare non teneantur.

Decimò ſextò, † Inveſtitura prima, eſt 226 fons, origo & fundamentũ omnium ſequẽtium Inveſtiturarum, & per illam omnes ſequẽtes Inveſtituræ declarantur, omniaq; dicta in prima Inveſtitura in ſequentib. repetita cenſentur, atq; prima Inveſtitura abſque omni dubio vim & vigorem ſuum extendit, quoad omnes ſucceſſores feudi à primo acquirente deſcendentes, ſicut hoc circa deciſionem primæ quæſtionis docuimus.

Similiter circa deciſionem primæ quæſtionis

Digitized by Google

ſtionis docui, & comprobavi, primam Inveſtituram omninò in conſideratione habendam, & ſecundum illam de omnibus ſequentibus, nec non & de dependentibus ab iis judicium faciendum eſſe: Etiamſi feudum finitum vel ex alia cauſa domino apertum, & rurſus de novo conceſſum fuerit ſanguine junctis ultimi vaſalli defuncti.

Quinimò circa deciſionem primæ quæſtionis docuimus, etiamſi feudum finitum vel aliter domino apertum, de novo ſimpliciter tacitè vel expreſsè conceſſum fuerit extraneo, primam tamen, ſive præcedentes Inveſtituras nihilominus in conſideratione habendas, & ſecundum illas novam Inveſtituram extraneo factam regulandam, eo præſertim caſu, quando vel feudum per præcedentes Inveſtituras aliquam qualitatem realem, qualis eſt, Francum, liberum, fœmineum, improprium & ſimilem ſortitum fuit, vel, quando per iſtas veteres Inveſtituras conſuetum ſcilicet & ſolitum inductum fuit.

Ex quo infertur, cum Illuſtres Principes & Domini, Dominus J. & Dominus A. Duces Schleiſvvicenſes & Holſatienſes, & à primo acquirente, nempe Duce G. per lineam maternam deſcendant, & tam ipſi quàm majores illorum jure ſucceſſionis ad Ducatum Schleiſvvicenſem pervenerint, abſque omni dubio reſpectu ſuarum Illuſtrium Celſitudinum antiquas Inveſtituras Regum W. C. & N. Primi, in conſideratione habendas, & per conſequens, cum per illas Inveſtituras Ducatus Schleiſvvicenſis ſit effectum feudum Francum, liberum & immune ab omnibus ſervitiis, ſuas Illuſtres Celſitudines Regi Daniæ tanquam domino feudi, ratione Ducatus Schleiſvvicenſis nulla penitùs ſervitia præſtare cogi.

Rurſus ex hoc infertur, cum Ducatus Schleiſvvicenſis per prædictas Inveſtituras Regum W. C. & N. Primi, ſit effectum feudum Francum, liberum, honorificum, & ab omni onere ſervitiorum immune, & ſic ſit ſortitus qualitatem realem, nec non & per illas Inveſtituras ſolitum ſive conſuetum inductum ſit, iſtas Inveſtituras reſpectu Illuſtrium Principum & Dominorum, Domini J. & Domini A. Ducum Schleiſvvicenſium, in conſideratione habendas, ita ut ſuæ Illuſtres Celſitudines nulla penitùs ſervitia Regi Daniæ tanquam domino feudi præſtare teneantur, etiamſi ponamus illud feudum Ducatus Schleiſvvicenſis per obitum Ducis A. filii Ducis F. finitum, extinctum, & Regno ſive Regi Daniæ apertum, atque Regi C. Primo, vel poſteris ſuæ regiæ Majeſtatis de novo in feudum conceſſum.

Decimò ſeptimò, † vaſallus non cogitur domino feudi præſtare ſervitia, ſi ipſe præſcripſerit contra dominum libertatem a ſervitiis, *Corn. conſ. 168. num. 19. lib. 4. Iacob. de S. Georg. in tract. de Rhoidis. nu. 44. Io. de Imol. c. ad audientiam. & ibi Abb. nu. 17. & Felin. nu. 22. ext. de præſcript. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. Rubr. ext. de præſcript. Corn. conſ. 265. nu. 19. lib. 4. Cardin. Pariſ. conſ. 25. nu. 31. lib. 1. Franciſc. Balb. in tract. de præſcript. 4. part. 4. part. princip. quæſt. 12. nu. 15. facit id quod docet Iaſ. l. 2. num. 72. C. de jur. Emphyt.* 227

Et hanc † libertatem ſive immunitatem à ſervitiis vaſallus contra dominum feudi abſque omni dubio præſcribit, ſi ipſe vaſallus interpellatus vel requiſitus domino ſervitia non præſtiterit, & ab hac interpellatione ſive requiſitione tempus ad præſcriptionem ſufficiens elapſum fuerit, *Bald. Alvar. Præpoſ. & Matth. de Afflict. c. 1. ſi: licet. ſi de feud. defunct. content. facit id quod docet Alex. conſ. 136. nu. 19. lib. 2.* 228

Idem quoque juris eſt, ſi vaſallus, qui ſe præſcriptione libertatis adverſus onera ſervitiorum tueri nititur, à domino feudi interpellatus vel requiſitus quidem non fuerit, ſed dominus feudi, cum haberet opus ſervitiis vaſallorum vel ſubditorum, reliquosq; vaſallos vel ſubditos ad ſervitia ſibi præſtanda requireret, hunc vaſallum ad ſervitia ſibi exhibenda, vocare vel interpellare neglexit, vel vaſallus non præſtiterit domino ſervitia, cum alii ſubditi & vaſalli ſervitia domino præſtitêre: Tunc enim ſimiliter is vaſallus libertatem ab onere ſervitiorum contra dominum feudi præſcribit, *Abb. c. ad audientiam nu. 17. & ibi Felin. nu. 22. & Ioan de Imol. ext. de præſcript. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. Rubr. de præſcript. Corn. conſ. 268. nu. 19. lib. 4. Cardin. Pariſ. conſ. 25. n. 31. lib. 1. Fr. Balb. in tr. de præſcript. 4. part. 4. part. princ. quæſt. 12. nu. 15.*

Et licet † *Iacob. de S. Georg. in tract. de Rhoidis. nu. 44.* velit, ad præſcriptionem libertatis adverſus onus ſervitiorum requiri lapſum illius temporis, cujus in con. mem. non extat, Attamen verior & communior eſt illorum Dd. ſententia, qui volunt, libertatem adverſus onus ſervitiorum à vaſallo præſcribi lapſum 30. annorum, 229

Ioan.

Ioan. Andr. in addit. ad Spec. Rubr. de præſcript. Imol. c. ad audientiam. & ibi Abb. nu. 17. ex. de præſcript. Cardin. Pariſ. conſ. 25. n. 31. lib. 1. Fr. Balb. in tr. de præſcript. 4. p. 4 p. pr. q. 12. n. 15.

Illudq́ penitus indubitatum eſt, per lapſum ſive præſcriptionem illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, à vaſallo præſcribi libertatem adverſus onus ſervitiorum.

230 Tum, quia † præſcriptio immemorialis nunquam excluſa, ſublata vel remora cenſentur, *Bal. & Aug. l. 1. C. ne rei dom. vel templor. Alex. l. nemo potest. col. fin. verſ. & bone mente. & ibi Rip. num. 115 ff. leg. 1. Alex. conſ. 60. n. 2. lib. 1. Franciſc. Balb. in tract. de præſcrips. 2. part. 3. part. princip. quæſt. 6. pr. q. 5. & 5. p. 5 p. princ. q. 9. col. 1. Matth. de Afflict. deciſ. 254. Stephan. Bertrand. conſ. 60. n. 5. & conſ. 68. in fin. lib. 1. Curt. jun. in tract. feud. p. p. q. 3. Petr. Gerbard. ſing. 18. Carol. Molin. in conſuet. Pariſienſ. §. 2. nu. 12. Tiraq. in tract. de utroq. retract. p. 2. §. 1. gl. 2. nu. 23. ubi ipſe multos alios Dd. ad hoc citat.*

Tum, quia lapſus illius temporis, cujus in contr. mem. non extat, id quod alioquin impræſcriptibile eſt, ſive præſcribi nequit, præſcriptibile efficit, *Panorm. conſ. 26. incipient. in quæſtione quæ ad præſens vertitur lib. 2. Iaſ. l. ſi quis putat. n. 11. ff. acq. hæred. Ant. Natta conſ. 446. n. 12. Laur. Sylvan. conſ. 59. num. 9. Rol. à Vall. conſ. 3. nu. 81. lib. 1.*

Tum, quia per lapſum illius temporis, cujus in contr. mem. non extat, etiam regalia & reſervata Principi præſcribuntur, *c. ſuper quibuſdam §. præterea. ext. verb. ſignific. Imol. c. cum P. Tabellio. ext. fid. inſtrum. Bart. l. ſi publicanus. §. fin. ff. Publica. Bald. conſ. 468. num. 4. lib. 3. & conſ. 340. col. 2. lib. 4. Bart. l. 1. §. fin ff. aqua pluv. arcend. Alex. l. more. col. 2. ff. acquir. hæred. Alex. conſil. 6. col. 2. lib. 1. Franciſc. Aretin. conſil. 30. incip. viſo themate. § dub. Dec. conſil. 341. col. pen. conſil. 496. col. 2. Iaſon. l. de quibus. col. 12. ff. de legib. Iaſon. l. imperium. col. 9. ff. jur. omnium judic. Iaſon. l. ſi putat. col. 2. ff. acquir. hæred. Aym. Cravet. in tract. de antiquit. tempor. 4. part. §. abſolutis. n. 13. Balb. in tract. de præſcript. 2. p. 5. p. princ. q. 1. n. 2. Corſet. ſingul. 281. Laur. Sylvan. conſil. 96. n. 4. Covar. repet. c. poſſeſſor. part. 2. §. 2. n. 8. verſ. tertia ſpecies. de reg. jur. lib. 6. Roll. à Vall. conſ. 3. n. 82. lib. 1.*

Sed certum eſt, quod intra tempus immemoriale non modò ſæpè, ſed ſæpiſſimè evenerit talis caſus, in quo Reges & Regum Daniæ opera & ſervitiis ſuorum vaſallorum indiguerunt, aliosq́ ſubditos & vaſallos ſuos ad præſtanda ſibi ſervitia interpellavêre.

Cum itaq; in iis, quæ mihi tranſmiſſa ſunt, narretur, Duces Schleiſvvicenſes ultra omnium hominum memoriam non præſtitiſſe ſervitia ratione Ducatus Schleiſvvicenſis Regibus Daniæ, ſequitur, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, Ducatum Schleiſvvicenſem per ſe & ſua natura, item, ſecundum tenorem Inveſtiturarum non eſſe feudum Francum vel liberum, per hunc tamen lapſum temporis ſuas Illuſtres Celſitudines præſcripſiſſe, libertatem, videlicet onus ſervitiorum ita, ut ſuæ Illuſtres Celſitudines Regibus Daniæ tanquam Dominis feudi ratione Ducatus Schleiſvvicenſis ſervitia nulla præſtare cogantur.

Decimò octavò, Quilibet † poſſeſſor habens titulum, præſumitur eſſe poſſeſſor bonæ fidei, *l. pen. C. de evictio.* Quod procedit etiam in illo poſſeſſore, qui habet titulum non verum, ſed putativum. Namq; is ſimiliter poſſeſſor bonæ fidei eſſe præſumitur, *Bart. Franc. Balb. & Dd. l. Celſus. arg. ill. text. ff. uſucapion.* 231

Quinimò bona fides cauſatur non tantùm ex juſtis, verùm etiam ex injuſtis rationibus.

Præterea etiam in dubio quælibet † poſſeſſio præſumitur eſſe juſta & legitima, *Bar. & Alex. l. communi dividundo. §. inter prædones. ff. communi divid. Alex. conſ. 33. lib. 4. Cornel. conſ. 185. in fin. lib. 2. Aym. Cravet. conſ. 150. nu. 5. lib. 1.* Et bona fide acquiſita & continuata, *Bart. l. Celſus. & ibi Fr. Balb. in repet. part. 3. n. 9. ff. de uſucap. Ant. de Butr. Abb. & Felin. c. ſi diligenti. ext. præſcript.* 232

Quod potiſſimùm locum habet in poſſeſſione longi temporis 10. nempe annis continuata, *Innoc. c. 2. extr. reſtit. in integr. Abb. & Dd. c. conſultationibus. ext. jur. patronat. Alex. conſ. 142. in princip. lib. 2. conſ. 200. lib. 2. conſ. 24. & 69. lib. 5. Dec. conſ. 269. n. 5.*

Abſque verò omni dubio hoc procedit in poſſeſſione † 30. annorum, Namq; in illa bona fides indiſtinctè præſumitur, *Bar. l. fin. num. 17. C. unde vi. Alex. conſ. 6. lib. 2. conſ. 151. col. 2. lib. 2. Abb. conſ. 89. conſ. 102. nu. 1. Rom. conſ. 107. Aret. conſ. 54. conſ. 102. conſ. 111. & conſ. 154. Iaſon. §. ſed iſtæ. num. 100. Inſt. de action. Iaſon. conſ. 57. conſ. 72. col. 2. lib. 1. & conſ. 209. col. 2. lib. 2. Dec. conſ. 267. & conſ. 272.* 233

Etiamſi

Etiamſi probetur de antiquiore poſſeſſione adverſarii, *Bart. l. fin. n. 17. C. unde vi. Bald & Ang. l. ſuper longi. C. præſcript. long. temp. Alex. conſ. 71. circ. princ. conſ. 110. col. fin. lib. 1, conſ. 76. col. fin. conſ. 151. col. 2. lib. 2. conſ. 16. col. 6. & conſ. 24. col. fin. lib. 5.*

Uſque adeò ut poſſeſſio 30. annorum præſumatur habere juſtitiam permanentem, *Cyn. l. ſi ſolennibus. C. rei vendicat. Bald. c. 1. §. cum autem. de controv. Inveſtitur. Matt. de Afflict. deciſ. 277. n. 6. Card. Pariſ. conſ. 23. n. 258. lib. 1.*

Utq; ſecundum aliquorum Dd. ſententiam poſt lapſum 30. annorum malam fidem allegare non permittatur, *Bart. l. fin. n. 17. C unde vi. Paul. Caſtrenſ. conſ 169 col. 2. lib 1. Dec. conſ. 267. col. 3. conſ 222 col. 5. Iaſ. § ſed iſta. Inſt. de Action. Par. conſ. 57. col fin. conſ. 72 col. 2. lib. 1. & conſ. 209. col. 2. lib. 2. Curt. jun. conſ. 52. col. 4.*

234 Et hoc multò magis procedit in † poſſeſſione vel quaſi, illius temporis, cujus in contr. memor. non extat. Namq; in factis antiquis facilius præſumitur pro eo, qui poſſidet, propter difficultatem probationis quam in recentibus, *Innoc. c. veniens. ext. verb. ſignif. Bald. l. non ignorat. nu. 11. C. qui actus poſ. vel non.*

Et poſſeſſum tacito tempore, præſumitur ab anteceſſoribus juſtè & poſſeſſum & acquiſitum, prout hoc expreſsè & notabiliter tradit *Bald. c. ſi diligenti. n. 23. ext. præſcript. Rol. à Vall. conſ 1. n. 96. lib. 1.*

Quinimò multi Dd. tradunt, præſumptionem bonæ fidei deſcendentem ex lapſu illius temporis, cujus in contr. mem. non extat, eſſe præſumptionem juris & de jure, probationem contrariam non admittentem, *Aud. de But. & Fel. c. cum nobis ex. præſcript. Alex. conſ. 13. col. 3. Aym. Cravet. in tr. de antiquit. temp. part. 4. §. abſolutis. n. 60. Fr. in tract. de præſcript. 2. p. 3. p. princ. q. 60. num. 19. conſ. 8. nu. 37. Cephal. conſ. 129. num. 5.*

Sed certum eſt, & ex Inveſtituris Regum W. C. & N. Primi, Item, ex lapſu illius temporis, cujus in contr. mem. non extat, præſumitur & probatur, quod Ducatus Schleiſwicenſis ſit feudum Francum, liberum, honorificum & immune ab omnibus ſervitiis.

Igitur ſequitur, ex hoc præſumi Illuſtres Principes & Dominos, Dominum J. & A. Primum, ratione illius tituli pro ſe habere præſumptionem bonæ fidei, quoad libertatem ab onere ſervitiorum.

Præterea Illuſtres Principes & Domini Duces Schleiſwicenſes, non tantùm ultra 30. annos, ſed etiam ultra ſpacium temporis immemorialis fuerunt in poſſeſſione vel quaſi libertatis ab onere ſervitiorum. Quæ poſſeſſio illius temporis immemorialis, non tantùm præſumptionem & probationem bonæ fidei operatur, ſed etiam ſecundum multorum Dd. ſententiam hoc præſtat, ne allegatio malæ fidei poſt lapſum illius temporis admittatur.

Igitur ſequitur, regiæ Majeſtati non permitti contra hanc præſcriptionem libertatis à prætenſis ſervitiis allegare vel prætendere malam fidem.

Decimò nonò, Poſſeſſio † illius temporis, cujus in contr. mem. non extat, habet vim contractus, *Bald conſ. 315. col. 1. lib. 3. Cravet. conſ. 10. nu. 18. Rol. à Vall. conſ. 66. n. 40. lib. 2. Franciſ. Balb. in tract. de præſcript. 5. part. 5. par princip. quæſt. 6. num. 6. Socin. conſ. 86. col fin. lib. 1.* 235

Et quidem ſpecialiter cum Principe initi, *Bart. conſ. 9. in pr lib. 1. Rol. à Vall. conſ. 66. num. 59. lib 2.* Et obtinet vigorem conſtituti ſive conceſſionis, *l. hoc jure. §. Ductus. ff. aqua quotid. & æſtiva. c. contra mor. diſtinct. 100. c. ſervitium 18. q. fin Alex. conſ. 24. col. 5. & conſ. 52. num. 3 lib. 5 Bald. conſ 349. col 4. lib 3. Socin. conſ. 181. col. pen. lib. 2. Cardin. Pariſ. conſ. 13. num. 15. lib. 4. Aym. Cravet. in tract. de antiquit tempor part. 4. §. abſolutis n. 9. Rol. à Vall. conſ 66. num. 40. & conſ. 89. num. 11. lib 2.*

Et quidem factæ à Principe, *Bald. conſ. 439 col. 4. lib. 3. Panormit. conſ. 94. col. 1. in fin. lib. 1. Cravet. conſ. 10 num. 11. Rol. à Vall. conſ 66. num. 40. & conſ 89. nu. 11. lib. 2. fac. tex. cap. duo. ext. offic. ordinar.* Item ab illis qui poteſtatem concedendi habent, *Ioan. Hanneb. rep. l. nemo poteſt. nu. 592. ff. l. 1. Rol. à Vall. conſ. 66. num. 42. lib. 2.*

Similiter poſſeſſio illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, habet vim pacti expreſſi, *Bald. conſ. 185. lib. 1. conſ. 215. conſ. 918. conſ. 430. lib 3. conſ. 28. col. 1. lib. 4. Iaſ. l. quo minus. col 19. & ibi Rip. num. 41. ff. de flumin. Dec conſ. 538. nu. 6. & conſ. 680 col. 2. Card. Pariſ. conſ. 112 nu. 20. lib. 1. Crav. conſ. 10. n. 11. Roll. à Vall conſ. 66. nu. 45. & conſ. 89. n. 12. lib. 2. Matth. de Afflict. c. 1. § ſi quis per 30. not. 2. nu. 5 ſi de feud. defunct. content. Bald. § 1. C. ſervit. & aqua Fr. Balb. in tract. de præſcript. 1. p. q. 6. nu. 7. & 5. p. princ. q. 6. num. 6.* Imò plus operatur præſcriptio

ſcriptio immemorialis quàm pactum, *gl. l. 1. verb. cohæred. in fin. ff. famil. herciſc. Fran. Balb. in tract. de præſcript. 5. p. 5. p. princ. q. 6. n. 6.* Et habet vim tituli legitimè conſtituti, *Innoc. c. 2. ex. reſtit. in integr. Felin. c. accedentes. col. 7. ex. præſcript. Ioan. Igne. l. neceſſarios. §. non alias. verb. noviſſimè. num. 7. ff. ad SC. Sylle. Card. Pariſ. conſ. 26. num. 27. lib. 1. conſ. 25. num. 12. conſ. 111. num. 49. & 114. lib. 4. Cravet. in tractat. de antiquit. temp. part. 4. §. abſolutis. num. 9. Laurent. Sylvan. conſ. 59. num. 9. Anton. Natta conſ. 446. num. 12. Rol. à Vall. conſ. 66. n. 44. & conſ. 89. n. 9. lib. 2.*

Mandati etiam vigorem obtinere lapſum illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, tradit *Barbat. conſil. 9. in princip. lib. 1. Roland. à Vall. conſ. 66. num. 44. lib. 2.* Et vim decreti habere tradit *Bal. § 1. col. 5. & 6. C. de ſerv. fugit. Franciſc. Balb. in tract. de præſcript. 5. p. 5. p. pr. quæſt. 4. n. 4.*

Eodem modo poſſeſſio illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, habet vim Inſtrumenti publici, idemq; in omnibus & per omnia operatur, *Innoc. cap. novit. ext. judic. Bald. l. 1. C. emancipat. liber. Matth. de Affli decis. 239. in fin. Roland. à Val. conſ. 3. num. 97. lib. 1.*

Nec non etiam obtinet vigorem & autoritatem legis ſcriptæ, *Cardinal. conſ. 18. Anton. Natt. conſ. 446. num. 12. Laurent. Sylvan. conſ. 59. num. 9. argum. l. 1. §. fin. & l. in ſumma. in princip. ff. de aqua pluv. arcend.* Et conſtitutionis factæ cum conſenſu partium, *Socin. conſ. 297. num. 3. lib. 2. Roland. à Vall. conſ. 66. num. 43. & 61. lib. 2.*

Deinde etiam poſſeſſio illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, vigorem Privilegii obtinet, *c. ſuper quibusdam. §. præterea. ext. verb. ſignif. Oldrad. conſ. 152 Iaſon. l. ſi quis putat. num. 10. ff. de acquir. hæred. Cravet. in tractat. de antiquit. temp. p. 4. abſolutis. num. 9. Cardinal. Pariſ. conſ. 13. n. 15. lib. 4. Laurent. Sylvan. conſ. 59. numer. 9. Natta conſ. 446. nu. 12. Rol. à Vall. conſ. 89. n. 9. Fr. Balb. in tr. de præſcript. part. 1. quæſt. 6. n. 7. & 1. part. 5. part. princip. q. 7. num. 16.*

Non quidem ſimplicis ſed expreſsè & ex certa ſcientia a Principe conceſſi, *Bald. c. 1. col. 2. quæ ſunt regal. Dec. conſ. 496. col. 2. Iaſon. l. de quibus. col. 13. ff. de legib. Alex. conſ. 6. lib. 1. & conſ. 47. col. 2 lib. 4. Godzad. conſ. 8. num. 37. Roland. à Vall. conſ. 66. num. 60. lib. 2. Cravett. in tract. de antiquit. temp. part. 4. §. abſolutis. num. 9.*

Et poſſeſſio illius temporis, cujus in cont. mem. non extat, habetur pro veritate, *Bald. conſ. 24. lib. 4. Laur. Sylvan. conſ. 59. num. 9. Natta conſ. 446. num. 12. Cravett. conſ. 10. num. 11. argum. gloſ. l. 1. C. ſervit. & aqua.*

Imò pro veritate ſimul & ſolenni Privilegio, *Bald. conſ. 257. lib. 2. Cravet. in tract. de antiq. temp. part. 4. §. abſolutis. num. 9.* & tantum poteſt, quantum poteſt Imperator cum clauſula, *Andr. de Iſern. c. 1. verb. flumina. col. 3. quæ ſunt regal. Iaſon. rep. l. quo minus. col. 8. ff. de flumin. Godzad. conſ. 8. num 37. Ruin. conſ. 118. num. 10. lib. 4. Roland. à Vall. conſ. 66. num. 47. conſ. 89. nu. 17. lib. 2. Laur. Sylvan. conſ. 59. num. 9. Natta conſ. 446. n. 12.*

Cùm itaque in iis, quæ mihi tranſmiſſa ſunt, narretur, ultra hominum memoriam, uſitatum, conſuetum & obſervatum fuiſſe, quod Duces Schleiſvvicenſes ratione illius Ducatus Regi Daniæ tanquam domino feudi ſervitia nulla præſtiterint: Sequitur lapſum ſive obſervantiam illius temporis pro pacto, titulo legitimo & Privilegio haberi, atque Illuſtres Principes & Dominos, Dominum J. & Dominum A. Duces Schleiſvvicenſes, in iſto jure libertatis ab onere ſervitiorum perinde tuendos, atque ſi ſuos illuſtres Celſitudines illam libertatem titulo juſto ac legitimo vel Privilegio Principis acquiſiviſſent.

Vigeſimò, neque † Imperator Romanus neque alius Rex vel Princeps etiam ſu- 236
periorem non recognoſcens, jus quæſitum alicui per remedium juris civilis, utputa, per præſcriptionem, conſuetudinem aut aliud remedium à jure civili inventum aut introductum tollere vel auferre poteſt, *Socin. conſ. 164. col. 6. lib. 2. conſil. 120. col. 6. lib. 3. & inter conſ. Alb. Brun. conſ. 10. col. 6. Iaſ. l. Gallus. §. & quid ſi tamen. ff. de liber. & poſthum. Iaſon. l. ſi is qui pro emptore. col. 34. ff. uſucap. Iaſon. l. fin. lim. 7. C. ſi contr. jus vel util. public. Abb. conſil. 151. col. final. lib. 2. Deci. conſil. 234. col. 6. conſ. 343. col. 3. Cravet. conſil. 7. numer. 10. conſil. 103. num. 3. conſ. 135. num. 20. conſ. 172. col. 2. conſ. 241. col. 4. Aym. Cravet. in tract. de antiquit. temp. p. 1 §. circa primam. nu. 49. Curt. ſen. conſ. 65. col. 3. Cardin. Pariſ. conſ. 101. nu. 70. lib. 1. & conſ. 6. num. 23. lib. 2. Ruin. conſ. 98. num. 4. & 23. lib. 4. conſ. 21. num. 2. & conſ. 31. num. 21. lib. 5. Rol. à Vall. conſ. 66. num. 56. cum quinq. ſeqq. lib. 2. Illamq; ſententiam communem eſſe atteſtatur Iaſon. Cravet. & Rol. à Vall. in locis præallegat.*

Similiter Imperator Romanus vel alius Rex aut Princeps etiam ſuperiorem non recognoſcens, nec de plenitudine poteſtatis quidem derogare poteſt titulo allegato & cauſato ex curſu temporis immemorialis, *Franciſc. Aretin, conſ. 15. dub. 3. Rain. conſ. 103. num. 8. lib. 5. Roland. a Vall. conſ. 66. nu. 62. lib. 2.*

Multò verò minus Princeps vel Rex poteſt derogare juri quæſito ex contractu feudi, vel alio cum ipſo Principe vel prædeceſſoribus ſuis inito, ſicut hoc circa deciſionem primæ quæſtionis docuimus.

Ex quo infertur, regiam Majeſtatem non poſſe juri libertatis ſive immunitatis ab onere ſervitiorum competenti Illuſtribus Principibus & Dominis, Domino J. & Domino A. Ducibus Schleiſvvicenſibus & Holſatienſibus, nec ex plenitudine poteſtatis quidem derogare, ſive dicamus ſuis Illuſtribus Celſitudinibus hoc jus competere ex Inveſtitura Regum W. C. & N. Primi, ſive ex titulo per lapſum temporis immemorialis præſumpto & probato, ſive vigore præſcriptionis.

CONSILIUM VIGESIMUM SECUNDUM.

Pro Illuſtriſsimo Principe ac Domino, Domino G. F. M. in B. contra civitatem N. continens poſſeſſionem & jus trium caſtrorum K. S. & T.

SUMMARIA.

1. Interdicto retinendæ, qualiter quis agere & obtinere poſſit, & n. 6. 7. 11. 13. 14. 15. 16. 17.

2. Poſſeſſio in incorporalib. qualiter acquiratur.

3. Poſſeſſio limitata limitatum effectum producit.

4. An ut corporalium, ſic & incorporalium poſſeſſio animo retineatur.

5. Qualis poſſeſſio ad obtinendam victoriam in interdicto, Uti poſſidetis, *ſufficiat.*

7. In interdicto, Uti poſſidetis, *obtinet is qui probat de antiquiori poſſeſſione.*

8. Ratio hujus deciſionis quæ.

9. Ampliationes ejuſdem notabiles, & n. ſeq. Itemq́; limitationes, n. 11.

10. Opinio Alexand. & Curt. rejicitur.

12. In interdicto, Uti poſſidetis, *quo caſu de antiquiori poſſeſſione non conſtat, obtinet is, qui de titulo fidem facit.*

13. Vel de dominio. Ratio ibid.

14. Vel is, cui jus favet.

15. Cujus verò intentio magis rationi conſonat.

16. Et in univerſum, qui juſtiorem poſſeſſionem habet.

17. Quid verò, ſi neq; de antiquiori, neq; de juſtiori poſſeſſione fides fiat, & n. 20. 22.

18. Teſtes veriſimilia deponentes cæteris præferuntur.

19. Licet numero pauciores ſint, contra quoſd.

21. Idem eſt in teſtib. majoris dignitatis.

23. Iuriſdictio territorio cohæret eiq; ineſt.

24. Caſtro conceſſo & territorium conceſſum intelligitur. ſecund. comm. contra quoſd.

25. Item juriſdictio & merum mixtumq́; Imperium.

26. Quod ampliatur & extenditur pulchrè.

27. Iuriſdictione conceſſa ſimpliciter, intelligitur etiam conceſſum merum & mixtum Imperium. Secund. comm.

28. Cui malè quidam contradicunt.

19. Sub conceſſione juriſdictionis, quibus caſibus abſq; dubio merum & mixtum Imperium includatur. & n. ſeq.

30. Appellatione honoris quid contineatur.

31. Merum & mixtum Imperium dignitas eſt.

32. Appellatione Gleide / Zoll vnd Widbahn *quid veniat.*

33. Burggravius merum & mixtum Imperium habet in omnib. locis ad Burggraviat. pertinentib.

34. Ex obſervantia poſtea ſecuta, quivis actus declarationem recipit.

35. Me-

35. Merum & mixtum Imperium præſcribi poteſt.

36. Quoto vero tempore.

Et an, & quando communis præſcriptio etiam contra Papam vel Imperatorem ſufficiat, ibid.

37. Marchio eſt de majoribus Magiſtratibus.

38. Caſtrum non habet pertinentias, niſi ſint ei ab homine vel conſuetudine attributæ.

39. Caſtrum pertinentias habere allegans, probare hoc debet.

40. Qualiter verò.

41. Vnio, adjectio & ſeparatio præſidatus, territorij, juriſdictionis, meri & mixti Imperij, Caſtrorum, Civitatum & Regalium ad ſolum Imperatorem ſpectat.

42. Conceſſio, tranſlatio & ſeparatio ab Imperatore facta, qualiter probetur.

43. In dubio, quis poſſidere intelligitur rem ex titulo cum cauſa præcedenti.

44. De præterito quando non præſumatur in præſens.

45. De præſenti in præteritum quando præſumatur.

1 INTERDICTO † RE-tinendæ nemo agere poteſt, multò verò minus in illo interdicto obtinere, niſi ipſe probet atque fidem faciat, ſe rei controverſæ poſſeſſorem eſſe; & in poſſeſſione iſta ab adverſario turbari, *l. 1. §. est igitur. & ibi Bart. ff. Vti poſſidetis. §. retinendæ. verſic. ſed interdicto. & ibi Dd. Inſtit. de interdict. gloſ. & Dd. c. licet cauſam. extr. de probationib. Bart. & Dd. l. clam poſſidere. ff. qui ad nundinas. ff. de acquir. poſſeſ. Bartol. l. 1. ff. utrobi. Bart. l. 1. C. Vti poſſidetis. Card. Pariſ. conſ. 13. num. 80. lib. 1. & conſ. 37. num. 6. lib. 3.*

Quinimò ad hoc ut quis in interdicto *Vti poſſidetis*, obtinere poſſit, requiritur, ut is probet atque fidem faciat, ſe tempore litis conteſtatæ poſſeſſionem rei controverſæ habuiſſe, *§. hodie Inſtit. de interdict. c. conſultationibus. & c. cum ad ſedem. ext. de reſt. ſpol. gloſ. & Dd. l. 1. C. Vti poſſidetis. Bart. l. 1. §. fin. col. 1. & col. penult. ff. eo. tit. Alex. conſ. 136. col. 2. lib. 2. & conſil. 88. col. antepenult. lib. 5. Socin. conſil. 59. num. 2. & 8. lib. 4. Cardinal. Pariſienſ. conſil. 25. num. 81. lib. 1. Pract. Pap. in forma libelli pro turbata poſſeſſione. verb. hodie. num. 1. Angel. §. quadrupli. num. 48. Inſtit. de actio. Angel. §. retinendæ. num. 4. & 5. Inſtit. de interdict. Matth. de Afflict. deciſ. Neapolitana 384. Cardin. Pariſ. conſil. 112. num. 70. & 71. lib. 1. Auguſtin. Bero. cap. licet. num. 56. verſ. tertiò limitata. ext. de probationib. Iaſon. conſ. 21. num. 1. verſ. quartò reſpondetur. lib. 3. Fulgoſ. conſ. 194. num. 1.*

2 Et poſſeſſio in † incorporalibus non acquiritur, niſi quis iſto jure uſus fuerit jure ſervitutis atque jure proprio interveniente ſcientia & patientia adverſarii.

3 Poſſeſſio quoque limitata † ſive reſtricta ad certos actus limitatum & reſtrictum effectum producit, nec ultra illos actus extenditur, *l. 1. §. ſi quis hoc interdicto inven. gloſ. & ibi Bart. ff. de itinere actuq. privat. cap. audetis. & cap. cum olim. & ibi Abb. notab. fin. ext. de præſcriptionib. Iaſon. l. 3. in princip. num. 35. & 36. ff. de acq. poſſ.*

Et licet † poſſeſſio rerum corporalium animo retineatur uſque ad decem annos, quaſi poſſeſſio tamen jurium & rerum incorporalium non retinetur animo, ſed amittitur ſtatim atque quis vel negligit vel prohibetur uti iſto jure, *Bald. l. ſi quis diuturno argum. illius textus. ff. ſi ſervit. vendic. Alexand. in addit. ad Bartol. l. 1. & ibi Iaſon. numer. 26. C. de ſervo fugitiv. & dixi in tit. de rerum diviſion.* Item & Comites a Schwartzburgk. Nec obſtat id quod tradit *Bald. l. juſtè. §. non mutat. ff. de uſucapion.* Dum videlicet Bartolus ibi concludit, juriſdictionis quaſi poſſeſſionem animo retineri, quia iſta doctrina tum demum procedit, quando quis utitur juriſdictione ſemper & quandocunque caſus evenit. 4

Secus autem eſt, ſi quis negligat vel prohibeatur eveniente caſu, uti iſto jure, ſive exercere tale jus, tunc enim quaſi poſſeſſio illorum jurium ſtatim amittitur.

Præterea non omnis † poſſeſſio ad obtinendam victoriam in interdicto, *Vti poſſidetis*, ſufficit ſed requiritur, ut illa poſſeſſio cum bona fide cōjuncta ſit & poſſeſſor malæ fidei in tali interdicto minimè obtinere poteſt, *Paul. Caſtrenſ. l. 1. col. 1. C. de ſervit. & aqua. & eſt de mente Bartol. l. 1. §. hoc interdicto. col. penult. & final. ff. uti poſſidetis. Alex. conſil. 59. col. 2. lib. 4. Curt. ſenior conſ. 34. col. 2. Cardin. Pariſ. conſil. 12. num. 66. lib. 1.* 5

Quod abſque omni dubio procedit,

quando quis reſpectu adverſarii poſſeſſionem vel quaſi cum mala fide habet, *Dd. c. ſi diligenti. ext. de præſcript. Abb & Dd. c. cum Eccleſia Sutrina ext. de cauſa poſſeß. & propriet.* Prout etiam in tali interdicto is obtinere nequit, qui poſſeſſionem vel quaſi habet, reſpectu adverſarii vi, clam vel precario acquiſivit, *l. §. fin. & ibi Bart. & Dd. ff. uti poſſidetis. l. 1. C. eo. tit. Pract. Papin. d. verb. hodie. num. 4. Card. Pariſ. conſil. 112. num. 66. lib. 1.* Idem juris eſt, ſi quis jure facultatis, amicitiæ, conſanguinitatis vel familiaritatis poſſeſſionem vel quaſi habeat, *Card. Pariſ. conſ. 112. num. 68. & 69. lib. 1*

Deinde in interdicto, *Vti poſſidetis*, requiritur, ut is qui iſto interdicto experitur,
6 probet † atque fidem faciat, ſe in poſſeſſione ſua vel quaſi turbari à non poſſeſſore, *Card. Pariſ. conſ. 112. num. 72. lib. 1. ubi ipſe ad hoc allegat Bart. l. 1. §. hujus autem. ff. uti poſſidetis. Bart. l. 1. C. eo. tit. Pract. Papin. de verb. hodie. Ang. d. §. quadrupli. col. antepenult. verſ. item dixi. Alex. conſil. 136. col. 2. lib. 2. Abb. c. cum dilectus. ext. de cauſa poß. & propriet. Abb. c. licet cauſam & ibi Dec. col. 21. ext. de probat.*

Probatis etiam ex parte Actoris omnibus requiſitis ad hoc interdictum in illo in-
7 terdicto is obtinere debet, † qui probat de antiquiori poſſeſſione ſua, *c. licet cauſam. & ibi Abb. & Dd. & Felin. num. 8. verſ. tertia cauſa. Dec. num. 9. verſ. tertiò in interdicto. Auguſtin. Bero. num. 50. & num. 54. ext. de probat. Bart. l. ſi duo. in princip. & ibi Alex. in addit. ff. Vti poſſidetis. Bart. l. 1. col. penult. & ibi Cyn. C. eo. tit. Bald. l. ordinarij. num. 10. C. de rei vendicat. Bald. l. arboribus. §. nam etſi agrum. ff. de uſufructu. Bald. l. ſive autem. §. ſi duobus. ff. de public. in rem act. Bald. c. ſi diligenti. col. penult. ext. de præſcript. Bald. conſ. 376. lib. 2. Petr. de Ancher. conſ. 275. Paul. Caſtrenſ. conſ. 442. lib. 2. Alex. conſil. 110. numer. 1. lib. 1. conſil. 117. lib. 2. conſil. 32. in fin. conſil. 45. in fin. lib. 3. conſil. 98. col. 3. lib. 5. Guid. Papæ. conſil. 13. Curt. ſenior conſil. 24. col. 1. Socin. l. rem quæ nobis. col. 9. q. 2. ff. de acquir. poſſeß. Iaſon. conſil. 91. col. 3. lib. 3. Bertrand. conſil. 174. col. fin. lib. 2. Ang. §. quadrupli. num. 48. Inſtit. de act. Ang. §. retinendæ. Inſtit. de interdict. Franciſ. Ripa. c. cum Eccleſia Sutrina. num. 23. ext. de cauſ. poſſeß. & propriet. Card. Pariſ. conſil. 112. num. 73. lib. 1. Matth. de Afflict. deciſ. 363. Dec. l. fin. notab. 5. C. de edicto Divi Hadrian. tollen. conſ. 151. col. 2. Barbat. conſ. 79. lib. 4. & conſ. 90. lib. 4. Nevizan. conſ. 68. num. 60. conſ. 79. num. 28. conſ. 80. num. 12. & conſ. 81. num. 26. Alex. conſ. 103. num. 1. lib. 7. Bald. conſil. 468. num. 8. lib. 3. Hieron. de Monte in tractat. de finib. c. 67. Fulgoſ. conſ. conſ. 194. num. 3. Rapha. Cuma. conſ. 49. num. 4. & conſ. 158. num. 4. col. fin. Barbat. conſ. 6. num. 33. lib. 2. & conſ. 90. num 18. lib. 4.*

Et hujus deciſionis hæc aſsignatur ra-
tio, quia † poſſeſſio antiquior in dubio præ- 8
ſumitur eſſe juſtior, & quando conſtat ſive probatum eſt de antiquiori poſſeſſione, poſſeſſio junior ſive recentior præſumitur clandeſtina, vitioſa & injuſta, *Bart. l. ſi duo. in princip. ff. uti poſſidetis. Bart. l. 1. C. eo. tit. Bald. l. ordinarij. num. 12. C. de rei vendic. Bal. l. ſi ſuper longi. col. fin. C. de præſ. long. temp. Bald. l. non ignorabit. C. ad exhibendum. Abb. & Dd. c. licet. & ibi Dec. n. 9. & Fel. n. 9. Auguſt. Bero. n. 51. ex. de probat. Bart. Ioan. de Imol. & Alex. l. ſi de eo. §. fin. ff. de acquir. poß. Alex. conſil. 110. num. 1. lib. 1. & conſ. 117. num. 5. lib. 2. Cardin. Pariſ. conſil. 12. num. 73. lib. 1. conſ. 126. num. 3. & conſ. 143. num. 4. & 5. lib. 4. Curt. ſen. conſil. 24. Nevizan. conſil. 79. num. 28. conſ. 81. num. 26. Socin. conſ. 187. num. 25. lib. 2. Socin. l. rem. quæ nobis. nu. 16. ff. de acquir. poſſeß Hieron. de Monte in tract. de finib. cap. 67. Matth. de Afflict. deciſ. 363. n. 3.*

Et hoc uſque adeò verum eſt, ut hoc
caſu non ſolùm † poſſeſſio propria, verùm 9
etiam poſſeſſio auctoris, tam reo quàm actori quoad cauſandam antiquiorem & juſtiorem poſſeſſionem patrocinetur, *Fulg. conſil. 194. num. 3. Nevizan. conſ. 79. num. 33. ubi ipſe ad hoc citat. l. Pomponius §. cum quis. & ibi Dd. ff. de acquir. poß. Dec. conſ. 56. col. penult. verſic. quintò & ultimò.*

Deinde hoc procedit non tantùm in reb. corporalibus, ſed etiam locum habet in rebus incorporalibus ſive juribus. Namque etiam quoad illa is, qui de antiquiori poſſeſſione fidem facit, in interdicto, *Vti poſſidetis*, obtinet, *Abb. c. licet. & ibi Felin. n. 9. & Auguſt. Bero. n. 51. ex. de probat. Licet in hoc contrarium, ſed malè teneat Io. And. in d. c. licet.*

Similiter hoc procedit, etiamſi is qui de antiquiori poſſeſſione docuit, pro ſe habeat teſtes pauciores, ſufficientes tamen ad plenam probationem faciendam, is verò cujus poſſeſſio junior eſt, plures teſtes de poſſeſſione juniori deponentes produxerit. Namq; nihilominus is, cujus poſſeſſio antiquior eſt, in cauſa obtinere debet, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Auguſtin. Bero. d. c. licet cauſam. num. 54. ubi ipſe atteſtatur, eandem opinionem amplecti. ibidem*

Inno.

Innoc. & Abbat. Et idem eſt de mente Baldi in d. l. ordinarij. num. 10. C. de rei vendic.

Idem quoque juris eſt, ſi teſtes illius, qui de juniore poſſeſſione probavit, teſtes alterius dignitate, legalitate, vel honeſtate vitæ excellant. Namq; nihilominus pro illo qui de antiquiori poſſeſſione probavit, ſententia ferri debet, cum utroq; caſu idem jus militet.

Eodem modo procedit, etiamſi is, cu-
10 jus † poſſeſſio junior eſt, ſive de minori poſſeſſioni fidem facit, titulum produxiſſet vel probaſſet, in interdicto enim, *Uti poſſidetis*, probatio tituli nihil relevat vel patrocinatur, quando de alterius antiquiori poſſeſſione conſtat, *Bald. l. data opera num. 68. & 59. C. de his qui accuſar. poß. vel non Bal. l. ordinarij. num. 10. C. de rei vendicat. Bald. in diſputat. incipiente accuſatus de vi turbativa. Dec. cap. licet cauſam. num. 9. verſ. tertio in interdicto. & ibi Auguſt. Bero. num. 51. & num. 54. verſ. amplia hanc concluſionem. extr. de probat. & eſt de mente Bart. l. ſi duo. in princ. ff. uti. poſſidetis. Bart. l. 1. C. eo. tit. Idem tenet Hieronym. de Monte in tractat. de finib. cap 67. num. 9. Hermanotius repet. l. naturaliter. §. nihil commune. num. 46. ff. de acquir. poſſeß. Matth. de Afflict. deciſio. 363. num. 3.*

Et licet in hoc contrarium teneat, concludens poſſeſſionem juniorem ſive recentiorem conjunctam cum titulo poſſeſſioni antiquiori ſine titulo præferendam, *Alex. conſil. 76. num. 3 lib. 2. Curt. ſenior. conſil. 24. col. 2. numer. 4. & 5. Rub. repet. l. naturaliter. §. nihil commune. num. 177. ff. de acquir. poſſeß. Attamen illa opinio Alex. & Curtij, quoad interdictum Uti poſſidetis, & falſa & communiter reprobata eſt.*

Huc tamen caſu, quo is, cujus poſſeſſio junior ſive recentior eſt, de titulo fidem facit, Dd. tradunt, requiri ut allegetur vel articuletur, eum qui in recentiore poſſeſſione eſt, iſtam rem de qua controvertitur, clam poſſidere reſpectu antiquioris poſſeſſionis, *Bart. Imol. Paul. Caſtrenſ. Alex. & Dd. l. ſi de eo. §. fin. ff. de acquir. poſſeß. Bartol. Socin. l. rem quæ nobis. num. 16. ff. de acquir. poß. Dec. c. licet cauſam. num. 10. & ibi Auguſtin. Bero. num. 51. & 54. Felin num. 10. verſ. advertentiam circa hanc prioritatem extr. de probatio. Iaſon. conſil. 6. lib. 1. & conſil. 21. lib. 3. Marmarius repetit. l. naturaliter. §. nihil commune. num. 93. ff de acquir. poſſeß. Hermancius Dec. repetit. d. §. nihil commune. num. 46. Nevizan. conſil. 79. num 12. ubi ipſe plures Dd. ad hoc citat & tradit Barb. conſil. 25. col. 1. lib. 4.* tenere, quod non ſufficiat articulare vel allegare poſſeſſionem recentiorem conjunctam cum titulo eſſe clandeſtinam reſpectu poſſeſſionis antiquioris, ſed requiratur atque neceſſe ſit, ut illud etiam probetur,

Attamen Dd. communiter hoc, ut videlicet allegetur vel articuletur, poſſeſſionem recentiorem titulatam eſſe, clandeſtinam reſpectu poſſeſſionis antiquioris tantùm exigunt eo caſu, quando is, qui poſſeſſionem recentiorem habet, de titulo vel dominio ſuo fidem facit. Secus autem eſt, ſi poſſeſſor recentior titulum non probaverit, tunc enim etiam abſq; allegatione, quod poſſeſſio recentior ſit, clandeſtina reſpectu antiquioris poſſeſſionis, poſſeſſor antiquior obtinere debet.

Et idem juris eſt, ſi poſſeſſor antiqoior ſimiliter titulum probet, tunc enim ipſe eodem modo in cauſa obtinere debet, licet non allegavit poſſeſſionem recentiorem reſpectu ſuæ antiquioris clandeſtinam eſſe.

Quinimò etiam eo caſu, quando poſſeſſor recentior titulum habet, ſufficit allegare poſſeſſionem recentiorem reſpectu vetuſtioris clandeſtinam eſſe, nec requiritur, ut illud articuletur vel probetur, prout hoc tradit *Nevizan. conſ. 79. num. 22. verſ. ſecundò reſpondetur, ubi ipſe affirmat, illam opinionem communiter receptam.*

Hoc tamen quod dictum eſt, de antiquiori poſſeſſione tunc demum procedit,
quando † poſſeſſor antiquior revera & 11
concludenter probet de antiquiori poſſeſſione. Secus autem eſt, ſi ipſe illa re ſive ullo jure, de quo controvertitur, fuerit tantùm uſus jure familiaritatis, amicitiæ, conſanguinitatis, merè facultatis vel precario, *Iaſ. conſ. 6. lib. 1.*

Secundò, hoc fallit, quando is qui antiquiorem poſſeſſionē habebat, pacto, facto, culpa & contractu ſuo turbatus eſſet ab eo, qui juniorem poſſeſſionem habet, Ut quia antiquior poſſeſſor conſtituiſſet ſe poſſidere nomine junioris non probans de juniori, tunc obtinet, quoniam in caſu iſto antiquior poſſeſſor præſumitur vitioſa reſpectu poſſeſſionis recentioris, *Auguſtin. Bero. c. licet. num. 55. limit. 1. ext. de probatio.*

Tertiò, hoc ita tamen procedit, quando antiquior poſſeſſor poſſeſsionem retinuit ſaltem civilem, Secus autem eſt, ſi per poſſeſsionem juniorē poſſeſsio antiquior

fuerit interrupta, ita ut junior ſolus tempore litis conteſtatæ poſſeſsionem rei ſive juris controverſi habeat, tunc enim poſſeſſor junior præfertur, & pro eo in poſſeſſorio retinendæ ſententia præferenda eſt, *Auguſtin. Bero. c. licet. num. 55. limit. 3. ext. de probatio. Curt. ſen. conſ. 24. num. 4. Nevizan. conſ. 81. num. 27.*

Quartò, hoc fallit, quando poſſeſſor antiquior habuit ſcientiam de juniori ſive recentiori poſſeſsione adverſarii, illamq́ toleraſſet, *Bal. l. non ignara. C. ad exhib. Alex. in addit. ad Bart. l. ſi duo. in princip. ff. uti poſſidet. Felin. c. licet. numer. 9. verſ. limita tamen prædicta. & ibi Dec. num. 9. verſ. & prædicta concluſio. Auguſtin. Bero. num. 55. verſ. ſecundò limita. ext. de probatio. Nevizan. conſ. 79. num. 33. verſ. nec obſtat. Iaſ. conſ. 6. col. 2. lib. 1. Fulgoſ. conſ. 194. num. 1.*

Hæc tamen limitatio ita declaratur, ut procedat eo tantùm caſu, quando per illam ſcientiam, patientiam & negligentiam antiquior poſſeſſor poſſeſsionem ſuam amiſit. Secus autem eſt, ſi antiquior poſſeſſor poſſeſsionem ſuam ſemper retinuit, prout hoc ita declarat *Curt. ſenior conſ. 24. nu. 4. Card. Pariſ. conſ. 112. num. 66. lib. 1. Auguſtin. Bero. c. licet cauſam. num. 55. & 56. ext. de probatio. Ioan. Nevizan. conſ. 79. num. 34. & conſ. 81. num. 28. Et eſt de mente Felin. d. c. licet cauſam. num. 9. verſ. limita. tamen prædicta.*

Quintò hoc fallit, quando poſſeſsio junior ultra 10. annos continuata fuit, tunc enim ceſſat præſumptio clandeſtinitatis & injuſtitiæ, & junior poſſeſſor in interdicto, *Uti poſſidetis*, potior cenſetur, *Curt. ſen. conſil. 24. num. 4.* Quod tamen ſimiliter ita declaratur, ut non procedat eo caſu, quando non obſtante poſſeſsione juniore antiquior poſſeſſor poſſeſsionem ſuam ſemper continuavit, prout illam doctrinam *Curt. ſenior ibi declarat. Card. Pariſ. conſ. 112. nu. 76. lib. 1.*

Sextò, ſi poſſeſsio antiquior ſit limitata vel reſtricta, poſſeſſor antiquior juniori habenti univerſalem poſſeſsionem rei vel juris non præfertur, niſi quatenus ſe extendit ſua poſſeſsio antiquior, ulterius verò nullo modo, prout hoc liquet ex traditis per *Bart. & Dd. l. 3. in princip. & ibi Iaſ. num. 34. cum 2. ſeqq. ff. de acquir. poſ.*

Alias etiam limitationes ad hanc concluſionem quod antiquior poſſeſſor in interdicto, *Uti poſſidetis*, obtinere debeat, tradit *Iaſ. conſ. 6. lib. 1. & conſ. 21. lib. 3.* Quas limitationes, quia ille ad factum propoſitum parum faciunt, referre, illasq́ diſcutere ſupervacuum duco.

Quando verò non conſtat nec probatū eſt, de antiquiori poſſeſsione in interdicto, *Uti poſſidetis*, is obtinere debet, qui † de 12
titulo fidem facit, *Iacob. de Aret. Cyn. & Iacob. Buttig. Bart. & Dd. l. 1. C. uti poſſid. Bart. l. ſi duo. in princ. C. eo. tit. Bald. l. qui accuſare. in fin. C. de edendo. Bald. l. fin. in fin. C. qui leg. perſ. ſtandi in judi. habeant. Bald. l. ordinarij. nu. 10. C. de rei vendicat. Bald. l. poſt ſententiam. col. 3. C. de ſent. & interlo. omnium judic. Bald. l. data opera. num. 68. & 69. C. de his qui accuſa. poſſ. vel non. Fulgoſ. conſi. 194. num. 3. Rapha. Cuma. conſ. 49. num. 3. & conſ. 158. num. 4. col. fin. Abb. & Dd. c. licet cauſam. & ibi Felin. num. 9. verſ. quarta cauſa victoriæ. Dec. num. 9. verſ. quartò cæteris paribus. Auguſtin. Bero. num. 57. verſ. ſexta concluſio. ext. de probatio. Ang. Aret. §. quadrupli. num. 48. Inſtit. de actio. Petr. de Ancher. conſ. 361. in fin. Alex. l. naturaliter. §. nihil commune. & ibi Socin. num. 9. ff. de acquir. poſſ. Alex. conſ. 76. num. 3. lib. 2. conſ. 81. num. 12. lib. 3. conſ. 88. num. 9. lib. 5. Curt. ſenior conſ. 24. & 76. col. 4. Barb. conſ. 6. num. 33. lib. 2. Dec. conſ. 302. Cardin. Pariſ. conſ. 112. num. 78. lib. 1. Felin. cap. 3. num. 4. ext. de probatio. Marmerius repetit. l. naturaliter. §. nihil commune. num. 93. & ibi Homan. num. 45. Anton. Rub. 176. Iaſ. nu. 35. ff. de acqu. poſſ.*

Et licet Dd. velint hoc, quod de probatione tituli dicitur, ita demum locum habere, quando probationes rei & actoris in omnibus, & per omnia ſunt æquales. Et ſecus eſſe velint, ſi ex una parte ſit probatio efficacior, puta plures vel digniores teſtes concludentes eum qui plures vel digniores teſtes pro ſe habet in interdicto, *Uti poſſidetis*, præferendum illi, qui de titulo fidem facit, *Bald. l. ordinarij. num. 10. C. de rei vendicat.* Cum tamen illa poſſeſsio, quæ cum titulo conjuncta eſt, ſive titulo adjuvatur, juſtior ſit & reputatur, & in interdicto, *Uti poſſidetis*, is obtinere debeat, qui de poſſeſsione juſtiori probat. Ego ſtatuo eum, qui de poſſeſsione ſimul ac titulo per teſtes pauciores plenam tum fidem facientes probat, præferendum eſſe illi, qui de poſſeſsione nuda abſque titulo per teſtes plures atque digniores fidem facit, prout hoc expreſsè & in ſpecie decidit *Curt. ſen. conſ. 24. num. 5. Anton. Rube. repetit. l. naturaliter. §. nihil commune. num. 178. ff. de acqu. poſſ.* Idem ante ipſos tenet *Bald. l. 3. §. ejuſdem. in lectu. antiqua. ff. de teſtib. ubi ipſe for-*

maliter

naliter inquit: Si quatuor teſtes probant poſſeßionem meam ſimplicem duo ſuam titulatam, prævalent ſui in interdicto, Vti poßidetis, quia magis deponunt ſecundum naturam interdicti, in quo quantò magis poſſeßio eſt juſtificata à titulo, vel cauſata à Domino, tantò magis prævalet.

Si verò uterque tàm reus quàm actor de titulo ſuo fidem fecerit, is præferri debet, cujus titulus eſt antiquior ſive vetuſtior, cum titulus antiquior, juſtior eſſe cenſeatur, & propter titulum antiquiorem præſumatur etiam antiquior poſſeſſio, *Bald. in ſua Diſputatione incipiente accuſatus de vi turbativa. Alex. in addit. ad Bart. l. 3. ſi duo. in princi ff. uti poßidetis. Felin. c. licet cauſam. num. 9. verſic. quarta cauſa victoriæ. & ibi Auguſtin Bero. numer. 55. & numer. 57. verſ. ſeptima concluſio. ext. de probatio. Aret. l. naturaliter. §. nihil commune. & ibi Socin. numer. 9. & Hormannot. num. 45. & Marmetinus in repetit. num. 93 ff. de acquir. poſeßio. Socin. conſil. 98. num. 16. lib. 4. Curt. ſen. conſil. 7. col. 4. verſ. advertat dignitas. conſil. 23. numer. 4. verſ. tertio. & conſil. 76. col. penult. Bald. c. cæterum. num. 4. ext. de reſcript. Bald. d. c. licet. num. 30. Bald. l. poſt ſententiam. num. 4 C. de ſentent. & interlocut. omn jud. Bald l. ſive autem §. ſi duobus & ibi Ang. num. 2. ff. de publ. in rem act. Bald. c. 1. §. ſi facta. ſi de feud. def. content. Guilh. de Cugneo. Iacob. de Aret. & Cyn. l. quoties. & ibi Iaſon. num. 27. C. de rei vendicatione. Alexand. l. 1. num. 2. C. de edict. D. Adria. toll. Nevizanus conſil. 79. nu. 30. ubi ipſe atteſtatur, eandem opinionem amplecti Galcan. & Barbat. Idem tenet Tiraq. in tract. le mort. part. 6. declarat. 5, num. 12.*

Similiter data paritate ſive æqualitate poſſeſsionis in interdicto, *Vti poßidetis*, pro
13 illa ſententia proferenda eſt, qui de † dominio ſuo fidem facit, *Bart. l. ſi de eo. §. fin. & ibi Ioan. de Imol. Paul. Caſtrenſ. Alex. Iaſon. & Dd ff. de acquir. poß. Bart. l. naturaliter. §. nihil commune. num. 1. & num. 3. & ibi Socin. num. 9. & Iaſon. num. 37. Bolog. num. 17. Marmetinus num. 98. Hormannottus num. 45. Ant. Rub. nu. 176. & 177. Berengarius Fernandus c. 2. num. 69 ff. de acquir. poß. Cyn. & Dd. l. 1. C. Vti poßidetis. Bald. l. ordinarij. nu. 10. C. de rei vendicat. Bald. l. momentanee circa finem. C. qui leg. perſ. ſtan. in jud. habeant. Rapha. Cuma. conſ. 158. num. 4 col. fin. Curt. ſenior conſil. 24. & conſil. 56. Practic. Papin: in forma libelli pro turbata. poſſeß. Ang. §. quadrupli. Inſt. de actio. Angel. §. retinendæ. Inſtit. de interdict. Cardin. Patiſ. conſ. 112. num 79. lib 1. ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionem communiter receptam.*

Ejusq; deciſionis hæc alligatur ratio. Namq; tantò juſtior præſumitur eſſe poſſeſſio, quantò magis a proprietate cauſata, *Bald. l. data opera. num. 69. C. de his qui accuſat. poß. vel non. Iaſ. l. naturaliter. §. nihil commune num. 39. & ibi Anton. Rub. num. 178. ff. de acq. poſſeß. Curt. ſenior. conſil. 24. & 76.*

In interdicto quoque, *Vti poßidetis*, cæteris paribus is obtinet, cui jus † commu- 14
ne favet, ſive qui juris communis adminiculum pro ſe habet, *Bald. c. ſi diligenti. col. fin argum. illius text. ext. de præſcript. Bald. c. licet cauſam. col. 8. ext. de probat. Petr. de Ancher. conſ. 305. incip. tres magnifici. col. 4. Fel. c. licet cauſam. num. 9. Curt. ſenior conſil. 24. num. 2. Iaſon. l. naturaliter. §. nihil commune. num. 40. ff. de acquir. poß. Et idem eſt de mente Felin. c. licet cauſam. num. 8. verſ ſecunda eſt qualitas. ext. de probationib. dum ibi in poſſeſſorio retinendæ concludunt illorum teſtium depoſitionem, quæ juri communi convenit & veriſimilem eſſe, & aliorum teſtium dictis præferri, & idem expreßè tenet Car. Pat. conſ. 112. n. 80. lib. 1.*

Eodem quoque jure utimur & in illo, cujus intentio magis conſonat † rationi, 15
namque is ſimiliter in interdicto, *Vti poßidetis*, cæteris paribus obtinere debet, *Bald. l. qui accuſare. in fine. C. de edendo. Felin. d. c. cauſam. num. 9. verſ. quinta cauſa victoriæ eſt. ext. de probatio. Iaſ. l. naturaliter. §. nihil commune. num. 38. ff. de acq. poß.*

Et in univerſum in poſſeſſorio retinendæ is obtinet, qui † juſtiorem poſſeſſionem 16
habet, ſive ſe habere probat, *Bart l naturaliter. §. nihil commune. num. 1. & ibi Doctores & Iaſon. num. 37. cum duob. ſequentib. ff. de acquir. poſſeß. Cyn. l. unica. q. pen. C. Vti poßidetis Bald. l. momentanee. in fin C. qui leg. perſ. ſtan. in jud. hab. Bald. l. data opera. num. 68. & 69. C. de his qui accuſar. poß. vel non. Dd. cap. licet. & ibi Felin. numer. 9. verſic. quarta cauſa victoriæ. & Auguſtin. Bero. num. 57. verſ. ſexta concluſio. ext. de probationib. & idem tenent omnes Doctores communiter citati ſuperius ad illas concluſiones, quod in interdicto retinendæ obtineat is, qui probat vel de poſſeßione antiquiori vel de titulo.*

Namque cum illi Dd. harum deciſionum has rationes aſſignant, quod poſſeſſio antiquior item & titulata ſit, & præſumatur eſſe juſtior. Certum eſt, illos Doctores velle in univerſum eum, qui juſtiorem poſſeſſionem habet in interdicto,

Vti poſſidetis, obtinere. Ratio enim deciſionis ſive diſpoſitionis cujuslibet eſt, anima, mens, ſpiritus, & medulla iſtius deciſionis ſive diſpoſitionis, nihilq; à diſpoſitione ſive deciſione ipſa differt, uſque adeò ut deciſio ſive diſpoſitio quælibet extendatur, ut omnes illos caſus, in quibus eadem ratio militat, etiamſi verba diſpoſitionis ſive deciſionis deficiant, vel ille caſus ſub verbis includi nequeat per jura vulgaria.

Idem quoque eſt de mente *Card. Pariſ. conſ. 112. num. 78.* ubi ipſe inquit, quod in poſſeſſorio retinendæ is obtinere debeat, qui meliora jura habent.

Cæterùm ſi neque de antiquiori neque de juſtiori poſſeſſione fides fiat in poſſeſſorio retinendæ ſive uti poſſidetis, tunc obti-
17 nere debet is, cujus † teſtes magis veriſimilia deponunt, *c. licet cauſam. & ibi Abb. Bald. & Dd. & Felin. num. 8. Dec. num. 9. Auguſt. Bero. num. 57. ext. de probatio. Matth. de Afflict. deciſio. 363. num. 6. Nevizan. conſil. 80. num. 15.*

18 Namque clari † juris eſt, quod regulariter teſtes deponentes veriſimilia reliquis præferenda ſint, *c. præterea. ext. de teſtib. l. 3. §. 1. verſ veriſimilia reſponderunt. l. ob carmen. §. fin. ff. eo tit. c. ſi teſtes 4. q. 3. gl. c. in noſtra. & ibi Dd. ext. de teſtib. Innocen. c. auditis. verb. exceptionem. & ibi Panorm. & Dd. ext. de præſcript. cum multis ſimilibus allegatis per Tiraquel. repet. l. ſi nunquam in præfatione. num. 42. C. de revocand. donatio. Et ultra illos idem tenet Nevizan. conſ. 61. num. 22. conſ. 52. num. 45. & conſ. 68. num. 39.*

Et licet *Innoc. & Dd. d. c. auditis.* vide-
19 antur velle, † quod veriſimilitudo in teſtibus attendatur tantùm data paritate teſtium hinc & inde, & ſi numerus teſtium præponderet, potiùs credendum ſit teſtibus pluribus, quam paucis veriſimilia deponentibus. Attamen nihil magis placet illorum Doctorum ſententia, qui concludunt, teſtibus deponentibus veriſimilia, licet numero pauciores ſint, plus fidei adhibendum eſſe quàm teſtibus contrarium deponentibus, licet ipſi ſint vel numero plures. Et confirmatur ex eo, quia plus creditur duobus teſtibus deponentibus de metu quàm mille de ſpontanea voluntate, & hòc propter veriſimilitudinem, *Abb. c. cum oporteat. ext. de cauſa. Alexand. conſ. 27. num. 7. lib. 2. Dec. c. licet cauſam. num. 9. verſ. & notandum eſt. & ibi Carol. Molin. in addit. ext. de probatio. Corn. conſ. 219. lib. 1. & conſ. 123. lib. 4. Tiraquel. repetit. l. ſi unquam in præfatio. num. 43. C. de revocand. donat.* vel legalitate, honeſtate vitæ, aut dignitate præſtantiores, *Panormit. c. cum oporteat. col. fin. ext. de accuſa. Iaſon. conſ. 126. in fin. lib. 4. Tiraquel. repet. d. l. ſi unquàm in præfatio. nu. 43. Curt. ſenior conſ. 24. num. 5. Card. Pariſ. conſ. 112. num. 80. & 81. lib. 1.*

Et hoc potiſſimùm & abſque omni dubio procedit, quando illa veriſimilitudo, quæ dicto ſive depoſitioni teſtium adminiculatur, tanta eſſet, ut illa & pluralitati & qualitati, honeſtati nempè & dignitati præponderaret, *Auguſtin. Bero. d. c. licet cauſam. num. 57.*

Et idem quoque juris eſt, ſi in interdicto, *Vti poſſidetis*, probatio fiat † per Inſtru- 20
menta, Namque nihilo minus illi Inſtrumento potiùs ſtanda eſt, quod veriſimilia continet, *Bald. l. in exercendis. col. 3. C. de fide inſtrument. Tiraquel. repetit. d. l. ſi unquam. in præfatio. num. 42.*

Deinde in interdicto, *Vti poſſidetis*, is præfertur, cujus teſtes ſunt majoris † dignitatis & præeminentiæ, *Dec. c. licet cauſam. num. 9. & ibi Auguſt. Bero. num. 56. in fin. & num. 57. ext. de probatio.*

Namque regulariter illi teſtes, qui ſunt majoris † dignitatis & præeminentiæ, cæ- 21
teris teſtibus præferuntur, *l. 3. in princip. & l. ob carmen. §. fin. ff. de teſtib. c. in noſtra. ext. de teſtib. Nevizan. conſ. 47. num. 15. & 25.* Etiamſi teſtes adverſarii ſint numero plures, *gl. c. Monachus. verb. quorum. diſt. 77. Hoſtienſ. & Abb. c. de noſtra. ext. de teſtib. Bald. l. teſtium. col. 1. verſ. ſecundò dico. C. de teſtib. Dec. c. licet cauſam. num. 9. & ibi Auguſtin. Bero. num. 56. & 57. ext. de probatio.*

Quod abſque omni dubio procedit eo caſu, quando dignitas ſive præeminentia teſtium pauciorum tanta eſt, ut pluralitate ſive numero præponderet, *Ang. Bero. d. c. licet cauſam. num. 57.*

Præterea cæteris omnibus paribus exiſtentibus in interdicto, *Vti poſſidetis*, ſive retinendæ poſſeſſionis, præfertur is, qui per
plures teſtes † intentionem ſuam probavit, 22
c. licet cauſam. & ibi Abb. Bald. Fel. Dec. Auguſt. Bero. & Dd. ex. de probat. Dec. Bar. l. ſi duo. in pr. ff. Vti poſſidetis Cyn. & Dd. l. 1. C. eo. tit. Bal. & Dd. l. incerti. C. de interdictis. Bald. in ſua Diſputatione incip. accuſatus de vi turbativa. Angel. §. quadrupli. num. 48. Inſtit. de act. Socin. conſ. 15. lib. 4. & conſ. 59. num. 11. lib. 4. Pract. Papin. in forma lib. pro vi turbativa. Matth. de Afflict.

ſlict. deciſio 363. num. 2. Card. Pariſ. conſ. in. num. 50. lib. 1.

Et idem quoque juris eſſe ſtatuo in eo, qui non teſtes ſed alias probationes plures pro ſe habet, *argum. l. in exercendis. C. de fide inſtrum. cum ſimilibus vulgatib.*

Omnibus verò paribus exiſtentibus in interdicto, *Vti poſſidetis*, ſententiam pro reo præferendam eſſe, aliqui concludunt, *Auguſtin. Bero. c. licet cauſam. nu. 59. in fin. ext. de probationibus.*

23 Ulterius annotandum eſt, † quod juriſdictio cohereat territorio, *l. 2. ff. de off. Proconſ. l. fin. & ibi Bart. Bald. Ang. & Dd. C. ubi & apud quem cognitio in integrum reſtitut. agitetur. c. ut animarum. de conſtit. lib. 6. Bart. & Dd. l. 1. ff. de juriſdict. omnium judicum. Boër. deciſio. 227. num. 5. Socin. conſil. 74. num. 2. lib. 1.* Et inſit territorio materialiter & paſſivè, *Bald. l. 1. §. in initio. ff. de off. præfat. urb. Iaſon. l. 1. num. 15. ff. de juriſdict. omnium judic. Ioan. Maria. Rymmal. conſil. 64. numer. 6. Hieronym. de Monte in tractat. de finibus cap. 11. num. 18.* Quodq; juriſdictio inſit territorio tanquam in re inanimata, ſicut ſervitus in feudo ſerviente vel dominante, *Bald. cap. 1. col. 2. de allod. Boër deciſio. 227. num 7. Hieronym. de Monte in tract. de finibus cap. 11. num. 18. & 19.* Imò juriſdictio eſt adeò annexa plantata & radicata territorio, ut ab eo avelli nequeat, *Boër. deciſio 227. numer. 9. Hieronymus de Monte in tractat. de finibus c. 77. num. 1.*

24 Præterea clari juris eſt, † & à Doctoribus communiter traditum, quod conceſſio caſtro intelligatur etiam conceſſum territorium illius caſtri, *Bald. Alvarott. Prepoſ. §. in princip. de Capitan. qui curiam vendidit. Bald. l. 1. §. in initio. num. 2. ff. de offic. præfec. urb. Bart. l. 1. §. cum urbem. num. 9. ff. eo tit. Bald. l. 2. num. 12. C. de pedane. judicib. Bald. §. cum multa. num. 4. C. de bon. quæ liber. Alex. conſ. 35. lib. 4. Matth. de Afflict. c. 1. num 16. quid ſit Inveſtit. Bart. l. ſi quando. num. 6. C. de jure fiſci lib. 10. Iacob. de S. Georg. in tract. feudal. verb. dictiq; vaſalli promiſerunt non recognoſcere. num. 2. uſq; ad num. 6. Natta conſ. 435.* Illaq; ſententia & verior & communior eſt, licet quoad contrarium, ſed malè teneat *Old. conſ. 121. Felin. c. Rudolphus. verb. territorium. ext. de Reſ.* Et hoc caſu aliqui diſtinctionem faciant, utrum nomen proprium caſtri expreſſum ſit, an verò non, *Alexand. l. 3. in princip. col. final. ff. de acquir. poſſeſ.*

Similiter clari juris eſt, quod † conceſ- 25
ſo caſtro intelligatur conceſſa juriſdictio; item merum & mixtum Imperium caſtro cohærens, *Bart. l. 1. num. 16. & ibi Alexand. num. 33. Iaſon. num. 15. Dec. num. 43. Sebaſt. Sapia. num. 67. ff. de juriſdict. omnium judic. Bald. l. inter eos. ff. de acquir. rer. donat. Bart. l. ſi quando. num. 6. C. de jure fiſci lib. 10. Bald. l. fin. col. 2. & ibi Iaſon. num. 9. ff. de Conſtit. Princip. Bald. l. cum multa. num. 4. C. de bonis quæ lib. Bald. Alvarott. Præpoſ. & Matth. de Afflict. c. 1. in princip. de Cap. qui curiam vendidit. Bald. l. 1. §. in initio. ff. de offic. præfect. urb. Bart. l. 1. §. cum urbem. nu. 5. & num. 9. ff. eo. tit. Bald. conſil. 245. lib. 3. Petrus de Anchor. cap. acceſſorium. num. 18. de regul. jur. lib. 6. Petrus de Anchor. conſil. 142. Alvar. cap. 1. §. fin. numer. 4. quibus modis feud. amitt. Paulus Caſtrenſ. conſil. 187. & conſil. 406. lib. 2. Iacob. de S. Georg. in tractat. feudal. verb. de caſtro Rubeo numer. 4. Cardinal. Pariſienſ. conſil. 9. & conſil. 16. lib. 1. Socin. conſil. 74. lib 1. Nevizanus conſil. 7. numer. 1. 2. & 3. Boër. deciſio 50. num. 11. & deciſio. 227. numer. 8. Bertrand. conſil. 237. num. 4. & 5. & conſil. 330. numer. 3. lib. 4. Anton. Natta conſil. 405. num. 1. & conſil. 435. numer. 5. Iaſon. conſil. 45. num. 5. verſic. quarto. & conſil. 102. lib. 1. Caſparus Valaſcus repet. l. imperium. num. 41. uſq; ad num. 56. ff. de juriſdict. omnium. judic. Covarr. practica. qq. c. 1. concluſ. 9. & 10. Molin. in conſuetudin. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſ. 5. num. 47. & 48. Ant. Corſet. in tract. de poteſtate regia. q. 5. Fabianus de Monte in tract. de empt. & vend. q. 6. num. 11. Roman. conſ. 444. Imol. & Alex. l. 3. in princip ff de acquir. poſſ. Iaſ. l. quominus. num 123. ff. de fluminib.*

Et præallegati Dd. concludunt, quod conceſſo caſtro, intelligatur conceſſa non tantùm ſimplex juriſdictio, ſed etiam merum & mixtum Imperium, prout hoc inter cæteros expreſsè tenet *Hoſtienſ. in ſumma. tit. de jure patronat. §. qualiter transferatur. Speculat. in titul. de juriſdict. omnium judicum. §. 1. num 15. & ibi Ioan. Andr. in addit. Bald. c. 1. in princip. num. 5. & ibi Alvar. num. 4. & Præpoſ. num. 5. de Capit. qui Curiam vendidit. Bald. & Alberi. l. final. & ibi Iaſon. num. 9. ff. de Conſtitut. Princip. Petrus de Anchor. c. acceſſorium. num. 18. de reg. jur. lib. 6. Angel. l. 1. §. qui mandatum. num. 3. ff. de offic. ejus cui mandata eſt juriſdictio. Iaſon. conſil. 45. col. penult. verſ. quarto & fortius. lib. 1. Paul. Caſtr. conſ. 187. num. 1. lib. 2. Anton. Natta conſ 45. n. 12. Iacob. de S. Georg. in tract. feudal. verb. dictiq;*

vaſalli

vaſalli promiſerunt recognoſcere. Alciat. c. quod ſedem. num. 89. ext. de offic. ordinar. Bertrand. de juriſdict. omnium jud. Carol. Molin. in conſuetud. Pariſienſ. tit. 1. §. 1. gl. 5. num. 48. Covarr. practicarum qq. c. 1. num. 10. Boër. deciſ. 30. num. 11. Cardin. Pariſ. conſ. 9. nu. 16. uſq; ad num. 20. lib. 1. Caſ. Valaſius repet. l. imperium. num. 41. uſq; ad num. 49. in quibus locis Card. Pariſ & Valaſi. atteſtantur, hanc opinionem communiter receptam.

Et idem eſt de mente *Baldi l. cum multa. num. 4. C. de bonis. quæ lib.* Dum videlicet ibi concludit, conceſſo alicui caſtro ab Imperatore, illud intelligi cum pleniſsima juriſdictione.

Eandem opinionem amplectitur etiam *Bald. c. 1. col. 2. quid ſit Inveſtitura.* ubi ipſe dicit, quod concedens caſtrum intelligatur etiam omnimodam juriſdictionem conceſsiſſe, cujus deciſionem refert atque ſequitur *Corn. conſ. 189. circa princip. lib. 4.*

Huic opinioni etiam ſubſcribit *Bart. l. 1. §. cum urbem. n. 5. ff. de off. præfat. urb.* Namque Bart. ibi tradit, quod conceſſo caſtro intelligatur conceſſa omnis juriſdictio. Et clari juris eſt, quod conceſſa omni juriſdictione in accipiente tranſeat etiã merũ & mixtum Imperium, *Ioan. And. in addit. ad Speculat. tit. de juriſdict. omn. jud. ubi ipſo atteſtatur, eandem opinionem amplecti Dyn. & Oldrad. & item tenet Abb. c. quod ſedem. & ibi Felin. nu. 4. ext. de offic. ordinar. Roman. l. ſi duo. ff. de acquir. hæred. Dec. c. licet. num. 15. ext. de probatio. Dec. l. Imperium. num. 26. Et ibi Ioan. Bapt. n. 6. ff. de juriſdict. omn. jud. ubi Decius atteſtatur, hanc opinionem communiter receptam.*

Et hoc habet locum ſive caſtrum alicui
26 concedatur, † ſimpliciter ſive alicui concedatur caſtrum cum territorio. Namque utroque caſu in accipientem & juriſdictio & merum & mixtum Imperium transfertur, prout hoc tradunt Dd. communiter in locis præallegatis.

Similiter hoc procedit, ſive caſtrum alicui concedatur ſimpliciter ſive cum pertinentiis, prout hoc, quod conceſſo caſtro ſimpliciter etiam nulla facta mentione pertinentiarum, juriſdictio, item merum & mixtum Imperium tranſeat expreſſè, tradunt Doctores ſuperiùs allegati communiter.

Et quod conceſſo caſtro cum pertinentiis juriſdictio in accipientem tranſlata eſſe intelligatur, ultra tradita in locis vulgarib. tenet *Card. Pariſ. conſ. 112. n. 20. lib. 1. Nat. conſ. 405. num. 3. & 4.* Sicut etiam omni penitùs caſu conceſſo caſtro juriſdictio, item merum & mixtum Imperium conceſſum intelligitur, quando ſunt adjecta verba integro ſtatu vel cum omni jure, *Iacob. de S. Georg. in tract. feudal. verb. dictiq; vaſalli promiſerunt recognoſcere. num. 5. in fine. Bald. c. 1. in princip. de Cap. qui Curiam vendidit. Iaſ. conſ. 102. lib. 1. & conſ. 235. in fin. lib. 2. Albert. Brun. in tract. de augmento. 6. concluſione princip. ampliatione 2. Laurent. Sylvan conſ. 58. n. 8.* Et in dubio, conceſſo caſtro illud intelligitur conceſſum eſſe omnibus ſuis pertinentiis, *Anton. Natta conſ. 405. num. 3. & 4. Carol. Molin. in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 1. gl. 5. num. 47.*

Deinde hoc habet locum ſive conceſſio caſtri fuerit facta ab Imperatore ſive ab inferiore. Vtroque enim caſu juriſdictio, itèm merum & mixtum Imperium conceſſum intelligitur, prout hoc in conceſsione caſtri facta ab Imperatore communiter concludunt Dd. citati ſuperiùs. Et quod conceſſo caſtro ab inferiore, etiam juriſdictio conceſſa cenſeatur, tradit *Bart. l. inter eos. ff. de acquir. rer. donat.* Quod veró in tali conceſſione etiam transferatur merum & mixtum Imperium in accipientem, tenet *Hoſtienſ. in ſumma. tit. de jure Patronatus. verſ. qualiter transferatur. in fin. Specul. in tit. de juriſdictio. omn. jud. §. 1. num. 15. & ibi Ioan. And. in addit. Ber. conſ. 330. num. 3. lib. 4.*

Et hoc uſque adeò verum eſſe volunt Dd. ut procedat, etiam in conceſſione caſtri facta titulo venditionis vel alio titulo oneroſo. Namq; & hoc caſu juriſdictionem, item merum & mixtum Imperium conceſſum intelligi, *Bal. l. ſi plures. col. 2. C. de condit. inſert. Prapoſ. c. 1. in princ. n. 5. de Cap. qui Curt. vendid. Bertrand. conſ. 330. num. 30. lib. 4.*

Et licet & LL. cautum, & à Dd. communiter traditum ſit, conceſſo caſtro, non intelligi conceſſam illam juriſdictionem, quæ non caſtro neque territorio, ſed perſonæ cohæret, *Bart. l. inter eos. ff. de acquir. rer. donat. Carol. Molin. in conſil. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſ. 5. num. 47. Caſparus Valaſius rep. l. Imperium. nu. 51. ff. de juriſdict. omn. jud. Alexand. l. 3. in princip. ff. de acquir. poſ.*

Namque in dubio juriſdictio territorio ſive caſtro cohærere præſumitur, *Bart. d. l. inter eos. ff. de acquir. rer. donat.* Cui præſumptioni ſtandum eſt, donec probetur contrarium per jura vulgaria.

Quod locum habet, etiamſi unus

idemq;

perator ſive Princeps habuerit ſimul & caſtrum, & in iſto caſtro juriſdictionem exercuit. Namque illam juriſdictionem exercuiſſe præſumitur tanquam ad illud caſtrum ſive territorium caſtro pertinentem, *Covarr. practicarum qq. c. 1. num. 10.*

Cum itaque in caſu præſenti Imperatores Romani Marchioni conceſſerint tria caſtra nempe caſtrum K. S. & T, cum territoriis, dubio omni caret, per illam conceſſionem in Marchionem tranſlatam non tantùm juriſdictionem ſimplicem, verùm etiam merum & mixtum Imperium, & ſic gladii poteſtas.

Præterea clari juris, & à Dd. commu-
27 niter traditum, quod † conceſſa juriſdictione ſimpliciter intelligatur etiam conceſſum merum & mixtum Imperium, *Oldr conſ. 252. Io. Andr. in addit. ad Spec. tit. de juriſdict. omn. jud. Bald. l. fin. col. 2. ff. de conſ. princip. Alex. conſ 35. lib. 4. Alex. l. 1. num. 66. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdict. Alex. l 1. col. penul. ff. de juriſdict. omn. jud. Alex. l. divortio. §. ſi ver. ff. ſoluto matrim. Abb. c. quod ſedem. & ibi Felin. num. 4. & Alciat. num. 38. & 39. ext. de offic. ordinar. Ubi Alciatus teſtatur, illam opinionem communiter receptam. Et idem tenet Decius l. Imperium num. 26. & ibi Ioan. Baptiſt. num. 6. Caſpar. Valaſ. num. 35. uſq. ad num. 41. Sebaſt. Sapia. num. 13. uſq. ad num. 27. ff. de juriſdict. omn. jud. In quo loco ſimiliter & Dec. & Sebaſt. Sapia. atteſtantur, hanc opinionem communiter receptam.*

Eandem etiam opinionem amplectitur *Dec. c. licet cauſam. col. 1. & ibi Felin. nu. 1. ext. de probationib. Bald. l. fin. col 2 ff. de Conſtitut. Princip. Card. Pariſ. conſ. 9. num. 10. uſq. ad num. 16. lib. 1. ubi ipſe affirmat, idem tenere Ioan. Andr. & Oldrad.*

Idem etiam expreſsè tenet *Covarr. Practicar. qq. c. 1. circa finem.* Ubi ipſe ſimilem atteſtatur, illam opinionem communiter receptam.

Et hæc ſententia Dd. abſque omni du-
28 bio ſequenda & tenenda eſt, † licet in hoc contrarium teneant volentes, quod in conceſſione ſimplici juriſdictionis non comprehendatur merum & mixtum Imperium, *Iaſon. l. Imperium. num. 11. cum duobus ſeqq. ff. de juriſdict. omn. jud. Salic. l. placet. col. 11. C. de pedaneis judicibus. Bald. c. quanto. col. penult. ext. de judic. Carol. Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 1. gl. 5. num. 48.*

Eamq; contrariam opinionem, ſed malè & perperam communem audent aſſerere, *Curt. junior l. 1. num. 53. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdict. l. Imperium. num. 42. ff. de juriſdict. omnium judic.*

Cum itaque in caſu præſenti Marchionibus prædicta tria caſtra ſint conceſſa cum juriſdictione, ſequitur quod ſecundum præfatam concluſionem per iſtam conceſſionem in Marchionib. non tantùm ſimplex juriſdictio, ſed etiam merum & mixtum Imperium tranſlatum ſit.

Abſque omni verò dubio ſub conceſ-
ſione † juriſdictionis etiam merum & mix- 29
tum Imperium includitur, quando illa conceſſio non fit ſimpliciter, ſed cum adjuncta.

Ideoque conceſſa juriſdictiune alta, quæ vulgò dicitur Die hohen Gerichte/ non tantùm juriſdictio ſimplex, ſed etiam merum & mixtum Imperium conceſſum intelligitur, *Ioan. Longevallius rep. l. Imperium. num. 92. ff. de juriſdict. omn. jud.*

Similiter, & conceſſa omnimoda juriſdictione in accipientem etiam merum & mixtum Imperium abſque omni dubio & nullo penitùs diſcrepante transfertur, *gl. Cler. 1. verb. omnimodum. & ibi Paul. Leazaro. Card. Ioan. de Imol. & Panormit. de foro compete. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de juriſdict. omn jud. Rom. l. ſi duo. ff de acquir. hered. Felin. c. quod ſedes. col. penult. & fin. & c. grave. col. fin. ext. de offic. ordinar. Anton. de Butr c. ſuper quæſtionum. in princip. col. 3. ext. de offic. delegat. Iaſon. l. Imperium. num. 12. ff. de juriſdict. omn. jud. Card. Pariſ conſ. 9. num. 3. uſq. ad num. 7. lib. 1. Carol. Molin. in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſ. 5. num. 48.*

Eodem jure utimur, ſi alicui fuerit conceſſa juriſdictio plena vel pleniſſima: tunc enim ſimpliciter & abſque dubio ſub tali conceſſione merum & mixtum Imperium comprehenditur, *gl. l. ſi in aliqua & ibi Raph. Fulgoſ. & Bald. ff. de offic. Proconſ. Iaſon. l. Imperium. num. 11 ff de juriſdict. omn. jud Felin. d. c. grave circa finem. ext. de offi. ordinar. Card. Pariſ. conſ. 9. num. 7. lib. 1. Carol. Molin. in conſuetud. Pariſienſ. tit. 1. §. 1. gl. 5. nu. 48.*

Sed in caſu præſenti, cum prædicta tria caſtra ſunt Marchionibus conceſſa, non ſimpliciter cum juriſdictione, ſed adjectis illis verbis, Land und hohe Gerichte.

Igitur ſequitur, quod abſque omni dubio ſub illa conceſſione comprehendatur merum & mixtum Imperium.

In figuratione † quoque caſus narra- 30
tur, illa caſtra eſſe conceſſa Marchionibus

mit

mit allen Ehren vnd Wirden / ſub quibus verbis abſque omni dubio merum & mixtum Imperium includitur.

Namque teſte *Decio in c. licet. nu. 1. ext. de probatio.* appellatione honoris exercitium jurisdictionis continetur. Et Magiſtratus dicuntur honores, *§. Prætor quoq;. & ibi Sylveſt. Aldob num. 13. Inſtit. de jure nat. gent. & civil. l. 3. ibi jure honoris. ff. quod metus cauſa. Philip. Franc. Deci. & Præpoſ. c. ut debitus. ext. de appellat.* Cui Magiſtratui non tantùm jurisdictio, verùm etiam merum & mixtum Imperium competit.

31 Similiter clari juris eſt, † quod habere merum & mixtum Imperium, dignitas ſit, *Anton de Iſern. c. 1. §. cæteri quis dicatur Dux. Guid. Pap. deciſ. 385. Chaſ. conſ. 64. col. 2. Tiraquel. in tract. de nobilitate c. 7.*

32 Deinde etiam Marchionibus in prædictis tribus caſtris ultra jurisdictionem ſimplicem & altam eſt conceſſum † das Geleid / die Zoll vnd Widtbahn. Quæ cùm ſit, majora aut ſaltem non inferiora mero & mixto Imperio, ex eo ſimiliter colligitur, prædicta tria caſtra in mero & mixto Imperio Marchionibus conceſſa. Tùm, quia conceſſo majori intelligitur conceſſum & minus, per jura vulgaria. Tùm, quia unum adjunctum, ſive in eadem oratione poſitum per aliud declaratur.

Præterea illa caſtra unà cum aliis caſtris Marchionibus ſunt conceſſa, ut Ducatus ſive primò in dignitatem, Comitatus & deinceps in dignitatem Ducatus erecta.

Et clari juris eſt, quod in conceſſione caſtri cum jurisdictione etiam ſimplici abſque omni dubio veniat merum & mixtum Imperium, quando illa caſtra, vel in ipſa conceſſione, vel poſtea in dignitatem Ducatus vel Comitatus eriguntur, *Card. Pariſ. conſ. 9. n. 9. lib. 1.* Et confirmatur ex eo, namque eo ipſo, quod alicui conceditur, Comitatus vel Ducatus in accipientem non tantùm merum & mixtum Imperium, verùm etiam omnia Regalia tranſeunt, *Zaſ. in tract. feud. 5. part. num. 12.*

33 Dubio quoq; omni caret, quod † Burggravius merum & mixtum Imperium & gladii poteſtatem habeat in omnibus locis ad Burggraviatum pertinentibus, *artic. 44. 45. 46. & 47. cum gl.* Weichbild.

Cùm itaq; Noribergenſes fateantur, iſta caſtra ad Burggraviatum ſpectaſſe & ſpectare, etiam ex hoc capite ſequitur, quod merum & mixtum Imperium in prædictis tribus caſtris, eorumq; territoriis ad Marchiones tamquã Burggravios N. pertinent. Ex uſu quoque ſive obſervantia poſtea ſecuta † actus quilibet atque conceſſio quælibet declarationem recipit, & ſecundum illam intelligitur, *l. minimè. l. fine interpretatione. ff. de legib. cap. cum dilectus. ext. de conſuet. l. ſed & Iulianus. §. proinde eſt. ff. ad SC. Maced. l. ſi ſervus plurium. §. fin. ff. de leg. 1. Cravet. conſ. 101. num. 3. Roch. Curt. c. fin. ext. de conſ.* 34

Cùm itaque poſt conceſſionem illorum trium caſtrorum ab Imperatore Romano factam Marchionibus, Marchiones ſemper exercuerint in illis caſtris eorumq; territoriis, non tantùm ſimplicem jurisdictionem, ſed etiam merum & mixtum Imperium.

Sequitur per illam obſervantiam ſive uſum conceſsionem præcedentem ita declarari, ut Marchionibus etiam merum & mixtum Imperium conceſſum eſſe, ſtandum ſit.

Deinde quoque clari juris eſt, † merum 35
& mixtum Imperium præſcribi atque præſcriptione acquiri poſſe, *l. viros. & ibi gl. & Bart. C. de diverſ. offic. lib. 12. l. 2. C. de fund. limitrophis lib. 11. cap. irrefragabili §. 1. & ibi Felin. ext. de offic. ordin. c. cum contingat. & ibi Panorm. ext. de for. compet. c. auditis. ext. de præſcript. c. ſuper quibuſdam. §. plena. ext. de verbor. ſignif. gl. §. nulla. auth. de defenſorib. civitat. gl. c. conqueſtus. & ibi Archidiac. 9. q. 3. Iacob. de Belviſ. Guilh. de Cugneo. Oldr. Alberic. Bal. Paul. Caſtrenſ. Alex. & Dd. l. Imperium. & ibi Iaſ. num. 20. & Caſpar. Valaſc. nu. 125. uſq; ad num. 134. ff. de jurisdict. omn. jud. Felin. c. cum non liceat. ext. de præſcript. Cardinal. Pariſ. conſ 9. num. 22. lib. 1. Boër. deciſio. 227. Fr. Balb. in tract. de præſcript. 2. part. quintæ partis principalis. q. 3. Cavarr. rep. 1. poſſeſſor. parte 2. §. tertiò. de regul. jur. lib. 6.*

Et licet Dd. requirant tempus † Imme- 36
moriale eo caſu, quando quis merum vel mixtum Imperium contra ſupremum Principem, Papam nempe vel Imperatorem præſcribere vult.

Attamen aliqui hoc ita declarant, ut tantùm procedat, quando quis merum & mixtum Imperium præſcriptione acquirere vult contra Papam vel Imperatorem abſentem & ignorantem. Secus autem ſit, ſi ſcientia Imperatoris interveniat, eo enim caſu 10. annos ſufficere, prout hoc tradit *Iaſ. l. Imperium. num. 22. ff. de jurisd. omn. jud.*

Franciſc.

Franciſc. Balb. in tractat. de præſcript. 2. parte. 5. partis principalis, q. 3. num. 4. & 5. Ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionem communiorem eſſe. Quamvis hanc opinionem reprobet *Curt. jun. conſ. 174. num. 38. Caſpar. Valaſ. rep. l. Imperium. num. 135. ff. de jurisd. omn. jud. Covar. rep. d. c. poſſeſſor. parte. 2. §. 3.*

Illud ſanè indubitatum eſt, tempus commone ſive tempus decem annorum ad præſcribendum merum & mixtum Imperium ſufficere, quando agitur de præſcriptione adverſus inferiores dominos & privatos, *Bald. conſil. 439. lib. 3. Bald. l. 1. n. 38. C. de emancip. liber. Bald. in Diſputatio. ſua incipiente. Romanus Apulus. Petr. de Anchor. conſil. 142. num. 12. Alexand. conſil. 16. nu. 27. lib. 5. Franciſc. Aretin. conſil. 15. col. final. Franciſc. Balb. in tractat de præſcript. 2. parte. 5. partis principalis, quæſt. 3. num. 3. Caſpar. Valaſ. repet. l. Imperium. num. 136. limit. 1. ff. de juriſ omnium judicum. Covarruv. repet. c. poſſeſſor parte 2. §. tertio num. 5. Eumq; ſententiam communem eſſe atteſtatur Alex. Franc. Bald. & Covarr. in locis proximè citatis.*

Et hoc uſque adeò verum eſt, ut procedat, etiamſi hoc merum & mixtum Imperium ſecundariò ſive mediatè ad Imperatorem ſive Papam ſpectaret. Namque & hoc caſu communis præſcriptiu ſufficit, *cap. ad audientiam ext. de præſcript Caſpar. Valaſ. repet. l. Imperium. num. 136. limit. 6. ff de juriſdict. omn jud.*

Similiter & in præſcriptione meri & mixti Imperii, etiam contra ſupremum Principem commune tempus ſufficere aliqui concludunt, eo caſu, quando præſcribens eſt de majoribus Magiſtratibus, nempe Dux Marchio vel Comes qui in aliis caſtris antea merum & mixtum Imperium habet, *Caſpar. Valaſ. repet. d. l. Imperium. nu. 129. & num. 136. limit. 2.*

Eodem modo merum & mixtum Imperium etiam contra Imperatorem indiſtinctè præſcribitur ſpacio longi temporis, eo caſu, quando præſcribens titulum habet, *Caſpar. Valaſ. rep. d. l. Imperium. num. 136. limit. 3.*

Etiamſi ille titulus non eſſet ita clarus, ſed aliqualiter dubius, *c. auditis. ext de reſtit. in integr. cap. auditis. & ibi Abb. & Dd. ext. de præſcript. Card. Pariſ. conſ. 9. num. 12. lib. 1. fac. text. c. cum dilectus. & ibi Abb. ext. de conſuetud.*

Imò hoc procedere judico, ſive titulus ſit generalis ſive ſpecialis, item, ſive verus ſive putativus, per jura vulgaria, & per illa, quæ in aliis locis ſæpè dixi.

Cum itaque Illuſtri Marchiones ſint 37
de majoribus Magiſtratibus, & ultra illa tria caſtra habeant merum & mixtum Imperium in multis territoriis & caſtris, nec non etiam habeant titulum juſtum & legitimum, conceſſiones nempe & inveſtituras ipſis a Romanis Imperatoribus factas & mero atque mixto Imperio in prædictis tribus caſtris, eorum territoriis ultra tempus immemoriale uſi fuerint, dubio omni caret, Marchones meri & mixti Imperii in iſtis tribus caſtris, eorumq; territoriis præſcripſiſſe, etiamſi N. probare vel fidem facere poſſent, illud jus antea ad ipſos pertinuiſſe.

Prætereà notandum eſt, quod † do- 38
mus fortilitium vel caſtrum de jure communi nullas habeat pertinentias, niſi illæ pertinentiæ ei ab homine vel conſuetudine attributæ ſint, *Innocent. cap. cum ad ſedem. ext. de reſtitut ſpoliat. Bald. conſil. 245 lib. 3. Paul. Caſtrenſ. conſil. 145. in fin. lib. 1. Socin. conſ. 47. col. 2. poſt medi. lib. 2. Laur. Sylvan. conſ. 58. num. 1.*

Idcoque is, qui allegat † domum vel 39
fortilitium, aliquas pertinentias habere vel habuiſſe, onus probandi incumbit, *Laurent. Sylvan. d. conſil. 58. num. 1.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut procedat, etiamſi alicui conceſſa fuerit, domus vel fortilitium cum omnibus pertinentiis ſive juribus. Namque nihiluminus is, qui aliqua jura ſive aliquas res ad illam domum vel fortilitium pertinere dicit, hoc probare tenetur, *Bart. l. ſi ſic. §. 1. & ibi Alex. Iaſon. & Dd. ff. de leg. 1. Alexand. conſil. 187. col. 2. lib. 2. Dec. conſ. 302. col. 4. in fin. Aym. Cravet. conſ. 195. col 4.*

Quinimò Doctores tradunt per illa
verba poſita, in conceſſione cum † terris, 40
pratis, nemoribus. vineis & omnibus aliis juribus & pertinentiis, non probari, terras, prata, nemora vel vineas, aut aliud quid ad illam domum ſive fortilitium ſpectare, ſed requiri, ut de illu aliter fides fiat, *Alex. conſ. 43. lib. 2. & conſ. 55. dubio. 6. lib 4. Albert. Brun. conſ.*

Cum itaque civitas N. hactenus fidem non fecerit, merum & mixtum Imperium in territoriis prædictorum trium caſtrorum pertinere vel unquam perti-

nuiſſe ad fortilitium ſive domum in civitate N. ſitam, & civitati conceſſam, ſequitur dici vel prætendi non poſſe per conceſſionem illius domus ſive fortilitii, merum & mixtum Imperium in prædictis tribus caſtris ſive fortilitiis in civitatem N. tranſlatam.

41 Unio † adjectio & ſeparatio præſidatus, territorii, juriſdictionis, meri & mixti Imperii, Caſtrorum, Civitatum & Regalium ad imperatorem ſpectat, & Imperatori reſervata eſt, *Bart. l. 1. C. de Metropoli. Bero. lib 1. Paul. Caſtrenſ. l. ex hoc jure. col. 4. ff. de juſtit. & jur. Iaſ. l. ſi eadem. notabil. 1. ff. de offic. aſſeſſo. Albertus Bran. conſ. 54 col. 1. Soc. conſ. 91. num. 4. cum 3. ſequent. lib. 2. & conſ. 225. nu. 12. lib. 3.*

Ex quo infertur, etiamſi probari ſive fides fieri poſſit, ad arcem ſive fortilitium in civitate N. antea pertinuiſſe, & Regalia & merum & mixtum Imperium in territoriis trium prædictorum caſtrorum Imperatori tamen licuiſſe & permiſſum fuiſſe, illa tàm Regalia quam merum & mixtum Imperium ab iſto fortilitio ſeparari & aliò transferre ſive alteri concedere.

42 Ee dubio omni caret, † conceſſionem, tranſlationem & ſeparationem ab Imperatore factam, per quaſi poſſeſſionem ſeparatam illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, plene probari, cum lapſus illius temporis habet vim tituli conceſſionis, item & Privilegii ex certa ſcientia, de plenitudine præteritis conceſſi: atque plenè probet titulum, nec non etiam omnia poſſit, quæ poteſt lex: Item & Princeps per jura vulgaria.

Unde ſequitur, cum Marchiones in territoriis prædictorum trium caſtrorum, mero & mixto Imperio, nec non etiam Regalibus omnibus ultra tempus immemoriale uſi fuerint, etiamſi probari poſſit, illud tàm merum quam mixtum Imperium, nec non etiam regalia aliquando pertinuiſſe ad fortilitium in civitate N. per hoc tamen ſatis ſufficienterq; fidem fieri, illud tàm merum quàm mixtum Imperium, nec non etiam Regalia ab iſto fortilitio eſſe ſeparara,

Er Marchionibus conceſſa, prout etiam hoc probatur ex eo, quod illa caſtra cum territoriis à prædicto fortilitio ſeparata ſunt, quæ ſeparatio etiam ſeparationem actori & mixti Imperii, item & Regalium denotat.

In dubio † quis intelligitur rem aliquam ſive jus aliquod poſſidere ex titulo cum cauſa præcedenti, *l. quædam mulier. ff. de rei vend. l. 1. §. 1. ff. de except. rei vend. l. 2. C. de acquir. poſſeſ. Curtius junior conſil. 41. col. 2. C. 184. col. 2. Cravet. conſil. 276. col. 2. Alciat. in tractat. de præſumpt. Reg. 3. præſumpt. 23. Laurent. Sylvan. conſil. 58. num. 4.* 43

Ex quo ſequitur, præſumi Marchiones, eorumq; Majores iſta tria caſtra unà cum territorio Regalibus & mero ac mixto ab Imperio habere & poſſediſſe ex titulo ſive vigore tituli vel conceſſionis præcedentis, per quem titulum Imperatores Romani Marchionibus Burggraviatum tanquam Comitatum conceſſerunt, illumque poſtea in Ducatum erexerunt.

De præterito non præſumitur † in præſens, vel quando præteritum non plenè nec legitime, ſed tantùm per famam, teſtimonium de auditu vel alias nimis plenas probationes probatum eſt, *Cornel. conſil. 24. col. 2. lib. 4. Alciat. in tractat de præſumpt. regul. 2. præſumpt. 26. num. 5.* 44

Vel quando ſtatus præſens contradicit ſtatui de præterito, *Ripa. l. rem quæ nobis. num. 59. ff. de acquir. poſſeſ.* præſertim ſi præſens ſtatus præſcriptione mutatus ſit, *Aym. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. parte 1. §. Viſo in hoc. num. 5.* Vel niſi præſumptio contraria ſit fortior, *Innocent. cap. inter Monaſterium, & ibi Felin. limit. 15. extr. de ſentent. & re judicat. Alciat in tractat. de præſumption. regul. 2. præſumpt. 21. num. 16.* Vel quando agitur de continuatione alicujus univerſi, *Bartol. l. in confirmando. arg. illius text. ff. de confirmand. tuto. Alexand. conſil. 47. num. 10. lib. 1. & conſil. 102. col. 5. lib. 2.* licet in hoc contrarium teneatur *Alciat. in tractat. de præſumptionibus regul. 2 præſumptio. 27.* Vel quando quis allegaret mutationem factam & ad eam probandam adduceret curſum temporis, in illis nempe caſibus, in quibus ex curſu ſive lapſu temporis titulus præſumitur. *Alciat in tractat. de præſumptio. reg. 2. præſumpt. 6. limitat. 3.* Vel quando contrarium probaretur, *argum. l. non eſt veriſimile. in pr. ff. in met. cauſ.*

Sed in caſu præſenti agitur de continuatione alicujus univerſi, & præſens ſtatus arguit, quod merum & mixtum Imperium

perium in prædictis tribus caſtris non ad fortilitium in civitate N. ſitum, ſed ad Marchiones pertineat, illeq; præſens ſtatus præſcriptione temporis non modò longi vel longiſſimi, ſed immemorialis munitus eſt, & non tantùm præſumptivè vel per lapſum temporis, ſed per conceſſiones & Inveſtituras Imperatorum verè probatur merum & mixtum Imperium in territoriis prædictorum trium caſtrorum non ad illud fortilitium, ſed ad Marciones pertinere.

Igitur ſequitur, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo N. fidem facere poſſe, merum & mixtum Imperium in territoriis illorum trium caſtrorum aliquando pertinuiſſe ad prædictum fortilitium, ex eo tamen neque præſumi neque probari poſſe, illud adhuc ad iſtud fortilitium ſpectare.

45 Licet de præſenti † in præteritum non præſumatur, hoc tamen non habet locum, quando ſtatus præſens diuturnitate temporis adjuvatur, *Franciſc. Aret. conſ. 83. col. 4. Card. Pariſ. in addit. ad Bart. l. ſive poſſidetis. C. de probationibus.*

Cum itaque Illuſtriſſimi Marchiones merum & mixtum Imperium in territoriis prædictorum trium caſtrorum tanquam ad ipſa caſtra ſpectans, & a fortilitio N. ſeparatum, non tantùm ultra decem annos, ſed ultra tempus longiſſimum & immemoriale poſſederint; ſequitur ex eo præſumi, illud merum & mixtum Imperium pertinuiſſe ad prædicta tria caſtra eorumq; dominos, & ſemper fuiſſe ſeparatum a dicto fortilitio.

CONSILIUM VIGESIMUM TERTIUM.

Pro Illuſtriſsimo Principe ac Domino, Domino Marchione G. F. contra Dominos & Nobilitatem Ducatus in J. continens jura & Privilegia iſtius Ducatus J.

SVMMARIA.

1. *Verba Privilegiorum, aliorumq; diſpoſitionum diligenter & præcisè ſervanda & attendenda.* Declaratur n. 77.

2. *Sub diſpoſitione generali non comprehenduntur Duces, & reliqui regalem dignitatem habentes, contrar. verius n. 44. & 78.*

3. *Nec regalia,* Declaratur n. 79.

4. *Rex Ducem ſubjectum habens, ejus judex eſt.* Declaratur n. 80.

5. *Cognitio litis motæ de Privilegio Regis vel Principis, ad concedentem ſpectat.* Declaratur num. 81.

6. *Privilegia quomodo ſecundum communè jus intelligenda.*

6. *Diſpoſitio de ſingulis loquens, ad univerſos non extenditur, & econtrà.*

8. *Appellatione perſonæ non comprehenditur univerſitas. Declaratur num. 45. 86.*

9. *Nec appellatione Si quis. Declaratur num. 46. 86.*

10. Herrenſtand vnd Ritterſtand *maximè differunt. Comprob. n. ſeq.*

11. *Diverſitas nominis parit rei diverſitatem.*

12. *Nobilitatis plures gradus.*

13. *Verbis omiſſum habetur pro omiſſo, & nu. 84. Declaratur n. 36. 85. 92. 93. & nu. 94. ubi declaratur doctrina Bald. & Bertach. his ſub nu. 13. poſita, & nu. 95. ubi rejicitur doctrina Raph. Cumani.*

14. *Rex vel alius Princeps cognitionem cauſarum ad ſe ſpectantium, alijs committere poteſt.*

15. *Et ſemetipſum & cauſas proprias alterius, etiam ſubditi juriſdictioni ſubmittere.*

Digitized by Google

16. *Iudicem juſtitiam denegaturum non præſumitur.*

17. *Reges & Principes etiam ſupremi lapſi ſunt & ſubditos contra juſtitiam gravârunt.*

18. *Probatio neceſſariò concludere debet: Imò quod præſumptivè probationem concludere ſufficiat, traditur n. 97.*

19. *Privilegia ſtrictè intelligenda. Declaratur n. 55. & n. 89. 98.*

20. *Præſertim ad partis poſtulationem conceſſum.*

21. *Quod in dubio præſumitur.*

22. *Diſpoſitio ſimul nomen proprium & nomen dignitatis exprimens, ſi nomen dignitatis præponat, dignitatem tantùm non perſonam reſpicit ſecund. mag. comm.*

Declaratur n. 99.

23. *Et ſecund. quoſdam quævis diſpoſitio mentionem dignitatis faciens, indiſtinctè dignitatem reſpicere cenſetur, nullo habito reſpectu dignitatis nomen an appellativum præpoſitum ſit.*

25. *Actiones quas Rex vel Princeps propter ſubditos inſtituit, ab illis, quas ſubditi proprio nomine inſtituunt, multùm differunt.*

26. *Ad diverſa non fit extenſio.*

27. *Appellatione ſubditorum Regis, an & qualiter veniant ſubditi Ducis vel Comitis, qui à Rege iſto Ducatum vel Comitatum cognoſcit, & n. 68.*

28. *Verba contractuum propriè intelligi debent. Declaratur n. 101.*

29. *In pactis & contractibus diſpoſitum de uno ex correlativis, ad aliud non extenditur, contrarium verius n. 67. & n. 103.*

30. *Vis generalis diſpoſitionis.*

31. *Iudex nemo in cauſſa propria.*

32. *Diſpoſitio non reſtringitur per id, quod exempli gratia in ea expreſſum eſt.*

33. *Caſus, in diſpoſitione aliqua poſitus, quando exempli gratia poſitus intelligatur.*

34. *Diſpoſitio item non reſtringitur per ea, quæ propter majorem frequentiam expreſſa ſunt, quo minus ad non ita frequenter evenire ſolita porrigatur.*

35. *Quod & in pœnalibus & diſpoſitionibus ſtrictis obtinet.*

36. *De ratione legis pulchrâ.*

37. *Ratio tacitè conjecturata, in dubio an & quando præſumatur.*

38. *Cauſſæ intra limites provinciæ definiri debent.*

39. *Verba* Ritterſchafft / Mannſchafft / *ſunt nomina collectiva & univerſitatem nobilium comprehendunt.*

40. *Item verba:* Die von der Ritterſchafft. *Comprobatur ibid. & n. ſeq.*

41. *Relictum Canonicis, Eccleſiæ & univerſitati an adquiratur.*

42. *Diſpoſitio de Nobilibus loquens, etiam Nobiliſſimos comprehendit.*

43. *Et diſpoſitio de Clericis loquens, etiam Canonicos & Epiſcopos comprehendit.*

47. *Diſpoſitio quævis regulariter ex præcedentibus & ſequentibus declarationem recipit.*

48. *Et ex adjuncto.*

49. *De diſpoſitione generali non reſtringenda.*

50. *Indefinita univerſali in legibus & Statutis abſq; dubio æquipollet.*

Vt & in Privilegiis n. 52.

51. *Quando verò idem ſit in diſpoſitione hominis.*

53. *Effectus verbis præferendus.*

54. *In diſpoſitionib. quid pro expreſsè habeatur.*

56. *Privilegium cuivis licet per viam rationis interpretari.*

57. *Quæ verò interpretatio Privilegii non admittatur.*

58. *Veriſimilitudo quid.*

59. *Quodq; à veroſimili remotum fidem non mereatur.*

60. *Privilegium irrevocabile nec minui, nec mutari, nec alterari poteſt.*

61. *Adæquationis, aſſimulationis vel communionis quæ natura.*

62. *Privilegium in dubio an & quando reale præſumitur.*

63. *Ex principio colligitur ratio & cauſſa finalis diſpoſitionis.*

64. *Et voluntas diſponentis.*

65. *Mens verbis præferenda.*

66. *Capienda interpretatio eſt, ut æqualitas inter partes ſervetur.*

67. *Diſpoſitum de uno ex correlativis etiam in alio obtinet, & n. 103.*

69. *Pacis publicæ favor.*

70. *Vt & diſpoſitionis publicam utilitatem continentis.*

71. *Exceptio regulam confirmat in caſib. non exceptis.*

72. *Privilegium unum per aliud non tollitur.*

73. *Nec per Privilegium ſubſequens contractus præcedens.*

74. *Diſpoſitio de ſimplicibus etiam ad mixtum extenditur.*

75. *Reo plures judices habente, electio actoris eſt, coram quo reum convenire velit.*

76. *Declaratur hæc tamen.*

82. *Cognitio Regalium ad ſolum Regem ſpectat.*

88. *Diſpoſitio unius cauſſæ ſpecialiter*

Principi

Digitized by Google

Principi reſervata mentionem faciens, comprehendit etiam ſimiles cauſas Principi reſervatas.

84. Sub diſpoſitione facta inter obtinentes regalem dignitatem, etiã Regalia veniunt, licet illa aliàs ſub generali diſpoſitione non comprehenderentur.

85. Propter rationem diſpoſitio extenditur ad omnes omninò caſus ſub illa ratione comprehenſos.

87. Vocabulum, Von der gemeinen Ritterſchafft/ quid notet. & num. 90.

88. Diſpoſitio omnis ſecundum communem uſum loquendi intelligenda.

91. Appellatione ſubditorum qui veniant.

92. Pro omiſſis quæ non habeantur.

96. Pro Rege & Principe major præſumptio juſtitiæ eſt, quàm pro Magiſtratibus inferioribus. De Principe & ejus factis pulchrè, ibid.

100. Sequens diſpoſitio à præcedente declarationem recipit.

102. Ad diverſa quando fiat extenſio.

104. Contractus ab initio voluntarÿ ſunt, ex poſtfacto neceſſarÿ.

105. Pacta ſervare humanæ fidei maximè convenit.

106. Princeps ipſe ex contractu quàm firmiter obligetur.

107. Itemq; ſucceſſor ejus.

108. Amicabiles tractatus litem antecedere ſolent.

109. Diſpoſitum de aliquo, extenditur ad omnia antecedentia & præparatoria.

110. Diſpoſitio omnis etiam à conſueto declarationem recipit.

111. Confirmatio Privilegÿ facta ab ignorante, non valet.

112. Nec valet, niſi principalis conceſſio exhibeatur. Confirm. ibid.

113. In generali confirmatione non comprehenduntur illicita vel injuſta.

114. Iurivè contraria.

115. Hæc tamen, ſi expreſſè fuerint confirmata, confirmatio præſumitur ſub & obreptitiè impetrata.

116. Cujusmodi ſub & obreptio impetratum ipſo jure vitiat.

117. Vt & ejus confirmationem, etiamſi ſit inſerta clauſula, De novo concedentes: Item, Supplentes, &c.

118. Qualitas adjecta uni ex illis, quæ ſub eadem verborum conſtrictione poſita ſunt, in omnibus alÿs repetita intelligitur.

119. Privilegium quod falſum eſſe præſumatur.

120. Privilegium etiam ab initio validum, quando vires ſuas perdat. & n ſeqq.

121. Vtilitas publica cuicunq; Privilegio præfertur.

122. Privilegia & beneficia Principum ita intelligenda, ne per illa tertio præjudicium inferatur.

123. Privilegium non eſt ſervandum, quando illud ex poſtfacto incipit eſſe damnoſum.

124 Non tertio ſolùm, ſed & concedenti.

125. Privilegia intelliguntur rebus ſic ſtantibus.

126. Privilegÿ cauſſa ceſſante, & ipſum Privilegium ceſſat.

127. Conceſſio prima eſt Privilegÿ radix & fundamentum.

128. In ſequentibus immutatum quod reperitur, per errorem factum præſumitur.

129. Loco à Marchia vel Ducatu, exempto, & incolæ ejusdem à legib. Marchiæ vel Ducatus eximuntur.

130. In locis terræ alicui incorporatis leges ejus terræ ſervandæ ſunt. Secund. commun.

131. Idem eſt in ſubjectis, & num. 133.

132. Inferiora judicia ſecundum ſuperiora Regi debent.

133. Loca ſubjecta propria jura habere nequeunt, niſi à poſt ſubjectionem expreſſa ſuperiore confirmata fuerint. Secund. multos.

134. Sortiri forum in aliquo loco & uti legibus illius loci à pari procedunt.

135. Privilegium quodvis per abuſum amittitur.

136. Privilegium conceſſum ſubditis à concedente ejusq; ſucceſſorib regulariter etiam ſine cauſſa revocari poteſt.

137. Ex juſta verò cauſſa quodvis Privilegium.

138. Principes ſeculares regalem dignitatem perpetuam habentes in territorÿs ſuis, quibus Privilegÿs fruantur, & num. 192.

139. Revocatio Privilegiorum etiam tacitè fieri poteſt.

140. Vis univerſalis OMNIS.

141. Contrariorum natura.

142. Confirmatio Privilegiorum generalis non extenditur ad Privilegia revocata.

143. Nec ad id quod nullum eſt.

144. Vel inutile.

145. Vis clauſulæ ſalvo jure alterius.

146. Et clauſulæ juribus noſtris ſalvis.

147. Nullus cogi poteſt ſubditis de novo Privilegium concedere.

148. Quando verò nec confirmare.

149. Vaſallus quilibet mortuo domino ſucceſſori ejus juramentum ſolenne præſtare cogitur.

150. Idemq; eſt in ſubdito mortuo Principe.

151. *Subditi non poſſunt Statuta condere in præjudicium ſuperioris.*

152. *Populus, in quibus liberè diſponere nequit, in iis nec conſuetudinem introducere poteſt.*

153. *Conſuetudo facti eſt, & probanda.*

154. *Ad conſuetudinem probandam quæ requirantur.*

155. *Conſuetudo & per unicum actum interrumpitur.*

156. *Conſuetudo quàm ſtricti juris ſit.*

157. *Princeps vel jura Principis habens conſuetudinem etiam ritè introductam tollere poteſt ſua cauſſa.*

Comprobatur hoc & extenditur. ibid.

158. *In mala fide eſſe quis dicatur.*

159. *In mala fide qui eſt, præſcriptione ſe tueri nequit.*

160. *Quod ampliatur. & n. ſeq.*

161. *Iura canonica prohibentia præſcriptionem cum mala fide, etiam in foro civili ſervanda ſunt, Secund. comm*

162. *Vis lapſus temporis immemorialis.*

163. *Et quando illa penitùs ceſſet.*

164. *Privilegium tacitum ex lapſu temporis deſcendens, non operatur plus, quàm expreſſum.*

165. *Princeps ſine cauſa revocare poteſt contractus ſuos merè gratuitos.*

166. *Oneroſos ex cauſa juſta.*

167. *Vaſallus domino fidelitatis juramentum præſtare recuſans feudo privatur.*

168. *Iuramentum aſſecurationis à ſubditis cur exigatur.*

169. *Iuramentum pacem publicam reſpiciens præſtare recuſans, bonorum publicatione punitur.*

170. *Subditus tacitè vel expreſsè recuſans Principi ſuo præſtare juramentum aſſecurationis, rebellis ſit, & n. ſeq.*

171. *Rebellis quis.*

172. *Rebellionis pœna.*

173. *Et an eam patiatur non Imperatori, ſed inferiori domino rebellis.*

174. *Habentes adminiſtrationem & juriſdictionem perpetuam, formam judicij penitùs & alterare & mutare poſſunt.*

Comprob. ibid. & n. ſeqq. & num. 179. uſq. ad num. 191.

175. *Alternativæ natura.*

176. *Textus generalis quàm generaliter intelligendus.*

177. *Dominus eo ipſo, quod officiales in aliquo judicio conſtituit, probatur illum hoc judicio ſuperiorem eſſe.*

178. *In actu principaliter eſſe cenſetur is, cujus nomine aliquid fit.*

180. *Superior an poſſit inhibere inferiori ne judicet.*

181. *Superior Princeps Vicarium ſuum, quem ipſe inſtituit, licitè revocat.*

182. *Iuriſdictio Vicarij ordinaria eſt.*

183. *Iuriſdictionem non ſuo, ſed alieno nomine exercens, judex delegatus eſſe cenſetur.*

184. *Delegans delegatum pro libitu revocat.*

185. *Superior inferiori ab ipſo juriſdictionem recognoſcenti, illam auferre poteſt, etiamſi is ordinarius ſit.*

186. *Et hæc avocatio tacitè fieri poteſt.*

Qualiter verò tacitè fieri intelligatur. ibid.

187. *Et facta quid operetur.*

188. *Superior quæ feuda, & quando licitè conferat, & de iis alium incipiat.*

189. *Præſcriptio ſine poſſeſſione non procedit.*

190. *Domino feudi non permittitur vaſallum in juriſdictione ſua, quam ratione feudi exercet, turbare.*

191. *Inhibitio inferiori à ſuperiore facta qualiter rata ſit.*

193. *Principes inferiores Statuta municipalia ſubditis pro libitu auferre poſſunt.*

194. *Etiamſi jurata ſint.*

195. *Poſſeſſionis reſtitutionem quis petere poſſit.*

196. *Poſſeſſio qualiter adquiratur in iis, quæ in mera facultate alicujus poſita ſunt.*

197. *Itemq; in juribus negativis.*

198. *Petens reſtitutionem quando nullo modo audiendus.*

199. *Diſpoſitio juris pro notorio reputatur.*

200. *Exceptio defectus proprietatis petenti reſtitutionem, quando indiſtinctè objici poſſit.*

201. *Spoliato quibus caſibus non ſuccurratur.*

IN CAUSA ILLUSTRISſimi, Illuſtriſſimiq; generis Principis ac Domini, Domini G. F. Marchionis in B. Principis ac Domini mei Clementiſsimi ab una: Et Dominis ſimul ac Nobilitatem, cæteroſq; Ordines ſive Status Ducatus in J. ab altera parte, ex mihi tranſmiſſis copiis & actionibus tantùm percipio, quod in cauſa illa præcipuè ſequentes quæſtiones decidendæ veniant.

Primò, num hæc cauſa controverſa, in qua Illuſtriſſima ſua Celſitudo à dominis ſimul & ordini equeſtri, cæteriſq; ſtatibus Ducatus J. convenitur, ad ſtandum juri coram ſacra Cæſarea Majeſtate tanquam Regi

Regi in Boh. vel juxta Sileſiæ communia vel Ducatus J. ſpecialia Privilegia, coram Principis judicium quod eſt in Uratiſlavia, ſtare teneatur, an verò juxta tenorem inter regnum Boh. & domum B. initorum pactorum hæreditariorum, ad utriusque domus deputatos Conſiliarios pertineat.

Secundò, num Cæſarea Majeſtas ut Rex Boh. poſſit, poteſtatemq; habeat in hac ſimili vè cauſa Illuſtriſſimam ſuam Celſitudinem ad amicabilem tractationem & audientiam Uratiſlavium, aliumve locum coram ſua Cæſarea Majeſtate vel ejusdem delegatis Conſiliariis comparendi, citare.

Tertiò, num Illuſtriſsma ſua Celſitudo de jure potuerit Dominis ſimul & ordini equeſtro ac ſtatibus Ducatus J. petitam confirmationem Privilegiorum ſuorum denegare.

Quartò, num Illuſtres Domini ſimul & de ordine Equeſtri in J. Ducatu S. Illuſtriſs. Celſitud. homagium mediante corporali juramento, non conſiderato allegata conſuetudine præſtare teneantur.

Quintò, in quam pœnam illi ſubditi, qui huc uſque homagium juramento præſtare recuſarunt, inciderint.

Sextò, num Illuſtriſsima ſua Celſitudo poſſit judicium inferius provincionale, quemadmodum illud huc uſque conſtitutum eſt, abrogare, in ejusq; locum aliud inducere & conſtituere.

Septimò, num Illuſtriſſima ſua Celſitudo jus Moravienſe, quod huc uſque ibidem obſervatum fuiſſe perhibetur, præcipueq; in illis punctis, in quibus eſt iniquum, abrogare, & in locum ejus aliud rationabile, & quod in tota Sileſia conſuetum eſt, uſurpariq; ſolitum, ordinare & conſtituere poſsit.

Octavò & ultimò, num Illuſtres Domini & Nobilitas Ducatus J. petere & obtinere poſſint, ipſos in ipſorum jure Moravienſi & provinciali judicio reſtituere.

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QUO NIHIL FELIX VEL FAUSTUM.

ET AD PRIMAM quæſtionem quod attinet, videtur dicendum, hanc cauſam ad judicialiter ventilandam pertinere ad Sacram Cæſaream Majeſtatem, tanquam Regem in Boh. nulloq; modo ad ſuperius judicium Uratiſlavienſe, ratione provinciæ Sileſię communium & Ducatus J. ſingularium Privilegiorum, vel ratione pactorum hæreditariorum coram deputatis Conſiliariis.

Nam primò, in communibus terrarum Sileſiæ Privilegiis ſolummodò dubia expreſſa ſunt, in quibus, cauſæ, quando Sileſiæ Principes in jus vocantur, hoc apud ſuperius vel principale judicium in Uratiſlavia exerceri debeat, utpote & primò, ſi regia Majeſtas in Boh. Principem quempiam Sileſiæ in jus vocare velit.

Secundò, ſi unus Princeps contra alium querelam vel actionem inſtituere velit. Neq; in illo Privilegio expreſsè diſpoſitum reperitur, quod illæ cauſæ, quando ſubditi ſuum Principem in jus vocare velint, illud coram ſuperiori Tribunali ſeu judicio Principum in Uratiſlavia inſtitui & ventilari debeat.

Ex quo ſequitur, quod ille caſus, quando ſubditi Dominum & Principem territorii in jus vocare velint, in terrarum Sileſiæ communibus Privilegiis non ſit expreſſus, neque ad ea pertineat: Et quod ideò in præſenti caſu, in quo domini & de ordine equeſtri, Dominum & Principem meum Clementiſſimum, Dominum G. F. Marchionem B, tanquam Ducem in J. in jus vocare tentant, non coram judicium Principum vel ſuperius judicium in Uratiſlavia, ſed coram Sacrà Cæſarea Majeſtate tanquam Regem in Boh. pertineat.

Namq; clari indubitatiq; juris eſt, quod tenor † ſive verba Privilegiorum diligenter ſint & inſpicienda & attendenda, *cap. porrò. extr. de Privileg. c. recepimus. ext eod tit. c. conſideravimus. ibi, contra tenorem Privilegiorũ.*

ext. de election. Et ponderanda, *c. fin. verb. tenor indulgentiæ. & ibi Bald. ext. de translat. prælat. Bald. l. 2 ff de Conſtitut. Princip.* Et in univerſum ſequenda, *Pet. de Anch. conſ. 171. gl. o. ut Apoſtolicæ. de Privileg. lib. 6. gl. Clem. 1. verb. excolendas in fin de decim, Bald. conſ. 355. lib. 1, Paul. Caſtrenſ. conſ. 34. dub. 1, lib. 2. Ant. de Butr. & Panorm. c. per venerabilem. ext. qui fil. ſint legit. Cæpoll. cauſ. civil. conſ. 66. col. 2.* Et ſervanda, *c porrò. ext. de Privileg.* Et quidem tenaciter præcisè & ad unguem, *Bald. l. 1. §. Si is qui in lect. antiq ff. de exercit. action.*

Uſque adeò, ut non permittatur à forma verborum Privilegii recedere, *d. c. porrò, juncta gl. ext. de Privileg.* Vel Privilegium extendere ad cauſam verbis non expreſſum, *Bald. c. ea te. col. 3. ext. de reſcript.* Ideoq; receptum eſt, Privilegium loquens de certis caſibus vel certis perſonis ad alios caſus aliasvè perſonas non extendi, *Bald. l 1. in princ C. de legib. Dec. l. in omnibus cauſis id obſervatur. num. 6. & ibi Cagnol. num. 8. ff. de reg. jur. Steph. Bertrand. conſ. 181. num, 17. lib. 3. part. 2.*

Huc accedit, quod nulla diſpoſitio ultra verba ipſius extendatur vel porrigatur, *l. quod conſtituitur. & ibi Bartol. ff. de Teſtam. milit. Signor. conſ. 61. col. 3.*

Quodq; verba tàm contractus quàm Privilegii ſint forma ipſius, quæ & dat eſſe rei, eiq; nihil neque addi neque detrahi poteſt, *Bald. l. quoties. col. 1. verſ. & ex hoc elicitur. C. de ſuis & legit.*

Secundò, Quamvis in communibus terrarum Sileſiæ Privilegiis cautum ſit, quomodo illi, qui ſunt de communi ordine equeſtri, quemadmodum etiam ii, qui ſunt ex civitatibus, earumq; incolæ, Magiſtratum ſive dominos ſuos, vel unus contra alium, vel una civitas contra aliam, vel contra extraneum actionem inſtituere vult, & quod quilibet hoc facere debeat eo loco, ubi reſponſio eſt ordinata.

Tamen in illa diſpoſitione in ſpecie nulla ſit mentio Principum, atque ideò dici poteſt, illam diſpoſitionem Privilegii non habere locum eo caſu, quando ſubditi ſuum dominum & Principem in jus vocare volunt.

2 Cùm legibus cautum ſit † ſub diſpoſitione generali non comprehendi Duces, Principes, Comites, reliquosq; regalem dignitatem habentes; *cap. quàm periculoſum, di ſent. excom. lib. 6. c. inquiſitores, de hæret. lib. 6. Petr. de Anchor. conſ. 296. & conſ. 298. Rom. conſ. 298.*

Sicut etiam ſub † diſpoſitione generali non comprehenduntur Regalia, *Alber. de Roſat. l. 1. in fin. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdict. idem, l. fin. in fin. C. de juriſdict. omnium jud. Lud. de Pen. l. 1. col. 7. verſ. vel ditas plenius. C. de Privileg. Scholar. lib. 12. Lud. de Pen. l. 1. col. 2. verſ. ſed pone Rex. C. de veteran. lib. 12. Laur. Sylvan. conſ. 102. Iacob. de S. Georg. in ſuo tract feud verb de caſtro rubeo. col. 1. & verb. dictiq; vaſalli. col. 2. Boër. deciſ. 50. num. 12. Molin. in conſuet Pariſ. tit. 1. §. 1. gl. 5. num 53. & §. 46. num. 10. Alciat. c. quod ſedem. n. 43. ext. de offic. ordin Rol à Vall. conſ. 1. num. 103. & conſ. 42. n. 7. lib. 2. ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionem communiter receptam.* 3

Tertiò, in communi jure ſcripto cautum eſt, quod Principes ſolummodò coram Sacra Cæſarea Majeſtate tanquam ſuperiori ipſorum in jus vocari debeant, quodq; etiam in illis cauſis, in quibus Princeps convenitur, ſolummodo Sacra Cæſarea Majeſtas Judex eſſe poſſit, juxta textum clarum & expreſſum, *c. 1. apud quem vel quos contra feud. term. deb. Curt. in tractat. feud. part. 7. num. 2.*

Simili modo in jure diſpoſitum eſt, quod eo caſu, † quando Princeps Regi eſt 4 ſubjectus, quod ille Rex in omnibus ſingulisq; cauſis, in quibus Princeps ille convenitur, Judex ſit, *Matth. de Afflict. c. 1. apud quem vel quos contr. feud. deb. term.*

Jura ordinant etiam, † quod de con- 5 troverſiis motis ſuper Privilegio à Rege vel Imperatore conceſſis, nemo niſi ſolus concedens, Rex nempè vel Imperator judicare poſſit, *c. cum veniſſent. & ibi Dd. ext. de judic. Bald. & Matth. de Afflict. c. 1 apud quem vel quos.* Quod procedit, etiamſi agatur tantùm de ſervitute & confirmatione Privilegii, *Bero. c. cum veniſſent. num. 2. extr. de judic.*

Ulterius jure cautum eſt, quod † omnia 6 & ſingula Privilegia ſecundum jus commune ſcriptum interpretari, atque ita intelligi debeant, ut quantò minus fieri poteſt, juri communi derogent, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Hieron. Gratus conſ. 129. n. 10. lib. 1. & conſ. 158. nn. 20. & 23. lib. 2. allegans ad hoc text. l. 2. & ibi Dd. C. de noxal. act. gl. c. cauſa quæ ext. de reſcript. Iaſon. l. fin. ff de Conſtit. Princip.*

Ex quo ulterius ſequitur, quod dicta diſpoſitio terræ Sileſiæ communium Privilegio-

vilegiorum; ſecundum jus commune ſcriptum ita intelligi atque interpretari debeat, ſi ſubditi ſuum Dominum & terrarum Principem, & præcipuè ratione Privilegiorum ipſorum, quæ ipſis à Regibus Bohemiæ conceſſa ſunt, in jus vocare, actionemque contra illum inſtituere velint, quod illa actio coram Rege Bohemiæ intentanda, & ad finem perducenda ſit, & quod ideò præſens hæc controverſia (in qua domini & de genere equeſtri ordines Ducatus J. contra Dominum G.F. tanquam Ducem in J. actionem inſtituere intendunt,) coram Sacta Cæſarea Majeſtate, tanquam ad Regem Bohemiæ pertineat.

7 Quartò, aliud ſunt ſinguli, † aliud ſunt univerſi, & diſpoſitio loquens de ſingulis, non extenditur ad univerſos, nec econverſò, *l. in tantum. §. univerſitatis. & ibi Bart. ff. de rer. diviſ. l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. & ibi Dd. ff. de in jus vocand. l. ſicut. §. ſi quid univerſitati. ff. quod cujusq; univerſ. nom. Fel. c. cum te. num. 13. verſ. aliud ſunt ſinguli. ext. de reſcript.*

8 Prout etiam appellatione † perſonæ non comprehenditur univerſitas, & diſpoſitio de perſona loquens, ad univerſitatem non extenditur, *Bald. l. omnes populi. col. antepenult. ff. de juſt. & jur. Petr. de Anch. c. Canonum ſtatam. circ. fin. ext. de Conſtit. Bald. c. 1. §. conventiculas. notab. 2. de pac. juram. firmand. Felin. c. cam te. num. 14. verſ. ſecundũ concluſio. & num. 15. ext. de reſcript.*

9 Similiter etiam ſub † Statuto vel alia diſpoſitione concepta per verbum, *Si quis*, utputa, ſi Statutum vel alia diſpoſitio dicat: Si quis nobilium egerit, vel actionem inſtituerit, non comprehenditur univerſitas vel ordo Nobilium, *Bald. l. omnes populi. col. antepenult. ff. de juſt. & jur. Felin. c. cam te. num. 15. circ. fin. verſ. quibus adde. ext. de reſcript. argum. l. metu. §. animadvertendum. ff. quod met. cauſ.*

Jam verò in ſæpedicto Privilegio diſpoſitum eſt, quod ſi etiam quidam de cõmuni ordine equeſtri contra ſuos dominos vel Magiſtratum ſuum actionem inſtituere velint, quod hoc quilibet cum ſua querela intentare habeat eo loci, ubi reus forum ſuum habet.

Et apparet ideò ex hoc tantùm, quod illa diſpoſitio Schleiſiaci Privilegii ſolummodo loquatur de eo caſu, quando ſingulares perſonæ de genere equeſtri contra dominos ſive Magiſtratum ſuum querelam vel actionem inſtituere volunt. Ideoque diſpoſitio illa locum habere non poteſt in præſenti ſimilibúsq; cauſis, ubi totus ordo equeſtris ſive Nobilitas contra ipſorum dominum agere inſtituit.

Quintò, loquitur hoc Privilegium ſolummodò in illis terminis, quando illi qui ſunt de communi ordine equeſtri dominos ſuos in jus vocare volunt, neq; in illo Privilegio ullo verbulo mentio fit, quid eo caſu ſit ſervandum, quando illi qui ſunt de genere illuſtri, contra ſuos dominos querelam vel actionem inſtituere volunt.

Ideoq; Privilegium illud non poteſt extendi ad illum caſum, quando illi qui ſunt de genere Illuſtri, contra ſuum dominum vel Magiſtratum actionem inſtituunt. Nam apparet abſque omni dubio in-
ter † ordinem virorum Illuſtrium, & eos 10
qui ſunt de genere equeſtri, ſummum diſcrimen intercedere. Sicut hoc apparet
tùm ex diverſitate † nominis, ex qua diver- 11
ſitas rei ſive ſententiæ colligitur, *l. ſi idem. & ibi Dd. C. de Codicill.* Tum etiam ex eo,
quia † Nobilitatis plures gradus ſunt, alii 12
namque ſunt ſimplices Nobiles, quidam Nobiliores, alii verò Nobiliſsimi, *l. ut gradatim in princ. ff. muner. & honor. c. 1. de Marger. ad Margan. l. quare. ff. de natalib. reſtituen. l. Tradimentis C. de Epiſc. audient. l. ſi furioſi & ibi Salic. notab. 2. C. de nupt. Bart. l. 1. col. pen. C. de dignitat. lib. 12. Dd. l. 1. ff. de offic. ejus. cui mand. eſt juriſdict. Dd. Rub. & c. ſtatuimus. ext. de major. & obed.*

Similiter clari juris eſt, quod † omiſ- 13
ſum verbis, habeatur pro omiſſo, *l. quicquid aſtringendæ. in princ. ff. de verb. obligat.*

Quodq; & caſus omiſſus habeatur pro omiſſo, & remaneat in diſpoſitione juris communis, *l. ſi extraneus. & ibi Iaſon. ff. de condict. ob cauſam. l. ſi cum dotem. in princip. & ibi Bart. & Alex. ff. ſolut. matrim. l. commodiſſimè. & ibi Iaſon. ff. de lib. & poſthum.*

Uſque adeò, ut in caſu omiſſo, nec tacita quidem voluntas diſponentis adeſſe cenſeatur, *Bald. conſ. 167. col. 2. lib. 5. Iaſon. l. commodiſſimè. num. 2. amplia 2. ff. de liber. & poſthum.*

Et quod in Privilegiis caſus omiſſus habeatur pro omiſſo, quodq; Privilegium non extendatur ad caſum verbis omiſſum, expreſsè & in ſpecie tradit *Bald. c. 1. col. 1. quib. mod. feud. amitt. Rub. 2. Bertachin. in ſuo repertor. verb. Privilegii extenſio. nu. 64.*

Illudq; potiſſimùm procedit in perſona omiſſa,

omiſſa, ſive ſub verbis non comprehenſa. Nam, quoad illa nunquam extenditur diſpoſitio de alia perſona loquens, *Raph. Cumn. d. l. commodiſſimè. & ibi Iaſ. num. 8. ff. de liber. & poſthum.*

Et ſic ſequitur, quod Privilegium generale S. conceſſum, loquens de ſimplicibus nobilibus, non extendatur ad Barones, reliquosq; Nobiliores.

14 Sextò, clari juris eſt, quod † quilibet Rex vel Dominus ſuperior cognitionem illarum cauſarum, quæ ad ipſum ſpectat, aliis committere atque demandare poſſit, *l. à judice. & ibi Iaſ. & Dd. C. de jud. l. 1. & ibi Dd. C. qui pro ſua jurisdict.*

15 Similiter clari juris eſt, quod † Reges & Principes etiam ſuperiorem non recognoſcentes etiam ſemetipſas & cauſas proprias alterius licet ſubditi juisdictioni ſubmittere poſſint, *l. eſt receptum. & ibi Odofred Cyn. Bald. Ang. Fulgoſ. Paul Caſtr. Alex. Iaſ. & Dec. ff. de jurisdict. omn. judic. c. nos ſic incompetenter. 2. q. 7. c. mandaſtis. c. auditum eſt. 2. q. 5.*

Et licet non ſit veriſimile, neque etiam
16 præſumatur † Regem Boh. alicui juſticiam denegaturum: attamen ſimiliter non præſumitur quemlibet alium judicem vel Magiſtratum alicui denegaturum juſticiam, *l. 2. C. de offic. civil. jud. l. 1. C. de ſuſcept. & arcar. lib. 10. Bald. l. errorem. C. de Teſtament. Bart. l. damni. §. Sabini. ff. de damn infect. Felin. c. licet cauſam. n. 23. verſ. item non ſufficeret. extr. de probat. Iaſ. l. decem. nu. 36. ff. verb. obligat.*

Illud quoque & quotidiana experientia omniumq; temporum hiſtoriæ, juraq; tàm civilia quàm canonica teſtantur, Etjam Imperatores & Reges non recogno-
17 ſcentes ſuperiorem tanquam † homines ſæpius lapſos eſſe, ſubditosq; ſuos ſæpius contra juſticiam tàm committendo quàm omittendo gravaſſe, *l. minor autem Magiſtratus. §. 1. ff. de minor. c. tàm literis. ext. de reſtit. in integr. Clem. Paſtoralis. de ſent. & re judic. c. ſi Papa. diſtinct. 40. c. penult. diſt. 96. c. ſuam. & c. veniam. 35. quæſt. 9. Sebaſt. Vant. in tract. de nullit. ſub rub. an qualibet ſentent. poſ. dic. nul. nu. 14.*

Ex quo ſequitur, quamvis in communibus Privilegiis terræ Sileſiæ cautum ſit. Si autem actori in nullo loco æquitas juris adminiſtretur, tunc actor adire poterit, ſummum Præfectum illarum terrarũ, petereq; coram ipſo gravamina ſua deducere: Et quod ſi tunc ultra dimidium annum vel ſimile hoc deduceretur: tunc Præfectus noſter poteſtatem habebit utramq; partem ad diem quendam judicialiter citare. Quod tamen ex hoc concludi vel inferri non poſſit, quod in iis cauſis, quando Principes Sileſiæ ab ipſorum ſubditis ſimul in jus vocantur, quod in prima inſtantia hoc coram ſuperiori judicio, ſive Principum judicio Uratislavienſi fieri vel inſtitui neceſſe ſit.

Cum non probet hoc eſſe, quod † ab 18
hoc † contingit abeſſe, *l. neq; natales. & ibi Bald. C. de Probat.* Atque quælibet probatio neceſſariò concludere debeat, nec ſufficiat ea concludere per poſſibile, uſque adeò, ut probatio non neceſſariò concludens, nec nomen probationis mereatur, nec indicium faciat, ſed contra producentem interpretanda ſit, prout hæc omnia latè tradit multa ad hoc allegans *Iaſon. l. non hoc. C. unde legit.*

Et cum in ſæpè dicta diſpoſitione communium Privilegiorum terræ Sileſiæ cautum & proviſum eſt, quod eo caſu, quando uni parti juſticia denegaretur, cauſæ coram ſuperiori Tribunali Uratislavienſi ventilari deberent: Ex eo multò magis ſequi vellet, poſito, quod ſub illa diſpoſitione etiam comprehenderentur cauſæ illæ, quando ſubditi ipſorum dominum & territorii Principem in jus vocare vellent: quod tamen illæ cauſæ in prima inſtantia non coram ſuperius Tribunal in Uratislavia, ſed coram Rege Boh. pertinerent, & poſtmodum primò propter juſticiam denegatam eò devolverentur.

Septimò, jure cautum eſt, quod † Pri- 19
vilegia ſtrictè intelligi, & quantum fieri poteſt, reſtringi debeant, *l. ſi quando. in pr. C. de inoffic. teſta. Clem. 1. & ibi Cardin de cenſib. Clem. 2. §. fin. & ibi Cardin. de Privileg. gl. c. 1. de Conſtit. lib. 6. Archidiac. c. frater 16. q. 1. Ioan. Andr. & Anton. de Butr. c. olim. ext. de verb. ſignif. Bald. l. quæ ex relatione. C. de legibus. Anton. de Butr. & Imol c. cauſam quæ. & ibi Felin. num. 10. ext. de reſcript. Imol. l. etiam. ff. ſolut. matrim. Socin. conſ. 246. lib. 2. Iaſ. l. fin. n. 33. ff. Conſtit. Princip.*

Quinimò, Privilegia non tantùm ſtrictè, verùm etiam ſtrictiſsimè intelligenda ſunt, *Felin. c. cauſam quæ. num. 10. ext. de reſcript.*

Nec ullo modo debent extendi Privilegia, *Clem. 1. & ibi Card. de cenſib. Clem. 2. §. fin. & ibi Card. de Privileg. Bald. l. humanitatis. col. 10. quæſt. 10. C. de impub. & aliis ſubſtit.* Uſque adeò, ut Privilegium, nec ex iden-

identitate, quidem rationis extendi poſſit, *Cardin. Clem. 1. quæſt. 6. de Teſtam. Bertachin. in ſuo repertorio. verb. Privilegij extenſio. num. 56. Anton. de Butr. c. ſanè. ext. de Privil. Bald. l. 1. C. de legib. Hier. Grat. conſ. 130. n. 2. lib. 1.*

20 Illudq; potiſſimum procedit in † Privilegio ad partis poſtulationem conceſſo, illud enim multò magis ſtrictè intelligendum eſt, *Ioan. Andr. c. 2. ad fin. & ibi Abb. col. pen. ext. de immun. Eccleſiar. Felin c. cauſam quæ. num. 15. ext. de reſcript. Steph. Bertrand. conſ. 303. num. 3. part. 2.*

21 Et in dubio præſumitur † Privilegium ad poſtulationem ſive petitionem impetrantis conceſſum, *Bart. Alex. & Dd. l. 3. in princ. & ibi Iaſ. num. 2. ff. quod quisq; jur. Bart. l. 1. C. de pet. bon. ſubla. lib. 10. Bart. l. 1. C de bon. vacan. lib. 10. Bald. l. quod favore. C. de legib.*

Ex quò, & cùm in communibus Privilegiis terræ Sileſiæ mentio ſit, quod hoc ipſum ordinibus ſive ſtatibus Sileſiæ ad ipſorum petitionem & inſtantiam conceſſum ſit, tantùm ſequitur, quod illud Privilegium non tantùm ſtrictè ſed ſtrictiſſimè ſit interpretandum, & nullo modo extra illos caſus; qui in Privilegio verbotenus exprimuntur, extendi vel prorogari.

Octavò, pacta hæreditaria inter Regnum Boh. & domum B. quantum judiciales proceſſus concernunt, ſequentibus verbis ſunt comprehenſa, nimirum, ſi prænominatus Dominus & affinis noſter Rex Boh. ſuo, vel Regni ſuorumq; ſubditorum vel ſuorum nomine contra nos Marchionem F. Electorem, vel Marchionem F. juniorem, noſtrosve ſubditos vel noſtrates, & vice verſa. Nos Marchio F. junior, noſtri ſubditi, vel noſtrates adverſus illum ſuosq; actiones conſequeremur, debemus noſtros Conſiliarios in æquali numero Uratiſlaviam mittere. Si verò contingeret, quod Dominus & affinis noſter Rex, ſuo Regni, ſubditorum ſuorumvè nomine actionem vel jus contra Marchionis J. vel Marchionis A. noſtros ſubditos vel noſtrates, vel econverſò, nos, noſtri ſubditi, noſtratesq; contra illum, vel Regnum, ipſiusq; ſubditos vel ipſorum quempiam conſequeremur, tunc nos debemus idcircò noſtros Conſiliarios in æquali numero Egram mittere.

Ex quo ſequitur, cum in illa diſpoſitione, quantum in illa Marchionum B. mentio ſit, nomen dignitatis Marchionum nomini proprio præponatur, quod illa diſpoſitio ſolummodò locum habeat eo caſu, quando Marchiones tanquam Marchiones B. in jus vocantur.

Et quod ideò illa diſpoſitio ad caſum præſentem, in quo Marchio G. F. non tanquam Marchio, ſed tanquam Dux in J. convenitur nequaquam extendi vel addnei poſſit.

22 Namque Dd. magis communiter tradunt, quod eo caſu † quando in diſpoſitione aliqua eſt expreſſum, ſimul nomen proprium & nomen dignitatis; nomine dignitatis præpoſito, diſpoſitio illa tantùm dignitatem, non autem perſonam reſpicere intelligatur, *Bart. Angel. & Imol. l. ſi communis ſervus ita ſtipuletur. arg. illius text. ff. de ſtipulat. ſervor. Bart. l. & quia, & ibi Dec. nu. 55 ff. de jurisdict. omn. judic. Abb. c. mandata. col. 2. ext. de præſumpt. Alex. conſ. 175. col. pen. lib. 5. Panorm c. quia. abb. & ibi Ang. B. ro. & Dec. num. 5. extr. de offic delegat. Capit. deciſ. 181. num. 6. Rol. à Vall conſ. 1. num. 173. lib. 2. Covarr c. requiſiviſti. extr. de Teſtament.*

23 Quinimo aliqui Dd. tradunt, quod diſpoſitio † quælibet, in qua eſt facta mentio dignitatis, ſolam dignitatem reſpicere intelligatur, nulla habitâ conſideratione, utrum nomen proprium, an verò nomen appellativum præpoſitum ſit, *Socin. conſ. 34. lib. 3. argum. l. fin. ff. de inſtit. actio.*

Nonò, cùm in ſæpius dicta diſpoſitione ſolummodò ille caſus expreſſus eſt, quando Rex Boh. ſuo, Regni, ſuorum ſubditorum vel ſuorum nomine Marchiones B. in jus vocare intendit, neque ullo verbulo in ea mentio fit ejus, quando Regis Boh. ſubditi vel ipſius proprii contra Marchiones actionem inſtituere velint, ſequitur, ex eo, quod illa diſpoſitio nullo modo locum habet eo caſu, quando non Rex Boh. ſed ſuæ regiæ Majeſtatis ſubditi, pro ipſorum perſona contra Marchiones in B. querelam vel actionem quandam inſtituere intendunt.

24 Tùm, quia hoc caſu deficiunt, † verba illius contractus ſive tranſactionis vel confœderationis.

Et certum eſt, quod nullus contractus nullaq; diſpoſitio extra verba ipſius extendi vel porrigi poſſit, *l. quod conſtitutum, & ibi Bart. ff. de Teſtam. milit. Signor. conſ. 61. col. 3.*

Tùm, quia hic caſus in iſta confœderatione,

tione, tranſactione ſive ſocietate eſt omiſſus. Et certum eſt, quod nobis non liceat contractus ſive conventiones extendere, *l. fidejuſſores Magiſtratuum. §. pro Aurelio. ff. de fidejuſſor.*

Quodq; conventiones ſive contractus non extendantur, neque de perſona ad perſonam, *l. ſi unus. §. ante omnia. ff. de pœn. l. milites. la 1 ff de re milit. l. miles itaq; §. & quod diximus. ff. de Teſtam. milit. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. verb. oblig.* Neque de re ad rem, neque de tempore ad tempus, *l. cum Epiſtola. §. fin. de pact. l. ſi Hermes. C. de loca & conductio.*

25 Tùm, quia illæ actiones, † quæ Rex vel Princeps propter ſubditos ſuos inſtituit, ab illis actionibus, quas ſubditi proprio nomine in judicium deducunt, plurimùm differunt, nec Regibus vel Principibus pro ſubditis ſive propter ſubditos, ſemper agere permittitur, *gl. fin. c. authoritate de Privileg. lib. 6. Imol. & Hoſtienſ. c. dilectiſ filijs. & ibi Dec. n. 4. ext. de appellat. Archidiac. Ioan. Andr. & Dom. c. ad Apoſtolicæ. de re jud. lib. 6. Guilb. de Monte. Laud. Zenzel. & Cardin. Clem. 1. in princ. de reliquiis & venera. ſanct. Bald. c. 1. §. injuria nu. 5. de pac. juram firm. Bart. l. 1. §. fin. ff de injur. Rota deciſ. 13. ſub Rub. de jud. in novis. & deciſ. 1. eod. tit. in antiqu. Abb. c. licet cauſam. num. 13. & ibi Dec. num. 12. extr. de probat.*

26 Et certi juris eſt, † quod nunquam fiat extenſio ad illa, quæ ſunt diverſa, ſeparata vel diſſimilia, *l. fin. ff de calumn. l. Papinianus exuli. ff. de minorib. l. Iulianus ff. de cond. jud.*

Et ſequitur ulterius hinc, quod pacta hæreditaria ad præſentem caſum non poſſint extendi, conſideratione ejus, quod in præſenti caſu non Cæſarea Majeſtas tanquam Rex Boh. ſed Domini & de ordine equeſtri Ducatus J. proprio ſuo nomine Marchionem G. F. in jus vocare velint.

Decimò, de jure cautum, & ab Interpretib. ejusdem concluditur, † quòd ſecundum propriam & genuinam vocabuli ſignificationem appellatione ſubditorum Regis vel Principis, illi tantùm comprehendantur, qui iſti Regi ſive Principi immediatè ſubjecti ſunt, quodq; ſubditi alicujus Marchionis vel Ducis, qui Marchio ſive Dux à Rege aliquo iſtum Marchionatum ſive Ducatum recognoſcit, ſubditi vel homines illius Regis propriè dici nequeant, *Speculat. in tit. de feud. §. 1. verſ. decimò tertiò* 27

quæritur. gl. Clem. 1. verb. exiſtere. de jurejur. Dec. & Cagnol. l. conſilij. §. ſocij mei ſocius. ff. de reg. jur. Alciat. l. Modeſtinus in fin. ff. verbor. ſignific. fac. text. c. nullus primas. 3. quæſt. 9. c. Paſtoralis. ext. de offic. ordin. l. qui liberis. §. 1. ff. de vulgar. & pupill.

Similiter clari juris eſt, quod † verba contractuum, nec non & cujuslibet diſpoſitionis propriè intelligi debeant, *Bald. in conſil. Schiſmatis poſito. ſub Rubr. C. ſi quis aliquem teſta. prohib. §. ſed in contrarium. num. 12. Socin. regul. 441. fac. tex. l. non aliter in princip. ff de leg. 3. l. 1. §. ſi is qui navem. ff. de exercito. act.* 28

Cum igitur ordo Dominorum & Nobilium J. Principatus, non immediatè Cæſareæ Majeſtati, tanquam Regi Boh. ſed Marchioni G. F. tanquam Duci in J. ſubjecti ſint. Sequitur, quod Domini & Nobilitas J. Ducatus, ſecundum propriam vocabuli ſignificationem, pro ſubditis Cæſareæ Majeſtatis, tanquam Regis Boh. non poſſint haberi vel reputari: Et quod ideò ſæpè dicta diſpoſitio pactorum hæreditariorum in præſenti caſu locum non habeat: Etiam poſito, quod alias ſub illa diſpoſitione ille caſus contineretur, ſi Cæſareæ Majeſtatis, tanquam Regis Boh. ſubditi contra Marchiones B. actionem inſtituere intentarent.

Undacimò, de jure cautum eſt, quod in † pactis & contractibus diſpoſitum de uno ex correlativis ad aliud correlativum minimè extendetur: *Bald. Alvar. & Matth. de Afflict. c. 1. qualit. feud. olim. Ioan. Baptiſt. de ſanct. Blaſ. in tract. de correlativis. limit. 39.* 29

Ex quo ſequitur, quamvis in ſæpè dictis pactis hæreditariis cautum & diſpoſitum, quod ſecundum ea, iſti judiciales Proceſſus etiam eo caſu, quando ſubditi Marchionis B. contra Regem Boh. actionem inſtituere velint, locum habeant, quod tamen ex hoc non poſſit inferri, quod etiam eæ litigioſæ cauſæ, quando vice verſa Regis in Boh. ſubditi, Marchiones in jus vocare velint, ad eos illi judiciales Proceſſus pertinerent.

Et quamvis hæ contrariæ motivæ valdè rationabiles ſint, Ego tamen exiſtimo, quod his non conſiderans Marchio G. F. in hac controverſa cauſa, coram Cæſarea Majeſtate, tanquam Rege Boh. vel Bohemicis officiatis de jure reſpondere non teneatur, ſed quod hæc cauſa ratione pactorum hæreditariorum coram utriusq; partis

depu-

Google

deputatos Conſiliarios, tum etiam vigore terrarum Sileſiæ communium & Ducatus J. ſingularium Privilegiorum coram ſuperius Tribunal vel Principum Conſiſtorium Uratislavienſi pertineat, & quod hoc caſu Illuſtriſſima ſua Celſitudo poteſtatem habeat eligendi, num ſua Celſitudo coram ſuperius Tribunal Uratislavienſi, an verò deputatis Conſiliariis conveniri velit.

Et ſi Cæſarea Majeſtas tanquam Rex Bohemiæ, vel Bohemici Officiati, judiciarium Proceſſum vel cognitionem in hac cauſa attentare velint, ſuam Illuſtriſſimam Celſitudinem contra hoc exceptionem fori declinatoriam objicere poſſit, atque hoc ex ſequentibus rationibus.

Nam primò, ex communibus terrarum Sileſiæ Privilegiis apparet, quod ſuperius Tribunal, vel Principum Conſiſtorium Uratislavienſe in Sileſia ſummum præcipuumq; jus ſit, quod etiam Principes Seleſiaci illi ſubjecti ſint, & coram illo in illis caſibus, quando nullus Judex inferior apparet, juri ſtare teneantur.

Simili modo in illo Privilegio generaliter & abſque diſcrimine cautum & proviſum eſt, quod ſi ſubditi Dominos ſuos in jus vocare velint, quilibet hoc facere teneatur eo loci, ubi Reus ſeu Reſponſor de jure reſpondere tenetur.

Ex quo ſequitur, ſi ſubditi ipſorum Dominum vel Principem territorii in jus vocare velint, & illa cauſa non ad alium inferiorem Judicem pertineret, quod illa cauſa ratione hujus Privilegii coram ſuperiori Tribunali, vel Principum Conſiſtorio in Uratislavio, ubi Sileſiæ Principes juri ſtare habent, ventilandæ ſint, non ſecus, atque ſi hoc Privilegio illo verbis expreſſis eſſet inſertum.

30 Cum generalis † diſpoſitio tantum operetur, quoad quamlibet ſpeciem ſub illa diſpoſitione comprehenſam, quantum operaretur diſpoſitio ſpecialis, quoad ſpeciem in illa expreſſam, *l. Gallus. §. instituens. & ibi Bald. & Alex. ff. de liber. & poſthum. l. ſi duo, & ibi Bart. ff. de adminiſt. tutor. l. ſi chorus ff. de leg. 3. l. omnes. & ibi Bald. & Ang. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.*

Nunc verò in præſenti cauſa, in qua ordo Dominorum & Nobilium ſimul actores ſunt, & ideò in ea judices eſſe nequeunt,
31 Cum nemo † in cauſa propria judicare vel jus dicere poſſit, *l. qui juriſdictioni. ff. de juriſd. omn. jud. l. Julianus. ff. de judic. l. 1. & ibi DD. C. ne quis in ſua cauſa jud.*

Atq; ita in præſenti caſu nullus Judex inferior exiſtit. Quapropter etiam de novo hinc ſequitur, quod præſens caſus, in quo ordo Dominorum & de genere equeſtri Ducatus J. unanimiter contra Illuſtriſſimam ſuam Celſitudinem actionem intentant, vigore dicti Privilegii coram ſuperiori judicio Uratislavienſi ventilari debeat.

Secundò, jure cautum eſt, Quod neq; 32
Privilegium, neq; aliqua alia diſpoſitio reſtringatur per id, quod in illa diſpoſitione exempli gratia expreſſum eſt, *§. hactenus Inſtit. de gradib. l. damni infecti ſtipulatio ff. de damno infect. Socin. conſ. 17. col. 4. lib. 1. Dec. conſ. 310. col. 1. Cardin. Pariſ. conſ. 33. n. 8. lib. 2. conſ. 35. nu. 32. lib. 4.*

Et caſus in † diſpoſitione aliqua poſitus 33
ſive expreſſus, exempli gratia poſitus & expreſſus eſſe cenſetur, eo caſu, quando inter caſum expreſſum, & alios caſus non expreſſos, ratio diverſitatis aſſignari nequit, ſive, quando in caſib. non expreſſis eadem ratio militet, *Bal. d. l. de quibus. col. 12. verſ. item, nota quod non videtur. ff. de leg. 3. l. à Titio. in pr. col. fin. ff. de verb. obl. Tiraq. in tr. ceſſante cauſa, part. 1. nu. 158.*

Sed in caſu præſenti ratio diverſitatis aſſignari nequit. Quare magis iſtæ cauſæ, quando Dux contra Ducem agit, quam illæ cauſæ, in quibus inferiores contra Ducem actionem inſtituunt, & alius Judex in Sileſia non exiſtit, coram ſupremo judicio Uratislavienſi expediri debeant. Igitur ſequitur, illud, quod in Privilegio Uratislav. expreſſum eſt, ſi vel Rex Boh. vel Dux aliquis contra Ducem Sileſiæ actionem inſtituunt, illam actionem coram judicio ſupremo Uratislav. proponendam eſſe, in iſto Privilegio exempli gratia tantum poſitum, eamq; ob cauſam, illud Privilegium per iſtos caſus expreſſos non reſtringi: Sed ita accipiendum eſſe, ut locum habeat in omnibus omninò actionib. contra Duces Sileſiæ inſtitutis eo caſu, quando illius cauſæ cognitio ad inferiores Judices non ſpectat.

Tertiò, † per ea quæ propter frequen- 34
tiam majorem in diſpoſitione aliqua poſita vel expreſſa ſunt, iſta diſpoſitio nunquam reſtringitur nec impeditur, quo minus illa diſpoſitio porrigatur ad omnes caſus, etiam non expreſſos, qui non ita frequenter evenire ſolent, *gloſ. l. 2. verb. filio præcedente. &*

Digitized by Google

ibi Iaſ. col. 4. ff. de vulg. & pupil. gl. l. ſi is qui. §. quod dicitur verb. per partes. ff. de jure dot. gl. l. non eſt impoſſibile. ff. de pact. gl. l. 3. ff. de Publician. in rem actio. gl l. 1. in princip. verb. ſponſam. & ibi Hippol de Marſil. n. 274. C. de raptu virgin. gl. Clem. 1 de reſcript. gl. c. 2 de conſeſ lib. 6. Bal c. 1. §. ſi quis ruſticus. de pac. tenend. Barb. rep. Rubr. ext. de reb. Eccl. non alien. Io. And. in add. ad Spec. tit de locat. §. 1 prope Princ Ant. Corſ. in ſuis ſingu. verb frequentia cum multis ſimil. alleg. per Tiraq. in tr. de utroq. ret par. 1. §. 20. gl. 1. n. 4. cum 7. ſeqq.

Et hoc uſque adeò verum eſt, ut proce-
35 dat † etiam in pœnalibus odioſis, reliquiſque diſpoſitionibus ſtrictè intelligendis. Namq; nihilominus per ea quæ frequentioris uſus gratia, ſive propter majorem frequentiam expreſſa ſunt, diſpoſitio non reſtringitur, ſed nihilominus illa diſpoſitio ad omnes alios caſus porrigitur, prout hoc expreſsè probat *gl d. l. 1. verb ſponſam. C de rapt. virgin.* dum videlicet gloſs. ibi dicit, illud quod in iſto textu ſancitur de puniendo ſponſo rapiente ſponſam propter majorem frequentiam expreſſum eſſe, Eamq; ob cauſam diſpoſitionem illam quantumvis pœnalem, etiam ad ſponſam rapientem ſponſum extendi: licet de eo caſu in iſto textu nulla mentio fiat: Illamq; gloſs. ibidem ſequuntur *Abb. Bald. Ang. & Hippolyt. de Marſil. Bald. l. raptores. C. de Epiſcop. & Cleric. Barb l. ſcire debemus. col. 2. ff verbor. obligat. Curt. ſenior. conſ. 18. col. penult. Hippolyt. de Marſil. conſil. 85. col. 3. verſic. pro quibus etiam cum multis ſimilibus allegat. per Tiraquell. in tract. de utroq. retract. part. 1. §. 20. gloſ. 1. num. 4.*

Sed meo quidem judicio illud quod in Privilegio generali Sileſię deponitur, quod cognitio illarum cauſarum, in quibus vel Rex Bohemiæ, vel Princeps aliquis Sileſiæ cuntra alium Principem vel Ducem Sileſiæ agit, ad judicium ſuperius Uratiſlavienſe ſpectare debeat, nec in illo Privilegio mentio fit, quod coram eodem Judice proponi debeant, actiones ab aliis contra Duces Sileſiæ inſtitutæ, quarum cognitio ad inferius judicium non ſpectat, ratione majoris frequentiæ factũ eſſe, eam ob cauſam, quia rariſſimè contingit, quod actiones inſtitutæ ab inferioribus contra Ducem aliquem Sileſiæ, ad cognitionem alterius, & quidem inferioris Judicis non ſpectent: Cum de actionibus inſtitutis ab aliis inferioribus contra Duces Sileſiæ regulariter cognoſcant, vel Pares Curiæ vel Conſiliarii ipſorum Principum, atque rariſſimè contingat, omnes ſubditos ſimul contra Ducem ſuum actionem inſtituere.

Igitur ſequitur, quod prædictum Privilegium Sileſiæ indultum non obſtante hoc, quod in iſto Privilegio eſt expreſſum, quod illæ cauſæ, quando vel Rex Bohemiæ vel Dux aliquis Sleſiacus Ducem ſimiliter Sleſiacum convenit ad cognitionem judicii ſupremi Sileſiæ ſpectare debeant, ita accipiendum ſit, ut cognitio omnium illarum cauſarum, in quibus quis actionem inſtituit contra Ducem aliquem Sileſiæ, quanquã ad inferioris Judicis notionem non pertinent, ad cognitionem Judicis ſupremi Sileſiæ Uratiſlavienſis nempe ſpectare debeant.

Quartò, Ratio tàm † legis quàm cu- 36
juslibet alterius diſpoſitionis cenſetur eſſe cujuslibet diſpoſitionis & medulla, *Bald. l. 1. col. final. ff. ſi cert. petat.* Et mens, *Dyn. c. final. de regul. jur. lib. 6.* Et ſpiritus, *Bald. conſil. 275. col. 3. lib. 2.* Et eſſentia, *Bald. c. 1. §. quia vidimus. col. antepen. de his qui feud. dar. poſ.* Nihilq; à diſpoſitione ipſa differt, *Tiraquel. in tractat. ceſſante cauſa. part. 1. num. 135.* Imò & ratio diſpoſitionis ipſa diſpoſitio eſt & eſſe cenſetur, *gloſ. l. 2. verb rationem vel legem. C. de conſuetud Bald. conſil. 467. in fin. lib. 2. Tiraquell. in tractat. ceſſante cauſa. part. 1. num. 135.*

Ideoquè receptum in diſpoſitione tàm legis quàm alia quælibet, potiùs inſpiciendam mentem ſive rationem quàm verba, *l. penult. ff. ad exhibend. l. credendum. ff. qui pet. tutor. l. ſcire. §. aliud. ff. de excuſat. tutor. l. 3. §. conditio. ff. de adim. legat. l. Labeo. ff. de ſup. leg.*

Illudq; non cenſeri omiſſum, quod eadem ratione concluditur, *Bald. l. per diverſas. col. 1. C mandat.*

Atque in omnibus illis caſibus, in quibus eadem ratio militat, ſive inter quos ratio diverſitatis aſſignati nequit, idem quoque jus ſtatuendum ſit, *l. illud. in princip. ff. ad leg. aquil. l. à Titio. in princip. & ibi Iaſon. ff. verb. obligat. l. his ſolu. C. de revoc. donat. Bald. c. quia. extr. de jud. Tiraquell. in tractat. ceſſante cauſa. part. 1. num. 151.*

Etiamſi verba legis vel alterius diſpoſitionis deficiant, *l. 2. §. ſi major. verſ. quid ſi curatores. & verſ. quid ergò ſi non fuerint. ff. ad SC. Tertull. l. 1. §. incidit. ff. ad SC. Turpil.*

Uſque

Digitized by Google

Uſque adeò, ut in omnibus illis caſibus, in quibus eadem ratio militat, non dicatur fieri extenſio, ſed illi caſus omnes ſecundum proprium intellectum ſub illa diſpoſitione comprehendantur, *Petrus & Cyn. l. jus non in ſingulas. ff. de legib. Petr. Cyn. & Bald. l. quod vero. ff. eo. tit. Bald. l. omnes populi. col. fin. ff. de juſt. & jur. Tiraq. rep. l. ſi unquam. verb. liberis. num. 45. C. de revoc. donat. in tract. ceſſante cauſa. part. 1. num 153.*

Illud locum habet non tantùm in legibus, verùm etiam in omni omninò diſpoſitione humana, *Ang. conſ. 346. Tiraquel. in d. tract. ceſſante cauſa. part. 1. n. 140.*

Et quod etiam Privilegium propter identitatem rationis extendatur ad omnes caſus, in quibus eadem ratio militat, tradit *Stephanus Bertrand. conſ. 7. num. 2. verſ. præterea tertiam rationem. lib. 3. part. 2.*

Deinde hoc habet locum non tantùm in ratione expreſſa, in lege vel alia diſpoſitione, ſed etiam in ratione unica conjecturata ſive præſumpta. Namque ratio unica præſumpta ſive conjecturata & præſumitur ſive cenſetur, eſſe ratio ſive cauſa finalis diſpoſitionis, *Prepoſ. c. verum col. 2. verſ. item ubicunq; non poteſt. ext. de condit. oppoſit.*

Et pro expreſſa habetur, & in omnibus ferè expreſſæ rationi æquiparatur, necnon & per illa diſpoſitio quælibet perinde extenditur ad omnes caſus ſub illa ratione tacitè conjecturatæ comprehenſos, atque ſi illa ratio in diſpoſitione expreſſa fuiſſet, *gl. l. quamvis. & ibi Bald. Paul. Caſtr. Rip. Fulgoſ. Corn. & Dd. C. de commiſſ. Dyn. c. final. de regul. jur. lib. 6. Bald. l. maximum vitium. col. 5. C. de lib. præter. Bald. auth quas actiones. col. 2. q. 3. & ibi Iaſ. num. 22. limit. 1. C. de SS. Eccleſ. cum multis ſimilibus allegat. per Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa. part. 2. limit. 21. num. 7. 8. & 9.*

Quod etiam locum habet in diſpoſitionibus odioſis & ſtrictis, quales ſunt diſpoſitiones juris cōmunis correctoriæ. Namq; nihilominus in illis ratio unica conjecturata ſive præſumpta habetur pro expreſſa, & propter illam diſpoſitio licet ſtricta, extenditur ad omnes caſus ſub illa ratione conjecturata comprehenſos, *Paul. Caſtrenſ. & Raph. Cuma. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matrim. Alex. l. ſi conſtante. in princ. col. 3. verſ. fortius videtur. & ibi Claud. de Seyſel. col. 3. verſ. tertiò fallit. ff. eo. tit. Iaſ. l. de quib. col. 4. verſ. puto quod utrunq; ff. de legib. Iaſ. authent. quas actiones. num. 22. limit. 1. C. de SS. Eccleſ. Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa. part. 2. limit. 21. num. 9.*

Et licet aliqui Dd. velint, in † dubio non præſumi rationem tacitè conjecturatam ſive præſumptam unicam eſſe, niſi probetur, *Salic. l. ſi ſervi veſtri. col. 5. C. de noxa. actio. Alex. l. ſi conſtante. in princ. col. 3. ff. ſolut. matrim. Iaſ. auth. quas actiones. num. 22. limit. 1. C. de SS. Eccleſ. Iaſ. l. quamvis. col. fin. C. de fideicomm. Perpal. repet. Rubr. col. 3. verſ. cavete. ff. ſolut. matrim. Curt. ſen. conſ. 81. col. 1. verſ. fortius urget.*

Attamen hoc non habet locum, quando illa ratio unica conjecturata veriſimilis eſt, *Curt. ſen. conſ. 31. col. 2. num. 8. Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa. part. 2. limit. 21. nu. 28.*

Sed hujus Privilegii, quod Duces Sileſiæ in litibus ipſis motis à Rege Boh. vel aliis Ducib. Sileſię tantùm coram ſupremo judicio Sileſiæ Uratislavienſi nempe forum ſortiantur, nulla alia ratio aſſignari poteſt, quàm illa tantùm, ne Duces Sileſiæ extra provinciam Sileſiæ trahantur vel comparere cogantur. Illaq; ratio & veriſimilis eſt & locum habet, in omnibus omninò litibus & controverſiis contra Duces Sileſiæ motis, etiam ab inferioribus, quorum cognitio ad alium forum Sileſiæ non ſpectat.

Igitur ſequitur, quod prædictum Privilegium locum habere debeat, in omnibus omninò cauſis & litibus Ducibus Sileſiæ etiam ab inferioribus motis, eo caſu, quando illarum cauſarum cognitio ad Judicem, inferiorem in Sileſia Tribunal habentem, non ſpectat.

Quintò, legibus expreſsè cautum eſt,
quod † regulariter nulla cauſa extra illam 31
provinciam, in qua reus domicilium habet, trahi debeat. Sed quod omnes cauſæ intra limites illius provinciæ definiri debeant, *§. hoc conſiderantes. verſicul. & ultra terminos litigare. verſ. ſi igitur. & verſ. nequaquam ad aliam provinciam cauſa trahatur. auth. ut omnes obediant. judic. provinc. §. ſi verò contigerit, ibi recedere à propria patria. authen. ut differ. jud. § ut autem omnes, verſ. in eadem provincia conſtitutis. auth. de ſanctiſſimis Epiſcop. c. neminem. 3. q. 6. Spec. §. 1. num. 5. verſ. item quod ſit. ext. provinc. tit. de citat. Bart. & Bald. l. 1. C. quando incip. inter pup. & vid. Bald. auth. qua in provincia. num. 8. C. ubi de crimin. ag. oport.*

Et cum hac diſpoſitione juris communis, conveniunt, etiã Conſtitutiones No-

vellæ Sac. Rom. Imper; nempe ordinatio Cameræ Imperialis facta Wormatiæ anno 1495. *ſub Rub* Die Unterthanen in ihren ordentlichen Gerichten bleiben zu laſſen. *Item, Conſtitutio ſive Receſſus imperij promulgatus Coloniæ anno 1512. Item & ordinatio Cameræ Imperialis facta Wormatiæ anno 1521. ſub Rub.* Einen jeden bey ſeinem ordentlichen Gerichte bleiben zu laſſen. *Item, Auguſtæ anno 1548. part. 2. c. 1. 5. & 8.*

Similiter in rationib: dubitandi contrarium probatum eſt, Privilegia omnia ſecundum jus commune intelligenda, declaranda & extendenda eſſe.

Igitur ſequitur, præallegatum Privilegium ſecundum jus commune intelligendum & ita accipiendum eſſe, ne Principes ſive Duces Sileſiæ ullo unquam caſu extra Sileſiam trahi poſſint, quodq; ipſi in omnibus omninò cauſis, quæ ad alterius inferioris Sleſiaci Judicis cognitionem non ſpectant, tantùm coram judicio ſupremo Sileſiæ Uratislav. nempe juri ſtare cogantur.

Sextò, clari & indubitati juris eſt, quod
39 illa † nomina Ritterſchafft / item Mannſchafft / ſint nomina collectiva, comprehendentia non tantùm ſingulares ſive particulares Nobiles, ſed etiam ipſam Univerſitatem Nobilium.

40 Similiter & illa verba: † Die von der Ritterſchafft oder Mannſchafft / comprehendunt non tantùm ſingulares perſonas, verùm etiam ipſam Univerſitatem ſive collectionem Nobilium. Sicut hoc ſatis probatur, Tùm, per *gl. c. cum in multis. verb. quidam alij. de reſcript. lib. 6.* dum videlicet ibi gloſ. dicit: Reſcriptum impetratum contra homines talis loci, ita accipiendum eſſe, ut vigore illius reſcripti non tantùm homines ſingulares illius loci, ſed etiam Univerſitas illorum hominum in jus vocari poſſit.

Tùm, quia à pari procedunt, ſive in aliqua diſpoſitione fiat mentio Nobilitatis, ſive illorum, qui ſunt de Nobilitate. Sicut hoc ſatis probatur per id, quod Dd. tradunt à pari procedere, ſive in aliqua diſpoſitione fiat mentio Peruſinorum vel Florentinorum, ſive illorum de Peruſio vel de Florentia, *c. 1. & ibi Dd. ext. de ſponſal. l. ſed & reprobari. §. amplius. & ibi gl. ff. de excuſ. tutor. Bart. l. 1. & ibi Alex. in add. ff. ad municipal. Bart. in in tr. de repreſal. col. 22. poſt princ. verſ ad primum quæritur. Bart. conſ. 42. Alex conſ. 100. lib. 6. Fr. Aret. conſ. 77. Bart. Rub num. 4. & ibi Alex. & Fr. Nicont. in repet. nu. 72. ff. ſolut. matrim.*

Tùm, quia diſpoſitio indefinitè loquens de civib. non tantùm de hominib. ſingularibus, ſed de ipſa Civitate ut Univerſitate intelligitur, *l. civibus. & ibi Bart. & Socin. ff. de reb. dub. l. Lucius. §. civibus. ff de legat. 2.*

Uſq; adeò, ut hoc habeat locum etiam in Privilegiis facientibus mentionem de civibus: Talia enim Privilegia intelliguntur non tantùm de civibus ſingularibus, verùm etiam de ipſa Civitate ſive loco; & ſic de Univerſitate, *Bald. l. ſi non ſpeciali. C. de Teſtament. Socin. l. civibus. n. 4. ff. de rebus dub.*

Tùm, quia relictum † Canonicis Eccleſiæ, & ſic Univerſitati acquiritur, *Bart. l. 2. & ibi Ludov. Luſitan. ff. de reb. dub. Petr. de Peruſ. in tract. de quarta Canonica. c. 4. verſ. tertio principaliter. Barb. conſ. 1. col. 16. lib. 4. ubi ipſe aſſignat hanc opinionem communiter receptam.* 41

Et licet in hoc contrarium teneant multi Dd. volentes relictum Canonicis, non Eccleſiæ, ſed ipſis Canonicis acquiri, *gl. c. requiſiviſti. & ibi Dd. ext. de Teſtament. gl. cap. Pontifices. 12. quæſt. 3. Abb. c. 2. col. 3. ext. de detim. Abb. c. 3. col. 4. ext. de probatio. Socin. l. 2. nu. 12. ff. de reb. dub.* Attamen illud indubitatum eſt, quod relictum Canonicis, Collegio Canonicorum acquiratur.

Et ſic quod diſpoſitio de Canonicis loquens, ſimpliciter & indefinitè verificetur non tantùm in ſingulis Canonicis, ſed comprehendat Collegium ſive Univerſitatem Canonicorum, *Abb. Cardin. & Barb. c. requiſiviſti. & ibi Covar. n. 10. ext. de Teſtam. Fel. c. auditis. nu. 24. ext. de præſumpt.*

Et ſic liquet, quod diſpoſitio ſimpliciter loquens de Nobilibus, ſive illis de Nobilitate, comprehendat non tantùm ſingulares Nobiles, ſed etiam ipſam Univerſitatem Nobilium.

Et per conſequens omninò dicendum & concludendum eſt, diſpoſitionem Privilegii generalis Sileſiæ indulti, quantùm in eo diſponitur, Quod ſi etiam de communi Nobilitate Dominos ſuos vel Magiſtratum ſuum, quis in jus vocare velit, hoc quilibet cum ſua querela inſtituere debet in eo loco ubi Reus conveniendus eſt, ita accipiendam eſſe, ut habeat locum non tantùm in ſingularibus Nobilibus, ſed etiam in Univerſitate Nobilium contra Ducem aliquem Sileſiæ actionem inſtituente: Eamq; ob cauſam illud Privilegium etiam in caſu noſtro ſibi locum vendicare.

Septimò,

Digitized by Google

42 Septimò, Privilegium † vel alia diſpoſitio loquens de Nobilibus, comprehendit non tantùm Nobiles inferioris gradus, ſed etiam Nobiliores, imò & Nobiliſſimos, *c. conſtitutis. el. 2. ibi ſorores, nobilee viri Marchionis. extr. de teſtib. c. grandi. ibi nobilem virum, Comitem de ſuppl. neg. Prælat. lib. 6.*

Ex quo textu ibi de notabili tertio colligit Domin. diſpoſitionem etiam Privilegii facientem mentionem de Nobilibus comprehendere Comites & Duces: Illamque deciſionem refert atque ſequitur ibidem *Corſetus in rep. col. 12. verſ. venio nunc ad ea. Barb. conſil. 57. incip, præclarè ſcrib. 12. col. 3. lib. 2. Cœpoll. in tract. de Imp. milit. de leg. in 40. Privileg. Nobil. Brixianus in ſuo reperto. verb. Nobilit. Tiraq. in tract. de Nobilit. c. 6. n. 51.*

43 Et confirmatur ex eo: Namque † diſpoſitio ſimpliciter ſive indiſtinctè loquens de Clericis, comprehendit non tantùm Clericos ſimplices, verùm etiam Canonicos; item Epiſcopos; reliquosq; Prælatos, & ſic Clericos in dignitate conſtitutos, *Panorm. c. 3. notab. 1. ext. de poſtulat. Prælat. Panorm. Rub. num. 4. ext. de vit. & honeſt. Cleric. Panorm. c. non dubium, & ibi Felin. num. 1. ext. de ſententia excommun. Frider. de ſen. conſ. 71. Rom. & Andr. Barbat. l. 1. in princip. & ibi Alciat. num. 10. circ. fin. ff. de verb. obligat.* Ubi *Alciat.* atteſtatur, hanc opinionem communiter receptam.

44 Quinimò, ſub diſpoſitione generaliter vel indefinitè loquente, nec faciente mentionē aliquam etiam Nobiliū, comprehenduntur non tantùm Nobiles ſimplices, ſed etiam Barones & Principes, *Oldrad. conſ. 211. conſ. 293. col. pen. verſ. ad iſtud reſpondetur. conſ. 321. Fel. c. ad aures. col. 8. verſ. octava concluſio. ext. de reſcript. c. cum in jure. ext. de offic. delegat. c. quod ſuper his. extr. de fide inſtrum. Dec. l. 1. num. 24. C. manda. princ.*

Et confirmatur ex eo, Namque ſub diſpoſitione generali vel indefinita, comprehenduntur etiam perſonæ privilegiatæ, *l. in fraudem. §. fin. & ibi Bald. ff. de Teſtam. milit. Bald. l. omnes populi. ante fin. verſ. item, nota quod generale ſtatutum. ff. de juſt. & jur. Dec. & Cagnol. l. 1. ff. de reg. jur. Dec. l. nemo poteſt. ff. eo. tit. Dec. l. quo tutela. §. 1. ff. de reg. jur. Dec. l. 1. col. 2. notab. 3. argum. illius text. C. de edend. Dec. l. ex Teſtamento. C. unde liber. Rip. l. 1. nu. 60 ff. de vulg. & pupill. Gozad. conſ. 97. nu. 7. cum multis ſimilibus allegat. per Tiraquell. in tractat. de utroq. retract. part. 1. §. 1. gl. 14. num. 96.*

Ex quo infertur, licet in præallegato Privilegio tantùm fiat mentio Der Ritterſchafft vnd der Mannſchafft/ & nulla fiat mentio in ſpecie der Herrenſtände/ Quod tamen ſub diſpoſitione illius Privilegii generaliter & indefinitè loquentis, etiam die Herrenſtände comprehendantur.

Octavò, dubio omni caret, quod † ſe- 45
cundum largam ſignificationem vocabuli, & ſic in omnibus illis diſpoſitionibus, in quibus larga interpretatio fieri debet, appellatione perſonæ comprehendantur etjam Status, Ordines atque Univerſitates, *Bald. l. metum. §. animadvertendum. arg. illius text. ff. quod met. cauſ. Bald. l. quicunq. col. 3. C. de ſerv. fugit. Bald. l. 2. C. de impub. & alijs ſubſtit. Iaſ. l. fin. n. 5. & 6. C. de pact. Iaſ. l. ſi quis major. num. 10. C. de Tranſaction. Alex. conſ. 216. num. 38. cum duobus ſequentib. lib. 2. Fel. c. cum ec. num. 15. ext. de reſcript. fac. text. l. mortuo. ff. de fidejuſſ.*

Similiter & appellatione perſonæ comprehenduntur Status, Ordines, Collegia & Univerſitates, ſi diſpoſitio faciens mentionem de perſona, ſit favorabilis, larga aut extenſibilis, *Immol. c. novit. ext. de judic. Dom. c. cum in illis. §. 1. de præbend. lib. 6. Pet. de Ancher. c. dilectis. ext. de for. compet. Felin. c. cum te. num. 15. verſ. quarta declaratio. ext. de reſcript. add. ad Iaſ. l. ſi quis major. num. 10. C. de Tranſact. Iaſ. l. fin. num. 6. C. de pact.* Vel ſi hoc ſuadeat veriſimilis mens diſponentis, *Bald. c. 1. de no. form. fidel. Alex. in addit. ad Bart. d. l. mortuo. ff. de fidejuſſ. aut identitatis ratio. Socin. conſ. 196. lib. 2.*

Deinde quoque & † diſpoſitio loquens 46
per dictionem *Quis*, aut ſimilem, abſque omni dubio comprehendit non tantùm perſonas ſingulares, verùm etiam Ordines, Status, Collegia & Univerſitates, ſi vel illa diſpoſitio ſit favorabilis, larga vel extenſibilis, vel hoc ſuadeat veriſimilis mens diſponentis aut identitatis ratio; ſicut hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Iaſ. l. ſi familia. nu. 4. ff. de juriſdict. omn. judic.* Et ſatis probatur *per text. l. item ait Prætor. in princip. junct. l. ergò ſciendum. in fin. ff. ex quibus cauſ. major.*

Namque tex. *d. l. item ait Prætor.* inquit: Item ait Prætor, Si quis quid uſu ſuum feciſſet, aut quod non utendo ſit amiſſum, conſecutus eſt, actionevè quem ſolutus ob id, quod dies ejus exierit, cum abſens non defenderetur. Text. verò *in d. l. ergò ſciendum, circ. fin.* dicit: Illud Edictum Prætoris

etiam ad furioſos, infames & civitates pertinere.

Et ſic ex illis text. liquet, Edictum Prætoris vel aliam diſpoſitionem conceptam per dictionem, *Si quis*, comprehendere non tantum perſonas ſingulares, ſed etiam Status, Ordines, Collegia & Univerſitates.

Idem probat etiam textus, *l. 1. junct. l. nihil. ff. ad SC. Macedon.* Namque in illis textibus expreſſe deciditur, SC. Macedonianum prohibens, ne quis filiofamilias mutuam pecuniã det, quodq; ei qui filiofamilias mutuam pecuniam dedit, ejus repetitio denegetur, habeat locum etiam in Civitatibus, & ſic in Univerſitatibus.

Eandem ſententiam probat etiam id, quod Dd. communiter tradant, Conſtitutionem *l. ſi quis in tantum. C. unde vi.* loquentem per dictionem, *Si quis*, habere locum non tantùm in perſonis ſingularibus, verum etiam in Ordinibus, Statibus & Univerſitatibus rem ab alio poſſeſſam occupantibus, *Cyn. & Alber. l. ſi quis in tantam. & ibi Menoch. nu. 123. C. unde vi. Card. Pariſ. conſ. 21 nu. 30. lib. 4.* Eamq; ſententiam communem eſſe atteſtatur *Card. Pariſ & Menoch. in locis præalleg.*

Huc etiam accedit id, quod Dd. aliqui tradunt, diſpoſitionem, *l. ſi quis major. C. de tranſact.* habere locum non tantùm in perſonis ſingularibus, ſed etiam in Collegiis & Univerſitatibus, *Iaſ. d. l. ſi quis major. nu. 8. cum duob. ſeqq. & ibi Cagnol in repet. nu. 13. cum duob. ſeqq.*

Pro eadem deciſione comprobanda facit *text. l. ſi quis id quod. juncta. l. ſi quis familia ff. de juriſdict. omn. judic.* Dum videlicet in illis textibus deciditur, Edictum Prætoris ſanciens pœnam in corrumpentem album Prætoris, & utens dictione, *Si quis*, habere locum non tantùm in perſonis ſingularibus, ſed etiam in Univerſitatibus album Prætoris corrumpentibus.

His etiam adde textum, *c. quoniam. & c. ſi quis Clerico. 4. diſtinct. 47. junct. c. conqueſtus. ext. de uſur.* Ex quibus textibus liquet, licet Conſtitutiones canonicæ prohibentes uſuras, utantur dictione, *Si quis*, uſuras tamen intelligi prohibitas non tantùm perſonis privatis, ſed etiam Collegiis & & Univerſitatibus.

Sed Privilegium, de quo in caſu præſenti agitur, eſt & favorabile, & latè atque largiſſimè interpretandum, & ratio Privilegii, nec non & veriſimilis mens concedentis locum haber non tantùm eo caſu, quo ſingulares Nobiles, ſed etiam eo caſu, quo ipſa Univerſitas ſive ordo Nobilium contra ſuperiorem ſuam actionem inſtituit, prout hoc partim ex ſupradictis liquet, & partim ex inferius dicendis liquebit.

Igitur ſequitur, quod prædictum Privilegium, non obſtante hoc, quod in iſto Privilegio ſequentia verba poſita ſunt, Wenn die von der Ritterſchafft oder Manſchafft/ quando illi de ordine equeſtri, habeat locum non tantùm in ſingularibus perſonis, ſed etiam ſi Univerſitas, Status vel Ordines Nobilium contra Dominum ſive Superiorem ſuum agere velint.

47 Nonò, regulariter, quælibet † diſpoſitio ex præcedentibus, item ex ſequentibus declarationem recipit, & ſecondum præcedentia & ſequentia intelligi debent, *l. qui filiabus in princ. & ibi Bart. Iaſ. & Dd. l. ſi ſervus plurium. §. fin. ff. de leg. 1. l. fin. §. cui dulcia ff. de vino, tritit. & oleo legat. l. utrum in princ. & ibi Bart. Bald. & Ang. ff. de pet. hæredit.*

48 Similiter & ex † adjuncto ſive ratione adjuncti, quælibet diſpoſitio declarationem recipit, *l. 1. ff. de reb. dubijs.*

Ex quo infertur, etiam poſito, probabiliter dubitari poſſe, utrum ſub illis verbis: Die von der gemeinen Ritterſchafft und Mannſchafft / illi qui ſunt de communi ordine equeſtri, poſitis in prædicto Privilegio ipſe Ordo ſive Univerſitas Nobilium comprehendatur, iſta tamen verba per verba immediatè ſubſequentia nempè, Dazu die von Städten oder jhre Einwohner. Adhæc qui ſunt de civitatibus vel illarum incolæ: Quæ verba expreſſè decidunt, quod illud Privilegium habeat locum non tantùm, quando ſingulares cives, ſed etiam quando Civitates & ſic Univerſitates actionem inſtituunt, talem declarationem recipere, ut ſimiliter & Privilegium de Nobilibus loquens, habeat locum non tantùm in ſingularibus Nobilibus, ſed etjam quando Ordo ſive Univerſitas Nobilium actionem contra Dominum ſive Superiorem ſuum inſtituit.

Similiter, cum in præcedentibus verbis illius Privilegii diſponitur, ſi Princeps Sileſiæ à Principe ejuſdem Sileſiæ, vel etjam à Rege Boh. conveniatur, ipſum forum ſortiri coram judicio ſupremo Uratiſlavienſi, ex prædictis infertur, ſequentem diſpoſitionem illius Privilegii, quatenus in

illo

illo decidiitur, ſi illi de Nobilitate vel Civitates, aut etiam ſingulares Cives contra Dominos vel Superiores ſuos agere volunt, iſtam actionem coram judice rei proponendam, ſecundum præcedentem diſpoſitionem ita accipiendam eſſe, ut Principes Sileſiæ à ſubditis conveniri in omnibus illis caſibus, in quibus iſtius cauſæ cognitio ad judicem inferiorem non ſpectat, coram prædicto judicio ſupremo Sileſiæ forum ſortiri debeant.

49 Decimò, Diſpoſitio † generaliter & indiſtinctè concepta, ſive generaliter loquens, à nobis non debet diſtingui, *l. 3 ff. de offic. præſid. l. de precio. ff. de Publician. in rem action.*

Sed generaliter intelligi, ita ut omnes omninò caſus comprehendat, *l. 1. ſ. cum urbem. ff de offic. præfect. urb. l. regula. §. fin. ff. de jur. & fact. ignor. l. 1. ſ. ait ergò. ff de his quæ in fraud. credit.*

Etiamſi major ratio ſit in uno quàm in alio, *l. 1. ſ. quod autem, ff. de aleator. Socin. l. 2. ſ. ex his. in princip. ff. de verb. obligat. Dec. Rubr. col. 7. extr. de judic. Dec. conſil. 5. & conſil. 20.* Item etiamſi illa diſpoſitio ſit ſtricta, odioſa, *Ang. fin. col. fin. verſ. tertiò quæritur. ff de Conſtit. Princip. Dec. conſ. 5. Crav. conſ. 118. nu. 14. lib. 1.* Vel pœnalis, *gl. c. contra Chriſtianos. verb. procedendi. de hæret. lib. 6. Gozad. conſ. 17. nu. 17.* Aut juris communis correctoria, *gl. d. c. contra Chriſtianos. Imol. l. ſi verò. §. de vero col. 2. ff. ſolut. matrim. Hieron. Gratus conſ. 59. col. 2. lib. 1.*

Et prædicta procedunt non tantùm in legibus, verùm etiam in Teſtamentis, Contractibus, reliquisq; diſpoſitionibus, *gl. & Salic. l. fin. C. de hæred. & actio. vendit.*

Et in ſpecie hoc habet locum, etiam in Privilegiis. Namque & verba generalia Privilegiorum generaliter intelligi, nec ullum Privilegium contra generalitatem verborum reſtringi debet, *Angel. l. fin. & ibi Iaſ num. 33. limit. 1 ff. de Conſtit. Princip. Ant. de Butr. c. olim. & ibi. Panorm. nu. 4. ext. de verb. ſignif. Dec. c. cum accreviſſent. n. 14. ext. de Conſtit. Calder. conſ. 1. tit. de conſang. & affin. Hieron Gratus conſ. 130. num. 16. lib. 1.*

Cum itaque prædictum Privilegium generaliter dicat, Wenn die von der gemeinen Ritterſchafft oder Mannſchafft auff jhre Herrſchafft thun wollen / daß dieſelbe Klage an denen Enden / dahin der Antworter zu Recht verordnet / angeſtellet werden ſol: quando de communi ordine equeſtri ſive Nobilitate contra ſuos Dominos actionem inſtituere volunt, quod illa actio eo loco, ubi Reus de jure reſpondere tenetur, inſtitui debeat, nec diſtinguat, utrum illa actio proponatur ab uno, an verò ab aliquibus, vel ab omnibus Nobilibus contra Principem ſuum. Sequitur, illud Privilegium non eſſe diſtinguendum vel reſtringendum, ſed generaliter accipiendum, ita ut habeat locum, ſive unus Nobilis, ſive aliqui ex Nobilibus, ſive etiam omnes Nobiles contra Principem vel Dominum ſuum actionem inſtituere velint.

Undecimò, † indefinita oratio æquipollet univerſali, *l. ſi pluribus. in princ. & ibi Bart. ff. de leg. 2.* 50

Illudq; abſque omni dubio locum habet in diſpoſitionibus legum, *Bart. d. l. ſi pluribus. n. 5. Archidiac. & Præpoſ. c. ſi Romanorum. diſt. 19. Curt. l. 1. col. 2. & 3. ff. ſi cert. pet. Cardin. Pariſ. c. auditis ext. de præſcript.*

Idem quoque juris eſt in Statutis, *Dyn. Rubr. de reg. jur. lib 6. Imol. & Dd. d. l. ſi pluribus. Gemin. c. ut circa de electioni. lib. 6. Bald. in tract. Statutor. ſuper verb. indefinita. Bald. Angel. & Dd. l. ſi ſervitus. ff. de ſervit. urb. præd. Nellus in tract. Bannitorum. part. 2. rep. 2. quæſt. 55. Dec. l. 1. lect. 1. ff. ſi cert. petat.*

In † diſpoſitione quoque hominis indefinita, indiſtinctè æquipollet univerſali, vel quando inter illa, quę in diſpoſitione indefinita continetur, ratio diverſitatis aſſignari nequit, *Bartol. Imol. & Dd. d. l. ſi pluribus. ff. de leg. 2. Cagnol. l. 1. ff. de regul. jur.* Vel quando illa diſpoſitio favorabilis eſt, *l. ſi quis ita. §. 1. ff. de Teſtam. tutel. l. qui filiabus. in princip. ff. de legat. 1. Bart. & Dd. d. l. ſi pluribus. in princip. ff. de legat. 2. Cagnol. l. 1. ff. de reg. jur.* 51

Et quod etiam in † Privilegiis indefinita æquipollent univerſali, probat *text. c. quia circa. & ibi gloſ. & Panorm. ext. de Privil. Steph. Bertrand. conſ. 7. num. 2. verſ. præterea quod verba Privilegij. lib. 3. part. 2.* 52

Sed illud Privilegium, de quo in caſu pręſenti agitur, eſt & favorabile & latè interpretandum, & inter illum caſum quando omnes Nobiles, ſive ordo Nobilium actionem contra Superiorem ſuum inſtituit, item & illum, quando tantùm aliqui ex Nobilibus contra Superiorem ſuum agunt, ratio diverſitatis aſſignari nequit.

Igitur ſequitur, etiam poſito, illa verba Privilegii, Wann die von der ge-

meinen Ritterſchafft vnd Mannſchafft/non pro verbis generalibus, ſed pro verbis indefinitis accipienda eſſe. Illa tantùm verba æquipollere verbis univerſalibus, & hoc operari, ut hoc Privilegium indiſtinctè ſibi locum vendicet, etiam eo caſu, quando omnes Nobiles ſive Univerſitas Nobilium contra ſuum Superiorem agunt.

53 Duodecimò, in † omnibus omninò diſpoſitionibus potiùs attenditur effectus quàm verba, uſque adeò, ut effectus verbis præferatur, *Bart. l. cotem ferro. §. qui maximos. q. 2. ff. de publican. Bart. in quæſt. incip. publicanus. Bart. l. ubi ita donetur. arg. ill. text. ff. de donat. cauſ. mort. Socin. l. gallus. §. etiam ſi parente. col. 2. poſt med. ff. de liber. & poſthum. Socin. conſ. 8 8. dub. 1. lib. 1. conſ. 156. in princip. lib. 2. Cravet. conſ. 20. num. 5. conſ. 214. nu. 1. & 2. & conſ. 301. num. 3.*

Utq; diſpoſitio locum habeat in omnibus illis caſibus, quibus effectus ſaltem indirectè convenit, licet verba deficiant, *gl. Clem. unica. verb. cenſura. de uſur. Socin. conſ. 71. col. 3. lib. 1. Dec. c novit. ad fin. col. 1. extr. de jud. Ang. repet. l. ſi quis major. num. 15. C. de Tranſact.*

Sed effectus prædicti Privilegii ille eſt, ne quis Dux vel alius incola Sileſiæ extra provinciam Sileſiæ juri ſtare vel comparere cogantur, qui effectus omnibus omninò caſibus convenit, ſive Dux Sileſiæ conveniatur ab alio Duce ſive à ſingulari perſona, ſive ab Univerſitate aliqua, ab ordine nempe Nobilium.

Igitur ſequitur, illud Privilegium in omnibus omninò caſibus locum ſibi vendicare & hoc operari, ne quis Dux aut alius incola Sileſiæ in cauſis vel litibus ipſi motis ullo caſu extra Sileſiam trahi poſſit, vel ibidem juri ſtare cogatur, etiamſi ille caſus verbis Privilegii expreſſus non eſſet.

54 Decimò tertiò, in † Privilegiis, omnibusq; aliis diſpoſitionibus illud pro diſpoſito & expreſſo habetur, quod quis veriſimiliter diſpoſuiſſet, aut expreſsè, ſi de eo vel cogitaſſet vel interrogatus fuiſſet, *l. inde partium. §. fin. & ibi gl. Bart. l. Iaſ. & Dd. ff. de pact. l. Barbarius. & ibi Iaſ. ff. de offic. Prætor. Beloſ. l. cum acutiſſimi. col. 2. C. de fideicomm. Bald. l. 1. C. quæ res pignor. oblig. poſſ. Bald. l. quod verò. ff. de legib. Signor. conſ. 3. col. 2. Pet. de Anch. conſ. 89. Alex. conſ. 48. col. 2. lib. 1. Iaſ. l. ſi extraneus. not. 4. ff. de cond. ob cauſ. Dec. conſ. 15. col. pen. cum multis ſimilibus allegat. per Tiraquel. repet. l. ſi unquam. in præfat. num. 56. C. de revoc. donat.*

Sed veriſimile eſt, ſi Uladislaus Rex Bohemiæ, qui prædictum Privilegium Statibus atque Ordinibus Sileſiæ conceſſit, tempore Privilegii conceſſi de hoc interrogatus fuiſſet, ſi Duces vel Principes Sileſiæ non à Principibus, ſed ab aliis vel ſingularibus perſonis, vel Collegiis, vel Univerſitatibus convenirentur in illis cauſis, quæ ad alterius inferioris judicis cognitionem non ſpectarent, coram quo judice tales actiones proponendæ eſſent, ſuam regiam Majeſtatem diſpoſiturum, & in Privilegio expreſſurum, quod tales actiones coram judicio ſupremo Sileſiæ Uratislavienſi proponi, quodq; Duces Sileſiæ coram nullo alio judicio ſtare aut comparere debeant.

55 Decimò quartò, † Privilegium nemini nocivum, latiſſimè interpretari debet, *Iaſ. l. 1. lect. 1. num. 15. C. de SS. Eccleſ. ubi ipſe ad hoc allegat Innoc. & Dd. c. cum dilecti. ext. de donatio. Innoc. & Dd. c. olim. ext. de Privileg. Imol. & Dd. c. ex tuarum. ext. de auto. & uſu. pal. Bart. ſi quando. C. de bon. vacant. lib. 10.*

Similiter & quodlibet Privilegium in præjudicium concedentis latiſſime intelligi debet, *Panorm. c. cum dilecti. extr. de donat. Panorm. c. quia circa. ext. de Privileg. Panorm. c. olim. ext. de verb. ſignif. Bertrand. conſ. 7. n. 2. lib. 3. part. 2. Bertrand. conſ. 15. num. 5. conſ. 277. nu. 20. lib 6. conſ. 38. nu. 3. lib. 7. Franc. Nicontius rep. Rub. n. 119. ff. ſolut. matr.* Ubi ipſe ad hoc infinitas auctoritates citat. Ex quibus facilè liquet, hanc opinionem communiter receptam.

Eodem modo & Privilegium conveniens juri communi latiſſimè interpretandum eſt, *Panorm. c. olim. num. 4. ext. de verb. ſignific.*

Deinde quoque & Privilegia favorabilia ſive favorem continentia latiſſimè interpretari debent: ſicut hoc ſatis probatur, Tùm, per id quod alibi traditur, diſpoſitionem quamlibet, quantumvis ſtrictam latè interpretandam eo caſu, quando illa diſpoſitio favorem continet, *Dec. l. qui ſe patris. nu. 24. & 26. C. unde lib. Ruin. conſ. 195. nu. 10. lib. 1. conſ. 118. nu. 10. lib. 2. conſ. 9. num. 5. lib. 4. Roland. à Vall. conſ. 72. num. 64. cum 4. ſeqq. lib. 1.*

Tùm, quia Dd. in ſimili tradunt, Privilegium ſapiens beneficitum latiſſimè interpretandum eſſe, *Ioan. Andr. & Anton. Butr.*

c. olim.

c. olim. ext. de verb. ſignif. Fel. c. cauſam quæ. n. 12. cum 2. ſeqq. ext. de reſcript.

Privilegium etiam utilitatem publicam reſpiciens, latè interpretandum eſt, *Ruin. conſil. 227, num. 3. lib. 1.*

Sed Privilegium, de quo in caſu præſenti agitur, non eſt nocivum neq; damnoſum tertio, & hic agitur de ſolius concedentis præjudicio, illudq; eſt conforme juri communi, quo jure communi expreſsè cautum eſt, ne quis in litibus ſive controverſus ipſi motis extra patriam ſive illam provinciam, in qua domicilium habet, trahatur, vel juri ſtare cogatur.

Nec non etiam hoc Privilegium publicam utilitatem reſpicit, cum illud tendat ad hoc, ut & lites abbrevientur, & ſecundum jura patriæ dirimantur, & ne ſubditi, dum extra patriam trahuntur, propter nimios ſumptus & impenſas ad paupertatem redigantur.

Deinde quoq; hoc Privilegium eſt favorabile. Tùm, quia juri communi convenit, Et certum eſt, omnem diſpoſitionem convenientem juri communi favorabilem cenſeri, *Iaſ. auth. quas actiones. C. de SS. Eccleſ.* Tùm, quia illud Privilegium eſt conceſſum propter benemerita. Et certum eſt, propter benemerita quamlibet diſpoſitionem favorabilem effici, *Gail. de Cugn. l. 3. §. ſi procurator. ff. quod quiſq; jur. Cyn. d. l. 3. in princip. & ibi Alex. lim. 2. & Iaſ. num. 7. ff. quod quiſq; jur. Alb. de Roſ. l. 1. ff. eo. tit. facit id quod tradit Iaſ. l. ex hoc jure. ff. de juſt. & jur. l. ſi non ſortem. §. libertus ff. de cond. ind. Tir. ſq. rep. l. ſi unquam. verb. donatione largitus. C. de revoc. donat.* Tùm, quià publicam utilitatem reſpicit, Et certum eſt, omne Privilegium utilitatem publicam reſpiciens, favorabile eſſe. Tùm, quia hoc Privilegium tendit ad hunc finem, ne incolę ſumptib. vel impenſis onerentur, quam cauſam ſimiliter favorabilem eſſe, dubio caret.

Igitur ſequitur, hoc Privilegium, de quo in caſu præſenti agitur, latiſſimè interpretandum.

16 Decimò quintò, cuilibet † etiam inferiori permittitur Privilegium, beneficium vel aliam diſpoſitionem Principis per rationem ſive viam rationis interpretari, *Bal. cap. cum veniſſent. in princip. num. 5. ff. de vulg. & pupill.*

17 Præterea † ſucceſſori Imperatoris, Regis vel alterius Principis non permittitur Privilegium prædeceſſoris ſui interpretari pro ſuo libitu ſive tali interpretatione, quæ ex mera voluntate dependet, *Felin. c. cum veniſſent. nu. 2. ext. de judic.*

Et confirmatur ex eo: Namque poteſtas ſive facultas declarandi ſive interpretandi non tranſit in alium, *Innocent. c. fin. ext. de ſucceſſ. ab inteſt.* Etiamſi ipſe ſit vel hæres, *gl. l. idem Pomponius. §. fin. & ibi Bart. Bal. & Ang. ff. de rei vend. gl. l. inter ſtipulantem. §. 1. verb. actori. & ibi Bart. Alex. Ang. & Iaſ. ff. de verbor. obligat. Bart. Bald & Ang. l. ſi quis intentionem. ff. de judic. Bart. Bald. & Ang. l. ſi quis à filio. § ſi plures. ff. de leg. 1. Bald. l. edita. col. 2. C. de edend. Iaſ. l. centeſimis. §. fin ff. de verb. obligat. cum multis ſimilibus allegatis per Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. revertatur. num. 32. C. de revoc. donat.* Vel ſucceſſor in dignitate, *Bald. l. hac lege. C. de ſent. & brevic. recitand. Bald. l. ſi ut proponis. C. de execut. rei judic. Bald. Ang. & Imol. l. ſi ex facto. in pr. ff. de vulg. & pupill. Felin. c. cum veniſſent. num. 20. ext. de jud. Felin. c. qualiter & quando. el. 2. num. 26. ext. de accuſatio.*

Deinde quoque neque Regi neque ſucceſſori Regis permittitur Privilegium clarum, vel ex natura verborum, vel ex ratione in eo expreſſa, aut tacitè conjecturata, vel ex aliis circumſtantiis interpretari illud, nempe vel reſtringendo vel corrigendo in præjudicium alterius, præſertim ſi illud Privilegium ſit conceſſum, vel propter benemerita, vel alioquin irrevocabile, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Paul. Caſtrenſ. conſ. 338. conſ. 340. lib. 1. conſ. 46. lib. 2. Petr. de Anchor. conſ. 398. Socin. conſ. 260. col. 10. lib. 2. Dec. l. 1. col. 1. C. de impub. & all. ſubſt. Dec. c. cum veniſſent. num. 3. ext. de judic. Dec. c. Paſtoralis. circ. fin. extr. de except. Dec. l. in ambiguis. ff de reg. jur. Dec l. edita. col. 12. C. de edend. Bald. c. 1. col. 3. verſ. item, qui interpretetur. ext. de Conſtit.*

Sicut & regulariter non recipitur illa declaratio ſive interpretatio, quæ fit ex intervallo, & cum præjudicio alterius conjuncta eſt, *Aug. conſ. 209. Crav. conſ. 106. n. 13.*

Similiter quoque & talis interpretatio ſive declaratio Privilegii, quæ veriſimilis non eſt, non recipitur, *Tiraquell. repet. l. ſi unquam. in præfat. n 54. C. de revoc. donat.*

Et confirmatur, Tùm, quia veriſimilitudo † eſt cognata naturæ, *Bald. conſ. 186.* 18
lib. 3. Et experimentum verorum ſermonum eſt, quod conveniant rebus ſeu factis ſeu veriſimilib. *Bald. in conſ. ſchiſmat. poſito. ſub Rub. C. ſi quis aliquid teſta. prohib. col. antepen.*

Bald.

Bald. Rubr. col. 1. C. de probat. Bald. l. teſtium. col. pen. C de teſtib.

59 Illudq́; , quod à † veriſimile remotum eſt, imago fa ſitatis cenſetur, *Bald. l. 1. col. 3. C. de ſerv. fugit. Caltan. conſ. 27. col. 2. Barb. conſ. 7. col. 4. lib. 2.*

Tùm, quia non attenditur confeſſio non veriſimilis, *Bald. l. ſi quis in hoc genus. verſ. deinde moto. C. de Epiſc. & Cler. Dec. l. cum ic. col. 2. C. de tranſactio.* Et juramentum non veriſimile, ſervari non debet, *Socin. conſ. 194. col. 1. lib. 2.*

Tùm, quia non adhibetur fides neque teſtibus non veriſimilia deponentibus, *Fel. c. auditis. col. 13. extr. de præſcript. Curt. jun. conſ. 17. col. 2. poſt med. conſ. 52. col. 3.* Neque libro rationum non veriſimili, *Alex. conſ. 83. col. 1. lib. 7.* Neque etiam inſtrumento publico continetur id, quod veriſimile non eſt, *Bald. l. Scripturæ. circ. med. C. de fid. Inſtrum. Dec conſ. 11. col 4. conſ. 94. col 2. Curt. jun. conſ. 17. col. 2. conſ. 178. col. 2. Abb. conſ. 99. lib. 1.*

Tum, quia Judex non debet admittere neque articulos continentes id, quod veriſimile non eſt, *Rot. deciſ. 630. in antiq. Cravet. in tract. de antiq. temp. part. 1. §. quartò limitatur. n. 42.* Neque probationem rei non veriſimilis, *Imol. c. quia veriſimile. ext. de præſumptio.*

Tùm, quia Judex non debet dare fidem non veriſimilibus, *Petr. de Anchor. conſ 257. col. fin.* Neque contra id, quod veriſimile eſt, quem facilè audire, *Petr. de Anchor. conſ. 330. col. 4.*

60 Legibus etiam cautum eſt, illud † Privilegium quod eſt irrevocabile, neque minui, neque mutari, neque alterari, neque ei in aliquo derogari poſſe, *Ioan. Bapſt. de S. Severin. rep. l. omnes populi. num. 107. ff. de juſt. & jur.* ubi ipſe *Bald.* pro hac deciſione citat.

Sed prædictum Privilegium toti Sileſiæ, nec non etiam Ordinibus atque Statibus, omnibusq́; incolis Sileſiæ indultum & conceſſum eſt à Rege Uladislao propter benemerita: Eamq́; ob cauſam eſt irrevocabile, *Roman. conſ. 436. Roman. l. ſi verò. §. de vero. Fallent. 24. ff. ſolut. matrim. Alciat. lib. 1. ff. verb. ſignif. Bald. l. ſi cum mihi. ff. de dolo, Alex. conſ. 101. lib. 1. Barb. c. novit. & ibi Fel. num. 12. ext. de judic. Barbat. conſ. 2. col. 4. lib. 4. Socin. conſ. 58. col. 3. lib. 1. conſ. 84. l. 3. Iaſ. l. ex hoc jure. 2. effect. ff. de juſt. & jur. Iaſ. l. ſi non ſortem. §. libertus. 1. effect. ff. de cond. ind. Iaſ. conſ. 101. col. 3. conſ. 120. col. 4. lib. 4. Steph. Bertrand. conſ. 254. lib. 3. Sigiſmund. Neap. inter conſil. Alber. Brun. conſ 114. nu. 259.*

Et inſuper in Privilegio Regis U. cautum eſt, quod illud Privilegium debet eſſe irrevocabile.

Præterea hoc Privilegium, quod ſub illo videlicet caſui præſens comprehendatur, quodq́; in cauſa præſenti Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, Dominus G. F. Marchio B. coram judicio ſupremo Sileſiæ Uratislavienſi forum ſortiatur, quodq́; ipſo nullo modo teneatur in cauſa præſenti liti ſtare coram Imperatore tanquam Rege Bohemiæ, ſatis clarum, perſpicuum & manifeſtum eſt. Et ſi quis contrariam interpretationem illi Privilegio addere velit, illa non eſſet veriſimilis, eamq́; ob cauſam minimè recipienda.

Igitur ſequitur, Imperatoriæ Majeſtati tanquam Regi Boh. non permitti Privilegium prædictum Statibus, Ordinibus atq; Incolis Sileſiæ indultum, ita interpretari, ut ſub iſto Privilegio præſens caſus non includatur. Et ſi ſua Cæſarea Majeſtas talem interpretationem faceret, illam minimè recipiendam.

Decimò ſextò, omnis † virtus, qualitas atque natura illius rei, ad quam fit adæquatio, attribuitur rei adæquatæ, *Bart. Socin. & Dd. l. 1. & ibi Ioan. Croc. in repet. nu. 8. & Iacob. de Nig. nu. 17. arg. illius text. ff. de leg. 1. ſæ. tex. l. 1. §. 1. ff. ſi quid in fraud. patr. l. illud. C. de donatio. cauſ. mort. l. 1. in princip. C. de rei uxor. actio. Bart. l. 1. ff. de conſ. tut.* 61

Omniaq́; Privilegia conceſſa & indulta illi rei, ad quam fit adæquatio, etiam ad rem adæquatam extenduntur, *Bald. conſ. 355. n. 6. lib. 5. Cardin. Pariſ. conſ. 17. nu. 3. & conſ. 22. nu. 5. lib. 4.*

Similiter & quando duo ita ſe habent, quod unum judicetur ad inſtar alterius, quod ſtatutum eſt de uno, etiam ſtatuitur de eo, ad cujus inſtar judicatur, *gl. c. non debet. ext. de conſang. & affin. Anton. de Butr. c. fin. in mat. extenſio. 5. & 6. Fallent. ext. de conſuet. Cardin. Pariſ. conſ. 146. num. 19. lib. 4.*

Extenſio quoque intelligitur facta cum omnibus ſuis qualitatibus, *Felin. c. in præſentia. nu. 27. & ibi Dec. num. 48. ext. de probat. arg. §. Emphyteuſis. auth. de non alienan. vel permut. reb. Eccleſiæ. junct. §. licentiam. auth. de alien. & Emphyt.*

Eodem modo & communionis ea natura eſt, quod qualitas unius ex rebus vel

juribus

Google

juribus communibus, aliis rebus vel juribus communibus uniatur & attribuatur, *l. ſi communem. ff. quemadmod. ſervit. amitt. Imol. c. ad audientiam. argum. illius text. extr. de præſcript. Panormitan. c. 1. & ibi Fel. num. 6. ext. eo. tit. Salic. auth. hoc locum. col. 3. verſ. ſed ſuppoſita. C. ſi mul. ſecund. nupt. gl. fin. c. 1. extr. de jur. patron. Ioan. Andr. c. cui licet. nu. 16. ad fin. de reg. jur. lib. 6. Alex. in addit. ad Bart. l. præcipimus. §. eodem obſervando. C. de appella. Iaſ. l. 1. n. 1. & 2. C. de tranſact. Iaſ. l. ſi emancipat. nu. 5. uſq; ad num. 24. C. de collatio.*

Præterea quoque & una Eccleſia alteri unita, vel unum territorium alteri unitum aut incorporatum ſortitur omnia illa Privilegia illius Eccleſiæ ſive territorii cui unitur, *Iacob. de Nig. repet. l. 1. num. 14. ff. de legat. 1.*

Et hæc generaliter quidem vera ſunt, potiſſimum autem procedunt, quando adæquatio, aſſimulatio, unio vel communio fit adjecta dictione univerſali, *Per omnia vel in omnibus*. Namque horum dictionum illa natura eſt, ut omnis omninò exceptio remota intelligatur, *Iaſ. l. 1. num. 15. arg. illius text. ff. de leg. 1.*

Sed Rex U. in Privilegio conceſſo G. à S. tanquam Duci & Domino in J. Duces ac Dominos in J. in omnibus & per omnia adæquavit & aſſimulavit reliquis Ducibus vel Principibus Sileſiæ, ſicut hoc ſatis liquet ex illis verbis iſtius Privilegii.

Cum etiam Principes Sileſiæ hoc Privilegio gaudeant, quod nulli inferioris conditionis ſeipſis, coram alio quàm ſuis propriis ſubditis reſpondere & ſe juri ſiſti teneantur: Idcircò nos prænominato G. ejusq; hæredibus & ſucceſſoribus hanc poteſtatem dedimus, ac damus ei his ipſis literis, quod illi ſimili modo hac libertate ſive hoc Privilegio uti fruiq; debeant: neque coram ullo, niſi (ſuâ Nobilitate exceptâ) coram noſtris Sleſiacis Principibus juri ſtare debent: Nam coram illis in Principum Comitiis de jure reſpondere tenentur.

Econtrariò & vice verſa debent dictus G. à S. ejusq; hæredes & ſucceſſores obligati eſſe hoc tempore, & ſequentibus etiam temporibus ordinationem & jus ſecundum Principum & ordinum noſtri Principatus communem Conſtitutionem obſervare & ſervare.

Simile etiam jus ipſis adminiſtrari debet, & quidem pauperi ut diviti: ita quidem, quod in omnibus cauſis ſe accommodare debeant ad jus noſtrorum Principum in Sileſia, atque illi itidem cum ipſorum.

Et volumus in futurum & in omne ævum, quod ſemper, quando Principum Comitiæ in terris Sileſiæ indicantur, quod præſens & in futurum, futurus Præfectus noſter in Sileſia dictum G. ejusq; ſucceſſores ad illa Comitia vel Principum conventus citare debeat, & illi in communibus actionibus & conſultationibus ſuum votum ac ceſſionem proximè a Principibus Sileſiæ habere debent.

Igitur ſequitur, quod Duces ſive Principes in J. omnibus omninò Privilegiis, reliquis Ducibus ſive Principibus Sileſiæ indultis conceſſis utantur, quodq; ipſe perinde ut reliqui Duces Sileſię in cauſis atque litibus ipſis motis Sileſiam exire vel extra Sileſiam trahi nequeant; ſed quod in omnibus cauſis, quæ ad alterius inferioris judicis cognitionem non ſpectant, ipſi coram ſupremo judicio Uratiſlavienſi forum ſortiantur.

Decimò ſeptimò, etiam ex verbis Privilegii conceſſi a Rege U. G. à S. liquet, quod Principes & Domini in J. in cauſis ſive litibus ipſis motis extra Sileſiam nullo modo trahi debeant, vel juri ſtare cogantur.

Namque in illo Privilegio, expreſsè cautum eſt, quod Principes in J. in litibus ipſis ab inferioribus motis coram nullo alio judice, quam coram Nobilibus ſuis ad hoc deputatis, & in litibus ipſis motis ab aliis Ducibus Sileſiæ, tantùm coram ſupremo judicio Uratiſlavienſi juri ſtare cogantur.

Et ſic liquet, illud Privilegium expreſsè velle, quod Principes ſive Domini in J. in nullis penitùs litibus, cauſis vel controverſiis extra Sileſiam in jus vocari poſſint, quodq; in omnibus illis cauſis, quæ ad optionem Nobilium ſive Parium Curiæ non ſpectant, illi coram judicio ſupremo Sileſiæ Uratiſlavienſi, & non alibi juri ſtare cogantur.

Et licet in illo Privilegio tantùm diſponatur, quod Duces ſive Principes in J. in litibus ipſis motis ab aliis Principibus Sileſiæ coram judicio ſupremo

Sileſiæ

Sileſiæ Uratislavienſi forum ſortiantur, nec de aliis cauſis ſive litibus in iſto Privilegio mentio fiat: Attamen in aliis omnibus cauſis ſive litibus, quæ ad alterius inferioris Judicis cognitionem non ſpectant, idem jus ſtatuendum.

Tùm, quia in iſto Privilegio illarum litium, quæ ab alio Principe Sileſiæ Principi in J. moventur, eſt tantùm facta mentio propter majorem frequentiam.

Et certum eſt, neque Privilegium, neque aliam diſpoſitionem reſtringi per caſum in ea diſpoſitione propter majorem frequentiam expreſſum.

Tùm, quia illius caſus in iſta diſpoſitione tantùm fit mentio exemplificativè. Et certū eſt, per id, quod in aliquo Privilegio, vel alia diſpoſitione exemplificativè poſitum eſt, nullam prorſus diſpoſitionem reſtringi.

Tùm, quia inter illum caſum, quando Princeps aliquis Sileſiæ contra Principem vel Dominum in J. actionem inſtituit, & inter alios caſus, in quibus inferior talem litem Principi in J. movet, quæ ad inferioris Judicis cognitionem non ſpectat, ratio diverſitatis aſſignari nequit. Et certum eſt, quod in omnibus illis caſibus, inter quos ratio diverſitatis aſſignari nequit, idem jus ſtatuendum.

Tùm, quia hæc interpretatio juri communi convenit, quo expreſsè cautum eſt, quod nemo in cauſis vel litibus ipſi motis, extra provinciam illam, in qua domicilium habet, trahi debeat. Et certum eſt, quod Privilegia ſecundum jus commune intelligi & declarari debeant.

Tùm, quia effectus hujus Privilegii omnibus caſibus æqualiter convenit. Et certum eſt, quod Privilegium quodlibet extendi debeat ad omnes caſus, quibus effectus convenit, licet verba deficiant.

Tùm, quia hoc Privilegium eſt & conveniens juri communi & favorabile, publicamq; utilitatem reſpiciens: Eamq; ob cauſam latiſſimè interpretandum, ſicut hæc omnia in præcedentibus comprobavimus.

62 Decimò octavò, in dubio † quodlibet Privilegium præſumitur eſſe reale, & non tantùm reſpectu perſonæ, ſed etiam reſpectu rei conceſſum, *gloſ. & Bart. l. forma. §. quanquam. ff. de cenſib. gl. 15. quæſt. 2 in ſumma Specul. §. nunc autem. nu. 6. tit. de Inſtrum. edition. Add. ad Bart. l. fin. ff. de ſervit. legat. Socin. conſ. 35. num. 10. lib. 1. Cag. l. in omnibus cauſis. nu. 7. ff de reg. jur.*

Et licet in hoc contrarium teneant multi Dd. volentes præſumi, Privilegium eſſe perſonale, *gl. c. cum veniſſent. extr. de Inſtit. Bartol. l. fin. ff. de ſervit. legat. Bald. conſ. 115. lib. 1. Alex. conſ. 86. nu. 6. conſ. 76. num. 1. & 2. & conſ. 101. in fin. lib. 1. Alex. l. quia tale. ff. ſolut. matrim. Ioan. de Ana. conſ. 20.* Attamen præcedens opinio abſque omni dubio procedit in Privilegio, quod non eſt contrarium juri communi, ſed eſt vel ſecundum, vel præter jus commune.

Namque tale Privilegium in dubio reale præſumitur, *Bart. l. ſi pater. ff. de ſervit. legat. Imol. l. quia tale. & ibi Alex. nu. 4. ff. ſol. matrim.*

Similiter non habet locum, quando in Privilegio ſive conceſſione ex utraq; parte eſt facta mentio ſucceſſorum. Tunc enim illud ſimiliter præſumitur eſſe reale, *Bald. conſ. 159. col. 1. lib. 3. Teraquel. in tract. de jur. primogen. q. 35. num. 20.*

Eodem modo hoc non procedit, quando in Privilegio eſt adjecta dictio, *In perpetuum*, & diſpoſitum, ut illud in perpetuum vigorem ſuum obtinere, ſive perpetuò durare debeat. Tunc enim Privilegium ſimiliter reale cenſeri debet, cum ſecundum propriam vocabuli ſignificationem perpetuum illud tantùm dicatur, quod nullam præfinitionem temporis habet, *Bald. & Angel. l. ex facto. ff. de hæred. inſtit. Alex. conſ. 56. in princ. lib. 1. conſ. 59. lib. 3. Dec. conſ. 472. col. pen. conſ. 516. col. 5. in princ. Syl. Aldobr. Inſtit. de ſatisdat. tut. in princ. nu. 32. & 33.*

Et hoc potiſſimùm locum habet, quando in Privilegio dictum eſt, quod illud apud recipientem, & hæredes ac ſucceſſores ipſius in perpetuum manere debeat. Tūc enim illud Privilegium non tantùm ad ſucceſſores univerſales; verùm etiam ad ſucceſſores particulares tranſire debet: ſicut hoc ſatis probatur ex eo, quod in ſimili traditur, licet feudum regulariter ad hæredes extraneos vel ſucceſſores ſingulares à primo acquirente originem non trahentes non tranſeat, hoc tamen non habere locum, ſi feudum fuerit acquiſitum pro acquirente & ſucceſſoribus ipſius quibuscunque. Tunc enim illud tranſire etiam ad hæredes extraneos, item & ſucceſſores ſingulares, *Bald. l. 1. quæſt. 34. ff. de reb. dub. Bal. c. imperialem. in princip. de prohib. feud. alien. per Frider. Abb. Panorm. conſ. 3. dub. 3. lib. 2.*

Rom.

Rom.l.etiam in pr. & ibi Alex.col.fin. ff.ſol.matr. Rom.l.id tempus.§. 1.ff.de uſucap. Alex. & Iaſ. l. quædam.§.nihil intereſt,ff.de eden. Alex.l.Gallus. §.etiam.col.2.ff.lib.& poſthum. Alex.l.ſi panoni in pr.col pen.ff.ad SC.Trebell. Alex.l quod dicitur.la 2.col.pen.ff.verb.oblig.Alex.conſ.7.n.8.lib.6 conſ. 95.col.2.lib.7.Corn.conſ.16.col.4.lib.1.Soc.l.quidam relegatus.col.2.verſ.quinta concluſio. ff. reb. dub.Iaſ.l.cum filiofamiliâs.n. 89.§. de leg.1.Iaſ.l. 2.§ prætor ait. ff. qui ſatiſd.cogan.Iaſ.l.2.n.198. C.de jur.emphyt.Iaſ.in prælud.feud.n.46.& 123. Iaſ.conſ.27.conſ.55.conſ.39.lib.2.& conſ.115.lib. 4. Alb.Brun.conſ.9.col.3.Card,Zab.conſ.6.n.43. conſ.8.col.5.& conſ.14.n.22.Matth.de Afflict. Deciſ Neapol.386.n.5.Card Pariſ.conſ.65.n.10.lib. 3.Ruin.conſ.20.col.2.lib.1.conſ.103.col.6.verſ.nec etiam,lib.3.Curt.in tract.feud.2.part. 3 part.pr. n.62.& 4 part.n.130.Iacob.de S.Georg.verb.cum pacto.cl.3.n.11.Rol.à Vall.conſ.5.n.45.& 46.Fel. c.quia G.n.5.ext.de jud.Fel.c.in præſentia nu.26. ext.de probat.Barb.repet.l.cum.col.70.C.de fideicom. Catel. Cot. memor. incip. feudum conceſſum mihi memor. Privilegia & memoriali quibuscũq.

Idem eſt, ſi in inveſtitura ſive conceſſione feudi dictum fuerit, feudum eſſe conceſſum Titio & omnibus hæredibus ſive ſucceſſoribus ipſius. Namq; & hoc caſu appellatione hæredum in Inveſtitura ſive conceſſione feudi omnes omninò hæredes etjam extranei & improprii, quales ſunt legatarii & fidèicommiſſarii, comprehenduntur, *Bald c.in præſentia.col.2.ex.de probat. Alex. conſ.30.n.15.lib.5.conſ.195. col. pen. lib. 6.Curt. jun. conſ.1.col.8.Dec.conſ 294.col.2.Rol. à Vall. conſ. 5.n.36.& 37. & conſ.60. n. 49. lib. 1.*

Cum itaq; dictio, *In perpetuum*, ſit æquè univerſalis, ſicut & dictio, *Quibuscunq*, item *Omnis*, ſequitur, quod ſicut conceſſio facta alicui & omnibus ſive quibuscunque illius hæredibus vel ſucceſſoribus perpetua & realis eſt, & ad omnes omninò hæredes & ſucceſſores etiam extraneos & ſingulares tranſitoria, ita quoq; & conceſſione facta alicui & hæredib. ac ſucceſſoribus ipſius in perpetuum, eſſe reale, & ad omnes omninò hæredes & ſucceſſores etiã extraneos item & ſingulares tranſire.

Deinde quoq; dubio omni caret, quod Privilegium alicui conceſſum reſpectu Rei, ſit reale, & tranſeat ad omnes omninò illos, ad quos ipſa res tranſit, *c.cum veniſſent.& ibi gl.& Dd.ex.de Inſtit.gl.25.q.2.in ſum. text l.1.§.permittitur.ff. de aqua quoti.& æſtiv. l.forma.§.quanquam.ff.de cenſib. Dec.l.in omnib. ration.id obſervatur.n.15.& ibi Cagn.n.14.ff.de reg.jur.*

Sed illud Privilegium, de quo in caſu præſenti agitur, non eſt juri communi cuntrarium, ſed illi conveniens & favorabile atq; extenſibile, illudq; Privilegium reſpectu rei Ducatus, nempe in J. eſt conceſſum G. à S. ejusq; hæredibus & ſucceſſoribus in perpetuum.

Igitur ſequitur, illud Privilegium abſq; omni dubio reale eſſe, illoq; Privilegio Marchionem G. F. frui poſſe.

Decimò nonò, ex iis quæ in † principio, 63
procœmio ſive præfatione alicujus Privilegii vel alterius diſpoſitionis poſita ſunt, colligitur, quæ ſit ratio atq; cauſa talis Privilegii ſive alrerius diſpoſitionis, *l.fin. & ibi Bart.Bald.Ang.Imol.& Dd.ff.de hæred.inſt.Bal. l ut liberis, arg.ill.tex. C.de collat.Bald.l.noſtram. col.1.C.de [illegible]ſta.Bal.l.1 ff.de orig.jur.Card.Flor. & Imol.c.ex parte.ext.de Cler.conjug. Rom.conſ. 180.col.2.Alex.conſ.119.col.fin.lib 5.Dec.conſ.379.*

Similiter † ex iis, quæ in procœmio ſive 64
principio dicta vel ſcripra ſunt, mens & voluntas diſponentis ſive Privilegium concedentis colligitur, *l.item quia.§ fin ff. de pact.l. cum hi in pr.& ibi Bart.ff de Tranſact.l regula.§.ſi quis.& ibi Bart. & Bald.ff.de jur.& fact. ignor.l. 1.ff.ad SC.Macedon. l.cum pater. §. dulciſſimis ff. de leg.2.c.ubi periculum.& ibi Ioan.And.ne Cler. vel Monach. lib.6.Rom.conſ 90.col.1. Alex conſ. 7.col.2 lib.2.* Et ex præfatione Privilegii diſpoſitio ejus extenditur, reſtringitur & declaratur, *Rom.conſ 16.col. 1.* Sed in præfatione ſive Procœmio conventiones, confœderationis ſive ſocietatis initæ inter G. Regem Boh. & Marchiones Br, anno 1459. dicitur illam conventionem, confœderationem ſive ſocietatem initam pro bono pacis & pro utilitate, & dominorum, & utriusque ſubditorum.

Similiter & in præfatione illius capituli, in quo deciditur, coram quo judice lites motæ definiendæ ſint, formaliter dicitur nimirum. Et ſi ab utraq; parte, nos vel noſtri ſubditi invicem lites vel controverſias conſequeremur, eæ debent ab utraq; parte ſecundum ſequentem Proceſſum (uti cuilibet quamprimũ jus adminiſtretur) definiri.

Et ſic in præfatione tàm generali illius conventionis, confœderationis ſive ſocietatis quàm ſpeciali illius capituli, quod lites ſive controverſiæ motę coram Conſiliariis utrinsq; domus ad hoc deputatis definiri debeant, ſit mentio ſubditorum utriusque dom[illegible]

Igitur ſequitur ex hoc colligi & probari,

quod mens & intentio illorum Principum fuerit, quod illud Privilegium quoad forũ locum habere debeat, non tantùm quando Rex Boh. nomine ſuo vel Regni aut ſubditorum ſuorum, ſed etiam quando ſubditi Regis Boh. contra Marchiones B. actionem inſtituunt. Eamq; ob cauſam illud Privilegium ita accipiendum, ut etiam hoc caſu ſibi locum vendicet, nec quicquam obſtare, quod ille caſus in diſpoſitione Privilegii verbis expreſſus non eſt.

65 Cum ſit clari & indubitati juris, † in omnibus omninò diſpoſitionib. potius eſſe inſpiciendam mentem quam verba, atque mentem verbis præferendam, *l. fin. C. quæ res pign. obl. poſſ. l. ita ſtipulatus. §. itẽ ſi quis ita ſtipuletur. ff de verb. oblig. l. ſi in venditione in fin. & ibi gl. Bald. Paul. Caſtr. ff. communia præd. l. promittendo in fin. ff. de jur. dot. l. ſed & Celſus. §. ſi fundus. ff. contrah. empt. l. 1. C. ut actio ab hæred. incip. cum multis ſimul alleg. per Tiraq. ſup. l. ſi unquam. verb. libertu. nu. 58. C. de revoc. donat.*

Similiter legibus cautum eſt, quod ſtandum ſit intentioni contrahentium, quicquid verba ſonent, *Bal. conſ. 417. col. 2. lib. 5.* Quodq; ſecundum mentem ſive intentionem diſponentis effectus verborum ſemper limitandus atq; reſtringendus ſit, *Ang. conſ. 170.* Quinimò mens & intentio diſponentis conſideranda eſt, etiamſi verba repugnent vel contrarium ſuadeant, *Ang. conſ. 2. col. pen. conſ. 169. col. 1.* Et ex veriſimili ſive conjecturata mente diſponentis receditur a vi & natura conventionis verbalis, *Bald. l. ſin. col. 2. C. de impub. aliisq; ſubſtit.*

66 Vigeſimò, Naturalis † æquitas & bona fides poſtulat, ut in omnib. contractib. aliisque actibus æqualitas ſervetur, *Dec. conſ. 308. col. 2. circ. fin. Cravet. conſ. 145. n. 13. & conſ. 195. n. 5. lib. 1. Ioan. Cæphal. conſ. 28.*

Ideoq; in omnibus contractib. pactis & promiſſionibus illa eſt capienda interpretatio, ut contrahentium ſit æqualis conditio, utq; æqualitas inter contrahentes ſervetur, *Aym. Crav. conſ. 70. n. 1. Neviz. conſ. 38. n. 11. arg. l. ſi id quod. ff. de reſcin. vend. l. pen. C. communia utriusq; jud.* Similiter & in pactis atq; contractibus capiẽda eſt illa interpretatio, per quam utriq; parti æqualiter conſulitur, *Paul. Caſtr. Rom. & Alex. l. 1. arg. ill. tex. & ibi Iaſ. n. 16. ff. ſi quis cautio. Bald. conſ. 48. incip. iſta quæſtio in fin. lib. 4. Dec. conſ. 162. Crav. conſ. 20. n. 12. & conſ. 91. n. 11. Card. Pariſ. conſ. 74. n. 80. lib. 3. conſ. 53. n. 5. & conſ. 58. n. 9. & 49. lib. 4. Ioan. Cæphal. conſ. 28. n. 52. lib. 1.*

Deinde etiam † legib. expreſſè cautum 67
eſt, quod diſpoſitum de uno ex correlativis in alio quoq; correlativorum locum habeat, *l. fin. & ibi Bart. Iaſ. & Dd. C. de indict. viduit. tollen. l. 1. & ibi Bart. C. de Cupreſſ. lib. 10. l. fin. & ibi Bart. ff de acceptilationib.*

Quod etiam in cõtractib. locum habet, *l. fin. & ibi Bart. ff de acceptilat.* & quidem in omnib. potiſſimùm aut ſocietatis, *§. illud Inſt. pro Soc.* Abſq; omni verò dubio hoc procedit in legum diſpoſitionibus, potiſſimùm quoad ea quę ordinationem vel exercitium litis reſpiciunt, *l. petendæ. C. de impub. in integ. reſtit. l. fin. & ibi Bart. C. de fructib. & lit. expenſ.*

Et idem quoq; juris eſt in contractibus ſive conventionib. Regum ſive Principum: cum illorum conventiones legis vigorem obtineant, *Bart. & Dd. l. pen. arg. ill. text. C. de donat. int. vir. & uxor. Bart. l. Cæſar arg. ill. tex. ff. de publican.* Sed in prædicta conventione, ſocietate ſive confœderatione expreſſè diſponitur, quod controverſiæ motæ Regibus Boh. non tantùm à dictis Marchionib. verùm etiam à ſubditis ipſorum a Conſiliariis utriusq; Principis ad hoc deputatis definiri debeant, & reſultaret inæqualitas inter Regem Boh. & Marchiones B. ſi non econverſu lites motæ Marchionibus a ſubditis Regis Boh. ad cognitionem Conſiliatiorum ad huc ab utrisq; deputatorum ſpectarent. Igitur etiam ex hoc capite ſequitur, prædictam conventionem, confœderationem ſive ſocietatem ita intelligendam & accipiendam eſſe, quod etiam lites motæ Marchionibus à ſubditis Regis Boh. coram Conſiliariis utrinq; ad hoc deputatis agitari atq; definiri debeant.

Vigeſimò primò, Ex præfatione illius conventionis liquet, quod ratio atq; cauſa finalis illius conventionis ſit, ut pax atque tranquillitas & animorum conjunctio cõſervetur inter Regem Boh. & Marchiones B. & reſpectu ipſorum dominorum, & reſpectu ſubditorum utriusq;. Illaq; ratio locum habet etiam illo caſu, quando ſubditi Regis Boh. contra Marchiones B. actiones inſtituunt.

Igitur ſequitur, illam conventionem quoad formã judicii etiam eo caſu locum habere, cum ſit clari & indubitati juris, omnem omninò diſpoſitionem ſecundum rationem ipſius & extendi & ampliari, *Ang. conſ. 246. Tiraquell. in tractat. ceſſante cauſa. part. 1. numer. 149. & 150. cum ſimilibus allegatis.*

Vige-

68 Vigeſimò ſecundò, licet † ſecundum propriam & ſtrictam vocabuli ſignificationem ſubditi alicujus Ducis vel Comitis, qui à Rege aliquo Ducatum vel Comitatum iſtum recognoſcit, ſubditi iſtius Regis dici nequeant. Attamen ſaltem largè & impropriè tales ſubditi, Regis ſubditi dicuntur, & appellatione ſubditorum Regis veniunt, *Alciat. l. Modeſtinus. ff. de verb. ſignif. Cag. l. conſilij. §. ſocij mei ſocius. n. 8. ff. de reg. jur.* Sicut etiam vaſallus vaſalli mei ſaltem largè & impropriè vaſallus meus dicitur, *Bart. l. acceſſ. princip. ff. de diverſ. & tempor. præſcript. Bart. l. Claudius felix. vers fin. ff. qui pot. in pign. habean. Bald. l. 1. col. 2. C. communia de leg. Dec. & Cag. l. conſilij. §. ſocij mei ſoci⁹. ff. de reg. jur.*

Præterea quoque clari juris eſt, quod
69 Reipub. † interſit, pacem præſertim publicam conſervari, *l. 1. §. quies. ff. de off. præf. urb. l. congruit. ff. de offic. præſid. l. ſi quis ingenuum. §. fin. ff. de capt. & poſtlim. reverſ. Bart. l. ambitioſa. n. 18. & 19. ff. de decret. ab ord. facien.*

Similiter dubio omni caret, quod pax præſertim publica ſit res admodum favorabilis, quodq; favore pacis ſive propter bonum pacis multa contra regulas juris communis introducta ſint, & ab omni regula tàm juris quàm Canones recedatur, *r. bu quæ & ibi Panor. & Dd. ex de major. & obed. c. 2. ex. de arbit. c. niſi eſſent. ex. de præb. c. 2. & ibi Panor. ex. de deſponſ. impub. c. 1. §. nos Romanorum. cir. fin. & ibi gl. & Bald. de pace conſtant. Alb. de Roſ. l. 1. in pr. n. 3. 4. & 5. C. de cad. tollend. Barb. conſ. 41. n. 12. lib. 1. conſ. 11. n. a. lib. 2. conſ. 1. n. a. lib. 3. Soc. jun. conſ. 60. n. 39. & 40. lib. 3. Ant. Corſ. in tr. de Privil. pacis. Iac. Novel. in pract. & theor. rerum criminal. §. fin.*

Et confirmatur ex eo. Namq; & ſtatutum cogens agnatos ad compromittendum, quia illud tendit ad conſervandam concordiam inter agnatos, & ſic ad pacem privatam ſtabiliendam & conſervandam favorabile eſt, *Bald. l. affinitatis. verſ. pone ſtatutum. C. communia de ſucceſſ. Pet. de Anch. conſ. 187. Alex. Rub. col. 7. ff. ſol. mat. Alex. l. 1. § lex Falc. ad. l. Falc. Alex. l. qui ſe patris. & ibi Dec. n. 21. C. unde lib.*

70 Et omnis † diſpoſitio concernens utilitatem publicam, cenſetur favorabilis & pia, *Rom. conſ. 23. Fel. c. nonnullis. in p. n. 16. ex. de reſcri.*

Deinde quoq; clari juris eſt, quod diſpoſitio favorabilis extendi, & latè ſive largè intelligi debeat, *c. odia. & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6. l. cum quidam. ff. de lib. & poſthum.*

Quod potiſſimum procedit in diſpoſitionibus, favorem ſive utilitatem publicam reſpicientib. Namq; illæ diſpoſitiones latè & largè accipi & ità intelligi debent, ut comprehendant omnes omninò caſus etiam illos, quibus verba diſpoſitionis ſaltem impropriè conveniunt, etiamſi illæ diſpoſitiones ſint exorbitantes, *l. 2. §. exercituum. & ibi Bart. ff. de infam. gl. l. illud. verb. alia cauſa. C. de SS. Eccl. Bart. Alex. & Iaſ. l. ſi conſt. ante. in prin. ff. ſol. matr. Dom. c. ſtatutum. de elect. lib. 6. Dec. conſ. 372. n. 8. Aym. Crav. in tr. de antiq. temp. part. 4. §. tranſeo nunc ad quartam. n. 78.* Vel juris communis correctoria, ſive juri communi contraria, *Rom. conſ. 105. incip. viſo themate. Iaſ. l. fratres. n. 5. C. de inoff. Teſtam.* Et hoc procedit non tantùm eo caſu, quando illa diſpoſitio principaliter reſpicit favorẽ publicum, ſed etiam quando illa diſpoſitio ſecundariò tantùm favorem ſive utilitatem publicam reſpicit, *Bald. conſ. 286. lib. 4. Iaſ. l. fratres. n. 5. C. de inoff. Teſtam.*

Ideoq; receptum eſt, ſtatutum, quo cavetur, quod agnati aut affines invicem litigãtes cauſam promittere teneantur. Cum illud favorem publicum ſecundariò ſaltem reſpiciat, latè interpretandum eſſe, ut etiam illos comprehendat, qui largè & impropriè appellatione agnatorum vel affinium veniunt, *Bald. Alex. Iaſ. & Dd. l. qui ſe patris. C. unde. lib. Alex. l. 1. § lex Falcidia ff. ad leg. Falcid. Alex. conſ. 125. col. pen. lib. 7. Iaſ. l. de quib. col. 5. ff. de leg. Iaſ. l. prætor. §. prætor. col. 2 ff. de eden. Iaſ. cõſ. 76. col. 2 lib. 3. Roch. Curt. c. fin. cauſa 35. lim. 8. ext. de conſuetud. Rol. à Vall. conſ. 72. n. 64. lib. 1.*

Similiter & Statutum Civitatis quo cavetur, quod poteſtas poſſit committere appellationem à ſententia definitiva, extenditur etiam ad appellationes à ſententiis interlocutoriis, licet appellatione ſententiæ definitivæ ſententia interlocutoria non comprehendatur. Eam ob cauſã, quia hoc Statutum utilitatem publicam reſpicit, ſaltem ſecundariò, *Paul. Caſtr. conſ. 23. incip. viſo puncto. col. 3. Iaſ. l. properandum. in pr. n. 8. circ. fin. C. de judic.* Quinimò diſpoſitio favorabilis Reip. ſive favorem publicum reſpicens, nõ tantùm latè, verùm etiam latiſſimè interpretari, & etiam de caſu ad caſum quàm de perſona ad perſonam extendi debet, *Cald. conſ. 4. tit. de cenſib. Alex. conſ. 190. col. 4. lib. 2. & conſ. 34. lib. 5.* Etiamſi illa diſpoſitio pœnalis vel alioquin odioſa ſit, *Iaſ. l. ſi quis id quod. col. 9. ff. de juriſd. omn. jud. Bart. l. quemadmodum. C. de agric. & cenſ. lib. 11. § l. ſi filiusfamiliàs. col. 3. ff. ſi cert. pet. Iaſ. l. cum quidam. n. 26. ff. de lib. & poſthum. Iaſ. l. fratris. C. de inoff. Teſtam.*

Huc accedit, quod diſpoſitio etiam à jure communi exorbitans, licet illa alioquin ſtrictè intelligi debeat, extendenda & latiſſimè

tiſſimè accipienda ſit, eo caſu, quando illa utilitatem publicam reſpicit, *Franciſ. de Aret. c. at ſi Clerici. §. de adulterijs. & ibi Dec. col. 8. ext. de judic.*

Quodq; & Privilegium favorem ſive utilitatem publicam reſpiciens, extendendum & latè interpretandum ſit, *Ruin. conſ. 227. n. 3. lib. 1. facit id quod tradit Paul. Caſtr. l. quia tale. & ibi Alex n. 5. ff. ſolut. matr.*

Sed conventio, confœderatio ſive ſocietas, de qua in caſu præſenti agitur, eſt inita propter pacem publicam & concordiam inter Regem Boh. & Marchiones B. conſervandam: ſicut hoc ſatis liquet ex illis verbis in proœmio ſive præfatione illius conventionis poſitis, nempe umb Fried / Nutz vñ Gemachs willen / propter pacem, emolumentum & commoditatem, ex quibus colligitur & ratio, & mens & cauſa finalis illius conventionis.

Igitur ſequitur, illam conventionem latiſſimè atq; largiſſimè interpretandam. Et inter cætera ita accipiendam, ut locum habeat etiam eo caſu, quando illi ſobditi Regis Bohem. contra Marchiones B. actionem inſtituunt, qui Regi Boh. mediatè ſubſunt.

71 Vigeſimò tertiò, Exeeptio † facta de raro aliquo caſu ſive de certis caſibus, confirmat regulam in omnibus caſibus non exceptis, atq; denotat omnes alios caſus omiſſos ſub regula comprehendi, *§. ut autem. auth. de alien. & Emphyt. l. Tribunus. §. fin. ff. de Teſta milit. l. nam quod liquide. §. fin ff. de pœnu lega. l. quæſitum. §. deniq; & ibi Bart. ff. de injuſt. rup. irritoq; fac. Teſtam. Alex. conſ. 64. col. 1. lib. 4. Barb. conſ. 9. col pen. lib. 3. Dec. & Cagnol l. 1. ff. de reg jur. Dec. c. cum dilecta notab. 5. ext. de conſtr. utel. & inutil. Dec. conſ. 151. col. 2. & conſ. 604. col. 4.* Quodq; & onius excluſio ſit alterius incluſio, *Ang l. cum prætor ff de jud. l. maritus C. de procur. c. nonnè. & ibi Fel ext. de præſumpt. Claud. Aquenſ. l. fin. ff. quod quisq; jur. Riminal. l. 1. col. 18. ſub gl. verb. fortiſſimum. ff. de offic. ejus cui mand. eſt jurud. Lancell. Dec. l. penult. col. 3. C. de pact.*

Sed in iſta conventione ſive confœderatione tantùm ſunt excepta feudalia, ſpiritualia, item & immobilia, quorum cognitio ad alium Judicem ſpectat, ſicut hoc ſatis liquet ex verbis ſequentibus. Bona feudalia quod attinet, eorum cognitio ad Dominum feudi: & cauſæ eccleſiaſticæ ad eccleſiaſticum judicium, prout & bona immobilia & hæreditaria ad judicia Coriarum & provincialia, quæ ſuper illa judicare habent, ſpectant.

Igitur ſequitur, quod omnes aliæ lites & controverſiæ à Regibus Boh. vel ſubditis ipſorum mediatis vel immediatis Marchionibus B. motæ, ſub illa conventione includantur, & coram Conſiliariis utrinq; ad hoc deputatis, & agitari, & ab ipſis definiri debeant, licet illius cauſæ cognitio etiam ad alium judicem ſpectet. Et per cõſequens omninò dicendum eſt, caoſam præſentem, in qua controvertitur non de rebus feudalibus, ſpiritualibus vel immobilibus, ſed de denegata Privilegiorum confirmatione, de modo præſtandi aſſecurationem, item, & quod Marchio G. F. in Ducatu J. formam judicii mutare, & conſuetudines iniquas abrogare nitatur, ſub formula præſcripta in conventione contineri & ad forum Conſiliariorum, vel ad hoc utrinq; deputatorum pertinere, nec quicquam obſtare, quod pro hac cauſa etiam judicium ſupremum Sileſiæ Vratiſlavienſe adiri poſſit.

Vigeſimò quartò, Unum † Privilegium per aliud nunquam tollitur, *Bald. l. receptitia. n. 2. arg. ill. tex. C. de conſtit. pecun. Tiraq. in tr. de Nobilit. c. 6. n. 50. facit tex c. veniens. ex. de præſcr.* 72

Et hoc procedit, ut etiam Privilegium ſpeciale non tollat generale præcedens, *gl. c. generi. de reg. jur. lib. 6. Panor. Fel. Dec. Bero. Mant. & Dd. c. 1. ext. de reſcript. Pet. de Ancho. conſ. 160. col. 3. Franciſ. Aret. conſ. 76. col. 2.*

In contractibus quoq; † novatio facta non præſumitur, niſi in contractu hoc expreſsè actum ſit, ſed is cui reſpectu ejusdem rei ex duob. contractibus jus competit, ſe ex utroq; contractu juvare poteſt, *l. fin. C. de novatio. §. præterea. Inſt. quib. mod tollitur oblig.* 73

Idem quoque juris eſt in contractu & Privilegio cõcurrente. Namq; neq; per Privilegium ſubſequens contractus præcedens neq; per contractum ſubſequentem Privilegium præcedens novatur.

Cum diſpoſitum de † ſimplicibus etiam ad caſum mixtum extendatur, *gl. Bart. Iaſ. Alciat. & Dd. l. 2. in pr. ff. de verb. oblig. gl. & Dd. §. omnium. Inſtit. de action.* 74

Similiter & is, qui ſimul duas vel plures dignitates habet, utriusq; dignitatis Privilegiis fruitur, *l. eos. C. de excuſatio. mune. lib. 10. l. 3. C. de dignit. lib. 12. Tiraquel. in tr. de Nobilit. c. 6. n. 49. cum 3. ſeqq.*

Et licet regulariter eo caſu, † quo Reus plures Judices habet, Actori competat electio, coram quo Judice ipſe Reum convenire velit, *Guid. de Suſar. Alber. de Roſat. & Paulus de Caſtro l. non utique. in pr. & ibi Iaſ. nu. 5. ff. de eo quod cert. loco. gl. authen. habita.* 75

habita. C. *ne fil. pro pat. Bart. l. ſi per errorem, circ. fin. ff. de juriſd. omn. judic.*

Attamen ego credo, hoc non procede-
76 re eo caſu, quando † Reus ex Privilegio Principis ſive vigore conceſſionis à Rege vel Principe factæ, plures Judices habet: Tunc enim niſi in Privilegio Principis aliud expreſſum ſit, Ego credo, electionem Judicis ad Reum pertinere, eam ob cauſam, tùm, quia in Privilegiis, reliquisq; conceſſionibus Principum regulariter ei electio competit, cui conceſſio facta eſt, *Bald. l. fin. lect. 1. nu. 3. circa fin. ff. de Conſtit. Princip. Tiraquell. in tract. de Nobilit. cap. 37. num. 55.*

Tùm, quia ſi eo caſu, quo diverſis Privilegiis Reo plures Judices dati ſunt, electio actori competeret, contingere poſſet, illa Privilegia vel unum ex illis Reo nocivum eſſe, quod minimè admittendum eſt. Cum omnia Privilegia ita interpretanda ſint, ne Privilegiato ſint nociva, *l. Divus. & ibi Angel. ff. de Teſtament. milit. Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 29. num. 10.*

Cum itaque in caſu præſenti Illuſtris Princeps & Dominus G. F. ſit & Marchio B. & Dux Sileſiæ in J. nec non & caſus præſens ſit comprehenſus & ſub conventione, ſocietate ſive confœderatione inita inter Regem Bohemiæ & Marchiones B. & ſub Privilegio tam generali toti Sileſiæ quàm ſpeciali Ducibus in J. conceſſo: Sequitur ſuam Illuſtrem Celſitudinem contra actionem ab ordine Baronum & Nobilium Ducatus in J. inſtitutam coram Cæſarea Majeſtate tanquam Rege Boh. ſe in caſu præſenti ex prædicta conventione & prællegatis Privilegiis juvare & oppoſita exceptione fori declinatoria impetrare poſſe, ne ſua Illuſtris Celſitudo in hac coram Cæſarea Majeſtate tanquam Rege Boh. vel coram Officialibus Boh. aut aliis ad hoc deputatis juri ſtare cogatur, ſed ut, prout hoc elegerit ſua Illuſtris Celſitudo hæc cauſa vel ad Conſiliarios à Rege Boh. & ſua Illuſtri Celſitudine ſecundum conventionem initam ad hoc deputandos, vel ad judicium ſupremum Sileſiæ remittatur.

Et ſic ex prædictis liquet, hanc noſtram concluſionem factam ad primam quæſtionem veriſſimam eſſe.

Nec obſtant huic veriſſimæ concluſioni ea, quæ in rationibus dubitandi adducta ſunt. Namque ad ea omnia facilis eſt reſponſio.

Et ad primum argumentum contrarium reſpondeo. Licet in illo Privilegio generali Sileſiæ dicatur, quod Dux Sileſiæ à Rege Boh. vel alio Duce Sileſiæ conventus coram judicio ſupremo Sileſiæ, Uratislavienſi nempe, juri ſtare cogatur, nec in iſto Privilegio ullus præterea caſus, in quibus Duces Sileſiæ coram iſto judicio ſtare cogantur, verbis expreſſis reperiatur. Attamen ex expreſſione illius caſus ſatis liquere, quod Duces ſive Principes Sileſiæ coram judicio ſupremo Sileſiæ & forum ſortiantur, & juri ſtare cogantur, quod illud judicium ſit judicium & ordinarium, & competens Ducum Sileſiæ.

Cum itaque in illo eodem Privilegio in ſequentibus verbis diſponatur, ſi ſubditi contra dominũ ſive ſuperiorẽ ſuum actionem inſtituant, illam actionem coram judice Rei proponendam eſſe: Ex hoc, & patet & ſequitur, ſi ſubditi contra Principes Sileſiæ talem actionem inſtituant, quæ ad inferioris judicis notionem non ſpectat, illam proponendam eſſe coram judicio ſupremo Sileſiæ, nec Principes ſive Duces Sileſiæ coram alio judice extra Sileſiam, præſertim in talibus litibus juri ſtare cogi.

Cum ſequentia ex præcedentibus declarationem recipiant, & econverſò, *l ſi ſervus plurium. §. fin. l. qui filiabus. in princip. & ibi Iaſ. ff. de legat.*

Nec obſtat, quod † nullum Privilegi- 77
um extra verba ipſius porrigi, vel de uno caſu ad alium, aut de una perſona ad aliam perſonam extendi debeat. Namque hoc non procedit in noſtro & ſimilibus caſibus, quando in Privilegio unius perſonæ ſive unius caſus eſt facta mentio, vel exiguum, vel propter majorem frequentiam, vel quando in aliis caſibus non expreſſis eadem ratio militat, vel quando effectus Privilegii aliis caſibus non expreſſis convenit, vel quando hoc ſuadet, aut veriſimilis mens concedentis, aut verba præcedentia vel ſequentia, vel quando hæc interpretatio juris communis diſpoſitioni convenit, vel quando veriſimile eſt concedentem, ſi ipſe de hoc tempore Privilegii conceſſi interrogatus fuiſſet, in caſibus omiſſis idem diſpoſiturum ſive expreſſurum fuiſſe, vel quando illud Privilegium eſt favorabile & latiſſimè interpretandum, ſicut hæc omnia in rationibus decidendi docuimus.

Et ultra ibidem dicta, quod in Privilegiis ſimiliter potiùs attendetur mens ſive

ratio, quàm verba expreſsè, probat text. *c. ex multiplici. & ibi gl. extr. de decim. c. dilecti. & ibi gl. ext. eod. tit. gl. c. mandatum. ext. de reſcript. Tiraq. repet. l. ſi unquam. verb. libertis. num. 56. C. de revoc. donat.*

Ad ſecundam rationem dubitandi re-
78 ſpondeo, legibus † expreſsè cautum & à Dd. communiter traditum eſſe, quod ſub diſpoſitione generali comprehendantur etiam Duces, Comites, reliquiq; Domini, habentes regalem dignitatem, prout hoc in ſeptima ratione decidendi & textibus & auctoritatibus Dd. comprobavi.

Nec obſtant ea, quæ in ſecunda ratione dubitandi adducta ſunt. Namque illa tantùm procedunt in diſpoſitione odioſa, ſive odium ipſorum Principum reſpiciente.

Secus autem eſt in diſpoſitionibus favorabilibus, ſive favorem vel commodum recipientium reſpicientibus. In illis enim ſub diſpoſitione generali abſq; omni dubio comprehenduntur Duces, Principes reliquæq; perſonæ regalem dignitatem habentes, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit, illamq; diſtinctionem facit *Panor. Rub. num. 4. ext. de vit. & honeſt. Clericor.*

Secundò reſpondeo, ſub diſpoſitione etiam generali abſque omni dubio Principes venire & comprehendi in omnibus illis caſibus, in quibus Principes ſpecialiter Privilegiati non reperiuntur.

Sicut hoc ſatis probatur, Tùm, ex eo, quod legibus cautum eſt, ſub diſpoſitione generali comprehendi fiſcum & ſic patrimonium Imperatoris, *l. idem juris. ff. de compenſat. l. 1. C. de pet. hered. l. de contrarium. C. de reſcript. vendit.*

Tùm ex eo, quod legibus generaliter cautum eſt, ſub diſpoſitione generali comprehendi quaslibet perſonas, quantumvis privilegiatas, in iis videlicet caſibus, in quibus tales perſonæ ſpecialiter non reperiuntur privilegiatæ, prout hoc in ſeptima ratione decidendi comprobavi.

Tertiò reſpondeo, ſub diſpoſitione generali abſque omni dubio comprehendi Principes, reliquasq; perſonas regalem dignitatem obtinentes, quando vel ratio vel effectus diſpoſitionis, Principibus, reliquisq; perſonis in dignitate conſtitutis convenit, vel præcedentia aut ſequentia, vel veriſimilis mens diſponentis hoc ſuadet, vel quando hæc interpretatio juris communis diſpoſitioni convenit.

Namque clari juris eſt, quod omnis omninò diſpoſitio ſecundum rationem illius, & ſecundum mentem diſponentis extendatur ad omnes caſus ſub eadem mente ſive ratione comprehenſos, ſicut hoc in rationibus decidendi docui.

Similiter legibus expreſsè cautum eſt, quod quælibet diſpoſitio locum habeat in omnibus illis caſibus, quibus effectus illius diſpoſitionis convenit, quodq; quælibet diſpoſitio à præcedentibus & ſequentibus declarationem recipiat.

Deinde etiam indubitati juris eſt, quod Privilegium ſecundum jus commune declarandum, intelligendum & ita accipiendum, ut quantò minus fieri poteſt, juri communi deroget, prout hoc ſuperiùs comprobavi.

Et confirmatur ex eo, Namque & Statutum quantumvis ſtrictum, ſecundum jus commune intelligendum & extendendum eſt, nec non & paſſivam interpretationem à jure communi recipit, *l. 1 ſ. lex Falcidia. & ibi Bart. & Alex. ff. ad l. Falcidiam. l. 1. §. ex iis. & ibi Bart. ff. de mun. & honorib. l. 2 & ibi Bart. & Dd C. de noxalib. action. Bart. l. omnes populi. num. 60. ff. de juſt. & jur. Iaſon. auth. Præterea. num. 14. C. unde vir & ux.*

Contractus quoq;, nec non & omnes omninò diſpoſitiones a jure communi paſſivam interpretationem recipiunt, & ſecundum jus commune intelligi, declarari & extendi debent, *l. ſi duo. & ibi Bald. ff. de acquir. hared. gl. l. ſed niſi hoc. ff. de jure dot. Socin. conſ. 72. num. 55. lib. 1. Cravet. conſ. 75. num. 5. conſ. 186. num. 9. conſ. 250. Guil. Benedict. c. Raynutius. verb. in eodem Teſtamento. el. 1. nu. 48. ext. de Teſtam.*

Sed illud Privilegium, de quo in caſu præſenti agitur, non odium ſed favorem Principum Sileſiæ continet, eorumq; commodum reſpicit. Et ratio, nec non & effectus Privilegii, item & veriſimilis mens diſponentis etiam Principibus convenit, atque Principes complectitur.

Itaq; interpretatio, quod ſub iſto Privilegio etiam Principes comprehendantur, juri communi convenit. Et inſuper hanc interpretationem ſuadent præcedentia verba Privilegii, quatenus videlicet in illis fit & mentio Principum, & diſponitur, quod Principes Sileſiæ coram judicio ſupremo Uratislavienſi forum ſortiantur.

Igitur in caſu præſenti ſub illa diſpoſitione Privilegii, in qua deciditur, quod ſubditi,

ſubditi, convenientes Dominos ſive Superiores ſuos illam actionem coram Judice rei proponere debeant, etiam Duces ſive Principes Sileſiæ à ſubditis ſuis conventos comprehendi. Itaut Principes Sileſiæ à ſubditis ſuis conventi, in iis caſibus, in quib. iſtæ controverſiæ ad inferioris Judicis notionem non ſpectant, coram nullo Judice quàm coram ſupremo Sileſiæ judicio comparere vel juri ſtare cogantur.

79 Et ad illud, † quod in ſecunda ratione dubitandi dictum fuit, ſub generali diſpoſitione non venire Regalia. Reſpondeo, illud tantùm procedere eo caſu, quando agitur de transferendis Regalibus in alium, in quibus terminis jura ibidem allegata loquuntur.

Secus autem eſt in alia qualibet diſpoſitione, ſub illa enim comprehendi Regalia, ſtatuo in omnibus illis caſibus, in quibus Regalia ſpecialiter privilegiata non reperiuntur, *argument. d. l. ideò juris. ff. de compenſat. l. de contractu. C. de reſcind. vendit. cum ſimilibus.*

Similiter etiam in diſpoſitione translativa Regalia comprehenduntur, quando hoc vel veriſimilis mens diſponentis, vel aliæ conjecturæ aut circumſtantiæ ſuadent, *Alciat. c. quod ſedem. nu. 45. cum duob. ſeqq. ext. de offic. ordinar. Zaſ. in tract. feud. part. 5. n. 11. & 12. cum ſimilib. vulgar.*

Ad tertiam rationem dubitandi reſpon-
80 deo, licet in † actionibus inſtitutis contra Principes, regulariter Imperator ſive Rex, cui iſte Princeps immediatè ſubjectus eſt, Judex ordinarius & competens ſit: hoc tamen ita demum verum eſſe, niſi in iſta lite ſive cauſa Rex vel Imperator alium Judicem ordinaverit vel conſtituerit. Tunc n. in illis cauſis non Imperator ſed Judex ita ordinarius ſive conſtitutus Judex eſt, prout hoc eſt de mente *Matth. de Afflict. c. 1. in pr. nu. 13. apud quem vel quos.* Ubi ipſe dicit, in Regno Neapolitano lites ſive controverſias motas Baronibus, quorum appellatione etjam Duces continentur, ad cognitionem magnæ Curiæ pertinere.

Et confirmatur ex eo: Namq; Imperator regulariter omnium omninò cauſarum cognitionem, in quibus ipſe alioquin Judex eſt, alteri demandare poteſt, ipſum nempe, cui iſtæ cauſæ committuntur vel ordinarium vel delegatum faciendo, *l. 1. C. qui pro ſua juriſdiction. cum ſimilibus vulgarib.*

Similiter licet † cognitio litis motæ 81
de Privilegio Regis vel Principis regulariter tantùm ad ipſum concedentem ſpectet: attamen hoc ita demũ verum eſt, niſi Rex vel Imperator iſta lite alium Judicem conſtituerit, illamq; Conſtitutionem valere & veram eſſe, dubio omni caret.

Tùm, quia regulariter Princeps in omnibus omninò cauſis ad cognitionem ipſius ſpectantibus, alium Judicem vel Ordinarium vel Delegatum conſtituere poteſt, *d. l. 1. C. qui pro ſua jurisd.*

Tùm, quia Princeps etiam Regalia alteri concedere & in alium transferre poteſt, eo potiſſimùm caſu, quando iſta non tẽdunt in magnam diminutionem Imperii, *And. de Iſern. tit. quæ ſunt Regalia. in Rub. & ibi Matth. de Afflict. Bart. l. prohibere §. planè ff. quod vi aut clam. Ioan. And. c. grandi, de ſuppl. neglig. Prælat. lib. 6. Abb. c. intellecto. extr. de jurejur. Iaſ. conſ. 45 dub. 2. lib. 1. Dec. c. 1. n. 7. ex. de proba. Dec. conſ. 191. col. 1. Soc jun. conſ. 80. n. 43. lib. 3. Laur Sylvan. conſ. 90. nu. 16. lib. 2.*

Legibus etiam expreſſe cautum eſt, quod ad ſuperioris Judicis Tribunal quis trahi non debeat, eo caſu, quando illius cauſæ cognitio ad inferiorem Judicem ſpectat, *c. 1. ex. de for. compet. c. cum contingat. & ibi gl. ext. eo. tit. c. 1. de for. compet. lib 6.* Sed in caſu præſenti in Privilegio generali à Rege U. Sileſiæ conceſſo expreſſè cautum eſt, quod cognitio illarum rerũ, in quib. Princeps Sileſiæ etiam à Principe vel ab ipſo Rege Boh. convenitur, non ad Regem Boh. ſed ad judicium ſupremum Uratiſlavienſe ſpectare debeat.

Similiter & in iſto Privilegio cautum eſt, quod etiam in controverſiis motis ſuper Privilegiis à Regibus Boh. judicium ſupremum Sileſiæ ordinarium & competens judicium ſit.

Deinde ſecundum conventionem initam inter G. Regem Boh. & Marchiones B. controverſiæ motæ à Regibus Boh. vel eorum ſubditis Marchionibus B. ad cognitionem Conſiliariorum à Rege Bohem. & Marchionibus ad hoc deputatorum pertinent.

Ex eadem quoque conventione liquet, quod illa conventio locum habeat, non tantùm in rebus ad Marchiam B. pertinentibus, ſed etiam in omnibus omninò territoriis, & bonis etjam præter Marchiam ad Marchiones pertinentibus, ſive illæ tempore iſtius con-

ventionis à Marchionibus fuerint poſſeſſæ, ſive poſtea acquiſitæ: ſicut hoc ſatis patet ex illis verbis conventionis. Noſtris hæredibus bonis hypothecæ nomine poſſidentibus, dominiis, ſylvis, ſalvis conductibus, Teloniis, judiciis rerrarum & magnificentiis, quæ hoc rempore habemus, & in poſterum emendo, vel vigore hypothecæ, aliovè modo vel titulo nobis acquirere poſſemus.

Dubio quoque omni carer, prædictam convenrionem locum habere, etiamſi controvertatur de Privilegiis à Rege Bohem. conceſſis, vel de aliis rebus, quarum cognitio ad ipſum Regem Boh. alioquin ſpectat, vel eſt de reſervatis ipſius Regis.

Tùm, quia illa conventio eſt generalis quoad lites motas à Rege Boh. vel ipſius ſubditis Marchionibus. Et in illa generali diſpoſitione inter cætera eſt facta mentio ſpecialis, de liribus moris ratione coronæ, & ſic ratione Regalium, quæ ad coronam ſpectant, quorum litium cognitio regula-
82 rirer † ad ipſum Regem tanrùm pertinet, *Ioan. Mar. Riminal conſ. 389. num. 54. lib. 2.*
83 Et clari juris eſt, quod quando in † diſpoſitione generali eſt facta mentio unius cauſæ ſpecialiter Principi reſervatæ, quod tunc ſub iſta diſpoſitione comprehendantur omnes ſimiles cauſæ Principi reſervatæ, *Claud. de Seiſel. in Spec. tit. qui feud. dar. poß. Zaſ. in tract. feud. part. 5. num. 11.* Ubi ipſi arteſtantur, eandem opinionem etiam amplecti *Paul. Caſtrenſ. Roman. Rip. Cuma. & Felin. in locis ab ipſis citatis.*

Tùm, quia illa conventio eſt inita inter Regem Boh. & Marchiones B. qui ſimilirer regalem dignitatem perpetuam, & ad hæredes tranſitoriam obtinent. Et certum
84 eſt, ſub † diſpoſitione facta inter obtinentes regalem dignitatem, regalia ſive reſervata Principi, & venire & comprehendi, licet illa alioquin in generali diſpoſitione non comprehenderentur, *Paul. de Caſtr. conſ. 63. verſ. tertiò patet. & verſ. quartum. lib. 1. Socin. jun. conſ. 80 num. 40. lib. 3. Barb. c. poſt tranſlationem. col. 4. ext. de offic. deleg. Claud. de Seiſel. in tract. feud. tit. qui feud. dar poß. pag. 112. & 113. in parvis. Zaſ. in tract. feud. part. 5. num. 12.*

Tùm, quia ratio & cauſa finalis hujus conventionis eſt, ut pax, concordia & tranquilliras inter Regem Boh. ejusq; ſubditos ex una, & Marchiones B. eorumq; ſubditos ex altera parte conſervetur, & firma ac ſtabilis maneat.

Quæ ratio æquè, imò multò magis locũ habet in controverſiis motis ſuper Privilegiis. Cum ex talibus controverſiis, utpute, magni præjudicii, faciliùs rixæ, diſcordiæ & bella oriri poſſint, quàm ex controverſiis ſuper rebus non ita præjudicialibus. Er certum eſt, quod propter † ratio- 85
nem, præſertim expreſſam, omnes omninò diſpoſitiones extendantur ad omnes omninò caſus, ſub illa ratione comptehenſos. Sicut hoc ſuprà comprobavimus.

Et in ſpecie, quod à majoritate rarionis etiam Privilegia extendantur ad omnes caſus, licet verbis non expreſſos, tradit *Card. Pariſ. conſ. 73. num. 29. lib. 4.* Ubi ipſe ad hoc allegat *text. c. quia circa. ext. de Privil. c. ex parte. el. 3. & ibi Dd. extr. de decim. Ioan. And. & Dd. c. ſtatuto de decim. lib. 6.*

Tùm, quia cum illa conventio & propter pacem publicam conſervandam inita ſit, & propter bonum pacis ab omni regula tàm juris quàm Canonis recedatur, ſicut hoc ſuperiùs docuimus. Sequitur & ab illa regula, quæ vult, ſub diſpoſitione generali non comprehendi Regalia, & reſervati Principi: recedi in noſtris & ſimilibus caſibus, in quibus de pace publica conſervanda agitur.

Tùm, quia in illa conventione tantùm ſunt exceptæ cauſæ, ſive lites motæ, de feudis, item de ſpiritualibus & de rebus immobilibus. Et certi juris eſt, quod exceptio facta de certis aliquibus caſibus, denotet omnes alios caſus ſub regula ſive diſpoſitione generali includi & comprehendi.

Cum itaque & ſecundum Privilegium generale Sileſiæ, & ſecundum conventionem initam inter Regem Boh. & Marchiones B. hujus item cognitio non ad Regem Boh ſed ad ſpeciales Judices pertineat. Sequitur ea, quæ in tertia ratione dubitandi adducta ſunt, noſtræ deciſioni non modò nihil obſtare, ſed illud quod dicitur Privilegium ſecundum jus commune interpretandum eſſe, noſtram deciſionem multò magis confirmare. Cum jure communi expreſſè cautum ſit, quod nemò extra provinciam, in qua domicilium habet, trahi debeat, quodq; Imperator adiri non poſſit in iis cauſis, quæ ad inferioris judicis cognitionem pertinent.

Ad quartam rationem dubitandi patet reſpon-

reſponſio ex iis, quæ in *6. 8. 9. 10. 11. 12.* & *13.* ratione decidendi diximus.

Namq; ibidem comprobavimus, quod prædictum Privilegium loquatur non tantùm in perſonis ſingularibus, ſed etiam in Univerſitatibus, Ordinibus & Statibus.

Similiter ibidem docuimus, etiam poſito, Privilegium generale Sileſiæ loqui tantùm de perſonis, vel per dictionem, *Si quis*, conceptum eſſe. In iſto tamen Privilegio appellatione perſonæ, item ſub conditione, *Si quis*, comprehendi etiam Univerſitates, Status, Ordines & Collegia

86 Nec obſtat, quod appellatione † perſonæ, item & ſub dictione, *Si quis*, non comprehendantur Univerſitates, Status, Ordines, Collegia. Namq; hoc tantùm procedit ſecundum ſtrictam vocabuli ſignificationem: item, in odioſis & ſtrictis.

Secus autem eſt in favorabilibus, item & quando ratio diſpoſitionis vel veriſimilis mens diſponentis, nec nō & effect⁹ diſpoſitionis, item, præcedentia, ſequentia vel aliæ conjecturæ & circumſtantiæ hoc ſuadent.

Ad quintam rationem dubitandi reſpondeo, legibus cautum eſſe, quod ſub diſpoſitione tàm ſimplici quam de Nobilibus loquente comprehendantur etiam illi Nobiles, qui in dignitate aliqua celſiori conſtituti ſunt.

Nec obſtat, quod in Privilegio Sileſiæ
indulto diſpoſitum ſit, Wenn die von der
87 gemeinen † Ritterſchafft vnd Mannſchafft/
quando de comuni ordine equeſtri. Namq;
hoc vocabulum, von der gemeinen Ritterſchafft/congregationem, univerſitatem &
collectionem Nobilium denotat, prout hoc cum ex vulgari lingua Teutonica ſatis probatur, qua appellatione der Gemeine/ communio ſive collectio quędam continetur: tùm etiam ex eo, qui in eodem contextu ſequitur, die von Städten/de civitatibus, quod ſimiliter Univerſitatē denotat.

Itaq; interpretatio omninò capienda eſt,

88 Tùm, quia omnis † diſpoſitio ſecundum communem uſum loquendi intelligenda eſt, *l. librorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de leg. 3. l. At Alphenus. & l. amiculum. ff. de verb. ſignif. l. Labeo. & ibi Bart. ff. de ſuppel. legat. Bart. & Dd. Rub. & ibi Iaſ. num. 7. ff. de oper. nov. nunciat. Tiraquell. in tractat. de utroque retract. part. 1. §. 2. gloſ. 1. num. 5. & 6.* Ubi ipſe infinita jura ad hoc citat.

Tùm, quia præcedentia per ſequentia declarantur, *d. l. ſi ſervū plurium. § ſi. ff. de leg. 1.*

Tùm, quia hæc † interpretatio nullius 89
alterius quam concedentis Privilegium & præjudicium reſpicit. Et certum eſt, quodlibet Privilegium in præjudicium concedentis, latiſſimè interpretandum.

Tùm, quia hoc Privilegium favorabile eſt. Et certum eſt Privilegia favorabilia latiſſimè interpretanda.

Tùm, quia hæc interpretatio juri communi convenit, quo jure expreſsè cautum eſt, quod nullo caſu quis extra illam provinciam, in qua habitat, in litibus ipſi etjam ab Univerſitate aliqua motis trahi debeat. Et certum eſt, omnia Privilegia ſecundum jus commune intelligenda eſſe.

Tùm, quia ratio Privilegii etiam eo caſu locum habet, quando Status, Ordines ſive Univerſitates Nobilium actionem aliquam contra Superiorem ſuum inſtituunt. Et certum eſt, quod Privilegium præſertim favorabile extendatur ad omnes omninò caſus, in quibus ratio Privilegii militat.

Et poſito, ſed tamen non conceſſo, illa verba, von der gemeinen Ritterſchafft/ in privilegio generali Sileſiæ indulto accipiēda eſſe pro vulgaribus Nobilibus. Attamen cum Nobilitatis plures gradus ſint, Ego ſub illis verbis comprehendi ſtatuo omnes omninò Nobiles, qui non ſunt Duces, neque jura Ducum habent, etiamſi ipſi ſint Barones vel Equites.

Præterea poſito, † ſed tamen non con- 90
ceſſo, ſub illis verbis Privilegii, Die von der gemeinen Ritterſchafft/ illos tantùm Nobiles comprehendi, qui præter Nobilitatem in nulla alia dignitate conſtituti ſunt, qui videlicet neque ſunt Equites, neque Barones. Attamen illud Privilegium nihilominus extenderetur etiam ad Equites, & Barones, eam ob cauſam, quia & in illis ratio Privilegii militat, & effectus Privilegii locum habet, & hæc interpretatio juri communi conſonat. Et præſens Privilegium latiſſimè interpretandum eſt.

Et ſic liquet ſub diſpoſitione Privilegii generalis à Rege U. Sileſiæ indulti, comprehendi etiam illos Nobiles, qui in dignitate aliqua conſtituti ſunt, quales ſunt Equites, Barones & ſimiles.

Deinde, quoque dubio omni caret, quod ſimiliter ſub confœderatione ſive ſocietate inita inter Regem Boh. & Marchiones B. comprehendatur etiam ille caſus, quando nō tantùm vulgares Nobiles, ſed etiam illi,

qui

qui in dignitate aliqua conſtituti ſunt, contra Marchiones litem aliquam movent.

91 Tùm, quia illa † conventio ſimpliciter facit mentionem de ſubditis. Et certum eſt, quod appellatione ſubditorum omnes omninò illi, qui in alicujus territorio domicilium habitationis habent, cōprehendantur, ſive illi ſint Nobiles, ſive plebei, item, ſive ſint Nobiles vulgares, ſive in dignitate aliqua conſtituti. Item, ſive ſint perſonæ ſingulares ſive Status, Ordines vel Univerſitates, *gl. Clem. 1. verb. ſubditos. & ibi Imol. de for. compet. Bald. l omnes. §. ſi non apparitor. C. de Epiſc. & Cler. Pet. de Anchor. c. Romana. §. comprehendes. de for. compet. lib. 6. Panorm. c. 1. & ibi Felin. ext. eo. tit. Paul. Caſtr. conſ. 44. col. fin. lib. 1. Alex in addit. ad Bart. l. aſſumptio. §. 1. ff. ad municipal. Alex. & Socin. l. cum quadam. ff. de juriſd. omn jud. Corn. conſ. 321. col. 2. lib. 4. Barbat. in proœm. Clem. §. hæc ſanè. col. 4. verſ. qua autem propriè. Dec. conſ. 352. col. 1.*

Quinimò appellatione ſubditorum comprehenditur omnis is, qui in loco aliquo tantùm domum vel armarium habet, *Socin. jun. conſ. 7. nu. 8. lib. 2.* Ubi ipſe affirmat, eandem opinionem amplecti *Io. Andr. & Matth. de Afflict. in locis ab ipſo citatis.*

Tùm, quia ratio illius conventionis nempè, ut pax publica conſervetur, neque propter lites motas turbetur, locum habet, in omnibus cauſis & litibus motis non tantùm à plebeis, verùm etiam à Nobilibus. Item & à Nobilibus non vulgaribus, ſed in dignitate aliqua conſtitutis, nec non etiam à Statibus, Ordinibus atque Univerſitatibus.

Et clari juris eſt, quod quælibet conventio locum habeat in omnibus illis caſibus, in quibus ratio conventonis militat.

Tùm, qui & effectus illius conventionis omnibus his caſibus convenit. Et certum eſt, quod quælibet diſpoſitio extendatur ad omnes illos caſus, quibus effectus diſpoſitionis convenit.

92 Nec obſtat, quod † caſus omiſſus habeatur pro omiſſo, & remaneat in diſpoſitione juris communis.

Namque primò, omiſſum non cenſetur id, quod ſaltem ſub verbis generalibus Privilegii vel alterius diſpoſitionis comprehenditur, *Bart. l. 1. col. 3. & ibi Dd. ff. de vulg. & pupill. Bart. ſi quis in principio. col 4. verſ. quæro quid ſi teſtator. ff. de leg. 3. Bart. l. 1. in fin. ff ſi quis in jus voc. non ier. Bart. & Bald. l. prætor. ff. de oper. novi nunciat. Bald. l. Centurio. col. 1. ff. de vulg. & pupill. Signor. conſ. 166. col. 3. Bald. Imol. & Franciſc. Aretin. l. illud. ff. acquir. hæred. Iaſ l. Stichum qui meus erit. ff. de leg. 1. Iaſ. l. 1. col. 16. ff. eod. tit. Curt. ſen. conſ. 49. col. 15. Dec. conſ. 389. col. fin. Ruin. conſ. 159. num. 9. lib. 3. Cardin. Pariſ. conſ. 97. nu. 106. lib. 1.*

Secundò, omiſſum non cenſetur id, quod ſub eadem ratione continetur ſive concluditur, *Bald. l. per diverſas. col. 1. C. mand. Tiraq. in tract. de utroq; retract. par. 1. §. 20. gl. unica. n. 8. & 11.*

Tertiò, illud non cenſetur omiſſum, quod quis veriſimiliter expreſſiſſet, ſi de eo vel cogitaſſet vel interrogatus fuiſſet, *Alex. conſ. 46. col. 1. lib. 2. conſ. 29. lib. 6. Iaſ. l. commodiſſimè. n. 6. ff. de liber. & poſthum. Tiraquel. in tract. de legib. con. gl. 7. n. 181.*

Quartò, illud non cenſetur omiſſum, quod ex mente & conjecturis colligitur, *Bart. Bald. Ang. Imol. Rom. Alex. & Dd. l. prætor. arg. illius text. ff. de oper. nov. nunciat.*

Sed illi caſus, quando Nobiles non ſimplices, ſed in dignitate conſtituti Barones nempè, Equites, vel celſioris dignitatis, item & Status, Ordines ſive Univerſitates Nobilium contra Marchiones B. actionem inſtituunt, & ſub verbis generalibus, & ſub ratione tàm Privilegii quam conventionis comprehenduntur, & plures conjecturæ & præſumptiones ſuadent, iſtos caſus omnes tàm ſub Privilegio quàm ſub conventione includi, Et veriſimile eſt, tam Regem U. quàm Regem G. ſi ipſi de hoc vel cogitaſſent, vel interrogati fuiſſent, etjam iſtos caſus tàm in Privilegio quàm conventione expreſſuros fuiſſe.

Igitur ſequitur, in caſu præſenti dici vel prætendi non poſſe illos caſus vel in Privilegio vel in conventione omiſſos.

Præterea illa regula, quod † caſus omiſ- 93
ſus habeatur pro omiſſo, non habet locum, quando unus vel aliquis caſus ratione majoris frequentiæ, ſive propter majorem frequentiam expreſſi ſunt, prout hoc expreſsè tradit *Tiraquell. in tract. de utroq. retract. part. 4. §. vigeſimò. gl. 1. nu. 11. Cagn. l. 1. n. 31. in fin. ff. de reg. jur.* Idemq; tenent & omnes Dd. citati in tertia ratione decidendi.

Similiter & illa regula non habet locum, quando aliquis vel aliqui caſus eximentium gratia in aliqua diſpoſitione poſiti

ſcri ſunt, prout hoc in ſecunda ratione decidendi docui.

Eodem modo hoc non habet locum, quando ex veriſimili & præſumpta mente aliud inducitur, *Iaſ. l. Titius. §. Lucius, nu. 5. ff. de vulg. & pupill.*

Deinde hæc regula tantùm procedit, quando in caſu aliquo requiritur expreſſa proviſio, alioquin verè ſecus eſt, *Paul. Caſtr. l. commodiſſimè. & ibi Iaſ. n. 5. ff. de lib. & poſthum.*

Sed Privilegium, item & conventio, de quibus in caſu præſenti agitur, ſunt admodum favorabilia & latiſſimè intelligenda.

Et clari juris eſt, quod in Privilegiis favorabilib. & latiſſimè intelligendis non ſit neceſſaria expreſſio verbalis, quodq; talia Privilegia extendantur etiam ad caſum non expreſſum.

Præterea caſus omnes tàm in iſto Privilegio quàm in conventione verbis expreſſi ſunt, & propter majorem frequentiam & exempli tantùm gratia expreſſi. Et veriſimilis atq; conjecturata mens concedentis & contrahentium includit etiam omnes alios caſus non expreſſos.

Igitur ſequitur, præallegatam regulam, quod caſus omiſſus habeatur pro omiſſo, in caſu præſenti locum non habere. Et poſito, illam regulam in caſu præſenti locum habere, illa regula noſtræ deciſioni nihil refragaretur. Cum jure communi expreſsè cautum ſit, quod nemo extra provinciam habitationis trahi debeat, quodq; in iis cauſis, quæ ad inferioris judicis cognitionem ſpectant, ſuperior minimè adiri debeat.

94 Doctrina † Baldi & Bertachi. in locis citatis in 5. ratione dubitandi, quatenus concludunt, Privilegium non extendi ad caſus omiſſos, procedit tantùm in Privilegio, quod eſt contra jus commune, in quibus terminis Bald. & Bertach. tantùm loquuntur. Ideoque illa doctrina minimè extendi poteſt ad noſtrum vel ſimiles caſus, in quibus agitur de Privilegio juri communi convenienti vel conſentaneo.

Similiter etiam illa doctrina Baldi & Bertach. non habet locum in omnibus illis caſibus, in quibus vel caſus, de quo agitur, pro omiſſo haberi nequit, item, & in quibus iſta regula, caſum omiſſum haberi pro omiſſo, fallit.

95 Doctrina † Raph. Cuman. *in l. commodiſſimè. ff. de lib. & poſthum.* quatenus videlicet ibi concludit, diſpoſitionem de una perſona loquente, nunquam extendi ad aliam perſonam, etiam in iis caſibus, in quibus alioquin extenſio de uno caſu ad alium caſum permiſſa, eſt communiter reprobata, prout hoc contrarium tenent volentes extenſionem de una perſona æquè fieri poſſe, ſicut extenſio de caſu ad caſum permittitur, *gl. l. illud. C. de SS. Eccleſiis. gl. l. fin. verb. captivorum. C. eod. tit. Imol. l. ſi verò. §. de viro. 3. articul. princip. ff. ſolut. matrim. Franc. Aretin. l. moribus. ff. de vulg. & pupil ſubſtit Franc. Aretin. l. Gallus. in princ. col. 4. ff. de lib. & poſthum. Ang. d. l. Gallus §. & quid ſi tantùm, col. 2. Iaſ. l. Titius. §. Lucius. n. 3. & 7. arg. ill. tex. ff de liber & poſth. Iaſ. conſ. 154. col. 5. lib. 4. Tiraq. rep. l. ſi unquam verb. libertis. n. 63. C. de revoc. donat.*

Et ſic liquet, omnia quæ in quinta ratione dubirandi adducta ſunt, noſtræ deciſioni nihil penitùs obſtare.

Ad ſextam rationem dubitandi ego reſpondeo, quod † major ſit præſumptio juſticiæ pro Rege ſive Imperatore, quàm pro aliis Judicib. ſive Magiſtratib. inferioribus. 96

Namq; & Rex ſive Princeps eſt lex animata in terris, *§. fin. auth de Conſulib.* Er licet omnia jura habeat in ſcrinio pectoris ſui, *l. omnium. & ibi Dd. C. de Teſtam.* & juſticia plenus & eſt & eſſe præſumitur, *Bald. conſ. 395. incip. pro domino Divaldo. col. 1 lib. 2. Crav. conſ 5. n. 2. conſ. 163. n. 9. conſ. 172. n. 1.* Et quicquid Rex vel Princeps facit, ipſe hoc facit tanquam Deus, qui nec fallit nec fallitur, *Bald. l. Æmilius. ff. de minoribus. Bald. c. 1. de no. form. fidelit. Dec. conſ. 200. ad fin. Cravet. conſ. 198. num. 7. Seb. Vant. in tract. de nullit. ſub. Rub. an quælibet ſententia poſſit dici nulla. nu. 8. & 9.* Et factum ſive præſumptum à Principe vel Rege, legis vigorem obtinet, *l. 1. ff. de Conſtit. Princip. l. fin. C. de legib. §. ſed & quod Principi. Inſtit. de jur. nat gent. & civil.*

Et Princeps rransgrediendo leges, cenſetur contra illas diſpenſare velle, *c. propoſuit. ext. de conceſſ. præbend. Fel. c. cum olim col. 8. ext. de ſententia & re judicat. Fel. c. in cauſis. circ. fin. ext. eo. tit.*

Et non tantùm in actibus geſtis à Rege vel à Principe, ſed etiam in illis, in quibus Regis vel Principis authoritas intervenit, ceſſat omnis præſumptio fraudis aut deceptionis, *Abb. conſ. 36. col. 2. lib. 2.* Et quando authoritas Principis in aliquo eatum intervenit, non poteſt allegari læſio, nec reſtitutio in integrum peti, *Archid. & Io. And. c. 1. de pact. lib. 6. Alex. conſ. 240. ad fin. lib. 6 Crav. c. 5. n. 2. lib. 1.* Nec etiam ſententia Principis ratione injuſticiæ à Principe ſive Rege

com-

commiſſæ, impugnari poteſt, *l. minor autem Magiſtratus. §. 1. & ibi Bart. & Bald. ff. de minorib.*

Nulli etiam permittitur de eo, quod à Rege vel ab alio ſummo Principe factum vel geſtum eſt, judicare, *auth. in medio litis non fieri ſacras juſſiones. col. 2. c. nemo. & cap. numera per mundum. 9. quæſt. 3. c. in apibus. 7. quæſt. 1. c. per venerabilem. ext. qui fil. ſint legitim. Dec conſ. 603. in pr. Petr. de Anchor. conſ. 30. col. 1. Seb. Vant. in tr. de Nullitatib. ſub Rub. an qual. ſententia poſſit dici nulla. n. 7.*

Imò ſacrilegii inſtar eſt, de facto Regis vel Principis judicare velle, *l. 2. C. de crim. ſacrileg.*

Et ſic liquet ex eo, quod in Privilegio generali Sileſiæ indulto cavetur, quod propter juſticiam denegatam vel protelatam læſis concedatur receſſus ad Capitaneum ſupremum Sileſiæ, ejusq; officium implorare permittitur, etiam præſumptionem ſive conjecturam Judici, quod nullæ penitùs cauſæ motæ ab incolis Sileſiæ Dominis ſive Principibus ſuis ad cognitionem Regis Boh. ſpectent.

Et licet etiam Reges & ſummi Principes interdum aliis injuriam inferant. Attamen hoc nec præſumitur, nec veriſimile.

97 Et certum eſt, quod † ſufficiat quamlibet probationem præſumptivè concludere, *Iaſ. l. non hoc. num 15. C. unde legit.*

Et licet in eodem Privilegio caveatur, quod propter juſticiam denegatam & protelatam, cauſæ debeant devolvi ad judicium ſupremum Sileſiæ. Attamen hoc tantùm intelligendum eſt de illis cauſis, quæ alioquin ad inferioris Judicis cognitionem ſpectant. Ideoq; ex eo inferri nequit, quod in litibus ſive controverſiis à ſubditis motis Principibus ſive Ducibus Sileſiæ Rex Boh. aliquo caſu judex eſſe poſſit.

Ad ſeptimam rationem dubitandi re-
98 ſpondeo, † licet Privilegium debeat intelligi ſtrictè. Attamen nullum Privilegium debere intelligi abſurdè vel obſcurè, *Bal. l. 2. de leg. Iaſ. l. fin. nu. 23. ff. de Conſtit. Princip.* vel contra verba aut mentem concedentis reſtringi, prout hoc ſuperiùs comprobavimus.

Deinde etiam hoc quod dicitur, Privilegium ſtrictè intelligendum eſſe, non procedit in noſtro vel ſimilibus caſibus, vel quando Privilegium nemini eſt nocivum, vel quando agitur de ſolius concedentis præjudicio, Vel quando Privilegium eſt conveniens juri communi, vel reſpicit utilitatem publicam, vel alioquin favorabile eſt, ſicut hæc omnia in 14. ratione decidendi docui.

Idem quoque juris eſt, in Privilegio concesſo propter benemerita, quale eſt præſens Privilegium: Nam & tale Privilegium, ſicut & alia quælibet diſpoſitio propter benemerita facta, latiſſimè intelligendum eſt, *Guiliel. de Cugn. & Alex. l. 3. in princip. & ibi Iaſ. nu. 7. ff. quod quisq; jur. Raph. Cuma. conſ. 162. nu. 4. Dec. c. fin. col. 2. ext. de Conſtit. Dec. conſ. 169. col. 1. conſ. 193. conſ. 197. conſ. 413. conſ. 468. num. 14. conſ. 498. nu. 11. & conſ. 614. col. 2. Ferdin. Loaz. repet. l. filiusfamilàs. §. divi. fol. 10. col. 2. ver. non obſtat etiam. ff. de leg. 1. Panorm. conſ. 30. col. 2. lib. 2.* Deinde & *Card. Zabarell. in Clem. 1. nu. 12. q. 6. de Teſtam.*

Nec non & reliqui Dd. citati in decima ratione dubitandi volentes Privilegium, nec ex identitate rationis extendendum, loquuntur tantùm in Privilegiis juri communi contrariis. Ideoq; illorum deciſio minimè extendi poteſt ad caſum noſtrum, in quo agitur de Privilegio non contrario juri communi, & inſuper favorabili, quod Privilegium juri communi conveniens ſive favorabile ex identitate rationis extendi, dubio omni caret, & tradit *Stephan. Bertrand.* in loco citato in quarta ratione decidendi.

Ad octavam rationem dubitandi † re- 99
ſpondeo, illud, quod in octava ratione dubitandi adductum eſt, non habere locum eo caſu, quando ex conjecturis ſive præſumptionibus contrarium liquet. Tunc enim non obſtante hoc, quod nomen appellativum dignitatis nomini proprio præpoſitum eſt, diſpoſitionem non cenſeri factam, reſpectu dignitatis, nec ad dignitatem reſtrictam, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Bart. l. ſi communis ſervus ita ſtipuletur. arg. illius text. ff. de ſtipul. ſervor. Bart. l. more. n. 19. ff. de jurisd. omn. judic. Abb. c. quoniam. Abbas & ibi Dec. nu. 5. ext. de offic. delegat.* Et idem tenent omnes Dd. citati in octava ratione dubitandi.

Sed in caſu præſenti evidentiſſimè conſtat, quod conventio inita inter G. Regem Boh. & Marchiones B, non reſpiciat dignitatem Marchionum, nec ſit reſtricta ad iſtum caſum, quando Marchiones B. reſpectu Marchionatus ſive dignitatis Marchiæ conveniuntur: ſed generaliter locum habeat,

habeat, ſive ipſi Marchiones reſpectu Marchiæ vel dignitatis Matchiæ annexæ ſive alio reſpectu conveniantur.

Namq; primò in principio ſive præfatione illius conventionis, ex qoa mens, ratio & cauſa finalis colligitur, & ſecundum quam illa conventio extendi & ampliari debet, nomen proprium nomini appellativo præpoſitũ eſt, atq; ibidem expreſsè dicitur, Wir Friedrich des heiligen Römiſchen Reichs Ertzkämmerer vnd Churfürſt / Johans Albrecht vnd Friedrich der jünger Marggraff zu Brandenburg/ ꝛc.

Secundò, in præfatione ſive principio illius conventionis fit mentio non tantùm dignitatis Marchionatus, ſed etiam dignitaris Burggraviatus.

Tertiò, in ipſa diſpoſitione conventionis expreſsè dicitur, illam conventionem eſſe initam ratione omnium bonorum & tertitotiorum, quæ Matchiones B. tunc tempotis quocunq; titulo poſſederunt, vel in poſterum quocunque modo acquirent. Sicut hoc patet ex illis verbis, An vnſern Erben / Pfanden / Gütern / Herrſchafft / Wildbahns/Gleiten/Zöllen/ Landgerichten vnd Herrligkeiten/ die wir jtzo einhaben oder fürbas mehr erkauffen/Zuſatzung/Pfanden/ oder ſonſten in einig Weis vberkommen vnd zu vns bringen. Noſtris hæredibus, hypothecis, bonis, dominiis, ſylvis, ſalvis conductibus, teloniis, terrarum judiciis & & magnificentiis, quæ hoc tempore quocunque titulo poſſidemus, vel in poſterum emendo, vel tatione hypothecæ aliovè modo vel titulo acquitere poſſemus.

Et licet iſta verba non ſint repetita in iſta diſpoſitione conventionis, in qua diſpoſitum eſt coram quo Judice lites ſive controverſiæ motæ definiri debeant: Attamen illa diſpoſitio, in qua continetur coram quo Judice lites ſive controverſię motæ ventilandæ ſint, ſecundum prædictam præcedentem diſpoſitionem intelligenda, declaranda & extendenda eſt.

100 Cum ſit clari & indubitati juris, † ſequentem diſpoſitionem à præcedenti declatationem recipere, atq; ſecundum præcedentem intelligendam eſſe, *l. qui filiabus, in pr. & l. ſi ſervus plurium. §. fin ff de legat.*

Quartò, in illa conventione hæc ratio expreſſa eſt, iſtam conventionem eſſe initam propter pacem, concordiam & tranquillitatem inter Regem Boh. eorumq; ſubditorum ex una, & March. B. eorumq; ſubditos ex altera parte, conſervandam & retinendam, nevè propter lites ſive controverſias motas ad arma perveniatur, quæ ratio locum habet non tantùm in litibus ſive controverſiis motis Marchionibus ratione Marchiæ B. ſed etiam in litibus ſive controverſiis ipſis motis alio reſpectu. Cum ex aliis litibus ſive controverſiis, perinde ut ex litibus ſive controverſiis ratione Marchiæ B. & pax publica turbari & ad arma veniri poſſit. Et certum eſt, quemlibet diſpoſitionem ex ratione in ea expreſſa vel conjecturata extendi ad omnes omninò caſus, in quibus illa ratio militat, ſicut hoc ſuperiùs docuimus.

Igitur ſequitur, ea quæ in octava ratione dubitandi adducta ſunt, noſtrę deciſioni nihil obſtare. Illudq; quod dicitur, ex Præpoſitione nominis appellativi colligi, diſpoſitionem dignitatem reſpicere, ſive ad dignitatem reſtrictam eſſe, in caſu præſenti locum non habere.

Ad nonam rationem dubitandi † patet 101
reſponſio ex iis, quæ dixi in 19. 20. & 21. ratione decidendi.

Namq; hoc quod dicitur, quod nullus cõtractus extra verba ipſius extendi, neq; de perſona ad perſonã, neq; de re ad rem, neq; de tempore ad tempus porrigi debeat, non procedit in noſtro & ſimilibus caſibus, quando hoc ſuadet vel ratio diſpoſitionis, vel mens diſponentis; vel ratio æqualitatis ſervandæ, vel correlationis, vel quando effectus diſpoſitionis illis caſibus vel perſonis convenit, vel quando quis veriſimiliter ità diſpoſuiſſet, ſi de hoc vel cogitaſſet vel interrogatus fuiſſet, prout ultra ſuperiùs allegata hoc ultimum expreſsè & in ſpecie tradit *Iaſ. l. ſi unus. §. ante omnia. lim. 2. ff. de pact.*

Nec etiam illud refert omiſſum, quod ſub eadem ratione continetur, prout hæc omnia in rationibus decidendi docuimus.

Præterea hoc quod conventio non extendatur ad alias perſonas, non habet locũ in conventionibus Regum & Principum, reliquorumq; dominorum legis condendæ poteſtatem habentium, tales enim conventiones omnibus ſubditis præjudicant, *Iaſ. d. §. ante omnia. nu. 6.*

Et ad illud † quod in nona ratione dubi- 102
tandi adductum eſt, quod non fiat extenſio ad illa, quę ſunt diverſa, ſeparata, diſſimilia, Reſpondeo, hoc tantùm procedere in illis, quæ ſunt diverſa, ſeparata, diſſimilia, re & ratione.

Secus autem eſt in ſeparatis re & conjunctis ratione, namq; ad illa propter identitatem rationis rectè infertur, prout huc expreſsè & in ſpecie tradit, *Iaſ. l. à Titio. in pr. n. 6. arg. ill. tex ff. de verb. oblig Fr. Ripa. l. naturaliter. §. nihil commune. n. 22 ff. de acquir. poß. Rip. l. ſi conſtanti. in pr. ff ſolut. matrim.*

Quod confirmatur per id, quod pulcherrimè tradit *Bald. l. omnes populi. col. 7. verſ. tertiò quærò. ff. de juſt. & jur.* Ubi ipſe inquit, Quod non videntur diſſidentia, quæ in ratione conveniunt, quia ratio eſt conjunctio diverſorum caſuum ad eundem finem tendentium. Quod dictum refert atq; ſequitur *Tiraq. in tr. ceſſante cauſa. part. 14. n. 152.*

Deinde hoc non habet locum in correlativis, item, nec in illis, quæ in effectu conveniunt. Namq; licet correlativa & illa quæ effectu conveniunt, re ipſa ſint diverſa, nihilominùs tamen diſpoſitum de uno ad aliud extenditur.

Cum itaq; & eo caſu, quando ſubditi Regis Buh. contra Marchiones B. agunt, ratio dictæ conventionis militet, & effectus illius locum habeat, & Rex Boh. & ſubditi ipſius reſpectu Marchionum B. atq; illorum qui ipſis ſubditi ſunt, ſint correlativa, & iſto caſu, quando ſubditi Marchionum contra Reges Boh. experiuntur, expreſsè diſpoſitum ſit, quod illius cauſæ cognitio ad Conſiliarios ab utraque domo ad hoc deputatos pertinere debeat.

Sequitur, regulam poſitam in nona ratione dubitandi, quod ad diverſa, diſſimilia ſive ſeparata non fiat extenſio, in caſu præſenti locum non habere.

Ad decimam rationem dubitandi reſponſio patet ex iis, quæ in 22. ratione decidendi adduximus.

Ad undecimam & ultimam rationem dubitandi reſpondeo.

103 Primò, iſtam regulam quæ † vult, quod diſpoſitum de uno ex correlativis ad aliud correlativum extendatur, habere locum non tantùm in legum diſpoſitionibus, verùm etiam in contractibus, juxta text. clarum & expreſſum, *l. fin. & ibi Bartol. ff. de acceptil. Bald. auth. dos dote. col. 1. C. de donatio. ante nupt. Iaſon. l. fin. num. 10. C. de Ind. vid. tollen.*

Nec obſtat doctrina, *Bald. Alvar. Matt. de Afflict. & Ioan. Bapt. de S. Bleſ.* in locis citatis in undecima ratione dubitandi.

Namq; illi loquuntur tantùm in conventionibus pœnalibus, quæ odioſæ ſunt initis à penitùs privatis, & non habentibus legis condendæ poteſtatem. Ideoq; illa doctrina Bal. & ſequacium extendi non poteſt ad caſum noſtrum: In quo agitur de conventione favorabili, propter nempe publicam pacem tuendam inita inter Regem Boh. & March. B. & ſic inter perſonas habentes legis condendæ poteſtatem. Eamq; ob cauſam illa conventio legis vigorem obtinere debet, *Bart. Bald. & Dd. l. pen. arg. ill. text. C de donat. int. vir. & uxor.*

Et dubio omni caret, quod in diſpoſitionibus legum diſpoſitum de uno ex correlativis ad aliud porrigatur.

Præterea in caſu noſtro fit extenſio non tantùm ratione correlationis, ſed etiam propter identitatem rationis, item, & propter veriſimilem mentem contrahentium, item, & quia effectus diſpoſitionis huic caſui convenit, in quibus caſibus dubio omni caret, etiam in contractibus extenſionem fieri.

Et ſic liquet, hanc noſtram concluſionem ad primam quæſtionem non obſtantibus rationibus dubitandi veriſſimam eſſe.

Ad ſecundam quæſtionem ut reſpondeatur, exiſtimo jure fundatum; quod Romana Cæſ. Maj. tanquam Rex Boh. conſideratione Tranſactionis intra Regem Boh. G. & domum B. initæ: Item terrarum Sileſiæ communium & Ducatus J. ſingularium Privilegiorum poteſtatem nō habeat, ſuam Illuſtr. Celſ. in hac ſimilivè cauſa ad amicabilem tractationem & audientiam Pragam vel aliorum locorum coram ſua Cæſ. Maj. vel deputatis Conſiliariis comparendi, citare, & huc ex ſequentibus rationibus.

Namq; primò in pactis hæreditariis inter coronam Regni Boh. & domum B. initis, expreſsè cautum eſt, quod amicabiles Tractatus non ſecus atq; judiciarii Proceſſus ad utriusq; partis deputatos & delegatos Conſiliarios pertineāt. Quę hęreditaria, pacta & conventiones abſq; omni dubio, utraq; pars & Rex Boh. & Marchiones B. ſervare obligati ſunt, nullaq; pars poteſtatem habet abſque alterius expreſſo conſenſu de illis recedere.

Namq; omnes † contractus ab initio ſunt 104
voluntatis, ex poſt facto verò neceſſarii, neque uni ex contrahentib. permittitur altero non conſentiente à contractu rectè & legitimè inito recedere vel reſilire, *l. ſicut. C. de act. & obl. l. de cōtractu & licitas. C. de reſc. vend. gl. & Dd.*

& Dd. l. ſi pecuniam. ff. de condict. ob cauſ. Et
105 nihil æquè convenit † humanæ fidei quàm pacta & conventiones ſervare, *l. 1. & ibi Bar. Bald. & Dd ff. de pact. l. 1. in pr. ff. de conſt. pecun.*

106 Atq; etiam ſummus † Princeps ex pactis contractibus & promiſſionibus ſuis obligatur illa firmiter ſervare, ſive illa pacta vel contractus fuerint initi cum ſubditis ſive non, *l. Cæſar. & ibi Bart ff. de publican. l. penul. & ibi Bart. & Bald. C. de donat. inter vir. & uxor. c. 1. & ibi Bald. & Dd. de natur. feud. c. 1. & ibi Ant. de But. Imol. Abb. Fel. Dec. Ang. Bero. & Dd. ex de probat. Cyn. & Bal. l. digna vox C. de ll. Iaſ. l. ſi pecuniam. col. 6 ff. de condict. cauſa data. Iaſ. conſ. 1. n 4. lib. 1. conſ. 177. n. 3. conſ. 227. col 5. lib. 2. conſ. 76 n. 8. & conſ. 93. lib. 3. Soc. jun. conſ. 126. n. 17. & 18. lib. 3. Laur. Sylv. conſ. 34. n. 27. Ioan. Cæph. conſ. 58. n. 78.* Imò etiam Deus ipſe ex promiſſione ſive contractu ſuo obligatur, *Cyn. l. digna vox. C. de ll. Bald. l. 1. in pr. & ibi Iaſ. n. 1 ff. de pact. Dec. c. 1. n. 1 ex. de probat. Laur. Sylv. conſ. 34. n. 28.* Et contractus Principis vel cujuslibet alterius habentis legis condendæ poteſtatem, obtinent vim legis, *d. l. pen. & ibi Bart. & Bald. C. de don. int. vir. & uxor. d. l. Cæſar. & ibi Bart. ff. de publican. Bald. Alex. Dec. & Dd. l. civitas ff. ſi certum pet.*

Imò contractus ſive promiſſiones Principum ſunt longè fortiores & firmiores legibus ipſius Principis, *Bald. & Paul. Caſtr. l. 1. & ibi Iaſ. n. 12. ff. de Conſtit. Princip.*

Et licet Princeps ſit ſolutus lege legis: attamen ipſe non eſt ſolutus lege contractus vel conventionis, *Cyn. Bar. & Dd. l. digna vox. C. de legib. Bald. l. 1. & ibi Iaſ. nu. 12. ff. Conſtit. Princip. Iaſ. l. 1. n. 4 ff. de pact.* Et licet Deus ſubjecerit leges Principi: attamen non ſubjecit ipſi contractus, *Bart. l. 2. C. de ſervit. & aqua. Iaſ. l. 1. n. 13 ff. Conſtit. Princip.*

Ideoq; Princeps in contractibus ſuis utitur jure communi, eo nempe jure, quo privati utuntur, *Bald. & Iaſ. l. ex imperfecto. C. de Teſtam. Dec. c. 1. num. 1. & ibi Felin. nu. 1. ext. de probat.* Et conſideratur ut privatus, *Laur. Sylvan. conſ. 34. n. 28. facit id quod tradit Bart. l. in fraudem. §. neq. ff. de jure fiſci.* Et præciſè obligatur ex ſuo contractu ſive cognitione, *Bal. 1. arg. ill. tex. de natur. feud. Felin. c. 1. ex. de probat.* Uſq; adeò, ut Princeps etiam de plenitudine poteſtatis non poſſit venire contra ſuum contractum, promiſſionem vel conceſſionem, neq; jus alteri ex contractu vel conceſſione ſua, quæ in formam contractus tranſivit, quæſitum, tollere, auferre vel diminuere poſſit, *Bald. c. 1. §. adhæc. col. 5. verb. item nota ex gl de pac. juram firmand. Paul. Caſt. l. digna vox. C. de legib. Fel & Dec. c. 1. uterq. n. 1. ex. de probat. Dec. conſ 151. n. 11. & conſ. 292. Iaſ. conſ. 1. lib. 1. conſ 233. lib 2. & conſ 93 col. 2. verſ. imò fortius. lib. 3. Alex Rub conſ 50. Ruin. conſ. 196. n. 19. lib. 1. Alc. in tr. præſum. reg. 3. præſump. 8. n 6. Card. Pariſ. conſ 11 n 116. & 117. lib. 1. Sigiſm. Neap. int conſ. Alb Brun. conſ. 114 n. 214. Ioan. Cæph. conſ. 58. n. 79. Aym. Crav in tr. de antiq. temp. part. 1. §. circa primam. n. 17.* ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionē communiter receptā eſſe. Quodq; Ptinceps non modò jus quæſitum, verùm etiam jus quærendum alteri ex contractu tollere nequeat, *Rum conſ. 36. n. 17. conſ. 69. n. 24. & conſ. 99. n. 7. lib. 3.*

Præterea Reges & Principes in ſuis contractibus utuntur eodem jure, quo privati & jure privatorum cenſentur, *Bal. l. 1 de no. form. fidelit. Iaſ. l. ex imperfecto. C. de Teſtam. Soc. jun. conſ. 76. n. 3. lib 1. Rol. à Val. conſ 66. n. 37. lib. 2.* Imò Principes ex ſuis contractibus atq; promiſſionib. arctius & magis obligantur quàm privati. Cum pariformiter debeat ſervari verbum ſimplex a Principe, ſicut juramentum a mercatore, *Ioan. Baptiſt. Caccialup. rep. l. omnes populi. n. 107. ff de juſt. & jur.*

Huc accedit, quod alibi traditur, nihil eſſe quod lumine clariori fulgeat, quàm recta fides & obſervantia in Principe, *l. inter claras. C. de ſum trin. & fid. cathol.*

Et fertur, Ariſtutelem admonuiſſe Alexandrum, ut promiſſa ſervaret, aliàs malus finis ſequeretur, *Bald. l. 1. & ibi Iaſ n. 1. ff. de pact. Hieron. Schurff. conſ. 7. lib. 1.* Et quod infidum eſt, ſtabile non eſt, *Laur. Syl. conſ 34 nu. 29.* Ubi ipſe autoritatem Ciceronis pro hoc citat. Et omnes contractus cum Principe initi cenſentur eſſe bonæ fidei, & habent naturam contractus bonæ fidei, *Bald c. 1. de nat. feud. Anto. Burgeſ. c. cum dilecti. col. 16. ext. de empt. & vend. Fel. & Dec. c. 1. uterq. nu. 1. ext. de probat. Aym. Cravet. conſ. 95. n. 9. lib. 1.* Cui bonæ fidei nihil magis convenit, quàm pacta atq; contractus ſervare, *l ex empto. in pr ff. de act. empt.* Nihilq; magis contrarium quam fidem fallere vel promiſſa non adimplere, *Bald l. Princeps. ff. de legib. Bald. c. 1. in pr. de Capit. qui cur. vend. Bald. c. 1. in pr. col. 1. de Capit. Corrad. Laur. Sylvan. conſ. 34. num. 29.*

Deinde quoq; clari juris eſt, † quod ex 107
contractu Regis ſive Principis non tantùm ipſe Rex ſive Princeps, ſed etiam ſucceſſores in Regno ſive Principatu præcipuè obligentur, etiam ſi illi in locum contrahentis non per ſucceſſionem ſed per electionem

ſurrogentur, *Bal. & Dd. l. digna vox. C. de legib. Bal. Dec. & Dd. c. 1. ex. de prob Iaſ. conſ. 1. dub. 2. lib. 1. & conſ. 10. col. 2. lib. 3. Rol. à Val. conſ. 66, nu. 38. lib. 2.*

Quod potiſſimùm & abſq; omni dubio procedit in contractib. celebratis à Regibus vel Principibus ſub nomine dignitatis, ex iis enim ſucceſſor in dignitate indiſtinctè obligatur, *Bal & Dd d. l. digna vox. & ibi Alb. de Roſ. n. 3. P. Caſt. n. 4. C. de B. Gem. c. Abbate ſanè. §. ſed ad hoc. n. 1. & ibi Phil. Fran. n. 2. de ſent. & re jud. lib. 6. Io. And. Ant. de But. & Dd. c. 1. & ibi Panor. n. 1. Dec. n. 7. Fel. n. 1. Aug Bero. n. 27. ex. de prob. Bertrach. in tr. de Epiſcop. lib. 4. part. 5. n. 147. Luc. de Pen. l. hi quos. col. pen. verſ. ad omnia generalia. C. de fund. rei priv. lib. 11. Bal. conſ. 417. lib 1. conſ. 158. col. 2. lib. 3. Bal. c. 1. § Marchio n. 4. de his qui feu. dar. poſſ. Bal. c. 1. §. Imperialis. n 8. de pac. Conſt. in. Ioan. Igneus rep. l. donationes. n. 18. C. de donat. int. vir & uxor. Soc. jun. conſ 60. nu. 29. lib. 3. Rol. à Vall. conſ. 66. n. 38. lib. 2.*

Et in dubio omnis contractus à Regibus ſive Principib. initi cenſentur initi nomine dignitatis, *Ioan. Igneus rep. l. donationes, n. 18. C. de donat. inter vir. & uxor.*

Similiter & ex contractibus Principis & Regis, ſucceſſor in dignitate indiſtinctè obligatur, quando videlicet Princeps vel Rex contrahit, vel in pertinentibus ad officium ſuum vel juxta morem Principatus ſive Regni, *Bald. l. 1. in princ. & ibi Iaſ. ff. de Conſtit. Princip. Rol. à Val. conſ. 66, n 39. lib. 2.*

Eodem jure utimur & in contractibus à Regibus ſive Principibus initis pro commodo ſive utilitate Principatus Imperii vel ſubditorum: Ex talibus enim contractibus ſimiliter ſucceſſor in dignitate indiſtinctè obligatur, etiamſi ipſe per electionẽ ſurrogatus fuerit, *Alber. de Roſ. l 1. nu. 19. ff. de off. Procur. Cæſ. Socin. jun. conſ. 60. n. 35. lib. 3.*

Et reſcindere vel minuere conventa vel ipſa alterare in Rege vel Principe, ſumma eſt iniquitas, *Ioan. Baptiſt. Caccialup. repet. l. omnes populi. n. 107. ff. de juſt. & jur.* Et recedere ab æquo vel honeſto, Regib. ſive Principibus turpiſſimum eſt, *Martin. Sileman. l. Princeps. n. 5. ff. de Conſtit. Princip. Rol. à Vall. conſ. 66. nu. 70. lib. 2.*

Sed iſta conventio, ſocietas ſive confœderatio inita inter G. Regem Boh. & Marchiones B. eſt ex utraq; parte inita ſub nomine dignitatis & quidem non ſimpliciter ſed pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, item, & propter utilitatem ſive commodum utriusq; & Regni & Principatus, nec non & ſubditorum in perpetuum & irrevocabiliter, prout hæc omnia ex ipſa litera tranſactionis, confœderationis & ſocietatis liquent.

Similiter contractus præſens & a Rege Boh. & à Marchionibus B, eſt initus & in pertinentibus ad officium ipſorum, nec non & ſecundum morem Regni ſive Principatus. Cum ad officium cujuslibet Regis ſive Principis pertineat, pacem publicam, concordiam & tranquillitatem conſervare. Nec non etiam omnes boni Principes illud facere ſoliti atque conſueti ſunt.

Igitur ſequitur, Cæſaream Majeſtatem tanquam Regem Boh. præciſè illi conventioni ſive confœderationi ſtare cogi. Nec ſuam Cæſaream Majeſtatem etiam ex plenitudine poteſtatis illi conventioni derogare, contra illam quid præſumere vel illud mandare poſſe: ut contra iſtam conventionem ad cognitionem Conſiliariorum utrinque ad hoc deputatorum trahantur, vel ad forum Cæſareæ Majeſtatis tanquam Regis Boh. vel ad hoc a Cæſarea Majeſtate deputatorum etiam quoad amicabiles Tractatus.

Secundò, tàm ex Privilegio generali indulto Sileſiæ, quam ex Privilegio ſpeciali conceſſo Ducatui in J. liquet, quod omnes controverſiæ motæ Principibus Sileſiæ tàm judicialiter quàm extrajudicialiter, quæ ad inferioris Judicis cognitionem non ſpectant coram Judicibus ſupremæ Curiæ Sileſiæ ventilari, & ad finem perduci debeant.

Et verba illorum Privilegiorum adeò lata ſint, ut etiam controverſias extrajudiciales ſive amicabiles tractatus comprehendant.

Tertiò, Quotidiana † experientia, quæ 108
eſt efficax rerum magiſtra, docet & atteſtatur, quod in omnibus omninò cauſis, antequam illæ in judicium deducuntur, prius amicabiles Tractatus fiant, & quidem ab illo Judice, ad cujus cognitionem illæ cauſæ pertinent, Et ſic amicabiles Tractatus ſunt quaſi quoddam præparatorium judicii.

Et certi juris eſt, quod † diſpoſitum 109
de aliquo extendatur ad omnia antecedentia & præparatoria, ſive illa diſpoſitio fuerit facta conceſſivè ſive prohibitivè, prout hoc, quod conceſſio aliquo & omnia præparatoria ſive antecedentia conceſſa eſſe intelligantur, probat *tex. l.*

ad le-

ad legatum. & l. ad rem mobilem. ff. de procuratorib. §. idem juris & ibi gloſ. Inſtit. qui & ex quib. cauſ. manum. non poß. c. quoniam. de ſent. excomm. lib. 6. c. cum infirmitas. & ibi Panorm. ext. de pœnit. & remiß. cum ſimilib. allegat. per Nicol. Everb. in ſua Topica in loco à conceſſione conſequent.

Quod verò prohibito aliquo omnia antecedentia & præparatoria prohibita eſſe intelligantur, probat tex. *l. oratio. ff. de ſponſ. ſ. quia tamen. Inſt. vi bono. rapt. c. nam concupiſcentia. ext. de Conſtit.*

Et hoc potiſſimùm & abſque omni dubio locum habet, vel quando diſpoſitio eſt favorabilis, vel quando in antecedente ſive præparatorio eadem ratio militat, *Nicol. Everhard. in loco à conceſſione conſequen. Item & in loco à deſtructione antecedent.*

Deinde quoque clari juris eſt, quod o-
110 mnis † omninò actus atque diſpoſitiones à
conſuetudine, ſive ab eo, quod uſitatum & conſuetum, interpretationem, declarationem & extenſionem recipiant, *l. quod ſi nolit. ſ. quia aſſidua. ff. de ædil. edict. l. ſi prius. §. rectè placuit. & ibi Bart. ff. de aqua pluv. arcen. l. fin. C. de fidejuß. l. certi condictio. ſ. ſi nummi. & ibi Iaſ. ff. ſi cert. petat. Bart. Ronchegall. & Dd. l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duob. Reis. cum ſimilibus allegat. per Nicol. Everb. in loco à ſolitis ſive conſuetis.*

Ex quo ſequitur, etiamſi ponamus contra veritatem manifeſtam & conſpicuam, quod prædicta & conventio & Privilegia tantùm loquentur de litibus judicialiter motis, tamen iſta & conventionem & Privilegia tàm à jure communi, quam etiam à vulgata & recepta conſuetudine hanc interpretationem recipere, ut illa tàm Privilegia quam conventio etiam extendantur ad amicabiles Tractatus.

Quartò, Privilegii tàm generalis Sileſiæ quàm ſpecialis Ducatus in J. nulla alia ratio reddi vel aſſignari poteſt, quam illa tantùm, ne Principes ſumptibus & expenſis graventur, nevè in illorum cauſis aliquis aliud jus quàm Sileſicum uſurpetur, quæ ratio æquè locum habet in controverſiis ſive cauſis extrajudicialibus, nec non & in amicabilibus Tractatibus, quàm in cauſis ſive controverſiis judicialiter motis.

Et certum eſt, quod ratio unica conjecturata ſive præſumpta habeatur pro expreſſa, quodq; diſpoſitio quęlibet porrigatur ad omnes illos caſus, in quibus iſta ratio tacitè conjecturata militet vel locum habet, ſicut hæc omnia ſupra docuimus.

Ex quo iterum ſequitur ſive infertur, etiamſi Privilegium generale Sileſiæ, item & ſpeciale Ducatus in J. quoad verba tantùm loquerentur in litibus ſive controverſiis judicialiter motis, nihilominus tamen illa Privilegia etiam extendi & porrigi ad controverſias extrajudiciales, item & ad Tractatus amicabiles.

Tertiam quæſtionem quod attinet, exiſtimo, Illuſtriſſimam ſuam Celſitudinem conſideratis omnibus circumſtantiis jure potuiſſe Dominis & Nobilitati Ducatus J. præſertim eo modo uti petitum fuit, nimirum in genere confirmationem Privilegiorum denegare.

Clari enim & indubitati juris eſt, quod
nullus † penitùs Princeps teneatur vel ob- 111
ligatus ſit Privilegia ſibi ignota vel non exhibita confirmare: quodq; confirmatio facta ab ignorante non valeat, *Socin. conſ. 258. n. 9. verſ. quartò & ultimò dico. lib. 2. add. ad Bertachin. in ſuo repertorio. verb. confirmatio. n. 78. arg. l. nec ignorans. C. de donat. cum multis ſimilibus allegatis per Socin. in loco præallegato.*

Quinimò, confirmatio † Privilegio- 112
rum non aliter valet vel rata eſt, niſi principalis conceſſio exhibeatur, prout hoc expreſſe & in ſpecie tenet *Specul. in tit. de inſtrum. edition. ſ. nunc autem n. 1.* Ubi ipſe tres rationes ad hoc comprobandum adducit. Et idem tenet *Bertach. in ſuo repertor. verb. confirmatio nu. 21.*

Et confirmatur ex eo, quia non valet confirmatio, quando confirmabile non exiſtit, *Bald. l. falſus. col. 2. C de furt. Bald. l. 2. nu. 1. arg. illius text. C. de lib. præter. Bertach. in ſuo repertor. verb. confirmatio. n. 61.*

Idem quoque juris eſt, quando confirmabile non apparet, cum paria ſint non eſſe & non apparere, *l. in lege. ff. de contrah. emptio.*

Et legibus expreſſè cautum eſt, quod nemo teneatur facere id, quod factum nihil operatur, vel inutile eſt, per jura vulgaria.

Cum itaque incolæ Ducatus in J. exhibentes Illuſtri Principi & Domino G. F. Marchioni B. ſua Privilegia, aſſeveraverint ſe præterea & alia quædam Privilegia habere, illaq; exhibere recuſaverint.

Sequitur ſuam Illuſtrem Celſitudinem optimo jure ſtatibus Ducatus in J. dene-

gaſſe confirmationem ſuorum Privilegiorum, præſertim talem, qualis ab illis petita fuit, generalem nempe etiam ignororum.

113 Secundò, in generali † confirmatione conſuetudinum, Statutorum & Privilegiorum, non comprehenduntur Statuta, conſuetudines & Privilegia illicita vel injuſta, *Cyn Guil. de Cug. Bart. Bald. Ang. & Dd. l. 1. arg. ill. tex. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. Cyn. & Bald. l. cum oportet. in pr. C. de bon. quæ liber. Bal. c. in præſentia. col. 5. ext. de probat. Bald. l. 1. C. de Monopol. Bal. c. 1. in pr. & ibi Matth. de Afflict. Præpoſ. & Dd. arg. ill. tex. per quos fiat inveſt. Rom. conſ. 218. col. 3. Alex. conſ. 59. n. 9. lib. 1. Iaſ. l. more. num. 58. ff. de jurisd. omn. jud. Iaſ. l. omnes populi. lectura 2. nu. 36 ff. de juſt. & jur. Bertach. in ſuo repertor. verb. confirmatio. nu. 20. & num. 87. & verb. Privilegium. cl. 1. num. 44. Sigiſm. Neapol. conſ. 4. nu. 22, 23.*

114 Similiter & ſub generali † confirmatione Privilegiorum, Statutorum vel conſuetudinum, non comprehenduntur ea Privilegia, Statuta vel conſuetudines, quę ſunt juri communi contrariæ, *Bald. c. 1. in princip. & ibi Matth. de Afflict. nu. 21. per quos fiat inveſtit. Alex. conſ. 59. n. 9. lib. 1.*

115 Quinimò, ſi expreſſè † Statuta, conſuetudines vel Privilegia illicita, injuſta vel juri communi contraria confirmata fuerint, præſumitur illam confirmationem ſub & obreptitiè impetratam, *Bal c. 1. in pr. & ibi M. de Affl. n. 21. per quos fiat inveſtit. Alex. conſ. 59. n. 9 lib. 1. arg c. ad noſtram. ext. de confirm. utili & inutili. l. 2 junctis notatis ibidem. C. de fundis & ſaltib. rei priva. lib. 11.*

116 Et certi juris eſt, quod † Privilegium ſub & obreptitiè impetratum, ipſo jure nullum ſit, *Io. And. c. dudum. ex. de Privil. Spec. in tit. de inſtrum edit. §. nunc autem. nu. 5. verſ. item quod eſt obtentum Nev. inter conſ. Alb. Bru. conſ. 14. col. 4. Steph. Bert. conſ. 16 n. 25. lib. 5. Bertac. in ſuo repert. verb. Privilegium impugnatur. verſ. 25. & 26.*

117 Similiter & cõfirmatio † Privilegiorum, Statutorum vel conſuetudinum ſub & obreptitiè impetrata, per ſe & ipſo jure non valet. Etiamſi illi confirmatio ſit inſerta clauſula, De novo concedentes: item, ſupplentes de plenitudine poteſtatis, *Panorm. cap. inter dilectos. ext. de fid inſtrument. Bertachin. in ſuo repertor. verb. confirmatio. num. 86. Iaſon. l. more. num. 37. & 38. ff. de jurisd. omn. judic.*

Prætereà confirmationi Privilegiorum, de qua in præſenti caſu agitur, à Rege Sigiſmundo, Duce Ludovico & Duce Joanne eſt inſertum jhre gute Gewonheit / illorum bonæ conſuetudines.

Et in Privil. Sigiſmundi Regis reperitur talis clauſula, Guten Freyheiten / Gewonheiten / alt Herkommen / Jagten / Fiſchereyen vnd allen andern Nützungen vnd Genieſſen / wie ſie genant ſeyn / Brieff vnd Priuilegien / welchs denn eben ſo viel iſt / als da König Sigsmund den Einhabern des J. Fürſtenthumbs confirmirte jre gute Gewonheiten / gute Freyheiten / gut alt Herkommen / gute Brieffe vnd Priuilegien. Bonis ſeu licitis Privilegiis, conſuetudinibus, antiquis moribus, venationibus, piſcationibus & omnibus aliis commoditatibus & emolumentis uti nominantur, reſcriptis & Privilegiis, Quòd æquè eſt, atque ſi Rex Sigiſmundus incolis Ducatus J. confirmaſſet, bonas libertates, bonas conſuetudines, bonos antiquos mores, bona reſcripta & Privilegia.

Cum ſit clari & indubitati juris, † quali- 118
tatem adjectam uni ex illis, quæ in eadem oratione ſive ſub eadem conſtitutione verborum poſita ſunt, omnibus aliis applicari, atq; in omnibus aliis repetita intelligi, *l. Sejæ. §. Cajo. & ibi Bart. ff. de fund. inſtruct. l. fin. §. cum dulcia. ff. de vin. trit. & oleo. legat.*

Eademq; interpretatio fieri & capi poteſt in omnibus aliis Privilegiis conceſſis incolis Ducatus in J. & poſterioribus Privilegio Regis Sigiſmundi.

Igitur ſequitur, quod per Privilegia item & confirmationes Privilegiorum, de quibus in caſu præſenti agitur, non poſſint dici, cenſeri vel reputari confirmata Statuta, conſuetudines vel Privilegia illicita, injuſta, illegitima vel juri communi contraria. Quodq; etiam poſito ſub illa confirmatione ſive conceſſione includi poſſe Statuta, conſuetudines vel Privilegia illicita, injuſta vel juri communi contraria. Illam tamen tam conceſſionem quàm confirmationem ſub & obreptitiam præſumi: Eamque ob cauſam nullam reputari.

Et per conſequens ex hoc infertur. Cum multæ conſuetudines & jura Moravienſium, item & Ducatus in J. ſint injuſta, illicita, illegitima & juri communi contraria, illa non comprehendi, neque in Privilegiis, neque in confirmationem Privilegiorum includi poſſe, illa tamen tàm Privilegia quàm confirmationes cenſendas ſubreptitias eamq; ob cauſã nullas.

Tertiò,

119 Tertiò, Privilegium quod † deviat vel ab æquitate, vel a ratione, vel eſt communi curſui contrarium, præſumitur eſſe falſum, *gl. c cauſam quæ & ibi Panorm. ext. de Teſtib. idem Panorm. c. quam gravi. nu. 2. ex. de falſ. Bertach in ſuo reper. verb. Privil. impugnetur.*

120 Quinimò, Privilegium † ab initio validum, æquum & juſtum, ſtatim perdit vires ſuas, quamprimum illud incidit in iniquitatem, ſive injuſtum eſſe incipit, *gl. c. reſcripta 25. quæſt. 2. Rol. à Vall. conſ. 1. n. 163. lib. 2.*

Cum itaq; Statuta & conſuetudines, quas confirmatas eſſe in caſu præſenti prætenditur, ſint non modò iniquæ ſed iniquiſſimæ: Et contra omnem æquitatem. Sequitur illam confirmationem vel ab initio nullam fuiſſe, vel ſaltem, ex poſt facto ipſo jure revocatam.

121 Quartò, utilitas † publica præfertur cuicunq; Privilegio, *Bald. l. jubemus. notab. 1. arg. ill. tex. C. de SS. Eccleſ. Alex. conſ. 216. nu. 27. lib. 2. Barbat. conſ. 30. nu. 9. lib. 3. Rol. à Vall. conſ. 28. nu. 5. lib. 1.*

Et ab omni Privilegio intelligitur excepta publica utilitas, *Barbat. conſ. 7. nu 3. lib. 4.* Nec per ullum Privilegium quantumcunque generale præjudicatur utilitati publicæ, *Barbat. conſ. 7. nu. 4. lib. 4.*

Et præter hoc quod Privilegium non includit caſum publicæ utilitati contrarium, omne illud Privilegium, in quo comprehenditur caſus publicæ utilitati contrarius, ipſo jure nullum, irritum & invalidum eſt, *Bald. l. jubemus nullam. notab. 1. & 2. arg. ill. text. C. de SS. Eccleſ Rom conſ. 436. col. 6. in pr. Alex. conſ. 216. nu. 27. lib. 2. Barb. conſ. 4 n 14. lib. 1. Felin. c. cauſam quæ. col. 11. in pr. verſ. quinta declaratio. ext. de ſententia & re judic. Iaſon l. ſi ex toto. in princip. num. 13. ff. de leg. 1. Curt. l. omnes populi num. 108. ff. de juſt. & jur. Rol. à Vall. conſ. 5 num. 28. cum 2. ſeqq. lib. 1. conſ. 52 num. 23. lib. 2.*

Præterea Privilegium etiam ab initio æquum & juſtum, quod ex poſt facto tendit adverſus publicum bonum, ipſo jure revocatur & annullatur, *Barb. conſ. 13 n. 4. lib. 3.*

Sed Statuta & conſuetudines, quæ ſibi confirmari ſtatus Baronum & Nobilium Ducatus J. poſtulant, majori ex parte ſunt publicæ utilitati contraria.

Igitur ſequitur, illa Statuta ſive conſuetudines non intelligi confirmata per Privilegia ſive confirmationes Privilegiorum præcedentes: multò verò minus Illuſtrem Principem ac Dominum Marchionem G. F. illa confirmari cogi, cum illa confirmatio eſſet inutilis nihilq; operaretur.

Quintò, Privilegia † omnia omninò 122
& beneficia Principum & intelliguntur & accipiuntur, ne per iſta tertiò præjudicium inferatur, *l nec avus. & ibi Bald. C. de emancipat. liber. l. impubes. ff. de adminiſtrat. tutor. l. cum filius. ff. de Teſtam. milit. c. ſuper eo. ext. de offic. deleg. c. quamvis. de reſcript. lib. 6. Iaſ. l. fin. num. 19. ff. de Conſtit. Princip.*

Et Privilegium continens grave præjudicium alterius non valet, etiamſi illi ſit inſerta clauſula: *Cum præjudicio tertij. Hiero. Gratus conſ. 61. nu. 11. lib. 1.*

Privilegium etiam ab initio validum, quod ex poſt facto tendit in præjudicium alterius, vel alteri eſt nocivum, revocatur & irritatur, *c. ſuggeſtum. & ibi Panorm. ext. de Decim. Cardin. Clem. 1. §. præſenti. ext. de cenſib. Bertachin. in ſuo repert. verb. Privilegium finitur. nu. 45. & 46. Hieron. Gratus d. conſ. 61. num. 10. lib. 1.* Et quidem ipſo jure, *Abb. d. c. ſuggeſtum. ext. de Decim.*

Cum itaq; prætenſa Statuta & conſuetudines Moravienſes, de quibus in caſu præſenti agitur, tendant in maximum præjudicium civitatum & aliorum incolarum Ducatus in J. Sequitur, per Privilegia generalia iſta Statuta, vel ab initio non fuiſſe confirmata, vel ſi confirmata eſſent, illam confirmationem retractatam, & ipſo jure annullatam eſſe.

Sextò, † Privilegium Principis non eſt 123
ſervandum, quando illud ex poſt facto incipit eſſe damnoſum, *Abb. & Dd. c. cum ad hæc. ext. de Cler. non reſid. Rol à Vall. conſ. 1. n. 162. lib. 2.*

Quod procedit † non tantùm, ſi illud 124
Privilegium incipit eſſe damnoſum ipſi concedenti, *Fel. c. novit. nu. 9. lim. 2. ext. de jud. Rol. à Vall. conſ. 1. nu. 164. lib. 2.*

Sed prætenſa Privilegia, de quib. in caſu præſenti agitur, tendunt non tantùm in præjudicium aliorum, ſed etiam ſucceſſorum ipſius concedentis Ducum nempe in J.

Igitur etiam ex hoc capite ſequitur, iſta Privilegia nullatenus tenenda, ſequenda, obſervanda vel confirmanda eſſe.

Septimò, Privilegia † ſicut & aliæ quælibet 125
diſpoſitiones intelliguntur rebus ſic ſtantibus, ſive ſe habentibus. Et minimè ſtatus ſive qualitatis ſupervenientis tam Privilegia quàm quęlibet aliæ diſpoſitiones retractantur, prout in Privilegio hoc ex-

preſ-è & in ſpecie tradit *Iaſ. l. quod Servius. n. 8 ff de condict. ob cauſ. Rol. à Vall. conſ. 1. nu. 158. lib. 2. arg. l. Paulo Callimacho. ſ. 1. ff. de leg. 3. l. Mævia. §. fin. ff. de annua leg. l. in confirmando ff. de confirman. cum l. ex facto. in pr. ff. de vulgar. & pupill.*

Sed res Ducatus in J. hodie non ſunt in eodem ſtatu, in quo fuêre eo tempore, quo incolis Ducatui in J. iſta Privilegia conceſſa fuêre. Namque eo tempore Ducatus in J. fuit incorporatus Moraviæ, hodie verò à Moravia exemptus & Sileſiæ incorporatus eſt. Et ſi ponamus, illa Privilegia ab initio fuiſſe juſta, legitima, licita & nemini nociva: attamen hodie illa ſunt injuſta, illegitima, illicita, & tam civitatibus Ducatus in J. quam ſucceſſori concedentium admodum nociva.

Igitur ſequitur, illa Privilegia propter mutatum ſtatum, conditionem & qualitatem ipſo jure revocata, eamq; ob cauſam Principem minimè cogi illa confirmare.

126 Octavu, † ceſſante cauſa Privilegii, ipſum quoque Privilegium ceſſat, *l. geometræ, ibi donec curam gerunt. l. athletæ ſ. 1. & ibi, quoad in præſidatu ſunt, l. idem Vlpianus ff. de excu. tutor l. Titia Sejo. ſ. uſuras. & ibi gl. & Bart. ff. de leg. 2. l. filius à patre. ſ. 1. ibi, cum militare deſiiſſet. & ibi Imol. Alex. Franc. Aret. & Iaſ. ff. de lib. & poſthum. l. ex facto. in princip. & ibi Franc. Aret. not. 7. & Iaſ. notab. 6. ff. de vulg. & pupill. l. 2. ſ. omnes. & ibi Curt. jun ff. de judic. l. doli. ſ. diverſum. ff. de Novatio. cum multis ſimilibus allegat. per Tiraquel. in tractat. ceſſante cauſſa. part. 1. nu. 203. cum ſequent.*

127 Præterea quoque clari juris eſt, quod prima † conceſſio Privilegii ſit radix atque fundamentum ipſius Privilegii, *Bald. l. 1. col. pen. C. quand. non pet. part. Bald. c. 1. de eo qui ſibi & ſuis hæredib. Bald c. 1. ſ. 1. de feud. guard. Zaſ. in tract. feud. p. 6. nu. 23. arg. l. 1. C. de impon. luc. deſcript. lib. 10. l. 1. ff. de orig. jur.*

Quodq; ea in omnibus controverſiis ſuper Privilegiis motis potiſſimùm inſpicienda, *Matth. de Aſſlict. deciſ. Neapol. 195. n. 5. & 6.* Et per eam omnes ſequentes confirmationes ſive renovationes declarandæ ſint, *Card Pariſ. conſ. 3. nu. 14. conſ. 5. num. 6. conſ. 11. nu. 13. conſ. 20. nu. 15. conſ. 22. num. 6. conſ. 23. num. 64. lib. 1.*

128 Et ſi quid in ſequentibus † renovationibus ſive confirmationibus immutatum reperitur, illud per errorem factum præſumitur, *Alex. conſ. 55. n. 18. lib. 4.*

Sed ex Privilegio Regis Wenceslai, item & Regis Sigismundi liquet, incolis Ducatus in J. eam ob cauſam illud Privilegium, quod ipſi juribus ſive conſuetudinibus Moraviæ uti debeant, conceſſum fuiſſe, quia Ducatus in J. tunc temporis ad Moraviam pertinuit, eiq; unitus & incorporatus fuit. Quæ cauſa hodie ceſſat, cum hodierno tempore Ducatus in J. & à Moravia exemptus & Sileſiæ incorporatus ſit.

Igitur ſequitur, etiam illud Privilegium incolis Ducatus in J. conceſſum, quod ipſi debeant uti juribus & conſuetudinibus Moraviæ, hodie ceſſare.

Nonò, † eo ipſo, quod locus ad Mar- 129
chiam vel Ducatum pertinens, ab illa Marchia vel Ducatu eximitur, avellitur vel ſeparatur, hoc & fit & efficitur, quod incolæ illius loci ulterius non debeant regi vel uti Statutis vel conſoetudinibus illius Marchiæ vel Ducatus, a qua vel à quo iſte locos exemptus, avulſus vel ſeparatus eſt, *Ioan. And. Dom. Pet. de Anchor. Philip. Franc. & Dd. c. 2. de Conſtit. lib. 6. Ioan. Calder. in diſput. incip. quæritur an ſubditus Epiſcop. Ang. in diſput. incip. Bononienſis. Pet. de Anchor c. poſtulaſti. q. 4. ext. de for. compet. Pet. de Anchor. c. ſi propter. de reſcript. lib 6. Iaſ. l. fin. n. 5. & ibi Dec n. 2. Hip. nu. 10. & Zaſ. nu. 7. ff. de juriſdict. omn. jud. Covar. pract. quæſt. c. 37. n. 7.*

Sed incolæ illius loci exempti, avulſi vel ſeparati debent regi Statutis, conſuetudinibus & juribus illius Ducatus, cui Ducatui ille locus adjectus ſive unitus fuit, *Curt. jun. conſ. 110. nu. 12. Calcan conſ. 4.* Et idem ſentit *Alex. conſ. 151. nu. 5. lib 2. Ruin. conſ. 219. nu. 7. lib. 1. & eſt de mente Corn. conſ. 151. lib. 3. Socin. jun. conſ. 80. nu. 9. lib. 1.*

Sed Ducatus in J. qui anteà pertinuit ad Moraviam & fuit portio Moraviæ à Moravia penitùs eſt exemptus, avulſus, ſeparatus & Sileſiæ adjectus, unitus & incorporatus.

Igitur etiam ex hoc capite ſequitur, quod incolæ Ducatus in J. hodierno tempore debeant uti & regi Statutis, juribus & conſuetudinibus non Moraviæ ſed Sileſiæ, quodq; Marchio G. F. habuerit juſtam cauſam non confirmandi Privilegia incolarum Ducatus in J. quatenus in illis diſpoſitum eſt, quod incolæ iſtius Ducatus debeant uti legibus, ſtatutis & conſuetudinibus Moraviæ.

Decimò, Dd. communiter tradunt,
quod † in locis incorporatis, unitis ſive ad- 130
jectis alicui Ducatui, Regni vel terræ, leges,

Statuta

Statuta & conſuetudines illius Ducatus regiminis ſive terræ ſervandæ ſint, prout hoc expreſsè tradit *Bar. l. ſi cōvenerit. §. ſi nudo. arg. ill. tex. ff. de pignor act. quem ibidem refert atq; ſequitur Sal. Fulg Paul. Caſt. & Fr. Aret. Et idem cenet Io. de Plat. l. 1. C. de Monopol. Berit. lib. 10. Pau. Caſt. conſ. 332. nu. 2. lib. 1. Alex. l. 1. n. 10. & 11. & ibi Rip. n. 16 ff. de leg. 1. Iaſ. §. in perſonam. n. 10. Inſtit. de act. Iaſ. l. ſi eadem. n. 3. ff de aſſeſſorib. Felin. c. translato. n. 6 ex. de conſt. Ant. de But. rep. e fin. n. 63. ex. de conſuet. Ang. conſ. 247. Barb c. translato. col. 7. ex. de conſtit. Calc. conſ. 2. col. 19. verſ. ad unū tamen eſt advertendum. Flori. l. repetundarum. §. Hermophroditus ff de teſtib. Abb. c. 2. n. 5. ex. de religioſ. domib. Hier. de Mont. incr. de finib. t. 3. n. 4. Curt. ſen. conſ. 56. n. 8. Rol. à Val. in lib. quæſt. de lucro dotis. q. 85. n. 2.* Illamq; opinionem communem eſſe atteſtantur *Curt ſen. & Rol. à Vall. in locis præallegat.*

Cum itaq; Ducatus in J. hodie ſiti incorporatus, unitus & adjectus Sileſiæ, etiam ex hoc capite ſequitur, quod incolæ illius Ducatus hodie debeant uti juribus, ſtatutis atq; conſuetudinibus Sileſiæ & non Moraviæ. Quodq; etiam ex hoc cap. Marchio G. F. habuerit juſtam cauſam non confirmandi ſtatib. Ducatus in J. ipſorum Privilegia, quatenus in illis cautum eſt, quod incolæ Ducatus in J. debeant uti juribus ſive conſuetudinibus Moraviæ. Nec obſtat, quod Ducatus in J. etiam antequam ſtatibus atq; ordinibus illius Ducatus Privilegia ſua à Rege Wenceslao conceſſa fuêre, pertinuerit ad Ducem a T. & ſic videatur dicendum etiam ante illud tempus Ducatum in J. Sileſiæ incorporatum fuiſſe. Et ſic quod in caſu præſenti non habeat locum regula: Quod translato Regno, transferatur & lex.

Namq; ex eo, quod Dux à T. antea illum Ducatum habuit, argui vel inferri nequit, quod Ducatus in J. Ducatui in T. incorporat⁹ fuerit, vel ad illum Ducatum pertinuerit. Sicut etiam ex eo, quod ille Ducatus hodie à Marchionibus poſſidetur, inferri nequit, quod ille Ducatus Marchiæ incorporatus ſit.

131 Undecimò, in locis † ſubjectis alicui Regioni vel Ducatui regulariter ſint ſervanda Statuta & conſuetudines illius Regionis ſive Ducatus, *gl l. ex ea. & ibi Bart. & Dd. ff. de poſtulan. Guil. de Cugn. l. 2. & ibi Bart. n. 41. C. quæ ſit longa conſuet. Ant. de Butr. c. 1. nu. 63. ex. de conſue. Bal. l. 2. in pr. ff. de orig jur. Soc. conſ. 7. conſ. 81. n. 3. lib. 1. conſ 271. lib. 2. Sign. conſ 254. col. fin. Bolog. conſ. 62. Bulgar. Rub. col. 11. ff. ſolut. matr. Monteferat. t. 1. col. 4. de conſtit. lib. 6. Dec. conſ. 389. n. 7. Mart Laudenſ. in diſput. ſua incip. Laudenſis. col. 2. & 3. Card. Pariſ. conſ. 25. nu. 42. lib. 4. Calc. conſ. 2. Rom. conſ. 61. n. 2. & 3. conſ. 123. n. 1. in fin. Ioan. Croc. rep. l. omnes populi n. 22. & ibi Ioan. Bapt. Caccialup. n. 13. ff. de juſt. & jur. Rol. à Vall. in lib. quæſt. de lucro dotis. q 85. n. 3. arg. l. qui ex viro. & l. ejus qui ff. ad municip. l. nulli. §. 1. C. de Epiſc. & Cler. l. 3. C. de nat. liber. §. ſi quis igitur ex qualibet. auth. quib. mod. natur. effic. legit.*

Prætereà & † inferiora judicia debent uti 132
Statutis, conſuetudinib. & ordinationib. judicii ſuperioris, & ſecundum illa regi, *§. fin. Inſt. qui ſatud. cogant.* Sicut & Eccleſiæ inferiores regi debent ſecundum Statuta & conſuetudines Eccleſiæ ſuperioris, *c. cum olim. ext. de conſuet. c. de his. diſtinct. 2. Card. Pariſ. conſ. 25. n. 43. lib. 4 Rol. à Val. in lib. quæſt. de lucro dotis. quæſt. 85. nu. 1.*

Quinimò multi Dd. tradunt, quod loca ſubjecta alicui Ducatui vel regioni, propria Statuta, conſuetudines vel conſtitutiones repugnantia conſuetudinib. vel conſtitutionibus Ducatus ſive regionis cui ſubjecta ſunt, habere nequeant, niſi illa poſt ſubjectionē factam à ſuperiore, expreſsè approbata fuerint, *Bal. l. 1. n. 1. C. quæ ſit long. conſuet. Bal. c. translato. & ibi Fel. n 6 ext. de conſtit. Barb. c. fin & ibi Roch. Curt. in rep. n. 538. ext. de conſuet. Rom. conſ. 61. Dec. conſ. 17.*

Sed certum eſt, quod Ducatus in J. ſupremo judicio Sileſiæ ſubditus ſit: Sicut hoc ſatis patet ex eo, quod Duces in J. in litibus ſive controverſiis ipſis motis ab aliis Principib. Sileſię, coram eo judicio ſtare cogantur. Ex quo velut evidentiſſimu ſigno ſubjectio & apparet & probatur.

Et cum Duces in J. illi judicio ſubjecti ſint, ex eo liquet, ſimiliter & omnes incolas iſtius Ducatus iſti judicio ſubjectos cenſeri. Cum ſit clari & indubitati juris, quod idem judicium ſtatuatur de membris quod de capite ſtatuitur: quodq; membra & caput eodem jure cenſeantur. Nec non & caput tanquam dignius ad ſe trahat reliqua membra, *l. cum in diverſis. & ibi Bart. ff. de religioſ. & ſumptib. funer. Bald. l. 1. col. 1. arg. illius text. C. ſi rector provinc. Abb. & Dd. c. 1. ext. de jud. Abb. c. accedens. arg. illius text. ut lit. non conteſt. Dec. conſ. 151. col. 8. & 12. Iaſ. conſ. 16. col. 3. lib. 3. Crav. de antiquit. tempor. part. 1. §. quartò limitatur. n. 80.*

Igitur etiam ex hoc capite ſequitur, quod in Ducatu in J. ſint ſervanda Statuta atque

atque conſuetudines Sileſiæ. Quodq; eam ob cauſam Marchiu G. F. habuerit juſtam & legitimam cauſam non confirmandi incolis illius Ducatus illorum Privilegia, quatenus in iis diſponitur, quod incolæ Ducatus in J. debeant uti Statutis atq; conſuetudinibus Moraviæ.

134 Duodecimò, à pari procedunt † ſortiri forum in aliquo loco, & uti Legibus, Statutis atque conſuetudinibus illius loci, *Imol. & Anton de Butr. Rub. ext. de Conſtit. Cald. in ſua diſput. incip. Statuto. Archidiac. c. quo jure. diſt. 8. Frid. de Sen. conſ. 96. Raph. Cuma. conſ. 139. col. 2. Alex. conſ. 16. lib. 1. conſ. 150. n. 3. conſ. 119. num. 15. conſ. 210. nu. 2. conſ. 211. num. 5. lib. 2. conſ. 41. nu. 5. lib. 5. conſ. 19. lib. 6. conſ. 13. num. 21. lib. 7. Salic. lib. 1. col. antepen. C. de ſum. Trinit. & fid. cathol. Iaſ. conſ. 80. col. 1. lib. 3. Socin. conſ. 271. num. 5. lib. 2. Aug. Bero. q. 109. Dec. c. Eccleſia S. Mariæ. num. 6. ext. de conſtit. Dec. rep. c. 2. col. pen. ex. de judic. Dec. l. fin. in princip. ff. de juridict. omn. jud. Alciat. reſpon. 55. nu. 3. reſpon. 63. n. 3. reſpon. 91. nu. 2. reſpon. 506. num. 7. Alber. Brum. conſ. 20. col. 1. Gozad. conſ. 49. nu. 13. Riminal conſ. 20. nu. 2. lib. 1. conſ. 268. nu. 13. lib. 2. Boër. deciſ. 13. nu. 14.*

Sed certum eſt, & ex Privilegio Regis U. conceſſo G. à S. anno 1506. liquet, quod Principes ſive Duces in J. conventi à reliquis Ducibus Sileſiæ coram judicio ſupremo Sileſiæ jure ſtare cogantur. Et ſic liquet, illos coram judicio ſupremo Sileſiæ in cauſis ad inferioris judicis notionem non ſpectantibus, forum ſortiri.

Igitur ſequitur, quod Duces in J. uti debeanr juribus, Statutis & conſuetudinibus Sileſiæ. Er per conſequens, cum a capite membra formentur, arque eodem jure quo caput membra cenſeantur. Ex hoc infertur, quod ſimiliter ſubditi ſive incolæ Ducatus in J. Statutis, juribus atq; conſuetudinibus Sileſiæ uti debeant.

Eamq; ob cauſam Marchionem G. F. ſtatib. Ducatus in J. non cogi confirmare illorum Privilegia, quaten⁹ in iis diſponitur, q incolæ illius Ducatus, juribus, Statutis atq; conſuetudinibus Moraviæ frui debeant.

135 Decimò tertiò, Privilegium † quodlibet per abuſum amittitur, *c. Privilegium. 11. quæſt. 3. c. ubi iſta didiciſti. diſt. 74. gl. c ſuggeſtum. ext. de decim.*

Sed ſtatus Baronum atq; Nobilium in Ducatu in J. ſæpiſſimè ſunr abuſi Privilegiis conceſſis. Igitur etiam ex hoc capite videtur dicendum, ipſos Privilegia illis conceſſa amiſiſſe. Eamq; ob cauſam Illuſtrem Principem & Dominum, Dominum G. F. ad ea confirmanda obligatum non fuiſſe.

Decimò quartò, Privilegium † conceſ- 136
ſum ſubdiro ſive ſubditis a concedenre, item, & à ſucceſſoribus concedentis regulariter etiam abſque cauſa aliqua retractari vel revocari poteſt, *Imol. c. in noſtra. ext. de injur. gl. c. decet. de reg. jur. lib. 6. Ant. de Butr. Card. Abb. & Dd. c. novit. & ibi Felin. num. 10. & Dec. num. 15. ext. de judic. Alex. conſ. 216. lib. 2. Bald. in tit. de pac. conſtant. verſ. in omnibus. col. 2. Bald. l. qui ſe patris. C. unde. lib. Abb. conſ. 3. quæſt. 19. lib. 2. Ang. l. Antiochenſium. ff. de Privil. credit. Felin. c. 1. nu. 2. ext. de probat. Dec. c. quæ in Eccleſiarum. nu. 26. circ. fin. ext. de Conſtit. Innoc. c. cum ad Monaſterium. ext. de ſtatu Mon. Sigiſm. Neapol. conſ. 114. nu. 33. Capit. deciſ. 116 nu. 1. Rol. à Vall. conſ. 66. nu. 8. cum 3. ſeqq. lib. 2.*

Quod procedir, etiamſi illud Privilegium fuit conceſſum perpetuò, *Sigiſm. Neapol. conſ. 114. nu. 33.*

Abſque omni verò dubio locum habet in tali Privilegio, quod non reſpicit commodum pecuniarium, ſed tantum jurisdictionem.

Illud enim citra omnem controverſiam tàm à concedente quàm à ſucceſſoribus ipſius etiam propter nullam cauſam revocari & retractari poteſt, *Bald. l. qui ſe patris. C. und. lib. Gemin. c. 1. col. 4. de Conſtit. lib. 6. Franc. Aretin. c. novit. & ibi Felin. nu. 9. lim. 1. & Dec. num. 14. ext. de judic. Dom. c. dudum. col. fin. de præbend. lib. 6.*

Sed Privilegia, de quibus in caſu præſenti agitur, ſunt tantùm conceſſa ſubditis, & non reſpiciunr commodum pecuniarium, ſed ſolam jurisdictionem.

Igitur ſequitur, quod Marchio G. F. illa Privilegia licitè & legitimè eriam abſque cauſa aliqua revocare potuerit.

Decimò quintò. Quodlibet † Privile- 137
gium quantumvis firmum atq; validum, ex cauſa juſta & legitima retractari poteſt, *Imol. c. cum. M. col 2. verſ. advertendum tamen. ext. de Conſtit. Bald. l. 2. in fin. C. de lib. & eo. lib. Bald. c. 1. §. filij nati. ſi de feud. defunct. contentio. Alex. conſ. 216. nu. 18. & 19. lib. 2. Fel. c. novit. nu. 9. limit. 3. & nu. 12. ext. de judic.* ubi *Felin.* inquit, hoc habere locum etiam in Privilegiis alicui propter benemerita ipſius conceſſis.

Neq;

Neq; verò tantùm ipſe Princeps concedens vel ſucceſſor ipſius, verùm etiam quilibet inferior ex cauſa juſta & legitima Privilegium a ſuperiore conceſſum, revocare poteſt, *Cravet. conſ. 21. nu. 3.* Et idem eſt de mente *Bertach.in ſuo repertor.verb.Privilegium finitur. verſ.fin. juncto. verb. Dux. verſ. quartò.* Namque *Bertach in d.verb.Privilegium finitur. verſ. fin.* quæritur, utrum Privilegium conceſſum ab Imperatore Dux vel Comes revocare poſſint: & ſe remittit ad tradita per ipſum *in verb. Dux. verſic. 4.* ubi ipſe concludit, quod Dux ex cauſa alteri dominium rei ſuæ auferre poſſit. Et ſic *Bertach.* expreſsè vult, Duci permitti Privilegium conceſſum ab Imperatore ex cauſa revocare.

Et confirmatur ex eo, Tùm, quia quilibet inferior ex cauſa juſta & legitima factum ſuperioris immutare poteſt, *Rom.conſ. 428.col.3.Præpoſ.c.conſtitutus.el.1 ex de appellat.*

Tùm, quia inferior ex cauſa juſta & legitima etiam contra jus & civile & gentium quid diſponere & alicui dominium jure gentium acquiſitum auferre poteſt, *gl. c. conſtitutus. verb. à quocunq;. ext. de relig. domibus, Alex. conſ. 101. n. 8. lib. 1. & conſ. 216. n. 2.lib. 2 Tiraq. in tr. de pœn. in præfat. n. 40.*

Quinimò, ex cauſa juſta & legitima præſertim ſuperveniente Privilegium ipſo jure extingui, tradit *Sigiſmund. Neapol. conſ. 4. num. 22.* Et comprobatur ex eo, quod ſuperiùs diximus, Privilegium, quod ex poſt facto tendit in præjudicium tertii, ipſo jure retractari.

Sed in caſu præſenti non unica, ſed multæ juſtæ cauſæ ſubſunt revocandi illa prætenſa Privilegia.

Namq; primò, poſito ſub illis Privilegiis includi Statuta atq; conſuetudines Moraviæ, illa Privilegia eſſent non modò injuſta ſed injuſtiſſima.

Secundò, quia talia Privilegia publicæ utilitati contraria ſunt.

Tertiò, quia talia Privilegia tendunt in grave præjudicium civitatum Ducatus in J.

Quartò, quia talia Privilegia etiam tendunt in grave præjudicium ſucceſſoris concedentis, Marchionis nempe G. F.

Quintò, quia & cauſa Privilegii ceſſat: Igitur ſequitur, quod Illuſtris Princeps & Dominus Marchio G. F. optimo jure prædicta Privilegia revocare poſſit. Etiam poſito iſta Privilegia per ſe & ipſo jure valida & firma eſſe.

Decimò ſextò, Principes † ſeculares 138
habentes regalem dignitatem perpetuam in territoriis ſuis fruuntur omnibus Privilegiis & præeminentiis Imperatori Romano indultis, *Soc. conſ. 73. n. 24. lib. 1 conſ. 3. & conſ. 66. conſ. 92. nu. 3. lib. 3. Curt. conſ. 158. & conſ. 162. Alex. conſ. 2. n. 9 lib 1. conſ. 1. n. 29. lib. 5. Curt. jun. conſ. 1. n. 29 conſ 81. nu. 9. conſ. 100. n. 2. Dec. conſ. 403. n 6. c. Paſtoralis. in pr. n. 2. ex. de appella. Barb. conſ. 34. lib 2 Calc. conſ. 2. conſ. 7. & conſ. 26. Bald. conſ. 188. n. 5. lib. 2. Ruin. conſ. 200. n. 2. lib. 2. conſ. 130. n. 2 lib. 5. Soc jun conſ. 33. n. 9. conſ. 76 n. 1. conſ. 136. n. 1. lib. 3. Rol. à Val. conſ. 29. n. 26. lib, 1. & in lib. quæſtio. de lucr. dot. q. 3. n. 8. Neviz. conſ. 26. num. 1. Aym. Cravet. conſ. 135. col. 2.*

Quod uſque adeò verum eſt, quod Duces ſeculares habentes regalem dignitatem perpetuam in ipſorum territoriis etjam jus commune ab Imperatoribus ſancitum ſive conſtitutum tollere poſſint, *Bal. l. fin. C. quor. appell. non recipiant. Paul. Caſtr. conſ. 215. incip ſuper primo dubio. Fel. c 1 n. 2. ex de reſcript. Fel c. quod ſuper his. ex. de major. & obedien. Rom. conſ 59. 5. & 6. dubio. Alex. conſ. 1. lib. 5 Alb. Brun. conſ. 45. n. 19. Ruin. conſ. 175. n. 22 lib. 1 Aym. Cravet. conſ. 135. n. 2. Roland. à Vall. conſ. 29. n. 26. & in lib. quæſtio. de lucro dotis q. 9. n. 8.*

Ex quo infertur, Principes ſeculares habentes regalem dignitatem perpetuam, multò magis Privilegia etiam ab Imperatore conceſſa, tollere & abrogare poſſe, cum Privilegia ſunt longè debiliora, quam eſt jus commune, *l. ejus. §. militia. ff. de milit. Teſta. Bart l. creditor. la. 2. ff. ſi cert. pet. Alex conſ. 100. lib 3. Iaſ. l. quanquam. C. de Teſtam. milit.*

Et ex hoc per conſequens infertur, cum Marchio G. F. in Ducatu in J. habeat regalem dignitatem perpetuam, ipſum etjam ex hoc capite Privilegia ſubditis ſuis conceſſa, tollere, auferre & abrogare poſſe.

Decimò ſeptimò, Revocatio † Privile- 139
giorum ſive voluntas declarativa, quod cõcedens vel ſucceſſor ipſius Privilegia revocare velit, poteſt fieri, non tantùm expreſſè ſive verbis expreſſis, verùm etiam tacitè, facto videlicet. Tùm, quia revocatio donationis in caſibus à jure permiſſis, non tantùm expreſſe ſive verbis expreſſis, ſed etiam tacite, factis nempe, ſive reipſa fieri poteſt, *Roman. conſ 284. in fin. Corn. conſ. 51. col. 7. lib. 3. Franciſc. Rip. l. fin. num. 208. C. de revoc. donat.*

Tùm, quia declaratio voluntatis ſive conſenſus, non tantum expreſsè, verùm etiam

etiam tacitè fieri poteſt, *l. de quibus. ff. de legib. l. recuſari. & ibi gl. ff de acquir. hæredit.* Imo longè fortiùs eſt & efficaciùs, voluntatem rebus ipſis ſive factis declarare quàm verbis, *l. ſi tamen. §. ei qui ſervum. ff de ædil. edict. gl. c. dilecti. arg. ill. text. ext. de appellatio. Pet. de Anch. conſ. 302. Rom. conſ 291. Tiraq. in tr. de utroq. retract. part. 2. in fin. nu. 75.*

Sed in Privilegio Regis U. conceſſo G. à S. Anno 1506. ſuper Ducatu in J. cautum eſt, quod Duces in J. in ſuo Ducatu, tàm quoad ordinarionem judicii, quàm quoad deciſionem cauſæ eodem jure uti debeant, quo reliqui Duces Sileſiæ utuntur, ſicut hoc patet ex verbis ſequentibus: Auch ſol vnd wird obermelter G. von S. ſampt ſeinen Erben vnnd Nachkommen ſchuldig ſeyn/ jetzo vnd auff künfftige Zeiten/ Ordnung vnd Recht/ vermög der Fürſten vnd Stände vnſers Fürſtenthums Sleſien gemeinen Beſchlus zu halten vnnd dem nachzukommen. Gleicher weis Recht ſol jhnen hinwieder ergehen / alſo auch den Armen vnd den Reichen/ alſo/ auff daß ſie ſich in allen Sachen des Rechten vergleichen mit vnſern Schleſiſchen Fürſten / vnnd ſie ebenfalles mit jhnen. Et debent dictus G. à S. ejusq; hæredes & ſucceſſores obligati eſſe, hoc tempore & ſequentibus etiam temporibus ordinationem judicii & jus ſecundum Principum & ordinum noſtri Ducatus Sileſiæ communem conſtitutionem obſervare & ſervare. Simile etiam jus ipſis adminiſtrari debet, & quidem pauperi ut diviti: ita quidem, quod in omnibus cauſis ſe accommodare debeant ad jus noſtrorum Principum in Sileſia, atq; illi itidem cum ipſis.

Ex quibus verbis: Alſo auch dem Armen vnd dem Reichen/ liquet, quod in Ducatu in J. non tantùm in cauſis Principum ſive Ducum, ſed etiam in cauſis ſubditorum id jus ſervari debeat, quod in Sileſia uſitatum atque conſuetum eſt.

140 Et ex illis verbis, † In allen Sachen des Rechten/ ſequitur, quod in omnibus omninò cauſis nulla penitùs excepta jus Sileſiæ ſervari debeat. Namque hæc dictio univerſalis, *Omnis*, comprehendit omnes omninò caſus ſive cauſas, qui caſus ſive quæ cauſæ excogitari poſſunt, *l. Iulianus. ff. de leg. 3. l. à procuratore. C. mand. l. in fideicommiſſi. §. cum Pollidius. ff. uſuris. l. cum virum. & ibi Bal. oppoſ. 2. C. de fideicom. Cravet. conſ. 105. n. 3. fac. tex. c. ſolitæ. ex. de major. & obedient.* Nullo penitùs excepto, *Frider. de Sena. conſ. 84. Laur. Sylvan. conſ. 95. n. 19.*

Ideoq; pulchrè *Bald.* inquit, verba univerſalia, adeò omnia comprehendere, ut nulla perſona nullusq; locus excipiatur, *Bald. conſ. 326. incip. Rex Romanorum. col. 3. lib. 1. Laur. Sylv. conſ. 95. nu. 17.*

Et ſic liquet, Regem U. eo ipſo quod ipſe ſtatuit atque diſpoſuit, quod Duces in J. item & incolæ Ducatus uti debeant illo jure, quod in Sileſia uſitatum atque conſuetum eſt, privilegia præcedentia quatenus in illis continetur, quod incolæ Ducatus in J. uti debeant juribus atque conſuetudinibus Moraviæ, ſaltem tacitè abrogaſſe.

Tùm, quia † contrariorum ea natura 141
eſt, ut ſe invicem non ponant ſed tollant, *l. fuit quæſtionis. ff. de acquir. hæred. Bald. l. licet. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. Teſtam. Iaſ. Rub. n. 120. ff. de acquir. poſſ.*

Tùm, quia unius incluſio eſt alterius excluſio, *l. cum prætor. ff. de jud. l. maritus. C. de procurat. Fel. c. nonnè. ext. de præſump. Claud. Aquenſ. l. fin. ff quod quisq. jur. Cagnol. l. 1. nu. 31. ff. de reg. jur.*

Er per conſequens ex hoc infertur, cum iſta Privilegia ſint jam abrogata à Rege U. Marchionem G. F. iſta Privilegia confirmare non cogi.

Decimò octavò, confirmatio † Privile- 142
giorum generalis non extenditur ad Privilegia revocata, *Bald. l. Privilegia. nu. 2. C. de SS. Eccleſiis. Signor. Neapol. conſ. 4. n. 22.*

Similiter & confirmatio generalis non
extenditur † ad id quod nullum eſt, nec a- 143
ctui nullo robor addit, *Sig. Neapol. conſ. 4. n. 24. arg. c. inter dilectos. ext. de fide inſtrum. c. quia diverſitatem. ext. de conceſſ. præbend.*

Eodem modo & confirmatio generalis non extenditur ad Id † quod inutile eſt, 144
neque ei robur aliquod addit, *Bart. l. ſi tibi. §. pactus. not. 2. arg. ill. text. ff. de pact. Dyn. c. non firmatur. de reg. jur. lib. 6.*

Ex quo infertur, confirmationem Privilegiorum factam à Marchione G. ſtatibus Nobilium Ducatus in J. Anno Chriſti 1528. quæ unica tantùm poſt prædictum Privilegium Regis U. ſecuta eſt, ita interpretandam eſſe, ut non comprehendat Privilegia revocata per Privilegium Regis U. Item, ex aliis cauſis ſuprà relatis: item, nec illa, quæ vel inutilia vel nulla ſunt. Quod eò magis dicendum eſt, quia Marchio G. in ſua confirmatione Privilegiorum expreſſè dixit & diſpoſuit, quod iſta confir-

matio

matio tantùm valere debeat in præjudicium petentium ordinum, Nobilium nempè. Nec per illam ullo modo præjudicari, vel ipſi Principi, vel ſucceſſoribus ipſius vel etiam aliis ſubditis.

Quodq; ipſe Princeps ejusq; ſucceſſores ex illa confirmatione neque obligari, neque ipſis vinculum aliquod injungi debeat. Sicut hoc patet ex verbis ſequentibus confirmationis Marchionis G. Vns/ vnſern Erben / oder andern vnſern Vnterthanen zu Schaden / Nachtheil oder Abbruch: Sondern daß dieſe vnſere Beſtettigung allenthalben vns / vnſern Erben an vnſern Freyheiten vnd Gerechtigkeiten vnd Fürſtlichen Obrigkeiten/ gantz vnſcheidlich vnd vnuerbündlich ſey vnd bleibe. Nobis, noſtrisq; hæredibus vel aliis noſtris ſubditis, ad damnum, incommodum, vel aliud præjudicium vergere non debeat: Sed quod hæc confirmatio noſtra in omnibus nobis noſtrisq; hæredibus in noſtris libertatibus, juribus & principali præeminentia nullum præjudicium vel vinculum aliquot parere debeat.

145 Clari enim juris eſt, † clauſulam, *Salvo jure alterius*, confirmationi vel aliæ diſpoſitioni adjectam, hoc operari, ne per illam confirmationem vel aliam diſpoſitionem alteri in aliquo præjudicetur, *Signor. conſil. 60. col. 2. Alber. de Roſat. in ſuo repertor. verb. ſalva. Cardin. Pariſ. conſil. 13. n. 12. & conſ 13. num. 11. lib. 1. conſil. 65. nu. 31. lib. 3. Matth. de Afflict. c. 1. num. 30. & 31. qui ſucceſſ. ten.*

146 Similiter & clauſula, † *Iuribus noſtris ſalvis*, confirmationi vel alteri diſpoſitioni inſerta hoc operatur, ne per illam confirmationem alteri nec in modico quidem præjudicetur, *Matth. de Afflict. c. 1. nu. 31. qui ſucceſſ. tenean.*

147 Decimò nonò, Nullus † penitùs Princeps cogi poteſt, ſubditis ſuis Privilegium aliquod de novo concedere, *cap. precariè. el. 1. 10. quæſt. 2. l. ſicut. C. de action. & obligat. l. nec ignorans. C. de donatio.*

148 Idem quoque juris eſt, ſi † Privilegia, de quibus confirmandis agitur, ſint ipſo jure nulla. Eam ob cauſam, quia confirmatio Privilegii, nulli eſt nova concessio, & pro nova conceſſione in omnibus & per omnia reputari, *Bartol. & Dd. l. more. & ibi Iaſ. num. 30. ff. de juriſdict. omnium judic. Ang. l. adoptio. arg. illius text. ex. de adopt. Felin. c. inter dilectos. num. 14. ex. de fid. inſtrum.*

Eodem quoque jure utimur, quando illud Privilegium ſucceſſorem non obligat. Tunc enim confirmatio ſimiliter pro nova conceſſione habetur, *Oldrad. conſ. 178. Matth. de Afflict. c. 1. in princip. num. 27. per quos fiat inveſtitur. argum. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. ff. de verb. obligat. l. ſi cum uno. ff. de except. rei judic.*

Illud quoque indubitatum eſt, quod quis non teneatur confirmare illa Privilegia, quæ ipſe pro libitu ſuo revocare poteſt.

Tùm, quia is qui confirmat, illa Privilegia, quæ ipſe revocare poteſt, eadem de novo dat & dare cenſetur, *Ioan. de Imol. c. inter dilectos. & ibi Felin. nu. 16. ext. de fid. inſtrum. Matth. de Afflict. c. 1. in princip. num. 27. per quos fiat. inveſtitur.*

Tùm, quia confirmatio illorum Privilegiorum, quæ quis revocare poteſt, revocatione ſubſecuta penitùs eſt nulla & invalida, nihilq; operetur.

Et certum eſt, quod nemo teneatur facere id quod inutile eſt atque effectu caret. Imò ad id faciendum nemo admittitur, *gl. c. cum contingat. verb. nihilominus. ex. de offic. delegat.*

Tùm, quia dolo facit qui petit id, quod reſtituturus eſt, *l. dolo facit. ff. de except. dol. mal. l. qui in condemnatione. § dolo. ff. de reg. jur. c. dolo. & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6.*

Prætereà quoque verior eſt illorum Dd. ſententia, qui volunt, Principem præſertim recognoſcentem Superiorem non cogi Privilegia vel actus etiam alioquin validos præter vel contra voluntatem ſuam confirmare, prout hoc tradit *Imol. c. 2. & ibi Abb. Dec. & Dd. ext. de confirm util. & inutil. Imol. l. ſi contendat. ff. de fidejuſſor.*

Sed Privilegia, de quibus confirmandis in caſu præſenti agitur, & ſunt nulla & quatenus illa valere potuiſſent, non obligant Marchionem G. F. ſed a ſua Illuſtriſſima Celſitudine optimo jure revocari poſſunt. Igitur ſequitur, ſuam Illuſtriſſimam Celſitudinem obligatum neq; fuiſſe, neq; eſſe talia Privilegia confirmare.

Quartam quæſtionem quod attinet, Ego exiſtimo, indubitati juris eſſe, quod ordo Illuſtrium Dominorum & Nobilium Illuſtriſſimæ ſuæ Celſitudini homagium mediante corporali juramento, non

attento allegata conſuetudine, & quæ illæ annexæ eſſe poſſent, præſtare teneantur.

Namque primò, clari & indubitati ju-
149 eſt, quod quilibet † vaſallus mortuo
domino ſucceſſori ipſius juramentum ſolenne præſtare cogatur, *c. 1. de form. fidelit. c. 1. de nov. form. fidelit. c. 1. in princip. quæ fuit prima cauſa. c. 1. in princip. de Capit. Cor. c. 1 §. fin. per quos fiat inveſtitur.*

Secundò, Similiter legibus cautum & à Doctoribus communiter traditum eſt,
150 quod † mortuo Principe, ſubditi etiam
non vaſalii, ſucceſſori illius juramentum ſolenne aſſecurationis præſtare & teneantur & obligati ſint, *cap. 1. & ibi Andr. de Iſern. Iacob. de Belviſo. Bald. Alvarot. Præpoſ. Matth. de Afflict. & Dd. qualiter debeant jurar. vaſal. dom. fidelit. c. 1. §. vaſalli noſtri. & ibi Bald. de pace conſtant. Iacob. de S. Georg. in tr. ſen. verb. qui quidem inveſtiti. n. 8. Steph. Bertr. conſ. 311. part. 1. lib. 3. Ægid. Boſſ in tract. crim. ſub tit. de crim. læſ. Majeſt. nu. 107. Iacob de S. Georg. in tractat. de homagijs. num. 32. Cravet. conſ. 27. num. 1. conſ. 201. nu. 10. & 17. Alexandrin. Rub. conſ. 11. Socin. jun. conſ. 102. nu. 30. lib. 2.*

151 Nec incolæ † Ducatus in J. ſe contra
hoc prętenſa conſuetudine tueri vel juvare poſſunt.

Namque certum eſt, incolas Ducatus in J. non poſſe nec potuiſſe tale Statutum condere, quod ipſi non teneantur juramentum ſolenne aſſecurationis præſtare. Eam ob cauſam, quia tale Statutum in ſuperioris præjudicium tendit.

Et certi juris eſt, ſubditos Statutum, tendens in præjudicium Superioris condere non poſſe, *c. venientes. & ibi Bald. Abb. & Dd. ext. de jurejur. Bart. l. omnes populi. nu. 27. ff. de juſt. & jur. Bart. l pen. ff. de aqua pluv. arcend. facit text. l. nam Magiſtratus. ff. arbitr. c. cum inferior. ext. de major. & obedient.*

Similiter etiam LL. cautum eſt, quod
152 nullus † populus conſuetudinem introdu-
cere poſſit in iis, in quibus ille populus liberam ſtatuendi ſive Statuta condendi poteſtatem non habet, *Bart. conſ. 156. incip. Capitaneus in fin. Frider. de Sen. conſ. 91. col 2. Alex. conſ. 173. col. fin. lib. 6. Iaſ. l. fin. col. penult. C. de Teſtam. Beer. in tract. de cuſtodia clavi portarum, num. 77. Cravet. in tractat. de antiquit. tempor. 4. part. §. transeo nunc ad quartam. nu. 13.*

Et ſic liquet, prætenſam conſuetudinem ab incolis Ducatus in J. introduci non potuiſſe, illamq; conſuetudinem non valere, etiamſi omnia requiſita ad conſuetudinem introducendam probarentur.

Præterea conſuetudo † facti eſt, & in 153
facto conſiſtit, *Cornel. conſ. 322. nu. 14. lib. 1.*

Eamq; ob cauſam non præſumitur, ſed ab allegante probari debet, *gloſ. l. 1. verb. probatis. & ibi Bald. arg. illius text. C. quæ ſit longa conſuetudo. Bart. l. 2. nu. 29. C. eod. tit. Alex. conſ. 67. lib. 7. Socin. conſ. 39. num. 27. conſ. 46. nu. 51. conſ. 111. num. 1. lib. 4. Dec. conſ. 402. num. 11. conſ. 420 num. 8. conſ. 472. num. 16. conſ. 538. num. 8. Ang. §. ex non ſcripto. num. 26. & ibi Ioan. Fabr. num. 13. Inſt. de jur. nat. gent. & civil.*

Et eum ad conſuetudinem inducen-
dam multa requirantur, † nempe conſen- 154
ſus populi vel totius vel majoris partis, actuum frequentia & conformitas, & quod hi actus animo conſuetudinem inducendi celebrati fuerint, nec non & temporis ſufficientis lapſus, juxta tradita per Dd. *l. de quibus. ff. de legib. Dd. l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo. Dd c. fin. ext. de conſuet. Dd. §. ex non ſcripto. Inſtit. de jur. nat. gent. & civil.*

Conſuetudo non aliter probata cenſetur, niſi de omnibus his fides fiat, *Bart. d. l. de quibus. Angel. §. ex non ſcripto. num. 28. Inſtit. de jur. nat. gent & civil. Abb. conſ. 53 lib. 1. Alex. conſ. 45. conſ. 131. conſ. 156. lib. 2. conſil. 173. lib. 6. Dec. conſ. 215. conſ. 402. conſ. 483. num. 25 conſ. 538. Card. Pariſ. conſ. 27. lib. 1.*

Cum itaque iſta conſuetudo prętenſa, hactenus probata non ſit, ſequitur Barones atque Nobiles Ducatus in J. ſe iſta prętenſa conſuetudine tueri vel juvare non poſſe, niſi de iſta conſuetudine, & quod in illa intervenerint omnia requiſita ad conſuetudinem inducendam firmiter fidem faciant.

Legibus etiam expreſſe cautum, quod
per † unicum actum contrarium conſue 155
tudo & interrumpatur & impediatur, ne iſta introduci poſſit, *gloſ. l. nemo. §. temporalis. & ibi Dec ff. de reg. jur. Bart. repet. l de quibus. num. 16. & ibi Bald. num. 29. & Iaſ. nu. 79. ff. de legib. Bart. l. 2. num. 34. C. quæ ſit long. conſuet. Alex. conſ. 5. nu. 34. C. quæ ſit long. conſuet. Alex. conſ. 5. num. 13. conſ. 127. num. 10. lib. 5. Socin. conſ. 7. nu. 11. lib. 1. Felin. c. cum acceſſiſſent. n. 21. ex. de conſtit Corn. conſ 296. lib. 4. Ang. §. ex non ſcripto. n. 20. Inſtit. de jur. nat. gent.*

gent. & civil. Abb. c. fin. nu. 19. ext. de conſuet. Dec. conſ. 215.

Sed ex Privilegio Regis Sigiſmundi liquet, quod Barones atque Nobiles Ducatus in J. Marchioni G. anno 1533. item, anno 1537. Et Marchioni G. F. anno 1565. juramentum ſolenne aſſecurationis præſtitêre.

Ex quo infertur, quod per prædictos actus contrarios, prætenſa conſuetudo promittendi aſſecurationem ſimpliciter & abſque juramento & interrupta & impedita fuerit.

156 Deinde etiam conſuetudo † ſtricti juris eſt & ſtrictè intelligenda, & non habet plus de potentia quàm de actu, *Bald. c. 1. in princip. ante fin. qui feud. dar. poſſ.* Et non extenditur neque de perſona ad perſonam, neque de re ad rem, neque de loco ad locum, neque de caſu ad caſum, *Franciſc. Aretin. conſil. 15. conſil. 44. in princip. conſil. 132. col. 3. Bald. conſ. 257. lib. 2 Dec. conſ. 8. col. 3. conſ. 72. col. 2. conſ. 389. col. pen circ. fin. Cravet. in tract. de antiquit. temp. part. 4. §. tranſeo nunc ad quartam. nu. 44. & 45.*.

Conſuetudo etiam introducta inter volentes & conſentientes non habet locum inter invitos & cõtradicentes, *Alex. conſ. 6. lib. 5.*

Ex quo infertur, etiamſi fides fieri poſſit, quod Nobiles Ducatus in J. ultra tempus ad conſuetudinem introducendam ſufficiens Ducibus ſuis conſentientibus & volentibus non præſtitiſſent juramentum aſſecurationis, ſed aſſecurationem ſimplici verbo promiſiſſent, omniaq; alia ad conſuetudinem introducendam interveniſſe, hanc tamen conſuetudinem non extendi ad illum caſum, quod Duces in J. inviti à Nobilibus Ducatus iſtius ſimplicem promiſſionem aſſecurationis recipere, eaq; contenti eſſe cogantur.

157 Ulterius, indubitati juris eſt, † Principem, ſive illum qui jura Principis habet, conſuetudinem etiam ritè & legitimè introductam, pro ſuo libitu etiam abſque cauſa aliqua tollere poſſe, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Oldrad. conſ. 117. Cravet. in tractat. de antiq. temp. part. 1. §. circa primam. nu. 40. Rol. à Vall. conſ. 66. nu. 15. lib. 2. arg. l. 3. §. divus. ff. de ſepul. violat.* Et idem vult *Bald. conſ. 388. conſ. 401. & conſ. 430. lib. 4.* Ubi ipſe dicit, quod Princeps habet conſuetudinem ſub pedibus ſuis, ut eam revocare poſſit.

Et alibi traditum eſt, quod Principi ſive conſtitutio Principis ſit fortior quslibet conſuetudine, quia derogat ei, *Bald. conſ. 318. in princip. lib. 3. & conſ. 174. col. 1. in fin. lib. 5. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 305. num. 16. Aym. Cravet. in tractat. de antiquit. tempor. part. 1. §. circa primam. num. 40. & 41.* Hinc & *Bald. auth. hoc amplius. col. 2. in princip. verſ. quæro an filijs Regis. C. de fideicommiſſ.* dicit, quod Rex eſt lex animata in ſuo Regno, & poteſt plus quam lex communis vel conſuetudo.

Huc accedit, Namque conſuetudo eſt juris poſitivi, *Roland. à Vall. conſ. 66. num. 22. lib. 2.*

Et certum eſt, quod tanta ſit poteſtas Principis contra jus poſitivum, ut facta poſſit habere pro infectis quoad omnem juris effectum, *text. junct. gloſ. Clem. 1. de immunit. Eccleſ. Abb. conſ. 74. col. 2. & conſ 99. col. 2. lib. 1. Cravet. in tractat. de antiquit. tempor. part. 1. §. circa primam. nu. 38.* Utq; & rerum naturam mutare poſſit, *Oldrad. conſ. 257. circa fin. Rol. à Vall. conſ. 86. num. 20. lib. 2. Ang. §. fuerat. Inſtit. de act.*

Et prædicta uſque adeò vera ſunt, ut non valeat conſuetudo, per quam ligantur manus ſuperioris, *Rota deciſ. 113. in antiq. Cravet. in tr. de antiq. temp. par. 1. §. circa primam, nu. 41. Rol. à Vall. conſ. 66. nu. 17. lib. 2.*

Cum itaque Illuſtris Princeps & Dominus, Dominus G. F. Marchio B. in Ducatu J. jura Principis habeat.

Sequitur, etiam poſito Nobiles Ducatus in J. prætenſam conſuetudinem, prout de jure requiritur, probare poſſe: Suæ Illuſtri tamen Celſitudini licitum atque permiſſum eſſe illam conſuetudinem etiam ſine cauſa aliqua abrogare & conſtituere, ut incolæ Ducatus in J. in poſterum aſſecurationem per juramentũ ſolenne præſtare cogantur.

Deinde etiam † Nobiles Ducatus 158
J. ſe contra præſtationem juramenti aſſecurationis præſumptione tueri nequeunt. Namque ipſi abſque omni dubio aut ſciverunt, aut ſaltem ſcire debuerunt, ſe obligatos eſſe Principi ſuo juramentum aſſecurationis præſtare. Ideoque & ſunt & fuerunt in mala fide. Cum omnis is, qui ſcit ſe obligatum eſſe ad aliquid faciendum vel præſtandum, illudq; non facit vel non præſtat, in mala fide eſſe dicatur, *Franciſc. Balb. in tractat. de præſumpt.*

2. part. 3. part. princip. quæſt. 14. nu. 4. Cardin. Pariſ. conſ. 92. n. 25. & conſ. 110. n. 30. lib. 3.

Similiter quoq; clari juris eſt, † quod is
159 qui eſt in mala fide, ſe nulla præſcriptione juvare vel tueri poſſit, *c. vigilanti. & c. fi. nal. ext de præſcript. c. poſſeſſor. & ibi Dyn. Ioan. And. & Philip. Franc. de reg. jur. lib. 6.*

160 Quod locum habet etiam in † præſcriptione libertatis vel adverſus præſtationem juramenti aſſecurationis vel alterius obligationis. Namq; nec illa quidem cum mala fide procedit, *Cæpol. in tr. de ſervit. urb. præd. c. 24. Imol. c. fin. col. 10. ext. de præſcript. Alex. conſ. 136. col. pen. lib. 2. Franciſc. Balb. in tract. de præſcript. 3. part. 4. part. princip. q. 5.* ubi ipſe affirmat, eandem etiam opinionem amplecti *Panorm. in loco ab ipſo citato.*

Deinde etiam hoc habet locum non tantùm in præſcriptione illius libertatis, per quam obligatio præcedens extinguitur, ſed etiam in præſcriptione libertatis, per quam obligatio præcedens tantùm limitatur ſive reſtringitur, *Fr. Balb. in tract. de præſcript. 4. part. 4. part. princip. q. 5. & q. 7.*

Ulterius hoc non habet locum etiam in præſcriptione illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat. Illa enim ſimiliter cum mala fide non procedit, *gl. c. 1. verb. niſi. & ibi Philip. Franc. de præſcript. lib. 6. Ang. §. furtivæ Inſtit. de uſucap. Bertach. in ſuo reper. verb. præſcriptio quodammodo cauſatur. verſ. fin. Orland. de Curte inter conſ. Calcan. conſ. 6. col. pen. Bartol de Vulp. inter conſ. Calc. conſ. 53. col. 2. Iaſ. conſ. 24. col. pen. lib. 3. Rub. Alexandrin. conſ. 13. col. 4. in fin. Matth. de Afflict. deciſ. 368. Franciſc. Balb. in tract. de præſcript. 2. part. 3. part. princip. quæſt. 6. nu. 10. Cravet. conſ. 146. in fin lib 1. Cravet. in tract. de antiquit. temp. part. 4 §. materia iſta. num. 19. Capit. deciſ. 4. Cardin. Pariſ. conſ. 26 num. 31. conſ. 101. n. 113. lib. 1. conſ. 66. n. 128. lib. 3. Cov. repet. c. poſſeſſor. §. 8. n. 4. de reg. jur. lib. 6.*

Et prædicta locum habent, non tantùm
161 in foro † canonico, ſed etiam in foro civili. Jura enim civilia permittentia præſcriptionem cum mala fide, per jura canonica correcta ſunt, illaq; jura canonica prohibitoria præſcriptione cum mala fide etiam in foro civili ſervari debent, ſecundum communem & receptam Doctorum ſententiam, *gloſ. & Ioan. Andr. cap. poſſeſſor. de reg. jur. lib. 6. Hoſtienſ. in ſumma tituli de præſcription. rer. immobil. §. verum. col. 1. & 2. Abb. Imol. Felin. & Dd. c. fin. ext. de præſcript. Bald. & Ang. l. ſuper longi. C. de præſcript. Franciſc. Balb. in Tractat. de præſcription. 2. part. 3. part. princip. quæſt. 7. nu. 4. Bart. l. privilegia. C. de SS. Eccleſiis. Rom. conſ. 275. in fin. Alex. conſ. 185. lib. 2. Dec. conſ. 144. nu. 4. Calcan. conſ. 74. Cravet. conſ. 146. lib. 1. Cravet. in tract. de antiquit. tempor. part. 4. §. materia iſta. nu. 20. Cardin. Pariſ. conſ. 92. nu. 30. lib. 3.*

Præterea, præſcriptio libertatis obligationis præcedentis vel extinctivæ vel limitativæ interrumpitur per actus contrarios libertati, *Bart. l. naturaliter. col. fin. ff. de uſucap. Franciſc. Balb. in tract. præſcript. 3. part. 6. part. princip. num. 41. Ang. l. arboribus §. de illo. verſ. idem tractat. ff. de uſufruct. l. qui fundum. ff. quemadmod. ſervit. amit*

Sed in caſu præſenti præter hoc quod Nobiles Ducatus in J. fuerunt in mala fide, multi actus contrarii illi prætenſæ libertati de non præſtando juramentum aſſecurationis intervenerunt. Namque & Nobiles illius Ducatus Imperatori Sigiſmundo tanquam Principi in J. juramentum aſſecurationis ſolenniter præſtitêre, nec non etiam multi Nobiles iſtius Ducatus in J. anno 1533. item anno 1537. & 1565. & moderno Principi in J. & illius patri juramentum ſolenne aſſecurationis præſtitêre.

Igitur ſequitur, quod Nobiles Ducatus in J. & propter ipſorum malam fidem, & propter prædictos actus contrarios ſe præſcriptione tueri vel juvare nequeant, quò minus ipſi cogantur juramentum ſolenne aſſecurationis & fidelitatis Principi ſuo præſtare.

Neque etiam Nobiles in J. contra præſtationem juramenti aſſecurationis ſe tueri vel juvare poſſunt Privilegio cauſato ex ſpacio temporis immemorialis. Si videlicet illi prætendere vellent, ſe ultra tempus immemoriale juramentum aſſecurationis vel fidelitatis Principibus ſuis non præſti-
tiſſe: illiusq; temporis lapſum, † vim & vi 162
gorem Privilegii obtinere, juxta *text. l. hoc jure. §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æſtiv. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. ext. de verbor. ſignif. Bald. conſ. 49. lib. 1. Alex. conſ. 6. col. 2. lib. 1. conſ. 35. col. 2. lib. 2. conſ. 78. num. 13. & 14. lib. 6. Cravet. in tract. de antiquit. temp. par. 4. §. abſolutis. nu. 9.*

Namque ſi Nobiles Ducatus in J. prætendere vellent, ſe ultra tempus immemoriale non præſtitiſſe juramentum aſſecurationis vel fidelitatis Principibus ſuis, ipſi hoc probare tenerentur, & ad hoc

pro-

probandum multa requiruntur, de quibus per *gl. in c. 1. de præſcript. lib. 6. Oldr. conſ. 172. col. 3. Alex. conſ. 16. col. 5. lib. 5. conſ. 177. col. 4. lib. 6. Fel. c. ſi diligenti. nu. 12. ext. de præſcript. Aym. Craver. in tract. de antiquit. temp. part. 4. §. materia iſta. nu. 38.*

163 Et omnis effectus † deſcendens ex lapſu temporis immemorialis penitùs ceſſat, eo ipſo, quod probatur intra centum annos, ſemel ſaltem contrarium obſervatum fuiſſe, *Alex. conſ. 16. col. 5. lib. 5. Ioan. Andr. & Ant. de Butr. c. quid pro novale. ext. de verb. ſignif. Ioan. And. c. 1. circa fin. de præſcript. lib. 6. Aym. Craver. in tract. de antiq. temp. part. 4. §. materia iſta. n. 40.*

Cum itaque in caſu præſenti probari poſſit, quod intra centum annos aliqui ex Nobilibus Ducatus in J. juramentum ſolenne aſſecurationis & fidelitatis Principibus ſuis præſtiterint: Sequitur, Nobiles Ducatus in J. prætendere non poſſe ultra tempus immemoriale ita obſervatum fuiſſe, quod Nobiles illius Ducatus Principibus ſuis juramentum ſolenne non præſtiterunt, ſed tantùm ſimplicem promiſſionem fidelitatis fecerint.

164 Deinde quoque Privilegium † tacitum deſcendens ex lapſu illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, non operari plus, nec eſt efficacius quàm Privilegium expreſſum ſive expreſſè conceſſum, *arg. l. quod certum. ff. de locat. & conduct. Abb. c. dilecti. ext. de for. compet.*

Ideoq; illud Privilegium ex lapſu temporis præſumptum vel inductum, perinde ut Privilegium expreſsè conceſſum à concedente tolli vel auferri poteſt, ſi vel illud Privilegium ſit conceſſum ſubdito, vel non contineat commodum pecuniarium, vel cauſa aliqua ſubſit.

Ex quo infertur, etiamſi Nobiles Ducatus in J. probare fidemq; facere poſſint, in Ducatu illo ultra tempus immemoriale ita obſervatum fuiſſe, quod Nobiles Principibus ſuis non juramentum ſolenne, ſed tantùm ſimplicem promiſſionem aſſecurationis & fidelitatis fecerint: Et ſic ſe ex lapſu temporis tale Privilegium acquiſiviſſe, quod ipſi Principibus ſuis ultra ſimplicem promiſſionem fidelitatis, vel aſſecurationis juramentum ſolenne præſtare non cogantur, Cum hoc Privilegium ſubditos reſpiciat, & non contineat commodum pecuniarium, & propter rebellionem & contumaciã Nobilium juſta cauſa ſuadeat, ut juramentum ſolenne aſſecurationis & fidelitatis à ſubditis exigatur, Marchioni G. F. permitti illud prætenſum Privilegium retractare.

Eodem modo incolæ Ducatus in J. ſe, quò minus juramentum ſolenne aſſecurationis & fidelitatis Principibus ſuis præſtare cogantur, tueri & juvare nequeunt allegatione tituli ex lapſu temporis immemorialis probati, juxta doctrinam *Salicet. l. 2. circ. fin. C. nova vectigal. Ruin. conſ. 120. col. fin. lib. 4.*

Namque aut illi Nobiles volunt ſe tueri allegatione tituli lucrativi, aut allegatione tituli oneroſi: utpote quod Principes ſui ipſis hoc jus (quod ipſi ultra ſimplicem promiſſionem aſſecurationis vel fidelitatis juramentum præſtare non teneantur) vel donaverint, vel pro precio aut alia re conceſſerint.

Et certum eſt, quod † Princeps etiam ſine cauſa poſſit revocare contractus ſuos merè gratuitos, in quibus videlicet nulliter factum, vel nulla datio reciproca intervenit, *Bald. l. qui ſe patris. col. 6. verſ. hoc ſcias. C. unde lib. Franciſc. Aretin. c. 1. ext. de probat. Iaſ. conſ. 56. col. 2. lib. 1. Rip. reſponſ. 6. nu. 12. reſponſ. 19. nu. 23. part. 1. Cravet. in tract. de antiq. temp. part. 1. §. non obmittes. num. 38.* 165

Similiter & contractum † ſive conceſſionem oneroſam factam nempe propter reciprocum, vel factum vel donationem, Principi ex juſta & legitima cauſa retractare poteſt, *Bal. l. fin. in princip. ff. de Senator. Bal. l. pen. C. de donatio. intr. vir. & uxor. Anton. de Butr. & Imol. cum M. Ferrarienſis. ext. de conſtit. Paul. Caſtr. l. digna vox. C. de legib. Roma. conſ. 352. circ. fin. Alex. conſ. 101. lib. 1. conſ. 216. lib. 2. conſ. 16. col. pen. lib. 5. Bologn. conſ. 6. col. 2. Dec. conſ. 335. col. 2. Iaſ. conſ. 1. col. 5. lib. 1. Socin. conſ. 58. col. 1. lib. 3. Caccialup. l. omnes populi. num. 107. & ibi Crot. num. 99. ff. de juſt. & jur. Fel. c. 1. declarat. 5. ext. de prob. Card. Pariſ. conſ. 2. num. 129. lib. 2. Ruin. conſ. 21. nu. 12. lib. 1. conſ. 105. nu. 4. lib. 5.* 166

Et non tantùm Imperator Romanus, ſed etiam Principes inferiores jus alicui quæſitum quocunque modo, ex cauſa juſta & legitima auferre poſſunt, *gl. c. conſtitutus. ver. à quocunq;. in fin. ext. de religioſis domib. Alex. conſ. 101. col. 6. lib. 1. conſ. 216. lib. 2. Tiraq. in tract. de pœn. in præfat. nu. 40.* Sed in caſu præſenti rebellio & contumacia Nobilium in J. eſt cauſa juſta & legitima

exigendi ab illis juramentum ſolenne aſſecurationis & fidelitatis.

Igitur ſequitur, Marchioni G. F. licitum & permiſſum eſſe ab incolis Ducatus in J. juramentum ſolenne aſſecurationis & fidelitatis exigere, etiamſi illi incolæ fidem facere poſſint, non tantùm ex lapſu temporis, verùm etiam aliis legitimis modis Principes in J. titulo gratuito vel oneroſo ſibi talem conceſſionem feciſſe, quod ipſi ultra ſimplicem promiſſionem aſſecurationis & fidelitatis juramentum ſolenne præſtare non debeant.

Ad quintam quæſtionem reſpondeo, Quod illi ſubditi, qui humagium juramento præſtare recuſarunt, per hoc omnia & ſingula ipſorum bona hæreditaria, feudaliaq́;, mobilia, immobiliaq́;, omniaque alia, quo modo nominari poſſent, nullis exceptis perdiderint, prout hoc ſequentibus jurium fundamentis deducitur.

167 Namque primo & † legibus cautum & à Doctoribus communiter traditum eſt, Quod vaſallus recuſans Domino juramentum fidelitatis præſtare, feudo privetur, *cap. 1. in princip. & §. 1. quæ fuit prima cauſa. cap. 1. §. final. & ibi Alvarot. Præpoſ. & Matt. de Afflict per quos fiat inveſtitur. c 1. in princip. de cap. Corradi. Curt. in tract. feud. part. 4. nu. 58. Zaſ in tract. feud. part. 10. num. 16. Cardin. Pariſ conſ. 1. num. 15. lib. 1.*

168 Secundò, dubio omni caret, † quod juramentum aſſecurationis ſive die erbliche Huldigung / à ſubditis igitur exigitur: ut pax atq́; tranquillitas publica conſervetur.

Namque certum eſt hoc juramentum aſſecurationis, ideò à ſubditis præſtari, ut per hoc & purgetur & tollatur ſuſpicio ſeditionis & rebellionis, & dominus aſſecuretur, *c. 1. & ibi And. de Iſern. Alvarot. & Præpoſ qual vaſal jur. deb. l. præſenti circ. med. cum ibi notatu. C. de his qui ad Eccleſ confug. c. petitio. ext. de jurejur. Bertr conſ. 311. lib. 3 par. 1.*

169 Sed legibus cautum eſt, quod is † qui juramentum, pacem publicam reſpiciens, præſtare recuſat, bonorum publicatione puniatur, *c. 1. §. qui pacem. de pac. juram. firman.* ubi textus inquit, Qui pacem tenere & jurare noluerit, beneficio & lege pacis non fruatur. Et ex illo textu ibidem colligit *Iac. de Belviſ.* Ejus qui pacem jurare noluerit, bona publicari & domum detineri, prout hoc etiam ex iſto textu colligit *Alvarot. & Præpoſ. cap. 1. §. final. num. 4. per quos fiat inveſtitur.*

Igitur ſequitur, illum ſubditum, qui juramentum aſſecurationis Domino ſive Principi ſuo præſtare recuſat, publicatione bonorum puniri.

Tertiò, is ſubditus † qui tacitè vel ex- 170
preſsè recuſat Principi ſuo juramentum aſſecurationis præſtare & rebellis efficitur, & in crimen rebellionis incidit, ejusq́; pœnam meretur. Sicut hoc ſatis probatur ex eo, quod rebellis dicatur omnis is, qui eſt in notoria & proterva inobedientia, *Angel. l. 2. §. fin. ff. de judic. Iaſ. conſ. 86. nu. 3. & conſ. 139. n. 2. lib. 3. Dec. c ſanè. el. 2. n. 3. ext. de offic. deleg. Hiero. Gyg. in tract. de crim. læſæ Majeſt. ſub. Rub. de rebellib. quæſt. 1. num. 3. arg. gloſ. l. ſi centurum. §. fin. ff. de milit. Teſtam.*

Huc accedit, quod † rebellis ſit verbum 171
generale & accipiatur pro quolibet ſubdito, qui dicto vel facto ſuperiori contradicit, *l. ſi verò. §. quid ergo ff de Teſtam. mil. Dec. c. ſane. el 2. n. 3. ex de off. deleg Dec. conſ. 604. n. 1.* Quodq́; rebelliter vivere dicatur, qui recuſat facere id, quod de jure tenetur, *Dom c. fin. diſt. 19. Dec. d c. ſanè, el. 2. nu. 3.*

Hinc & alibi dicitur, rebellem illum dici, qui facto reſiſtit jurisdictioni vel ſuperiori, *Ant. de But. d. c. ſanè. el. 2. n. 4. Socin. jun. conſ. 68. n. 139. lib. 4.*

Et quod is qui domino ſuo naturali reſiſtit, rebellis dicatur, tenet etiam *Abb. d c. ſane. el. 2. n. 4. & ibi Dec. nu. 3. ex. de offic. deleg. Dec. conſ. 604. n. 1. Alber Brun. conſ 23. n. 1.* Et idem vult *Pet. de Anch Clem. Paſtoralis n. 4 de ſenten. & re jud.* ubi ipſe dicit, quod rebellere idem ſit quod reſiſtere. Quod & idem dicit *Bart. in conſtit ad reprimen. verb. rebelliter. Gyg. in tr. de crim. læſ Maj. ſub Rub. qui ſint rebelles. q. 1. n. 5. Ægid Boſſ. in tr. crimen. ſub Rub. de crim. læſ Majeſt. nu. 68.* Eandem quoq; ſententiam amplectitur *Alex conſ. 105. n. 1. verb. præterea lib. 1.* ubi ipſe dicit, quod rebellis idem eſt quod inobediens.

Nec dubium eſt, illum rebellem & quidem proprie & ſtrictè dici, qui Domino ſive Principi ſuo reſiſtit vel refragatur in his quæ petuntur pro ſtatu, ſive reſpiciunt ſtatum proſperiorem vel ſecuritatem Imperii, Principatus aut Principis, *Bartol. in conſtit. qui ſunt rebelles. verb. rebellando, nu. 2. Dec. c ſanè. el. 2. num. 3. ext. de offic. deleg. Dec. conſ. 604. nu. 1. Hieron. Gyg. in tract. de crim. læſ. Majeſt. ſub Rub. de rebellib. q. 3. Alex. conſ. 103. num. 18. lib. 1 And de Iſern. c. 1. verb. & committentium crimen læſ. Majeſt. col. 6. animadvertendum eſt, quæ ſunt regal. Ægid. Boſſ. in tract. de criminal.*

criminal. ſub Rub. defenſ. reor. nu. 48. Curt. jun. conſ. 137. n. 12. Ioan. Baptiſt. Caſtal. in add. addiction. Albert. verb. rebellis.

Similiter & is rebellis dicitur, qui contra debitum ſubjectionis opera rebellionis facit, *Franc. Turan. in tract. de fiſco & ejus Privil 2. part. ſub Rub. de crim. læſ. Majeſt. nu. 13.*

Quod etiam ex eo comprobatur, quod rebelles appellentur omnes illi, qui in fide non permanent, & juſſis Principis non obediunt, prout hoc tradit *Amb. Cappellinus in ſuo Dictionario. Hieron. Gyg. in tract. de crim. læſ. Majeſt. ſub Rub. de rebell. q. 1. n. 4.* Et idem eſt de mente *Bart. in conſtit. qui ſunt rebelles, verb. rebelles.* ubi ipſe exponit verbum Rebellis, id eſt, infidelis.

Et hæc rebellio committitur tam faciendo aliquid contra, quam non faciendo, ſive non obediendo, *Bart. in conſtit. qui ſunt rebelles. verb. tenore. nu. 1. Petr. de Anch. Clem. Paſtoralis. n. 4. de ſenten. & re jud. Hier. Gyg. in tr. de crim. læſ. Maj. ſub Rub. de rebell quæſt. 1. n. 6. & 9. Ægid. Boſſ. in tract. criminal. ſub Rub. de crim. læſ. Majeſt. nu. 68.*

Sed certum eſt, quod omnes ſubditi ſint aſtricti Principi ſive domino ſuo juramentum aſſecurationis præſtare, quodq; præſtatio juramenti aſſecurationis reſpiciat ſtatum, proſperitatem & ſecuritatem Reip. Imperii vel Principatuſ. Igitur ſequitur, q. is ſubditus, qui juramentum aſſecurationis domino præſtare recuſat, rebellis efficiatur, & in pœnam rebellionis incidat.

Similiter legibus expreſſè cautum eſt,
172 illos † qui crimen rebellionis contrahunt, vel in crimen rebellionis incidunt, omnia feuda ſua amittere, *Bart. in conſtit. qui ſunt rebelles. verb. rebellando. Matth. de Afflict. c. 1. §. fin. nu. 3. quib. mod feud. amit. Iaſ. conſ. 86. lib. 3. Dec. conſ. 606. nu. 2. & 3. Alb. Brun. conſ. 28. Soc. jun. conſ. 68. nu. 51. & 140. lib. 3. Cardin. Pariſ. conſ. 1. nu. 16. lib. 1. Hier. Gyg. in tract. de crim. læſ. Majeſt. ſub Rub. de pœn. commit. crim. læſ. Majeſt quæſt. 25. num. 2.*

Quinimò, rebellis non tantùm bona feudalia, verùm etiam omnia bona allodialia amittere meretur, prout hoc eſt de mente *Bart. in conſtit. qui ſunt rebelles. verb. rebellando. num. 17.* & expreſſè tradit *Curt. jun conſ. 137. n. 13. Ægid. Boſſ. in tr. crimin. ſub. Rub. de crim læſ. Majeſt. nu. 72. 73. & 74. Socin. jun. conſ. 68. n. 140. lib. 3. Alb. Brun. conſ 28.*

Igitur ſequitur, quod is qui recuſat juramentum aſſecurationis præſtare Domino ſuo, Principi nempe Baroni vel Comiti, puniri poſſit, & publicatione bonorum allodialium & privatione feudi.

Nec obſtat, quod † pœnam rebellionis non patiatur is, qui eſt rebellis non Imperatori vel ſummo Principi, ſed Principi, Comiti, Baroni vel alteri Domino ſuperiorem recognoſcenti, *Bart. in conſtit. qui ſunt rebell. verb. rebellando n. 3. 4. & 5. Bald. conſ. 459. col. 2. lib. 2. Alex. conſ. 108. nu. 18. lib. 1. Dec. conſ. 410. in fin. Pet de Anchor. conſ. 287. Ioan. Calder. conſ. 6. in tit. de accuſation. Hieronym. Gyg. in tractat. de crimin. læſ. Majeſtat. ſub Rub. de rebellib. quæſt. 18. Ægid. Boſſ. in tractat. crimin. ſub Rub. de crim. læſæ Majeſt. num. 101.* 173

Namque hoc tantùm procedit, quoad diſpoſitionem illius conſtitutionis, qui ſunt rebelles. Secus autem eſt, quoad hoc, ut rebelles affici poſſint pœna privationis feudi & publicationis bonorum. Namque illa pœna habet locum in omni eo, qui Principi ſive Domino ſuo regalia, & perpetuam jurisdictionem habenti, in his quæ ad proſperitatem ſive ſecuritatem illius ſpectant, refragatur, vel reſiſtit, ſive illi Principes vel Domini recognoſcant ſuperiorem ſive non, prout hoc expreſſè tradit *Bartol. in d. verb. rebellando. num. 3. 4. & 5,* dum videlicet ibi *Bartolus* concludit, licet conſtitutio qui ſint rebelles, non habeat locum in illis, qui rebellant contra alium Principem, Comitem vel Baronem, quàm Imperatorem, illos tantùm puniri ſecundum diſpoſitionem, *l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de cap. diminut.* cujus diſpoſitionis communis intellectus eſt, rebelles amiſſione bonorum affici.

Et hoc, quod is qui rebellat Principi inferiori & ſuperiorem recognoſcenti, pœnam publicationis bonorum mereatur expreſſius & in ſpecie tenet *Albert. Brun. conſ. 28.* ubi ipſe atteſtatur etiam *Cyn. Bald. Salic. Ang. Paul. Caſtr. Mar. Socin. ſen. & Ang. Aret.* ejus ſententiæ eſſe.

Eandem quoque ſententiam amplectitur *Barbat. conſ. 70. num. 29. lib. 4. Hier. Gyg. in tractat. de crim. læſ. Majeſt. ſub. Rub. de rebel. quæſt. 18. Ægid. Boſſ. in tract. criminal. ſub tit. crim læſ. majeſt. num. 101.*

Et ſic liquet, illam ſententiam communem eſſe: Eamq; ob cauſam ab illa non eſt recedendum.

Sextam quæſtionem quod attinet, exiſtimo, Illuſtriſſimam ſuam Celſitudinem

de jure poſſe judicium inferius provincia-
le, quemadmodum illud huc uſque conſti-
tutum & ordinatum fuit, abrogare, in ejuſ-
que locum aliud judicium juxta beneplaci-
tum inducere & conſtituere, quodq; ordo
Dominorum Nobilitatisq; Ducatus in J.
contra hoc ullo Privilegio, conſuetudine,
aliovè modo ſe tueri vel defendere non
poſſint.

Namque primò Dd. expreſsè tradunt,
174 † Marchionibus, Ducibus, Comitibus, re-
liquisq; habentibus adminiſtrationem &
juriſdictionem perpetuam, permitti for-
mam judicii, penitus & alterare & mutare,
prout hoc tradit *Thom Gram. in conſ. cuilibet.
conſ. 105. nu.* 3. ubi ipſe atteſtatur, eandem
etiam opinionem amplecti *Geor. Nat. Clem.
ſepè verb. mandamus. de verbor. ſignif.*

Secundò, hæc deciſio probatur per *tex.
l. judicium ſolvitur. & ibi Bald ff. de judic.*
Namque in illo textu dicitur, Judicium
ſolvitur vetante eo, qui judicare juſſerat,
vel etiam eo, qui majus Imperium in ea-
dem juriſdictione habet. Qui text. loqui-
tur non tantùm in Judice delegato, ſed et-
jam in Judice ordinario inferiore. Et ex-
preſsè probat etiam Judicem ordinarium
inferiorem, à Principe ſive Domino ſupe-
riore removeri, eiq; jus dicendi poteſtatem
auferri poſſe.

175 Tùm, ponderando dictionem † *Alter-
nativam* in iſto textu poſitam, ex qua dicti-
one liquet, tùm, quod primum reſponſum
illius textus loquatur de Judice delegato:
ſecundum reſponſum neceſſario de ordi-
nario intelligendum & ita accipiendum
eſſe, quod etiam ordinarius inferior à Su-
periore ſive Principe revocari poſſit.

Cum ſit certi juris, dictionis *Alternativæ*
eam naturam eſſe, ut denotet ea, inter quæ
ponitur ſubſtantia & re ipſa differre ſive
diverſa eſſe, *l. 4. §. nihil autem intereſt ff. de
manumiſſio. c. 2. ext. de reſcript. Iaſ. l. admonen-
di. lect. 1. nu. 50. ff. de jurejur. Bero. c. quoniam
contra. nu. 210. ext. de probat.*

Tùm, quia in illo textu generaliter di-
citur, judicium, ſolvitur vetante eo, qui in
eadem juriſdictione majus Imperium ha-
bet, nec diſtinguitur, utrum illa juriſdictio
ſit delegata vel ordinaria.

Et ſic ex generalitate illius textus li-
quet, illum textum etiam in ordinaria ju-
176 riſdictione locum habere: Cum lex † ge-
neraliter & indiſtinctè loquens à nobis
non diſtinguenda, *l. 3. ff. de offic. Præſid, l. de
pretio. ff. de publiciana in rem act.* Sed genera-
liter intelligendus ſit, ita ut omnes omninò
caſus comprehendat, *l. 1. §. cum urbem. ff. de
offic. præfect. urb. l. 1. §. ait ergo. ff. de his quæ
in fraud. credit. l. 1. ff. de leg. præſtand.* Etiamſi
major ratio ſit in uno quàm in alio, *l. 1. §.
quod autem cum gl. ff. de aleatorib. & luſu aleæ.*
Item, etiamſi aliqui vel aliquis ex illis caſi-
bus privilegiati ſint, *l. in fraudem. §. fin. ff. de
Teſtam. milit.*

Et quod ille textus locum habeat et-
jam in judicio ordinario, expreſsè tenet
Bald. ibid. Namque *Bald. ibid.* illum textum
ita ſummârat: Delegatus poteſt quolibet
tempore revocari, & idem in quolibet Ju-
dice ſubalterno. Et poſtea ſubjungit, nota,
quod Prætor, qui deputavit Aſſeſſorem:
Item & Epiſcopus, qui deputavit Vica-
rium, poteſt ipſum revocare.

Ulterius etiam ibi ex ſententia *Cyn.* tra-
dit, quod Marchio poſſit prohibere omni-
bus Judicibus, qui ſunt in Marchia, ne ute-
rentur juriſdictione. Illudq; abſque omni
dubio verum eſſe, ſi illi Judices ibi ſint, per
deputationem ipſius Marchionis vel à
Marchione deputati. Idem etiam, quod
ille textus habeat locum in ordinario, tenet
Iaſ. conſ. 144. dub. 1. lib. 2. ubi *Iaſ.* multos alios
Dd. hanc ſententiam amplectentes citat.

Sed certum eſt, Marchionem G.F. tan-
quam Principem & Ducem in J. eſſe ſupe-
riorem illo judicio provinciali in Ducatu
in J.

Tùm, quia † Marchio G.F. prout ex 177
mihi tranſmiſſis liquet, Officiales ſive Aſ-
ſeſſores in iſto judicio ponit & conſtituit.

Et certum eſt, ex hoc quod Princeps
ſive Dominus Officiales vel Aſſeſſores in
aliquo judicio conſtituit ſive ponit, probari
illum Principem ſive Dominum ſuperio-
rem in illo judicio eſſe, *Iaſ. conſ. 144. dub. 1.
lib. 2.* Cum etiam ex eo ſolo, quod quis Of-
ficiales ſive Aſſeſſores ab alio poſitos ſive
conſtitutos confirmat, ſuperioritas probe-
tur, *§. interim. auth. de defenſ. civit. Bald. l. fin.
notab. 2. C. de legib. Hoſtienſ. c. quia. el. 2. ext.
de electiom. Cardin. Floren. c. liter. col. 10. ext.
eod tit.*

Tùm, quia illud judicium retinetur &
conſervatur ſumptibus Marchionis G. F.
Tùm, quia omnes citationes emittuntur
& ſententiæ pronunciantur, nec non & o-
mnes alii actus judiciarii celebrantur in
iſto judicio nomine Marchionis G.F.

Et certum eſt, quod is, † cujus nomine 178
aliquid

aliquid fit, in omni penitùs actu atque negorio principali cenſeatur, *l. quod meo. in pr. ff. de acquir. poſſ.*

Tùm, quia Capitaneus Marchionis G. F. in Ducatu J. tanquam Vicarius ſuæ Illuſtris Celſitudinis, ſive vice ſuę Illuſtris Celſitudinis ſuperiorem ceſſionem in iſto judicio obtinet.

Igitur ſequitur, Marchionem G. F. 179 tanquam ſuperiorem, illud † judicium licitè & abrogare & loco illius aliud judicium conſtituere poſſe, nulla habita conſideratione, utrum illud judicium provinciale habeat jurisdictionem ordinariam an verò delegatam.

Tertiò, pro hac ſententia confirmanda facit *text. l. omne pupillum. §. is qui ad majus. ff. de re judic.*

Namque, cum in illo textu dicatur: Is qui ad majus auditorium vocatus eſt, ſi litem inchoatam deſeruit, contumax non videtur. Ex illo textu colligitur, majus auditorium ſive illum, qui ſuperiorem jurisdictionem habet, poteſtatem jus dicendi inferioribus auferre poſſe.

180 Quartò, idem probat id, † quod tradit *Bald. l. 1. nu. 25. C. quomodo & quand. judex.* Namque Baldus ibidem quærit: Nunquid Superior poſſit inhibere inferiori, ne judicet, & reſpondit:

Siquidem inferior recognoſcit jurisdictionem à Superiore, & tunc Superior iſtam inhibitionem facere poteſt, *l. judicium ſolvitur. ff. de judic.* Si verò ab alio, & non poteſt, ut notat *Hoſtienſ. c. volentes. ext. de off. leg. Archidiac. c. de perſona 11. quæſt. 1.* Illamq; deciſionem *Bald.* refert atque ſequitur *Iaſ. conſ. 44. dub. 1. lib. 2.*

Sed certum eſt, quod judicium provinciale in J. omnem jurisdictionem & poteſtatem ſuam à Marchione G. F. tanquam Duce & Principe ſuo recognoſcat, cum ipſi omnes actos judiciarios exerceant nomine ſuæ Illuſtris Celſitudinis. Et omnis is qui aliquem actum nomine alterius exercet, omne jus ac poteſtatem ab illo alio recognoſcat, *l. quod meo. in princip. ff. de acquir. poſſeſ.*

Igitur ſequitur, etiam ex hoc capite, quod Marchio G. F. illi judicio provinciali inhibere poſſit, ne amplius in ulla cauſa judicent, illudq; & penitùs abrogare & abolere.

Quintò, pro eadem deciſione confirmanda facit doctrina *Baldi c. 1. nu. 11. de allod.* Namque *Bald.* ibi dicit, Eum qui eſt Superior in eadem jurisdictione, inferiores judices revocare, iiſq; ne judicent, inhibere poſſe.

Sextò, facit *text. c. volentes. & ibi Dd. ext. de offic. legat.* Namque in illo textu dicitur, jurisdictionem Patriarchæ, quam ipſe in aliquo loco habet, expirare eo ipſo, quod ſummus Pontifex in illum locum legatum à latere mittit.

Et ſic ex iſto textu liquet, ſuperiorem Judicem etiam ordinarium revocare, eiq; jurisdictionem vel in totum vel pro parte auferre poſſe. Eamq; revocationem intelligi fieri eo ipſo, quod iſta † jurisdictio alii 181 committitur.

Septimò, pro eadem deciſione comprobanda facit, quod Dd. communiter tradunt, ſuperiorem Principem ſecularem vel eccleſiaſticum Vicarium ſuum, quem ipſe conſtituit, licitè revocari, eiq; omnem poteſtatem auferre poſſe, *Bald. l. judicium ſolvitur. ff. de jud. Cardin. Zabar. Clem. 2. de reſcript. Matth. de Afflict. c. 1. verb. poteſtas. nu. 21. quæ ſint Regalia. Deciſ. Tholoſ. 481.* ubi illa deciſio atteſtatur, eandem opinionem amplecti, *gloſ. Innocent. & Dd. in loc. ibid. citat.*

Sed certum eſt, † jurisdictionem Vicarii 182 eſſe jurisdictionem ordinariam & non delegatam, *Hoſtienſ. & Innoc. c. tua nobis. & ibi Panorm. nu. 3. ext. de offic. Vicar.*

Igitur ſequitur, ſuperiorem, inferiorem, qui ab ipſo jurisdictionem recognoſcit, licet ille ſit Judex ordinarius removere, eiq; omnem jurisdictionem & poteſtatem auferre, illamq; alteri concedere poſſe.

Octavò, is † qui exercet jurisdictionem, 183 vel utitur jurisdictione, nomine non proprio ſed alieno, Judex non ordinarius ſed delegatus cenſetur, *c. cum aliquib. de reſcript. lib. 6. c. 1. & ibi gloſ. de Cler. ægrotan. lib. 6. Inſtit. in proœ. ibi, autoritate noſtra. Bart. & Dd. l. more. & ibi Iaſ. nu. 47. & Dec. nu. 32. ff. de jurisd. omn judic. Bart. l. ambitioſa. col. fin. ff. de decret. ab ord. fac. Bart. l. 2. §. fin. ff. de opt. lega. Innoc. & Hoſt. c. ſignificavit. ex. de corpor. vit. Innoc. & Hoſtien. c. licet in corrigendis. ext. de off. ordi. Mattheſ. ſing. 89. & ibi add. Iaſ. l. jus civile. n. 7. ff. de juſt. & jur. Alex. l. 1. § opus. ff. de ope. nov. nunc. Dec. c. relatum. n. ex. 4. de off. deleg.*

Et dubio omni caret, † delegantem Ju- 184 dicem delegatum pro ſuo libitu avocare, eiq; omnem jurisdictionem & poteſtatem abdicare poſſe, juxta tex. *l. judicium ſolvitur. ff. de jud. cum ſimil. vulgar.*

Cum

Cum itaque judicium provinciale in J. omnem ſuam jurisdictionem omnesq; actus judiciarios exercuerit nomine Illuſtris Principis & Domini, Domini G. F. Marchionis B, Sequitur illos, qui iſti judicio præfuerunt, potiùs delegatos quàm ordinarios cenſendos. Eamq; ob cauſam tantò faciliùs iis omnem jurisdictionem & poteſtatem jus dicendi auferri poſſe.

185 Nonò, Dd. communiter tradunt, nec non ex textibus expreſsis probatur, quemlibet † Principem & Dominum ſuperiorem inferioribus, qui ab ipſo jurisdictionem recognoſcunt, illam jurisdictionem auferre, ipſisq; indiſtinctè inhibere poſſe, ne iſta jurisdictione utantur, ſive ipſi ſint ordinarii ſive delegati, *Innoc Panorm. & Dd. c. cum M. Ferrarienſis. & ibi Franc. Rip. n. 194. cum ſequentib. ext. de Conſtit. Salic. l. hac lege. C. de donation. Innoc. c. cum Eccleſiarum. ext. de offic. deleg. Pet. Rebuff. rep. l. quod juſſit. n. 61. ff. de re jud. Domin. conſ. 47. Iaſ. conſ. 144. col. 1. lib. 2. fac. tex. c. ut noſtrum. & ibi P. Fr. Dec. & Dd ext. de appell. c. qui reſiſtit. 11. q. 3.*

Et confirmatur ex eo. Namque is, qui dat jurisdictionem, regulariter eam tollere poteſt, *§. jusjurandum. auth. de defenſ. civit. fac. text. l. ejus eſt velle. ff. de reg. jur.*

186 Et licet avocatio ſive inhibitio † non tantùm verbis expreſſis, verùm etiam tacitè fieri poteſt, & tacitè facta intelligitur hæc avocatio, ſi Princeps vel Dominus ſuperior, de cauſa aliqua vel aliquibus cauſis inceperit cognoſcere, *Innoc. Panorm. & Dd. c. cum M. Ferrarienſis. & ibi Dec nu. 40 & Fr. Ripa nu. 197. ext. de conſtit. Cardin. conſ. 7. Rub. de præbend. Bald. c. 1. §. ad hæc col. 3. de pace jur. firman. Dec. c. ut noſtram. arg. ill. text. ext. de appell. fac. text. l. Paulus ff. rem ratam hab. l. de quibus. ff. de legib.* Vel ſi Princeps vel Dominus ſuperior cognitionem illius cauſæ, vel illarum cauſarum alii commiſerit, *c. 1. & c. ſanè. ext. de offic. deleg. c. cæterum. ext. de reſcript. Rip. c. cum M. Ferrarienſis. n. 198. ext. de conſtit.* Vel, ut hoc fiat, decreverit, *Rota, decis. 67. tit. de reſcript. innovit. Rip. c. cum M. Ferrarienſis. nu. 198. ext. de reſcript.*

187 Et hac † avocatione ſive inhibitione tacitè vel expreſsè facta judex inferior de tali cauſa, ſive talibus cauſis ulterius cognoſcere vel ſe intromittere nequit, *Bald. l. ſi ut proponis. la. 1. col. pen. C. quomod & quand. judex Dec c. ut noſtrum. nu 1. arg illius textus. ext. de appell. Dec. conſ. 137. col. 3. Franc. Rip. c. cum M. Ferrarienſis. num. 198. ext. de conſtit.* Omniaq; acta & præſumpta à Judice inferiore poſt illam avocationem ſive inhibitionem factam, per ſe & ipſo jure nulla ſunt, *Ant. de Butr. & Abb. c. cum M. Ferrarienſis. & ibi Dec. num. 40. & Rip. nu. 198. ext. de conſtit. arg. c. ſi duobus. ext. de appellat.*

Decimò, pro hac deciſione comprobanda facit id, quod tradit *Matth. de Afflict. c. 1. verb. poteſtas. num. 12. cum multis ſeqq. quæ ſint Regal.* Ubi ipſe formaliter inquit, Et eſt ſciendum, quod Officiales creati ad juſticiam faciendam per Regem, poſſunt pro libitu voluntatis conſtituentis amoveri, ut in *l. 2. C. de Agricol. & cenſit. lib. 11.* Et patet, Quia ea quæ ſunt jurisdictionis, ſunt de jure civili, ut dicit *gl. Inſtit. de obligat. in princip.* & vocante concedente jurisdictio revocatur, *l. judicium ſolvitur. ff. de judic.*

Et ideò Princeps ad libitum ſuæ voluntatis poteſt tollere jurisdictionalia, quia ſunt juris civilis, ut dicit notabiliter *Bald. l. reſcripta. nu. 12. C. de prec. Imper. offer.* In tantum, quod ſi Princeps concedat alicui Officiali jurisdictionem, ad vitam, non propterea videtur à ſe abdicare poteſtatem, ut illam jurisdictionem non poſſit auferre ei & alteri concedere, quia Princeps non poteſt dare tantam jurisdictionem alteri, quin plus ſibi remaneat, *c. 1. §. non igitur de præben. lib. 6. Ang. l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdict. fac. quod dicit Bald. l. qui ſe patris. col. 7. C. unde liber.* Ubi dicit, verba formalia. Unde poteſt Princeps jurisdictionem ſupprimere aliorum, & non ſolùm ſingularium perſonarum, ſed etiam civitatum, ut notatur in *l omnes populi. ff. de juſt & jur* hinc eſt, quod dicit *Innoc.* quem ſequitur Dominus *Abb. c. edoceri. ext. de reſcript.*

Quod is non poteſt conſtituere Procuratorem perpetuum, quo minus ſibi liceat revocare. Idem dicit *Bart. l. cum precario. ff. de precar.* Quia nemo poteſt ſibi legem imponere, à qua ſibi non liceat reſilire, *l. ſi quis. in princip. ff. de leg. 3. l. pen. ff. de pact.* Et ideò Epiſcopus poteſt liberè Vicarium revocare, fac. *gl. Clem. fin. de Procurat.*

Et ſic videtur concludendum, quod iſta jurisdictionalia, quæ ſunt de jure poſitivo conceſſa, alteri per Principem poſſunt revocari, pro ſuo arbitrio voluntatis, ſecundum *Innoc. c. quæ in Eccleſiarum. ext. de conſtit.* Et hoc tenet in terminis *Card. Zabarell. repet. c. perpendimus. ext. de ſent. excommun. Abb. Sicul. c. novit. ext. de judic.* Illamq; doctrinam *Matth. de Afflict,* refert atque ſequitur *Rol. à*

Vall.

Vall. conſ. 1. nu. 135. cum multis ſeqq. lib. 2. ubi ipſe multas alias deciſiones & autoritates Dd. idem probantes, citat.

Et doctrinam *Baldi in d. l. qui ſe patris. C. und. lib.* quod videlicet Princeps jurisdictionem aliorum, non tantùm perſonarum ſingularium, ſed etiam Civitatum & Univerſitatum pro ſuo libitu ſupprimere poſſit, refert atque ſequitur *Campeg. conſ. 2. n. 44.* ubi ipſe atteſtatur, eandem opinionem amplecti *Spec. & Ioan. And. in loc. ab ipſo citat.*

Sed certum eſt, quod Principes & Domini ſeculares habentes regalem dignitatem perpetuam, licet ipſi Superiorem recognoſcant, reſpectu ſubditorum ſuorum, in omnib. & per omnia Privilegiis & præeminentiis ſummo Principi, Imperatori nempe Romano, indultis fruantur. Quodq; ipſi ea quæ juris civilis ſunt, perinde ut Imperator Romanus tollere & mutare poſſint, prout hoc docuimus ſuprà in 16. ratione pro confirmatione tertiæ deciſionis adducta.

Cum itaq; Illuſtris Princeps & Dominus, Dominus G. F. Marchio B. etiam reſpectu Ducatus in J. habeat regalem dignitatem, etiam ex hoc capite ſequitur, ſuę Illuſtriſs. Celſit. permitti & judicium provinciale, reliquaq;, quæ ſunt juris civilis, tollere, abrogare & mutare.

118 Undecimò, facit quod † tradit *Bald. c. 1. in princ. n. 5. de his qui feud. dar. poſ.* ubi ipſe concludit, Superiorem illa feuda quæ ad collationem inferioris ſpectant, licitè conferre & de iis alium licitè inveſtire poſſe: eo caſu, quando inferior iſta feuda conferre, vel de iis alios inveſtire ſolet nomine non proprio ſed Superioris.

Duodecimò, nullum Privilegium extra verba ipſius extenditur, ſicut hoc docuimus ſuprà in prima ratione dubitandi, contra deciſionem primæ quæſtionis adducta. Nullum quoq; Privilegium vel confirmatio Privilegiorum, ſtatutorum vel conſuetudinum generaliter facta vel emiſſa comprehendit id, ſive extenditur ad id, quod eſt injuſtum, illicitum, juri communi contrarium, iniquum, utilitati publicę vel ipſi cōcedenti aut tertio valde nocivum, ſicut hoc circa deciſionem 3. quæſtionis docuimus.

Sed in Privilegiis conceſſis ſtatibus atq; ordinib. Ducatus in J. nulla fit mentio dicti judicii provincialis: Illudq; judicium provinciale Ducatus in J. eſſe & iniquum & injuſtum & publicæ utilitati nocivum, nec non & in magnum præjudicium & incolarum Ducatus in J. & ipſius Ducis tendere perhibetur. Igitur ſequitur, ſtatus Nobilium atq; Baronum in J. dicere vel prætendere non poſſe illud judicium ſive formam illius judicii per Privilegia ipſis conceſſa. confirmata vel ſtabilita, illudq; eò magis in caſu præſenti amplectendum. Namq; in Privilegio Regis Wenceſ. dicitur, Bey jhren Gnaden/Freyheiten vnd Recht / die ſie von vns / vnſern Vorfahren redlich hergebracht vnd erworben haben. Ex quib. verb. ponderando videl. dictionem Redlich/liquet, Regem Wenceſ. ſtatibus atq; ordinibus Nobilium atq; Baronum in J. tantùm confirmaſſe Privilegia indulta, conſuetudines & jura juſta & legitima. Similiter & Privilegiis ſive potiùs confirmationi Privilegiorum ſequentiom Regum & Ducum eſt inſerta clauſula, Guten Freyheiten/Gewonheiten vnd alt Herkommen: quæ clauſula ſimiliter denotat ea tantùm quæ ſunt juſta, legitima & æqua, conceſſa & confirmata eſſe.

Decimò tertiò, circa deciſionem tertiæ quæſtionis docuimus, Privilegium conceſſum ſubdito, tam à concedente quam a ſucceſſore ipſius ſemper & quandocunq; revocari poſſe, etiam circa cauſam aliquam, Illudq; potiſſimùm locum habere in Privilegio, quod non continet commodum pecuniariū ſed jurisdictionē tantùm reſpicit.

Similiter & circa deciſionem tertiæ quæſtionis docuimus, Privilegium quodlibet etiam non ſubdito conceſſum ex juſtà & legitima cauſa retractari poſſe, atq; juſtā & legitimā cauſam revocandi Privilegium eſſe, ſi vel illud Privilegium ſit injuſtum, iniquum aut illicitum, vel publicæ utilitati contrarium, vel graviter lædat concedentem, ſucceſſorem ipſius aut etiam tertium.

Cum itaq; illa Privilegia, de quib. in caſu præſenti agitur, ſive conceſſa ſubditis & non contineant, pręſertim quoad propoſitum noſtrum commodum pecuniarium, & in iſto judicio provinciali multa fiant iniquè, injuſtè & illegitimè, nec non & hoc, quod judicium ita conſtitutum, ſit, vergeat, & in detrimentum publicum & in præjudicium ſive damnum & ſubditorum & ipſius Ducis.

Sequitur, etiamſi ponemus, ſub prædictis Privilegiis hoc comprehendi, quod judicium provinciale in Ducatu J. prout hodiè conſtitutum eſt, ſemper manere debeat, Marchioni tamen G. F. iſto Privilegio non obſtante licitum & permiſſum eſſe,

illud

illud judicium & penitùs abolere & aliam formam judicii conſtituere.

Deinde, ſtatus ſive ordines Nobilium & Baronum in J. ſe, quò minus Marchio G. F. judicium provinciale abrogare aliudque conſtituere poſſit, tueri vel defendere poſſunt conſuetudine, præſcriptione, allegatione Privilegii taciti vel etiam tituli, ex lapſu temporis immemorialis deſcendentis. Namque Princeps etiam inferior & Superiorem recognoſcens conſuetudinem, ſive illa quæ conſuetudine introducta ſunt, etiam abſque cauſa aliqua abrogare & mutare poteſt.

Et Privilegium tantùm ex lapſu temporis deſcendens, ex iisdem cauſis & in iisdem caſibus tolli & abrogari poteſt, in quibus caſibus, item & ex quibus cauſis Privilegium expreſſum tollere & abrogare permittitur.

Is quoque qui jurisdictionem exercet nomine non proprio, ſed nomine alieno, quaſi poſſeſſionem jurisdictionis habere, cenſeri vel reputari nequit, *l. quod mea. in princip. ff. de acquir. poſſeſſ.*

189 Et certum eſt, quod † nulla penitùs præſcriptio ſine poſſeſſione vel quaſi procedat *c. ſine poſſeſſione de reg. jur. lib 6.*

Cum itaque & Præſes & Aſſeſſores judicii provincialis in J. non à ſtatibus neq; ordinibus Nobilium in J. ſed à Ducibus ipſis conſtituti fuerint, & jurisdictionem, nec non & omnes actus judiciarios exercuerint, non nomine proprio neque etiam nomine ordinum atq; ſtatuum Nobilium, ſed nomine Ducum in J. Sequitur, dici vel prætendi non poſſe, ſtatus vel ordines Nobilium Ducatus in J. fuiſſe in quaſi poſſeſſione judicium provinciale, ita prout hoc hodierno tempore conſtitutum eſt, habendi, tenendi vel retinendi. Eamq; ob cauſam hoc caſu nullam præſcriptionem locum habere poſſe.

Præterea quoque clari juris eſt, & ſuperiùs comprobatum, cuilibet Principi etjam inferiori & ſuperiorem recognoſcenti licitum & permiſſum eſſe ex cauſa juſta & legitima jus alicui quæſitum etiam ex præſcriptione vel titulo vel alio quocunque modo tollere & abrogare.

190 Decimò quartò, Domino † feudi non permittitur vaſallum in jurisdictione ſua, quam ipſe ratione feudi exercet, turbare, vel quoad illam jurisdictionem & inhibitionem facere, *Bald. l. 1. quæſt. 43. nu. 35. ff. de rer. diviſ. Martin. Laudenſ. c. 1. nu. 14. & ibi Præpoſ. circ. fin. de contr. int. vaſal. & Epiſcop.* Sicut etiam regulariter id quod juſtè ſive jure permittente fit, inhiberi vel prohiberi nequit, *Oldrad. conſ. 186. num. 12. Ioan. Staphileus in tract. de gratijs & expectativ. §. poſt hæc. num. 26. & 27.*

Inhibitio quoque à Superiore inferiori facta, non † aliter rata eſt, niſi illa inhibitio fuerit facta cauſa cognita & præcedente citatione partis adverſæ, *§. 1. auth. ut in medio litis. c. non ſolùm. & ibi Ioan. And. Dom. P. Franc. & Dd. de appellat. lib 6. c. Romana. §. quod ſi objicitur. & ibi Dd. eod tit. lib. 6. Frid. de Sen. conſ. 300. incip. factum tale eſt, debitor promiſit. Pet. de Anchar. conſ 234. incip. caſus talis eſt, poſt præceptum. & conſ. 236. Lapus alleg. 61. Rota deciſ. 3. tit. de except. Alber. c. tuam. num. 11. ext. de ordin. cognat. Alex. l. Titia. in fin. ff. ſolut. matrim. Alex. conſ. 91. nu. 7. lib. 2. conſ. 9. num. 1. lib. 4. conſ. 33. conſ. 83. lib. 5. & conſ. 68. lib. 7. Bald. conſ. 271. col. 1. lib. 1. Abb. c. debitores. & ibi Ioan. de Imol. ext. de jurejur. Imol. l. 4. §. condemnatum. ff. de re judic. Laur. de Rudolph. in tract. de uſur. quæſt 131. Iaſ. l. ne quicquam. §. ubi decretum ff. de offic. Proconſul. Iaſ. repet. l. admonendi. col pen. ff. de jurejur. Card. Pariſ conſ. 108. num. 6. & 51. lib. 1. & conſ. 171. nu. 15. lib. 4. Fel. c. dilectus. col. 2. nu. 14. ext. de reſcript.* 191

Cum itaque Marchio G. F. Ducatum in J. cum mero & mixto Imperio omnimodaq; jurisdictione, nec non & regali dignitate a Rege Boh. recognoſcat in feudum, & ut feudum poſſideat, atque vigore illius jurisdictionis & regalis dignitatis ſuę Illuſtri Celſitudini permittatur judicium provinciale in J. penitùs & abrogare & tollere: Sequitur, Regi Boh. non permitti Marchionem G. F. in iſta ſua jurisdictione per inhibitiones vel alio modo turbare, quodq; iſtis inhibitionibus non obſtantibus Marchio G. F. illud judicium licitè abrogare, ejusq; loco aliud judicium pro ſuo libitu conſtituere poſſit.

Septimam quæſtionem quod attinet, Exiſtimo primò, quamvis ordo Dominorum & de genere Nobilium vel Equeſtri J. Ducatus a Regibus Wenceslao & Sigiſmundo eo modo ſint privilegiati, quod juri Marchionatus Moravienſis uſurpare poſſint ac debeant: quod tamen illa Privilegia ita interpretanda accipiendaq; ſint, quod Dominorum Nobilitatisq; ordo ſolummodò jus Moravienſe uſurpare habeant,

beant, quatenus illud non ſit iniquum, irrationabile, injuſtum, publicæ utilitati contrarium vel etiam concedenti, aliisvè grave & intolerabile.

Cum ſit clari indubitatiq; juris ſub confirmatione generali Statutorum vel conſuetudinum ſive ſub Privilegio generaliter confirmante Statuta vel conſuetudines, non includi neque comprehendi Statuta vel conſuetudines injuſtas, illicitas, illegitimas, irrationabiles, iniquas, publicæ utilitati contrarias, aut graviter lædentes vel concedentem vel ſucceſſorem ipſius, vel etiam tertium, ſicut hoc ſuprà circa deciſionem tertiæ quæſtionis docuimus.

Secundò, Exiſtimo, quod jus Moravienſe in Ducatu J. ante hoc penitùs ſit abrogatum, per hoc quod Ducatus J. Marchionatui Moravienſi ſit exemptum & Sileſiæ incorporatum, Principesque in J. à Rege Uladislao hoc modo ſint privilegiati, quod teneantur proximis ſeu ſequentibus temporibus ordinationem & jus Sleſiacorum Principum ac ordinum ſervare, ſeque in omnium jurium cauſis concernentes tam pauperes, quam divites Principibus Sileſiæ accommodare, prout hæc circa deciſionem tertiæ quæſtionis adducta ſunt.

Tertio, Exiſtimo, dato, quod Moravienſe jus adhuc in Ducatu J. uſurpetur, neque per dictas exemptiones, incorporationes & Privilegia abrogatum ſit: quod nihilominùs Illuſtri ſuæ Celſitudini conceſſum ſit, jus illud Moravienſe, præſertim in illis punctis ſeu articulis, in quibus eſt iniquum & injuſtum abrogare, in ejusq; locum aliud rationabile jus ordinare atque conſtituere: prout hoc per ſequentia juris fundamenta comprobatur.

Namque primò à Dd. communiter tra-
192 ditum eſt, † Principes ſeculares ſuperiorem recognoſcentes, habentes Regalia, merum & mixtum Imperium & omnimodam juriſdictionem, in territoriis ipſorum etiam jus commune & Cæſareum tollere, abrogare, novumq; jus conſtituere poſſe, prout hoc in 16. ratione circa deciſionem tertiæ quæſtionis adducta comprobavimus.

Similiter circa deciſionem quartæ quæſtionis docuimus, Principes ſeculares etiam recognoſcentes ſuperiorem, jus conſuetudinarium ſive conſuetudines receptas & introductas tollere & abrogare poſſe.

Eodem modo dubio omni caret † Prin- 193
cipes ſeculares ſuperiores recognoſcentes, Statuta, municipalia ſubditorum, pro ſuo libitu ex libero voluntatis arbitrio abrogare poſſe, prout hoc tradit *Bald. conſ. 187. lib. 3. Cravet. in tract. de antiq. tempor. part. 1. §. circa primam. nu. 39.*

Quod procedit, etiamſi illa † Statu- 194
ta ſint jurata. Namque illa nihilominùs per Principes ſeculares ſuperiorem recognoſcentes, etiam abſque cauſa aliqua abrogari & tolli poſſunt, *Abb. c. conſtitutus. nu. 7. ext. de reſcript. Sozadin. conſ. 70. nu. 5. Cravet. in tract. de antiquit. temp. part. 1. §. circa primam. nu. 31.*

Ex quo infertur, cum Marchio G. F. in Ducatu J. habeat & Regalia & omnimodam juriſdictionem, ſuæ Illuſtri Celſitudini licitum atque permiſſum eſſe, jura Moraviæ in Ducatu in J. hactenus uſurpari, ſolita abrogare, & ſubditis novas leges promulgare, indiſtinctè nullaq; habita conſideratione, utrum illa jura pro jure communi, an verò pro jure conſuetudinario ſive ſtatutario reputanda ſint.

Secundò, Privilegium, quod non còntinet commodum pecuniarium, ſed tantùm reſpicit juriſdictionem ſive jus dicendi poteſtatem, ſive quo jure quis uti poſſit vel debeat à concedente & ſucceſſore ipſius, etiam ſine cauſa aliqua revocari poteſt. Quod generaliter quidem verum eſt, potiſſimùm autem procedit in Privilegio ſubditis conceſſo.

Deinde etiam Privilegium quodlibet etiam alioquin irrationabile ex cauſa juſta & legitima revocari poteſt, non tantùm ab ipſo concedente vel ſucceſſore ipſius, ſed etiam ab inferiore, prout hæc omnia in 14. & 15. ratione & circa deciſionem tertiæ quæſtionis adducta comprobavimus.

Sed Privilegium, de quo in caſu præſenti agitur, eſt conceſſum ſubditis, & non cōtinet cummodum pecuniarium, ſed tantùm reſpicit jus dicendi facultatem, ſive quo jure ſubditi uti debeant.

Et multæ juſtæ cauſæ ſubſunt revocandi illud Privilegium, tùm, quia Statuta atque conſuetudines Moraviæ, quæ illud Privilegium confirmare pars adverſa prætendit, ſunt injuſtæ, iniquæ, illicitæ,

irrationabiles & publicæ utilitati contrariæ: tùm, quia talia jura & conſuetudines tendunt in grave præjudicum civitatum & aliorum incolarum Ducatui in J. tùm, quia illud Privilegium tendit etiam in grave præjudicium ſucceſſoris, concedentis nempe Marchionis G. F.

Igitur ſequitur, Marchionem G. F. illud Privilegium etiam poſito, illud adhuc hodie vigorem ſuum obtinere, licitè revocare & retractare potuiſſe.

Nec etiam hoc caſu quicquam operari poteſt inhibitio facta a Cæſarea Majeſtate tanquam Rege Bohemiæ. Namq; illa inhibitione non obſtante, ego judico Marchionem G. F. licitè jus Moraviæ abrogare poſſe, ſicut hoc patet ex illis, quæ allegavimus in ultima ratione circa præcedentem deciſionem adducta.

Octavam ultimamq; quæſtionem quod attinet, Exiſtimo, quod Dominorum & Nobilitatum ordines Ducatus in J. nullo jure petere, multoq; minùs obtinere debeant, ipſos in Moravienſi jure & provinciali jure reſtituere, quemadmodum hoc ſequentibus jurium fundamentis comprobatur.

195 Namq; primò indubitati juris † eſt, quod nemo reſtitutionem petere poſſit, niſi ipſe fidem fecerit, ſe poſſeſſionem vel quaſi rei vel juris habuiſſe, ſeq; illa poſſeſſione ſpoliatum vel privatum, *c. conſultationibus. & ibi gl. verb. poſſeſſionem. & Dd. extr. de offic. deleg. c. ex parte. ext. de reſtit. ſpoliat. gl. c. olim cauſam. ex. eo. tit. Dec. conſ. 191. col. pen. Card Pariſ. conſ. 2. nu. 173. & 174. lib. 1. Iacob. Novell in Pract. & Theor. cauſar. crim. §. vulgaris eſt regula. nu. 44.*

Sed ſtatus Nobilium atq; Baronum Ducatus in J. dicere vel prætendere non poſſunt, ſe eſſe vel fuiſſe in quaſi poſſeſſione judicium provinc. in Ducatu in J. prout illud anteà conſtitutum fuit, habendi, præſertim, quoad hunc finẽ, q Principi ſuo illud abrogandi vel mutandi facultas intercluſa ſit. Tùm, quia illud judicium fuit conſtitutum, & Officiales ſive Aſſeſſores illius judicii ſunt ordinati non à ſtatibus Nobilium, ſed ab ipſis Ducibus in J.

Tùm, quia illud judicium ſuſtentatum eſt ſumptibus non Nobilium, ſed Ducum in J. Tùm, quia & Præſes & Aſſeſſores illius judicii, & omnes actus judiciarios, omnemq; juriſdictionem exercuerunt, non nomine ſtatus Nobilium, ſed nomine Ducis ſui.

Et certum eſt, eum cenſeri in quaſi poſſeſſione juriſdictionis, non qui juriſdictionem exercet, ſed cujus nomine juriſdictio exercetur, *l. quod meo. in princip. ff. de acq. poſſ.*

Tùm, quia ut ex ſupra dictis patet, in libero arbitrio atq; voluntate Illuſtris Principis & Domini, Domini G. F. March. B. nec non & anteceſſorum ſuæ Illuſtris Celſ. ſitum & eſt & fuit, illud judicium pro ſuo libitu & mutare, & penitus abrogare.

Et clari juris eſt, quod † adverſus ea, quæ in mera facultate ſive libera voluntate alicujus poſita ſunt, nemo quaſi poſſeſſionem aliter acquirere vel adipiſci poſſit, niſi interveniente prohibitione & patientia ſubſecuta, *Innoc. & Abb. c. cum Eccleſia ſutrina. & ibi Fr. Rip. ex. de cauſ. poſſ. & propr. Abb. c. quod tranſlationem. n. 4. ex. de off. leg. Abb. conſ. 101. n. 7. lib. 1. conſ. 6. n. 1. & conſ. 57. n. 5. lib. 2. Ant. de But. conſ. 3. & conſ. 51. Abb. c. bonæ. el. 2. n. 19. ex. de poſt. præl. Abb. c. fin. n. 15. ex. de reſt. ſpoliat. Dec. conſ. 175. n. 6. & conſ. 215. Cravet. in tr. de antiq. temp part. 4. §. materia iſta. n. 85. & 99. §. circa præmiſſa. n. 41. 42. & 43. Abb. c. inter cæteras. circ. fin. ex. de reſcrip. Abb. c. ex parte Aſtenſis. ex. de conceſſ. præben. Abb. c. Ioannes. ex. de Cler. conjug. Fel. c. cum acceſſiſſent. n. 17. & c. cum M. Ferrarienſis. n. 7. ext. de conſtit. Franc. Balb. in tr. de præſcript. 4. part 5. part. princip. quæſt. 1. Henning. Geden conſ. 2. lib. 7. arg. l. Proculus. ff. de damn. infect. l. 1 §. denique Marcellus. & l. ſi in meo. ff. de aqua plur. arcend. l. 2. & ibi Bart. ff. de vi publ l. cum eo. & l. Imperatores. ff. de ſerv. urb. præd gl. l ſolent. ff. de offic. Proconſ.* 196

Tùm, quia hoc jus, ne † Princeps vel Dominus judicia, conſtituta mutare, abrogare, illorumq; ſtatum alterare poſſit, eſt jus negativum. Et clari juris eſt, quod in juribus negativis non acquiratur poſſeſſio vel quaſi, niſi interveniente prohibitione & patientia ſubſecuta, *gloſ. Cyn. Bart. Bald. & Dd. l. 1. C. de ſerv. & aqua. gloſ. & Bart. l. qui luminibus. in princip. ff. de ſervit. urb. præd. gloſ. 3. c. Abbate ſancti Sylvani. ext. de verbor. ſignif. Bar. l. & ſi fortè. §. ſciendum. ff. ſi ſerv. vend. Dyn. l. ſi prius. & ibi Bart. num. 4. ff. de oper nov. nunciat. Paul. Caſtrenſ. conſ. 205. incip. in cauſa quæ vertitur coram loco tenente. lib. 2. Speculat. §. in confeſſoris. verſ. ſed pone ext. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Ioan. Fab. §. æquè. & ibi Ang. num. 15. & Iaſon. num. 41. Inſtit. de actionib. Cæpol. in tr. de ſervit. urb. præd. c. 20. n. 70. Fr. Bald. in tr. de præſcript. 2. part. 4. part. princ. p. 1. n. 16. Cravet in tr. de antiq. temp. part. 4. §. materia iſta. n. 81. Hier. Schurff. conſ. 8. lib. 3. Fr. Balb. in tract.* 197

in tract. de præſcript. 4. part. 4. part. princip. q. 13. nu. 4.

Cum itaque in caſu præſenti ſtatus Nobilium Ducatus in J. fidem facere nequeant, ſe prohibuiſſe Marchioni G. F. vel ſuæ Illuſtris Celſitudinis anteceſſoribus; ne ipſi illud judicium provinciale abrogarent vel formam illius mutarent, ſuosq; Illuſtres Celſitudines illi prohibitioni obtemperaſſe; etiam ex hoc capite ſequitur; dici vel prætendi non poſſe, ſtatus ordinum atque Nobilium Ducatus in J. eſſe vel unquam fuiſſe in quaſi poſſeſſione illius juris, ne Principes ſui judicium provinciale abrogare, vel formam ipſius alterare poſſint.

Similiter etiam dici vel prætendi nequit; ſtatus Nobilium Ducatus in J. in illa quaſi poſſeſſione aut eſſe aut fuiſſe, ne Ducibus ſuis permitteretur jus Moravicum, præſertim ex cauſa juſta & legitima tollere & abrogare.

Tum; quia, cum in libera voluntate & mera facultate Principum in J. ſitum fuerit, jus Moravicum pro ſuo libitu abrogare, contra hanc meram & abſolutam facultatem ſtatus Nobilium Ducatus in J. quaſi poſſeſſione juris contrarii acquirere non potuerunt, niſi interveniente prohibitione, ex parte illorum & ſubſecuta patientia Ducum.

Quam prohibitionem intervenîſſe & patientiam ſubſecutam in caſu præſenti probare impoſſibile erit.

Tum, quia hoc jus, ne Princeps ſive Dominus ſuperior illud jus, quo ſubditi utuntur, abrogare & alterare poſſit, eſt jus negativum.

Cujus juris negativi ſimiliter quaſi poſſeſſio acquiri nequit; niſi interveniente prohibitione & patientia ſubſecuta.

Cum itaque ſtatus ſive ordines Nobilium Ducatus in J. in caſu præſenti fidem facere nequeant, ſe eſſe conſtitutos in quaſi poſſeſſione judicii provincialis & juris Moravici; præſertim taliter, ne Ducibus ſuis permitteretur illud judicium provinciale, item & jus Moravicum abrogare.

Sequitur, in caſu præſenti ſtatus vel ordines Nobilium Ducatus in J. nec petere nec impetrare poſſe; ut ipſi reſtituantur ad illam quaſi poſſeſſionem facultatis habendi & tenendi judicium provinciale & fruendi juribus, ſtatutis atque conſuetudinibus Moraviæ, taliter, ne Ducibus ſuis illud pro ſuo libitu atque arbitrio abrogare & mutare permittatur.

Secundò, legibus expreſsè † cautum 198
eſt, petentem reſtitutionem nullo modo audiendum vel admittendum; eo caſu, quando notoriè conſtat, petentem nullum jus fovere, reiq; partes jure aperto niti, *Abb. cap. accepta. & cap. ſollicitè. extr. de reſtitut. ſpoliat. Oldrad. conſil. 224. Alex. & Doctores l. naturaliter. §. nihil commune. & ibi Cortaſ. num. 67. & Rip. num. 53. & 70. ff. de acquir. poſſeſ. Prepoſ. cap. 1. de controverſ. int. vaſall. & Epiſcop Dec. conſil. 449. num. 20. Albert. Brun. conſil. 19. num. 17. Cardin. Pariſ. conſil 1. num. 163. lib. 1. & conſil. 11. nu. 10. lib. 4.*

Similiter dubio omni caret, † diſ- 199
poſitionem juris ſive id quod jure diſpoſitum eſt; notorium cenſeri & pro Notorio reputari, *Abbas cap. veſtra. nu. 24 extr. de cohabit. Cler. & mul.*

Quòd uſque adeò verum eſt, ut hoc caſu ſola juris præſumptio & notorium inducat & ſufficiat ad repellendum illum, qui reſtitutionem poſſeſſionis vel quaſi petit, *Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. Rub. de reſtitut. ſpoliat. Anton. de Butr cap. in literis. extr. eod. titul. Rip. l. nam taliter. §. nihil commune. numer. 77. & 78. ff. de acquir. poſſeſ. Iacob. Novell. in ſua pract. cauſ. crimin. §. vulgaris eſt regula num. 16.*

Sed ut ex ſuprà dictis liquet, & juri conveniens & diſpoſitum eſt, quod Marchio G. F. & judicium provinciale in J. & jus Moravicum, quoad ſuum Ducatum, liberè tollere & abrogare poſſit. Quæ diſpoſitio juris notorium inducit.

Igitur etiam ex hoc capite ſequitur, ſtatus atque ordines Ducatus in J. petentes reſtitutionem nullo modo audiendos.

Tertiò, Exceptio † defectus pro- 200
prietatis ſive juris, petenti reſtitutionem indiſtinctè objici poteſt, & contra illum admittitur, vel quando illa exceptio defectus proprietatis non requirit probationem partis, *Bald. l. penult. C. ſi à non compet. judic. Oldrad. conſil. 224. Alex. l. naturaliter. §. nihil commun. ff. de acquir. poſſeſ. Iacob. Novell. in ſua Pract. & Theoric. cauſ. criminal. §. vulgaris eſt regula. limit. 12.*

Vel quando illa exceptio reſpicit non tantùm proprietatem, verùm etiam poſſeſſionem vel quaſi, *Bald. in tit. de pace conſtant. verb. reſtituitur. Bald. l. 1. C. ſi de moment. poſſeſ. Bald. l. 2. C. de edict. divi Hadrian. tollend. Abb. Dd. cap. item cum quis. ext. de reſtit. ſpoliat. Franciſc. Rip. l. naturaliter. ſ. nihil commune. nu. 81. ff de acquir. poſſeſ.*

Vel quando petitio reſtitutionis eſt juri communi contraria, *Bald. l. ſi quis conductionis, num. 5. verſ. adverte tamen. verb. item adverte. de locat. & conductio. Bald. in tit. de pac. conſtant. verb. omnes, Iacob. Novell. in Pract. & Theoric. cauſar. criminal. ſ. vulgaris eſt regula. num. 13.*

Vel quando ex reſtitutione facta vel fienda reſultare poſſet ſcandalum, *gloſ. cap. in primis 2. quaeſt. 1. gloſ. in ſumma 3. quaeſt. 1. gloſ. cap. ad petitionem. verb reſtituendus. extr. de accuſat. Ant. de Butr. cap. ex parte. col. fin. ext. de reſtit. ſpoliat. Felin. cap. 1. num. 3. extr. de praeſcript. Rip. l. naturaliter. ſ. nihil commune. num. 76. ff. de acquir. poſſeſ.*

Vel peccatum, *gloſ. cap. ſuper cauſa. 1. quaeſtion. 5. Iacob. Novell. in Pract. & Theoric. cauſ. criminal. ſ. vulgaris eſt regula. num. 36.*

Vel magnum periculum, *Anton. de Butr. cap. final. col. 4. verſic. venio ad ſecundam partem, extr. de ordin. cognat. Caepol. conſil. 59. numer. 14. Iacob. Novell. in Practic. & Theoric. cauſarum criminal. ſ. vulgaris eſt regula. num. 49.*

Vel praejudicium, aut nullo modo, aut non ſine maxima difficultate recuperabile, *Paul. Caſtrenſ. & Iaſ. l. 2. C. de edict. divi Hadrian. tollend. Paul. Caſtrenſ. & Iacob. de S. Georg. l. ſi de vi. ff de judic. Anton. de Butr. c. ex parte. ext. de reſtit. ſpoliator. Alex. l. naturaliter, ſ. nihil commune. & ibi Franciſc. Rip. nu. 75. ff. de acquir. poſſeſ. Cardin. Pariſ. conſ. 1. num. 176. lib. 1. Roland. à Vall. conſ. 1. nu. 32. & 33. lib. 1.*

Sed illa exceptio, quod ſtatus Nobilium in J. petere nequeant reſtitutionem ad quaſi poſſeſſionem judicii provincialis in J. Item & juris Moravienſis, eam ob cauſam, quia ſecundum legitimam diſpoſitionem cuilibet Principi ſuperiori permittitur judicia inferiora, item & jus, Statuta vel conſuetudines ſubditorum abrogare, alterare ſive immutare, eſt fundata non tantùm in juris praeſumptione, ſed etiam in juris diſpoſitione; ideoque probatione non indiget, *arg. l. fin. in princip. ff. quod. met. cauſ. l. ſive poſſidetis. C. de probat.*

Deinde etiam illa exceptio reſpicit non tantùm prioritatem, verùm etiam quaſi poſſeſſionem juris, & ſi illa reſtitutio fieret ex illa, poſſet oriri & ſcandalum, & peccatum, & magnum periculum & praejudicium irreparabile, tàm reſpectu Marchionis G. F. quam ſubditorum ſuorum in Ducatu in J.

Igitur etiam ex hoc capite ſequitur, reſtitutionem petitam vel petendam non admittendam, praeſertim non ſufficienter prius diſcuſſis exceptionibus, Marchionis G. F. contra hanc petitionem competentibus.

20 Quartò, privatus † poſſeſſione ſua ex juſta cauſa, vel etiam culpa ſua reſtitutionem petere nequit, nec illi datur remedium poſſeſſorium recuperandae vel redintegrandae poſſeſſionis, *Archid. & Gemin. c. redintegranda. 3. quaeſt. 1. Ant. de But. & Dd. c. ſaepe. ex. de reſtit. ſpoliator. Lapus alleg. 52. Alex. conſ. 6. incip. circa proceſſum. lib. 3. & conſ. 90. lib. 5. Socin. l. cum ſive nobis. ff. de acquir. poſſeſ. Socin. conſ. 39. & conſ. 191. conſ. 402. col. fin. & conſ. 449. nu. 31. & 32. Corn. conſ. 29. lib. 2. M. de Afflict. deciſ. Neapolitan. 302. col. fin. dub. 3. Albert. Brun. conſ. 21. nu. 2. Cardin. Pariſ. conſ. 1. nu. 164. lib. 1. Socin. jun. conſ. 68. num. 12. lib. 3.* ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionem communiter receptam.

Et haec opinio uſque adeò vera eſt, ut ſpoliato poſſeſſione ſua ex juſta cauſa vel culpâ ſua, nec officium quidem Judicis pro recuperanda poſſeſſione implorare permittatur, *Anton. de Butr. & Imol. c. ſaepe. ext. de reſtit. ſpoliator. Alex. conſ. 6. col. penult. lib. 3. Socin. conſ. 266. col. 9. lib. 2. & conſ. 39. col. 2. lib. 3.*

Ei quoque, qui licitè & jure permittente poſſeſſione ſua vel quaſi privatus fuit, petitio reſtitutionis denegatur, *Caepol. conſ. 60. col. pen. dub. 2. Dec. conſ. 191. col. pen. conſ. 302. col. fin. Rip. c. ſaepè. num. 16. & 17. ext. de reſtit. ſpoliat. facit id quod tradit Cardin. Pariſ. conſ. 1. nu. 169. & 175. lib. 1.*

Deinde etiam ſpoliato ſive privato poſſeſſione, & petenti reſtitutionem reſtitutio ante omnia concedenda non eſt, vel quando illa vis, qua quis poſſeſſione ſua privatus fuit, non eſt vis expulſiva, ſed eſt vis compulſiva, *Bald. & Alex. l. naturaliter. ſ. nihil commune. & ibi Rip. num. 74. ff. de acquir. poſſeſ.* Vel quando illa vis ſive violentia eſt quidem expulſiva, ſed ficta non vera; *Bartolus l. ſi de vi. ff. de judic. Iacob. Novell.*

in Pract.

in Pract. & Theoric. cauſar. criminal. §. vulgaris eſt regula. nu. 10.

Sed ut ex ſuprà dictis liquet, Marchio G. F. licitè & jure permittente judicium provinciale, nec non & jus Moravicum abolevit & abrogavit, multasq; juſtas & legitimas cauſas hujus ſui inſtituti habuit: Nec dici vel prætendi poteſt, ſuam Illuſtrem Celſitudinem hoc facientem vim aliquam aut violentiam commiſiſſe, præſertim expulſivam & veram.

Igitur etiam & ex hoc capite ſequitur, ſtatus atque ordines Nobilium Ducatus in J. reſtitutionem judicii provincialis, item & juris Moravici petentes audiendos non eſſe, nec illis reſtitutionem concedendam, præſertim ante omnia, & non diſcuſſis prius exceptionibus Marchionis G. F.

CONSILIUM VICESIMUM QVARTUM.

In cauſa Nobilium M. D. C. de S. In qua tractatur materia probandi ſolutionem per præſumptiones.

SUMMARIA.

1. *Scientiam rei alienæ habens, præſcriptione ſe tueri nequit.*
2. *Quod etiam in præſcriptione actionum perſonalium obtinet.*
3. *Et in præſcriptione immemoriali.*
4. *Etiam in foro civili.*
5. *Mala fides defuncti in præſcriptionibus an noceat hæredi & ſucceſſori ſingulari, ſi à ſe præſcriptionem inchoare velit.*
6. *Contra actiones perſonales regulariter non niſi 30. ann. præſcriptio currit.*
7. *Præſcriptio 30. annor. per ſolam citationem interrumpitur. Declaratur n. 55.*
8. *Interruptio præſcriptionis, facta contra unum ex duobus pluribusvè reis debendi, etiam contra alium efficax eſt.*
9. *Solutio debiti non præſumitur. Contrar. n. 33.*
10. *Ne quidem ex lapſu longiſſimi temporis. Contrar. n. 34.*
11. *Ex curſu longi vel longiſſimi temporis præſumitur qualitas actus.*
12. *Titulus non item, nec ſubſtantia actus. Contrar. n. 51.*
13. *Nec titulus liberatorius quidem, in iis caſibus, in quibus agitur de gravi præjudicio. Contrar. n. 47. 49. 52.*
14. *Titulus liberatorius remiſſionis gratuitæ non præſumitur. & n. 56. ubi ratio.*
15. *Quid tamen ad hoc copulativè requiratur, & non præciſè conjunctio ſanguinis & computatio rationis, & n. 57.*
16. *Contrariorum eadem eſt diſciplina & potentia.*
17. *Soluto debito inſtrumentum crediti repeti ſolet.*
18. *Factum eſſe in dubio præſumitur, quod fieri conſuevit.*
19. *In ſagacem negligentiæ culpa non cadit.*
20. *Ex perſonæ qualitate magna præſumptio capitur.*
21. *Inſtrumenti vis ad probandum.*
22. *Contra inſtrumentum mutui qualis probatio admittatur, & n. 60.*
23. *Contractus in ſcriptis quando celebratus cenſeatur, & n. 37. ubi aliter quàm hic, & n. 61.*
24. *Præſumptio ex lapſu temporis deſcendens eſt præſumptio juris tantùm, & contrariam probationem admittit. Declar. n. 61.*
25. *Præſumptio una aliam elidit.*
26. *Ex pluribus præſumptionibus non inducitur plena probatio in criminalibus. Declaratur nu. 63.*
27. *Cauſa civilis ardua criminali æquiparatur.*

28. Præſumptionis vis, & n. ſeq. & n. 38.

29. Plures probationes ſimul in actu aliquo concurrentes plenam probationem inducunt.

30. Etiam in criminalibus.

31. Nobiles quales præſumantur.

32. Dictum, Teſtis non legitimè examinati, ſaltem præſumptionem facit.

33. Solutio etiam præſumptionibus probatur.

34. Maximè ſi ceſſatio longi temporis concurrat.

35. Quo caſu ſolutio plenè probatur, etiam in iis caſibus, in quibus contractus, unde inſtrumentalis debiti obligatio deſcendit, in ſcriptu ſit celebratus.

36 An probatio per præſumptiones ſufficiat in omnibus caſibus, in quibus lex probationem inſtrumentalem requirit, & n. 38.

39. In probationibus non quod poſſibile, ſed quid veriſimile eſt, inſpicitur.

40. Non veriſimilia non attendenda.

41. Fides veroſimilium.

42. Præſumptio ex temporis lapſu deſcendens qualiter locum habeat.

43. Ignorantiæ juſtam cauſam nemo in facto proprio prætendere poteſt.

44. Scientia facti alieni quomodo ex conjecturis probetur, & n. ſeq.

45. Notorium quod dicatur.

46. De ignorantia non juſta nec veriſimili vel probabili.

48. Hæredis & defuncti una perſona.

50. Facta, quando præſumantur.

52. Titulus liberatorius eſt obligatorio favorabilior.

53. Interpellatio extrajudicialis regulariter non nocet.

54. Bona fides quomodo probetur.

58. Eſſe hoc non probat, quod ab eo abeſſe contingit.

63. Præſumptio ſumpta à conſueto & perſonæ qualitate, quomodo tollatur.

64. Debita hæreditaria inter hæredes quomodo ipſo jure dividantur.

65. Actio merè perſonalis non rem, ſed perſonam obligatam ſequitur.

66. Actor forum rei ſequitur.

67. Debitor in loco contractus, vel ſolutioni deſtinato conveniri nequit, ibi non reperiatur. Fallit. nu. 72.

68. Continentia cauſæ dividi non debet.

69. An verò, ne propter diverſitatem fori quidem, & n. ſeq.

70. Verbis legis quantopere inhærendum.

71. Continentia cauſæ quod dividi non debeat, in rei favorem introductum.

73. Conſors litis aliquibus caſibus conſortem ſuum defendere in judicio poteſt.

74. Non tamen invitum.

75. Regulæ juris qualiter inhærendum.

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QUO NIHIL FELIX FAUSTUMQVE.

AD MIHI TRANSmiſſum caſum unà cum copiis, ſuper quo juris informatio petitur, quamvis illa ſit dubius, ideoq; conſultius ut ille (ſi ullo modo poſſibile) per amicabiles tranſactiones componatur: tamen poſt diligentem perlectionem & conſiderationem exiſtimo in jure fundatum, Primò, Actorem cum producta copia originalis obligationis parum ſe tueri; Reum verò econtrà, conſideratis omnibus circumſtantiis illarum in figuratione caſus memoratarum, exceptione ſolutionis præſumptivè pro rata de jure ſe defendere poſſe, quemadmodum hoc ſequentibus jurium fundamentis probatur.

Cæterùm cum quaſi ferro viam veritatis aperiat, qui per contraria tranſit; Ego, ut hujus deciſionis veritas magis eluceſcat, Primò ponam ida, quæ huic deciſioni obſtare videntur. Secundò adducam rationes, quibus hæc noſtra deciſio comprobatur. Tertiò, ad contraria reſpondebo.

Primò itaq; contra hanc deciſionem adduci poteſt. Namq; clari juris eſt, † quod is qui eſt in mala fide, qui videl. ſcit ſe obligatum eſſe, vel ſcit, rem a ſe poſſeſſam, vel detentam ad alium ſpectare, ſe nullius temporis præſcriptione tueri vel juvare poſſit, *c. vigilanti. & c. fin. & ibi Dd. ext. de præſcript. c. poſſeſſor. & ibi Dyn. Ioan. Andr. Philip. Franc. & Dd. de reg. jur. lib. 6.* 1

Quod procedit non tantùm in † præſcriptione actionum realium, verùm etiã lo- 2

cum

cum habet in præſcriptione actionum perſonalium, *gl. Innoc. Ant. de Butr. Abb. Felin. & Dd. c. fin. ext de præſcript. Alex. conſ. 185. col. antepen. lib. 3. & conſ. 83. lib. 3. conſ. 63. & conſ. 99. lib. 4. Præpoſ. c. 1. §. ſiquis, part. 30. ſi de feud. defunct. contentionum mult. ſimilib. alleg. per Franciſc. Balb. in tr. de præſcript. 2. part. 3 part. princip. quæſt. 12.* ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionem communiter receptam eſſe.

3 Quod uſque adeò verum eſt, ut procedat etiam in † præſcriptione illius temporis, cujus in contrarium memoria non exſtat. Namque nec illius quidem temporis præſumptione is, qui eſt in mala fide, ſe tueri vel juvare poteſt, *gloſ. c. 1. verb. niſi. & ibi Philip. Franc. de præſcript. lib. 6. Ang. §. furtivæ. Inſtit. de uſucap. Bertach. in ſuo repert. verb. præſcriptio quomodo cauſetur. verſ. fin. Orland. de curte inter conſil. Calcan. conſ. 6. colum. pen. Bart. de Vulpis inter conſ. Calcan. conſ. 53. col. 2. Iaſ. conſ. 24. col. pen. lib. 3. Alex. conſ. 13. col. 4. in fin. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 368. Franciſc. Balb. in tract. de præſcript. 2. part. 3. part. princip. quæſt. 6. n. 20. Aym. Cravet. conſ. 246. in fin. lib. 1. Aym. Cravet. in tract. de antiquit. tempor. 4. part. §. materia iſta, num. 19. Capit. deciſ. 4. Cardin. Pariſ. conſ. 26. num. 31. conſ. 102. num. 113. lib. 1. & conſ. 66. num. 128. lib. 3. Covarru. repet. c. poſſeſſor. §. 8. nu. 4. de reg. jur. lib. 6.*

4 Et hoc non tantum in † foro Canonico, ſed etiam in foro civili locum habet. Quia ſecundum communem & receptam Doctorum ſententiam, jura civilia permittentia præſcriptionem cum mala fide, ſibi, per jus Canonicum correcta ſunt, uſque adeò, ut jus Canonicum, corrigens hoc caſu jus civile, etiam in foro civili ſervetur, *gloſ. & Ioan. Andr. c. poſſeſſor. de regul. jur. lib. 6. Hoſtienſ. in ſumma tit. de præſcript. rerum immobil. §. verum. col. 1. & 2. Abb. Imol. Felin. & Dd. c. fin. ext. de præſcript. Bald. & Ang. l. ſuper longi. C. de præſcript. longi tempor. Franciſc. Balb. in tract. de præſcript. 2. part. 3. part. princip. quæſt. 7. nu. 4. Bart. l. Privilegia. C. de SS. Eccleſ. Roman. conſ. 275. in in fine. Alex. conſ. 185. lib. 2. Dec. conſ. 144. nu. 4. Calcan. conſ. 7. Aym. Cravet. conſ. 145. lib. 1. Aym. Cravet. in tract. de antiq. tempor. 4. part. §. materia iſta, nu. 10. Cardin. Pariſ. conſ. 92. nu. 30. lib. 3.*

5 Præterea clari juris eſt, quod † mala fides defuncti in præſcriptionibus noceat hæredi & ſucceſſori univerſali, licet ille hæres præſcriptionem à ſe inchoare vel incipere velit, *l. cum heres. ff. de diverſ. & temp. præſcript. l. cum qui. §. in hac actione. & ibi gloſ. & l. ſi ego. §. pactum ff. de publ. in rem action. l. vitia. & ibi gloſ. C. de acquir. poſſeſ. l. 2. C. de fructib. & lit. expenſ. l. fin. C. communia de uſucap. gl. l. 2. & ibi Bart. C. de uſucap. pro herede. gl. l. Pomponius. §. 1. & ibi Raph. Cuman. Paul. Caſtrenſ. Roman. Alex. Iaſ. & Dd. ff. de acquir. poſſeſ. gloſ. l. ſequitur. §. fructus ff. de uſucap. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de præſcript. §. fin. in addit. magna. Bartol. l. Celſus. ff. de uſucap. Bald. auth. ad hac. colum. 16. verſ. ſed quid dicemus de hærede præſcribentis. C. de uſur. Ang. d. l. cum qui. §. in hac ff. de Publician. in rem actio. Ant. de Butr. c. quia, ex. de judic. ant. Butr. Imol. Panor. & Fel. c. ſi diligenti. ex. de præſcript. Imol. rep. c. fin. ext. eod. tit. Panor. c. ad aures. col. 2. ex. de præſcrip. Paul. Caſtr. l. 3. & l. ſequitur. §. heres. ff. de uſucapion. Alex. conſ. 84. col. 1. lib. 1. conſ. 4. col. fin. conſ. 29 col. 3. conſ. 213. lib. 2. conſ. 63. conſ. 99. lib. 4. & conſ. 5. col. 2. lib. 5. Ang. §. ſed tamen. Inſtit. de uſucap. Franciſc. Balb. in tr. de præſcrip. 2. part. 3. part. princip. q. 12. n. 12.* In quibus locis *Iaſ. Fel. & Franc. Balb.* atteſtantur, & hanc opinionem communiter receptam eſſe, illamq; etiam in præſcriptione longiſſimi temporis 30. annor. nempe locum habere.

Cum itaq; Nobilis M. de S. illam ſummam 1500. floren. mutuò acceperit, & finito anno creditori reſtituere promiſerit, & ſic illius obligationis nullam juſtam cauſam ignorantiæ habere vel prætendere potuerit.

Sequitur, quod neque ipſe, neque filii ipſius, qui hæredes illius exiſtunt, ſe contra petitionem hujus mutui ullius temporis præſcriptione vel lapſu tueri vel defendere poſſint.

Secundò, licet aliqui Doctores concludant, malam fidem defuncti in præſcriptione hæredi non nocere, de æquitate Canonica, eo caſu, quando heres, qui eſt in bona fide, vult præſcriptionem à ſemetipſo inchoare, nec uti acceſſione ex perſona defuncti, *Innoc. cap. circa ext. de jure patronat. Dyn. & Philip. Franciſ. cap. poſſeſſor. de reg. jur. lib. 6. Cyn. Bald. & Ang. l. ſi ego. §. pactum. ff. de publ. in rem act. Cyn. & Imol. l. ſequitur. §. heres. ff. de uſucap. Cyn. l. 1. C. de uſucap. transform. Ioan. Andr. c. cum quis in jus alterius. de reg. jur. lib. 6. Bald. & Ang. l. 2. C. de uſucap. pro herede. Cyn. & Bart. l. vitia. C. de acquir. poſſ. Cyn. & Bart. l. cum heres. & ibi Cumanus ff. de diverſ. & tempor. præſcript. Paul. Caſtr. conſ. 158. col. 2.*

Digitized by Google

lib. 2. Alex. conſ. 9. col. fin. lib. 1. conſ. 39. col. 2. lib. 2. Bald. conſ. 41. col. 10. lib. 4. Socin. conſ. 60. lib 1. & conſ. 23. col. 2. lib. 2.

Illudq́; potiſſimùm locum habere velint aliqui in præſcriptione longiſſimi temporis 30. nempè vel 40. annorum, prout hoc tradit *Franciſc. Aret. l. Pomponius. §. cum quis. ff de acquir. poß.* ubi ipſe affirmat, eandem opinionem amplecti *Bald. in loco ab ipſo citato.* Idemq́; tenet *Socin. conſ. 60. lib. 1. & conſ. 23. lib. 2. Tiraquel. in tract. de præſcript. §. 1. gl. 2.*

Attamen illud certum & indubitatum
6 eſt, quod contra actiones † perſonales ex contractu mutui, aliisvè contractibus deſcendentes, regulariter nulla alia currat præſcriptio, quam 30. annorum tantùm, *l. neq. C. quibus non obſtat long. temp. præſcript. l. 2. C. de conſtit. pecun. l. 1. §. adhæc. C. de annal except. l. ſicut. & l. cum notiſſimi. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Iaſon l. licet. C. de jure deliber. Franciſc. Balb. in tract. de præſcript. 4. part. princip. part. 2. quæſt. 1. nu. 4. & part. 4. quæſt. 1.*

Cum itaque à morte nobilis Domini M. de S. nondum ſint elapſi 30 anni: Sequitur filios eusdemq́; hæredes ipſius ſe contra petitionem hujus mutui exceptione præſcriptionis vel lapſus temporis juvare vel tueri non poſſe, etiamſi præſcriptionem a ſe inchoare vellent, & vera eſſet illorum Dd. opinio, qui concludunt, malam fidem defuncti hæredi, qui eſt in bona fide, quoad præſcriptionem, non nocere.

7 Tertiò, præſcriptio † 30. annorum per ſolam citationem interrumpitur, *l. cum notiſſimi in princ. & §. imò. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. §. poteſt. vid. quæſt. 3. Bart. Iaſ. & Dd. l. fin. ff. de eo per quem fact. fuit. Franciſc. Balb. in tract. de præſcript. 3. part. 6. part. princip. quæſt. 4. princip. n. 4. & 6.*

8 Et interruptio præſcriptionis † facta contra unum ex duobus pluribusvè rei debendi, etiam contra alium efficax eſt, omnibusq́; aliis correis debendi nocet, *l. fin. C. de duobus reis. Franciſc. Balb. in tract. de præſcript. 3. part. 6. part. pr. quæſt 4. pr. n. 47. Bart. l. cum quis. §. ſi quis. pro reo. ff. de ſolut.*

Sed in caſu præſenti mutuum, de quo controvertitur, eſt contractum anno 1535. in die S. Martini. Atq́; conventum, ut illud mutuum creditori reſtitueretur anno 1595. in principio anni. Et tutores liberorum junioris B de S. anno 61. ratione hujus mutui per ſolemnem citationem fratres Nobiles J. & M. de S. in jus vocârunt. Et ſic videtur dicendum, per hanc citationem emiſſam, ante completos 30. annos, à tempore mutui & ſolutionis deſtinatæ illam præſcriptionem, ſi qua forſan hoc caſu hæredibus M. de S. patrocinari vel prodeſſe poſſet, interruptam, non tantùm adverſus J. & M. verùm etiam contra fratres ipſorum abſentes A. nempè & D.

Quartò, ſolutio † debiti non præſumitur, 9
ſed is qui ſolutionem allegat, eam probare tenetur, *l. 1. C. de probat. l. incivile. C. de rei vendic. l. in exceptionibus. ff. de probat. gl. l. 2. in verb. repello. & ibi Bart. Bald. Salic. & Dd. & Iaſ. nu. 132. C. de jur. emphyt. Speculat. & Ioan. And. in tit. de locat. §. nunc. aliqua verſ. trigeſimò primò. Imol. c. potuit. col. 43. ext. de loc. & cond.*

Et confirmatur ex eo, Tùm, quia ſolutio debiti facti eſt, & in facto conſiſtit, quæ facta non præſumitur, ſed probari debent, *l quætinq. §. fin. ff. de public. in rem act. l. in libello. §. facta. ff. de capt. & poſtlim. reverſ.*

Tùm, quia actoris intentione fundata, Reus regulariter exceptionem ſuam probare tenetur, *l. in exceptionibus. & l cum de indebito. §. ſin autem pro parte. ff. de probat. l. 1. ff. de except.*

Quintò, ſolutio † etiam ex lapſu longi 10
ſive longiſſimi temporis non præſumitur, juxta textum clarum & expreſſum, *l. libertis quos §. manumiſſis Teſtamento ff. de alimen. & cibar. legat.* ubi JCtus formaliter inquit: Manumiſſis Teſtamento cibaria annua, ſi cum matre morarentur per fideicommiſſum dedit, mater filius triennio ſupervixit, & neque cibaria neque veſtiaria eis præſtitit: cum in petitione fideicommiſſi liberti ceſſarent, ſed & ejus filia poſteaquam matri hæres extitit, quoad vixit annis 14. de iisdem ſolvendis interpellata non eſt, Quæſitum eſt, an poſt mortem filiæ à noviſſimo hærede petere poſſint, & tàm præteriti temporis, quàm futuri id, quod cibariorum nomine & veſtiarii relictum eſt, reſpondeo, ſi conditio extitiſſet, nihil propoſi cui non poſſint.

Et ſic ex illo textu clarè liquet, ſolutionem non præſumi neque probari per id, quod creditor longo vel longiſſimo tempore intermiſit vel ceſſavit, debitum petere.

Sextò, licet ex † lapſu longi vel longiſ- 11
ſimi temporis interdum præſumatur qualitas ſive ſolennitas actus, juxta text. *l. ſi filium,*

Digitized by Google

ſibus. & ibi Bald. & Dd. C. de petit. heredit. l. qui in aliena. & ibi Alex. Iaſ. & Dd. ff. de acquir. hered. Iaſ. Dec. & Dd. l. 1. C. qui admitti. Iaſ. l. ſciendum. ff. de verbor. obligat. Dec. c. 1. ext. de fide inſtrum. Felin. c. ſicut. ext. de ſent. & re judic. Aym. Cravet. in Tractat. de antiquitat. temp. 3. part. §. veniamus ad tertiam. Tiraq. in Tract. de praeſcript. §. 1. gloſ. 4.

12 Attamen ex † antiquitate temporis ſive curſu longi vel longiſſimi temporis nunquam præſumitur, neque titulus, *l. nullo. C. de rei vendic. l. diuturna. C. de longi temporis praeſcription. Alex. conſil. 179. col. 2. lib. 6.* neque ſubſtantia actus, *Alex. conſil. 50. col. 2. lib. 5. Dec. conſil. 442. col. 4. in fin.*

Et confirmatur, quia facilius inducitur qualitas rei, quam ejus ſubſtantia, *gloſ. fin. l. talis Scriptura. §. fin. ff. de legat. 1. Iaſ. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. col. 6. limit. 10. ff. de verb. obligat.*

13 Septimò, quod ex † ceſſatione longi temporis non præſumatur titulus liberatorius, qualis titulus eſt ſolutio in iis, in quibus agitur de gravi præjudicio, tradit *Bartol. l. cum te in rem verſo, num 7. ff. de uſur. Anton. de Butr. cap. pervenit. num. 31. ext. de cenſib. arg. d. l. libertis. §. 1. ff. de aliment. & cibar. legat.*

Cum itaque in caſu præſenti agatur de gravi præjudicio hæredum creditoris, etjam ex hac ratione videtur dicendum & concludendum, in caſu præſenti ex ceſſatione ſive intermiſſione petitionis debiti, per tempus longum vel longiſſimum non induci præſumptionem vel probationem ſolutionis debiti.

14 Octavò, licet in aliquibus caſibus † titulus liberatorius ex curſu ſive lapſu temporis præſumatur etiam in iis, in quibus agitur de gravi præjudicio, *l. Procula. ff. de probat.*

15 Attamen ad hoc ut titulus † liberatorius ex lapſu longi ſive longiſſimi temporis præſumatur, vel præſumi poſſit, Doctores tria copulativè requirunt, ſcilicet lapſum temporis longi, calculationem rationum ſæpius factam, & conjunctionem ſanguinis, & uno ex illis deficiente, tradunt illam præſumptionem locum non habere, *gloſ. & Bartol. l. libertis. §. 1. de alimen. & cibar. legat. Bartol. Bald. Salic. & Florian. l. Procula. ff. de probation. Bald. l. 2. quæſtion. 11. C. de jur. dot. Baldus l. cum propones. la. 3. & l. ſelectâ omni. col. 1. C. de pact. Roman. conſil. 517. Bartol. Alex. & Dd. l. quæ dotis. & ibi Iaſon. numer. 18. ff. ſolut. matrimon. ubi Iaſ. atteſtatur, hanc opinionem communiter receptam eſſe. Et idem tenet Alex. conſil. 48. num. 12. lib. 1. conſil. 56. num. 14. lib. 4. Dec. conſil. 79. num. 2. Matth. de Afflict. deciſ. Neapolitan. 13. numer. 12. Franciſc. Balb. in tract. de præſcription. 2. part. 3. part. princip. quæſt. 10. num. 16.*

Cum itaque in caſu præſenti inter debitorem & creditorem ultra lapſum temporis & ſanguinis conjunctionem non intervenerit computatio rationum, ſive calculatio, & inſuper creditor & debitor forſan non niſi longiſſimo gradu conſanguinitatis inter ſe conjuncti fuerint, quæ conſanguinitas ita remota, in nulla conſideratione habetur.

Et conſanguinei valdè remoti pro extraneis reputantur, *Bald. conſil. 16. lib. 1. Albert. Brun. conſil. 10. num. 17.* Videtur dicendum in caſu præſenti titulum liberatorium, ſolutionis nempe, ex lapſu ſive ceſſatione longi vel longiſſimi temporis præſumi non poſſe.

Nonò, † contrariorum eadem eſt 16 diſciplina, *l. fin. §. fin. ff. de legat. 3. l. & ſi contra. §. fin & ibi gloſ. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. gloſ. & Dd. l. ſecundum naturam. ff. de reg. jur. Dyn. c. qui ſentit onus. de reg. jur. lib. 6. Iaſ. Rub. ff. de acquir. poſſ.* Eademq; potentia, *l. ab emptione. & ibi Bald. ff. de pact.* Idem modus ſignificandi, *Bald. & Alex. l. ex duobus. in princip. argum. illius text. ff. de vulgar. & pupill.* Nec non & idem ſtatutum, *Bald. c. cum veniſſent. col. fin. ext. de judic.*

Et idem operatur præpoſitum in præpoſito, quod operatur oppoſitum in oppoſito, *l. fin. §. fin. & ibi Bartol. ff. de legat. 3. Bart. l. in fundo. ff. de rei vendic. Bart. & Doctores l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verbor. obligat.*

Sed ex eo, quod inſtrumentum debiti penes debitorem reperitur, inducitur & præſumptio & probatio, illud debitum ſolutum fuiſſe, præſertim ſi illud inſtrumentum cancellatum ſit, *Archidiac. cap. hunc numerum. diſtinct. 76. Bartol. Alex. Iaſon & Doctores l. Labeo. ff. de pact. gloſ. 2. & ibi Dd. cap. ſanè. ext. de renunciat. Bart. l. fullo. §. qui tabulas. ff. de furt. Bart. l. fin. ff. de his quæ in Teſta. delent. Bal. l. fin. C. quando fiſcus vel privatus, Bal. l. 1. col. pen. C. de latina libert. toll.*

Panorm.

Digitized by Google

*Panorm. & Dd. c. Eccleſia. el. 2. ext. ut lite pen-
dent. Felin. c. attendens. el. 1. nu. 2. ext. ut lite
non conteſt.*

Igitur ſequitur, in caſu præſenti ex eo,
quod inſtrumentum mutui penes hæredes
creditoris reperitur, & quidem illæſum &
non cancellatum ſatis ſufficienterq; pro-
bari illud mutuum ſolutum non eſſe, ſed
hæredes debitoris ad illud ſolvendum ad-
huc obligatos eſſe.

18 Decimò, ſoluto debito † creditor te-
netur debitori inſtrumentum crediti reſti-
tuere, *l. diſſolutæ. C. de condict. ex lege. l. pecu-
niæ. C. de ſolut. c. Eccleſia. cl. 2. & ibi Panorm.
ext. ut lite pendente.*

Et regulariter debitores ſoluto debito
conſueverunt inſtrumentum crediti ſtatim
à creditore repetere, nec ante reſtitutio-
nem inſtrumenti crediti, debitum ſolvere,
prout hoc experientia, quæ eſt efficax re-
rum magiſtra, teſtatur.

19 Illudq; in dubio † factum eſſe præſu-
mitur, quod regulariter fieri conſuevit, *l.
quod ſi nolit. §. quia aſſiduà. & ibi Bald. ff. de
ædil. edicto. l. certi condictio §. ſi nummos. & ibi
Bart. Alex. Iaſ. & Dd. ff. ſi cert. pet. l. ſi ſervus
plurium. §. fin. ff. de legat. 1. l. ſemper in ſtipu-
lationibus. & ibi Dec. Cagnol. & Dd. ff. de reg.
jur. cum multis ſimilibus allegatis. per Nicol. E-
verhard. in loco ab uſitatis ſolitis vel conſuetis.*

Et hoc, quod videlicet debitor præſu-
matur tempore ſolutionis debiti inſtru-
mentum crediti ſibi reddi curaſſe, potiſſi-
20 mùm procedit in debitore † ſagaci & dili-
genti, cum in hominem ſagacem & dili-
gentem nulla cadat præſumptio negligen-
tiæ, ſed omnia illa eum feciſſe præſumatur,
quæ quilibet diligentiſſimus facere ſolet;
*arg. l. non omnes §. à barbaris ff. de re milit. c.
mandata. ext. de præſumpt. And. Barbat. repet. c.
Raynaldus. col. 43 verſ. & ad hoc poteſt adduci.
ext. de Teſtam. Pantal. de Cremon. repet. l. 2. n.
124. C. de reſcind. vendit. Alciat. in tract. de
præſumpt. reg. 2. præſumpt. 8.*

Et confirmatur ex eo, namq; in omni-
21 bus omninò actibus ex † qualitate perſo-
narum magnam præſumptionem capimus,
*l. ſed etſi ſuſcepit. §. ſed etſi proponat. ff. de judic.
l. plenum in princip. verſ. juventus autem. & §.
equitij. ff. de uſu & habitat. l. ſtipulatio iſta. §.
hi qui ſunt. & ibi Iaſ. ff. verbor. obligat. Iaſ. l. li-
ber homo. &. 2. in princip. ff eo. tit. Iaſ. auth. un-
de ſi parens. num. 11. C. de inoffic. Teſtam. Socin.
regul. 44. Cephal. conſ. 23. nu. 28.*

Cum itaque Nobilis Dominus M. à S.
fuerit homo & ſagaciſſimus & prudentiſſi-
mus, & in negotiis ſuis diligentiſſimus.

Sequitur, quod non ſit veriſimile nec
præſumendum, ipſum inſtrumentum cre-
diti penitùs creditorem reliquiſſe, ſi ipſam
prædictam ſummam 1500. flor. creditori
ſolviſſet, vel ei qualibet alia ratione aut
modo ſatisfeciſſet.

Undecimò, Inſtrumento cuilibet ſta-
tur, donec probetur contrarium, *l. cum pre-
cibus. & ibi Dd. de probat. l. generaliter. & ibi
Salic. C. de non num. pecun.*

Et inſtrumentum habet duas præſum-
ptiones pro ſe, quod ſit verum, & quod ſit
ſolenne, *Bald. c. 1. de notis feudorum.* Imò in-
ſtrumentum eſt probatio prompta, expedi-
ta, præſens, realis, probata, evidens, evi-
dentiſſima, manifeſta, manifeſtiſſima, li-
quida, patens, certa, indubitata & notoria,
habetq; vim definitionis, prout hoc latè
tradit *Tiraq. in tract. de utroq. retract. part. 1.
§. 1. gl. 1. nu. 20. cum duob. ſequent.* ubi ipſe
plurimos Dd. pro hoc citat. Et aliquid de
hoc tradit *Iaſ. l. 1. in princip. nu. 10. ff. de oper.
nov. nunciat.*

Et contra † inſtrumentum mutui vel 22
alterius contractus non admittitur proba-
tio ſolutionis, niſi per quinque teſtes vel
aliud inſtrumentum, *l. teſtium. & ibi Bart.
Bald. Salic. & Dd. C. de teſtibus. l. generaliter.
C. de non numer. pecun. Felin. c. ſicut. ext. de
ſent. & re judic.*

Et licet Dd. velint, hoc tantùm locum
habere eo caſu, quando contractus eſt in
ſcriptis celebratus; Attamen videtur di-
cendum † omnem illum contractum cen- 23
ſeri in ſcriptis celebratum, de quo ut ſcri-
ptura fiat, inter contrahentes actum vel
conventum fuit, *gl. Inſtit. de empt. & vendit.
in princip. verb. Scriptura. & ibi Ioan. de Plat.
gl. l. teſtium. C. de teſtib. Specul. in tit. de empt.
& vendit. §. 1. verſ. ſed ſi dictum. Bald. l. con-
tractus. C. de fide inſtrum. Franciſc. Aretin. conſ.
160. Hippol. de Marſil. Rub. nu. 79. C. de fid.
inſtrum.*

Sed in caſu præſenti inter contrahen-
tes actum & conventum eſt, ut ſuper illo
contractu mutui inſtrumentum fiat.

Igitur videtur dicendum, contra illud
inſtrumentum mutui non admitti ullam
aliam probationem, niſi vel per aliud in-
ſtrumentum vel per teſtes quinque. Et per
conſequens, cum rei neque per inſtrumen-
tum, neque per teſtes quinque ſolutionem
mutui probare poſſint, ipſos ſe contra
actio-

actionem inſtitutam ex illo contractu mutui excetione ſolutionis tueri vel juvare non poſſe.

24 Duodecimò, † præſumptio deſcendens ex lapſu ſive curſu temporis, non eſt præſumptio juris & de jure, ſed eſt præſumptio juris tantum. Ideoque contra illam præſumptionem admittitur probatio contraria, *Cyn. l. ſi certis annis. quæſt. 10. & ibi Paul Caſtrenſ. & Iaſ. num. 15. limit. 3. C. de pact. Bald. l. 2. C. de dotis promiſſ. Ioan. Andr. c. fin. ext. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Abb. conſ. 60. col. fin. lib. 1. Anton. de Butr. c. pervenit. ext. de cenſib. Alex. conſ. 118. lib. 1. Cæpoll. conſ. 25. Bellemera conſ. 10. col. 10. in princip. Franciſc. Balb in tract. de præſcript. 3. part. princ. part. 1. quæſt 10. Aym. Cravet. in tract. de antiquitat. tempor. 3. par. § venio nunc ad tertiam. nu. 27. cum 2. ſeqq Covarr. repet. c. poſſeſſor. part. 2. §. 4. nu. 2. verſ. ſecundò ab eadem. de reg. jur. lib. 6.*

25 Quinimò, præſumptio † ex curſu longi vel longiſſimi temporis deſcendens, per ſolam præſumptionem contrariam tollitur & eliditur. *Abb. c. Albericus ext. de teſtib Corn. conſ. 144. col. 1. lib 4. Aym. Cravet. in tract. de antiquit. tempor. part. 3. §. venio nunc ad tertiam. num. 30.*

Sicut & regulariter alia quælibet præſumptio per præſumptionem contrariam tollitur & eliditur, *l. divus. ff. de reſtit. in integrum. l. non ſolum. ff. de rit. nuptiar. l. quia autem. §. non ſimpliciter. & ibi Ang. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. Teſtam. l. 1. in fin. C. qui & adverſus quos. l. mater. & ibi Ang. & Salic C. de calumn.*

Cum itaque in caſu præſenti ex qualitate perſonæ debitoris: Item etiam ex eo, quia creditor ſemper retinuit inſtrumentum mutui, & quidem non cancellatum, ſed illæſum, præſumatur illud mutuum ſolutum non eſſe, videtur dicendum per illam præſumptionem tolli omnem omninò præſumptionem ſolutionis, ſi quæ forſan hoc caſu ex lapſu temporis longi aut longiſſimi ſumi aut colligi poſſet.

26 Decimò tertiò & ultimò, plura † indicia ſive plures præſumptiones in cauſis criminalibus nunquam conjunguntur ad finem faciendi plenam probationem, & in cauſis criminalibus ex pluribus indiciis ſive præſumptionibus non inducitur plena probatio, *gl. c. venientes. el. 2. ext de teſtib. Ioan. de Imol. l. fin. in fin. ff. de hæred. inſtit. Alex. conſ. 143. col. 2. lib. 2. & conſ. 182. col. fin. lib. 1. Socin. conſ. 54 col. 1. lib. 3. Dec. conſ. 233. col. 4. & conſ. 267. col. final.*

Et cauſæ civiles † arduæ æquiparantur 27 cauſis criminalibus, *Bald. l. parentes. C. de teſtib. Petr. de Anchor. conſ. 27. circ. fin. & conſ. 62. colum. 2. Hippol. de Marſ. in Pract. crimin. §. expedito. nu. 60.*

Cum itaque cauſa præſens ſit cauſa civilis ardua, videtur dicendum in caſu præſenti etiam per plures præſumptiones ſive plura indicia ſimul juncta ſolutionem plenè & ſufficienter probari non poſſe.

Et licet hæc prima fronte fortiter urgere videantur: Ego tamen hiſce non obſtantibus concluſionem noſtram ſuperiùs factam veriſſimam eſſe judico.

Namque primò † præſumptio, & il- 28 lum pro quo militat, ab onere probandi relevat, illudq; in adverſarium transfert, *Bart. l. in illa ſtipulatione. ff. de verbor. obligat. Hippol. de Marſil. ſing. 451. arg. l. fin. in princ. ff. quod metus cauſ.*

Et ab eo, qui contra præſumptionem aliquid probare nititur, efficaciores & concludentiores probationes requiruntur, *Specul. §. fin. verſ. quinetiam. tit. de probat. Abbas c. quia veriſimile. arg. illius text. ext. de præſump. Abb. conſ. 11. col. 2. lib. 2. Dec. conſ. 105. colum. 3. conſ. 175. conſ. 177. & conſ. 195. col. 3. Hippol. de Marſil. ſing. 451.* Et præſumptioni ſtatur, quando veritas aliter haberi non poteſt, *Calcan. conſ. 8. volum. 6. Hippol. ſing. 451.* Nec non etiam præſumptio ſecum affert probationem, *Hippol. de Marſil. Rub. nu. 193. C. de probat. Hippol. l. 1. §. ſi quis dicatur. num. 16 ff. de quæſtionibus. Ioan. Nicol. in addit ad Alciat. in tract. de præſumpt. part. 3. nu. 4.*

Et actus a jure præſumptus, eo ipſo probatus intelligitur, quod non probatur contrarium, *gloſ. l. ſi creditor. C. de pignor. act. gl. l. in Teſtamento. C. de Teſtam. milit. And. Barbat. Rub. ext. de probat. Alciat. in tract. de præſumpt. part. 3. nu. 4.*

Quinimò, præſumptio dicitur probatio evidens, *l. quidam Teſtamento. ff. de vulgar. & pupill. l. licet Imperator. & ibi Iaſ. de legat. 1. c. 2. ext. de cognat. ſpiritual. Abb. c. licet cauſam. notab 11. ext. de probat. Abb. c. cum dilecti notab. 1. ext. de donat.* Manifeſta, *c. 1. & ibi Abb. notab. 2. extr. de cenſib. c. 1. & ibi Abb. notab. 2. ext. de Cler. non reſid. Bart. l. ſi quis ex argentariis. §. penul. ff. de edend. Bald. l. cum proponebatur. arg. ill. text. ff. de legat. 2.* Patens, *Abb. c. ad noſtram. ultim. notab. arg. illius text. ext. de empt. & vendit. Iaſ. d. l. licet Imperator. num. 7.* Certa & indubitata, *gloſ. c. quoniam. §. ſin autem. verb. præſumatur. ext. ut lite non conteſt.*

Felin.

Felin. Rub. nu. 2. ext. de probat. Liquida, *l. 1. & ibi Ang. Alex. & Iaſ. C. de Teſtam. milit.* Liquidiſſima, *gl. l. ſi tutor petitus. & ibi Bal. C. de perie. tutor. Imol. l. quæſitum. ff. de re judic. Imol. l. in tempus. §. 1. & l. ſi ita quis hæres. ff. de hæred. inſtit. Florian. l. patronus. in princip. ff. de probat. Barbat. l. ſciendum. colum. 10. ff. de verb. obligat. Bald. l. ita demum. col. fin. C. de Procurat. Bald. l. 1. oppoſit. 3. C. ſi in fraud. patron. Bald. conſ. 193. colum. 2. lib. 4. conſ. 483. lib. 5. Paul Caſtrenſ. conſ. 116. col. 3. lib. 1. & conſ. 74. col. 2. lib. 2. Alexand. l. manifeſtæ. 2. notab. ff. de jurejur. Iaſ. l. luat Imperator. nu. 8. ff. de legat. 1. Felin Rub. nu. 2. & ibi Dec. nu. 13. ext. de probat. Iaſ. l. 1. nu. 9. C. de Teſtam. milit. Tiraq. repet. l. ſi unquam verb. donationé largitus nu. 138. C. de revoc. donat.* Lucidiſſima, *Fulgoſ. l. 1. C. de Teſtam. militar. Alciat. in tract. de præſumpt. part. 3. nu. 3. & 4.* Et pro veritate habetur, *gl. fin. l. penult. ff. de probat. Iaſ. l. 1. nu. 9. C. de Teſtam. militar.* Atque ad reportandam victoriam ſufficit, *Felin. Rubr. nu. 2. ext. de probat. Ioan. Nicol. in addit. ad Alciat. in tract. de præſumpt. part. 5. nu. 4.*

Huc accedit, quod tradit *Bald. conſ. 249. circa fin. lib. 1. Aym. Cravet. conſ. 158. num. 11.* ubi ipſi formaliter inquiunt; Ex naturalibus indiciis ſeu præſumptionibus veritas comprobatur, veritati etiam omnia conſonant, & nihil ei diſcrepat verum lumen intuenti.

Et prædicta potiſſimùm procedunt, 29 quando † plures præſumptiones ſive conjecturæ in aliquo actu ſimul concurrunt. Namque ex pluribus conjecturis ſive præſumptionibus ſimul concurrentibus plena probatio inducitur, *gl. l. 2. §. 1. ff. de excuſ. tutor. gl. l. 3. § ejuſdem. ff. de teſtib. gl. l. inſtrumenta. C. de probationib. gl. c. cum dilectus. ext. de ſucceſ. ab inteſt. gloſ. c. cum cauſam. ext. de probat. gl. c. accedens. el. 1. ext. ut lite non conteſt. Roman. conſ. 7. colum. 1. cluſ. 8. & conſ. 34. Bald. & Hippol. de Marſil. Rub. C. de probat. Calcan. conſ. 8. nu. 9. & conſ. 77. num. 4. Aym. Cravet. conſ. 73. nu. 19. & conſ. 158. nu. 11. Hippol. de Marſil. l. 1. §. idem Cornelio nu. 2. ff. de quæſtionib.*

30 Quod etiam in cauſis † criminalibus locum habere volunt, *Abb. conſ. 113. col. 2. lib. 2. Bald. conſ. 364. col. 2. lib. 3. Calcan. conſ. 2. colum. 16. Calderin. conſ. 22. tit. de conſtitut. Aym. Cravet. conſ. 73. nu. 19.* Imò duas præſumptiones ſimul junctas plenam probationem facere aliqui tradunt, *Calcan. conſ. 8. nu. 9. Aym. Cravet. conſ. 158. nu. 11.*

Et prædicta abſque omni dubio locum habent in præſumptione à jure approbata. Illa enim ad proferendam ſententiam diffinitivam ſufficit in omnibus omninò cauſis etiam civilibus graviſſimis & criminalibus, licet agatur de capitali ſupplicio irrogando, *Abb. c. accedens. col. 2. ext. de accuſat. Abb. & Dd. c. 1. ext. de judic. Bald. l. fin. poſt princip. C. de probat. Bald. l. hi qui adulterij. arg. illius tex. C. ad l. Iul. de adulter. Felin. c. affectæ. nu. 7. ext. de præſumpt. Dec. Rub. nu. 13. ext. de probat. Dec. c. porrecta. nu. 1. ext. de confirm. utili vel inutili. Dec. l. cum quid. ff. ſi cert. pet. Dec. c. tertio loco. num. 12. ext. de probat. facit text. c. de hoc. ext. de Simonia. c. rurſus & c. quicunq; 11. q. 3.*

Idem quoque juris eſt in præſumptione violenta vel violentiſſima. Illa enim ſimiliter abſque omni dubio ad ſententiam diffinitivam proferendam ſufficit, etiam in cauſis graviſſimis & maximi præjudicii tam civilibus quàm criminalibus, *Ioan. And. in addit. ad Specul. tit. de probation. § fin. verſ. 15. Anton. de Butr. & Abb. c. tertio loco. ext. de probat. Bald. l. excipiuntur. arg. ill. text. ff. ad SC. Syllejanum. Felin c. aſſerte. nu. 10. ext. de præſumpt. Dec. Rub. nu. 13. ext. de probat.*

Sed in caſu præſenti plurimæ ſunt conjecturæ, indicia & præſumptiones ſolutionis factæ. Namque debitor fuit & homo nobilis & fide digniſſimus & locupletiſſimus. Eamq; ob cauſam præſumitur ipſum promiſſa ſervaſſe & tempore conſtituto, vel in continenti poſt debitum ſolviſſe.

Cum Nobiles † præſumantur dicta atque promiſſa ſua præciſè ſervare, adimplere, Imò in ipſis præſumatur tantùm legalitatis atque fidei, ut ſi quicquam promiſerunt, id peræquè ſit certum ac indubitatum, ac ſi jam factum eſſet, *And. de Iſern. c. 1. verſ. hoc intelligendum. & ibi Matth. de Afflict. col. 4. qui ſucceſ. teneant. Ioan. Lupus. repet. Rubr. de donat. int. vir & uxor. charta 4. colum. 3. Tiraq. in tract. de Nobilitate c. 20. num. 23.* Sicut & aliàs pro Nobilibus ſemper præſumitur, *gl. c. illud. diſtinct. 40. Ioan. Andr. c. conſtitutus. el. 2. col. pen. ext. de appell. Roman. ſing. 727. Barbat. l. ſi ex ſtipulatu. colum. 9. ff. verbor. oblig. Barbat. conſ. 62. colum. 4. lib. 1. conſ. 3. colum. 13. conſ. 35. conſ. 57. lib. 2. conſ. 60. lib. 3. & conſ. 43. col. antepen. lib. 4. Iaſ. l. ſi pecuniam §. fin. ff. de condict. ob cauſam. Socin. junior conſ. 39. nu. 26. lib. 2.* 31

Et in priorem ſententiam de Agamemnone

memnone loquens, Iliad. 18.ſcriptum reliquit Homerus:

Mox ſimul ac dictum eſt verbum res ipſa peracta eſt.

Creditor verò fuit egenus & pauper, & adveniente die ſolutionis, inſtantiſſimè & cum ſumma importunitate petiit & inſtitit ſibi debitum ſolvi, & in continenti poſt literas miſit ad quendam Plebanum Joan. Caſpar. pecuniam ſibi debitam mille nempe & quingentorum florenor, ab Illuſtriſſimo Duce Electore B. nomine M. de S. eſſe miſſam Tangermundam, ſeq; eò proficiſci velle ejusq; ſolutionem recipere.

Item, poſt illud tempus creditor, quamvis egenus & pauper, qui poſtea decem annis ſupervixit, illius debiti nomine nunquam interpellavit, neque debitorem qui ſeptem annos ſupervixit, neque hæredes ipſius, inter quos tamen & ipſum magnę ſimultates, odia atque diſſidia intervenêre, ita ut non ſit veriſimile, eum nullas non controverſias vel lites, ſi quando forſan juſtam cauſam habuiſſet, illis non moviſſe.

Et licet mihi narratum non ſit, nec etiam ex depoſitione Joan. Caſp. Plebani conſter, quod ipſe vel parte adverſa citata, & cum jurejurando & intervenientibus reliquis ſolennitatibus à rege requiſitis examinatus fuerit.

Attamen illius depoſitionem ſaltem indicium ſive præſumptionem facere ſtatuo. Cum dictum † ſive depoſitio teſtis exa-
32 minati & abſq; jurejurando & parte adverſa nō citata & nō intervenientib. ſolennitatibus à lege requiſitis, ſaltem indicium ſive præſumptionem faciat, *gl. c. cum olim. verb fratrum. ext. de privil. gl. & Bald. c. 1. §. ſi duo. de pace tenend. Ang. l. quæro. §. fin. arg. ill. text. ff. de ædil edict. Alex. conſ. 24. nu. 42 conſ. 291. col. 10. lib. 2. & conſ. 147. col. 1. lib. 6. Fr. Aret. conſ. 164. Curt. jun conſ. 106. col. 3 Socin. conſ. 262. col. 6. & conſ. 291. lib. 2. Dec. conſ. 54. col. 2. Dec. c. 2. n. 18. ex. de teſtib. M. de Afflict. deciſ. Neapol. 40. n. 10. Aym. Cravet. conſ. 198. n. 11.*

Hanc præſumptionem etiam coadjuvat, Namq; in inſtrumento mutui cautum eſt, ut ſi contingeret unum vel plures ex fidejuſſoribus mori, quod debitor ad petitionem creditoris cogatur loco demortui ſive demortuorum, alios fidejuſſores idoneos dare & conſtituere, & narratur multos omninò fidejuſſores ante multos annos deceſſiſſe, & neq; creditorem neq; hæredes ipſius petiiſſe ipſorum loco alios ſibi dari vel conſtitui, quod abſq; omni dubio creditor ejusq; hæredes non neglexiſſent, ſi prædicta ſumma mutui ſulura non fuiſſet.

Huc accedit, & curſus temporis non modò longi ſed fermè longiſſimi temporis, atque ceſſatio debitoris per tempus non modò longum, ſed fermè longiſſimum, qui curſus temporis & veriſſima probatio eſſe creditur, *Tiraquell. in tractat. de præſcript. §. 1. gloſ. 4. verſic. 25.* Et pro veritate eſt atque habetur, *Bald. conſil. 433. in fin lib. 1. Tiraquell. in tractat. de præſumpt. §. 1. gloſ. 4. verſ. 25.*

Et ſic in caſu præſenti ex hiſce præſumptionibus ſimul junctis, meo quidem judicio colligitur plena & ſufficiens probatio ſolutionis factæ.

Secundò, pro hac deciſione confirmanda facit, Namque clari & indubitati juris eſt, † quod ſolutio non tantùm teſtibus & inſtrumentis, verùm etiam præſumptionibus, conjecturis atque indiciis probetur, *gl fin. l. 1. C. de probat.* 33

Et ſatis probatur per id, quod & legibus cautum & à Dd. communiter traditum eſt, per hoc quod inſtrumentum debiti reperitur penes debitorem, præſumi debitum ſolutum illamq; præſumptionem & ad probationem ſolutionis ſufficere, & illi ſtandum donec contrarium probetur, maxime ſi inſtrumentum debiti ſit cancellatum, vel probetur illud inſtrumentum à creditore debitori redditum, *l. ſi. chirographum. ff. de probat. Archidiac. cap. hunc numerum. diſtinct. 76. Bartol Alex Iaſon. & Dd. l. Labeo. ff. de pact. cum multis ſimilibus allegatis in nona ratione dubitandi.* Idem etiam probat text. *l. quicunque. C. de Apoch. public. lib. 10.*

Dum videlicet in illo textu expreſsè deciditur. Eum qui oſtendit, ſe tribus proximis annis ſolviſſe tributum, retrò tributum ſolviſſe præſumi. Eamq; præſumptionem ad faciendam plenam probationem de ſolutione tributi præteritorum annorum ſufficere, & illi ſtandum, donec contrarium probetur.

Et ex illo textu colligunt gloſa & Dd. communiter, Eum qui probat, ſe canonem emphyteuticum, vel penſionem conventam tribus proximis annis ſolviſſe, eo ipſo præſumi omnibus annis præcedentibus in infinitum uſque canonem emphy-

tenticum & penſionem conventam ſolviſſe. Eamq; præſumptionem & vim plenè probationis obtinere & illi ſtandum donec contrarium probetur, *gloſ. l. 2. verb. repellere. & ibi Bartol. Bald. Salic. Dd. & Iaſ. num. 135. cum duob. ſeqq. C. de jur. emphyt. Bal. c. literæ. ex. de dilat. Ang. §. ſcire autem auth. de non alien aut permut. reb. Eccl. Spec. & Ioan. And. tit. de locat §. nunc aliqua. verſ. 27 Iaſ. l. ſi certis annis n. 4. C. de pactis. Iaſon. l. 1. C. de fideicommiſſ. Ioan. de Platea & Dd. d. l. quicunq. C. de Apoch. publicis lib. 10. Franc. Balb in tract. de præſcript. 2. part. 3. part. princip. quæſt 20. nu. 18. Alciat. in tract. de præſump. regul. 2. præſump. 27. nu. 9.*

Et hoc habet locum non tantum in prædictis præſumptionibus, verùm etiam in præſumptionibus ſimilibus vel æquè efficacibus. Tum, quia de ſimilibus idem eſt judicium, *c. inter cætera. ext. de reſcript. c. translato. ext. de conſtit. c. 2. ext. de translat. Prælat. c. cauſam. ext. de ſent. & re judic. c. 2. ext. de ſponſalib. gl. c. literas. ext. de filiis Preſbyter. gl. l. Servia. §. 1 d. de cenſib. cum mult. ſimil. allegat per Nicol. Everhard. in loco à ſimili.*

Tum, quia ubicunque eſt eadem ratio vel æquitas, idem jus ſtatui debet, *l. illud in princip. ff. ad l. Aquil.* Tum, quia excepto uno caſu, cenſentur etiam omnes ſimiles caſus ſive eandem rationem habentes, excepti, *c. tum dilecta. & ibi Abb. extr. de confirmat. utili vel inutili. cap. poſt translationem §. quanquam. & ibi Bald. & Dd. ext. de renunc. Alex. l. ſi conſtante. in pr. ff. ſolut. matrim. gl. & Bald. l. 1. C. de condict. indeb. Felin. c. quoniam frequenter ad finem primæ columnæ ex. ut lite non conteſt. Felin. c. nonne. ext. de præſumpt. Dec. & Cugnol l. 1. ff. de reg. jur.*

Et prædicta potiſſimùm locum ha-
34 bent, † quando ultra alias conjecturas ſive præſumptiones patientia ſive ceſſatio longi temporis concurrit, Tunc enim per illas conjecturas ſive præſumptiones juncta ceſſatione longi temporis abſque omni dubio ſolutio ſive titulus ſolutionis probatur, prout hoc tradit *Bartol. l. cum de in rem verſo. num. 7 circa finem. ff. de uſur.*

Dum videlicet ibi expreſsè concludit, titulum liberatorium, qualis titulus ſolutio eſt, per patientiam longi temporis probari, ſi alia concurrant, etiamſi agatur de gravi præjudicio, & idem tenet *Anton. de Butr. cap. pervenit. nu. 31. ext. de cenſib* ubi ipſe ſimiliter expreſsè concludit, ex patientia longi temporis probari titulum liberatorium ſive liberationis, etiam in iis quæ ſunt gravis præjudicii, ſi aliæ præſumptiones & conjecturæ concurrant.

Et hæc uſque adeò vera ſunt, ut præ-
ſumptiones † plures ſimul junctæ, præſer- 35
tim accedente patientia ſive ceſſatione, plenam probationem ſolutionis factæ inducant, etiam in iis caſibus, in quibus contractus, unde obligatio debiti deſcendit in ſcriptis, celebratus fuit, nec non etiam in omnibus aliis caſibus, in quibus lex probationem vel inſtrumentalem vel per quinque teſtes requirit ad faciendam fidem de ſolutione, prout hoc expreſsè probat text. *d. l. quicunque juncto textu. l. 1. C. de Apochis publicis lib. 10.*

Namque *in d. l. 1.* expreſsè ſancitur, ſolutionem tributi non poſſe probari niſi per ſcripturam, & in textu *d. l. quicunque.* deciditur de ſolutione tributi per præſumptionem, de qua in illo textu plenam fidem fieri.

Et ſic ex illis textibus ſimul junctis ſatis liquet, ſolutionem debiti per præſumptiones plenè ſufficienterq; probari, etiam in iis caſibus, in quibus lex probationem inſtrumentalem ſive per inſtrumentum requirit.

Prout etiam per illos textus moti Dd. communiter concludunt, illam probatio-
nem, † quæ fit per præſumptiones ſuffice- 36
re in omnibus illis caſibus, in quibus lex vel Statutum requirit probationem inſtrumentalem ſive per inſtrumentum, *Baldus l. 1. §. & ut plenius. num. 4. C. de rei uxor. action. Bald. l. 1. num. 18. C. de fideicommiſſis. Barbat. l. cum acutiſſimi colum. 7. C. de fideicommiſſ. Iaſ. l. ſi tendum num. 25. ff. de verbor. obligat. Iaſ. l. 1. num. 10. C. de milit. Teſtam. Iaſ. conſ. 25. col. 2. lib. 1. Alciat. in tr. de præſump. part. 3. nu. 4. Dec. rubr. nu. 13. ext. de probat. Tiraq. repet. l. ſi unquam. verb. donatione largitus. nu. 159. C. de revoc. donat. Alex. conſ. 126. nu. 9 lib. 6 Hippol. de Marſil. Rubr. num. 71. C. de probat. Hippol. conſ. 44.*

Illaq; ſententia & verior & communior eſt, licet contrarium ſed malè meo judicio teneat *Iaſon. l. certi condictio in pr. col. 8 poſt medium ff. ſi cert. petat. Roman. l. 1. C. de Teſtam. milit. Iaſ. §. præjudiciales. nu. 70. Inſt. de Action.*

Et annotandum eſt, omnes prællegatos Dd. qui concludunt, probationem per præſumptiones ſufficere in omnibus illis caſibus, in quibus lex probationem inſtrumentalem requirit, allegare prędictos duos textus & ſimpliciter concludere, hoc caſu

illam

illam probationem, quæ fit per præſumptiones, ſufficere, nulla habita diſtinctione præſumptionum.

Prædicta etiam procedunt & locum habent non tantùm de jure civili, verùm etiam de jure canonico. Namque etiam ſecundum diſpoſitionem juris canonici ex lapſu temporis præſertim accedentibus aliquibus præſumptionibus, ſolutio ſive titulus liberatorius probatur, *Salic. & Iaſ. l. ſi certis annis. C. de pact. Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 32. nu. 8.*

Sed in caſu noſtro ultra lapſum, patientiam & taciturnitatem temporis non modò longi, ſed fermè longiſſimi, multæ extant præſumptiones ſolutionis factæ, prout hoc circa primam rationem decidendi docuimus.

Igitur ſequitur, per illas præſumptiones, quæ inſtrumentum mutui ſolutionem plenè probari etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, illum contractum mutui in Scriptis celebratum.

37 Tertiò, contractus † non aliter in ſcriptis celebrat⁹ intelligitur, vel cenſetur, niſi inter partes expreſsè actum vel conventum fuerit, non tantùm ut ſuper illo contractu ſcriptura fiat, ſed etiam ut contractus non aliter valeat, niſi ſuper illo contractu ſcriptura vel inſtrumentum confectum fuerit, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit, *gloſ. §. fin. auth. de fide inſtrument. gloſ. auth. ſed novo. C. ſi cert. pet. Bart. l. contractus. & ibi Salic. quæſt. 5. C. de fide inſtrum. Ang. in princ. & ibi Ioan. Fabr. verſ. in his. Inſtit. de empt. & vendit. Ang. Peruſinus conſ. 156. Fabianus de Monte in tract. de empt. & vendit. 5. quæſt. princip. verſ. tertiò quæritur. Dec. l. pactum quod bona fide nu. 3. C. de pactis. Dec. conſ. 320. nu. 8. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 105. nu. 4.*

Nec obſtat, quod Dd. citati in undecima ratione dubitandi contrarium teneant, volentes omnem illum contractum in ſcriptis celebratum cenſeri, de quo ut inſtrumentum vel ſcriptura fiat, inter partes actum vel conventum eſt.

Namque illorum opinio eſt communiter reprobata, eamq; ob cauſam minimè ſequenda: Cum Judex in judicando nunquam debeat ſequi opiniones communiter reprobatas, uſque adeò, ut is Judex, qui contrarium facit & imperitus præſumatur, faciatq; litem ſuam, & parti læſæ ad id quod intereſt, condemnetur, per jura vulgaria.

Similiter clari juris eſt, quod † contra illum contractum, qui non in ſcriptis celebratus, ſed tantùm in ſcripturam redactus eſt, admittatur quæcunque probatio, non tantùm inſtrumentalis, vel per quinque teſtes, verùm etiam quæcunque alia, *Bart. l. generaliter. lectura 1. & lectura 2. nu. 9. 10. & 11. C. de non. numer. pecun. Innocent. Calder. Imol. & Abb. c. cum Iohannes. & ibi Felin. num. 35. ext. de fide inſtrument. Paul. de Leazar. Anton. de Butr. & Abb. c. tertio loco. ext. de probat. Ioan. Andr. & Specul. tit. de inſtrum. edit. §. reſtat. §. ſed quæro quod teſtes. Cyn. & Salic. l. in exercendis. arg. illius text. C. de fid. inſtrum. Imol. l. 1. §. ſi quis neget ff. quemadmod. Teſtam. aper. cum multis ſimilib.* 38

Eodem modo clari & indubitati juris eſt & à Dd. communiter traditum, quod etiam eo caſu, quando cõtractus eſt celebratus in ſcriptis, & inter contrahentes conventum, ut contractus non aliter valeat, niſi ſcriptura vel inſtrumentum ſuper illo contractu confectum fuerit, quo caſu ad probandam ſolutionem, probationem inſtrumentalem, vel quinque teſtes jura requirunt, ſolutio etiam per præſumptiones legitimas probari poſſit, quodq; præſumptiones legitimæ æquipolleant probationi & inſtrumentali & illi, quæ per quinque teſtes fit, prout hoc in præcedenti ratione decidendi docuimus.

Multas etiam limitationes *ad d. l. teſtium. C. de teſtib.* ego tradidi in meis Commentariis ſcriptis *ſuper Inſtit. de emption. & vendition. in princip.* aliquas etiam tradit *Iaſ. l. jurisgentium. §. quod ferè. num. 11. cum 7. ſequentibus. ff. de pact. Iaſon. & Dd. l. certi condictio §. quoniam. ff. ſi cert. pet. Felin. & Dec. c. 2. ext. de probat. Felin. c. ſicut. num. 2. uſq; ad nu. 11. ext. de ſentent. & re judic. Hippol. de Marſil. Rub. num. 51. uſq; ad num. 78. C. de probat.* Quas tamen limitationes, cum ad propoſitum nihil faciant, referre ſupervacuum duxi.

Cum itaque in caſu præſenti hactenus probatum non ſit, illud inter contrahentes actum fuiſſe, ut contractus mutui non aliter valeat, niſi ſuper illo contractu inſtrumentum vel ſcriptura confecta fuerit, & multæ extent præſumptiones legitimæ ſolutionis factæ.

Sequitur, nullo modo dici vel prætendi poſſe contractum mutui, de quo in caſu præſenti agitur, in ſcriptis celebratum, & omninò concludendum eſſe, in

caſu præſenti per prædictas præſumptiones ſolutionem debiti plenè & ſufficienter probatam, etiamſi fides fieri poſſet, contractum mutui in ſcripcis celebratum vel ad probandam ſolutionem inſtrumentum aut ſcripturam requiri.

39 Quartò, in probationibus † non id quod poſſibile, ſed id quod veriſimile inſpiciendum eſt, *Dec. c. propoſuiſti. col. 6. verſ. ſed ad hoc. ext. de probation. Hieron. Cagnol. repet. l. ultimæ colum. antepen. verſ. quinta limitatio. C. de pact.*

Et illud quod à veriſimili remotum eſt, habet quandam imaginem falſitatis, *Bald. l. 1. col. 3. C. de ſerv. fugitiv. Calcan. conſ. 27. col. 2. Barbat. conſ. 7. col. 4. conſ. 47. col. 1. & conſ. 56. lib. 2.*

Ideoque ad reprobandum inſtrumentum ſufficit probatio per veriſimile, nec requiritur probatio per impoſſibile, *Baldus l. in exercendis. & ibi Salicet. C. de fide inſtrument. Socin. conſil. 277 colum penult. verſic. primo. lib. 2. & conſil. 28. colum. penult. lib. 3. Barbat. conſil. 7. colum. 4. lib. 2. & conſil. 75. colum. 2. lib. 4. Cornel. conſil. 63. colum. 2. lib. 1. Felin. c. auditis. extr. de præſcript. Curt. jun. conſ. 17. colum. 2. Dec. conſ. 11. colum. 4. & conſ. 100. col. penult.*

40 Præterea contra id quod † veriſimile eſt, quis non facilè auditur, *Petrus de Anchor. conſil. 336. colum. 4.* Et Judex non debet dare fidem non veriſimilibus, *Petrus de Anchor. conſ. 257. colum. fin.* Nec admittere probationem rei non veriſimilis, *Imol. cap. quia veriſimile ext. de præſumpt.*

Ideoque receptum eſt, quod confeſſio non veriſimilis non recipiatur nec confitenti noceat, vel contra ipſum probationem faciat, *Bald. l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſcop. & Cleric. Petrus de Anchor. conſil. 24. Cæpoll. cauſar. civil. conſil. 22. colum. 3. Alex. conſ. 52. col. 2. lib. 3. & conſ. 19. col. 1. lib. 7. Ang. Aretin. in tractat. de Maleſic verb. quod fama publica præcedente. num. 114. Hippolyt. de Marſil. l. 1. in princip. col. antepenult. & l. de minore. in princip. col. 10. ff. de quæſtion. Hippol. repet. Rubr. colum. 24. verſic. item, ultra prædicta. C. de probat. Hippol. ſingulari 329. Hippol. conſ. 109. colum. 9. Dec. l. cum te. col. 2. C. de Tranſaction.*

Nec etiam juramento continente id quod veriſimile non eſt, fides adhiberi debet, *Socin. conſ. 194. col. 1. lib. 2.*

Similiter & teſtibus etiam duobus vel pluribus, & alioquin omni exceptione majoribus fides non adhibetur, quando deponunt id, quod veriſimile non eſt, *Bartol. Bald. & Ang. l. Lucius. ff. de infantibus. Felin. c. auditis. col. 13. ext. de præſcript. Curt. jun. conſ. 17. col. 21. & conſ. 52. col. 3.*

Et inſtrumentum etiam publicum continens non veriſimilia, nullam penitùs fidem vel probationem facit, *Bal. l. Scripturæ circa medium. C. de fide inſtrument. Abb. conſil. 99. in fin. lib. 1. Dec. conſ. 11. colum. 4. in fin. conſ. 94. col. 2. conſ. 189. col. 4. & conſ. 399. col 3. Curt. jun. conſ. 17. col. 2. & conſ. 178. col. 2.*

Legum etiam præſumptiones non accommodantur rebus non veriſimilibus, *Bald. l. nulla. C. de jure dotium. Bald. l. fin. ultimo notab. C. de hæred. inſtit.*

Econverſò quoque illi, quod † veriſimile eſt, plena fides adhiberetur, licet illud tale ſit, quod alioquin fidem vel probationem non faceret, ſicut hoc ſatis probatur. 41
Tùm, quia confeſſio extrajudicialis, quæ alioquin plenam fidem non facit, continens veriſimilia, plenè probat *Franciſc. Brunus in tractat. de inditijs & tortura. charta 3. colum. 3. verſic. aliud eſt indicium. Hippolyt. de Marſil. l. de minore. in princip. colum. penult. ff. de quæſtionib. Hippol. ſingul. 594.*

Tùm, quia ſcriptura privata, quæ alioquin pro ſcribente nihil probat, probationem facit, quando continet id, quod veriſimile eſt, *Guilhelm. de Cugneo. l. edita. & ibi Alex. in fin. & Dec. colum. 1. C. de edend. Bald. l. 1. colum. fin. & ibi Alex in fin. C. eo. tit. Bald. Rubr. C. de fide inſtrument. colum. antepenult. Pet. de Anch. Clem 1. §. cæterum. col. 3. de uſur. Imol c. 2. col. 2. ext de fid. inſtrum. Raph. Comenſ. conſ. 136. col. fin. Alex. conſ. 54. col. 2. & conſ. 186. lib. 2. Fr. Aret. conſ. 106. col. 3. Corn. conſ. 71. lib. 4. Socin. conſ. 240. col. pen. & conſ. 291. col. antepen. lib. 2. Curt. ſen. rep. l. admonendi. charta 11. col. 1. & ibi Iaſ. in lectura. col. 11. & in rep. col. 54. ff. de jurejurand. Catell. Cotta memoriali incip. liber rationum.*

Tùm, quia Teſti alioquin non idoneo creditur, quando deponit veriſimilia, *Ang. conſ. 367. col. fin. verſ. & ſecunda ea.* Tùm, quia aſſertioni Judicis cui nõ ſtaretur alioquin, ſtatur quando illa veriſimilis eſt, *Pet. de Anchor. conſ. 277. col. fin.* Tùm, quia confeſſioni alterius etiam in præjudicium tertii fides adhibetur, ſi illa veriſimilis ſit, *Salicet. l. ſi mater. C. de contrah. empt. Angel. conſil. 153. Alex. conſ. 17. lib. 3. Dec. conſ. 96. col. 2.*

Sed in caſu præſenti ex multis indiciis,

circum-

circumſtantiis, conjecturis & præſumptionibus veriſimile redditur ſolutionem debiti contenti in chirographo Nobilis Domini M. de S. factam eſſe, nec aſſertio Tutorum filiorum junioris B. de S. quatenus prætendunt, illam ſolutionem non eſſe factam, veriſimilis eſt.

Igitur ſequitur, illos nullo modo audiendos ſed repellendos, nec etiam prædictum chirographum probari poſſe, ſolutionem illius debiti nondum factam eſſe.

42 Quintò, licet præſumptio † deſcendens ex lapſu temporis, non aliter locum habeat, niſi de ſcientia & patientia illius, de cujus præjudicio agitur, fides fiat, *Alex. conſ. 9. lib. 3. conſ. 17. colum. 2. lib. 4. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 107. Aym. Cravet. in tract. de antiquis. tempor. part. 4. §. venio nunc ad tertiam. nu. 18. & §. vidimus in genere. nu. 29.*

43 Attamen in facto proprio † nemo juſtam ignorantiam prætendere poteſt, *l. quanquam. ff. ad SC. Vellejan. gl. l. ſi quis delegaverit. ff. de Novation. Iaſ. §. ſi quis agens. nu. 5. Inſtit. de action.*

44 Notitia quoque atque ſcientia † facti alieni præſumitur & probatur ex conjunctione ſanguinis, *l. octavi. ff. unde cognati. l. de tutela. C. de in integr. reſtit. minor.* Item ex vicinitate loci, *c. quanto. & c. quoſdam. ext. de præſumpt. Iaſ. l. is poteſt. nu. 8. & 73 ff. de acquir. hæred. Alex. conſ. 24. lib. 5.* Item, & ex eo, quod quis inſtrumentum ſuper illo actu confectum penes ſe habuit, *l. non eſt ferendus. ff. de tranſact. l. ſi quæ cautiones. ff. famil. herciſc. Pet. de Anchor. conſ. 170. colum. 2. Paul. Caſtrenſ. conſ. 94. colum. 2. lib. 2. Abb. conſ. 19. lib. 2. Franciſc. Aretin. conſ. 15. ad fin.*

45 Similiter quoque illius, † quod in aliqua provincia publicè geſtum, ſive publicum & notorium eſt, omnes qui in illa provincia degunt, ſcientiam & notitiam habere præſumuntur, *c. 1. ext. de poſtul. prælat. Clem. 1. in fin. de conceſſ præbend. c. quod dicitis. diſt. 26. gl. l. ſi tutor petitus. & ibi Bart. C. de peric. & commod. rei vendit. gl. l. quinquaginta. ff. de excuſ. tutor gloſ. §. quod autem. verb. cognoveris. Inſtit. eod. tit. gloſ. & Bart. l. 1. ff. de receptatorib. Abb. c. paſtoralis. nu. 7. ext. de electione. Iaſ. l. ſi per errorem. nu. 11. & 12. ff. de jurisd. omn. judic. Iaſ. §. ſi quis agens. nu. 8. Inſtit. de action. Aym. Cravet. conſ. 193. nu. 7. lib. 1. facit text. l. ſi pupillus. §. præſcribere. ff. de inſtit. action. §. penult. auth. quomodo oport. Epiſcop.*

Et illud dicitur fieri coram multis, quod fit coram tribus vel quinque, *Iacob. de Arena. Bart. & Dd. l. licet imperator. arg. illius tex. & ibi Iaſ. nu. 19. ff. de legat. 1.* Atque palam ac publicè cenſetur fieri id, quod coram honeſtis viris fit, *Bart. l. frater à fratre. nu. 51 ff. de condict. indeb.* ſicut & illud publicè fieri dicitur, quod coram pluribus fit, *Abb. c. ſtatuimus. nu. 7. ext. de maledicis.*

Quinimò illud, quod decem homines ſciunt, notorium eſſe dicitur, *Cyn. l. ea quidem. C. de accuſat. Bald. l. ſi verò §. qui protei. & ibi Iaſ. nu. 9. ff qui ſatisd. cogant. Bald. repet. l. de quibus. colum. 10. ff. de legib. Panorm. cap. veſtra nu. 10. ext. de cohabit. Cler. & mulier.*

Ex facti quoque qualitate ſcientia arguitur, *c. quanto. ext. de translat. Prælat. c. illud. ext de Clerico. excommunic. Corn. conſ. 268. colum. 2. lib 4. Cat. lin. Pariſ conſ 111. num. 55. lib. 1. Aym. Cravet. conſ. 164. nu. 5. lib. 1. Rol. à Vall. conſ. 19.*

Sicut etiam ex lapſu longi temporis decem annorum, nempe ſcientia & præſumitur & probatur, *Salic. l. autoritate C. unde vi. Carder. conſ. 15. col. 1 tit. de præben. Raph. Cuman. conſ. 162. colum. pen Dec. conſ. 185. colum. 1. Aym. Cravet. in tract. de antiq. temp. part. 2. §. ex præmiſſis. nu. 40 Laurent. Sylvan. conſ. 96 nu. 5.*

Deinde quoque certi juris eſt, quod hæres agens ignorantiam, illorum quæ a defuncto geſta ſunt, prætendere nequeat, *l. qui in alterius. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. jur.*

Quodq; illa † ignorantia, quæ non eſt 46
juſta, veriſimilis vel probabilis, nemini patrocinetur, *Bald. c. licet. col. 1. ext. de ſupplen. negligen. Prælator. Imol. c. fin. charta penult. ex. de præſcript. Roman. conſ. 127. conſ. 340. Fr. Aret. l. licet. C. de jure delibet. Fr. Aret. conſ. 15. in fine. Felin. c. vigilanti. colum 2. ext. de præſcript. Dec. l. 2. col. 2. C. qui admitti. Dec. conſ. 268. in fin. Godzad. conſ. 8. col. fin. & conſ. 68. num. 14.*

Atque ignorantia, quæ non eſt veriſimilis, juſta nec probabilis, in omnibus & per omnia æquiparatur ſcientiæ etiam in pœnalibus & odioſis, *gloſ Clem. 1. verb ſcienter, de conſang. & affin. gl. c. 1. & ſimiliter. verb. ſcient. quib. mod. feud. amit.*

Illud quoque dubio omni caret, † quod 47
præſumptio ſolutionis vel alterius tituli liberatorii etiam in iis, in quibus agitur de gravi præjudicio, concurrentibus aliis conjecturis vel indiciis, ex lapſu ſive patientia decem annorum inducatur, nec majus

tempus requiratur, *Bart. in l. cum de in rem verſo. nu. 7. Anton. de Butr. c. pervenit. nu. 3 1. ext. de cenſibus.*

Et confirmatur, Namque ad inducendam præſcriptionem ex lapſu temporis, tempus decem annorum indiſtinctè ſufficit, eo caſu, quando aliæ conjecturæ concurrunt, etiamſi agatur de gravi vel graviſſimo præjudicio, *Paulus Caſtrenſ. conſil. 202. colum. 2. conſil. 375. colum. 2. lib. 1. Alexi. conſil. 45. in fin. lib. 5. Socin. conſil. 268. col. 3. verſ. reſpondetur & ſecundò. lib. 2. Cornel. conſ. 188. col. 5. lib. 3. conſ. 145. colum. fin. & conſ. 146. colum. 1. lib. 4.*

48 Et cum † hæres & defunctus ejuſdem perſonæ vicem repræſentent, *§. 1. auth. de iurejur. à defuncto præſtito. l. hæredem. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de regul. jur.* Et nemo plus juris in alium transferre poſſit, quàm ipſe habet, *l. nemo plus juris. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de regul. jur. l. traditio. ff. de acquir. rer. domini. c. nuper. ext. de donat. inter vir. & uxor. c. nemo plus juris. & ibi Dyn. & Ioan. Andr. de regul. jur. lib. 6.*

Et is qui in jus alterius ſuccedit, eodem jure uti debeat, *l. qui in jus. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. jur. c. is qui in jus. & ibi Dyn. & Ioan. Andr. de reg. jur. lib. 6.*

Nec non & factum defuncti regulariter & hæredi ipſius noceat, *l. ſi ab eo. C. de negot. quæſt. l. cum à matre. C. de rei vendic.*

Omniaq; quæ defuncto obſtare vel nocere poſſunt, & ſucceſſoribus regulariter noceant & obſint, *l. quod ipſis. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. jur.*

Dubio omni caret, quod præſumptio ex ſcientia & patientia defuncti conjuncta, cum lapſu temporis orta, hæredibus ſive ſucceſſoribus etiam ignorantibus noceat atque præjudicet.

Similiter clari & indubitati juris eſt,
49 præſumptionem † tituli liberatorii ortam ex lapſu temporis juncta ſcientia atque patientia adverſarii non tolli neque elidi, etiamſi probetur, poſtea ſupervenisse ignorantiam vel illius vel hæredum ejus.

Tùm, quia factum legitimè, non retractatur, licet is caſus ſupervenerit, quo ab initiò exiſtente illud factum neq; inchoari neque perfici potuerit, *l. patre furioſo. & ibi Iaſ. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. c. factum legitimè. & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6. cum ſimilibus vulgarib.*

Tùm, quia præſcriptio ſemel legitimè perfecta non interrumpitur, licet aliquid ſuperveniat, quod vel ab initio impediviſſet præſcriptionem ab initio inchoari, vel præſcriptionem inchoatam perfici, *cap. audita. & ibi Panormitan. in [illegible] notab. extr. de præſcript. Felin. cap. illud. colum. penult. concl. 5. extr. eod. titul. gloſ. & Doctores cap. vigilanti. extr. de præſcript. Franciſc. Balb. in tractat. de præſcription. 3. part. 6. part. principal. quæſt. 4. princip. nu. 50.*

Sed in caſu præſenti, creditor nempe B. de S. poſt illud tempus, quo dies ſolutionis & ceſſit & venit, plus quàm decem annis ſupervixit, & ſic præſumptio tituli liberatorii ſive ſolutionis facta ex ſcientia & patientia ipſius concurrentibus lapſu temporis & probabilibus conjecturis ipſo vivo orta & completa fuit: Ideoque illa contra hæredes & ſucceſſores ipſius indiſtinctè locum habere debet, etiamſi fides fieri poſſet, hæredes & ſucceſſores hujus debiti ignorantiam juſtam habuiſſe.

Præterea in caſu præſenti, præterquam quod ſucceſſores ſenioris B. de S. partibus actoris funguntur, ſucceſſores B. de S. ſenioris ipſi & ſanguine conjuncti fuerunt & habuerunt inſtrumentum [illegible] tui penes ſe.

Et inſuper contractus mutui celebratus eſt ſcientibus undecim viris nobilibus, novem nempe fidejuſſoribus, Item & debitore & creditore. Et ſic illud, quod iſte contractus celebratus fuit, publicum & notorium cenſeri debet.

Igitur ſequitur, quod in caſu præſenti actores ſe prætextu ignorantiæ tueri, vel juvare nequeant.

Sextò, exiſtente juſta † cauſa ſive juſtis 50
conjecturis etiam facta præſumuntur, *Alciat. in tract. de præſumpt. part. 3. nu. 5.*

Similiter & † titulus feudal. [illegible] 51
actus ex lapſu temporis concurrentibus indiciis & conjecturis ſufficientibus præſumitur, ſicut hic ſatis probatur. Tum, quia licet mandatum non præſumatur ex ſolius curſu longiſſimi vel immemorialis temporis: Attamen hoc non habet locum ubi indiciis ſive conjecturis concurrentibus, *Corn. ſenior conſil. 78. colum. penult. verſ. nobis concluſa. Ayon. Cravet. in tractat. de antiquitat. temp. part. 4. §. ex præmiſſis nu. 69.*

Tùm, quia continuatio poſſeſſionis & aſſidui actus faciunt præſumi non tantùm ſolemnitatem, ſed etiam titulum in

[illegible] aliâs

alienatione rei eccleſiaſticæ, *Bald. conſ. an. col. 2. lib. 5. Aym. Cravet. in tr. de antiq. temp. part. 3. §. venio nunc ad tertiam. nu. 3.*

Tum, quia cum Epiſcopi viſitent ſingulis annis ſuam Diœceſin, eamq; ob cauſam non ſit veriſimile, quod tolerarent, longo tempore retineri Eccleſiam abſque canonico titulo ex poſſeſſione decem annorum, præſumitur titulus bonæ fidei, Eccleſiaſtici, *Innocent. & Hoſtienſ. cap. illud. extr. de præſumpt. Innocent. & Hoſtienſ. cap. licet. Heli. extr. de Simonia. Gemin. conſil. 87. colum. 2. Aym. Cravet. in tractat. de antiquit. tempor. part. 3. §. venio nunc ad tertiam. numer. 24.*

Tum, quia & emancipatio ſive titulus emancipationis præſumitur ex eo, quod filiusfamilias decem annos ſeorſim à patre habitat, gerendo ſe pro patrefamilias, *Bald. l. poſt mortem. in fin. ff. de adopt. Alex. conſ. fin. col. 4. lib. 4.*

52 Et hoc potiſſimùm procedit in † titulo liberatorio, qualis titulus eſt ſolutio. Namque titulus liberatorius eſt favorabilior titulo obligatorio, *l. Arrianus. ff de action. & obligat. facit text. l. favorabiliores. ff. de regul. jur.*

Et facilius ex curſu temporis inducitur, præſumitur & probatur, *Anton. de Butr. c. pervenit. nu. 31. extr. de cenſib. Aym Cravet. in tract. de antiq. tempor. part. 3 §. venio nunc ad tertiam. nu. 24.*

Et in ſpecie, quod ex ſcientia & patientia ſive ceſſatione adverſarii concurrentibus & indiciis & lapſu longi temporis titulus liberatorius ſolutionis nempe præſumatur & probetur, tradit *Bart. d. l. cum de in rem verſo. num. 7. ff. de uſur. Ant. de Butr. c. pervenit. nu. 30. ext. de uſur.*

Nec obſtant ea, quæ in 4. 5. 6. & 7. ratione dubitandi adducta fuere. Dum videlicet ibi dicitur, Neque ſolutionem neque alium titulum vel ſubſtantiam actus præſumi etiam accedente lapſu temporis, maximè iis, in quibus agitur de gravi præjudicio. Namq; illi non procedunt, quando alia indicia vel conjecturæ concurrunt. Cum itaque in caſu præſenti ultra lapſum temporis, neque modò longi, ſed fermè longiſsimi, concurrant multa alia indicia & conjecturæ, dubio omni caret, quin in caſu præſenti ſubſtantia tituli liberatorii, ſolutio nempe, per lapſum illius temporis, concurrentibus aliis conjecturis, & præſumatur & probetur.

Septimò & ultimò, interpellatio † extrajudicialis regulariter non nocet, nec præſcriptionem interrumpit, *l. alienam. & ibi gloſ. & Bart. ff pro empt. Bart. l. naturaliter. col. 2. circ. fin. ff. de uſucap. gloſ. & Innoc. c. dilecti. ext. de major. & obedienc. Bald. & Ang. l. ſuper longi. col. 2. de præſcript. longi temp. Panorm. Felin. & Dd. c. nihil. extr. de præſcript. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 3. part. 6 par. princip. quæſt. 4. princip. nu. 18.* 53

Et præſcriptio ſemel completa, neque per citationem neque per ullum alium modum vel cauſam ſupervenientem, tolli vel interrumpi poteſt, ſicut hoc circa præcedentem rationem decidendi docuimus.

Ex quo ſequitur, per interpellationem extrajudicialiter factam à juniore B. de S. multis annis poſt obitum patris, & ſic poſtquam ex lapſu temporis juncta ſcientia & patientia tam propria quam parentis, nec non etiam intervenientibus aliis conjecturis, probatio & præſumptio ſolutionis ſive tituli liberatorii & orta & completa fuit, prædictam probationem & præſumptionem ſolutionis tolli vel elidi non potuiſſe, nec illam quicquam Reis obeſſe vel Actoribus patrocinari poſſe.

Et ſic ex prædictis liquet, noſtram concluſionem ſuperiùs factam veram eſſe.

Nec obſtant huic noſtræ deciſioni ea, quæ in rationibus dubitandi pro contraria ſententia adductis, allegata ſunt. Namque ad illa omnia facilis eſt reſponſio.

Et ad primam & ſecundam rationem dubitandi reſpondeo, ea quæ in prima & ſecunda ratione dubitandi dicta ſunt, procedere tantùm in præſcriptione, nec habere locum in præſumptione ſive probatione tituli obligatorii vel liberatorii ex lapſu temporis ſumẽda, prout ex prædictis patet.

Inſuper etiam † bona fides præſumitur & probatur ex conjecturis & indiciis, prout hoc late tradit *Bart. Franc. Balb. & Dd. l. Celſus. ff. de uſucap.* 54

Quinimò bona fides cauſatur non ſolùm ex juſtis ſed etiam ex injuſtis & temerariis rationibus, *Bald. l. 1. in fin. C. ubi cauſa ſtatus. Paul. Caſtrenſ. conſil. 98. ante fin. lib. 1. Barb. conſ 18. colum. pen. conſ. 67. col. pen. lib. 2. conſ. 41. col. 8. & conſ. 51. col. 2. lib. 4. Iaſ. l. ſi quis id quod. notab. 8. ff de juriſdict. omn. jud. Iaſ. l. ſi quis major. poſt princ. verſ. nota hanc deciſionem. C. de Tranſact. Socin. conſ. 11. col. fin. conſ. 38. col. 2. & conſ. 66. col. 8. lib. 3.*

Ad tertiam rationem dubitandi reſpon-

Digitized by Google

55 deo, Ea † quæ in tertia ratione dubitandi dicta ſunt, ſimiliter tantùm procedere in præſcriptione, & quidem 30. annorum.

Cæterùm, præſumptio & probatio ſolutionis ex lapſu temporis aliis conjecturis concurrentibus deſcendens, ſpacio decem annorum completur. Et ſic illa præſumptio ante prædictam citationem emiſsam, diu effectum ſuum ſortita eſt & completa fuit.

Et clari juris eſt, quod citatio ſuperveniens, neq; præſcriptionem, neq; præſumptionem, quæ jam effectum ſortita eſt, tollat vel impediat, ſicut hæc in rationibus decidendi docuimus.

Præterea longi temporis præſcriptio etiam nondum completa, non citatione, ſed litis conteſtatione tantùm interrumpitur, *l. more. C. de rei vendic. ſ. poteſt. 16. quæſt. 3. Bart. Iaſon & Dd. l. fin. in princ. ff. de eo per quem factum fuit. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 3. part. 6. part. princip. quæſt. 4 princip. nu. 5. & 36.*

Et multæ traduntur limitationes ad illam maximam, quod præſcriptio 30. annorum citatione interrumpatur, quas limitationes videre licet apud *Iaſ. d. l. fin. in pr. ff. de eo per quem factum fuit. Fr. Balb. in tr. de præſcript. 3. part. 6. part. princip. quæſt. 4. princip. nu. 6. uſq; ad nu. 51.* quarum aliquæ etjam ad caſum noſtrum accomodari poſſunt.

Cæterùm, quia ſcripta Jaſonis & Franciſci Balbi ſunt in omnium manibus, ego illas limitationes referre ſupervacuum duxi.

Ad quartam, quintam, ſextam & ſeptimam rationem dubitandi ego reſpondi in ſexta ratione decidendi.

Ad octavam rationem dubitandi re-
56 ſpondeo, Ea † quæ in octava ratione dubitandi adducta ſunt, procedere tantùm eo caſu, quando agitur de præſumendo titulo liberatorio remiſſionis gratuitæ, quæ cum ſpecies donationis ſit, *l. contra. §. ſi filius. & ibi Iaſ. & Dd. ff. de pact. l. ſimiliter. & ibi Bald. & alex. ff. de condict. ob cauſ. l. peculium. la. 1. in pr. & ibi Bart. ff. de pecul. l. ſi quis. delegaverit. ff. de Novat. cum ſimilib. allegatū per Tiraq. repet. l. ſi unquam. verb. donatione largitus. nu. 273. C. de revoc. donat.*

Illa perinde ut reliquæ donationes non præſumitur, *l. cum de indebito. ff. de probat. l. ſi cum aurum. ff. de ſolut. gloſ. Bart. & Dd. l. quæ dotis. ff. ſolut. matrim. gl. Bart. & Dd. quid. ff. ſi cert. pet. cum multis ſimilibus prææallegatū. per Tiraq. d. verb. donatione largitus. nu. 209.*

Etiam nec ex curſu quidem longi vel longiſſimi temporis, *Bald. l. fin. C. ne de ſtatu def. Salic. l. ſi certis annis. & ibi Iaſ. nu. 15. limit. 11. C. de pact.*

Ideoque receptum eſt, titulum liberatorium remiſſionis gratuitæ ex lapſu longi temporis non præſumi, niſi ultra curſum temporis concurrat & conjunctio ſanguinis & computatio rationum. Secus autem eſt in præſumendo titulo liberatio ſolutionis ex lapſu temporis. Namque ille titulus non habet vigorem donationis, & inter illum & remiſſionem gratuitam maxima ratio diverſitatis militat. Ideoque & titulus liberatorius ſolutionis faciliùs præſumitur, quam titulus liberatorius gratuitæ remiſſionis, ſicut hoc ſatis probatur ex eo, quod Dd. in ſimili tradunt, licet ex eo, quod inſtrumentum cancellatum deperitur penes debitorem titulus liberatorius remiſſionis gratuitæ non præſumatur, ex eo tamen præſumi titulum liberatorium ſolutionis, prout tenet *Bart. Bald. Alex. Iaſ & Dd. l. Labeo ff. de pact. Cyn. l. ſi de poſſeſſione C. de probat. Ant. de Butr. Panorm. & Dd. c. Eccleſia el. 2. ext. ut lite pendent.*

Et diſpoſitum de titulo liberatorio remiſſionis gratuitæ difficilius præſumendo nullo modo extendi poteſt ad titulum liberatorium ſolutionis præſumendum.

Tùm, quia ratio, quare difficilius præſumatur titulus liberatorius remiſſionis gratuitæ, ceſſat in titulo liberatio ſolutionis. Et certum eſt, quod ceſſante ratione legis, & ipſa quoque lex ceſſet, *l. adigere. §. quamvis. ff. de jure patron.*

Tùm, quia inter illos duos titulos maxima diſſimilitudo, diverſitas & ratio diverſitatis militat, & clari juris eſt, quod à diſſimilibus, diverſis ſeparatis, diverſam vel diſſimilem rationem habentibus, nulla fiat illatio, *l. final. ff. de calum. l. Papinianus exuli ff. de minor. l Iulianus. ff. de condict. indeb.*

Præterea Dd. tradunt, † quod etiam 57
quoad præſumendum titulum liberatorium remiſſionis gratuitæ ultra lapſum temporis non præciſè requiratur conjunctio ſanguinis & computatio rationis, ſed ſufficiant conjecturæ æquè fortes, vel ſimiles, aut æquipollentes, prout hoc expreſsè tradit *Dec. conſ. 70. nu. 2.*

Et confirmatur evidentiſſima ratione. Tùm, quia de ſimilibus eſt idem judicium:

Tùm,

Tùm, quia in illis, in quibus eadem ratio ſive æquitas militat, idem jus ſtatuendum eſt. Tùm, quia nõ curatur quid de æquipollentibus fiat, *l. mulier. in princip. ff. ad SC. Trebell. l ſi mater. C. de inſtit. & ſubſtit. Dd. l. Gallus. ſ. & quid ſi tantùm ff. de liber. & poſthum.*

Cum itaque in caſu præſenti agatur de præſumendu titulo liberativo nõ remiſſionis gratuitæ, ſed ſolutionis, & ultra lapſum temporis in caſu præſenti concurrant multæ conjecturæ fortiſſimæ & æquè fortes, quàm conjunctio ſanguinis & computatio rationum eſſe poteſt: Sequitur, ea quæ in octava ratione dubitandi adducta fuêre, noſtræ deciſioni nihil refragari.

Ad nonam rationem dubitandi reſpondeo, illud quod dicitur, per hoc quod inſtrumentum debiti reperitur penes debitorem præſumi debitum ſolutum eſſe, non habere locum, quando conjecturæ ſive indicia concorrentia contrarium ſuadent, prout hoc tradit *Bartol. Alex. Iaſon. & Dd. l. Labeo. ff. de pact. Anton. de Butr. Panormitan. & Dd. c. Eccleſia. el 2. extr. ut lit. pend.* & ex illo ſequi, cum contrariorum ſit eadem diſciplina, nec ex illo quod inſtrumentum debiti illæſum & nulla parte vitiatum reperitur penes creditorem, præſumi poſſe, ſolutionem non eſſe factam, eo caſu, quando conjecturæ, indicia & præſumptiones contrarium ſuadent, & hoc ſumpto argumento à contrariis.

Cum itaq; in caſu noſtro multæ adſint præſumptiones, quib. ſuadetur ſolutionem debiti factam eſſe. Sequitur, ex eo, quod inſtrumentum debiti illæſum permanſit penes creditorem, præſumi non poſſe, ſolutionem illius mutui non eſſe factam, præſertim cum potuerit fieri. Illudq; etiam veriſimile eſt, inſtrumentum debiti penitùs creditorem ſolutione facta relictum fuiſſe eam ob cauſam, vel quod tempore ſolutionis creditor non habuit copiam illius inſtrumenti, vel, quod forſan aliquid de ſolutione prætenſi intereſſe vel damni defuit, ſicut hoc quotidie evenire videmus.

58 Et certum eſt, † quod non probet hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, *l. neq; natales. & ibi Bald. C. de probat. l. non hoc. & ibi Iaſ. C. unde legitim.*

Ad decimam rationem dubitandi ego
59 reſpondeo, licet † creditor inſtrumentum mutui debito ſoluto debitori reddere teneatur. Atq; etiam præſumatur debitorem ſoluto debito inſtrumentum mutui à creditore repetiiſſe, præſertim ſi ille ſit homo ſagax ac diligens, cum illud fieri conſuetum & uſitatum ſit: Attamen & juris eſſe, & etjam uſu receptum, ut inſtrumentum debiti a creditore non reſtituatur debitori ſoluta ſorte capitali, ſi vel nummus unicus de prætenſis intereſſe, vel damnis ſuperſit, illamq; præſumptionem deſcendentem ex eo, quod conſuetum eſt, item & ex qualitate perſonarum contraria præſumptione tolli, præſertim ſi contrariæ præſumptiones ſint fortiores vel numero plures.

Eam ob cauſam, quia præſumptio fortior tollit aliam minùs fortem, *l. Divus. ff. de reſtit. in integr. cum ſimilib. allegat. in rationib. decidendi. & plures præſumptiones eludunt pauciores. Aym. Cravet. conſ 145. nu. 11.*

Et ſic liquet, cum in caſu præſenti adſint præſumptiones & plures & fortiores, quibus ſuadetur illud mutuum ſolutum eſſe, per illas præſumptiones penitùs tolli illam præſumptionem ſumptam à ſolito ſive conſueto, item & ex qualitate perſonæ.

Ad undecimam rationem dubitandi ego
reſpondeo, licet † inſtrumento cuilibet 60
ſtetur, donec probetur contrarium. Attamen contra inſtrumentũ quodlibet regulariter admitti probationem contrariam, non tantùm per teſtes & inſtrumenta, verùm etiam per præſumptiones legitimas & à jure approbatas, prout hoc liquet ex iis, quæ in rationibus decidendi diximus.

Nec in caſu præſenti contractus mutui eſt celebratus in ſcriptis, eam ob cauſam, quia in caſu præſenti inter contrahentes actum non reperitur, quod ille contractus non aliter ratus eſſe debeat, niſi ſcriptura vel inſtrumento ſupervenicute. Et certum eſt,
contractum † non aliter cenſeri celebra- 61
tum in ſcriptis, niſi illud inter contrahentes actum vel conventum fuerit, ut contractus non aliter ratus ſit, niſi ſcriptura ſuper illo confecta fuerit.

Et licet in hoc contrarium teneant Dd. citati in undecima ratione dubitandi, qui videl. volunt, contractum cenſeri celebratum io ſcriptis, ſi inter contrahentes conventum fuerit, ut ſuper illo ſcriptura fiat, licet expreſsè actum non ſit, quod ſcriptura non facta ille contractus non valeat. Attamen illorum opinio eſt communiter reprobata. Eamq; ob cauſam neq; in judicando, neq; in conſulendo ſequenda.

Inſuper etiam & legibus cautum & à Dd.

Digitized by Google

à Dd. communiter traditum eſt, quod illa
probatio, quæ fit per præſumptiones le-
gitimas, æquipollet probationi inſtrumen-
tali, quodq; eam ob cauſam, ſolutio contra
mutuum vel aliud debitum in ſcriptis con-
tractum, perinde per præſumptiones legiti-
mas, ut inſtrumentum probari poſſit.

Igitur ſequitur, cum in caſu noſtro
multæ ſint præſumptiones legitimæ & ur-
gentiſſimæ, quibus ſuadetur ſolutionem
mutui, cujus in copia porrecta fit mentio,
factam eſſe, ea quæ in undecima ratione
dubitandi adducta fuêre, noſtræ deciſioni
nihil refragari.

62 Ad duodecimam rationem dubitandi
ego reſpondeo, licet † contra præſumptio-
nem ex curſu longi vel longiſſimi tempo-
ris deſcendentem, admittatur probatio
contraria, illaq; præſumptio per præſum-
ptionem aliam elidatur: Hoc tamen ita
demum verum eſſe, ſi probatio contraria
ſit veriſimilis, & contraria præſumptio ſit
fortior illa præſumptione, quæ ex lapſu
temporis deſcendit, per jura vulgaria.

Eamque ob cauſam, ea, quæ in duode-
cima ratione dubitandi adducta ſunt, in ca-
ſu noſtro locum non habere. Cum proba-
tiones & præſumptiones contrariæ non
ſunt veriſimiles, neque fortiores præſum-
ptiones orta ex lapſu temporis, & adjuta
aliis indiciis, conjecturis & præſumptio-
nibus.

Ad decimam tertiam & ultimam ra-
63 tionem dubitandi ego reſpondeo, Ea † quæ
in decima tertia & ultima ratione dubi-
tandi dicuntur, non habere locum in præ-
ſumptionibus legitimis ſive à jure appro-
batis. Item, etiam ex præſumptionibus ur-
gentibus, prout hoc ex illis, quæ in rationi-
bus decindendi diximus, liquet.

Eamq; ob cauſam, ea nihil obſtant huic
noſtræ deciſioni, cum in caſu noſtro adſint
præſumptiones, conjecturæ & indicia le-
gitima & multum urgentia. Et ſic ex hiſce
omnibus ſatis ſuperq; liquet, quod non ob-
ſtantibus rationibus dubitandi, prima no-
ſtra concluſio veriſſima ſit.

Secundò, cum mihi omnes ſingulæq;
circumſtantiæ hujus caſus non ſint revela-
tæ, neque in caſus figuratione inſertum,
præcipuè num M. & J. de S. fratres ſub Il-
luſtriſſimo Electore B. bona ſita habeant.
Item, num W. ubi ſolutio deſtinata eſt,
ſub Illuſtriſſimo Electore B. ſita ſit, ſive
non. Ego ſimiliter valde ſubdubito, num
J. & M. de S. fratres, non conſiderato, quod
ſub Illuſtriſſimo Electore B. domicilium
non habeant, cum ipſorum fratre, qui ibi
domicilium habet, & nuper domum re-
diit, tanquam litis conſortes coram Ele-
ctoris B. judicio Cameræ comparendi cogi
poſſint: tamen pro dictis J. & M. de S.
quod illi cum fratre ipſorum tanquam litis
conſortes coram Illuſtriſſimi Electoris B.
judicio Cameræ in hac cauſa reſpondere
non teneantur, adduci poterit.

Namque primò clari atque indubitati
juris eſt, quod † debita aliaq; onera hæredi- 64
taria inter hæredes ipſo jure dividantur, ita
ut unusquisque ex hæredibus ratione illius
debiti hæreditarii non niſi pro rata hære-
ditatis ſive portione ſua conveniri poſſit,
juxt. text. expreſs. *l. pacto ſucceſſorium. & ibi
Dd. C. de pact. l. 1. C. ſi cert. pet. l. pro hæredita-
riis. C. de hæredit. act. l. 1. C. de except. gloſ. &
Dd. l. ea quæ. C. famil. herciſc.*

Uſque adeo, ut etiamſi unus ex hære-
dibus fuerit factus non ſolvendo, reliqui
hæredes pro portione illius conveniri ne-
queant, *Ang. conſ. 130. incip. ſuper tertio dubio.
Franc. Aret. l. 2. §. & harum. n. 7. & ibi Alciat.
in rep. nu. 32. & Lancell. Galiaula. nu. 8. ff. de
verb. obligat. arg. l. legatorum ff. de leg. 2.*

Secundò, actio merè † perſonalis ſe- 65
quitur tantùm perſonam obligatam, non
autem rem ſive rei ſucceſſorem, *l. eum qui.
C. de act. & oblig. l. cogi. §. unde quæritur. ff. ad
SC. Trebell. l. fin. C. de hæredit. action. l. 1. C.
de condict. indeb. l. cum fundo. & ibi Bald. C. de
ſervit. ruſtic. prædior.* Etiamſi illa obligatio
ſit contracta, habito reſpectu ad rem, *l.
quædam. §. nihil intereſt. & ibi Iaſ. colum. 2.
verſ. quartò tu pondera. ff. de edend. l. cum hæ-
reditas ex cauſa. & l. ſi hæres inſtitutus. §. fin. ff.
ad Trebell. l. fin. §. 1. ff. de cont. empt. Rom. Franc.
Aret. & Dd. l. quæ neptis. ff. de acquir. hæred.
Rom. conſ. 447. col. 2. Paul. Caſtr. conſ. 329.
col. 2. lib. 1. Franc. Aret. conſ. 25. col. 2. & conſ.
70. col. 1. Iaſ. l. 1. §. ſi hæres præcepto. col. 1. ff. ad
SC. Trebell. Iaſ. conſ. 128. col. 2. verſ. tertiò. &
conſ. 149. col. fin. lib. 4.*

Ex quo videtur inferendum, etiamſi
Nobiles Domini J. & M. de S. bona aliqua
poſſiderent in territorio Illuſtriſſimi Prin-
cipis Electoris B. ipſos tamen per illa bona
actione merè perſonali ex contractu mu-
tui deſcendente, coram Electore B. vel ſuæ
Illuſtriſſ. Celſitud. Conſiliariis conveniri
non poſſe.

Tertiò † actor forum Rei ſequi tenetur, 66
l. juris

l. juris ordinem. & l. in criminali. C. de jurisd. omn. jud. l. fin. C. ubi in rem. act. c. cum ſit, generale. & c. Clericus Laicum. ext. de for. comp.

Ideoq; ſi Actor & Reus ſint diverſę provinciæ, & in diverſis provinciis domicilium habeant, actio merè perſonalis contra Reum inſtitui debet in illa provincia, in qua ipſe domicilium habet, *l. 3. in pr. ff. de eo quod cert. loc.* ſive agatur ad contractum adimplendum, ſive ad diſtractum, ad ſolutionem nempè faciendam, *l. 2. & ibi gl. & Dd. C. ubi & apud quem. Signorol. conſ. 162. Salic. l. 1. col. 3. C. de ſum. Trin. & fid. Cath. Angel. §. ad hæc. auth. ut ſponſalitia largitas. facit text. l. ſi ſuſpecta. §. fin. ff. de inoff. Teſtam.*

Et hoc uſq; adeò verum eſt, ut procedat, etiamſi actione merè perſonali agatur ad rem certam dandam, tradendam vel reſtituendam: Illaq; res ſita fuerit in eo loco, ubi Actor domicilium habuit.

Namq; nihilominùs Reus non poteſt conveniri, niſi in illo loco, ubi ipſe habitat, ſive domicilium habuit, *gl. l. forma §. ſi verò quis agrum. & ibi Bart. ff. de cenſib. Bart. & Dd. l. fin. C. ubi in rem act. Bald. d. l. fin. C. de præſcrip. longi temp. Roman. conſ. 197. Iaſ. conſ. 8. col. 1. lib. 1.*

67 Quartò, licet † quis ratione contractus, item ratione deſtinatæ ſolutionis forum ſortiatur, in loco contractus, item, & in loco deſtinatæ ſolutionis, *c. fin. & ibi Anton. de Butr. Abb. & Dd. ext. de for. compet. l. contraxiſſe. & ibi Bart. ff. de act. & oblig.*

Attamen; debitor neq; in loco contractus, neq; in loco deſtinatæ ſolutionis conveniri poteſt, ſi ibi non reperiatur, *l. heres abſens §. fin. ff. de judic. c. Romana. §. contrahentes. de for. compet. lib. 6. Cyn. l. 1. C. ubi de crim. agi oport. Ant. de Butr. c. fin. & ibi Abb. nu. 36. ex. de for. compet. Bd. auth. qui ſemel. C. quom. & quand. jud. Iaſ. l. ſi convenerit. nu. 39. ff. de jurisd. omn. jud. Iaſ. l. 1. nu. 2. ff. de eo quod cert. loc.*

Ex quo videtur inferendum, etiamſi contractus mutui, de quo in caſu præſenti controvertitur, fuiſſet in Marchia B. celebratus, vel ſolutio eò deſtinata, quod tamen Nobiles J. & M. de S. cum illi in Marchia non reperiantur, ratione hujus mutui in Marchia conveniri non poſſint.

68 Quintò, licet † continentia cauſæ dividi non debeat, & cauſæ continentes in uno eodemq; judicio tractari, illique, qui cauſam communem ſive conceptam habent, coram eodem Judice conveniri debeant, *l. nulli. & ibi Cyn. Bart. Bald. Alber. Paul. Caſtr. Alex. Corn. Iaſ. & Dd. C. de judic. l. 1. & 2. Bart. & Dd. ff. de quib. reb. ad eund. jud. eatur. l. cognitio. §. plures. & l. ſi pariter. & l. ſi uſumfructum. §. mater ff. de lib. cauſ. l. omnia. & ibi Bart. C. arbitr. auth. hoc ita. C. de duob. reis. c. 1. & ibi Abb. & Dd. ext. de cauſ. poſſ. & propriet. gl. c. fin. & ibi Abb. Felin. & Dd. ext. de judic. Odofr. l. 1. C. de conſort. ejuſd. lit. Socin. c. 2. n. 28. ext. de mut. petit.*

Illudq; ſecundum aliquorum Dd. ſententiam locum habeat, etiamſi † conſortes 69 ejusdem litis, ſive illi, qui cauſam communem vel connexam habent, diverſi fori ſint *Bart. l. 1. arg. ill. text. de quib. reb. ad eund. judic. eat.* Et eſt de mente *Iaſ. l. nulli. nu. 6. lim. 2. C. de judic. Bald. authen. hoc ita. nu. 3. C. de duobus reis.*

Attamen Dd. magis communiter tradunt, quod proptèr diverſitatem fori, connexitas ſive continentia cauſæ dividi poſſit & debeat, quodq; illi qui ſunt diverſi fori, licet habeant cauſam connexam non coram eodem Judice, ſed unusquisque coram ſuo Judice conveniri debeat, præſertim ſi cauſa ſit dividua, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *gloſ. 2. c. fin. & ibi Panorm. & Dd. & Felin. num 8. extr. de judic. Ioan. de Imol. l. exitus ff de acquir. poſſ. Paul. Caſtrenſ. & Alex. l. nulli. C. de judic.* Et idem etiam tenet *Dyn. Nicol. de Neapol. & Bart. l. Iurisperitos §. 1. arg. ill. text ff. de excuſ. tutor. Socin. conſ. 12. n. 17. lib. 1. Robert. Maranth. in ſuo Speculo. part. 4. diſtinct. 11. n. 24. Nevizan. in Sylva nuptial. lib. 6. nu. 43. Rebuf. auth. habita, Privilegio 106. C. ne filius pro patre. Aym. Cravet. conſ. 232. lib. 2. Covarru. Pract. quæſtion. c. 34. Gabriel. Sarayna in addit. ad Mathesil. ſing. 143.*

In quibus locis Doctores concludunt, ſi Clericus habeat cauſam communem ſive connexam cum Laico quæ dividua eſt, ſive diviſionem recipere poteſt, unumquemque coram ſuo Judice conveniendum eſſe. Et ſic velint, propter diverſitatem fori connexitatem cauſæ dividendam.

Et hanc eandem ſententiam etiam multos alios Dd. amplecti, atteſtatur *Covarru. in loco proximè citato.*

Et hoc potiſſimùm procedit, quando illi qui cauſam communem ſive connexam habent, quæ tamen dividua eſt, ſive diviſionem recipere poteſt, non tantùm ſunt diverſi fori, verùm etiam in diverſis provinciis domicilium habent.

Tunc enim ipſi abſq; omni dubio coram eodem Judice comparere non tenentur, ſed unusquisq; coram proprio ſuo Judice conve-

Digitized by Google

convenienduſ eſt. Tùm per text. *auth. hoc ita. C. de duobus reis.*

Namque, cum in illo textu dicatur, cum enim non ambo adſunt, per Judicem producuntur, negotiumq; communiter examinatur, & ſeutentia communiter infertur.

Ex illo textu liquet, ſi duo pluresvè Rei debendi non ſint in una provincia præſentes, ſed abſint, & in diverſis nempè provinciis degant, omnes coram uno eodemq; Judice comparere non cogi, ſed unumquemque coram ſoo Judice conveniendum eſſe. Et hoc ſumpto argumento à contrario ſenſu, quod in jure & frequentiſſimum & fortiſſiminm eſt, *l. 1. in princip. & ibi Iaſ. Dec. & Dd. ff. de offic. ejus. cui mandat. eſt juriſdict.*

Tùm, qoia legibus expreſſè cautum non reperitur, quod conſortes ejusdem litis coram eodem Judice comparere teneantur, eo caſu, quando ipſi in diverſis provinciis domicilium ſuum habent. Ideoque ſequitur, ſi conſortes ejusdem litis, ſive cauſam communem habentes, in diverſis provinciis habitent, ipſos coram eodem Judice comparere non cogi, ſed unumquemque coram ſuo Judice conveniendum.

Eam ob cauſam, quia illi textus, in quibus continetur, quod unos & idem pro pluribus cauſis, vel plures, pro una cauſa aut pluribus cauſis cogantur ad eundem Judicem ire, continent tantùm caſus ſpeciales, & non habet locum niſi in caſibus in illis textibus expreſſis, atque in omnibus aliis caſibus, non ſpecialiter expreſſis, jus commune ſervandum eſt, quo jure communi expreſſè cavetur, quemlibet coram ſuo Judice conveniendum, prout hoc notabiliter tradit *Marian. Socin. c. 2. nu. 25. in fin. ext. de mutui petit.*

Et confirmatur evidenti ratione, Nam-
70 que nulla † lex nullaq; conſtitutio ultra verba ipſius trahenda vel porrigenda eſt, *l. quod conſtitutum. & ibi Bart. ff. de milit. Teſtam.* Et id quod lex non dicit, nec nos dicere debemus, *l. ſi ſervum. §. non dixit prætor. ff. de acquir. hæred. Bald. conſ 99. col. 1. lib. 4.*

Et ceſſantibos verbis legis, ceſſet & ipſius diſpoſitio, *l. 4. §. toties. & ibi Bartol. Alex. & Dd. ff. de damn. infect.* Nec eſt veriſimile, legislatorem id voluiſſe, quod verbis non expreſſit, *c. inter corporalia. & ibi Bald. ex. de translat. Prælat. c. ad audientiã. ex. de Decim.*

Præterea, hoc quod † continentia cau- 71
ſæ non debeat dividi, quodq; habentes cauſam communem ſive connexam coram eodem Judice conveniendi ſint, videtur introductum, non favore Actoris, ſed favore Rei, Cum tale judicium Reo non opponente procedat, *Innoc. Panorm. c. cum M. Ferrarienſis. ext. de conſtitut. Bald. Paul. Caſtrenſ. Alex. Iaſ. & Dd. l. nulli. C. de judic. facit text. l. 2. verb. poſtulante. ff. de quib. reb. ad eund. judic. eat.*

Ideoq; & in ipſius odium retorqueri non debet, *arg. l. quod favore. C. de legib. l. nulla. ff. eod. tit.* Et Reo debet permitti huic beneficio renunciare, *l. ſi quis in conſcribendo. & ibi Bart. Bald. Alex. Iaſ. & Dd. C. de pact. l. pactum inter hæredem. ff. eod. tit.*

Cum itaque in caſu præſenti M. & J. de S. non tantùm ſint diverſi fori, verùm etjam in diverſa provincia, nempè in Archiepiſcopatu Magdeburgenſi domicilium habeant, ipſiq; in hac cauſa rei ſint, & poſtulent, ut ipſi coram Judice ſuo competente conveniantur: Sequitur, ipſos, propter perſunam fratris ſui, qui in Marchia B. domicilium habet, ratione hujus debiti pro portione ipſorum in Marchia B. conveniri nequeant, nec comparere cogantur, præſertim cum hæc cauſa non tantùm ſit dividua, ſed etiam illud debitum inter omnes hæredes, filios nempè M. de S. ipſo jure diviſum fuerit.

Contra verò Nobiles Dominos J. & M. de S. quoad deciſionem hujus ſecundi dubii adduci poteſt, primò id quod Dd. tradunt, Eum debitorem, qui promiſit debitum ſolvere, in aliquo locu certo limitato tempore, puta, Venetiis in talibus nondinis, ibi inde ſtrictè conveniri poſſe, etjamſi ibi non inveniatur, *Innoc. c. ſi adverſarius. nu. 3. ext. de eo qui mitt. in poſ. rei ſer. cauſ. Bald. c. 1. nu. 9. de milit. vaſal. qui cont. Iaſ. l. ſi convenerit. nu. 42. ff. de juriſdict. omn. judic. Iaſ. l. 1. nu. 2. limit. 5. ff. de eo quod cert. loc.*

Secundò, debitor in loco † contractus, 72
vel deſtinatæ ſolutionis conveniri poteſt. Licet ipſe ibi non reperiatur, eo caſu, quando ipſe in illo loco bona habet ſaltem quoad hunc finem, ut creditor in poſſeſſionem illorum bonorum mittatur, *l. hæres abſens. §. 1. ff. de admin. tut. l. Titium. §. 1. & ibi Iacob. de Areit. Rayner. & Bart. ff. de adminiſt. tutor. c. 1 §. contrahentes. & ibi Dd. de for. compet. lib. 6. Bald. l. fin. §. ſed etſi quis commun. delegat. Alber. de Roſ. l. ſi convenerit. & ibi Iaſ. num. 39. limit.*

limit. 1. ff. de juriſd. omn. judic. Abb. Panorm. c. ſin. nu 36. ext. de for. compet.

Idem quoque juris eſſe videtur, in hærede debitoris, cum hæres eodem jure uti debeat, quo defunctus uti debuiſſet, *l. hæredem. & l. qui in jus. ff. de reg. jur. c. is qui in jus. & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6.* Illudq; quod defuncto obfuit, etiam hæredi illius obeſſe debeat, *l. quod ipſis qui contraxerunt. & ibi Dec. & Cagnol. ff de reg. jur.*

Cum itaq; in inſtrumento mutui cautum ſit, debitorem, ſeniorem nempè M. de S. promiſiſſe debitum 1500. flor. in certo loco nempè in W. & limitato nempè in die Natalis Chriſti anno 1535. debitori ſolvere.

Et inſuper, in inſtrumento mutui adjectum ſit W. vel in alio loco, ubi B. de S. ſuisq; unà nominatis commodius eſſet, videtur dicendum, ſi J. vel M. de S. hæredes dicti M. de S. in Marchia Brandenburgenſi aliqua bona poſſideant, vel ſi prædictus locus Wolterslag in Marchia Brandenburgenſi ſitus ſit, ipſos in hac cauſa in Marchia Brandenburgenſi, juri ſtare cogi, aut ſaltem contra ipſos miſſionem in bonorum poſſeſſionem decernendam.

Tertiò, apud me eſt indubitati juris, quod J. & M. de S. ſe pro fratre ipſorum, qui adhuc in Italia degere debet, interponere, & illum in juridica hac cauſa defendere, ipſiusq; partes agere non teneantur.

73 Namque licet in jure † reperiantur aliqui caſus, in quibus conſors ejuſdem litis conſortem ſuum abſentem in judicio defendere poſſit, *l. 2. & ibi Bald. & Dd. C. de conſort. ejuſdem litis. Abb Felin. Dec Franc. Rip. & Dd. cap. cum. M. Fertatenſis. extr. de Conſtit.*

Attamen in jure nuſquam cautum reperitur, quod † conſors invitus conſortem ſuum defendere teneatur. Ideoque ſtandum eſt regulæ juris, quod nemo compelli poſſit defenſionem abſentis ſuſcipere, *l. invitus. C. de Procur.* 74

Cum regulæ † juris ſemper inhærendum & ſecundum regulam pronunciandum ſit, niſi de exceptione fides fiat, *Bald. cap. 1. col. 3. de alien. judic. mut. cauſ. facta. Bald. l. ſi tutor. in ſin. C. de ſervo pignori dato manumiſſ. Bart. l. 2. & ibi Iaſon. num. 33. ff. ſi quis in jus vocat. non ierit. Dec. l. 1. num. 8. & ibi Cagnol. num. 21. ff. de reg. jur. Philip Franciſc. Rubr. de reg. jur. lib. 6. Felin. cap. quoniam frequenter. in princip. ext. ut lit. non conteſt. Iaſ. l. cætera notabil 3 ff. de legat. 1. Dec. conſ. 103. col. 2. Curt. Rubr col. 3. C. qui admitti.* 75

Illud tamen verendum eſt, quod ſi abſens frater Nobilium de S. non defenderetur, ne contra ipſum miſſio in bonorum poſſeſſionem decernatur. Cum etiam contra abſentem ex juſta & probabili cauſa, ſi ipſe non defendatur, miſſio in bonorum poſſeſſionem decerni poſſit, *l. item ait Prætor. §. pen. & ſin. ff. ex quibus cauſ major. l. in poſſeſſione. §. 1. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſ. eatur. l. cum qui. ff. de Privileg. credit. l. ignorare. C. de reſtitut. militar.*

CONSILIUM VICESIMUM QVINTUM.

In cauſa Nobilium de L. contra Ducem P. concernentem obligationem debiti, in quo diſſeritur, Utrum ſucceſſor obligetur ex contractu vel facto prædeceſſoris.

SUMMARIA.

1. Ex promiſſionibus & contractibus. Principis ſucceſſor tenetur, licet non per ſucceſſionem ſed electionem ad dignitatem illam admittatur.

2. Maximè, cum contractus vel promiſſiones juſtitiam vel æquitatem continent.

3. Item, quando ſub nomine dignitatis ſuæ, contractus eſt celebratus.

Quod firmatur multis, ibid.

4. Quilibet actus & contractus, quando in dubio intelligatur celebratus non proprio ſed dignitatis nomine.

5. Plures caſus, quibus ſucceſſor in dignitate indiſtinctè ex contractu prædeceſſoris obligatur. & nu. 23.

6. Ex contractu Prælati celebrato in commodum Eccleſiæ, ſucceſſor indiſtinctè tenetur.

7. Succeſſor feudi ad ſolutionem æris alieni ratione feudi contracti tenetur, licet heres non ſit vaſalli.

8. An verò primogenitus, qui ſecundum Statuta vel Conſuetudines quorundam locorum in certa quædam bona ſuccedit, ad ſolutionem æris alieni ratione illorum bonorum contracti teneatur?

9. Contractus ſive promiſſio ut dicatur reſpicere commodum dignitatis vel Eccleſiæ quid ſufficiat? & nu. 11.

10. Principes in dignitate conſtituti, probitate & prudentia excellere præſumuntur.

11. Contractus Principis, ex quibus præſumatur, utiliter geſtus, licet appareat prima fronte injuſtus vel inutilis. & nu. 16.

12. Conſenſus & præſentia Conſiliariorum ex curſu longi temporis præſumitur, ut & conſenſus Capituli in alien. rei eccleſiaſticæ.

13. Et conſenſus Papæ in exemptione Epiſcopi.

14. Et Epiſcopi in reſervatione facta patrono Eccleſiæ vel Capellæ.

Itemq́ Domini feudi vel Emphyteuſis in alienatione rei feudalis vel emphyteuticæ, ibidem.

15. Ex curſu temporis omnia ad actum aliquem requiſita, præſumuntur.

17. Sententia etiam contra prædeceſſorem lata, ſucceſſori in dignitate nocet.

18. Onus injunctum Epiſcopo, durat & perſonam Epiſcopi ſequitur, licet is idem Archiepiſcopus factus fuerit, & dignitatem mutaverit.

19. An verò dignitate penitùs mutata, onera & commoda realia durent, & num. ſequenti.

20. Prioratus ſi effectus fuerit Epiſcopatus, an nihilominus retineat Privilegia prioratui conceſſa, itemq́ ad onera ejus teneatur.

21. Terra à Rege vel Principe de novo occupata, tranſit ad occupantem cum juribus & oneribus.

22. Et villa alteri unita ad debita tàm realia quàm perſonalia, ad quæ prius obligata fuit, conveniri poteſt.

24. Pater adoptivus ad omnia onera filij adoptivi tenetur.

25. Et Monaſterium, cui & perſona & bona ingreſſi adquiruntur, ad omnia onera ingreſſi tenentur.

26. Ius reale quomodo inducatur.

27. Ono-

27. Onera realia ſequuntur rem, & ſalva manent ad quemcunq; etiam poſſeſſorem res pervenerit.

28. Pignus vel hypotheca reale jus eſt, & contra omnes omninò poſſeſſores perſecutio ejus competit.

29. Novatio vel translatio neceſſaria, intelligitur facta cum omni ſua cauſa.

30. Poſſeſſor m. fidei nulla ne immemoriali quidem temporis præſcriptione tueri ſe poteſt, & num. 32.

31. Etiam adverſus actiones merè perſonales ſecundum commun.

33. An verò idem in foro civili obtineat.

34. In mala fide quis eſſe dicatur.

35. Mala fides defuncti hæredi & ſucceſſori univerſali nocet, etiamſi hæres præſcriptionem à ſe inchoare velit. Secund. commun. Fallit. n. 37.

36. Hæres in bona fide exiſtens, præſcriptionem à ſe incipere non poteſt, quando defunctus in mala fide fuit, etiamſi ipſe acceſſione ex perſona defuncti uti nolit. Secund. commun.

37. Mala fides defuncti ſucceſſori in dignitate non nocet.

38. Mala fides in factis arduis præſumitur eſſe continuata in quoſcunq; poſſeſſores.

39. Præſcriptio quomodo interrumpi poſſit.

CASUS SUPER QUO JUris informatio petitur, breviter ſe habet, uti ſequitur, Quondam Reverendiſſimus Princeps & Dominus, Dominus L. E. Magiſter ordinis Teutonici in Pruſſia, laudatæ memoriæ, Anno 1455. die Barbaræ pro ſe rationeq; ſui ordinis Georgium & Balthaſarum de L. Joannem de C. Fridericum S. & Joannem de L. in ſervitium aſſumpſit, ea ratione, quod ſuæ Celſitud. totoq; ordini cum ducentis & quinquaginta Equitibus operam ſuam militarem addicere & pro ſtipendio (uti invicem convenerant) ſervire & militare deberent; Et ſublimè nominatus ordinis Magiſter in dicto anno dieq; cum dictis Joanne & Balthaſ. de L. Joanne de C. Friderico S & Joanne de L. rationem contulit, in qua apparuit, Illuſtriſsimam ſuam Celſitudinem pro præcedentibus militaribus ſervitiis ratione ipſorum ſtipendii viginti mille, ſexcentos & ſexaginta Ungaricos florenos, & pro damno, quadringentos & quatuor Ungaricos florenos ipſis debuiſſe: & pro ſe ſuoq; ordini promiſerit, ipſis duas illas Summas ad proximum Feſtum Purificationis Mariæ ſolvere, ſecundum tenorem adjunctarum copiarum.

Jam verò hoc non conſiderato: Item, neq; attento, quod dicti L. ipſorumq; conſortes propterea ſemper inſtiterint, tamen in hunc uſque diem, neque reſidua ſtipendia neque damna ipſis ſoluta fuerunt.

Petitur igitur ſuper hoc conſilium in jure fundatum, Si dicti reſidui ſtipendii damniq; perpeſſi cauſa contra modernum Ducem Pruſſiæ tanquam hoc tempore Marienburgenſis ac ita ejuſdem ordinis bona poſſeſſorem & uſurpatorem, actionem inſtituere velint, num in jure aliquid obtineri poſſit nec ne?

Ad quem caſum breviter reſpondendo, ego exiſtimo, quod Dux Pruſſiæ ſecundum circumſtantias præſentis cauſæ ab L. ipſorumq; conſortum hæredibus ratione reſiduorum ſtipendiorum militariorum & damnorum perpeſſorum, juxta juris diſpoſitionem in jus vocari poſſit. Et ſi ſequentes Magiſtri Teutonici ordinis, qui poſt dictum L. E. (qui prælibatas duas obligationes dedit) regnarunt, omnes & cuilibet ſpeciatim nomine dicti debiti fuerint interpellati, & Illuſtriſſ. S. Celſitudin. obligationes in originali vel vera Copia earundem monſtratæ, vel ſuæ Illuſtr. Celſitud. aliàs de iis cognitum fuiſſet: quod ſublimè nominatus præſens Dux Pruſſiæ contra illam actionem nulla præſcriptione ſe tueri poſſit, ſed reſidua debita ſtipendia una cum damnis perpeſſis ſolvere teneatur: Atque hoc ex ſequentibus cauſis juriumq; fundamentis.

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QUO NIHIL FELIX FAUSTUMQVE.

PRÆCEDENS CONCLUſio multis firmiſſimis rationibus comprobatur.

Namque clari & indubitati juris eſt, quod ex † contractibus Principis ſucceſſor ipſius obligetur, quodq; ſucceſſor Principis

& debita à Principe contracta ſolvere & promiſſiones ipſius adimplere debeat, licet ipſe ſucceſſor ad illam dignitatem admittatur non per ſucceſſionem; ſed per electionem, *Bart. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. Cyn. Bald. Alberic. Paul. Caſtrenſ. & Dd. l. digna vox C. de legib. Anton. de Butr. Abb. Felin. Dec. & D. c. 2. arg. illius text. ext. de probatio. Alex. conſ. 124. nu. 2. lib. 1. Bald. l. qui ſe patris. colum. 10. C. unde liberi. Bald. & Præpoſ. cap. 1. de natur feudi Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verſ. ſed an Princeps. Ioan. de Anan. c. fin. ext. ne Prælati vices ſuas alteri. Ioan. Novizan. inter conſ. Albert. Brun. conſ. 12. num. 30. Cardin. Pariſ. conſ. 82. num. 48. lib. 1. Boer. deciſ. 204. num. 41. Oldrad. conſ. 29. Bald. l. fin. circa fin. C. de Tranſact. Bertach. in tract. de Epiſcop. lib. 4. part. 4. nu. 184.*

Et hoc potiſſimùm procedit, quando
a contractus † a Principe celebratus, ſive promiſſio a Principe facta, continet juſtitiam naturalem & æquitatem, *Guid de Zuzar. Cyn. Bald. & Alberic. l. digna vox C de legib. Boer. deciſſ. 204. num. 41.* Et idem eſt de mente *Romani conſ. 116. num. 3.* ubi ipſe tradit, quod ſucceſſores Principum teneantur obſervare & adimplere ea quæ à prædeceſſoribus ipſorum juſtè vel legitimè geſta vel promiſſa ſunt, argumento *cap. Abbate ſanè. de ſentent. & re judic. lib. 6. cap. 2. junct. gloſ. verb. graves. ext. donat. c. 1. ext. ſolut.*

Multò verò magis hoc procedit in
b contractibus † celebratis à Principe ſub nomine dignitatis ſuæ. Ex illis enim ſucceſſor ipſius, etiamſi ipſe per electionem ad Principatum admiſſus fuerit, indiſtinctè obligatur, *Gemin. cap. Abbate ſanè. §. ſed ad hoc. numer. 1. & ibi Philip. Franciſc. num. 2. de ſentent. & re judic. lib. 6. Ioan. Andr. Anton. de Butr. & Doctores cap. 1. & ibi Panormitan. num. 1. & Dec. num. 1. & ibi Felin. nu. 1. extr. de probatio. Socin. junior conſil. 60. num. 29. lib. 3. Paulus Caſtrenſ. l. digna vox. numer. 4. C. de legib. Bertachin. in tractat. de Epiſcop. lib. 4. tractat. 4. numer. 117. Lucas de Penna l. hi quos. colum penult. verſic. ad omnia alia generalia, C. de fund. rei privat. lib. 11. Mandel. conſil. 67. numer. 1. lib. 1.* Et idem tenet *Alberic. de Roſat. in l. digna vox. numer. 3. C. de legibus.* ubi ipſe in illa quæſtione, utrum ſucceſſor obligetur ex facto prædeceſſoris, ita diſtinguit: Aut nos loquimur in ſucceſſore univerſali, ſive in hærede, & ipſe abſque omni dubio ex facto & contractu defuncti obligatur: Aut loquimur in ſucceſſore in dignitate ſive officio, ut Imperatore, Papa, vel alio officio Eccleſiaſtico vel œconomico, vel Rege vel Comite, vel Tutore, vel curatore, & tunc, aut prædeceſſor geſſit aliquid ſententiando vel judiciario ordine exercendo, & tunc tenetur ſtare ſucceſſor, aut tranſigendo, paciſcendo vel pacem faciendo, & tunc ſuper re dubia valet, *l. pactum Curatoris, C. de pactis. l. Præſes. C. de Tranſaction.*

Et ideo, ſucceſſor tenetur ſervare quouſque reſcindatur ope reſtitutionis vel alio legitimo modo: Aut jurando, vel vovendo, & tunc ſi ſunt hæredes, tenentur ſervare & implere juramentum factum per defunctum: Aut contrahendo, vel alienando, Et tunc aut contractus vel alienatio facta ſunt in caſibus à jure permiſſis, & tunc ſucceſſor tenetur ſervare, *cap. 1. & ibi Innocen. Hoſtienſ. Anton. de Butr. Panormitan. & Doctores extr. de ſolut. cap. fin. & ibi Innocent. Hoſtienſ. Anton. de Butr. Panormitan. & Doctores extr. ne Prælati vices ſuas alteri.* Aut in caſibus à jure prohibitis, & tunc ſucceſſor ſervare non tenetur, *cap. 2 cum ibi notatis extr. de Parrochijs.* Et ſic *Alberic. de Roſat.* ibidem expreſsè decidit, quod ſucceſſor Imperatoris, Papæ vel alterius Principis, qui non ſucceſſione, ſed electione in locum defuncti ſurrogatur, contractum à prædeceſſore in caſibus à jure permiſſis initum ſervare teneatur.

Ejuſdem ſententiæ eſt & *Alberic. de Roſat. in l. 1. num. 19. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdict.* ubi *Alberic. de Roſat.* concludit, quod ex pacto ſive contractu inito ab Imperatore, ratione Imperii ſive illius quæ ad Imperium ſpectant, ſucceſſor ipſius indiſtinctè obligetur, ſi ille contractus in commodum Imperii celebratus fuerit.

Eandem ſententiam amplectitur etiam *Bald. cap ſignificavit. numer. 4. & ibi Anton. de Butr. num. 3. & Panormitan. numer. 4. argumento illius text. extr. de reſcript.* ubi ipſi concludunt, Eum qui ſuccedit Comiti vel alteri domino in dignitate debita à prædeceſſore reſpectu Comitatus ſive dignitatis contracta, ſolvere cogi.

Huic opinioni etiam ſubſcribit *Baldus c. 1. §. Marchio. num. 2. de his qui feud. dare poſſunt*, ubi ipſe tradit, quod ex facto ſive contractu, celebrato ſub nomine appellativo, dignitatis nempè, ſucceſſor in dignitate indiſtinctè obligetur.

Hanc

Hanc opinionem etiam tenet *Bald. c. 1. §. imperialis. n. 8. de pace conſtant.* ubi *Bald.* illum textum in verb. *in perpetuum.* per præſentem mundi ætatem & futuram exponit, id eſt, ſive præfinitione temporis, quia Imperator facit hanc pacem nomine ſedis non nomine proprio tantùm, & Imperium non moritur, *l. quod Principi. ff. de leg. 2 §. fin. auth. quomod. oport. Epiſcop.* Et notatur *per Pet. & Cyn. l. ſi quis Imperatorem. C. qui Teſtam. fac. poſſunt. & in c. ſi gratioſa de reſcript. lib. 6.* Quod dictum *Baldi* refert atque ſequitur *Ioan. Ign. rep. l. donationes. nu. 18. C. de donat. inter vir. & uxor.* ubi ipſe in fortioribus terminis inquit, Contractum initum à Rege vel alio Principe, cenſeri & nomine ſedis regiæ initum: Eamq; ob cauſam, & perpetuum eſſe, & quemlibet ſucceſſorem ligare: Et ſubnectit talem rationem, quia cum ſermo dignitati non perſonæ dirigitur, fit translatio & extenſio ad ſucceſſores in dignitate, *cap. quoniam Abbas. ext. de offic. deleg. Florian. l. 4. in pr. ff. de ſervit.* Unde mirum non eſt, ſi ſucceſſores compellantur ad ſervandum conventa, *Bald. c. 1. de pac. conſtant. facit text. l. annua. §. fin. ff. de annuis legatis.*

Idem etiam vult *Auguſtin. Bero. c. 1. nu. 27. ext. probat.* ubi ipſe formaliter inquit, quod Princeps etiam contrahit, ut publica perſona, quando circa ea quæ ſibi competunt, ratione officii & adminiſtrationis contrahit: quo caſu non ſolùm dicitur ſe obligare, ſed etiam ſucceſſores ſuos per textum hunc.

Eidem opinioni etiam aſtipulatur *Pet. & Cyn. l. ſi quis Imperatorem. C. qui Teſtam. fac. poſſunt.* Dum ibi inquiunt, legatum relictum Principi ſub nomine dignitatis ad ſucceſſorem tranſire & devolvi eam ob cauſam, quia dignitas nunquam moritur.

In eadem opinione eſt *Pet. de Anchor. c. Abbate ſane notab. 14. de ſenten. & re judic. lib. 6. Stephan. Bertrand. conſ. 43. nu. 9. lib. 7.* ubi concludunt, licet ſucceſſor in dignitate gravari non poſſit per prædeceſſorem in rebus propriis, ipſum tamen gravari poſſe in rebus dignitatis, ad ipſam dignitatem pertinentibus.

Idem eſt & de mente *Innocent. c. cum dilectis. ext. de ord. cognit. Bart. l. 1. nu. 5. ff. de privat. delict. Card. Zabarel. conſ. 134. num. 1.* Dum ibi concludunt, ex obligatione deſcendente ex delicto contracto nomine ſive contemplatione dignitatis ſucceſſorem in dignitate teneri & conveniri poſſe. Et pro hac deciſione comprobanda optimè facit text, *in c. quoniam Abbas & ibi Anton. de Butr. Panorm. Felin. Dec. Auguſt. Bero. & Dd. ext. de offic. deleg. Bart. Iaſ. & Dd. l. qui liberis. §. hac verba. ff. de vulg. & pupill.* Ex quo text. & doctrinis Dd ibidem liquet & colligitur, talis generalis maxima, quod quælibet diſpoſitio facta ſub nomine appellativo dignitatis, ad quoslibet ſucceſſores in dignitate tranſeat.

Deinde hanc ſententiam comprobat, quod Dd. tradunt, quod ex contractu Prælati inito nomine Eccleſiæ, ſucceſſor illius indiſtinctè obligatur, *Anton. de Butr. c. finali & ibi Abbas quæſt. 3. dubio 5. ext. ne Prælati vices ſuas alteri Ang. conſ. 245. nu. 6. Socin. conſ. 52. col. 2. lib. 1. Covarr. variar. reſolut. lib. 2. c. 15. nu. 6.*

Et ex copiis mihi tranſmiſſis expreſsè liquet, debitum contractum & promiſſionem factam, Von dem Herrn Hochmeiſter in Preuſſen / à Domino Magiſtro Teutonici ordinis in Pruſſia eſſe contractum & factum non nomine proprio, ſed nomine dignitatis, & inſuper hoc ſuadet ſubjecta materia illius debiti contracti.

Et clari & indubitati juris eſt; quod & quilibet † actus intelligatur celebratus, nec 4 non etiam omnis contractus init[9] nomine dignitatis & non nomine proprio eo caſu, quando ſubjecta materia hoc ſuadet, *c. dilecti. & ibi Abb. ext. de for. compet. Domin. c. ſi gratiosè. col. 2. verſ. quid ſi appellavit. de reſcript. lib. 6. Bart. l. terminato. C. de fructib. & lit. expenſ. Bart. l. ſi ſervus communis. col. 1. ff. de ſtip. ſervorum. Abb. c. 2. ext. de his quæ vi metuve cauſa. Abb. conſ. 93. lib. 2. Innocent. c. 1. ext. de translat. Prælat. Dec. & Dd. d. c. quoniam Abbas. ext. de offic. deleg. Mandel. conſ. 67. n. 1. lib. 1.*

Igitur ſequitur, quod ad ſolutionem dicti debiti non tantùm Dominus Ludovicus ab E. verùm etiam omnes ſucceſſores ipſius. Et per conſequens etiam modernus Dux Pruſſiæ obligatus ſit.

Secundò, hanc deciſionem comprobat id quod tradit *Bald. l. digna vox. nu. 3. in fin. C. de legib.* ubi *Bald.* concludit, pacta inita cum Regibus Francorum & Angliæ ſi fierêt, nomina gentis ſuæ porrigi ad omnas ſucceſſores. Quod dictum Baldi refert atq; ſequitur *Felin. c. 1 nu. 1. ext. probat. Socin. in conſ. 60. nu. 29. lib. 3. Boer. deciſ. 204. nu. 42.*

Tertiò, ex † contractu ſive facto Prin- 5

cipis ſucceſſor illius in dignitate, qui ad iſtam dignitatem per electionem aſſumitur, indiſtinctè obligatur, eo caſu, quando Princeps facit ea, quæ ſunt de natura vel conſuetudine ſui officii aut dignitatis, *Bal. l. 1. circa princ. verb. & hoc verum niſi faciat ea. & ibi Iaſ. num. 13. ff. de Conſtitut. Principum. Cardinal. Pariſ. conſ. 92. nu. 51. lib. 1. Socin. jun. conſ. 60. nu. 29. lib. 3. Albert. Brun. conſ. 1. nu. 26. Ioan. Nevizan. inter conſ. Albert. Brun. conſ. 12. nu. 30. Mart. Landenſ. in tr. de princip. quæſt. 127 arg §. & hac vera jubemus. auth. ut nulla judicum. §. illud auth. conſtitutio quæ de dignitatib. l. qui ſemel. ff. de decret. ab ord. faciend. c. decet: de reg. jur. lib. 6.*

Quartò, ex cõtractu Principis ſucceſſor in dignitate qui per electionem ſuccedit, indiſtinctè obligatur, eo caſu, quando contractus eſt fact⁹ ex cauſa oneroſa, *Card. conſ. 147. col. 2. Socin. jun. conſ. 60. nu. 30. lib. 3.*

Quintò, ex contractu facto pro commodo ſive utilitate Principatus, Imperii vel ſubditorum, is qui per electionem vel alio modo Principi ſuccedit, indiſtinctè & obligatur; & ad obſervantiam illius tenetur, *Alberic. de Roſ. l. 1. n. 19. ff. de offic. procurat. Cæſar Socin jun. conſ. 60. nu. 35. lib. 3.* Et idem eſt de mente *Auguſt. Bero c. 1. nu. 38. ext. de probat.* ubi ipſe inquit, Princeps contrahendo circa id quod ſua & ſucceſſorum intereſt, dicitur ſucceſſores obligare, quia non vinculo poſitivo, ſed naturali gentium utitur, ut voluit *Bald. l. 1. in princ. ff. de Conſtit. Princip.* Nam id quod utiliter geſtum eſt, nomine meo, debeo ratum habere, *l. 1. & 2. ff. de negot. geſt. l. Pomponius. la. 1. §. & quemadmodum. & ibi Bart. & Alex. ff. eod. tit.*

Et hæc deciſio confirmatur ex eo, nam-
6 que ex † contractu Prælati, celebrato in commodum ſive utilitatem Eccleſiæ, ſucceſſor ipſius indiſtinctè obligatur. Atque ſucceſſor tenetur debita Prælati pro utilitate Eccleſiæ contracta ſolvere, *c. 1. & ibi Abb. Imol. & Dd. ext. ſolut. c. quod quibuſdam. & ibi Dd. ext. de fidejuſſoribus. c. fin. §. porrò. & ibi Pet. de Anchor. Domin. & Philip. Franciſc. de officio ord. lib. 6. Abb. c. per tuas. argum. illius text. ext. donat. Ioan. Andr. Abb. Imol. & Card. Zabarell. c. ex præſentium. ext. de pignor. Abb. c. cum eſſet. col. 10. ext. de Teſtament. Domin. conſ. 17. Calderin. conſ. 1. & 2. tit. de ſolut. Boër. deciſ. 204. num. 48. Lucas de Penna. l. hi quos. col. pen. verſ. item non obſtat. C. de fund. rei privat. lib. 11.*

Deinde hanc ſententiam comprobat, Namque & ſucceſſor † feudi ad ſolutio- 7
nem æris alieni ſive debiti, contracto ratione feudi pro oneribus nempe feudo incumbentibus ſive pro utilitate feudi tenetur, licet ipſe hæres vaſalli defuncti non ſit, *Andr. de Iſern. c. 1. nu. 3. & ibi Matth. de Afflict. nu. 19. an agnatus. Albert. Brun. conſil. 104. Albert. Brun. in tract. de agni concluſ. 5. nu. 27. Aym. Cravet. conſ. 197. num. 1. lib. 1. Boër. deciſ. 204. nu. 41. facit id quod decet. And. de Iſern. & Matth. de Afflict. c. 1. §. quid ergo. de inveſt. de re alien. fact. M. de Afflict. c. 1. in pr. de alien. feud. M. de Afflict. c. 1. in pr. de prohib. feud. alien. per Frid.*

Similiter hæc deciſio comprobatur ex 8
eo, quod aliqui Dd. tradunt † primogenitum, qui ſecundum Statuta vel conſuetudines aliquorum locorum incerta quædam bona ſuccedit, ad ſolutionem æris alieni ratione illorum bonorum contracti teneri, *Oldrad. conſil. 94. Boër. deciſ. 204. nu. 41.* ubi ipſe atteſtatur, eandem opinionem amplecti *Alberic. de Roſat. in l. penult. C. de donat. inter vir. & uxor.* Licet in hoc contrarium teneat *Carol. Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 11. nu. 8. 9. & 10.*

Et quoad hoc, ut contractus † ſive pro- 9
miſſio dicatur reſpicere commodum vel utilitatem dignitatis aut Eccleſiæ, ſufficit negotium utiliter cœptum ſive prima conſideratione apparere utilitatem Eccleſiæ vel dignitatis reſpicere, licet ille contractus effectum utilem non habuerit, & ex poſt facto in damnum dignitatis, Imperii vel Eccleſiæ redundet, prout hoc quoad caſum præſentem expreſſè decidit *Socin. jun. conſ. 60. nu. 55. 56. lib. 3.*

Et in Eccleſia idem tenet, *Abb. c. fin. ext. ne Prælat. vices ſuas alteri.* Et ſatis probatur per textum, *l. ſed an ultrò. §. 1. ff. de negot. geſt. l. ſervus ſi in rem. ff. de in rem verſo. l. & in totum. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. l. qui mutuam. §. fin. ff. mandati. l. quid ergò §. ſuffuit. ff. de contrario jud. tutel. l. ſervum. C. de in rem verſo.*

Præterea, † omnes Principes atq; in di- 10
gnitate conſtituti, probitate, prudentia & ſapientia excellere præſumuntur, *Ioan. de Imol. Clem. etſi principalis. de reſcript. Dec. c. quoniam Abb. n. 6. ext. de off. deleg. facit tex. l. 2. C. de off. civil. jud. l. 1. C. de ſuſcept. & arcar. lib. 10. Bart. l. damni. §. Sabini. ff. de damn. infect. Bald. l. errorem. C. de Teſtam.*

Et ex † probitate, prudentia & ſapientia 11
Principis præſumitur contractus ipſorum

pro-

pro utilitate & Principatus & ſubditorum celebratus, *Socin. jun. conſ. 60. nu. 36. lib. 3.* prout omnis actus à viro provido & honeſto celebratus & utiliter & in caſu à jure permiſſo celebratus intelligitur, licet prima fronte appareat injuſtus vel inutilis, *Abbas cap. niſi eſſent. notab. 1. ext. de præbend. Innocent. cap. 1. ext. de Cler. peregrin. Franciſc. Aretin. l. in illa. ff. verbor. obligat. Iaſon. l. ex quacunque. numer. 33. ff. ſi quis in jus. vocatus*
11 *non ier.*

Eodem modò & ex illo, quod contractus fuit initus vel promiſſio facta præſentibus & conſentientibus Conſiliariis Principis, ille contractus præſumitur utiliter initus, *Socin. jun. conſ. 60. num. 37. lib. 3. argum. l. tranſactionem cum ibi notatis per Dd. C. de tranſact.*

12 Itaque ille † conſenſus & præſentia videtur ex curſu longi temporis præſumi. Namque per curſum longi vel longiſſimi temporis præſumitur interveniſſe & in alienatione rei Eccleſiaſticæ conſenſus capituli, *c. ea noſcitur. ext de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. Capit. c. pervenit. ext. de empt. vel vendit. Alex. conſ. 79. col. 3. lib. 11. conſ. 45. col. fin. lib. 5. conſ. 92. col. 2. lib. 6. Socin. conſ. 35. col. pen. lib. 1. conſ. 28. col. 3. & conſ. 266. lib. 2. Dec. l. 1. col. 4. C. qui admitti. Dec. conſ. 36. col. 6. conſ. 329. col. fin. conſ. 141. col. 6. & conſ. 409. col. 1. Iaſon. l. ſciendum. ff. verb. oblig.*

13 Et † conſenſus Papæ in exemptione Epiſcopi, *Dec. conſ. 152. col. fin.* nec non etiam in Teſtamento Cardinalis, *Aretin conſ. 36. Dec conſ. 409. col. 1. Iaſ. d. l. ſciendum. ff. verb. obligat*

14 Et conſenſus † Epiſcopi in reſervatione facta patrono Eccleſiæ vel Capellæ, *Dec. conſ. 174. col. 2* & conſenſus domini feudi vel Emphyteuſis in alienatione feudi vel Emphyteuſis, *Alex. conſ. 113. col. pen. lib. 4. Zaſ. conſ. 115. col. pen. Iaſon. l. ſciendum. col. 7. ff. verb. obligat. Felin. cap. illud. nu. 5. ext. de præſumpt.*

15 Atque ex † lapſu longi vel longiſſimi temporis omnes ſolennitates etiam extrinſecæ omniaq; ad actum aliquem requiſita interveniſſe præſumuntur, *l. ſi filius. & ibi Dd. de poſt. hæred. Paul. Caſtr. conſ. 121. col. 2. & conſ. 375. col. 2. lib. 1. Alex. conſ. 45. in fin. lib. 5. & conſ. 179. col. 3. lib. 7. Alex. l. qui in aliena. ff. de acquir. hæred. Alex. Iaſ. & Dd. l. ſciendum. ff. de verb. obligat. Iaſ. l. 1. C. qui admitti. Dec. c. 1. col. 6. ext. de fid. inſtrum. Felin. c. ſicut. ext. de ſent. & re judic.*

Etiamſi de illis ſolennitatibus ſive requiſitis nulla fuerit facta mentio in inſtrumento, *Felin. d. c. ſicut, col. 15. ext. de ſent. & re jud. Dec. conſ. 341. col. 6. & conſ. 558. col. 2. Iaſ. l. ſciendum. col. 7. ff. verbor. obligat.*

Quinimò, propter ſolam † antiqui- 16
tatem ſive lapſum temporis præſumitur contractum aliquem celebratum in utilitatem dignitatemvè Eccleſiæ, *Dec. conſ. 36. col. 5. verſ. tertio advertendum.*

Cum itaque poſt initos dictos contractus, de quibus in copiis mihi tranſmiſſis fit mentio, non modò longum & longiſſimum, verùm etiam immemoriale tempus elapſum ſit, atque inſuper ex tenore illarum liqueat, quod illi contractus fuerint initi etiam pro commodo ſive utilitate dignitatis, ordinis & ſubditorum, atque in iis, quæ ad officium Magiſtri ordinis ſpectant, nec non etiam ex cauſa oneroſa. Dubio omni caret, omnes ſucceſſores illius contrahentis, & per conſequens etiam modernum Ducem Pruſſiæ, ex illo contractu & obligatione conveniri poſſe.

Sextò, pro hac ſententia confirmanda 17
facit: Namque non tantùm † contractus prædeceſſoris, verùm etiam ſententia contra prædeceſſorem lata, ſucceſſori in dignitate nocet, & præjudicat, *Alber. de Roſat. l. pen. C. de donat. int. vir. & uxor. Oldr. conſ. 94. Ant. de Butr. conſ. 4. Felin. c. 1. num. 1. ext. de probat. Boër. deciſ. 204. nu. 42.*

Septimò, hanc eandem ſententiam
comprobat quod Dd. tradunt, † quod com- 18
miſſio facta, ſive onus injunctum Epiſcopo duret, & perſonam Epiſcopi ſequatur, etiamſi is Epiſcopus Archiepiſcopus factus fuerat, *Oldr. conſ. 293. & conſ. 276. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. ſ. reſtat. col. 2. verſ. & facit ad quæſtionem. de offic. deleg. Abb. c. quoniam. Abb. & ibi Dec. nu. 13. ex. de off. deleg. Alex. l. qui liberis. ſ. hæc verba. ff. de lib. & poſthum.*

Tùm, quia auctus eſt honor, non conditio mutata; *l. falſa. ff. de condit. & demonſt. l. cum exoratione ff. de excuſ. tutor.*

Tùm, quia non deſinit eſſe Epiſcopus, ſed natura in eo mutatur, *l. ſervus alienus. ſ. qui fideicommiſſarij. ff. de hæred. inſtit. l. ſi fuerit. ff. de collat. dotis. l. 2. ff. bonor. poſſeſ. contr. tabul.*

Tùm, quia ipſe videtur ſibiipſi ſuccedere, *l. ſi prior. in princip. ff. qui potior. in pignor. habent.* & mutata aliqua cauſa,

videtur ſibi ipſi ſubſtitui, *l. ſed ſi plures. §. nemo. & l. fin. ff. de vulg. & pupill.*

Ideoq; mirum videri non debet, quod onus injunctum dignitati, etiam mutata dignitate duret; cum illa dignitas, vel ſit aucta, vel quis ſibi ipſi per mutationem dignitatis ſucceſſerit vel ſubſtitutus fuerit, *arg. l. inficiando. §. in fraudem ff. de furt. l. talem. ff. de hered. inſtit. l. major. C. de dignit. lib. 12. l. 1. C. de Primicerio. lib. 12. l. vos C. de excuſ. muner. lib. 10. §. illud tamen, auth. ut jud. ſine quo ſuffrag.*

19 Similiter etiam † mutata penitùs dignitate onera & commoda realia durant, atque ad illam dignitatem, quæ loco alterius ſurrogatur, tranſeunt. Tùm, per *text. in §. illud. auth. ut jud. ſine quo ſuffrag.* In quo textu expreſsè deciditur: Si ex vicario effectus fuerit Comes, illum Comitem & omnibus commodis prioris dignitatis frui, omnibusq; oneribus obnoxium manere. Tum per *text l. vos. C. de excuſ. muner. lib. 10. l. 3. C. de dignitat. lib. 12. l. jubemus. C. de proxim. ſacror. lib. 12. l. Princeps. C. de Principibus agent. in reb. lib. 12. l. fin. C. de Palatinis ſacrar. legation.*

In quibus textibus deciditur, Privilegia realia dignitati conceſſa durare, licet quis ad majorem dignitatem evectus fuerit. Tum, quia ſi ex officiali fuerit effectus Clericus, ipſe non liberatur ab iis actionibus, quæ contra eum & patrimonium ipſius comprobant, *l. quisquis. C. de Epiſc. & Cleric.*

Tùm, quia, ſicut, quando principalis debitor ſuccedat fidejuſſori, obligatio fidejuſſoria quæ minor eſt; quæq; alioquin regulariter extinguitur, non tollitur, eo caſu, quando alterius creditoris nempe intereſt, eam non tolli. Ita quoque ſi major dignitas aſſumat minorem, atque minor dignitas in majorem transferatur, qualitates ſive onera realia prioris dignitatis non tolluntur, quando alterius intereſt, illa onera ſive illas qualitates non tolli, *l. debitor. ff. ſeparat.* Tùm, quia mutata dignitate quis intelligitur ſibi ipſi ſuccedere, *l. ſi prior. in princip. ff. qui potior. in pignor. hab.* & ſibiipſi ſubſtitui, *l. ſed ſi plures, §. nemo. l. fin. ff. de vulg. & pupill.*

Et ſubſtitutio facta à lege vel à Principe, qui eſt lex animatum in terris, intelligitur facta cum omnibus ſuis qualitatibus, omnibusq; oneribus, *l. 1. §. 1. 2. 3. C. de rei uxor. act. §. fuerat. Inſtit. de action. Bart. l. 1. §. hæc actio. ff. ſi quis Teſtamento liber eſſe juſ. fuer. Bald. l. ſi cum. §. qui injuriarum. ff. ſi quis cautionibus.* Tùm, quia ſurrogatum ſapit & retinet naturam illius, in cujus locum ſurrogatur, *d. l. ſi cum. §. qui injuriarum. ff. ſi quis cautionibus. c. Eccleſia. cl. 1. ext. ut lite pendent.* Etiamſi qualitas illius in aliquibus mutata fuerit, *Paul. Caſtrenſ. conſ. 265. nu. 4. lib. 1. Dec. conſ. 183. nu. 2. Iaſ. d. §. qui injuriarum. nu. 2.*

Tùm, quia, ſi † prioratus fuerit factus 20
Eccleſiæ Cathedralis ſive Epiſcopatus, ille Epiſcopatus nihilominus retinet & omnia Privilegia illi Principatui conceſſa, nec non etiam ad debita prioratus tenetur, prout hæc expreſſè & in ſpecie decidit *Oldrad. conſ. 267. per tot. conſilium, quod conſilium refert atq; ſequitur Dec. c. quoniam Abbas nu. 13. ext. de offic. deleg.* Licet in hoc contrarium ſed malè tenere videatur *Auguſtin. Berous d. c. quoniam Abbas nu. 110.* Tùm, quia ſervitus realis etiam ſublato ædificio non extinguitur, *l. ſervitutes. §. ſi ſublatum ſit ædificium. ff. ſervit. ruſt. prædior.*

Octavò, ſi Rex vel † Princeps aliquem 21
Ducatum, territorium vel terram de novo occupaverit: illa terra occupata tranſit ad occupantem cum juribus atque oneribus ſuis, *Bart. in tract. de inſula. §. nullius tamen eſſe creditur. num. 10. Rom. conſ. 218. nu. 3. Ioan. Baptiſt. rep. l. omnes populi. nu. 14. ff. de juſt. & jur. arg. l. via conſtitui. §. ſi fundus ff. ſervit. ruſtic. prædior. l. ſi convenerit. §. ſi fundus. ff. pigno action. l. ſi aquæductus. ff. contrah. empt. l. & in provincialib. C. ſervit. & aqua.*

Et per illam occupationem tertio innocenti non fit ullum præjudicium in juribus vel obligationibus ſuis, prout hoc tradit *Bart. & Dd. in locis proximè citatis,* & expreſsè probatur per textum *in auth. ſi verò Dominus temporal. C. hæred.*

Nonò, ſi una † villa alteri uniatur vel 22
ſubjiciatur, nihilominus illa villa ita unita vel ſubjecta ad illa debita realia vel perſonalia, ad quæ prius obligata fuit, tenetur & conveniri poteſt, *Bart. Alex. & Dd. l. 1. §. ſi cohæredem meum. ff. ad l. Falcidia.*

Decimò, eandem † ſententiam com- 23
probat id, qood tradit *Lucas de Penna. l. hi quos. col. pen. circ. fin. C. de fund. rei privat. lib. 11.* ubi ipſe concludit, Quod ad illa debita ſive onera, quæ afficiunt ipſam dignitatem ſucceſſor indiſtinctè teneatur, nec diſtinguit, utrum illa ſucceſſio fiat per mutatio-

nem

nem vel alterationem prioris dignitatis, an verò non.

24 Undecimò, Pater † adoptivus cujus & poteſtati ſubjicitur filius adoptivus, & dominio adjiciuntur omnia bona filii adoptivi, ad omnia onera filii adoptivi tenetur, *l. onera. ff. de adoption.*

25 Similiter & † Monaſterium, cui & perſona & bona ingreſſi acquiruntur, ad omnia debita tàm realia quàm perſonalia, nec non etiam omnia alia onera ingreſſi tenetur & obligatur, *gl. auth. ingreſſi & ibi Bartol. Bald. & Dd & Iaſon. numer. 44. C. de ſacroſanct. Eccleſiis. Bart. l. penult. ff. de adopt. Bartol. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. ff. de liber. agnoſcend. Ioan. Andr. Anton. de Butr. Bald. & Dd. cap. in præſentia. & ibi Felin. num. 39. ex. de probat. Rom. conſ. 292. Luc. de Pen l. hi quos. col. fin. C. de fund. rei privat. lib. 11*

Duodecimò, Pro hac eadem ſententia comprobanda adduci poteſt id quod tradit *Alberic. de Roſat. in l. donationes. col. pen. C. de donat inter vir. & uxor.* ubi ipſe formaliter inquit, Ille qui in univerſali regimine vel adminiſtratione jurium vel bonorum, per modum quoque ſuccedit, ex hoc jus & effectum hæredis ſortitur, & actiones intentat & creditorib. tenetur, etiamſi verus hæres non ſit, Imò, etiamſi habeat contra voluntatem prædeceſſorum, ut patet in Epiſcopo, cui patrimonii relicti captivis & pauperibus diſtributionem lex defert, *l. ſi quis ad declinandum. §. licentia. C. de Epiſc. & Cler.*

Et in filio exhæredato, cui ex Trebelliano eſt hæreditas reſtituta, *l ſi filius. ff. quod cum eo. l. 1. circ. princip. ff. ad SC. Trebell.* Et in fiſco, *l. ſi marito publico judicio. ff ſolut. matrim. l. cum fiſco. ff. ad Syllejan.* Et in Prælato, qui ex contractu prædeceſſoris tenetur, *cap. 1. ex. ſolut.* Et in eo, cui libertatis conſervandæ cauſa bona adjiciuntur, *Inſtit. de eo, cui libert. cauſa bona adjiciunt. per tot. tit.* Et in corpore ſive collegio & bonis ejus, qui de eodem collegio ſive corpore exiverunt, *l. fin. C. de hæred. decur.* Quia licet non ſint proprii hæredes, effectu tamen & loco hæredis habentur, quoad ſolutionem debitorum.

Decimò tertiò, illa obligatio, de qua in præſenti caſu agitur, non eſt obligatio
26 meræ † perſonalis, ſed eſt obligatio realis: Namque pro illa obligatione omnia bona & Magiſtri, nec non etiam ordinis ſive Magiſterii Teutonici obligata ſunt, prout hoc liquet ex eo, quod in inſtrumentis, quorum exempla mihi tranſmiſſa ſunt, dicitur, quod Nobilibus a L. torumq; conſortibus ſit conceſſa facultas atque poteſtas, bona ordinis propria autoritate & invadere, & occupare & retinere, ſi ipſis ſumma debiti tempore conſtituto ſoluta non fuerit, per quod pactum ſive licentiam ingrediendi ſive occupandi bona authoritate propria pignus ſive hypothecam, & ſic jus reale conſtitui dubio omni caret, *Bald. l. creditores. nu. 3. C. de pignor. Alexand. in addit. ad Bartol. l. creditor. §. qui poſt diviſionem. ff. qui potior. in pignor. habean. Franc. Cremenſ. ſing. 2.* Prout etiam per licentiam ſive poteſtatem res debitoris vendendi creditori à debitore conceſſam pignus ſive hypotheca inducitur, *d. l. creditor. §. poſt diviſionem. & ibi Bart. ff. qui potior. in pignor. habeant.*

Et clari & indubitati juris eſt, quod
tàm † pignus vel hypotheca, quàm omnia 27
alia onera realia ſequantur rem & ſalva & incoluminia maneant, ad quemcunque tandem poſſeſſorem illa res pervenerit, prout in pignore ſive hyppotheca hoc expreſsè probat *text. l. ſi convenerit. la. 2. §. ſi fundus. ff. de pignor. action. l. ſiquidem C. de donat. inter vir. & uxor. l. debitorem. C. pignor. l. res pignori. C. de remiſſ. pignor. l. ſi debitor. C. distract. pignor l. ſi prædium. C. de evict.*

Et quod alia onera realia rem penes quamcunque poſſeſſorem ſequantur, atque quilibet ſucceſſor illa onera realia ferre cogatur, expreſsè probat textus, *l. via conſtitui. §. ſi fundus. ff. communia præd. l. neq. ff. quib. mod fruct. amit. l. alienatio. ff. contrah. empt. l. traditio. ff. de acquir. rer. domin.*

Nec quicquam dubii habet, † pignus 28
ſive hypothecam jus reale eſſe ejusq; perſecutionem contra omnes omninò poſſeſſores, ſive illi à debitore cauſam habeant ſive non, competere, *l. pignoris. ff. de pignor. l. pignoris. & ibi Bartol. C. eod. tit. l. eos. C. qui potior in pignor. habeant. l. 2. C. ſi unus ex plurib. hæred. debitor. vel creditor. gloſ. & Bart. in proœm. ff. §. tertij. Iaſ. §. omnium. nu. 31. & §. item ſi quis in fraudem, nu. 103. Inſtit. de action. Card. Pariſ. conſ. 50. nu. 18. lib. 1.*

Decimò quartò, Novatio, ſive tranſ-
latio † neceſſaria, quæ videlicet præter vo- 29
luntatem & intentionem creditoris ſit, ſemper intelligitur facta, cum omni ſua cauſa & qualitatibus, prout hoc patet ex traditis per *Bartol, Iaſon. & Dd. l. 1. C. de judic.*

judic. Bart. l. aliam. ff. de novat. Bart. l. 1. §. hac actio. ff. si quis Testamento lib. esse juss. fuer.

Et quælibet res tranſit cum ſua cauſa, ſuiſq; viciis & oneribus, *l. Pomponius. §. cum quis. & ibi Dd. ff. de acquir. possess. l. vitia. C. eod. tit.*

Et ſic ex prædictis rationibus liquet, licet Rex Poloniæ Pruſſiam occupaverit, atque ex dignitate Magiſtri ſive Magiſterii dignitatem Principatus conſtituerit, ex Magiſtro ordinis Ducem creaverit, quod tamen per hanc tam occupationem terræ, quam mutationem dignitatis Nobilibus a L. eorumq; conſortibus, in obligatione ipſis priùs quæſita nullum fuerit factum præjudicium. Quodq; Nobilibus à L. illâ occupatione & mutatione non obſtante permittatur à moderno Duce Pruſſiæ, qui & bona ordinis aliqua ex parte tenet, & in locum Magiſtri ordinis ſurrogatus eſt, debita, de quibus in inſtrumentis, quorum copia mihi tranſmiſſa eſt, fit mentio, petere.

30 Decimò quintò, is qui eſt in † mala fide, ſe nullius temporis præſcriptione tueri, vel defendere poteſt, *c. vigilanti. & c. fin. ex. præscript. c. possessor. & ibi Dyn. Ioan. Andr. & Phil. Franc. de reg. jur. lib. 6.*

Quod abſque omni dubio locum habet in actionibus realibus, ſive in præſcriptione adverſus actiones reales: Et in ſpecie, quod is qui eſt in mala fide, ſe contra creditorem agentem actione hypothecaria, nullius temporis præſcriptione juvare vel tueri poſſit, tradit *Fulgos. cons. 123. Alex. cons. 51. nu. 11. lib. 5. Socin. jun. cons. 145. nu. 17. lib. 1.*

31 Quinimò ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam, is qui † in mala fide eſt, ſe nullius temporis præſcriptione tueri vel juvare poteſt, etiam adverſus actiones meræ perſonales, *glos. Innoc. Anton. de Butr. Abb. Felin. & Dd. c. fin. ext. præscript. Alex. cons. 185. col. antepen. lib. 2. cons. 83. lib. 3. cons. 65. & cons. 99. lib. 4. Præpos. c. 1. §. si quis per triginta. si de feud. defunct. content. cum multis similibus allegatis per Francisc. Balb. in tract. de præscript. 2. part. 3. part. Princip. quæst. 13.* ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionem communiter receptam eſſe.

32 Et hoc uſque adeò verum eſt, † quod is qui eſt in mala fide, ſe nec præſcriptione quidem illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, tueri vel juvare poſſit, *gl. c. 1. verb. nisi. & ibi Philip. Franc. de præscript. lib. 6. Ang. §. furtiva. Instit. de usucapion. vers. fin. Orland. de Curte inter consilia. Calcan. cons. 6. col. pen. Bartol. de Vulpis inter cons. Calcan. cons. 53. col. 2. Ias. cons. 84. col. pen. lib. 3. Alex. cons. 13. col. 4. in fin. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 368. Francisc. Balb. in tr. de præscript. 2. part. 3. part. Princip. quæst. 6. nu. 20. Aym. Cravet. cons. 146. in fin. lib. 1. Aym. Cravet. in tract. de antiquit. tempor. 4. part. §. materia ista. nu. 19. Capit. decis. 4. Cardin. Paris. cons. 26. nu. 31. cons. 101. num. 113. lib. 1. & cons. 66. nu. 128. lib. 3. Covarr. repet. c. possessor. §. 8. nu. 4. de reg. jur. in sexto.*

Et prædicta non tantùm in foro canonico, verùm etiam in foro civili locum habent, quia ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam jura † civilia permittentia præſcriptionem cum mala fide labi, 33
per jus canonicum correcta ſunt, uſq; adeò, ut jus canonicum corrigens hoc caſu jus civile, etiam in foro civili ſervandum ſit, *glos. & Ioan. Andr. c. possessor. de reg. jur. in 6. Hostiens. in summa tit. de præscript. rerum immobil. §. utrum. col. 1. & 2. Abb. Imol. Felin. & Dd. c. fin. ext. præscript. Bart. l. Privilegia C. de SS. Eccles. Roman. cons. 275. in fin. Ang. l. super longi. C. de præscript. long. tempor. Alex. cons. 185. lib. 2. Dec. cons. 144. n. 4. Calc. cons. 74. Aym. Crav. cons. 146. lib. 1. Aym. Crav. in tr. de antiq. tempor. 4. part. § materia ista n. 20. Card. Paris. cons. 92. num. 30. lib. 3. Francisc. Balb. in tract. de præscript. 2. part. 3. part. princip. quæst. 7. n. 4.*

Præterea quoque clari juris eſt, quod omnis † is qui habet ſcientiam rei vel juris 34
alieni, in mala fide eſſe dicatur, *c. si virgo. & ibi glos. 34. q. 2. l. bonæ fidei. ff. verb. signif. l. si existimans. & ibi Bart. ff. solut. l. si quis fundum. ff. de acquir. possess. glos. Abb. & Dd. c. si diligenti. ext. præscript. Dyn. & Philip. Franc. c. possessor. de reg. jur. in 6. Bart. l. illud. ff. petit. hæred. Bart. l. fructu. §. fundi. ff. de usucap. Bart. l. final. C. unde vi. Bald. l. post sententiam. col. pen. C. sententiis. Aym. Cravet. cons. 146. lib. 1. Fr. Balb. in tract. de præscript. 2. part. 3. part. princip. quæst. 1.* Uſque adeò, ut etiam is qui ſcit ſe obligatum eſſe ex aliquo contractu, in mala fide eſſe dicatur, *Francisc. Balb. in tr. de præscript. 2. part. 3. part. princip. quæst. 14. num. 4. Cardin. Paris. cons. 92. nu. 25. & cons. 130. nu. 50. lib. 3.*

Si itaque fides fieri poſſit, quod omnes ſucceſſores Magiſtri Ludovici ab E. & etiam modernus Dux Pruſſiæ habuerit ſcientiam debiti & obligationis, de quibus in caſu præſenti agitur, indubitatum eſſet,

quod

quod modernus Dux Pruſſiæ ſe contra petitionem illius debiti tàm ratione ſtipendii quàm ratione damnorum nullius temporis præſcriptione juvare vel tueri poſſit.

35 Et licet mala fides † defuncti, hæredi ſucceſſori univerſali noceat, etiamſi hæres præſcriptionem à ſe incipere velit, ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam, atque eo caſu, quo defunctus in mala fide fuit, hæredi nullius temporis curſus vel præſcriptio patrocinetur, *l. cum hæres. ff. de diverſ. & tempor. præſcript. l. cum qui. §. in hac action. & ibi gl. ff. public. in rem action. l. ſi ego. §. pactus. ff. eod. tit. gl. l. 2. & ibi Bart. ff. de uſucap. pro hærede. gl. l. vitia. C. de acquir. poſſeſ. gl. l. 2. & ibi Bart. C. de uſucap. pro hærede. gl. l. fin. C. uſucap. gl. l. Pomponius. §. cum quis. & ibi Bart. & Dd. & Iaſ. nu. 20. ff. acquir. poſſeſ. Franc. Balb. in tract. præſcript. 2. part. 3. part. princ. q. 11. nu. 10.*

36 Uſque adeò, ut nec ſecundùm † diſpoſitionem juris Canonici quidem, hæres qui eſt in bona fide, præſcriptionem à ſe incipere poſſit, eo caſu, quo defunctus in mala fide fuit, etiamſi ipſe nolit uti acceſſione ex perſona defuncti, ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam, *Anton. de Butr. Imol. Abb. & Felin. c. ſi diligenti. extr. præſcript. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de præſcrip. §. ult. in additione magna. Bart. l. Celſus ff. uſucapion. Bald. auth. ad hæc. col. 6. C. de uſur. Ang. l. cum qui. §. in hoc. ff. public. in rem act. Abb. c. 2. extr. præſcript. Imol. c. fin. extr. eod. tit. Raph. Cuman. Ludovic. Roman. Paul. Caſtr. Alex. Vicent. Herculan. Iaſ. Ioan. Crotus. & Dd. l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquir. poſ. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 2. part. 3. part. princip. q. 12. nu. 12. Alex. conſ. 4. nu. 21. conſ. 89. nu. 8. lib. 2. conſ. 63. num. 11. lib. 4. & conſ. 51. & nu. 7. lib. 5.* In quibus locis Dd. atteſtantur, hanc opinionem communem eſſe.

37 Attamen mala fides † defuncti ſucceſſori in dignitate non nocet neque obſtat, *gl. & Dd. c. cùra extr. jur. patron. Alex. l. Pomponius. §. cum quis. & ibi Iaſ. nu. 29. ff. acquir. poſſeſ. gloſ. Abb. Felin. & Dd. c. de quarta. extr. præſcript. Alex. conſ. 89. nu. 8. lib. 2. & conſ. 63. nu. 11. lib. 4. Franciſc. Balb. in tract. de præſcript. 2. part. 3. part. princip. q. 12. nu. 13.*

Ideoque in caſu præſenti, mala fides Magiſtri Ludovici ab E ſucceſſoribus ipſius nullo modo obeſſet, ſi ipſi in mala fide fuiſſent, & non habuiſſent ſcientiam hujus obligationis ſive debiti, prout in perſona illorum ignorantia præſumitur, *l. qui in alterius. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. jur. l. fin. & ibi Bart. ff. pro ſuo.*

Eamq; ob cauſam in caſu præſenti neceſſarium eſt probare atque fidem facere, quod etiam ſucceſſores Magiſtri Ludovici ab E. habuerint ſcientiam hujus obligationis ſive debiti.

Porrò licet illud factum Der Beſtallung/ ex quo obligatio & debitum, de quo in caſu præſenti agitur, deſcendit ſit factum arduum, & in factis † arduis mala fides 38
præſumatur eſſe continuata in quoſcunq; ſucceſſores, *Panorm. conſ. 3. quæſt. 16. lib. 2. Felin. c. ſi diligenti. nu. 4. extr. de præſcript. Fr. Balb. repet. l. Celſus. part. 3. n. 22. ff. de uſucap. Cardin. Pariſ. conſ. 23. nu. 208. lib. 1.* Attamen ego vix mihi perſuadere poſſum, quod talis præſumptio in caſu præſenti ad impediendam præſcriptionem ſufficiat.

Cæterùm ſi probari atq; fides fieri poſſit, quod omnes ſucceſſores Magiſtri Ludovici ab E. atq; etiam modernus Dux Pruſſiæ fuiſſent † interpellati ſaltem extrajudi- 39
cialiter, propter illud debitum, de quo in caſu præſenti agitur, ipſisq; fuerint oſtenſa vel originalia vel ſaltem exempla, per Notarios deſumpta, cum oblatione exhibitionis originalium, & ita ipſi nacti fuerint ſcientiam dicti debiti, dictæq; obligationis: Dubio omni caret per hanc interpellationem cum oſtenſione jurium factam & ſucceſſores omnes, ac etiam modernum Ducem Pruſſiæ in mala fide conſtitutos, & præſcriptionem & interruptam & impeditam, *Anton. de Butr. & Abbas c. gravis. extr. reſtit. ſpoliat. Felin. c. nihil. nu. 5. limit. 5. extr. de præſcript. Franciſc. Balb in tract. de præſcript. 3. part. 6. part. princip. nu. 20. limit. 2. & nu. 34. 35. & 36.*

CONSI.

CONSILIUM VICESIMUM SEXTUM.

In cauſa Nobilis W. M. contra Duces S. in quo tractatur de Præparatoriis judicii.

SUMMARIA.

1. *Nemo in propria cauſa Iudex eſſe poteſt.*

2. *Quid verò ſi quis in propria cauſa, ut judex parte non opponente proceſſerit.*

3. *Et an adverſario expreſſè conſentiente quis Iudex in propria cauſa eſſe poſſit.* Contra Dec.

4. *Papa & Imperator cauſam propriam alteri delegare poſſunt.* Ratio. num. 12.

Secus eſt in ſuperiorem recognoſcentib. ſecund. communiorem. n 9. Ratio n. 10. & 12.

5. *Iudex primæ, ſi efficiatur Iudex in cauſa appellationis illam alteri delegare poteſt.* Ratio n. 13.

6. *Advocatus cauſæ alicujus, ſi ejuſdem Iudex efficiatur, rectè eandem alteri delegat.* Ratio n. 14.

7. *Iudex ordinarius, etiamſi in propria cauſa non poſſit eſſe Index, eam tamen alteri delegare non prohibetur, ſecund.* Caſtr. & Dec. *Quorum ſententiam tamen communiter improbatam auctor aſſerit. n. 15.*

8. *An Dominus feudi in cauſa propria conſtituere queat Iudicem ordinarium, qui de cauſis ad eum ſpectantibus cognoſcat. & n. 17.*

10. *Delegari quæ poſſint?*

11. *Sententia delegati cui Dominus feudi cauſam feudalem commiſit, in Domini favorem lata non valet.*

16. *A diverſis & ſeparatis non fit illatio.*

18. *Conſuetudo jurisdictionem tribuit.*

19. *Et facultatem cauſas delegandi.*

20. *Conſuetudo, ſi allegetur, probanda eſt.*

21. *Iudex ordinarius quo caſu cauſam propriam alteri delegare poteſt, delegatus ut ſuſpectus recuſari poteſt.*

22. *Dominus vaſallo non feudalem litem movens, coram Ordinario illa inſtituenda*

23. *Ordinarius hoc caſu quis.*

24. *De lite feudali inter dominum & vaſallum Parium cognitio eſt.*

25. *Electio Parium qualiter fieri debeat.*

26. *Pares ſuſpecti an recuſari poſſint.*

27. *Pares ſi ſuſpecti ſint & domino nimium favorabiles, an ad Ordinarium cauſa devolvatur.*

28. *Exceptio fori declinatoria quando opponenda.*

29. *In arbitrum nemo cogitur compromittere.*

30. *Diſſuadetur compromiſſio in arbitrum.*

31. *A Parium ſententia appellatur.*

32. *Ab arbitri non item. Secus de jure Canon. ſecund. Bald. nu. 36. cujus opinio improbatur. nu. 38.*

33. *A ſententia arbitratoris reductio ad arbitrium boni viri peti poteſt.*

De jure Canon. etiam à ſententia arbitri, ſecund. Bald. n 37.

Improbatur n. 38.

34. *Reviſio in Camera obtinet.*

35. *In cauſis feudalibus decidendis ceſſantibus feudorum conſuetudinibus jus Canonum ſervandum.*

38. *An in cauſis feudalibus à ſententia arbitri appellatio permiſſa.*

39. *Privilegium conceſſum Principibus aliquibus, ne ab illorum ſententia appellari poſſit, ad Pares curiæ non extenditur.*

Confirmatur n. ſeqq.

40. *Privilegium ſtrictiſſimè interpretandum.*

41. *Nec extra terminos extendendum.*

42. *Nec de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum*

43. *Conſuetudo non extenditur ultra id quod agitur.*

44. *De conſuetudine, & quàm ſtrictè illa intelligenda plura.*

45. Præ-

45. Præſertim appellationem prohibens.

46. Ad tollendam appellationem quæ conſuetudo ſufficiat. & n. ſeqq.

47. Tollere appellationem à judicibus inferioribus ad Cameram eſt de reſervatis Imperatori.

48. Reſervata Imperatori, quomodo conſuetudine tollantur.

49. Fidejuſſor non poteſt recuſari, qui obligari & conveniri poteſt.

50. Regula juris inhærendum, donec fides de exceptione fiat.

51. In cauſis civilibus is, qui fidejuſſorem judicio ſiſti præſtitit regulariter, nec capi, nec in carceribus detineri debet. De jure Saxonico etiam in criminalibus, n. 16.

52. Species carceris eſt, eſſe obligatum in certo loco ſtare.

53. Reus in civilibus non tenetur ſe obligare ad obſtagium, & ſi ſe obligaverit, relaxandus erit.

54. In criminalibus aliter.

55. Proceſſum potiùs quàm cauſæ deciſionem reſpicientia cujus judicij legibus decernantur.

57. Criminali accuſationi non derogatur per hoc, quod Reus fidejuſſoribus committitur.

58. Metus carceris juſtus eſt.

59. Juſto metu quid faciens, exceptione & actione defenditur.

60. Satisdare an teneatur, qui immobilia multa poſſidet. & n. 62.

61. Exceptio quod metus cauſa, ex perſona principalis etiam fidejuſſori datur.

63. De modo ſatisdationis.

64. Judicio ſiſti ſatisdans non cogitur in ſatisdatione certam pœnam promittere, niſi in caſib. ibid.

65. In cauſa propria actionem inſtituens non tenetur ad id alterius alicujus conſenſum requirere.

66. Anidem & quid obtineat, ſi cauſa communis ſit.

67. Juramentum calumniæ non habet locum in cauſis feudalibus inter vaſallum & dominum motis.

68. An verò nec in aliis controverſiis non feudalibus inter dominum & vaſallum ortis.

69. Juramentum calumniæ an conſuetudine aliqua tolli poſſit.

70. Reconventio etiam coram Paribus curiæ obtinet.

71. Vaſallus contra Dominum feudi actionem famoſam inſtituere nequit.

72. Actio injuriarum famoſa eſt.

73. Injuria orta ex actione contra aliquem inſtituta vel inſtituenda, quando demum vindicari poſſit.

74. Reconventio de iure Saxonico locum non habet.

75. An vaſallo à Domino convento vel accuſato convaſalli aſtare ſine periculo poſſint.

NOBILIS DOMINE, AMICE cariſſime, poſt diligentem perlectionem conſiderationemq; literarum veſtri Advocati viri clariſſimi doctiſſimique, Domini Doctoris Philippi junioris, dilecti Domini & amici mei; item, quæſtionum unà tranſmiſſarum, Illuſtriſſimi Illuſtriſſimiq; generis Principis ac Domini, Domini J. F. medii Ducis S. contra vos productorum accuſatoriorum articulorum, veſtriq; ad eoſdem defenſionales & contrariam relationem, tandem ex omnibus illis percipio, quod in hac cauſa inter vos tanquam Reum ab una, & Illuſtriſſimum Ducem tanquam Actorem ex altera partibus, quantum ad præparatoria judicii attinet, ſuper novendecim quæſtiones vos de jure informari, atque ideò juridicum conſilium conſcribi à me petatis.

Primò, num Illuſtriſſimus Dux S. in hac cauſa ipſemet Judex eſſe poſſit.

Secundò, num idem benè nominatus Dux de jure poſſit hanc cauſam ſuæ Illuſtriſſimæ Celſitudini vaſallis vel feudi clientibus & ſubditis delegare.

Tertiò, poſito, Illuſtriſſimum Principem S. in hac cauſa ipſimet, neque Judicem eſſe, neque illam aliis delegare poſſet, quis ergò in hac cauſa Judex competens exiſtat.

Quartò quæritur, dato hanc cauſam coram judicio feudali, vel Paribus curiæ tanquam Judicibus competentibus ventilari debere, numnè non ſolùm Duci S. verùm etiam V. D. de jure Pares curiæ eligere, concedi deberet.

Quintò, num etiam Illuſtriſſimus Dux S. propter defectum juriſdictionis & ratione incompetentiæ teneatur ad petitionem & inſtantiam Rei compromiſſum quoddam acceptare.

Sextò, num hæc cauſa primò coram Paribus curiæ, vel coram arbitro compromiſſario ventilari debeat.

Septimò, cum Duces S. veterem quandam

dam libertatem per aliquot tempus introduxerint, quod ab illis non poſſit appellari, num etiam à Paribus curiæ appellari poſſit.

Octavò, cum Princeps S. H. P. (cum quo tanquam fidejuſſore unà cum aliis, adjudicatam aſſecurationem & cautionem præſtare ſe obtulit, ſed ideò tanquam fidejuſſorem ſuſcipere recuſarit, quod ſua Illuſtriſſima Celſitudo dictum H. P. in hac cauſa tanquam Judicem vel Aſſeſſorem eligere in animo habuerit) num Illuſtriſſima ſua Celſitudo de jure hoc facere poſsit.

Nonò, Num ſublimè nominatus Princeps S. jure potuerit Wolfgangum de M. ultra ſuam cuſtodiam cogere ad tam magnam ſummam, cautionem & aſſecurationem præſtare.

Decimò, Numnè illa cuſtodia nunc demum poſt præſtitam cautionem jure debeat pro relaxata haberi.

Undecimò, Cum ſatisdatio hoc modo eſt poſtulata, quod per hanc, neque criminali actioni, neque etiam perſonali carcerationi quidquam decedi debeat, & Dominus Wolfgangus de M. in hoc propter metum carceris conſentire coactus fuit: numnè illa promiſsio tanquam metu extorta, de jure ſit invalida.

Duodecimò, Cum tantùm non compareat, dato, quod omnes articuli per ſe veri & probati eſſent, quod ſententia condemnatoria ſe ad inſignem quandam ſummam extenderet, & quod Reus poſtulatam cautionem judicio ſiſti, & judicatum ſolvi teneretur, quomodo illa interpretanda ſit, ad tam inſignem ſummam præſtandam.

Decimò tertiò, Cum Principes S. ſua territoria & bona pro indiviſo habeant & poſsideant, & major pars productorum articulorum Principes omnes in commune tangat, num unus citra alterius præſcientia & conſenſu, actione experiri poſsit.

Decimò quartò, numnè in præſenti caſu juramentum calumniæ de jure poſtulari poſsit.

Decimò quintò, Cum articuli pro parte, Domino Wolfgango de M. in diminutionem ſuorum honorum vergant, numnè in præſenti caſu Reconventio vel actio injuriarum in vindicationem ſuorum honorum locum habere poſsit.

Decimò ſextò, poſito, quod locum haberent, ubi illa Reconventio inſtitui debeat: coram Paribus curiæ (ſi hæc cauſa coram illis ventilari deberet) vel alio locorum.

Decimò ſeptimò, ſi contingeret, quod Dominus Wolfgangus de M. in defenſionem ſui honoris Nobiles quoſdam, vel ſublimioris dignitatis perſonas, qui ſublimè nominato Principi Saxoniæ ex feudi homagio obligati ſunt, ad aſsiſtentiam petere vellet, num illis abſque periculo eſſe poſsit ſine poſtulata venia ipſi aſsiſtentiam præſtare.

Decimò octavò, & eo caſu, ſi illud ipſis quandam diſgratiam vel inclementiam parere poſſet: num illam cautelam allegare ſatis ſufficiensq; ſit, quod illi tanquam interceſſores, qui ſuam Illuſtriſsimam Celſitudinem de intentata actione, & in illum conjecta inclementia avocare vel remorare poſſent, vocati & rogati eſſent.

Decimò nonò & ultimò, cum Illuſtriſsima ſua Celſitudo tres ſeptimanas ante incarcerationem Domino Wolfgango de M. ut ſuæ Illuſtriſsimę Celſitudini Conſiliario & fideli dilecto, ſcripſerit, & in illis literis ſatis ſe declaraverit, quod ſua Illuſtriſsima Celſitudo nullam inclementiam contra Wolfgangum de M. foveret, numnè per hoc ipſum felonia remiſſa eſſe cenſeatur.

Et primam quæſtionem quod attinet, eſt clari indubitatiq; juris, quod Dux S. in præſenti cauſa (cum illa Illuſtriſsimæ ſuæ Celſitudini propriam perſonam concernat) officium Judicis exercere non poſsit.

Nam non ſolùm in communibus ſcriptis Legibus cautum, verùm etiam jure divino, naturali & gentium conſonum eſt, neminem in propria ſua cauſa Judicem eſſe poſſe.

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QUO NIHIL FELIX FAUSTUMQVE.

1 LEGIBUS ENIM EXpreſsè ſancitum eſt, † neminem in cauſa propria judicem eſſe poſſe, *l. qui juriſdictioni & ibi Bart. Bald. Alex. Iaſ. & Dec ff. de juriſdict. omn. jud. l. pen. ff. de arbitr. l. Iulian ff de judic. l. 1. & ibi Bart. & Bald. C. ne quis in ſua cauſ. Abb. Felin. & Dec. cap. cum veniſſent. extr. de jud.* Quod uſque adeò verum eſt, ut ne Dominus quidem loci vel territorii in propria cauſa judex eſſe poſſit. *Oldrad. conſ. 124. Dec. d. l. qui juriſdictioni*, deinde hæc concluſio procedit etiam in Domino feudi, namque nec Dominus feudi in propria cauſa judex eſſe vel judicis officio fungi poteſt, *c. 1. an apud judicem vel cur domin. l. 1. §. pen. de probib. feud. alienat. per Frider. Bald. Alvarott. Propoſit. & Matth. de Afflict. c. 1. de inveſt. in mar. fact. Dec. d. l. qui juriſdictioni Dec. d. c. cum veniſſent. Matth de Afflict. c. 1. item, præterea ſi inter n. 1. & 38. de probib. feudi alien. per Frid Dec. c. cæterum n. 18. & ibi Fel. n. 10. extr. de judic.*

Quare ſequitur, cum hæc cauſa ſit propria Illuſtrium Ducum S. ipſos illuſtres Duces S. in hac cauſa judices eſſe vel judicandi munere fungi non poſſe, licet ipſi ſint domini & feudi & territorii.

Præterea hoc quod dictum eſt, neminem in cauſa propria judicem eſſe vel judicandi munere fungi poſſe, uſque adeò ve-
2 rum eſt, ut ſi quis † in cauſa propria etiam parte adverſa non opponente tanquam judex proceſſerit vel ſententiam tulerit, & proceſſus & ſententia ipſo jure nulla ſint, *Innoc. c. ex parte. extr de verb. ſignificatio. Anton. de Butr. c. dilecti extr de appellatio Dec. c. cauſam quæ inter 1 & R extr. de offic. delegat. Abb. Panorm. c. cum veniſſent nu. 20. & ibi Dec. n. 7. extr. de judic.* ubi etiam Dec. dicit, hanc opinionem communem eſſe, ideo ab illa neque in judicando neque in conſulendo recedendum erit, *arg l. 1. & ibi Bald ff de ſenatorib. l. 1. ff. de offic. quæſto. l. athletas. ff. de his qui notant. infa. l. fin. C de fideicom. c. Prudentiam in princ. extr. de offic delegat. Fel. & Dec. c. 1. extr. de conſtitutio.*

3 Quinimò, † nec adverſario expreſsè conſentiente quem in cauſa propria judicem eſſe vel judicandi munere fungi poſſe, Dd. noſtri concludunt, *Abb. c. in Geneſi 3. notab extr. de electionib. Abb. d. c. cum veniſſent nu. 20. & ibi Dec. n. 7. Socin. conſ. 96. num. 7. lib. 1. &c.* hæc ſententia verior eſt, licet quoad hunc ultimum punctum contrarium ſed male teneat, *Dec. d. l. qui juriſdictioni.*

Simili modo ſecundam quæſtionem quod attinet, in communibus ſcriptis Legibus expreſſe eſt ſtatutum, quod nullus judex propriam ſuam cauſam alteri ad judicandum delegare vel committere poſſit, Ex quo ſequitur, Illuſtriſſ. Principes nullo jure præſentem cauſam alteri delegare vel committere poſſe.

Quoad hanc tamen ſecundam quæſtionem † videtur prima fronte dicendũ Illuſt. 4
Duci S. permiſſum eſſe, hanc cauſam alteri delegare. Primò per id, quod tradit *Innocent. c. ex parte extr. de verbor ſignification. Abb c. cum veniſſent n. 5. extr. de judic. Matth de Afflict. c. 1. nu. 18 de inveſt. in marit. facta. Andr de Iſer. c. 1. §. Præterea ſi inter num. 13. & 85. de probib. feud alien. per Frider.* Namque in præallegatis locis præfati Dd. concludunt Papæ & Imperatori permiſſum eſſe, cauſam propriam alteri delegare.

Secundò, quia Dd. noſtri tradunt, † judi- 5
cem qui in cauſa principali ſententiam tulit, ſi contingat, ipſum etiam appellationis judicem fieri, hanc cauſam appellationis alteri delegare poſſe, *glo. n. c. quærebat. & ibi Abb. n. 6 ext. de electio.*

Tertiò, qui legibus expreſsè cautum
eſt, † eum qui parti patrocinium in cauſa 6
aliqua præſtitit, ſi contingat ipſum in judicē eligi, hanc cauſam alteri delegari poſſe, *l Prætor ff de juriſdictio. omn. judic.*

Quartò, hanc controverſiam † in ſpecie 7
decidunt, *Paul. de Caſtr. & Dec. d. l. qui juriſdictioni ff. de juriſdict. omn. jud.* Namque prædicti Dd. expreſsè dicunt, licet Ordinarius judex in cauſa propria judex eſſe non poſſit, ipſi tamen hanc cauſam alteri delegare permiſſum eſſe.

Quintò hanc ſententiam † confirmat 8
id, quod tradit *Bald. & Matth. de Afflict. c. 1. de inveſtit. in marit. facta. Albert. Brun. conſ. 45. nu. 12.* in quibus locis in ſimili deciditur, li-

cet Dominus feudi in cauſa propria judex eſſe vel cognoſcere nequeat, ipſum tamen conſtituere poſſe judicem ordinarium, qui de cauſis ſive litibus ad ipſum ſpectantibus cognoſcat. His tamen & ſimilibus rationibus non obſtantibus, ego in propoſito nobis caſu veriſſimum judico, ſicut Illuſtres Duces S. prohibentur in hac cauſa, quæ eſt ipſorum propria judicare vel judicis munere fungi, ita quoque & ipſis minimè licere hanc cauſam alteri committere vel delegare. Namq; & verior & commu-
9 nior Dd. ſententia eſt, † quod inferior ſuperiorem recognoſcens, nedum in cauſa propria Judex eſſe, ſed ne cauſam propriam alteri delegare vel committere poſſit, ſicut hoc expreſsè atq; in ſpecie decidit *Bart. l. qui juriſdictioni. lectur 2. num. 2. ff. de juriſdict. omnium judic. Socin. conſ. 96. num. 7. lib. 1. Albert. Brun. conſil. 30. num. 3. & conſ. 31. num. 2.*

10 Hanc ſententiam confirmat † primò text. *l. obſervare. §. fin. ff. de offic. proconſul.* Namque in illo textu expreſsè dicitur. Eſt enim perquam abſurdum antequam ipſe juriſdictionem nanciſcatur (nec enim prius ei competit quàm in provinciam venerit) alii eam mandare quam non habet.

Et ſic ex illo textu ſatis liquet, neminem eam juriſdictionem quam quis non habet, alteri delegare poſſe, & per conſequens, cum nemo habeat juriſdictionem in cauſa propria, *l. 1. C. ne quis in cauſ. propr.* Sequitur, neminem cauſam propriam alteri delegare poſſe.

Secundò, hanc ſententiam probat textus, *l. 1. in princip. ff. de offic ejus cui manda. eſt juriſdict.* Namque cum in illo textu dicatur ea tantùm, quæ alicui jure Magiſtratus competunt, delegari poſſe, & nemini jure Magiſtratus competat juriſdictio in cauſis propriis, *d. l. 1. C. ne quis in cauſ. prop. d. l. qui juriſdictioni.* Ex illo textu ſatis liquet atque patet, neminem cauſam propriam alteri committere vel delegare poſſe.

Tertiò, ad hanc ſententiam comprobandam facit text. *l. more majorum. ff. de juriſdict. omnium judic.* Namque cum in illo textu expreſsè dicatur more majorum ita conſervatum eſt, ut is demum juriſdictionem mandare poſſit, qui eam ſuo jure non etiam alieno beneficio habet, & nemo jure ſuo habeat juriſdictionem in cauſis propriis, ex illo textu ſequitur, neminem cauſas proprias alteri delegare poſſe.

Quartò, hanc ſententiam probat textus, *l. 1. C. qui pro ſua juriſdiction.* Namque in illo textu expreſsè dicitur, in cauſarum delegationibus illud conſultiſſimè præcipimus obſervari, ut ita valeant, ſi ad juriſdictionem pertineant delegantis. Quare, cum ad nullius ſuperiorem recognoſcentis juriſdictionem cauſæ propriæ pertineant, ex illo textu neceſſario ſequitur, neminem cauſam propriam alteri delegare vel committere poſſe.

Quintò, pro hac ſententia etiam adduci poteſt text. *l. obſervandum. ff. de judic.* Namque in illo textu expreſsè diſponitur, Principem vel Imperatorem non debere dare eum Judicem delegatum, quem pars ſibi dari nominatim petit. Igitur cum in illo textu prohibeatur ſuperior ei cauſam delegare, cui pars illam delegari vult, ſequitur, quod multò minùs pars alteri cauſam delegare poſſit.

Sextò, nemo plus juris in alium transferre poteſt quàm ipſe habet, *l. traditio. ff. de acquir. rerum domin. cap. obertum 1. quæſt. 7. cap. nuper, extr. de donation. inter vir. & uxor. cap. nemo plus juris. & ibi Dyn. de regul. jur. l. nemo plus juris. & ibi Doc. ff. de regul. jur.*

Sed certum eſt, neminem habere vel cognitionem vel deciſionem cauſæ propriæ. Igitur ſequitur, neminem alteri vel cognitionem vel deciſionem cauſæ propriæ delegare poſſe.

Septimò, hanc ſententiam comprobat id, quod tradunt † Domini de Rota, 11 deciſione 198. incipien. ſi Dominus. In quo loco Domini de Rota decidunt, ſi Dominus feudi committat ſive deleget cauſam feudalem ſententiam ab hoc commiſſario vel delegato latam in favorem Domini feudi non valere, Quam deciſionem refert atque ſequitur *Matth. de Afflict. c. 1. nu. 15. de inveſtit. in maris. facta.*

Octavò, hanc ſententiam etiam probat id, quod tradit *Abbas cap. Paſtoralis. §. quoniam. num. 2. & 3. & ibi Doc. num. 5. extr. de reſcript.*

Et ſic ex hiſce rationibus ſatis liquet, Duces S. non modò non habere cognitionem præſentis cauſæ, ſed nec eam alteri delegare vel committere poſſe.

Nec

Nec obſtant huic noſtræ veriſſimæ deciſioni ea, quæ pro parte contraria adducta ſunt, namque ad ea omnia eſt facilima reſponſio.

Et ad primum argumentum contra-
12 rium reſpondeo, Papæ † & Imperatori ideò permiſſum eſſe cauſas proprias alteri delegare, quia & Papa & Imperator de cauſa propria cognoſcere & eam decidere poteſt, *Bart. & Bald. l. 1. C. ne quis in ſua cauſa. Bald. l. proximè. arg. ill. text. ff. de his quæ in Teſtament. delent. Bald. l. en hoc. Tiber. arg. ill. text. ff. de hæredib. inſtituen. Abb. Felin. & Dec. c. cum veniſſent. extr. de judic. Dec. l. qui juriſdictioni. ff. de juriſdict. omn. judic.* Secus autem eſt, in aliis ſuperiorem recognoſcentibus; Namque cum illi neque deciſionem neque cognitionem cauſæ propriæ habeant, certò certius eſt, ipſos neque cognitionem neque deciſionem cauſæ propriæ alteri delegare poſſe.

Ad ſecundum argumentum contrari-
13 um reſpondeo, ſi † Judex primæ etiam efficiatur Judex in cauſa appellationis, cognitionem & deciſionem cauſæ appellationis ipſo jure ad ipſum ſpectare, licet ipſe in hac cauſa aliquo modo ſit ſuſpectus, *arg. d. c. querelam ext. de electio.* adeò mirum non eſt, ipſi permitti hanc cauſam alteri delegare, *c. cum ſpeciali. in princ. & ibi gl. Abb. & Dec. ext. de appellatio. c. judex. de offic. delegati. lib. 6.*

Secus autem eſt in cauſis propriis, namque cum cauſæ propriæ neque cognitio neque deciſio ad aliquem ſpectet, certum eſt, quem cauſam propriam alteri delegare non poſſe.

Similiter & ad tertium argumentum
14 contrarium reſpondeo, † Si is qui in aliqua cauſa patrocinium alteri præſtitit, Judex illius cauſæ efficiatur, ipſum quidem ipſo jure & cognitionem & deciſionem hujus cauſæ habere, ſed tantùm ſuſpectum eſſe, ideoque mirum non eſſe, ipſum hanc cauſam alteri delegare vel committere poſſe, ſecus autem eſt in cauſis propriis, namque cum cauſæ propriæ nemo habeat cognitionem vel deciſionem, certum eſt, neminem eam alteri committere poſſe.

Ad quartum argumentum † contrari-
15 um † reſpondeo, licet *Paul. de Caſtr. & Dec.* ita teneant, eam tamen ſententiam & falſam & magis communiter reprobatam, ideoque minimè in judicando vel conſulendo ſequendam eſſe.

Ad quintum argumentum contrarium reſpondeo, illud argumentum loqui de
terminis † valde diverſis & ſeparatis, item 16
diverſam & ſeparatam rationem habentibus, namque illud argumentum loquitur de ordinario, qui generaliter ad omnes cauſas cognoſcendas deputatur, in noſtro verò caſu agitur de Judice, qui ad unam tantùm cauſam delegatur, inter quos maximam diverſitatis rationem militare certum eſt, ideò, ea quæ in ipſo argumento contrario dicuntur, ad caſum noſtrum minimè trahenda, cum de diverſis & ſeparatis non fiat illatio, *arg. l. fin. ff. de calumniat. l. Papinianus exuli. in princip. ff. de minorib. l. Julianus. ff. de condict. indeb.*

Præterea etiám † doctrina, *Bald. & Matt.* 17
de Afflict. de qua in quinto argumento contrario fit mentio, videtur etiam admodum dubitabilis in iſto caſu de quo loquitur. Namque cum ad neminem cauſæ propriæ cognitio vel deciſio ſpectet, verius videtur neminem in cauſa propria Judicem ordinarium vel delegatum conſtituere poſſe, *arg. l. nemo plus juris. ff. de reg. jur.*

Et ſic ex prædictis ſatis liquet, quod non obſtantibus illis, quæ pro contraria ſententia adducta ſunt, Principibus S. non permittatur, hanc cauſam delegare, unico tamen caſu Principibus S permitteretur, hanc cauſam alteri delegare, ſi videlicet conſuetudine in terris ſubjectis Princip-
bus S. receptum eſſet, ut † ipſe cauſas pro- 18
prias aliis delegare poſſint.

Namque certi & indubitati juris eſt, conſuetudinem & juriſdictionem tribuere, *c. conqueſtus 9. quæſt. 3. c. irrefragabili. extr. de offic. ordin. cap. dilecti extr. de arbitr. cap. cum contingat. & ibi Abbas & Felin. extr. de for. compet. cap. 1. de offic. ordin. lib. 6. cap. Romana. §. 1. de appellat. lib. 6. c. 1 de pœnis. lib. 6. l. viros. C. de diverſ. offic. lib. 12. Bald. Rubr. C. quæ ſit long. conſuet. Ludolph Rom. conſ. 243. incipien. ad prædictorum roborationem. & conſ. 300. incipien. in caſu propoſito Iaſ. l. more. nu. 43. & ibi Dec. nu. 19 ff. de juriſdict. omn. judic. Dec. d. l. qui juriſdictioni. num. 20. ff. eod. tit.*

Et † facultatem cauſas delegandi ei tri- 19
buere poſſe, qui ſecundum juris communis diſpoſitionem hanc facultatem non habet, *Angel. l. cum prætor §. item ij. arg. ill. text. junct. gl. verb. more. ff. de judic. Felin. c. ſuper quæſtionum. §. ſi verò nu. 19. ext. de offic. deleg. Felin. d. c. cum contingat. n. 2. ext. de for. compet. Iaſ. l. à judice. nu. 10. C. de judic.*

20 Hanc tamen † conſuetudinem, ſi D. S. allegaretur, ipſi eam probare tenerentur. Namque omnis is, qui conſuetudinem allegat, eam probare cogitur, *gloſ. l. 1. verb. probatis. & ibi Bald. C. quæ ſit lon. conſ. Bald. l. 2. num. 29. C. eod. tit. Angel. §. ex non ſcripto. num. 26. & ibi Ioan. Fab. num. 13. Inſtit. de jur. natur. gent. & civil. Alexand. conſ. 67. lib. 7. Socin. conſ. 39. num. 27. conſ. 46. num. 51. conſ. 111. num. 1. lib. 4. Dec. conſ. 402. num. 11. conſ. 420. num. 8. conſ. 472. num. 16. conſ. 483. & conſ. 538. num. 11.*

21 Et poſito, conſuetudine † receptum eſſe, ut D. S. cauſas proprias aliis delegare poſſint, ſi tamen ipſi cauſas proprias delegaverint, ſubditis ſuis hi Judices delegati poſſent recuſari tanquam ſuſpecti, *argum. cap. accedent. el. 1. extr. ut lite non conteſt. gloſ. cap. cauſam quæ inter. F. & R. extr. de offic. delegat.*

Ad tertiam quæſtionem eſt indubitati juris, quod in præſenti cauſa Camera Imperialis forum competens exiſtat, eo caſu, ſi ſublimè nominati Duces S. contra vos non ad privationem feudi, ſed alio modo actionem ſive querelam inſtituere velint. Si autem Illuſtriſſimi Principes ad privationem veſtrorum bonorum feudalium actionem inſtituere vellent, tunc hæc cauſa coram Paribus curiæ inſtituenda & ventilanda eſſet.

Namque clari & indubitati juris eſt, quod
22 quando † Dominus feudi vaſallo ſuo aliam controverſiam vel litem, quam feudalem movet, & contra eum vel ad Intereſſe, vel ad aliam pœnam quam feudi privationem agit, hanc actionem non coram Paribus curiæ, ſed coram Judice ordinario inſtituendam eſſe, ſicut hoc expreſsè atq; in ſpecie decidit *Bald. Alvarot. Præpoſit. & Matth. de Afflict. cap. 1. de inveſtitur. int. marit. facta. Felin. cap. cæterum. & ibi Dec. num. 14. ext. de judic. Curt. in tract. feud. 7. part. nu. 40. Bald. cap. 1. §. præterea ſi inter. nu. 3. de probib. feud. alien. per Frider.*

Et hoc caſu Judex ordinarius is di-
23 citur, qui eſt † ſuperior Domino. Namque certi juris eſt, quod quando Judex ordinarius prohibetur ideo de cauſa cognoſcere, quia illa cauſa eſt propria ipſius, hujus cauſæ cognitio devolvatur ad ſuperiorem hujus Ordinarii tanquam Judicem competentem, *arg. c. dilectus. & ibi Innocen. & ibi Abb. nu. 3. ext. de verb. ſignificat. Abbas c. cum veniſſent. extr. de judic. Iaſ. l. qui juriſdictioni. num. 3. ff. de juriſdiction. omnium judic.*

Quare cum judicium Cameræ Imperialis ſit ſuperius ipſis D. S. dubium non eſt, in hac cauſa quæ eſt propria Ducum S. judicium Cameræ competens judicium eſſe. Sin autem Illuſtres Duces S. contra Nobilem Wolfgangum de M. ad feudi privationem agere vellent, ipſi hanc actionem coram Paribus curiæ tanquam competentibus Judicibus proponere cogerentur.

Namq; certi & indubitati juris eſt, quod
quando inter † Dominum & vaſallum eſt 24
contentio ſive controverſia de feudo, ſive de privatione feudi, hujus cauſæ cognitio ad Pares curiæ tanquam Judices competentes ſpectet, *c. 1. & ibi Bald. Alvarot. Præpoſit. & Matth. de Afflict. de controverſ. feudi. apud par. terminan. c. 1. §. pen. & ibi Bald. Alvarot. Præpoſit. & Matth. de Afflict. de probibit. feud. alienat. per Frider. Iacob. de Belviſ. Bald. Alvarot. Præpoſit. & Matth. de Afflict. c. 1. de inveſtit. in marit. facta. Innocent. Abb. Felin. & Dec. c. cæterum. ext. de judic. Iacob. de S. Geor. in tr. feud. verb. & dicti vaſalli. nu. 3. Curt. in tract. feud. 7. part. nu. 34.*

Quartam quæſtionem quod attinet, eſt clari expreſſiq; juris, quod eo caſu, ſi hæc cauſa coram judicio feudali vel Paribus curiæ ventilari deberet, non ſolum ſublimè nominati Duces S, ſed unà ſimulq; cum illis Reus Dominus Wolfgangus de M. illos Pares curiæ eligere & conſtituere habeat. Et ſi Illuſtriſſimæ ipſorum Celſitudines cum Reo Domino Wolfgango in eligendo Pares curiæ accordare non poſſint, tunc primùm concederetur S. Illuſtr. Celſitud. tanquam Dominis feudi, & deinceps Reo Domino Wolfgango & cuilibet pro ſua perſona Pares curiæ eligere & conſtituere. Et ſi dictus Wolfgangus ullam ſuſpicionem contra illos ab Illuſtriſſimis Principibus electos & conſtitutos Pares curiæ haberet, poſſet Dominus Wolfgangus de jure illos deputatos vel conſtitutos Pares curiæ contra quos ſuſpicionem habet, recuſare & obtinere, quod alii in locum ipſorum conſtituerentur. Ulterius Reo Wolfgango ſecundum juris diſpoſitionem, (eo caſu, ſi rimeret Illuſtriſſ. S. Principum vaſallos S. Illuſtriſſ. Celſitud. in hac cauſa nimium addictos fore) ab initio judicium Parium declinare & ad judicium Cameræ Imperialis provocare.

Namque † conſuetudinibus feudorum 25
expreſsè cautum eſt, quod electio Parium

curiæ

curiæ non ad ſolum Dominum feudi ſpectet, ſed quod electio Parium curiæ de communi conſenſu Domini feudi & vaſalli, inter quos lis vertitur, fieri debeat, & ſi Dominus & vaſallus in eligendis Paribus diſſentiant, Dominus prius eligit, quem vel quos Pares voluerit, & deinceps vaſallus ſimiliter id facit, ſecundum numerum à Domino comprobatum, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie decidit *text. cap. 1. & ibi Iacob. de Belviſ. Andr. de Iſern. Bald. Alvarot. Præpoſit. & Matth. de Afflict. de controverſ. feud. apud par. terminan. gloſ. cap. 1. §. præterea ſi inter. & ibi Alvarot. num. 5. & Præpoſ. num. 6. de prohibit. feud. alienat. per Frider. Dec. c. cæterum. num. 14. extr. de judic. Iacob. de S. Georg. in tractat. feudal. verb. & dicti vaſalli. nu. 10. & 11.*

26 Præterea, ſi vel omnes † Pares vel aliqui ex Paribus à Domino feudi D. nempè S. electi, Nobili Wolfgango ſuſpecti fuerint, permittitur ipſi eo, quos ſuſpectos judicat, recuſare, *Baldus & Præpoſit. c. 1. §. præterea ſi inter. num. 9. & ibi Ioan. Reyner. & Matth. de Afflict. num. 43. de prohibit. feud. alienat. per Frider. Martin. Laudenſ. cap. 1. & ibi Matth. de Afflict. num. 8. de controverſ. feudi. apud. par. terminan. Felin. d. c. cæterum, num. 10. extr. de judic. Curt. in tractat. feudal. 7. part. num. 31. Iacob. de Ardizo. in ſumma. de conten. feud. ſub prima Rubr. Alvarot. cap. 1. in princip. numer. 3. apud quem vel quos conten. de feud. eſſe debeat. Præpoſit. cap. 1. num. 5. de controverſ. feudi. apud par. terminan. Andr. de Iſern. cap. 1. num. 5. de controverſ. feud. apud par. terminan.*

Et licet in hoc contrarium teneat *Iacob. de Belviſ. cap. 1. & ibi Præpoſit. num. 2. de inveſtit. in maret. facta. Iacob. de S. Georg in tractat. feud verb. & dicti vaſalli. num. 17.* tamen præcedens opinio & verior & communior eſt.

27 Et euſque procedit, ut ſi † appareat, Pares curiæ eſſe nimium favorabiles Domino prædicto Nobili Wolfgango, permittatur ſtatim ab initio Parium judicium declinare, & petere, ut hujus cauſæ cognitio ad judicium Cameræ Imperialis remittatur. Quæ ſententia comprobatur. Primò per id, quod in ſimili decidit *Andr. de Iſern. cap. 1. §. præterea ſi inter. & ibi Bald. num. 2. & Matth. de Afflict. num. 41. de prohibit. feud. alienat. per Frider. Curt. in tractat. feudal. 7. part. num. 35.*

Ubi præfati Dd. in ſimili decidunt, ſi in cauſa vertente inter Dominum feudi non recognoſcentem ſuperiorem & vaſallum ejus, Pares curiæ deprehendantur, nimium favorabiles Domino, hujus cauſæ cognitionem ad Papam ejus Domini ſuperiorem in ſpiritualibus devolvi.

Igitur ſequitur, ſi in cauſa vertente inter Dominum recognoſcentem ſuperiorem & vaſallum ejus, Pares curiæ ſint nimium favorabiles, Domino vaſallo permitti eorum judicium declinare & impetrare, ut hujus cauſæ cognitio ad ſuperiorem remittatur.

Secundò, hanc ſententiam probat id, quod tradit *Bald. c. 1. an apud. jud. vel curi. Felin. d. c. cæterum nu. 10. Curt. in tr. feud. 7. part. nu. 35.* ubi præfati Dd. in ſimili decidunt, ſi Pares curiæ ſint ſuſpecti, cognitionem cauſæ vertentis inter Dominum & vaſallum devolvi ad Judicem ordinarium.

Præterea ſi Nobilis Wolfgangus vel judicium † Parium penitùs declinare, vel 28 aliquos ex Paribus tanquam ſuſpectis recuſare vellet, ipſe cautus eſſe debet, ut hanc exceptionem ſuſpicionis ſive declinatoriam fieri ante omnes alias exceptiones & in ingreſſu litis opponat; namque ſi ipſe hoc facere neglexerit, ipſi poſtea hanc exceptionem opponere non permittitur ſecundum veram atque communem Dd. ſententiam, *Bart. & Alex. l. quidam conſulebant. ff. de re jud. Abb. Felin. & Dd. c. inter Monaſterium, ext. de ſentent. & re judic.*

Quintam quæſtionem quod attinet, juris eſt expreſſi, quod Duces S. in arbitrum vel arbitratorem compromittere cogi non poſſint.

Namque clari juris eſt, quod ſecundum juris communis † diſpoſitionem nemo cogatur in arbitrum vel arbitratorem 29 compromittere, *gloſ. & Alexand. l. 1. §. & poſt operis. ff. de oper. nov. nunc Bart. l. furti, §. qui juſſu. ff. de his qui notant. infam. Bald. l. ex ſtipulatione. C. de ſentent. & interlocut. omn. judic. Angel. §. final. arg. illius text. authent. ut litigantes jurent, Alexand. l. quidam æſtimaverunt. & ibi Iaſ. num. 4. ff. ſi cer. petat. Socin. conſ. 4. nu. 2. lib. 1. Fel. Rub. ext. de treug. & pac.*

Ad ſextam † quæſtionem eſt hæc mea opinio, tutius eſſe hanc cauſam coram 30 judicio feudali ventilari, quàm quod in ea compromiſſum quoddam erigi deberet. Nam ſi in hac cauſa ſententia contraria pronunciari deberet, quod tamen non timeo, concederetur Domino

P 4 Wolf.

Wolfgango, de illa ſentẽtia vel decreto ap-
pellare, eo caſu, ſi illa à Parib. curię pronun-
ciata eſſet, ſi verò hæc ſententia ab arbitro
compromiſſario eſſet pronunciata, Domi-
no Wolfgango de M. non concederetur
de jure de illa appellare, vel per petitionem
reductionis ad abitrium boni viri, aliovè
modo illæ contradicere. Similiter ſi ſubli-
mè nominati Duces S. eo modo contra
Dominum Wolfgangum ipſorum quere-
lam vel actionem inſtituere vellent, quod
hæc cauſa non coram judicio feudali, ſed
Camera Imperiali inſtitui & ventilari de-
beret: Simili modo Domino Wolfgango
conſultum non eſſet, ut ſe cum Illuſtriſſi-
mis Principibos in compromiſſum quod-
dam involviſſet. Nam ſi in Camera Impe-
riali intolerabilis ſententia ferri vel pro-
nunciari deberet, poſſet Reus contra hanc
reviſionem actorum petere: Sed contra
ſententiam ab arbitro compromiſſario (il-
lo caſu, ſi in hac cauſa compromiſſum ere-
ctum eſſet) latam, dictus Dominus Wolf-
gangus nullũ remedium implorare poſſet.

Namque legibus expreſsè cautum eſt,
31 à † ſententia lata à Paribus curiæ appellare
permiſſum eſſe, *c. 1. §. fin & ibi Iacob. de Belo.
Andr. de Iſern. Bald. Præpoſ. Alvarot. nu 1. M.
de Afflict. nu. 27. quo tempor. miles. Innocent.
& Abb. c. cæterum. & ibi Felin. & Dec. utera.
nu 20. ext. de judic. Abb. c. verum. ext. de for.
compet. Abb. c. 2. ext. de delict. pueror. Alvarot.
c. 1. nu. 3. & ibi Præpoſ. nu. 7. apud quem vel
quos content. de feud. eſſe deb. Ioan. Reyne. &
Præpoſ. c. 1. §. præterea ſi inter. de prohibit. feud.
alienat. per Frideric. Iacob. de S. Georg. in tract.
feudal. verb. & dicti vaſalli. nu. 56.*

Similiter clari juris eſt, quod à ſenten-
32 tia † arbitri appellari nequeat, *l. 1. & ibi
Bart. & Bald. C. de arbitr. Bart. Alex. & Iaſon.
l. nemo poteſt de legat. 1. Alex. & Iaſ. l. arbitro.
ff. qui ſatisdat. cogant.*

Et licet contra ſententiam arbitratoris
33 iniquam † peti poſſit reductio ad arbitri-
um boni viri contra ſententiam tamen ar-
bitri iniquam, reductio ad arbitrium bo-
ni viri peti nequit, *l. diem proferre. §. ſtare. ff.
de arbitr. Bart. l. ſocietatem. §. arbitrorum, nu.
33. ff. pro ſocio. Abb. c. non ſine. nu. 15. ext. de
arbitr. Abb. c. quintavallis. nu. 28. & 29. extr.
de jurejur.*

Ideò conſulo Nobili Domino Wolf-
gango, ut ipſe patiatur hanc cauſam potiùs
coram Paribus curiæ quàm coram arbitro
compromiſſario agitari.

Et ſi Illuſtres Principes S. contra Nobi-
lem Dominum Wolfgangum de M. ta-
lem actionem inſtituerent, quæ ad cogni-
tionem non Parium curiæ ſed Cameræ Im-
perialis ſpectaret, adhuc mihi conſultius
videtur, ut Nobilis Dominus Wolfgan-
gus patiatur Cameram Imperialem de hac
cauſa cognoſcere, quàm ut ipſe de hac cau-
ſa in arbitrium compromittat.

Namque contra † ſententiam latam à 34
Camera Imperiali eſt licitum reviſionem
actorum petere, contra ſententiam verò
arbitri nullum omninò remedium implo-
rari poteſt.

Nec obſtat huic noſtræ ſententiæ, quod
in cauſis † feudalibus decidendis ceſſanti- 35
bus feudorum conſuetudinibus jus non ci-
vile ſed canonicum ſervandum ſit, *Bald. c.
1. §. præterea. col. 3. nu. 10. & ibi Præpoſ. nu. 9.
de prohibit. feud. alien. per Frider. Alex. conſ. 5.
nu. 10. lib. 5. Felin c. cæterum. nu. 21. extr de
judic. Iaſ. in prælud. feud nu. 63. Præpoſ. c. 1. in
princ. num. 4. quo tempor. miles. Curt. in tract.
feud. 1. part. princ. quæſt. 12. & 2. part. 2. part.
princip. nu. 60. Bart. de Bellentzin. in addit. ad
Abb. c. 1. ext. de oper. nov nun.*

Quodq; ſecundum diſpoſitionem ju-
ris Canonici & à † ſententia arbitri appel- 36
lari, *Bald. l. 1. C. de arbitr.* & ſententia arbi-
tri iniqua peti poſſit, ut ad arbitrium boni 37
viri reducatur, *Bald. l. ſi ſervus plurium. §. fin.
ff. de leg. 1.* & per conſequens dicendum vi-
deatur, cum conſuetudines feudales nihil
diſponant, utrum à ſententia arbitri appel-
lari vel contra ſententiam arbitri reductio
ad arbitrium boni viri peti poſſit, in cauſis
feudalibus & à ſententia arbitri appellari,
& contra ſententiam arbitri reductionem
ad arbitrium boni viri peti poſſe.

Namque licet hæc ratio prima fronte
ſatis colorata ſit, ego tamen veriſſimum
judico etiam in cauſis † feudalibus & à ſen- 38
tentia arbitri appellare, & contra ſenten-
tiam, arbitri reductionem ad arbitrium bo-
ni viri petere prohibitum eſſe. Namque,
cum legibus civilibus expreſsè ſancitum
ſit, à ſententia arbitri appellari, & contra
ſententiam arbitri reductionem ad arbi-
trium boni viri peti non poſſe, & jure Ca-
nonico contrarium ſtatutum non reperia-
tur, ſequitur, quod etiam ſecundum diſpo-
ſitionem juris Canonici a ſententia arbitri
appellari, vel contra ſententiam arbitri re-
ductio ad arbitrium boni viri peti nequeat,
arg. c. 1. & ibi Abb. extr. de oper. nov. nunc. Et

per

per conſequens, quod etiam in cauſis feudalibus à ſententia arbitri appellari, vel contra eam reductio ad arbitrium boni viri peti nequeat.

Namque certum eſt, quod in cauſis ſive controverſiis feudalibus in iis caſibus, in quibus neque conſuetudines feudales, neque jura Canonica contrarium diſponunt, jus civile & ſequendum & ſervandum ſit, *c. 1. §. ſtrenuus. & ibi Dd. de feud. cognitio.*

Nec obſtat nobis authoritas Baldi: Namq; ſententia *Baldi* neq; lege neq; ratione aliqua probatur, ideoq; minimè tenenda.

39 Septimam † quæſtionem quod attinet, Exiſtimo ego, in jure fundatum eſſe, Domino Wolfgango concedi à Paribus curiæ eo caſu, ſi ſententia contraria ab ipſis pronunciari deberet, ad Cameram Imperialem appellare non attento, quod Illuſtriſſimi Duces S. veterem quandam libertatem per aliquot tempus introductam prætendant nimirum, quod ab ipſorum ſententia appellari non poſſit. Nam illa libertas ſolummodò quoad perſonas ipſas Ducum S. interpretanda eſt, nullo modo autem ad Pares curiæ, quos S. Illuſtriſſim. Celſitud. in hac vel alia cauſa conſtituiſſent, illa extendenda eſt. Niſi forſan Duces S. prout de jure convenit, docere & probare poſſent, Illuſtriſſim. S. Celſitud. a Cæſarea Majeſtate claris, expreſſis & manifeſtiſſimis verbis hanc libertatem conceſſam eſſe, quod ab ipſorum Paribus curiæ appellari non poſſit, vel quod illud ipſum ſupra hominum memoriam ex legitima conſuetudine ita inviolabiliter ſemper obſervatum fuerit.

Clari enim & indubitati juris eſt, à Paribus curiæ appellare permiſſum eſſe, ſicut hoc circa præcedentem quæſtionem latè docuimus. Nec obſtat, quod Illuſtres D. S. prætendunt, ſe vel ex Privilegio vel ex conſuetudine legitima hoc jus habere, ne ab eorum ſententia appellari poſſit. Namque hoc jus ſive Privilegium tantùm ad perſonas ipſorum Principum reſtringi, nec ad ſententiam à Paribus curiæ latam extendi debet, ſive ipſi hoc jus ex Privilegio ſive ex conceſſione Imperatoris, ſive ex conſuetudine legitima conſecuti fuerint.

Et quod ad Privilegium attinet, primò
40 legibus expreſſè † cautum eſt, Privilegium ſtrictiſſimè interpretandum eſſe, *Archidiac. cap. frater. 16. quæſt. 1. Ioan. Andr. & Anton. de Butr. cap. olim. extr. de verbor. ſignificatio. Oldrad. conſ. 268. Bartol. l. fin. & ibi Iaſ. num. 33. ff. de Conſtitut. Princip. Imol. l. etiam. ff ſol. matrim. Imol. cap. cauſam quæ. & ibi Felin. nu. 10. extr. de reſcript. Cardin. Pariſ. conſ. 6. nu. 13. lib. 2.*

Quare ſequitur, ſi Duces S. prætendant, hoc jus ex Privilegio ſive conceſſione ſpeciali Imperatoris ſibi competere, hoc Privilegium ſtrictiſſimè interpretandum, nec ad Pares curiæ ab ipſis Principibus electos extendendum eſſe, niſi de Paribus curiæ expreſſa fiat mentio in Privilegio.

Secundò, hæc ſententia comprobatur, quia † Privilegium extra metas ſive termi- 41
nos ſuos extendi non debet, *Gemin. c. 1. in pr. 2. notab. de Privile. lib. 6. Dec. conſ. 529. nu. 7. Albert. Brun. conſ. 35. nu. 9.*

Quare, ſi termini Privilegii prædicti tantùm loquerentur de Ducibus S. hoc Privilegium extra terminos ſuos ad Pares curiæ à Ducibus S. electos extendi non debere.

Tertiò, hanc ſententiam confirmat, quia Privilegium quod poteſt in uno caſu verificari, non debet ita intelligi, ut univerſaliter operetur, *Gemin. d. c. 1. in pr. de Privileg. lib. 6. Albert. Brun. conſ. 35. n. 7.* Sed hoc Privilegium ſatis poteſt verificari & operare in ſententiis ab ipſis Illuſtribus Ducibus S. latis. Igitur hoc ſtatutum non debet ita intelligi, ut etiam extenditur ad ſententias latas a Paribus curiæ.

Quartò, Privilegium † non debet ex- 42
tendi, vel ab una perſona ad aliam, vel ab uno caſu ab alium, *Bald. l. 2. arg. ill. text. C. de legib Anton. de Butr. & Abb. cap. ſanè. arg. illius text. extr. de Privilegiis. Petr. de Anchor. conſ. 110. num. 2. Dec l. in omnibus cauſis. nu. 6. ff. de regul. jur. Dec. conſ. 516. nu. 27. facit id quod tradit Bart. & Dyn. l. licitatio. § mercatores. ff. de Publican. Bald. l. 1. C. de navicul. lib. 11. Salvet. l. univerſi. C. de vectigalib. & commiſſ. text. l. 1. ff. de Conſtitut. Princip. l. cum patronus. ff. de legat. 2. §. ſed & quod Princip. Inſt. de jur. natur. gent. & civil.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut Privilegium datum Regi, non extendatur ad Reginam, vel filios Regis, *Dominicus cap. ne aliquis. argum. illius text. in 4. notab. de Privileg. lib. 6.* vel filiis, non porrigatur ad filias, *Cardinal. conſ. 135.* vel uni Eccleſiæ non extendatur ad aliam Eccleſiam, *Baldus l. non tantùm. ff. non omnia. argum. illius text. ff. de excuſat. tutor.*

Igitur ſequitur, Privilegium conceſſum

Prin-

Principibus S. ne ab illorum ſententia appellari poſſit, ultra perſonam Principum S. non extendi ad ſententias latas à Paribus curiæ, niſi & Paribus curiæ expreſſè hoc Privilegium conceſſum eſſet.

Quintò, Privilegium conceſſum perſonis certæ qualitatis ad perſonas alterius qualitatis minimè extenditur, *Socin. conſ. 246. lib. 1. Franc. de Curte conſ. 16. col. 12. in princip. verſ. quia illa qualitas. conſ. 17. col. 5. verſ. ſed circa quintam. conſ. 18. col. 1. & 2. & conſ. 73. col. 4. 5. & 6. Cardin. Pariſ. conſ. 4. nu. 15. lib. 2.*

Quare cum Principes S. ſint alterius & qualitatis & dignitatis quàm Pares Curiæ, ab ipſis electi. Sequitur, Privilegium conceſſum Principibus S. ne ab eorum ſententiis appellari poſſit, non extendi ad Pares curiæ ab ipſis electos. Et ſic ex prædictis ſatis liquet atque patet, ſi Principes S. prætendant, ſe ex Privilegio ſive ex conceſſione Imperatoris habere hoc jus, ne ab ipſorum ſententiis appellari poſſit, hoc Privilegium minimè extendi ad Pares curiæ ab ipſis electos.

Idem eſt, ſi Principes S. prætenderent, ſe hoc Privilegium adeptos conſuetudine illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat: namque ſimili modo hoc Privilegium ad Pares curiæ minimè extendi poteſt.

Quæ ſententia confirmatur, primò per
43 id quod traditur, † conſuetudinem non extendi ultra id quod agitur, *Bart. authen. qui rem. n. 8. & ibi Iaſ. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Alex. conſ. 9. col. 1. lib. 3. Dec. c. 1. col. 14. ext. de probat. & conſ. 143. col. 3.*

44 Secundò, hanc † ſententiam confirmat id, quod tradit *Oldrad. conſ. 236.* ubi *Oldrad.* decidit conſuetudinem, qua contra juris communis diſpoſitionem introductum fuit, ut feuda Marchiæ inter vivos dividerentur, ſtrictè intelligendam, nec extendendam ad diviſionem in ultima voluntate factam.

Tertiò, hanc ſententiam probat id, quod tradit *Alex. conſ. 6. lib. 5.* ubi *Alex.* concludit, conſuetudinem, qua introductum eſt, ut feuda regalia volentibus & conſentientibus conſortibus dividi poſſint, ſtrictè intelligendam, nec extra caſum ſuum ita extendendam, ut feuda regalia invitis & non conſentientibus conſortibus dividi poſſint.

Quartò, hanc ſententiam comprobat id, quod tradit *Alex. conſ. 178. col. fin. verſ. ulterius etiam dico. lib. 6.* ubi dicit, quod conſuetudo, ut vicinus non poſſit vendere alteri rem ſuam vicino irrequiſito, dicitur odioſa, & ſtrictiſſimè debet intelligi in caſu ſuo, ideò ſi non dicat, quod res vendita contra formam ipſius conſuetudinis poſſit ab emptore auferri, nec nos id dicere debemus.

Quintò, hanc ſententiam confirmat id quod docet *Bald. conſ. 275. incip. quod pro regula. circ. fin. lib. 2.* Namque *Bald.* in prælegato loco dicit, quod in conſuetudine, quæ eſt contra jus commune, nihil debeat ſuppleri, præter ſolitam obſervantiam, & quod ſi conſuetudo de aliquo non diſponit, nec nos debemus diſponere.

Sextò, hanc ſententiam comprobat id, quod tradit *Bald. l. fin. col. 4. C. com. utriusq. judic.* Namque in illo loco *Bald.* dicit, quod conſuetudo reſtringitur per actus, quibus inducitur, ſicut præſcriptio, nec proprios facti terminos excedit.

Septimò, ad hanc ſententiam confirmandam facit id quod traditur, quod conſuetudo, quæ eſt præter legem, tantùm habet de potentia, quantum de actu & non plus, *Bald. c. 1. in princip. qui feud. dat. poſſ. Iaſ. l. de quibus. nu. 24. ff. de legib. Inſtit. auth. qui rem. C. ſacroſanct. Eccleſ.*

Octavò, hanc ſententiam comprobat, quod conſuetudo, quæ eſt contra jus, non extenditur ad alium caſum neq; ad alium locum, *Aretin. conſ. 44. in princip.* quodq; conſuetudo, quæ eſt contra jus, non debeat extendi de perſona ad perſonam, de loco ad locum, nec de re ad rem, *Aretin. conſ. 132.*

Nonò, huc adduci poteſt id, quod tradit *Bald conſ. 257. lib. 2.* ubi dicit, quod conſuetudo & præſcriptio cum ſint facti, non recipiant extenſionem perſonarum nec actuum.

Decimò, hanc ſententiam probat id, quod tradit *Dec. conſ. 72.* Namque *Dec.* ibi dicit, quod conſuetudo ſolum habeat locum in caſibus, in quibus ſecundum eam fuit obſervatum. Et ſic ex his omnibus ſatis liquet atque patet, Privilegium Principum S. ne ab illorum ſententia appellari poſſit, non extendi ad Pares curiæ ab ipſis electos, ſive ipſi prætendant, ſe habere hoc Privilegium ex ſpeciali conceſſione Imperatoris, ſive ex conſuetudine ejus temporis, cujus in contrarium memoria non extat, niſi hoc vel in conceſſione Imperiali expreſſè

preſsè dictum, vel ultra hominum memoriam ita in ſpecie obſervatum fuiſſet.

Ad quam ſententiam comprobandā etiam adduci poteſt, 45 q † tàm conſuetudines quàm Privilegia appellationem prohibentia ſint ſtrictiſſimè intelligenda, & quantum fieri poteſt, reſtringenda, *Dec. conſ. 49.*

Similiter, hanc ſententiam confirmat, quod appellatio cenſeatur permiſſa in omnibus illis caſibus, in quibus appellatio neque juri communi, neque Privilegio, conſuetudine vel alio jure ſpeciali expreſsè prohibita eſt, *l. & in majoribus. C. de appellat. Bart. conſ. 165. lib. 1. gloſ. & Angel. l. qui reſtituere. ff. de rei vendicat. Tiraquell. in tractat. le mort. 6. declarat. 6. part. nu. 9.*

Quare, cum in caſu noſtro appellatio à Paribus curiæ, neque jure communi, neque Privilegio, conſuetudine vel alio jure expreſsè prohibita reperiatur, ſequitur, in noſtro caſu appellationem a Paribus curiæ permiſſam eſſe. Huc accedit, quod in omnibus illis caſibus, in quibus dubitari poſſit; utrùm appellatio ſit admittenda vel non, appellationi deferri debeat, *gl. c. ut debitus. ver. ex rationabili. & ibi Dec. nu. 18. ext. de appellat. Innocens. c. dilectus. el 2. extr. de reſcript. Bald. l. de ſtatu. ff. de Teſtament. Bald. l. properandum. §. ſin autem. C. de judic. Angel. l. quoniam judices. C. de appellatio. Card. Clement. 1. quæſt. 2. de do. & contuma Dec. conſ. 49. Dec. c. de priore. nu. 1. ext. de appellat.*

Quare, cum in noſtro caſu, poſito, ſed tamen non conceſſo, certum non eſſe appellationem admittendam ſaltem dubium ſit, utrùm appellatio à Paribus curię admitti debeat, nec ne, ſequitur, in noſtro caſu appellationem à Paribus omninò admittendam eſſe.

Cæterùm, ſi Duces S. forſan prætendere 46 vellent, conſuetudine † receptum eſſe, ne à ſententia Parium curiæ appellari poſſit, ipſi probare tenerentur conſuetudinem illius temporis, cujus in contrarium memoria non extaret. Namque minoris temporis conſuetudinem hoc caſu non ſufficere, veriſſimum judico, & ad hanc ſententiam amplectendam moveor evidenti ratione.

47 Namque tollere appellationem à † Judicibus inferioribus ad judicium Cameræ Imperialis, eſt de reſervatis Imperatoris, 48 ſed certum eſt, quod in illis quæ ſunt † de reſervatis Imperatoris, nulla conſuetudo, niſi illius temporis tantùm, cujus in contrarium memoria non extat, locum habeat, *c. ſuper quibuſdam. §. præterea. ex. de verb. ſignificatio. Anton. de Butr. Imol. Panor. & Dd. c. fin. ext. de conſuetud. Iaſ. l. de quibus. nu. 45. ff. de legib.*

Octavam quæſtionem quod attinet, Ego exiſtimo ſublimè nominatos Duces S. de jure non debuiſſe H. P. in hac cauſa pro fidejuſſore ſuſcipere, atque ideò recuſare, quod S. Illuſtriſs. Celſitud. dictum H. P. in hac cauſa tanquam Judicem conſtituere in animo habuiſſent: Etiam eo caſu, ſi Duces S. contra Dominum Wolfgangum ad privationem feudi coram Paribus curiæ agere, & H. P. tanquam Parem curiæ eligere & conſtituere vellent. Attamen cum Dominus Wolfgangus aliàs cum fidejuſſoribus cautionem ſive aſſecurationem ſatis ſuperq; præſtitit. Ego Domino Wolfgango non conſulerem, ſi non alias rationes haberet, quod ſe ratione hujus puncti cum ſublimè nominato Principi intromitteret.

Namque legibus expreſsè cautum eſt, eum † cui quis obligatus eſt, ſatiſdare non 49 poſſe, recuſare eum fidejuſſorem, qui & obligari & convenire poteſt, *l. 3 ff. de fidejuſſorib.* nec ab hac regula reperitur exceptus ille caſus, quando Dominus feudi, cui vaſallus ſatisdationem exponere obligatus eſt, prætendit, ſe hunc fidejuſſorem in Parem curiæ eligere velle.

Igitur ſequitur, etiam hoc caſu Dominum feudi fidejuſſorem datum recuſare non poſſe. Namque regulis † ſemper eſt 50 ſtandum, *Alber. de Roſat. in 2. part. ſtatuto. q. 159.* & regulæ juris ſunt tenaciter ſervandæ, *Bald. l. ſi tutor. C. de ſer. pignor. dat. manumiſſ.* atque pro regula ſemper eſt pronunciandum, niſi de exceptione doceatur, *Bal. c. 1. ex. de alienatio. jud. mutan. cauſ. facta. Iaſ. l. ex quacunq. nu. 33. ff. ſi quis in jus vocat. non ierit. Dec. l. 1. nu. 8. ff. de reg. jur.*

Quare clari juris eſt, D. S. nullo jure recuſaſſe H. B. pro fidejuſſore eam ob cauſam accipere, quod ipſi prætendunt, ſe velle inter cæteros hanc cauſam prædicto H. B. decidendam committere.

Ad nonam decimamq; quæſtionem eſt hoc meum judicium, quod Illuſtriſſimi Duces S. nullo jure Dominum Wolfgangum captivare, aut in captivitate diutius detinere poſſint, eo caſu, ſi ipſorum Illuſtriſs. Celſitud. dictum Wolfgangum civiliter ad privationem feudi vel alio modo

con-

convenire velint: Similiter cum Dominus Wolfgangus poſtularam cautionem judicio ſiſti eo modo, quod Illuſtriſſimi Principes cum illa contenti ſint, præſtiterit, jam æquitate ſuadente Domino Wolfgango illa captura à ſuis Illuſtr. Celſit. remitti deberet: Etiam eo caſu, ſi S. Illuſtr. Celſ. ejus adhuc animi vel propoſiti eſſent, contra illum criminaliter ad pœnam pecuniariam fiſco applicandam; querelam vel actionem inſtituere. Quod ſi autem Illuſtriſſ. Duces S. Dominum Wolfgangum criminaliter ad pœnam corpori irrogandam acuſare velint (quod tamen hoc caſu fieri non poterit, niſi Illuſtriſſ. S. Celſitud. contra illum majores graviores vè cauſas haberent, quàm adhuc illæ ſunt, quæ in tranſmiſſis articulis ſpecificatæ ſunt) S. Illuſtr. Celſit. juxta jus commune ſcriptum, quod in hoc caſu, ſi coram Camera Imperiali hæc cauſa ventilari deberet, ſervandum eſſet, poſſent ultra exhibitam Cautionem Wolfgangum in captura retinere: neque tenerentur de jure Wolfgangum propter præſtitam cautionem capturæ relaxare. Verum ſecundum ordinationem Juris Saxonici, quæ in hoc caſu ſervari oportet, eo caſu, ſi hæc cauſa coram judicio feudali vel aliàs in territorio Saxonico ventilari deberet: non eſt dubitandum, quin ſublimè nominati Duces S. dictum Wolfgangum propter præſtitam ſatisdationem judicio ſiſti, capturæ relaxare obligati ſint.

Apertiſſimi enim juris eſt, quod in cau-
51 ſis † civilibus is qui fidejuſſorem judicio ſiſti præſtitit, regulariter neque capi, neque in carceribus detineri debeat, *Bart. l. cum in eo. ff. ad l. Iul. peculat. Bart. l. nemo carcerem. C. de exacto. tribut. lib. 3. Robert. Marant. in ſuo Specul. aureo. primo memb. 6. par. n. 58.*

Similiter legibus expreſsè cautum eſt, ſpeciem † carceris eſſe, ſi quis cogetur ſe
52 obligare in certo loco ſtare vel manere, *l. in eadem. §. in vinculis & ibi. gloſſ. & Bald. ff. ex quib. cauſ. major. l. qui neq. §. 1. & ibi gloſſ. ff. de verb. ſignification. Bart. l. qui in carcerem. ff. quod met. cauſ. Iaſ. §. rurſus. num. 49. Inſt. de action. Dec. conſ. 219. n. 9. Nicol. Boerius. deciſio. 227. n. 24. fa. text. l. 2. C. de lib. hom. exhiben.*

Igitur ſequitur, in cauſis civilibus reum aſtringi ſive compelli non poſſe, ut is cum juramento, vel abſq; juramēto ꝓmittat, ſe in certo loco vel hoſpitio ſtare vel manere velle. Quod locum habet, etiamſi Dominus feudi Vaſallum ſuum cogere vellet, hanc promiſſionem facere. Namq; cum Domino feudi non permittat vaſallum ſuum in cauſis civilib. incarcerare, *Amenel. in ſuo ſingula. incipien. caſus eſt. Thomas Grammat. deciſio. 104. num. 11. arg. l. libertos. C. de obſeq. patro. præſtan.* atque aliquem ita obligare, ut ipſe in certo loco ſtet vel maneat, ſpecies carceris atque vinculorum ſit: ſequitur nec Dominum feudi in cauſis civilibus vaſallum cogere poſſe, ut is jurato vel etiam abſque juramento ſe obliget in certo loco ſtare vel manere, & per conſequens illuſtres D. S. eo caſu quo ipſi vellent civiliter ad privationem feudi vel ad aliam pœnam ſive Intereſſe contra Nobilem W. experiri nullo jure coëgiſſe facere hanc promiſſionem de ſtando in ſuis ædibus uſque ad finem litis, atque W. hujus promiſſionis relaxationem optimo jure petere.

Quæ † ſententia etiam probatur per 53
text. §. ſed hodie Inſtit. de ſatisdatio. Namque cum in illo textu dicatur, reum conventum in cauſis civilibus nullam cautionem præter cautionem judicio ſiſti exponere cogi, ſatis ex illo textu liquet. reum in cauſis civilibus non cogi facere promiſſionem de ſtando in obſtagio vel certo loco uſque ad finem litis. Et ille textus procedit etiam quando actio civilis quæ inſtituitur, ex crimine ſivè delicto deſcendit, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie decidit *Nicol. Boer. deciſio. 349. num. 1.*

Similiter illuſtres D. S. cogerentur nobilem W. qui ipſis idoneam ſatisdationem de veniendo ſeu de præſentando ſe in judicio expoſuit, præfatam promiſſionem ſive obligationem de ſtando in obſtagio relaxare, & ſi ipſi propoſuiſſent, contra prædictum nobilem W. criminaliter ad pœnam pecuniariam fiſco applicandam agere, Namque certum eſt, quod etiam in cauſis criminalibus, in quibus agitur ad pœnam pecuniariam, reus qui idoneos fidejuſſores de veniendo & præſentando ſe præſtitit, è carceribus ſive vinculis relaxandus ſit, *Angel. in tractat. de malef. ver. quod fama publ. præcedente nu. 66. Hippolyt. de Marſil. in ſua practica §. attingam num. 1.* Quinimò *Robert. Marant. in ſuo Speculo aureo 8. membra. 6. part.* tradit, eum qui vel accuſatur vel inquiritur de crimine, poſſe ad evitandos carceres offerre & præſtare ſatisdationem de ſe præſentando & veniendo in judicium, & ſic liberari eum à carcere, & ſi judex tunc

Digitized by Google

tunc non liberet eum, Judicem teneri actione injuriarum, *arg. l. ſi verò. §. 1. ff. qui ſatisdar. cogant.*

Quare, cum ſtare in obſtagio ſive in certa domo vel loco, ſpecies & carceris & vinculorum ſit, ſequitur, eum qui criminaliter ad pœnam pecuniariam fiſco applicandam accuſatus ſatisdationem ſufficientem de veniendo & præſentando ſe præſtitit, à promiſſione ſive obligatione, qua ſe aſtrinxit ad ſtandum in obſtagio ſive in certo aliquo loco liberandum, ipſiq; hanc promiſſionem ſive obligationem relaxandam eſſe. Sin autem Illuſtres D. S. contra Nobilem W. criminalem accuſationem ad pœnam corpori infligendam inſtituere vellent, (quod tamen quomodo hoc caſu fieri poſſit non video) ipſe Nobilis W. etiam ultra ſatisdationem de veniendo & præſentando ſe optimo jure potuiſſet aſtringi ad promittendum ſive obligandum, ſe de ſtando in obſtagio ſive certo loco uſque 54 ad finem litis; ſicut hoc expreſsè † tradit *Bart. l. 1. ff. de cuſto. Reo.* Namq; in illo loco dominus *Bart.* expreſsè concludit, quod in cauſis criminalibus, in quibus agitur de pœna infligenda corpori Reus cogatur ſe & deligare & fidejuſſores eo nomine præſtare, quod ipſe in certo loco ſtare, & inde non recedere velit. Et hoc procedit, quoad juris communis diſpoſitionem, quod jus commune in hac cauſa ſervandum eſſet, quoad hunc punctum, relaxationem nempè prædictæ promiſſionis, eo caſu, quo hæc cauſa coram judicio Cameræ Imperialis ageretur.

55 Namque dubium non eſt, quod † in judicio Cameræ jus civile ſervetur, & ſimili modo clari juris eſt, quod in his quæ potiùs proceſſum quàm cauſæ deciſionem reſpiciunt, qualia ſunt tempus inſtantię, *Card. Pariſ. conſ. 48. nu. 19. lib. 1. libellus. Specul. §. fin. nu. 2. de libel. conceptio. Ang. & Iaſ. l. 1. ff. de off. aſſeſ. Abb. c. quod Clericis ext. de for. compet. Iaſ. l. de quibus. nu. 52. ff. de legib. Dec. l. edita. n. 2. C. de edend. Dec. c. dilecti. ext. de jud. ſatisdationes. §. fin. Inſt. de ſatisdatio.* Litis conteſtatio, *Iaſ. l. à divo Pio. §. ſententiam ff. de re judicat.* Teſtium productiones, *arg. l. 3. §. fin. ff. de teſtibus.* Ordo & ritus probationum, *Bald. l. 1. n. 21. C. de ſum. Trinit. & fide Cathol.* Feriæ & dilationes, *Innoc. Bald. & Abb. c. 1. ex. de ferijs.* Forma atq; ſolennitas pronunciandi ſententiam, *Socin. conſ. 71. nu. 8. lib. 4.* Appellationes utrum illæ admittendæ ſint vel non; *Ant. de Butr. d. c. quod Clericis. Alexand. conſ. 188. lib. 2. Iaſon. l. 1. lect. 1. nu. 21. C. de ſum. Trinit. & fide Cathol.* Compromiſſa, utrum videlicet cauſæ compromitti debeant nec ne, *Socin. conſ. 71. nu. 8. & 9. lib. 4.* reliquaq; quæ ordinem atq; Proceſſum judicii potius quam deciſionem cauſæ reſpiciunt, in his, inquam, legibus expreſsè cautum eſt, inſpici leges atq; Statuta illius loci ſive judicii, in quo cauſa agitur.

Quare cum hoc, utrum Reus poſt ſatisdationem judicio ſiſti præſtitam in obſtagio ſive certo loco vel domo certa ſtare vel manere cogatur, reſpiciat non deciſionem cauſæ, ſed ordinem atque Proceſſum judicii, ſequitur, quod quoad hunc punctum in hac cauſa, ſi illam moveri contingat, coram judicio Cameræ Imperialis jus civile ſervandum ſit. Sin autem contingat, hanc litem moveri in terris Saxonicis coram Paribus nempè curiæ vel aliàs, Illuſtres Duces S. cogerentur Nobili W. propter ſatisdationem judicio ſiſti præſtitam relaxare promiſſionem de ſtando in obſtagio ſive in domo ſua uſque ad finem litis.

Namque jure Saxonico expreſsè cautum eſt, cum † qui præſtat ſatisdationem 56 judicio ſiſti ſive de veniendo & prȩſentando ſe omninò relaxandū eſſe, etiam in cauſis criminalibus, in quibus agitur de pœna corpori irroganda, *art. 9. & art. 10.* Landtrecht. *lib. 2. art. 27.* Weichbild. *gloſ. art. 65.* Landrecht *lib. 1.*

Undecimam quæſtionem quod attinet, exiſtimo, quod Dominus Wolfgangus clauſulam inſtrumento ſatisdationi inſertam nimirum, quod per præſtitam cautionem actioni criminali nihil derogare deberet, impugnare vel contra illam excipere non poſſit, ex hac cauſa quod prætendit, ſe metu carceris in hoc conſentire compulſum fuiſſe. Namque eſt apertiſsimi juris, nullam cauſam proprerea fieri civilem, atq; criminali actioni ideò derogari, quod Reus cautionem judicio ſiſti vel de veniendo vel præſentando, quæ cum fidejuſſoribus facta eſt, etiam eo caſu, ſi dictæ clauſulæ in præſtita cautione ne verbulo facta fuiſſet mentio. Quantum verò ad perſonalem capturam attinet, exiſtimo, jure fundatum eſſe, quod Reus Wolfgangus, cùm propter metum carceris etiam poſt præſtitam cautionem judicio, in ea captura ſe manere acceptârit, ſe in omnem eventum,

tum, in quem uti ſuperiùs dictum, propter præſtitam ſatiſdationem illa captura ſecundum juris diſpoſitionem relaxari deberet, econtrà exceptione metus ſe tueri, & hac conſenſione non attenta adhuc petere & impetrare poſſit, ut ſibi perſonalis illa captura remittatur.

Namq; clari & indubitati juris eſt, cri-
57 minali † accuſationi nihil derogari per hoc
quod Reus fidejuſſoribus committitur, vel
quod ipſe ſatiſdationem de veniendo &
præſentando ſe exponit, ſicut hoc ſatis probatur per *text. l. 1. & l. quis Reum ff. de cuſtod. Reor.* & ita etiam pronunciatur, ut videre licet ex ſententia Scabinorum Lipſenſium impreſſis juxta Speculum Saxon *ſub. Rubr.* So Mißhandlung bürglich werden.

Quare, cum per illam ſatiſdationem quam Nobilis W. Illuſtribus D. S. præſtitit, nihil fuiſſet derogatum criminali accuſationi, etiamſi hæc ſatiſdatio ſimpliciter & abſque omni clauſula expoſita fuiſſet, ſequitur, quod Nobilis W. prædictam clauſulam ratione metus vel ſimili nullo modo impugnare poſſet. Quod verò attinet ad aliam clauſulam inſertam inſtrumento ſatisdationis qua cavetur. Ut Nobilis W. nihilominus ultra ſatisdationem in domo ſua ſive obſtagio uſque ad finem litis ſtare cogatur.

Ego clari juris eſſe judico, Nobilem
W. qui in hanc clauſulam metu carceris
conſenſit, in omnibus illis caſibus, in qui-
bus ipſi propter præſtitam ſatisdationem ſe-
cundum diſpoſitionem juris obligatio ob-
ſtagii remitti debebat, contra hanc clauſu-
lam exceptione quod metus cauſa, tueri ſe
58 poſſe. Namq; certum eſt, metum † carce-
ris juſtum eſſe, *l. nec timorem. §. proinde ff quod*
met. cauſ. gloſ. l. ego puto. ff. quod metus cauſ.
59 & ſimili modo clari juris eſt, eum qui † quid
juſto metu fecit, contra hoc ſe & exceptio-
ne & actione tueri poſſe, *l. metum autem præ-*
ſentem. §. ſed quod Prætor ait. ff quod met. cauſ.

Ad duodecimam quæſtionem quod attinet, hoc eſt meum judicium, cum Dominus Wolfgangus de M. eo modo non tantùm immobilibus, ſed etiam mobilibus bonis gaudeat, quod non præſumendum ſit, illum Illuſtriſſimis Principibus S. in hac cauſa judicio ſiſti, nolle de jure illum obligatum non fuiſſe, ullam ſatiſdationem de jure ſe ſiſtendi præſtare, eo caſu, ſi Duces S. contra Dominum Wolfgangum civilem actionem inſtituere, in animo habuiſſent; Si verò Duces S. Wolfgangum criminaliter accuſare voluerunt, Illuſtriſſ. S. Celſitud. ſecundum jus commune ſcriptum dictam cautionem jure ab ipſo exigerunt, non attento quod Dominus Wolfgangus de M. bonis tam immobilibus quam mobilibus gaudeat. Sed ſecundum ordinationem juris Saxonici Reus Wolfgangus non fuit coactus, dictam cautionem de jure ſiſtendi præſtare. Et poſito, non tamen ulterius quàm jura illud permittunt, conceſſo, quod Wolfgangus de M. Reus obligatus fuiſſet, illam cautionem præſtare, non tamen obligatus fuiſſet, illam ad tam magnam ſummam præſtare. Nam non ſolùm jure civili ſcripto, verùm etiam Saxonico expreſsè cautum, quod nullus in cauſis civilibus ſatiſdationem de jure ſiſtendi ad majorem ſummam, quam ſententia condemnatoria veriſimiliter ſe extendere poſſit, præſtare obligatus ſit. Simili modo nullus tenetur in cauſa criminali, ſecundum tenorem communis juris ſcripti ſe ulterius quam in *l. fin. C. de mod mulctam.* taxatum eſt, fidejubere. Secundum diſpoſitionem juris Saxonici autem à nullo in cauſis criminalibus major cautio, quàm unus Werigeldus in ſe habet, exigitur. Idcirco cum Reus W. ſe ad majorem Summam, quam de jure debuit, ratione metus carceris ſe fidejubendo obligare coactus fuit. Indubitati juris eſt, quod Reus W. de M. ſe contra illam fidejuſſoriam cautionem poſito, quod illam contra juris diſpoſitionem præſtare coactus fuit, exceptione metus ſe tueri poſſit. Simili modo eſt clari juris, quod non ſolùm Dominus W. de M. ſed etiam ipſius fidejuſſores ſe allegata illa exceptione metus tueri poſſint.

Namque & jure civili & jure Saxoni-
co expreſsè cautum eſt, † eum qui poſſidet 60
bona immobilia, vel etiam plurima mo-
bilia, quæ occultari facilè non poſſunt, ſa-
tiſdationem judicio ſiſti, in cauſis civilibus
exponere non cogi, *l. ſciendum. in princip. &*
ibi Bart. Bald. Alex. Iaſ. & Dd. ff. qui ſatiſdare
cogant.

Quare, cùm Nobilis Wolfgangus de M. poſſideat plurima bona tàm mobilia quàm immobilia, ſequitur P. S. ſi ipſi civiliter contra prædictum Nobilem W. agere vellent, nullo jure ipſum coëgiſſe hanc ſatiſdationem judicio ſiſti præſtare, quodq;

non

non tantùm ipſi, ſed etiam fidejuſſoribus illius contra hanc ſatisdationem exceptio metus detur.

81 Namq; exceptio quod † metus cauſa ex perſona principalis etiam fidejuſſorib; datur ſive competit, *l. exceptiones. ff. de exception.*

82 Sin autem † Illuſtres P. S. contra prædictum Nobilem criminalater agere vellent, ſiquidem hæc actio inſtitueretur in Camera Imperiali, in qua jus civile ſervatur P. S. potuiſſent à prædicto Nobili hanc ſatisdationem exigere, non obſtante eo quod prædictus Nobilis bona plurima tàm mobilia quàm immobilia poſsidet.

Sin verò hæc actio inſtitueretur in illis locis, in quibus jus Saxonicum ſervatur, Illuſtres Principes S. nullo jure coëgiſſent prædictum Nobilem ſatisdationem judicio ſiſti exponere. Namq; licet ſecundum juris civilis diſpoſitionem, is, qui criminaliter accuſatur, cogatur ſatisdationem judicio ſiſti exponere, licet ipſe bona immobilia poſſideat, *Bald. Ludov. Roman. & Alexan. d. l. ſecundum. in princ.* ſecundum tamen juris Saxonici diſpoſitionem, criminaliter accuſatus, ſi ipſe immobilia poſſideat, à ſatisdatione judicio ſiſti relevatur, *art. 27.* Weichbild.

83 Præterea poſito, ſed † tamen non conceſſo, Illuſtres Principes S. potuiſſe à prædicto Nobili Wolfgango exigere ſatisdationem judicio ſiſti, ipſi ſi civiliter contra illum agere vellent, non potuiſſent prædictum Nobilem cogere ſub majori ſumma ſive pœna hanc ſatisdationem præſtare, & ſecundum juris civilis, & ſecundum juris Saxonici diſpoſitionem, quàm ad quam ſummam Reus, ſi ſententiam contrariam reportaret, veriſimiliter condemnaretur, ſicut hoc de jure civili ſatis probatur per *gloſ. l. ſed et ſi quis. §. final. & ibi Bart. & Alex. ff. ſi quis cautio.* de jure autem Saxonico hoc ſatis probatur per *text. art. 27. & art. 116.* Weichbild.

Idem juris eſt, ſi Duces S. contra Nobilem Wolfgangum criminaliter ad pœnam pecuniariam fiſco applicandam agere vellent. Sin autem Illuſtres Duces S. contra Nobilem Wolfgangum accuſationem criminalem ad pœnam corpori infligendam, inſtituere vellent (quod tamen quomodo hoc caſu fieri poſſit, non video) ipſi ſecundum juris communis diſpoſitionem non poſſent prædictum Nobilem cogere ipſis ſatisdationem judicio ſiſti ſub majori pœna præſtare, quàm quæ eſt taxata, *in l. fin. C. de modo mulcta.* ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie decidit *Bartol. l. ſi quis Reum. ff. de cuſtod. Reor.* ſecundum verò juris Saxonici diſpoſitionem Illuſtres Duces S. non poſſent cogere prædictum Nobilem ipſis præſtare ſatisdationem judicio ſiſti ſub pœna majore uno Werigeldo, ſicut hoc expreſsè probat *text. art. 9. & art. 10.* Landrecht. *lib. 2. art. 27. & ibi gl. art. 116.* Weichbild. *gloſ. art. 63.* Landrecht. *lib. 1.*

Quare cum haſce ſummas pœna ſub qua Nobilis Wolfgangus ſatisdationem judicio ſiſti Illuſtribus Ducibus S. præſtitit, longè excedat, ſequitur, Illuſtres Duces S. nullo jure coëgiſſe, prædictum Nobilem ipſis ſub tanta pœna ſatisdationem judicio ſiſti exponere.

Ideoque cum hæc ſatisdatio, quatenus pœna modum legitimum excedit, per errorem præſtita, præſumatur, *Bart. Alex. Iaſ. & Dd. d. l. ſed & ſi quis. §. final. ff. ſi quis caut.* tàm ipſi Reo principali quàm fidejuſſoribus ejus contra hanc ſatisdationem exceptio datur eatenus, quatenus pœna promiſſa modum legitimum excedit, *d. l. ſed et ſi. §. final. & ibi gloſ. Bart. Bald. Alex. Iaſ. & Dd. ff. ſi quis cautio.*

Similiter cum hæc ſatisdatio ſub majori, quàm oportuit pœna metu carceris facta ſit, clari juris eſt, tàm ipſi Nobili Wolfgango, *l. nec timorem. § fin. ff. quod met. cauſ.* quam fidejuſſoribus ejus ſuis contra hanc ſatisdationem exceptionem metus competere, *l. exceptiones. et l. 2. ff. de exceptionibus.*

Præterea ſi Illuſtres Duces S. contra Nobilem Wolfgangum civiliter agere vellent, ipſis † non licuit prædictum Nobilem cogere ſatisdationem judicio ſiſti ſub certa pœna præſtare. Namque is, qui judicio ſiſti ſatisdat, nunquam cogitur in ſatisdatione certam pœnam promittere, niſi vel conſuetudo loci, vel juſta cauſa legibus approbata, aliud ſuadeat, *gloſ. Bart. Bald. Alexand. & Iaſon. l. 2. §. final. ff. qui ſatisd. cogantur. gloſ. & Bart. l. fin. de Præto. ſtipulatio.* 84

Decimam tertiam quæſtionem quod attinet, eſt aperti juris, quod major natu Dominus N. in illis punctis & articulis, qui Illuſtriſsimæ ſuæ Celſitudini perſonam ſolummodo concernunt, etiam abſque aliorum Dominorum N. præſcientia, conſenſu vel mandato Wolfgangum in jus vocare poſſit,

poſſit, non conſiderato, quod Domini in indiviſis regionibus & dominiis ſedeant. Similiter ſublimè nominato majori Domino S. conceditur de jure, etiam in illis punctis & articulis, qui omnes Duces S. unanimiter concernunt contra Nobilem Dominum Wolfgangum pro ſua tertia parte etiam abſque præſcientia, conſenſu atque mandato Illuſtriſ. S. Celſitud. Dominis fratribus actionem inſtituere. Quantum verô attinet ad duas illas partes, pertinentes ad S. Illuſtriſs. Celſitud. fratres, in jure communi ſcripto expreſsè cautum eſt, Illuſtriſsimam ſuam Celſitudinem abſque cautione de rato vel mandato fratrum ſuorum contra W. de M. actionem inſtituere nullo jure poſſe: Niſi eſſet, quod duo illi fratres medius & junior Duces S. regimen & adminiſtrationem ſuorum bonorum & dominiorum ſeniori Domino omnimodè ceſſerint: quo caſu illuſtriſſimo majori natu Domino juxta juris diſpoſitionẽ concederetur in omnibus cauſis, etiam iis, quæ Illuſtriſsimas ſuas Celſitudines in commune concernunt, abſque aliorum Dominorum conſenſu & mandato, imò etiam abſque cautione de rato contra W. de M. vel alium quempiam actionem inſtituere.

Clari enim & aperti juris eſt, quemli-
65 bet † legitimæ ætatis & rerum ſuarum adminiſtrationẽ habentem, in cauſis propriis & perſonam ſuam tantùm tangentib. abſq; conſenſu, mandato vel ſcientia alterius in judicio agere ſive experiri poſſe, *argum. nemo exterus. C. de Iudæis. l. in re mandata. C. manda.*

Igitur ſequitur, Illuſtrem Principem S. majorem natu, quoad illa puncta ſive capitula, quæ ſuam perſonam tantùm attingunt, etiam abſque mandato, ſcientia vel conſenſu ſuorum fratrum, contra Nobilem Wolfgangum experiri poſſe non obſtante hoc, quod ipſi bona ſua pro indiviſo poſſident.

Idem juris eſt & in illis punctis, caſibus ſive capitulis, quæ ad omnes Principes ſimul ſpectant, ſi ipſe in illis pro ſua tantùm parte ſive rata contra Nobilem W. actionem inſtituere vellet. Namque cum illud, quod mihi cum alio commune eſt, pro rata ſive parte mea, meum & ſit & reputetur, *l. 2. ff. de condit. inſtit. l. ſervi electione. §. Labeo. & ibi Bart. Alex. Iaſ. & Dd. ff. de legat. 1. l. 1. C. qui Teſtam. fac. poſ.* Sequitur, quod ſicut is, qui in cauſa, quæ ipſius tota propria eſt, actionem inſtituit, eam abſque conſenſu, mandato vel ſcientia alterius, item etiam abſque cautione de rato inſtituere poteſt: ita quoque & is, qui in cauſa communi, ipſi cum alio actionem inſtituit, pro ſua rata ſive parte hanc actionem etiam abſque mandato, conſenſu vel ſcientia alterius nec non & abſque cautionè de rato inſtituere poſſit, *argum. l. quæ de tota. in princip. ff. de rei vendicatio. l. qui ſcit. in princip. ff. de uſu.*

Sin autem Illuſtris Princeps S. in cauſis, punctis ſive articulis ipſi cum fratribus ſuis communibus, non tantùm pro rata ſua, ſed in ſolidum contra Nobilem Wolfgangum agere vellet, ipſe teneretur vel mandatum fratrum in judicio producere, vel cautionem de rato exponere.

Namque clari juris eſt, ſi † unus ex il- 66
lis, quibus actio aliqua communis eſt, hanc actionem in ſolidum inſtituere velit, ipſum vel cogi proferre mandatum illorum, cum quibus hæc actio communis eſt, vel cautionem de rato exponere. *l. non ſolùm. §. ſi de dote. ff. de Procurator. l. 2. §. final. ſolut. matrimon.*

Similiter legibus expreſsè cautum eſt, licet frater pro fratre, ut conjuncta perſona etiam abſque mandato agere poſſit, *l. ſed & hæ. in princip. & ibi Bart. & Bald. ff. de Procuratorib. l. exigendi. & ibi Bart. Bald. Alex. & Iaſ. C. eod. tit. Felin. c. nonnulli. §. ſunt & alij ex. de reſcrip. Fel. c. coram. ex. de offi. delegati.* Fratrem tamen pro fratre in judicio abſque mandato, ut conjunctam perſonam agentem, cautionem de rato exponere cogi, *l. maritus. & ibi Alex. & Dd. C. de Procuratorib. l. 3. §. ſed & ſi fortè. & ibi Bart. ff. judicat. ſol. d. §. ſi de dote. d. l. 2. §. fin. ff. ſolut. matrim. Abb. Panorm. c. pen. nu. 5. ext. de ſentent. & re judicat. Felin. d. §. ſunt & alij. n. 55. Felin. d. c. coram. nu. 3.*

Hoc tamen ita demum verum eſt, ſi fratres Illuſtris D. S. majoris natu, ſuæ Illuſtri Celſitudini conceſſiſſent generalem adminiſtrationem bonorum ſuorum, tunc enim ipſe Illuſtris P. S. major natu, etiam abſque ſcientia, conſenſu vel mandato fratrum ſuorum, item etiam abſque cautione de rato, contra Nobilem Wolfgangum, agere poſſet, *argum. cap. petitio. ext. de Procuratorib. cap. qui generaliter. in princip. eo. tit. lib. 6.*

Decimam quartam quæſtionem quod attinet, eſt in jure communi ſcripto ex-

preſsè

Digitized by Google

preſsè proviſum, quod in præſenti cauſa nullo modo juramentum calumniæ poſtulari poſſit; eo caſu, ſi prælibatus Dux S. contra Dominum Wolfgangum ad privationem ſuorum bonorum feudalium agere vellet: Si verò Illuſtriſſima ſua Celſitudo non ad privationem feudi, ſed alia via querelam & actionem ſuam inſtituere vellet: Tunc juramentum calumniæ in hac cauſa abſque dubio exigi poſſet, eo caſu, ſi hæc cauſa coram Camer. Imperial. ventilari deberet. Si verò hæc cauſa in territorio Saxonico judicialiter inſtitui & deduci deberet, hoc juramentum in hac cauſa ſecundum conſuetudinem Saxonici juris poſtulari non poſſet.

Namque clari & indubitati juris eſt,
67 juramentum † calumniæ non habere locum in cauſis ſive controverſiis inter Dominum feudi & vaſallum ſuper feudo vel cauſis feudalibus motis, *c. 1. §. in quibuſdam. & ibi Iacob. de Belviſ. And. de Iſern. Bald. Alvarot. Præpoſit. & Matth. de Afflict. de conſuet. rect. feud. Iacob. de S. Georg in tract. feud. ver. & dicti vaſalli. nu. 25*

68 In cauſis autem ſive † controverſiis inter Dominum feudi & vaſallum non ratione feudi neque ſuper feudalibus cauſis motis juramentum calumniæ ſecundum juris communis diſpoſitionem locum habere credo. Namque Dd. magis communiter reſtringunt *text. d. §.* in quibuſdam ad cauſas ſive controverſias feudales inter Dominum & vaſallum motas, *Iacob. de Belviſ. Bald. Alvarot. & Præpoſit. d. §. in quibuſdam.*

Ideoq; ſi Illuſtres Duces S. contra Nobilem Wolfgangum ad alium finem quàm ad privationem feudi in judicio Cameræ Imperialis agere vellent, ipſe Nobilis Wolfgangus ab iis juramentum calumniæ exigere poſſet.

Namque juramentum calumniæ non deciſionem cauſæ, ſed Proceſſum tantùm reſpicit, & certi juris eſt, quod in illis, quæ Proceſſum reſpiciunt, inſpiciamus leges atque conſuetudines illius loci, in quo cauſa in judicio vertitur. Sin autem Illuſtres Duces S. in aliquo loco S. vel ex conſuetudine vel ex Privilegio ſpeciali contra Nobilem Wolfgang. etiam ad alium finem quàm ad privationem feudi agere vellent, juramentum calumniæ generale in hac cauſa exigi non poteſt ſecundum generalem conſuetudinem in terris Saxonicis receptam, *Kilian. König. in ſuo Proceſſu cap. 67.*

Et licet multi Dd. ſint illius ſententiæ, juramentum † calumniæ nulla conſuetudine tolli vel abrogari poſſe, *Abb. c. 1. nu. 7. & c. cæterum. nu. 3. arg. ill. text. ex. de juram. calum. cum ſimilib. allegatis. Matth. de Afflict. d. §. in quibuſdam,* cui ſententiæ & ego tanquam æquiori & veriori ſubſcribo. Tamen cùm in terris Saxonicis ita & ſervetur & pronuncietur, ut juramentum calumniæ exigi non poſſit, ego de hac quæſtione diſputare ſupervacuum duco. 69

Decimam quintam & decimam ſextam quæſtionem quod attinet, ego exiſtimo, Quamvis ab Illuſtriſſimo Duci S. producti articuli Domino Wolfgango in diminutionem ſuorum honorum vergant, quod tamen ſecundum qualitatem præſentis caſus Reconventio vel Actio injuriarum locum non habeat, atque illud ob ſequentes rationes. Namque primò in jure communi ſcripto expreſsè eſt ſtatutum, quod nullus vaſallus contra feudi Dominum Actionem injuriarum inſtituere poſſit. Secundò, eſt clari juris Reum, qui ſe per intentatam actionem & productos articulos honori ſuo ſe gravatum exiſtimat, contra Actorem, Actionem injuriarum inſtituere non poſſit, donec prius inſtituta actio ad finem ſit perducta. Atque ideò, cum Dominus Wolfgang. Ducum S. vaſallus ſit, & inſuper etiam allegatæ injuriæ ex productis articulis, ſuper quos ſublimè nominatus Dux S. ſuam Actionem inſtituere in animo habet, originem habeant. Sequitur, in præſenti caſu Reconventionem ſive Actionem injuriarum nullo modo locum habere. Tertiò, Reconventio de jure Saxonico in nullo caſu admittitur. Quapropter Reconventio in hac cauſa, etiam propter hanc rationem locum habere non poſſet, caſu, ſi hæc cauſa in illis locis, ubi jus Saxonicum viget, & obſervatur, ventilari deberet. Atque ideò etiam ego ſupervacaneum eſſe exiſtimo diſputare, ubi vel quorum locorum Reconventio illa poſſet vel deberet inſtitui.

Namque licet ſecundum juris communis diſpoſitionem † Reconventio ſicut co- 70
ram omni Judice tàm ordinario quàm delegato, *l. cum Papinianus & auth. & conſequenter. & ibi Bart. Bald. & Dd. l. eſt receptum. ff. de juriſdict. omn. judic.* ita quoque coram Paribus curiæ locum habeat, *gl. Iacob. de Belviſ. Andr. de Iſern. Bald. Alvarot. Præpoſit. & Matt. de Afflict. c. 1. de controverſ. feud. apud par. terminan.*

minan. Bald. c. 1 §. præterea ſi inter. nu. 10. & ibi Præpoſit. nu. 12. & Ioan. Rainer. de prohibit. feud. alienat. per Frider. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verſ. 1. & dicti vaſalli. nu. 18. & 19. tamen in præſenti caſu Nobilem Wolgangum in modum reconventionis actionem injuriarum contra Illuſtres Duces S. inſtituere non poſſe, veriſsimum judico.

Namq; primò certum eſt, quod vaſallus
71 contra † Dominum feudi actionem famoſam, qua videl. condemnatus infamis ſit, inſtituere nequeat, *Innoc. c. cæterum. & ibi Abb. & Fel. utercq. nu. 15. & Dec. nu. 14. ext. de judic. Bald. c. 1. §. præterea ſi inter. & ibi Matt. de Afflict. num. 60. de prohibit. feud. alien. per Frider. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. ver. & dicti vaſalli. nu. 6. & 7.*

72 Quare cum actio † injuriarum famoſa ſit, atq; conventum injuriatum & condemnatum infamem reddat. Sequitur Nobilem Wolfgangum contra Illuſtres Principes S. Dominos ſuos feudi in modum reconventionis injuriarum actionem inſtituere non poſſe.

73 Secundò, legib. expreſsè cautum eſt, † ſi injuria oriatur ex actione contra aliquem inſtituta ſive inſtituenda, Reum qui per hanc actionem injuriam paſſus fuit, non poſſe actorem injuriarum convenire, niſi illa actio inſtituta prius per ſententiam diffinitivam terminata & Reus actore intentionem ſuam non probante ab actione inſtituta abſolutus fuerit, *l. ſi tibi. C. de libera. cauſ. l. ſi quidam. & ibi Bald. C. de injurijs.* Quare cum hæc injuria, de qua in caſu noſtro agitur, ex actione inſtituta ſive inſtituenda quàm Illuſtres D. S. proſequi intendunt, originem trahat, ſequitur, Nobilem W. etiam ex hoc capite Illuſtres D. S. reconvenire vel contra eos injuriarum agere non poſſe, antequam actio à Principib. S. inſtituta ſive inſtituenda per ſententiam diffinitivam terminata fuerit.

Tertiò, Reconventio ſecundum diſpoſi-
74 tionem juris † Saxonici in terris Saxonicis locum non habet, *art. 12.* Landrecht, *lib. 3.*

Itaq; certum eſt, ſi actio ab Illuſtrib. D. S. in iis locis, in quibus jus Saxonicum viget, inſtitueretur, Nobilem W. etiam ex hoc capite prohiberi Illuſtres Principes S. injuriarum in modum reconventionis convenire. Et ſic ex his omnibus concludo, Nobilem W. actionem injuriarum in modum reconventionis contra Illuſtres D. S. in præſenti caſu inſtituere non poſſe. Igitur ſupervacuum eſt diſputare, coram quo Judice hæc reconventio fieri debeat. Et ſi aliquo caſu reconventio propter injuriam illatam in hac cauſa locum habere poſſet, quod tamen verum non judico; hæc reconventio fieri deberet coram illis iiſdem Judicibus, cum quibus Illuſtres D. S. Nobilem W. convenirent, juxta text. expreſſum *auth. & conſequenter. & ibi Bart. & Bald. C. de ſentent. & interlocutor. omn. judic. c. 1. & ibi Abb. ext. de mut. petit.*

Ad decimam ſeptimam & decimam octavam quæſtionem quod attinet, exiſtimo ſi Dominus Wolfgangus in hac, in qua ab Illuſtriſs. Duce S. accuſatur, aliquos ſublimè nominati Principis vaſallos Nobiles vel ſublimioris dignitatis perſonas in ſui
adſiſtentiam petere vellet, & hoc ab ipſis 75
obtinere poſſet, quòd hoc ipſis abſque periculo eſſe poſſit, etiam ſine poſtulata venia, ut ipſi adſiſtentiam præſtarent, & quod hoc ipſis nullam inclementiam de jure parere poſſit, præſertim verò, ſi dictus Wolfgangus jam nominatas perſonas tanquam interceſſores rogaſſet & vocaſſet, qui ſuam Illuſtriſsimam Celſitudinem ab inſtituta actione, & in illum conjecta inclementia avocare poſſent. Nullibi enim in communi jure ſcripto traditum reperitur, quod vaſallus propter id, quod illi, qui à ſuo feudi Domino in jus vocatur, adſiſtentiam præſtitit, ſua feuda amiſerit, vel ſui Domini inclementiam aliavè pericula, propter id incurrerit. Ad hæc, jus Saxonicum expreſsè concedit, quod vaſallus, qui à Domino ſuo accuſatur, alios feudi ſui Domini vaſallos vel Nobiles in adſiſtentiam uti poſſit, prout hoc expreſsè reperitur in 68. articulo Lehenrecht. Nihilominus tamen Dominum Wolfgangum rogatum velim, ut in hoc puncto etiam alios JCtos in conſilium adhibeat, neque meo ſolummodò nitatur.

Decima nona quæſtio, multò magis cauſam principalem quàm præparatoria judicii concernit, quapropter cùm ego pro hac vice ad illam pro parte ratione temporis, tùm propter alias occupationes me debitò & ſatis reſolvere non poſsim, hujus puncti reſolutionem ad cauſam principalem differam.

CONSI-

CONSILIUM VICESIMUM SEPTIMUM.

Quod eſt in eadem cauſa.

SUMMARIA.

1. *Propter ſuſpicionem judicium Parium vel aliorum judicium qualiter declinetur. & n. ſeq.*

2. *Intell. Conſtit. Imperial. facta VVormatia Anno 21. & n. ſeqq.*

3. *Diſpoſitio legis ultra verba non extendenda.*

4. *Veriſimile eſt legem nolle quod in ea expreſſum non eſt.*

5. *Conſtitutiones exorbitantes de caſu ad caſum non extendendæ.*

6. *Nec ex veriſimili mente diſponentis de perſona ad perſonam.*

7. *Cautela ut Advocati non concludentes ſive relevantes rationes & exceptiones ſolum, ſed & perſuaſibiles allegent.*

8. *Inimicitia eſt juſta cauſa recuſandi judicem.*

9. *Etiam ſuſpicio inimicitiæ.*

10. *Cogere aliquem in certo loco ſtare inimicitiam ſapit.*

11. *Conſilium ſolummodò dans, ut carceri quis includatur atrocem injuriam ipſi intuliſſe dicitur.*

12. *Inimicus præſumitur, qui injuriam ſaltem conatus fuit inferre.*

13. *Item qui noluit cum aliis exercere actum humanitatis ſolitum cum ſimilib. perſonis exerceri.*

14. *Vt & is qui alium non ſalutat.*

15. *Propter ſuſpicionem unius Iudicii non totum judicium declinari poteſt.*

16. *Cur id in primis in Paribus obtineat. & n. ſeq.*

17. *Paribus curiæ, ut aliàs pluribus judicibus ordinariis, jurisdictio in ſolidum competit.*

18. *Quid ſi omnes Pares ſint ex juſtis cauſis ut ſuſpecti recuſati & nihilominus proceſſerint.*

19. *Vel unum recuſatum non removerint & cum eo proceſſerint. & n. ſeq.*

20. *Intellect. text. c. cum ſuper. ext. de offic. deleg. contra Abb. & alios.*

21. *An etiam de jure Saxonico vaſallus Reus cum Domino Pares eligant. & num. ſeqq. uſq. ad num. 30.*

22. *Statuta paſſivam interpretationem à jure communi recipiunt.*

23. *Declaratur text. art. 65. Lehenrecht. & n. ſeq. uſq. ad n. 28.*

24. *Diſpoſitio ſtatuti quando de caſu ad caſum non extendatur.*

25. *Argumentum à contrario ſenſu in Statutis quando non procedat.*

26. *Et quando procedat in iis ad correctionem juris communis.*

27. *Quid ſufficiant ad hoc, ut ex Statuto aliquo argumentum, à contrario ſenſu ad correctionem juris communis ſumi poſſit.*

28. *Declaratur text. art. 63. Lehenrecht. & n. ſeq.*

29. *Per ſubauditos intellectus non debet induci juris communis correctio.*

30. *De modo procedendi in cauſis feudalibus juxta Spec. Saxon. impreſſum.*

31. *Conjuncta perſona pro conjuncta non agit invita illa.*

32. *Felonia qualiter remiſſa cenſeatur. & n. ſeq. uſq. ad n. 39.*

33. *Et delictum ab Emphyteuta commiſſum, propter quod emphyteuſi privari potuiſſet.*

34. *Matrimonium quomodo reconcilietur, & n. 37.*

35. *Intell. Clem. Si ſummus de ſent. excom.*

36. *Sola nominatio ſive Tractatus non ſufficit ad matrimonii contractum inducendum nec jus filii conſequendum.*

37. *Sufficit tamen ad matrimonium reconciliandum.*

38. *De oſculo pacis & ejus effectu.*

39. *Verba inſtrumenti ita intelligenda, ne ſibi contradicant.*

40. *In generali conceſſione adminiſtrationis quæ non veniant.*

41. *Quando potens & immobilia poſſidens Actor ab onere ſatisdandi non relevetur.*

42. *Quo caſu Princeps aliquis cautionem judicio ſiſti pro ſumptibus litis præſtare tenetur, illam cum ſubditis ſuis præſtare nequit. Ratio num. ſeq.*

43. *Idoneus fidejuſſor non eſt qui difficilis conventionis eſt.*

44. *Index Reo terminum ad proponendas omnes ſuas dilatorias præfigere poteſt.*

45. *Iudicium cauſæ feudalis an in arcibus ac jure Saxonico exerceri poſſit, etiamſi illæ obſeratæ non ſint, & n. ſeq. uſq. ad n. 51.*

46. *Qualitas adjecta uni ex pluribus rebus ſub una oratione comprehenſis, in omnibus alijs repetita, quando non cenſeatur.*

47. *Clauſula generalis in fine poſita, quo caſu non ad omnia præcedentia referatur.*

48. *Diſpoſitum de uno ex æquiparatis etiam in alio obtinet.*

49. *Arcem eſſe obſeratam, & de facili obſerari poſſe à pari procedunt.*

50. *Vt is qui de facto turbatur non eſt in plena libertate poſſidendi, ſic nec is qui de facili turbari poteſt.*

51. *Statutum correctorium etiam extenditur ad illum caſum, in quo ratio ſtatuti militat, quando unica tantùm ratio ſtatuti æſtimari poſſit.*

52. *Conſtit. juris Saxonici, quod vaſallus à Domino feudi conventus ſecum ad judicium, ne Procuratorem quidem adducere poſſit, niſi ipſe vaſallus ſit. Declaratur & n. ſeq.*

53. *Diſpoſitio requirens in actu aliquo certæ qualitatis perſonas reſtringitur ad habiles.*

54. *Conſtit. juris Saxonici prohibens, ne vaſallus à Domino conventus alios quàm vaſallos ad judicium ducat, an habeat locum in perſonis juratis domino feudi, licet vaſalli non ſint.*

55. *Vaſallus ut nec alius in judicium citatus perſonaliter præciſè comparere tenetur.*

56. *Quod item de jure Saxonico procedit.*
Comprobatur n. ſeqq.

57. *In locis Saxonicis quando jus civile ſervetur.*

58. *Quando perſonaliter comparere obligatus Procuratorem mittendo citationi ſatisfaciat.*

59 *Appellatio per Procuratorem interponi & proſequi poteſt.*

60. *Etiam in cauſis feudalibus.*

61. *An verò in terris Saxonicis.*

62. *Citatus quando indiſtinctè non cogatur perſonaliter venire.*

63. *Vaſallus quomodo de jure Saxonico à ſententia appellare debeat. remiſſ.*

64. *Ab interlocutoria aliove gravamine appellare an liceat.*

65. *Promiſſio pœnalis de non recedendo ex certo loco non valet, inprimis ſi metu extorta ſit, nec fidejuſſores pro ea obligantur. Confirmatur ibid. & n. ſeqq.*

66. *Injuſtè carceribus detentus, ſi aufugiat, non tenetur. ſecund. commun.*

67. *Si dimittatur, licitè non ſervat fidem etiam juratam qua promiſit in carcerem redire, ſecund. commun.*

68. *In carcere injuria affectus, vel injuriam timens ex carcere licitè fugit.*

69. *Suſpicio injuriæ inferendæ unde colligi poſſit.*

70. *Fidejuſſoribus promiſſionum pœnalium quæ exceptiones competant.*

71. *Fidejuſſores ſi non oppoſitis competentibus exceptionibus pœnam promiſſam ſolverint, an pro pœna ſoluta regreſſum ad principalem habeant.*

72. *Rejicitur & reſpectivè, declaratur opinio Dd. exiſtimantium promiſſionem de ſtando in certo loco à debitore factam, ratam eſſe.*

73. *Nulla promiſſio extenditur ad ea, de quibus veriſimiliter cogitatum non eſt.*

74. *Index quando alicui præcipere poſſit, ut ſtet in certo loco.*

75. *Actor Reo juramentum deferre poteſt, etiamſi nihil omninò probaverit, de jure Saxon.*

76. *Idem eſt de jure civili, ſecund. comm.*

77. *Ad probandam feloniam quot & quales teſtes requirantur. & n. 82.*

78. *Teſtes utrum ſint ſummæ & integræ opinionis, quot tempus inſpiciendum.*

79. *Defectus fidei ſuppletur numero teſtium.*

80. *Non tamen in cauſis gravibus.*

81. *In probanda felonia Domino in ſupplementum probationis minus perfectæ juramentum deferri nequit.*

83. *Innocentia contra feloniam oppoſitam vel alia excuſatio feloniæ, quot teſtibus probari poſſit.*

84. *Vaſallus plures dominos habens, & contra unum ſaltem delinquens propter delictum, quomodo feudo privetur.*

85. *Vaſallus ob feloniam convictus & condemnatus, an perdat etiam bona feudalia, quæ ipſe ex bonis ſuis allodialibus feudalia effici curavit.*

86. *Domino ad privationem feudi ob feloniam agente, nec delictum privatione dignum probante, Reus vaſallus ſimpliciter abſolvetur.*
Confirmat ibid. & n. ſeqq.

87 *Sententia conformis libello eſſe debet.*

88. *Vbi mutata qualitate mutatur cauſa & actio, non poteſt ſequi condemnatio.*

89. *Nec*

89. *Nec tunc ubi variatur alterum ex tribus ſubſtantialibus libelli.*

90. *Libellus alternativus parte opponente cur non procedat.*

91. *Cautela pro excipiente contra obſcurum libellum.*

92. *Spoliatus ſpoliatori exceptionem ſpolij in modum dilatoriæ except. objicere poteſt & impetrare, ut ante omnia reſtituatur, & nu. 94. ubi objectioni occurritur.*

93. *Etiam quoad ſtatum & dignitatem, & tunc quidem indiſtinctè, n. 95. & 96.*

95. *Exceptio ſpoliationis qualiter in modum exceptionis objici poſſit.*

96. *Honoris & libertatis quantum diſpendium.*

97. *Vaſallus conventus & Pares curiæ ejusdem qualitatis eſſe debent.*

98. *Exceptio per quam intenditur, actori actionem non competere etiam ante litem conteſtatam ad impediendum Proceſſum opponi poteſt.*

99. *Libellus Reo opponente etiam in civilibus non procedit, niſi in eo locus, tempus, perſonæ, reliquaq; circumſtantiæ expreſſæ ſint, quando ex actione Reus condemnatus infamia notaretur.*

100. *An idem ſit in libello, in quo Dominus adverſus Vaſallum ad feudi privationem civiliter agit.*

101. *Iuramentum de non recipiendo dona ſub evitatione indignationis Principis, de qua pœna intelligendum. & n. 103.*

102. *Verba*: indignationem noſtram *non evitabit, quid & an feudi amiſſionem importent.*

104. *Contractus imperfectus, ut & teſtamentum imperfectum declarant ſaltem contrahentis vel teſtantis voluntatem fuiſſe, ut dominium in alium transferre voluerit.*

105. *Prohibitio alienationis à teſtatore facta quando non valeat.*

106. *Alienari prohibita ob remunerationem meritorum præcedentium alienari poſſunt.*

107. *Sicut & tunc, cum accedit conſenſus omnium, quorum favore alienatio prohibita eſt.*

108. *Paria delicta mutua compenſatione tolluntur.*

109. *Vaſallus non privatur feudo, niſi ex cauſa in uſibus feud. expreſſa.*

110. *Feudum propter benemerita vel ſervitia præcedentia conceſſum, vaſallus ob nullam feloniam amittit.*

111. *Dolus nec præſumitur nec creditur.*

112. *Diſpoſitionis quando tantum unica ratio aſſignari poteſt; illa pro expreſſa habetur.*

113. *Cauſa ceſſante & effectus ceſſat.*

114. *Onus probandi affirmanti incumbit.*

115. *Pro officio beneficium accipere non eſt prohibitum.*

116. *Cautela pro Reo convento in foro Saxon. feudali, ne ſimpliciter reſpondeat, ſe velle in iſto Judicio ſtare, vel non, ſed eatenus velle, quatenus de jure tenetur.*

117. *Quas exceptiones Reus vaſallus objicere poſſit.*

IN CAUSA ILLUSTRISſimi, Illuſtriſſimiq; generis Principis ac Domini, Domini N. medii Ducis N. Actoris ab una, & Nobilis ac validi W. Rei ab altera partib. ratione prætenſæ alicujus feloniæ, in qua dictus W. conſilium meum expetit, exiſtimo ego, quantum ad primam quæſtionem attinet, in jure fundatum eſſe, quod dicto Domino W. in præſenti cauſa non ad arbitrium ipſius ſit relictum Imperial. Cameram eligere, ſed quod teneatur, eo caſu, quo velit judicium Parium declinare, cauſam ſuſpicionis non ſolummodò allegare, verùm etiam demonſtrare & palam facere.

Nam quamvis de jure communi Cæſareo ſcripto is, qui Judicem tanquam ſuſpectum recuſare intendit (in illis caſib. in quib. admittitur ſuſpectum Judicem recuſare) cum hoc ſuo propoſito audiatur & admittatur, illo caſu, quando ſe offert ad juramentum, quo obtinere contendit, Judicem illi ſuſpectum eſſe: neq; cauſas ſuſpicionis ulterius demonſtrare vel palam facere teneatur,

Tamen ordinat jus Pontificium ſive Canonicum expreſsè, nulli concedendum eſſe Judicem recuſare, vel ullius ſuſpicionis cauſa judicium declinare, niſi ille qui Judicem recuſare nititur, cauſas ſuſpicionis non ſolummodò alleget, verùm etiam prout de jure convenit, manifeſtè doceat.

Ideò, cùm omnes Juriſperiti hujus opinionis, nemine contradicente, ſint, quod in cauſis feudalib. in omnibus caſibus in quibus jus Pontificium ſive Canonicum à jure Cæſareo ſive communi ſcripto, diſcrepat: non commune jus ſcriptum, ſed Pontificium ſive Canonicum ſequendum ſit; & præſens controverſia cauſa feudalis exiſtat, Indubitati juris eſt, Dominum W. ſi propter ſuſpicionem judicium Parium declinare velit, cauſas ſuſpicionis allegare & demonſtrare teneri.

NAM.

NAMQUE LICET ſecundum diſpoſitionem
1 juris civilis, is, qui † judicem tanquam ſuſpectum recuſare vult, non cogatur cauſam ſuſpicionis allegare, vel probare, ſed ſufficiat, ſi ipſe juret, ſibi Judicem ſuſpectum eſſe, *gloſ. Bart. Bald. Angel. & Iaſ. l. apertiſſimi. C. de judic. gl. Bart. & Alex. l. quia poterat. ff. ad Senatuſconſult. Trebellia. Lanfranc. c. quoniam contra. ver. recuſationes. n. 10. & 11. ext. de probatio. Abb. & Dec. c. cum ſpeciali. in prin. ext. de appellat.* ſecundum tamen juris Canonici diſpoſitionem non aliter Judex tamquam ſuſpectus recuſari poteſt, niſi is qui Judicem ſuſpectum recuſare vult, cauſam ſuſpicionis & alleget & probet, *c. ſecundo requirit. §. 1. c. cum ſpeciali. in princip. & ibi Abb. & Dec. ext. de appellatio. gloſ. l. item ſi ſuſpectus. ff. de Procuratorib. Alex. d. l. quia poterat. Lanfranc. d. ver. recuſationes, nu. 18.*

Quare cum in cauſis feudalibus, in illis caſibus, in quibus jus à jure Canonico diſcrepat, non jus Civile ſed Canonicum & ſervandum & ſequendum ſit, *Bald. c. 1. §. præterea. el 3. nu. 10. & ibi Præpoſit. nu. 9. de probibit. feudi alienat. per Frideri. Alex. conſ. 5. nu. 10. lib. 5. Felin. c. cæterum. nu. 11. ext. de judic. Iaſ. in prælud. feudo. nu. 63. Præpoſit. c. 1. nu. 4. quo tempor. miles. Curt. in tractat. feudal. 12. quæſt. 1. part. principa. in 2. part. 2. parc. princip. num. 60. Martin. Laudenſ. c. 1. de controverſ. feud. apud par. terminan. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. ver. & dicti vaſalli, nu. 17. Zaſ. in tract. feud. 7. part. nu. 6. Bart de Bellentzin. in additio. ad Abb. c. 1. extr. de oper. nov. nunc.* Ego veriſſimum judico, propter ſuſpicionem judicium Parium curiæ non aliter recuſari poſſe, niſi cauſa ſuſpicionis & allegetur & probetur.

2 Neque † etiam poterit in præſenti caſu Dominus Wolfgangus meo judicio ſe ad ordinationem Cameræ, quæ Anno 1521. in Comitiis Wormatienſibus erecta eſt, referre, atque ideò judicium Parium declinare. Namq; dicta ordinatio Cameræ diſponit ſolummodò de illo caſu, quando Comes vel perſona Equitis aurati & Nobilis Electorem, Principem, vel alium de genere Principum: aut verò, quando Elector, Princeps, vel ejusdem generis, Prælatum, Comitem, Baronem, Equitem auratum, vel Nobilem, qui Imperio abſque medio ſubjectus eſt, in jus vocat; Neque in dicta ordinatione ullo verbulo mentio ſit, quid eo caſu obſervari debeat, quando Nobilis, qui Imperio mediatè & non immediatè ſubjectus eſt à Principe, vel alio de genere Principum in jus vocatur. Ex quo ſequitur, cùm Reus W. Imperio abſque medio non ſit ſubjectus, quod Reus illam conſtitutionem in ſui favorem adducere non poſſit.

Namque verba tàm † legis quàm Statuti inſpicienda ſunt, nec ultra ea diſpoſitio tam legis quàm Statuti extendenda eſt, 3
l. quod conſtitutum. & ibi Bartol. ff. de Teſtam. militar. Quinimò ubi verba legis vel Statuti deficiunt, nec ipſa lex vel Statutum locum habere debet, *l. ita autem. in princip. & ibi Bart. ff. de adminiſtrat. tutor. l. 1. §. loquitur. ff. de Magiſtrat. conven. l. 4. §. toties. & ibi Bart. & Alex. ff. de damn. infect. l. Fulcinius. §. 1. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſ. eat. l. hos accuſare. §. omnibus. ff de accuſatio. c. indemnitatibus. §. ſed cum eat. de electio. lib. 6.* & quod lex, Statutum vel Conſtitutio non dicit, nec nos dicere debemus, *l. ſi ſervum. §. non dicit. ff de cauſ. hæredetar. Bald. l. omnes populi. col. fin. ff. de juſt. & jur. Bald. c. inter corporalia. ext. de translatio. Prælato.* Huc accedit id, quod tradit *Bald. conſ. 447. lib. 5.* ubi dicit, quod non poſſumus conſtitutionem interpretari, id diſponere, quod non loquitur, eandem ſententiam comprobat id, quod tradit *Bal. c. 1. de alienat. feud.* ubi dicit, quod verbis Statutorum tenaciter inhærendum ſit, quod non liceat illis addere vel detrahere. Quare cum conſtitutio Imperialis facta Wormatiæ Anno 21. non faciat mentionem de illo caſu, quando perſona Illuſtris contra Nobilem non ſubjectum immediatè Romano Imperio agit.

Sequitur, quod illa Conſtitutio iſto caſu locum habere non debeat. Hanc eandem ſententiam comprobat, quod Imperator, ſi ipſe voluiſſet, præallegatam conſuetudinem habere locum etiam eo caſu, quando Illuſtris perſona actionem inſtituit contra Nobilem, non immediatè Imperio Romano ſubjectum, hoc in illa conſtitutione expreſſiſſet, quodq; veriſimile ſit, Imperatorem, cum ipſe hoc non expreſſerit, in præallegata conſtitutione nolle. Ut hæc conſtitutio locum habeat illo caſu, quando Illuſtris perſona agit contra Nobilem non immediatè Imperio Romano ſubjectum.

Namque veriſimile eſt, legem † vel 4
conſtitutionem id nolle, quod in illa ex-
preſſum

Digitized by Google

preſſum non eſt, *cap. inter corporalia. extr. de tranſlatio. Prælato. c. ad audientiam. ext. de decimis. Signorol. conſ. 172. incip. teſtator in ſuo. & conſ. 173. & conſ. 184. Bald. conſ. 202. incip. præmiſſis dubiis. lib. 1. & conſ. 328. incip. cum in cauſa. col. penult. lib. 3. Pet. de Anchor. conſ. 120. incip. pro clariori. Imol. l. cum ex cauſa. ff. de re judicat. Alex. conſ. 5. incip. circa primum dubium. col. 2. verſ. nec ad hoc obſtat. lib. 3. Socin. l. 1. col. 2. verſ. ex qua concluſione. ff. de legat. 1. Socin. conſ. 191. col. fin. conſ. 287. col. fin. lib. 2. & conſ. 5. col. 2. lib. 4. Iaſ. conſ. 140. col. 5. & conſ. 142. col. 6. lib. 2. Dec. conſ. 442. col. 2.*

Ad eandem ſententiam comprobandam etiam adduci poteſt id, quod hæc conſtitutio Imperialis ſit exorbitans, & juris com-
5 munis correctoria, quodq; † conſtitutiones exorbitantes & juris communis correctoriæ ſtrictè intelligendæ, nec de uno caſu ad alium extendendæ ſint, *l. quod verò contra. l. jus ſingulare ff. de legib. l. ſi verò. §. de viro ff ſolut. matrim. c. quæ à jure communi. de reg. jur. lib. 6. l. præcipimus. C. de appellatio.* Etiam propter ſimilem vel eandem rationem, *c. conſtitutionem. & ibi gl. in ver. prorogamus. de reg. jur. lib. 6. gl. c. in fidei. ver. inquiſitioni de hæret. lib. 6.*

Deinde hanc ſententiam comprobat et-
6 jam id, quod etiam † ex veriſimili mente contrahentis ſive diſponentis diſpoſitio nunquam extendatur de una perſona ad aliam perſonam, *Raphael. Comenſ. l. commodiſſimè. ff. de liber. & poſthum. Franc. Aretin. & Iaſon. l. Gallus §. & quid ſi tantùm. ff eo tit. Iaſ. l. cum res ff. de legat. 1. Iaſ. conſ. 220. incip. teſtator fecit. col. 4. & conſ. 228. incip. teſtator tres filios. col. 2. lib. 2. Philip. Dec. conſ. 211. incip. ſubtilis eſt caſus. col. penul. conſ. 218. col. 3. conſ. 273. col. pen. conſ. 287. col. 3. conſ. 291. col. 4. conſ. 313. col. 2. conſ. 377. col. Hippol. de Marſil ſingul. 499. incip. licet diſpoſitio. Alciat. l. 3. de verb. ſignificat. col. 3. Anton. Rubr. conſ. 31. incip. præſupponitur in facto. col. 2.*

Quare, cum præallegata conſtititutio Imperial. loquatur tantum in illis caſibus, vel quando Prælatus, Comes, Baro, Eques aut Nobilis agit cõtra Illuſtrem perſonam, vel quando econverſo Illuſtris perſona actionem inſtituit contra Prælatum, Comitem, Baronem, Equitem aut Nobilem, immediatè Romano Imperio ſubjectum, nec ullam faciat mentionem de iſto caſu, quando Illuſtris perſona experitur cum Nobili non immediatè Romano Imperio ſubjecto, ſequitur, prædictam conſtitutionem non eſſe extendendã ad illum caſum, quando Illuſtris perſona contra Nobilem non immediatè Romano Imperio ſubjectum agit.

Adhæc, dictæ Imperii ordinationi ſequens clauſula eſt inſerta, *Et debet alias*, quilibet qui Imperio immediatè non, ſed aliis dominiis ſubjectus eſt, vel ratione cauſarum, in Electoris, Principis vel Domini alicujus judicium abſque medio ordinarie pertinet, apud illum ſuum ordinarium Judicem vigore ordinationis, permanere. Ex quo ſequitur, quod dicta Imperii ordinatio in cauſis non ad Imperialem Cameram, ſed ad aliud judicium ordinariè immediatèq; pertinentibus, locum non habeat. Et quod ideò Dominus Reus W. cum præſens hæc cauſa ordinariè & abſq; medio ad judicium feudale pertineat, ad ſæpè dictam Imperii ordinationem ſe referre non habeat.

Et quamvis ſæpè memorata Imperii ordinatio in præſenti caſu meo judicio, locum habere non poſſit: Tamen Domino Reo W. non diſſuaderem, inter alia illam Imperii ordinationem allegare; Nam quamvis hæc ſua petitio ſive provocatio non admitteretur, obeſſe tamen non poſſet. Caſu verò, quod huic ſuæ petitioni vel provocationi deferretur, illaq; admitteretur q; (quod forſan ex negligentia vel inſcitia judicum fieri poſſet) in Domini W. commodum vergere poſſet.

Namq; Dd. noſtri conſulunt, ut † Advo- 7
cati in cauſis agendis non tantùm illas rationes ſive exceptiones allegent, quæ legitimæ, juſtæ, concludentes ſive relevantes ſunt, ſed illas, quæ perſuaſibiles tantùm ſunt, licet illæ neq; concludant neq; relevent. Eam ob cauſam, quod judices ſæpè plus moventur rationib. & exceptionibus, quę vel nihil, vel parum ad cauſam faciunt, quam rationibus & exceptionibus legitimis concludentibus & relevantibus, *Anton. de Butr. & Abb. c. per tuas. ext. qui filij ſint legitimi. Cepolla, cautela 67.*

Ad veſtram ſecundam quæſtionem, in qua petitis vos doceri, Num illa ſuſpicio ſufficiens ſit, quod Judex feudalis illo conſilio interſuit, quando concluſum fuit, quod Wolfgangus capi deberet, Ego, ut paucis me reſolvam, exiſtimo, hanc ſuſpicionem ſufficientem eſſe Judicem feudalem recuſandi.

Namque clari juris eſt, quod † inimi- 8
citia ſit juſta cauſa recuſandi judicem, *Speculator. §. ſupereſt. ver. item ſi eſt inimicus, de judice delegat. gloſ. cap. cum R. extr. de offic. delegat. Abbas capit. accedunt. el 2. extr.*

ut ſibi

ut lite non conteſta. Felin. c. cum ſuper. ext. de offic. delegat. Iaſ l. apertiſſimi. C. de judic.

Quod uſque adeò verum eſt, ut non tantùm propter inimicitiam capitalem, ſed etiam propter quamlibet aliam inimicitiam, Judex, ut ſuſpectus recuſari poſſit; *Philip. Franc. c. poſtremo col. 9. verſ. 32. ext. de appellat. Robert. Maran. in Speculo aureo. 6. par. §. ſecundus actus principalis. nu. 35.*

9 Quinimò propter † præſumptionem ſive ſuſpicionem ſolam inimicitiæ, Judicem, ut ſuſpectum, recuſari poſſe, receptum eſt, *Innocent. cum l. & A. ext. de ſent. & re judicat. Innocent. c. cum P. ext. de accuſatio. Felin. c. cum ſuper. nu. 3. extr. de offic. delegat. Iaſ. l. apertiſſimi. nu. 7. C. de judic.*

Quare cum dictus Nobilis veriſimiliter ſive ſaltem præſumptivè ſit inimicus Nobilis W. ideò quia ipſe dedit conſilium, ut à Domino W. exigeretur cautio de ſtando in certo loco uſque ad finem cauſæ, ſequitur, dictum Nobilem in hac cauſa optimo jure, ut ſuſpectum, recuſari poſſe:

10 Et quod prædictus Nobilis ideò † præſumatur inimicus Nobilis W. quod ipſe conſilium dederit, ut Nobilis W. de M. in certo loco detineretur, ſive ſtare cogeretur, uſque ad finem cauſæ, ſatis ex eo probatur, quod ſpecies carceris ſit, cogere aliquem, ut ſe obliget in certo loco ſtare vel manere, *l. in eadem. §. in vinculis. & ibi gl. & Bald. ff. ex quibus cauſ. in l. 2. ff. de liber. hom. exhiben. l. neque. §. 1. & ibi gloſ. & Bald. ff. de verb ſignificatio. Bart. l. qui in carcerem. ff. quod metus cauſ. Iaſ. §. rurſus. nu. 49 Inſtit. de actio. Dec. conſ. 219. num. 9. Nicol. Boer. deciſ. 217. nu. 24.*

11 Quodq; is qui alium † carceri includit, ſive conſilium dat, ut alius carceri includatur, gravem & atrocem injuriam ei inferre dicatur, *Bald. conſ. 412. incip. Quidam pratenſe. lib. 3. Alex. conſ. 17. nu. 7. lib. 1. conſ. 19. nu. 5. lib. 2. Nicol. Boer. deciſ. 215. nu. 33.* Et per conſequens ejus inimicus eſſe præſumatur.

Namque clari juris eſt, quod ad hoc,
12 ut quivis tanquam † inimicus recuſari poſſit, non tantùm is, qui alicui injuriam injuriâ inferre conatus fuerit, licet ille conatus effectum non habuerit, inimicus dicatur, *Bald l. 1. nu. 8. arg. ill. text. C. ſi quacunq; prædit. poteſta. Felin. c. cum ſuper. nu. 4. & ibi Dec. nu. 3. ext. de offic. delegat.* Quam ſententiam etiam confirmat id, quod Dd. noſtri tradunt, Non tantùm eum, qui alicui injuriam intulit, verùm etiam eum, qui alicui injuriam inferre, ſive ipſi nocere minatus fuit, licet minæ effectum ſortitæ non fuerint, tanquam ſuſpectum ſive inimicum recuſari poſſe, *gl. d. c. cum ſuper & ibi Abb. & Felin. uterq; nu. 4. & Dec. nu. 3. ext. de offic. deleg. Rober. Maran. in Speculo aureo. 6. part. §. ſecundus actus. nu. 49. Peruſinus. c. poſtremo. 87. cauſa ext. de appellatio.*

Huc accedit id, quod is, qui noluit cum aliquo exercere actum † humanitatis, ſolitum cum ſimilibus perſonis exerceri, inimicus præſumatur, atque tanquam ſuſpectus recuſari poſſit, *gl. d. c. cum ſuper. & ibi Abb. nu. 3. Felin. nu. 4. & Dec. nu. 2. Peruſinus d. c. poſtremò. verſ. 36. Rober. Maran. in Specul. aur. 6. par. §. ſecundus actus principalis. nu. 48.* 13

Igitur ſequitur, quod multò magis is, qui alteri injuriam infert, quiq; conſilium dat, ut alius præſertim homo nobilis & fide dignus, in loco certo contra jus & fas ſtare vel manere cogatur, inimicus præſumatur, atque tanquam ſuſpectus recuſari poſſit.

Pro hac ſententia etiam adduci poteſt,
quod etiam † is, qui alium non ſalutat, ejus 14
inimicus præſumatur, & tanquam ſuſpectus recuſari poſſit, *gl. c. cum Hadrianus. diſtinct. 16. Abb. d. c. cum ſuper. nu. 4. & ibi Felin. nu. 5. Dec. nu. 3. ext. de offic. deleg. Abb. c. ad hæc. el 2. ext. de appellatio. Abb. c. repellantur. ext de accuſat. Iaſ. l. apertiſſimi. nu. 7. C. de judiciis Rober. Maran. in Specul. aur. 6. part. §. ſecundus actus principalis. nu. 50.*

Igitur ſequitur, multò magis eum, qui alteri injuriam infert, vel qui conſilium præbet, ut ab alio exigatur, cautio de ſtando in certo loco ſive de non recedendo ex certo loco; & inimicum præſumi, & tanquam ſuſpectum à judicandi munere repelli poſſe. Et ſic ex prædictis concludo: Prædictum Nobilem eam ob cauſam, quod ipſe ei conſilio, in quo concluſum fuit, ut ab ipſo contra jus & fas exigeretur cautio de ſtando in certo loco, & inimicum præſumi & tanquam ſuſpectum recuſari poſſe.

Ultimò, pro hac ſententia facit, quod is, qui alium in carcere detinet, ejus inimicus præſumatur, *Bald. l. in ipſum. nu. 1. C. famil. hercis.*

Neque illa ſuſpicio cum illo ſe elidi ſinit, quod forſan allegare poſſent conſuetudinem juris feudalis Saxonici; in quo diſpoſitum, ſi Dominus unum de ſuis vaſallis, coram judicio feudali convenire vult, quod tunc aliquos de ſuis vaſallis convo-

care,

Digitized by Google

ſare, illosq́; interrogare debeat; nũ illi cõceſſum ſit cõtra N. N. judiciũ feudale inſtituere: Ad quod Domino hoc concedi debeat: Atque ideo hoc Conſilium ſuper W. initum, magis ad ordinarium Proceſſum referre, quam quod in hoc conſentire velint, quod feudi Judex ad capturam W. conſilium dederit.

Nam quamvis vigore juris Saxonici, prædicta forma & modus obſervari debet, quando feudi Dominus ſuum vaſallum coram judicio feudali convenire in animo habet.

Tamen in jure Saxonico nullum verbum reperitur, quod convocati vaſalli Domino feudi concedere debeant, ſuum vaſallum (contra quem actionem inſtituere vult) contra jus & æquum carceribus includere. Ideoque feudi Judex eo caſu, quo probari poſſe, illum ad incarcerationem W. conſiliũ dediſſe, auxiliumve præſtitiſſe, ſe allegara conſuetudine juris Saxonici feudalis nullo modo tueri, vel ideò emanatam ſuſpicionem elidere poteſt.

15 Cum autem ſæpedicta † ſuſpicio ſolummodò ad unam perſonam & nun ad totum feudale judicium extendatur. Reus W. poterit propter hanc ſuſpicionem illam unam ſolummodò perſonam, nimirum feudi Judicem tanquam ſuſpectum recuſare: & rantùm obtinere, quod illa perſona è judicio feudali removeatur, neq; poterit ex illa cauſa totum judicium feudale ut ſuſpectum declinare.

Namque clari juris eſt, quod quando unus ex pluribus Judicibus ſuſpectus eſt, propter hanc ſuſpicionem non omnes Judices neq; totum judicium declinari, ſed tantùm is, qui ſuſpectus eſt, recuſari poſsit, *c. cum ſuper. & ibi Dd. ext. de offic deleg.*

16 Et hoc potiſſimùm procedit in † Paribus curiæ, qui cum ſint Judices ordinarii, *gl. & Dd. c. 1. de inveſtitur in marit. facta. Bald. c. 1. §. præthereà. el 3. nu. 9. de prohib. feud. alien. per Frider. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. ver. & licet vaſalli. nu. 17.* Cuilibet ex ipſis juriſdictio in ſolidum competit, ideoq; uno ex ipſis recuſato vel alio modo remoto, alii nihilominùs procedere atque de cauſa cognoſcere poſſunt.

17 Certi enim juris eſt, quod † pluribus Judicibus ordinariis, juriſdictio in ſolidum competat, quodq; uno ex ipſis recuſato vel alio modo remoto, alii nihilominùs in cauſa procedere atque de cauſa cognoſcere poſſint, ſecundum communem atque receptam Dd. ſententiam, *gloſ. Bart. & Alex. l ſi uni. ff. de re judicat. Bald. l. fin. C. de autho. præſtan. Salic. l. cum Magiſtratus. col. 1. C. quando provoca. non eſt neceſſe. Abb. c. prudentiam, in princ. & ibi Felin. nu. 1. & Dec. nu. 9. extr. de offic. delegat. Dominic. c. 2. extr. de arbitr.*

Et in ſpecie, quod unicuique ex Paribus curiæ juriſdictio in ſolidum competat, tradit *Alvarot. c. 1. nu. 6. de controverſ. feud. apud par. terminand.* & quod eo caſu, quo unus tantùm ex Paribus curiæ ſuſpectus eſt, non totum judicium Parium declinari, ſed is tantùm qui ſuſpectus eſt, recuſari poſſit, expreſsè atque in ſpecie decidit *Præpoſ. c. 1. num. 5. de controverſ. feud. apud pares terminan.*

Si tamen omnes Pares † curiæ tanquam ſuſpecti ex juſtis & legitimis cauſis recuſati fuerint, & ipſi non obſtante hac recuſatione in cauſa proceſſerint, Proceſſus poſt recuſationem factus, ipſo jure nullus eſt, *gloſ. c. quoties Epiſcopi. 2. q. 6. gloſ. c. quia ſuſpecti 3. q. 5. Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Abb. c. cum ſpeciali. in princ. ext. de appellatio. Hoſtienſ. & Ioan. Andr. c. legitima. eo. tit. lib. 6. Bart. & Alex. l quia poterat. ff. ad SC. Trebellian. Salicet. l. apertiſſimi. C. de judic. Petr. de Anchor Geminia. & Philip Franc. c. judex. de offic. delegat. lib. 6. Abb. in diſput. incip. Duo ſunt. Clericali ordine Paul. de Caſtr. conſ. 232. lib. 1. & conſ. 113. lib. 2. Ludov. Rom. conſ. 220. col. 2. Alex. conſ. 89. lib. 1. conſ. 12. nu. 6. lib. 6. Dec. conſ. 175. Robert. Maran. in Specul. aur. 4. part. §. decima ſexta diſtinctio. num. 4. & 6. part. §. ſecundus actus. nu. 24. Carol. Molin. in addit. ad Decium d. c. cum ſpeciali. in pr. nu. 9.* Niſi recuſans poſt recuſationem factam voluntariè coram judicibus recuſatis † compareat & procedat, *Abb. Panorm. c. ſuſcitatus. ext. de reſcript.* 18

Idem ego juris ſtatuendum eſſe judico, ſi † Pares curiæ unum ex iis, ut ſuſpectum recuſatum non removerint, ſed unà cum ipſo proceſſerint. Namque & tunc Proceſſum ab ipſis factum nullum eſſe judico. 19

Et ad hanc ſententiam tenendam moveor, per † *text. c. cum ſuper. ext. de off. delegat.* In quo textu in ſimili deciditur, ſi unus ex pluribus judicibus delegatis, quorum unicuique juriſdictio delegata, in ſolidum commiſſa fuit, ut ſuſpectus recuſatus fuerit, & alii Judices delegati hunc recuſatum à ſe non removerint, ſed non obſtante hac 20

recuſatione cum ipſo in cauſa proceſſerint, totum Proceſſum nullum atq; invalidum eſſe. Quem textum Decius etiam extendit ad Judices ordinarios, quibus in ſolidum juriſdictio competit, cujus ſententiam ego in hoc veram eſſe judico, quamvis in hoc contrarium, ſed male meo judicio teneat *Abb. Panorm. d. c. cum ſuper. & ibi Felin. nu. 8. ext. de offic. delegati. Lapus allegatio. 88. incip. commune Florentiæ.*

21 Quod deinde pro tertio † petitis me, velle perpendere, num hoc quod in priori meo conſilio conſului, Reum habere poteſtatem non ſecus atq; dominus Pares curiæ nominare, juri feudali Saxo. contrarietur. Ad hoc nolo vos celare, quod illa, quæ ego ratione hujus puncti in priori meo conſilio affirmavi, communi juri Cæſareo ſcripto conſona ſunt, & ab omnibus juris Interpretibus communiter ita ſtatuuntur, quemadmodum ego ad hoc aliquos expreſſos & claros textus & Doctores, qui hoc in ſpecie probant, adduxi. Exiſtimo etiam hoc ipſum Saxon. juri feudali contrarium non eſſe.

Nam ſi textus juris Saxonici feudalis, qui de hac materia diſponunt, præcipuè verò textus 65. & 66. cap. Lehenrecht. diligenter perpendantur, tunc in illis nullum verbum reperietur, quod Reo vaſallo vetitum ſit, unà cum ſuo Domino feudi, Pares curiæ eligere. Ideoq; dicti textus juris Sax. feudalis, ſecundum jus commune Cæſareum ſcriptum, quantum hunc punctum attinet, intelligi atq; ita explicari oportet, quod etiam Reo vaſallo; ſecundum diſpoſitionem juris Saxonici conceſſum ſit, unà & cũ domino feudi Pares curię nominare.

Namq; cum jure Saxonico vaſallo expreſsè prohibitum non ſit, unà cum domino feudi Pares curiæ eligere, ſequitur, diſpoſitionem juris Saxonici ſecundum jus commune intelligendam atq; ita interpretandam eſſe, ut non ſoli domino, ſed etiam vaſallo permittatur, Pares curiæ eligere.

22 Certi enim juris eſt, omnia † Statuta municipalia à jure communi paſſivam interpretationem recipere, & ſecundum jus commune & intelligenda & ita interpretanda eſſe, ut quantominùs fieri poteſt, juri communi derogent, *l. 2. C. de noxalib. actio. c. cum dilectus. ext. de conſuetud. Bart. Iaſ. & Dd. l. omnes populi. ff. de juſt. & jur. Alex. & Iaſ. l. fin §. in computatione. C. de jure deliberan. Cornel. conſ. 275. lib. 3.* Nec nobis quicquam obſtat text. *art. 65.* Lehenrecht. 23

Namq; primò † ille textus loquitur tantùm illo caſu, quando proceditur contra vaſallum abſentem & contumacem non volentem neq; comparere neq; Pares eligere, quo caſu etiam ſecundum juris communis diſpoſitionem Pares curiæ à ſolo Domino electi, contra vaſallum in cauſa procedere poſſunt, *And. de Iſer. Alvar. & Præpoſ. c. 1. de controverſ. feud. apud par. terminan.*

Ideoq; diſpoſitio illius textus non debet extendi ad illum caſum, quando vaſallus à Domino conventus, non eſt abſens & contumax, ſed eſt præſens in judicio, & vult Pares curiæ unà cum domino feudi eligere.

Manifeſti enim juris eſt, quod diſpoſitio † Statuti de uno caſu ad alium minimè 24 extendi debeat, quando per hoc juris communis correctio induceretur, *l. præcipimus. in l. fin. C. de appellatio.*

Secundò, ex nullis verbis textus *d. c. 65.* Lehenrecht. quam verbis, Findet man aber / ꝛc. colligi poteſt, quod ſecundum diſpoſitionem juris Saxonici ſolus dominus feudi Pares curiæ eligat, qui verſiculus ſequentia verba formalia habet, Findet man aber ſein ſelber nicht / vnd hat er auch ſo keinen Hoff nicht / man ſol jhm das ander Tagding kündigen auff ein ander Gut / das er von dem Herrn hat (viertzehen Nacht ehe dem außgelegten Tag) ſo ſol denn der Herr zu dem meiſten bringen ſechs ſeiner Mann zu dem Tag / vnd einen Boten / ꝛc. in quibus verbis non expreſsè diſpoſitum eſt, quod ſolus dominus feudi Pares curiæ eligat, quodq; vaſallo prohibitum ſit, unà cum domino feudi Pares curiæ eligere, ſed ex illo textu, dum ibi dicitur, quod dominus feudi ad minimum ſex vaſallos ſecum adducere debeat, forſan per argumentum à contrario colligi poſſit, quod ſolus dominus feudi & vaſallos ſecum adducat, & Pares curiæ eligat.

Quare † cum colligendo tale argu- 25 mentum ex illo textu per illum textum corrigeretur jus commune, quod expreſsè ſanxit, non dominum ſolùm, ſed dominum & vaſallum ſimul Pares curiæ eligere, atque in Statutis argumentum à contrario ſenſu ſumere prohibitum ſit, eo caſu, quando per hoc induceretur juris communis correctio, *gl. c. 1. ver. permittimus de ætat. & qualit. lib. 6. gloſ. c. 1. de ſent. excom. lib. 6. Clem. gloſ. 1.*

de uſur.

de aſer. gl. & Fel. c. ſignificaſti ext. de for. compet. Bart. Alex. Iaſ. Dec. & Dd. l. 1. §. 1. ff. de off. ejus cui mand. eſt juriſdict. Bart. l. omnes populi. 6. quæſt. princ. ff. de juſt. & jur. Bald. l. apud antiquos. C. de furt. Bald. l. 2. C. de condit. inſert. Bald. Paul. de Caſt. & Dd. l. conventiculam. C. de Epiſcop. & Cler. Bald. Imol. & Alex. l ſi cum dotem in pr. ff. ſol. matrim. Alex. conſ. 69. nu. 9. lib. 2. conſ. 25. nu. 12. lib. 5. conſ. 10. n. 4. & conſ. 107. nu. 9. lib. 7. Cornum conſ. 43. nu. 15. conſ. 58. nu. 23. lib. 2. conſ. 266. nu. 5. & conſ. 308. nu. 4. lib. 4. Sequitur, illum textum, non probare, quod ſecundum diſpoſitionem juris Saxo. ſoli domino feudi competat facultas eligendi Pares curiæ, & quod vaſallo denegatum ſit unà cum domino Pares curiæ eligere.

26 Nec dici poteſt † illum textum nihil ultra juris communis diſpoſitionem operari, ſi in illo textu non ſumeretur argumentum à contrario ſenſu, eamq; ob cauſam ex illo argumentum à contrario ſenſu ſumendum eſſe, licet per hos induceretur juris communis correctio, cum ſit certi & indubitati juris, in Statutis etiam ad correctionem juris communis argumentum à contrario ſenſu locum habere, quando Statutum alioquin ſupervacuum eſſet, nihilq; operaretur, *gl. l. nulla. C. de Epiſcop. & Cler. Bald. Imol. & Alex. d. l. ſi cum dotem. in princip. Bald. l obſervare. §. proficiſci. ff. de off. Proconſ. Bald. l. qui Teſtamento. §. mulier. ff. de Teſtam. Ludov. Roman. Iaſ. & Dec. auth. ex Teſtamento. C. de collation. Corn. conſ. 270. lib. 1. & conſ. 120. lib. 2. Tiragell. in tract. de utroq; retract. 1. part §. 36. gl. 1. no. 5.*

Nam cum ille textus præſcribat novum & diverſum à jure communi modum procedendi in cauſis feudalibus, certum eſt, illum textum non eſſe ſupervacuum, ſatisq; operari ultra juris communis diſpoſitionem, etiamſi in illo textu non caperetur argumentum à contrario ſenſu.

27 Clari enim juris eſt, ſufficere † quoad hoc, ne ex aliquo Statuto argumentum à contrario ſenſu ad correctionem juris communis ſumi poſſit, ut illud Statutum aliquid ultra juris communis diſpoſitionem operetur, *Paul. de Caſtr. conſ. 178. incip. caſus præſens valdè dubitabilis. col. 4. ad finem lib. 1. & conſ. 83. incipien. præſens caſus. col. 3. circ. med. lib. 2. Aym. Cravet. conſ. 39. num. 5. lib. 1.* licet illud minimum ſit, *Ant. de Butr. & Imol. c. cauſam quæ. extr. de reſcript. Cornel. conſ. 275. num. 1. lib. 3.* Quod uſque adeò verum eſt, ut ſufficiat, ſi in Statuto dubium aliquod juris communis declaratur, *Corn. d. conſ. 275. nu. 7. lib. 3.*

Similiter non obſtat huic noſtræ ſententiæ † text. *art. 68.* Lehenrecht. Namque 28 ex illo textu ſimiliter non niſi per argumentum à contrario ſenſu colligi poteſt, quod in terris Saxonicis non vaſallo, ſed ſoli Domino competat facultas eligendi Pares curiæ.

Quare, cum & ille textus ſatis operetur ultra juris communis diſpoſitionem in eo, quod ille textus modum procedendi in cauſis feudalibus longè diverſum à juris commmunis diſpoſitione ſtatuit, ſequitur, ex illo textu ad correctionem juris communis à contrario ſenſu colligi non poſſe, vaſallis prohibitum eſſe, in terris Saxonicis Pares curiæ eligere ſive nominare.

Huc accedit, quod per † ſubauditos in- 29 tellect⁹ nunquam debeat induci juris communis correctio, *gloſ. c. cupientes. §. quod ſi per viginti. de electio. lib. 6. ſed ex textu d. art. 65. & art. 68.* Lehenrecht. non niſi per ſubauditum intellectum colligi poteſt, quod in terris Saxonicis ſoli domino feudi, non autem vaſallo facultas eligendi & nominandi competat.

Igitur ſequitur, hoc nullo modo permiſſum eſſe ad correctionem juris communis, quod jus commune expreſsè ſanxit, non tantùm dominò feudi, ſed etiam vaſallo facultatem eligendi Pares competere.

Eodem modo non refragatur noſtræ ſententiæ id, quod de modo procedendi in cauſis † feudalibus juxta Speculum Saxoni- 30 cum impreſſum eſt. Namq; & ibidem non dicitur, quod ſecundum diſpoſitionem juris Saxonici, vaſallo prohibitum ſit, Pares curiæ nominare.

Deinde quoque ille modus procedendi, de quo ibidem fit mentio, non eſt conſcriptus, ab eo qui authoritatem legis condendæ habuit, ideò illius authoritas non eſt neceſſaria, ſed probabilis, nec ei fides adhibetur, niſi quatenus lege aut ratione probatur, juxta tradita per *Bartol. l. 1. C. de legibus.*

Et ſic per prædicta concludo, etiam ſecundum diſpoſitionem juris Saxonici vaſallo permiſſum eſſe una cum domino feudi Pares curiæ eligere ſive nominare, niſi forſan conſuetudine contrarium intro-

ductum eſſet, ut videlicet ſolus Dominus non autem vaſallus Pares curię eligere poſſit, hanc enim conſuetudinem ratam eſſe, dubio caret, hoc tamen caſu Principes S. ſi ipſi conſuetudinem allegarent, hanc probare tenerentur.

31 Quartam quęſtionem quod attinet, † eſt clari indubitatiq; juris, quod conjuncta perſona pro conjuncta perſona non poſſit agere invita illa.

Num autem major Dux N. cui duo fratres ipſius totum regimen addixerunt, (non attento quod minor natu Dux dicto Wolfgango omnem gratiam indicare juſſerit, ſeq; clementiſſimum erga ipſum geſſerit. Et ſuper hoc, Wolfgangus à Duce medio epiſtolam acceperit, in quo illi ſcribit, ſuo Conſiliario & fideli dilecto) contra W. de M. ad privationem ſui feudi querelam inſtituere poſſit, cum vos ejus ulterius doceri petatis, ego hujus opinionis omninò ſum; quod major Dux N. quantum ſuam partem attinet, ad W. bona feudalia, contra W. de M. ad privationem bonorum feudalium ipſius agere poſſit etiam eo caſu, ſi medius & junior Dominus W. de M. prætenſam feloniam expreſſe remiſiſſent. Quantum verò medii junioriſq; Principis partes concernunt, dubitatur primò, num medius juniorq; Principes W. de M. prætenſam feloniam per hoc remiſerint, quod junior Dux ipſi omnem clemētiam & gratiam indicare juſſerit, & medius Dux ipſi ſuo Conſiliario & fideli dilecto ſcripſerit: Tamen ego exiſtimo, quod medius juniorq; Dominus & Principes per hoc q Reo W. omnem gratiam indicare juſſerint, & ipſi tanquam Conſiliario & fideli dilecto ſcripſerint, dicto W. prętenſam feloniam remiſerint: omniq; querelæ actioniq; quæ propterea contra W. de M. ipſis competiit, penitùs renunciārint. Ad quam ſententiam tenendam moveor. Primò, per

32 id q tradit † *Alex. conſ 79. n. 11. lib. 1.* ubi *Alex.* concludit; cum vaſallus propter feloniam commiſſam non niſi volente, & voluntatem ſuam declarante domino, feudo privetur, ſi poſt feloniam cōmiſſam ex aliquib. actibus conſtet dominum nolle, ut vaſallus propter hanc feloniam feudo ſit privatus, hunc dominum intelligi vaſallo & feloniam commiſſam remiſiſſe, & eum non poſſe poſtea agere ad privationem feudi. Cum itaq; ex eo quod minor natu P. Domino W. poſt prætenſam feloniam ſive infidelitatem commiſſam Conſiliarium & fidelem ſuum nominavit, ſatis conſtet, ipſum nolle, ut propter hanc prętenſam feloniam feudo privetur, namq; nemo prçſumitur id dixiſſe, quod non in animo ſenſit, *l. Labeo. ff. de ſuppl. lega. Iaſ. l. 3. C. de lib. prater.* ſequitur, minorem natu, Principem nobili W. & remiſiſſe prætenſam feloniam & ipſum contra eum ulterius agere non poſſe ad feudi privationem, ſimiliter & minimus natu P, eo ipſo, quod ipſe ſe familiarē ſive clementem exhibuit erga Nobilem W. eiq; gratiam ſive clementiam ſuam obtulit, eiq; pollicitus eſt, & ſe reconciliaſſe cum Nobili W. & ei offenſam ſive feloniam remiſiſſe intelligatur, *arg. l. in ipſius. C. famil. hercisc.*

Secundò hanc ſententiam confirmat id, quod traditur dominum feudi, qui poſt feloniam perpetratam à vaſallo ſervitia recipit, vel eum de feudo inveſtit, intelligi vaſallo feloniam commiſſam remittere, nec contra eum ulterius ad privationem feudi agere poſſe, *gl. c. 1. in pr. & ibi Bal. Alvar. Præpoſ. & M. de Affl. quo temp. miles. Alex. conſ. 79. n. 11. lib. 1. Iacob. de S. Georg. in tr. feud. ver. qui quidem inveſt. n. 38 Hier. Schurff. conſ. 28. n. 8. lib. 3.*

Tertiò, hanc ſententiam comprobat id, 33
quod traditur, dominum Emphyteuſis, qui ab Emphyteuta canonem recipit, poſtquam ipſe delictum privatione Emphyteuſis dignum commiſerat, intelligi Emphyteutæ hoc delictum remiſiſſe, nec eum ulterius propter hoc delictum contra Emphyteutam ad privationem Emphyteuſis agere poſſe, *gl. Bart. Bald. & Iaſ. l. fin. C. de jur. emphyt. Iaſ. l. fin. ff. de eo quod cert. loc. Alex. conſ. 19. nu. 8. lib. 4.*

Quartò, huc accedit id, quod traditur dominum Emphyteuſis intelligi remiſiſſe Emphyteutæ illam actionem, quam ipſe contra eum ad privationem Emphyteuſis habuit, eo ipſo, quod ipſe canonem ab Emphyteuta ſimpliciter petiit, *Alber. de Roſat. l. 2. & ibi Iaſ. n. 128. C. de jur. emphyt.*

Quintò, ad hanc ſententiam confirmandam adduci poteſt id, quod traditur, dominum Emphyteuſis, qui poſt delictum privatione Emphyteuſis digni Emphyteutæ concedit licentiam emphyteuſin ſuam vendendi & obligandi, intelligi Emphyteutæ hoc delictum remiſiſſe, nec eum ulterius contra Emphyteutin ad privationem Emphyteuſis agere poſſe, *Iaſ. l. 2. nu. 129. C. de jur. emphyt.*

Et ex prædictis quatuor rationib. ſatis

liquet

liquet atque patet, Dominum feudi ſive Emphyteuſis, qui illum vaſallum vel Emphyteutam, qui tale delictum perpetraverat, propter q ipſe ſe indignum reddidit atque feudo ſive Emphyteuſi, quod tanquam vaſallus ſive Emphyteuta habuit, privari potuit, pro vaſallo ſive Emphyteuta agnoſcit, vel illum ut vaſallum ſive Emphyteutam tractat intelligi vaſallo ſive Emphyteutę delictum comiſſum remiſiſſe, nec ipſum ulterius hujus delicti nomine contra vaſallum ſive Emphyteutam agere poſſe, & per conſequens ex hiſce rationibus ſequitur per argumentum à ſimili, quod in jure noſtro frequentiſſimum eſt, Dominum qui vaſallum ſuum, qui infidelitatem ſive ingratitudinem privatione feudi dignam commiſerat, pro fideli agnoſcit ſive fidelem nominat intelligi vaſallo hanc infidelitatem ſive ingratitudinem remiſiſſe.

Sextò, hanc ſententiam confirmat id, quod tradit *gloſ. notab. in c. Dominus noſter, diſtinct. 93. ubi gloſſa concludit*, ſi Papa Imperator vel quis alius eum, quem propter delictum commiſſum & dignitate ſua & Privilegiis illi dignitati annexis privare poterat, nomine illius dignitatis appellet, delinquentem ex hac ſola nominatione integrũ jus ſuum recuperare, ita ut ipſe ulteriꝰ propter hoc delictũ, neq; dignitate ſua neq; Privilegiis dignitate annexis privari poſsit.

Igitur ex illa gloſ. per argumentum à ſimili ſequitur, ſi Dominus feudi vaſallum qui tale delictum commiſerat, propter quod ipſe & infidus judicari, & feudo quod tanquam fidelis habuit, privari poterat, fidelem nominet ſive appellet hunc vaſallum ex hac ſola nominatione integrum jus ſuum, quod tanquam fidelis habuit, recuperare, uſque adeò ut ipſe ulterius neque infidus declarari, neque ei feudum tanquam infido auferri poſſit.

Septimò, ad hanc ſententiam corroborandam facit id quod traditur, Si † maritus uxorem, quam propter adulterium commiſſum, à ſe ſeparare poterat, ut uxorem tractet, quia videlicet cum ea cõcumbit, eo ipſo matrimonium reconciliari, nec uxorem ſuam ulterius à ſe ſeparare poſſe, *Abb. c. fin. ext. de adult.*

Octavò, hanc ſententiam comprobat id, quod traditur matrimonium non omninò integrum, quodq; etiam conſenſu unius ex contrahentibus diſſolvi poterat, reconciliari, ita ut in poſterum diſſolvi nequeat per familiaria colloquia, oſcula, amplexus, tranſmiſſionem munerum, mutuam & reciprocam denominationem in conjuges, *gl. c. 1. §. idem quoq. ver. modum & ibi Geminia. & Philip. Franc. de deſponſatio. impub. lib. 6. Caldelin. conſ. 4. tit. de ſponſalib. Aretin. conſ. 143. incip. ex facto proponitur. Dec. conſ. 363. & conſ. 603. Cardin. Pariſ. conſ. 51. nu. 6. & conſ. 62. nu. 9. lib. 4.*

Igitur ſequitur, & jus vaſalligii ſive fidelitatis, quod propter delictum ſive feloniam diſſolvi poterat, reconciliari eo ipſo, quod Dominus feudi delinquentem vaſallum ſive fidelem nominat.

Nonò, his addi poteſt id, quod alibi traditum eſt ex ſola nominatione, quem jus conſequi, *§. fin. Inſtit. de adoptio. l. 1. §. ſimilią modo. C. de lati. libert. tollen. gloſ. c. ſacerdotibus 11. q. 1. gloſ. c. dicat aliquis. 32. q. 4.*

Decimò, hanc ſententiam comprobat, etiam id quod legibus expreſsè cautum eſt, ſi legatarius qui talem ingratitudinem ſive offenſam contra teſtatorem commiſerat, propter quod ipſe ſe legato indignum effecit, poſtea cum teſtatore reconciliatus fuerit, ipſum integrum jus ſuum, quod propter ingratitudinem ſive offenſam amiſerat recuperare, neq; ulteriꝰ tanquam indignũ ab illo legato repelli poſſe, *l. 3. §. ſi ff. de adim. d le.*

Undecimò, hanc ſententiam confirmat id, quod traditur, ſi filius, qui talem ingratitudinem, propter quam ipſe à patre exhæredari optimo jure poterat, per hac ingratitudinem commiſſam patri reconciliatus fuerit, ipſum ulterius propter hanc ingratitudinem à patre exhæredari non poſſe, *Bar. l. 3. §. fin ff. de adim. legat. Iaſ. l. fin n. 17. C. de pact. Iaſ. l. in arenam. n. 8. C. de inoff. Teſtam. Iaſ. auth. non liceat. nu. 14. C. de lib. præterit.*

Quare cum Nobilis W. cum minori & minimo natu D. S. poſt hanc prætenſam feloniam commiſſam reconciliatus ſit, tum quia minimus natu Princeps ſe familiarem & clementem erga Nobilem W. de M. exhibuit, eiq; gratiam & clementiam ſuam pollicitus eſt, tùm quia minor natu Princeps, cum in ſuis literis Conſiliarium ſuum & charum, fidelem appellavit, atque pro ipſo apud majorem natu Principem intercedere promiſit, ſequitur, ex hac ratione per argumentum à ſimili, & prædictos duos Illuſtres Principes ulterius ad privationem feudi contra Nobilem W. de M. agere non poſſe. Et ſic per prædicta concludo,

cludo, & minimum & minorem natu Principem Nobili W. de M. prætenſam feloniam ſive ingratitudinem intelligi penitùs remiſiſſe, nec ipſos ulterius ad feudi privationem pro ſua rata contra prædictum Nobilem W. de M. agere poſſe.

35 Nec obſtat noſtræ ſententiæ † *text. Clem. ſi ſummus Pontifex de ſent. excommu.* in quo textu dicitur, ſimiliter quoq; ſi ſummus Pontifex, quem ſub titulo cujuslibet dignitatis ex certa etiam ſcientia verbo, conſtitutione vel literis nominet, honoret, ſeu quovis alio modo tractet, per hoc in dignitate illa ipſum approbare non intelligitur, aut quicquam ei tribuere novi juris, quem textum allegat, ejusq; deciſionem ſequitur, *Abb. c. per tuas. n. 7. ex. de prob.* Namq; ille textus procedit tantùm eo caſu, quando quis de novo jus aliquod ſive dignitatem aliquam acquirere vult, ad hoc n. ſola nominatio ſive tractatio non ſufficit, ſecus autem eſt, ſi quis agat de dignitate ſive jure, quam dignitatē ſive quod jus ipſe propter delictū aliquod amittere merebatur retinenda, ad hoc n. ſola nominatio ſive tractatus ſufficit, *gl. d. c. dominus noſter. diſt. 93.* Namq; facilius quid retinetur quàm de novo acquiritur, *arg. l. fin. C. de acquir. poſſeſ. cum vulgatis.*

Secundò, ad hanc clementiam reſpondeo, illam tantùm procedere in materia odioſa, non autē in materia favorabili, *Card. Clem. ſi ſummus Pontifex. Dec. c. per tuas. n. ex. de probat.* Quare cum in caſu noſtro agatur de remiſſione pœnæ, quæ favorabilis eſt, *arg. l. ſervus ea lege. ff. de ſerv. export. an. l. Imperialis. in pr. C. de nupt.* Sequitur, in noſtro caſu dictam clementiam locum non habere.

Similiter non obſtat huic noſtræ ſenten-
36 tiæ, quod ſola † nominatio ſive tractatus non ſit ſufficiens, neq; ad contractum matrimonii inducendum, *c. illud juncta gl. ex de præſump.* neq; ad jus filii conſequendum, *l. non epiſtolis & ibi Ang. & Paul de Caſt. C. de probat. l. non nudis. & ibi Bart. & Bal. C. eo tit. l. neq; profeſſio. & ibi Iaſ. & Dd. C. de Teſtam. Bart. l. 1. §. idem per contrarium. ff. de liber agnoſcend. Ant. de Butr. c. Michaël. ext. de filiis Presbyt. Abb. Fel. Dec. & Dd. c. per tuas ex. de probat. Abb. & Dd. c. tranſmiſſæ. ex. qui filii ſint legitimi.*

37 Quia reſpondeo hoc verum eſſe, † quoad matrimonium de novo contrahendum ſive jus filii de novo conſequendum, ad hoc n. ſola nominatio ſive ſolus tractatus non ſufficit, ſecus autem eſt quoad matrimonium, cuj⁹ ſeparatio propter cauſam aliquam peti poterat reconciliandum, ad hoc n. ſola nominatio ſive ſolus tractatus ſufficit, ut ex precedentib. liquet, idem eſt, ſi agatur de jure filiationis recōciliando ſive redintegrando, utputa, ſi filius talem ingratitudinem in patrem commiſerit, propter quam ipſe jus filiationis amittere merebatur, tunc ad reconciliandum ſive redintegrandum hoc jus filiationis ſola nominatio, reconciliatio ſive tractatus ſufficit.

Eodem modo non obſtat huic ſententiæ id, quod † tradit *Bald. c. 1. in pr. n. 23. quib. mod. feud. amitt. Dec. c. cum ſuper. ex. de off. deleg.* in 38 quib. locis traditur, dominum feudi, qui vaſallum ad oſculum pacis in Eccleſia recipit, non intelligi per hoc vaſallo feloniam remiſiſſe. Namq; reſpondeo, hoc ideò procedere in oſculo pacis, quia per oſculum pacis cum illud ſit ſit ſpirituale, per illud neq; civilia jura neq; actio civilis, ſed tantùm rancor animi tollitur, *Barb. in add. ad Bald. c. 1. in pr. n. 23. quib. mod. feud. amitt.* Secus autem eſt, ſi dominus feudi poſt feloniam cōmiſſam vaſallum nominet vaſallum aut fidelem, vel eum ut vaſallum & fidelem tractet, vel ei gratiam ſuam polliceatur, namq; cum hi actus ſint actus civiles, per illos optimo jure & felonia & actio, quam propter hanc feloniam dominus habuit, tollitur & extinguitur, ut ex prędictis patet & in ſimili probatur per *text. l. ſi unus. § pactus ne peteret ff. de pact.* Deinde quoq; non obſtat noſtræ ſententiæ id, quod in literis Principis minoris natu reperitur hæc clauſula: Was wir mit vorbitten thun kōnen / wollen wir gern thun / wolan / wil es helffen / gut / wo nicht / ſo müſſen wir es auch dahin ſtellen. Namque hæc clauſula, ne illa prędecentibus contradicat, eſt referenda ad perſonam ſenioris Principis. Cum ſit certi juris; † omnia verba tàm 39
epiſtolarum quàm reliquorum inſtrumentorum ità interpretanda eſſe, ne ſibi contradicant *c. inter dilectos. & ibi Abb. & Fel. ext. de fide inſtrumento. Bart. l. ſcripturæ. C. de fide inſtrumento. ſa. c. cum tu ext. de teſtib. Bart. Iaſ. & Dd. l. 2. §. creditum ff. ſi cert. petat.*

Et cum credi non poſſit, quod medius juniorq; Duces eo quod adminiſtrationem Regiminis ſeniori Domino commiſerunt, idem ſeniori Domino hanc poteſtatem etiam dederint, quod ille ipſorum ſimultaneis vaſallis, quibus commiſſam feloniam remiſerint, & pro vaſallis retinere velint, ipſorum feuda pro duorum illorum partibus ipſis auferre poſſit: præcipuè verò, ſi illi

vaſalli de ipſis ipſorumq; Domino parenti Duci N. N. felicis memoriæ, bene meriti ſunt: quemadmodum W. de M. non ſolùm juniorib. Principibus, verùm etiam ſeniori Principi ac Domino, fideliter ac benè ſervivit. Atq; ideò omninò ſtatuo, quod ſenior Dominus in præſenti caſu, in quo medius & junior Dominus Reo W. de M. prætenſam feloniam prorſus remiſerunt, nullo jure contra W. de M. (quantum duorum ſuorum fratrum partes concernunt) ad privationem ſuorum bonorum feudalium agere poſſit.

40 Namq; clari juris eſt, quod † in generali conceſſione adminiſtrationis nunquam contineantur ea, quæ quis veriſimiliter in ſpecie conceſſurus non fuiſſet, *Corn. conſ. 154. n. 5. lib. 4. arg. c. fin. de off. vicar. lib. 6 c. in generali. & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6. ſ. a. l. obligatione. ff. de pign. l. 1. C. quæ res pign. oblig. poſ.* Quare, cum non ſit veriſimile, Illuſtres Principes minorem & minimum natu ſeniori Principi in ſpecie voluiſſe concedere hanc facultatem, ut ipſe vaſallos communes præſertim benemeritos, & de ipſis & de parentibus ipſorum, quibusq; ipſi & feloniam remittere, & quos vaſallos retinere velint propter feloniam feudo privare poſſint, ego veriſſimum judico, per generalem conceſſionē adminiſtrationis, ſeniori Principi ab aliis duobus Principibus factam in ſeniorem Principem non eſſe translatam hanc facultatem, ut ipſe Nobilem W. de M. benemeritum, & de ipſis juniorib. Principibus, & de patre ipſorum propter prætenſam feloniam, quam ipſi duo juniores Principes Nobili W. de M. remiſerunt, feudo pro rata ad illos duos juniores Principes ſpectante privare poſſit.

41 Quintam † quæſtionem quod attinet, ego adhuc ejus ſum opinionis, quod Reus W. de M. de ſeniori Principi N. cum ſua Illuſt. Celſ. immobilib. aliisq; bonis abundè gaudeat, cautionem & ſatiſdationem pro expenſis litis petere non poſſit, niſi W. de M. ſatis probare & deducere poſſet, quod P. S. maj. natu ſolitus ſit ſævire in illos, qui eum pro expenſis litis vel alio debito conveniunt. Quo caſu ſolo aliàs verò non exiſtimò ego, juri conſonum eſſe: tamen cuivis Juris perito ſuo ſaniori, judicio ſemper ſalvo, quod ſua Illuſt. Celſ. dictam cautionem ad Rei inſtantiam præſtare teneatur.

Namq; licet Dd. noſtri tradant, potentes licet ipſi ſolvendo ſint, tamen perinde haberi, atq; ſi ipſi ſolvendo non eſſent, ideoq; ſi Reus principalis potens ſit, licet ipſe maximè idoneus vel ſolvendo ſit, fidejuſſores ipſius perinde ipſo non excuſſo conveniri poſſe, atq; ſi Reus principalis notoriè eſſet non ſolvendo, tamen *Dec.* cujus ſententiam ego veriſſimam judico, tradit hanc doctrinam, ita demum procedere, ſi Reus principalis qui potens eſt, ſit ſolicitus ſævire in illos, qui eum conveniunt, alioquin verò, ſi ipſe non ſit ſolitus ſævire in eos, qui eum conveniunt, concludit *Dec.* licet Reus principalis potens ſit, fidejuſſores tamen ejus, ante ipſum Reum excuſſum convenire non poſſe, ſicut hoc expreſsè tradit *Dec. l. fin. in pr. n. 12. ff ſi cert. pet.* Et quod hoc caſu immobilia atq; alia bona non relevent Illuſtrem D. S. ab onere ſatis dandi fortiſſima ratione probatur. Namq; hoc caſu Reo convento perinde nihil eſſet cautum, quoad expenſas atq; ſumptus litis, atq; ſi actor nulla omninò bona immobilia poſſideret, & certi juris eſt, quod quando Reo convento per poſſeſſionem bonorū immobilium actoris, non eſt ſufficienter cautum, quoad ſumptus atq; expenſas litis actorem, non obſtante hoc, quod ipſe bona immobilia poſſidet, cogi Reo ſatiſdationem judicio ſiſti, exponere, quod probatur primò per id, quod Dd. noſtri tradunt, actorem qui modica ſive multa bona immobilia poſſidet, non relevari a ſatiſdatione, *gloſ. Bart. Alex. Iaſ. & Dd. l. ſciendum. in pr. ff. qui ſatiſd. cogant.*

Secundo, hanc ſententiam confirmat id, quod Dd. noſtri tradunt, eum, qui in loco ruinoſo ſive periculoſo bona immobilia poſſidet, quia per hanc poſſeſſionem bonorum immobilium Reo ſatis cautū non eſt, perinde cogi hanc ſatiſdationem exponere atq; ſi ipſe nulla bona immobilia poſſideret, *Bart. Alex & Iaſ. l. 1. in pr. ff. ſol. matrim. Bar. l. 3. §. fin. ff. de liber. legat. Bart. & Iaſ. l. ſi quis ſtipulatus ſit. Stich. §. fin. ff de verb. oblig. Alex. & Iaſ d. l. ſciendum. in pr.*

Tertiò, ad hanc ſententiam confirmandam facit id, quod tradit *Bald. in conſ. 55 lib. 1.* ubi *Bald.* concludit, Eum qui talia bona immobilia habet, quæ abſq; difficultate poſſideri non poſſunt, perinde cenſeri non idoneum neque à ſatiſdatione relevari, atq; ſi ipſe nulla bona immobilia poſſideret. *Quæ deciſio Baldi refertur in add. ad Alexand. l. 2. in pr. ff. qui ſatiſd. cogant.*

Et ſic ex prædictis ſatis liquet, actorē nō relevari a ſatiſdatione propter poſſeſſionē rerum immobilium, ſi per hanc poſſeſſionē rerum immobilium reo ſatis cautū vel pro-

Google

ſpectum non ſit. Quæ ſententia & quartò confirmatur, quod paria ſint, non eſſe ſive non exiſtere, & eſſe ſive exiſtere quidem, ſed inefficax eſſe aut effectu carere, *l. fin. & ibi Iaſ. & Dec. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdict. l. quoties. & ibi Iaſ. ff. qui ſatiſda. cogant. l. 1. §. fin. ff. quod cujusq; univerſit. nomine. l. 1. §. hæc verba. & ibi Iaſ. & Dec. ff. quod quisq; jur. in alt. ſtatu c. extirpanda. extr. de præbend. Alexand. l. 1. in princip. ff. de acquir. poſſeſ. Alexand. conſ 104. lib. 1. Felin. c. ſignificantibus. col. 3. ext. de offic. delegat. Iaſ. l. ſi dari ff. de verbor. obligat Tiraquell. in tract. de legib. connubial. l. ſexta. nu. 12.*

Quare, cum poſſeſſio rerum immobilium D. S. omni penitùs effectu careret, quoad hoc ut reo pro expenſis atq; ſumptibus litis cautum eſſet eo caſu, ſi ipſi ſoliti eſſent ſævire in illos, qui ipſos vel propter debitum vel propter aliam cauſam conveniunt. Sequitur, quod ipſi eo caſu, perinde cogerentur ſatiſdationem judicio ſiſti, exponere, atque ſi ipſi nulla bona immobilia poſſiderent. Non tamen diſſuaſerim Reo, ut ipſe ſatiſdationem judicio ſiſti, indiſtinctè ab actore exigeret.

Sextam quæſtionem quod attinet, ego
42 omninò † exiſtimo, ſeniorem Ducem S. eo caſu, ſi cautionem judicio ſiſti pro ſumptibus atque impenſis litis ex ſupradictis cauſis præſtare teneretur: illam cautionem per ſuos ſubditos præſtare non poſſit, ſed quod Illuſtriſſima ſua Celſitudo de jure obligata eſſet, illam ſatiſdationem cum illis perſonis, quæ ſub ſua Illuſtriſſima Celſitudine domicilium non haberent, præſtare.

Namque certum eſt, quod hoc caſu
43 ſubditi † Illuſtris D. S. non facilè conveniri poſſent, & ſimili modo clari juris eſt, quod is, qui eſt difficilis conventionis, non ſit idoneus fidejuſſor quoad ſatiſdationem, judicio ſiſti, ſed optimo jure recuſari poſſit, *l. 2. in princip. ff. qui ſatiſdar. cogant.*

44 Ad ſeptimam † quæſtionem ego exiſtimo, juris eſſe, quod Judex feudalis Reo injungere poſſit, quod omnes ſuas exceptiones dilatorias in uno termino proponat.

Namque juri communi expreſsè cautum eſt, Judicem poſſe Reo præfigere terminum, intra quem ipſe omnes exceptiones ſuas dilatorias proponat, *c. Paſtoralis. & ibi Abb. Fel. & Dec. ext de except.* Nec hoc caſu conſuetudines feudales contrarium ſtatuunt.

Igitur ſequitur, quod hæc diſpoſitio juris communis etiam in cauſis feudalibus locum habeat. Namque certum eſt, quod in cauſis feudalibus in omnibus illis caſibus, in quibus conſuetudinibus feudalibus expreſsè contrarium cautum non reperitur, jus commune ſervandum ſit, *cap. 1. §. ſtrenuus. & ibi Dd. de feudi cognit.* Non tantùm quoad deciſionem cauſæ, verùm etiam quoad Proceſſum, *Andr. de Iſern & Præpoſit. c. 1. utrq;. nu. 3. de controverſ. feud. apud pares terminan.*

Ad octavam quæſtionem ego exiſtimo, quod † Dux S. vigore juris Saxonici 45
judicium ſuum feudale in arce inſtituere non poſſit, non conſiderato, quod in citatione hæc verba reperiantur: *In aliqua aperta* ARCE. Nam in 65. Capite Lehenrecht/ hæc clara & aperta verba reperiuntur: *In clauſis vel obſeratis aulis.* Item, *Sub Tabulatu:* ut & *in atriis* Dominus feudi judicium inſtituere non debet. Et ibi verbum: *Clauſis vel obſeratis*, non ad arces, ſed ad aulas refertur. Ex quo ſequitur, quod feudi Domino abſq; differentia. Item, non conſiderato, num arces clauſæ vel obſeratæ ſint nec ne, judicium ſuum feudale in arcibus inſtituere vetitum ſit.

Namque clari juris eſt, quod lex vel Statutum generaliter & indiſtinctè loquens, generaliter & abſque diſtinctione intelligendum ſit, *l. de precio ff. de public. in rem actio. l. 1. ff. de legat. præſtand.*

Quare, cum Conſtitutio juris Saxonici generaliter & indiſtinctè prohibeat, in cauſis feudalibus judicium celebrari in arcibus. Nec diſtinguat, utrum illæ arces obſeratæ ſint an verò non, ſequitur, hanc conſuetudinem jur. Saxon. generaliter intelligendam & ita interpretandam eſſe, ut prohibitum ſit in cauſis feudalib. judicium celebrari in arcibus, ſive illæ arces ſint obſeratæ ſive non. Nec obſtat huic noſtræ ſententiæ, quod *textus jur. Saxon. in præællegato capitulo 65.* Lehenrecht. dicit. Neque in obſeratis Curiis, neque ſub tecto, neque in arcibus judicium cauſæ feudalis celebrari poſſe.

Quodq; cum qualitas † uni ex pluribus 46
rebus ſub una conſtructione ſive oratione comprehenſis, adjecta, in omnibus aliis rebus repetita cenſeatur, *l. Sejæ. §. Cajo. & ibi Bart. ff. de fund. inſtruct. l. fin. §. cui dulcia. ff. de vino, tritico & oleo legato Bart. l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. Chryſogonus ff. de verbor. oblig. Bart. l. Prætor. §. trtiq; differentia. ff. vi bono. rapto.*

rapto. Bart. l. ſi legatarius. §. fin. ff. de legat. 3.
Cardin. Pariſ. conſ. 23. nu. 13. lib. 3. Forſan di-
cendum ſit & qualitatem (obſeratis) *in præal-*
legato capitulo 65. adjectam verbo Curijs, etiam
in verbo, Sub tecto. & verbo, Sub arce. repetitam
cenſendam. Atque præallegatam Conſtitu-
tionem juris Saxonici ita interpretandam,
ut in curiis obſeratis. Item, Sub tecto ob-
ſerato, nec non & in arcibus obſeratis ju-
dicium feudale celebrari prohibitum ſit.

Namque ad hoc contrarium reſpondeo,
qualitatem adjectam uni ex pluribus rebus
ſub ejuſdem orationis constructione com-
prehenſis, in aliis rebus repetitam non in-
telligi, nec ad alias res referri illo caſu,
quando inter illas res ratio diverſitatis aſ-
ſignari poteſt, *Franciſc. Avet. conſ. 72. & conſ.*
144. Quem refert atque ſequitur *Pomaterius*
addit. ad Bart. d. §. eritq; differentia.

Quæ ſententia ex eo comprobatur,
47 quod Dd. noſtri tradunt; † licet clauſula
generalis in fine poſita ad omnia præce-
dentia referri debeat, hoc tamen non pro-
cedere illo caſu, quando in omnibus præ-
cedentibus non eadem ratio militat, ſed
inter illa diverſitatis ratio aſſignari poteſt,
Bart. conſ. 54. num. 4. lib. 1. Purpurat. in ad-
dit. ad Iaſon. l. 1. C. de liber. præterit.

Quare, cum inter arces & curias in ca-
ſu noſtro magna diverſitatis ratio militet,
Namque arces præſertim munitæ, licet
illæ obſeratæ non ſint, magis infringunt
libertatem veniendi & recedendi, quam
curiæ; ſequitur in præallegato Capitulo
65. qualitatem (obſeratis) adjectam verbo,
Curiis, non intelligi repetitam in verbo,
Arcibus, & per conſequens in illo Capitu-
lo indiſtincte prohibitum eſſe, judicium li-
tis ſive cauſæ feudalis celebrari in arcibus,
ſive illæ arces obſeratæ ſint, ſive non.

Secundò, ad hanc ſententiam tenen-
48 dam moveor. Quod † diſpoſitum de uno
ex æquiparatis, etiam in alio ex æquipara-
tis locum habeat, licet illa diſpoſitio ſit ju-
ris communis correctoria, *gloſ. Bart. & Dd.*
l. ſi quis ſervo. C. de furt. Abb. conſ. 75. lib. 1.
Iaſ. authent. quas actiones. C. de ſacroſanct. Ec-
cleſ. Iaſ. l. transfigere. C. de tranſactio. Iaſ. l. ſi
arrogator. col. antepenult. ff. de adoptio. idemq;
Iaſ. l. 1. col. 5. ff. de legat. 1. Iaſ. §. ex maleſi-
ciis. num. 39. Inſtitut. de actio. Dec. c. cauſam.
quæ extr. de judic. Dec. c. ſecundò requiris. col.
final. extr. de appellat. Aymon. Cravet. in tract.
de antiquit. temp. 4. par. §. tranſeo nunc n. 98.
uſq; ad num. 136. & §. videamus modo. nu. 9.

Quodq; arcem † aliquam eſſe obſera- 49
tam, & de facili obſerari poſſe, æquipara-
ta ſive paria ſint. Cum potentia vicina
actui æquiparetur actui, *l. penult. & ibi gloſ.*
Bart. & Bald. ff. de militar. Teſtament. Bart.
& Iaſ. l. divortio. §. interdum. ff. ſolut. matri-
mon. cum multis ſimilibus allegatis per D. Iaſon.
in l. admonendi. lect. 1. nu. 54. uſq; ad num. 61.
ff. de jurejur. Tiraquell. in tract. de legib. connu-
bialib. gl. 2. num. 1. uſq; ad num. 18. Quare
cum arx V. etiam aperta de facili obſerari
poſſit, ſequitur, quod in illa aperta judicium
feudale perinde celebrari nequeat, atq; in
ea clauſa judiciū feudale celebrari nequit.

Tertiò, hanc ſententiam probat † id, 50
quod tradit *Abb. c. fin. nu. 8. extr. de reſtitut.*
ſpoliat. ubi *Abb.* concludit: Sicut is, qui ipſo
facto turbatur, non eſt in plena libertate
poſſidendi, ita quoque & eum, qui non
quidem de facto turbatur, ſed de facili tur-
bari poteſt, non eſſe in plena libertate poſ-
ſidendi.

Igitur ex illa doctrina ſequitur, in ſimi-
li, quod ſicut is, qui eſt in arce clauſa non
cenſetur habere liberam facultatem rece-
dendi, ita quoq; & is qui eſt in arce, quæ de
facili claudi ſive obſerari poteſt, non cen-
ſeatur habere liberam facultatem receden-
di. Et per conſequens † concluditur, arcem
aliquam clauſam & obſeratam eſſe, & ar-
cem aliquam non quidem clauſam vel ob-
ſeratam eſſe, ſed de facili claudi vel obſera-
ri poſſe, æquiparari.

Quartò, hanc ſententiam confirmat
id, quod traditur, etiam Statutum † corre- 51
ctorium extendi ad illum caſum, in quo ra-
tio Statuti militat, quando unica tantùm
ratio Statuti æſtimari poteſt, licet illa ratio
in Statuto expreſſa non ſit, *Paul. de Caſtr. &*
Raphael. Cuma. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolut. ma-
trim. Alex. conſ. 50. num. 9. lib. 2. Alex. l. ſi con-
ſtante. in princip. ſexta colum. ff. ſolut. matrim.
Iaſon. authent. quas actiones. num. 22. C. de ſa-
croſanct. Eccleſ.

Quare cum nulla alia ratio Statuti ju-
ris Saxonici prohibentis judicium feudale
celebrari in curiis obſeratis vel arcibus, aſ-
ſignari poſſit, quàm ut vaſallo ſit libera fa-
cultas atque poteſtas & veniendi & re-
cedendi, atque hæc ratio æquè militet in
arce obſerata & non in arce non obſerata,
quæ de facili obſerari poteſt, ſequitur,
diſpoſitionem juris Saxonici, etiamſi illa
loqueretur expreſſè de arce obſerata,
propter

Digitized by Google

propter identitatem rationis, ad arcem non obſeratam, quæ de facili obſerari poteſt, extendendam eſſe. Et ſic ex prædictis concludo, optimo jure, contra hoc judicium excipi poſſe, quod illud celebretur in ipſo loco, in quo illud minimè celebrari debebat.

52 Ad nonam † quæſtionem eſt brevibus hoc meum judicium, Quod textus in Cap. 68. non ſolummodò de aſſiſtentia, ſed etjam de Procuratore intelligendus ſit, prout hoc ſatis confirmat *tex in c. 9. Lehenrecht.* Et ea quę traduntur in modo pcedendi in cauſis feudalibus impreſſo, juxta Speculum Saxonicum. Niſi contingeret, quod Reus Wolfgangus inter vaſallos ſui Domini Procuratorem idoneum (qui ſuam cauſam debito modo deduceret) reperire non poſſet, quo caſu & non alio modo Reo W. de jure concederetur alium extraneum Procuratorem ſecum ad judicium feudale adducere.

53 Namque certi juris eſt, omnem † diſpoſitionem generaliter & indiſtinctè loquentem atque requirentem in actu aliquo perſonas certi generis vel qualitatis, reſtringi ad perſonas habiles, & ita intelligendam, ut ſi illæ perſonæ, quæ ad iſtum actum requiruntur, habiles non ſint, aliæ perſonæ etiam alterius generis vel qualitatis ad illum actum adhiberi poſſint, *l. ut gradatim § 1. ff. de onerib. & honorib. Bart. Alex. Iaſ. & Dd. l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. nov. nunciat. gl. l. 1. & ibi D. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Iaſ. l. 2. §. Prætor ait. ff. qui ſatisdar. cogant.*

Igitur ſequitur, & diſpoſitionem juris Saxonici quæ vult, vaſallum à Domino feudi conventum ſecum ad judicium, neq; Procuratorem, neq; alias perſonas adducere poſſe, niſi ipſi ſint vaſalli Domini ſui, ita intelligendam eſſe, dummodò inter vaſallos illius Domini reperiatur perſona habilis, quæ cauſam illius vaſalli conventi agere poſſit, utq; vaſallo convento permittatur etiam extraneam perſonam vice Procuratoris ſecum in judicium ducere eo caſu, quo vaſallus conventus inter convaſallos ſuos nullum habilem vel ſufficientem Procuratorem reperit.

54 Decimam † quæſtionem quod attinet, ego exiſtimo, quamvis ſecundum literam juris Saxonici feudalis, Reo vaſallo neminem alium, quam Domini ſui vaſallos ſecum ad judicium feudale adducere conceditur, quod tamen ſecundum ſenſum & tenorem dicti juris Saxonici W. itidem concedi oporteat. Electoris N. Conſiliarios, qui juniori Duci N. juramentum præſtiterunt (tanquam juniorum Ducum N. vaſallos) in aſſiſtentiam ad judicium feudale ſecum adducere.

Nam cum in Saxonico jure feudali, vaſallo nulla alia de cauſa vetitum ſit, alios & quidem extraneos in judicio feudali ſibi adſciſcere, quam ſolummodò ideò, ne vaſallus, eo caſu, ſi ſententia ferri deberet contra eum, ope extraneorum vi & violentia quadam ſententiæ ejuſq; executioni evaderet, *gl. 1. c. 68.* Lehenrecht. Jam verò in præſenti caſu hoc ipſum ęquè minùs timendum erit ab Electoris N. Conſiliariis & Nobilibus, utpotè qui junioribus Ducibus N. juramentum æquè præſtiterunt, ut juniorum Ducum N. reliqui vaſalli, ideoq; eſt clari & indubitati juris, quod Reus Dominus Wolfgangus benè poſſit Electoris S. Conſiliarios vel ſubditos, qui junioribus Ducibus S. etiam juramento devincti ſunt, ad aſſiſtentiam petere ſecumq; ad judicium illud feudale perducere.

Namque certum eſt, quod ceſſante ratione legis vel Statuti, & ipſa quoque lex ſive Statutum ceſſet, *l. quod dictum. ff. de pact. l. adigere. §. quamvis. ff. de jur. patron. l. militer agrum. in princip. ff. de re milit. c. cum ceſſante. ext. de appellatio. l. & ſi Chriſtus. ext. de jurejur. cum ſimilib. allegat. per Nicol. Everhard. in ſua Topic. in lo. à ceſſatio. ratio. Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa. 1. part. nu. 125.*

Sed certum eſt, rationem juris Saxonici, quod ideò prohibet vaſallum a Domino conventum ſecum in judicium ducere alias perſonas quàm vaſallos Domini, ne videlicet extraneæ perſonæ Domino non juratæ injuria defendent vaſallum condemnatum contra ſententiam adverſus vaſallum latam ejuſq; executionem perinde ceſſare in hominibus non vaſallis, juratis tamen Domino feudi. Cum alii homines non vaſalli jurati tamen Domino æquè ut vaſalli præſumantur, & ſalutis ſuæ memores & nihil contra juramentum præſtitum delinquare, vaſallumvè juſtè condemnatum injuſtè contra executionem ſententiæ defendere velle, *l. fin. C. ad l. Iul. repetun.*

Igitur ſequitur, & diſpoſitionem juris Saxonici prohibentis, ne vaſallus à Domino conventus alias perſonas quàm illas, quę ſunt vaſalli ejuſdem Domini, ſecum ad judi-

judicium ducat, non habere locum in perſonis juratis domino feudi, licet ipſi vaſalli non ſint. Præterea certum eſt, quod limitata ratio legis ipſam quoque legem limitet. *l. quod dictum, & ibi Angel. ff. de pact. l. hac ædicto. ff. calumniatorio. l. ita autem, in princip. ff. de administrat. tutor. l. camellaverat. ff. de his qui in teſtament. delent. l. ſi is qui animo, & ibi gloſ. ver. amittere. & Dyn. Alberic. Angel. Paul. de Caſtr. & Claud. Seiſel. ff. de acquir. poſſeſ. l. non omnium. C. de ſuſpect. tuto.*

Quare cum ratio juris Saxonici prohibentis vaſallum a domino conventum ſecum in judicium ducere alias perſonas quam vaſallos ejusdem domini ſit limitata, & reſtricta ad perſonas non juratas domino, ut ſupra docuimus, ſequitur & diſpoſitionem juris Saxonici ita reſtringendam atque limitandam eſſe, ut illa diſpoſitio tantum locum habeat in perſonis non juratis domino, nec extendatur ad perſonas juratas domino, licet ipſi non ſint vaſalli domini feudi.

Et ſic per prædicta concludo, Nobili Wolfgango optimo jure licere ſubditos atque Conſiliarios Illuſtriſſimi Electoris N. qui junioribus D. S. jurati ſunt, ſecum in judicium ducere, non obſtante hoc, quod ipſi non ſint vaſalli minorum D. S.

55 Ad undecimam quæſtionem † exiſtimo, Dominum Wolfgangum non præciſe teneri in judicio feudali in perſona comparere, ſed quod licitum ipſi ſe abſentare, & Procuratorem ſuo loco eo mittere, præcipuè verò in primo judiciali termino: In quo abſque dubio nihil aliud acturus eſt, quam ſuas exceptiones & defenſiones proponere.

Namque clari & indubitati juris eſt, quod citatus, ut in judicium veniat, non cogatur præciſè perſonaliter comparere, ſed Procuratorem pro ſe mittere poſſit, *l. 1. §. uſus. ff. de Procurat. l. fin & ibi Iaſ. C. eo tit. c. fin. ext. de dilatio. c. dilecti. & c. pen. ext. de jurament. calum.* quod etiam in cauſis ſive controverſiis feudalib. obſervandum eſſe dubio caret.

Namque in cauſis feudalibus, in iis caſibus, in quibus conſuetudines feudales expreſsè contrarium non ſentiunt, jus commune ſervandum, tam in iis quæ cauſæ deciſionem, *c. 1. §. ſtrenuus. de feudi cognitio.* quam in iis quæ Proceſſum reſpiciunt, clari & indubitati juris eſt, *And. de Iſer. & Præpoſ. c. 1. de controverſ. feud. apud par. termina.*

Quare cum quo ad hunc caſum in conſuetudinibus feudalibus expreſsè contrarium diſpoſitum non reperiatur, ſequitur citatum etiam in cauſis feudalib. non præciſè cogi perſonaliter cōparere, ſed ipſum pro ſe Procuratorem mittere poſſe.

Deinde hoc etiam procedere judico in terris Saxonicis. Namque primo in † jure 56 Saxonico non reperitur prohibitum, ne vaſallus conventus per Procuratorem comparere poſsit, Igitur ſequitur, vaſallum conventum & citatum in terris Saxonicis per Procuratorem comparere poſſe.

Certum enim eſt, in terris † Saxonicis 57 jus civile ſervari in omnibus illis caſibus, in quibus jus Saxonicum expreſsè contrarium non diſponit.

Secundò hoc probatur etiam per *text.* c. 65. Lehenrecht. namq; dum in illo textu dicitur.

Si verò non adeſt, tunc redeat nuncius ad dominum, & dicat, domine, ille non adeſt, neque ullus ſuorum nunciorum, neq; etjam quiſquam, qui ſuam cauſam agat, eumque excuſet. Satis ex illo textu liquet, vaſallum citatum non tantum per ſe perſonaliter, ſed etiam per Procuratorem ſuum comparere poſſe, Et hoc abſque dubio procedit eo caſu, quando vaſallus in terris Saxonicis ad judicium Parium curiæ citatus vult mittere Procuratorem non ad allegandas cauſas cauſæ, ſed ad opponendas exceptiones dilatorias & declinatorias.

Namque certi & indubitati juris eſt, quod in omnibus illis caſibus, in quibus quis Procuratorem mittere non poteſt, ſed perſonaliter comparere cogitur, † ipſe 58 non præciſe cogatur perſonaliter comparere, ſed Procuratorem mittendo citationi ſatisfaciat, illo caſu, quando quis Procuratorem mittere vult non ad deducenda merita cauſæ, ſed ad opponendas exceptiones dilatorias vel declinatorias, quod evidenti ratione ſuadetur ex eo, quod & legibus cautum & à Dd. noſtris communiter traditum eſt, in cauſis criminalibus, in quibus quis alioquin non poteſt mittere Procuratorem, ſed perſonaliter comparere cogitur, quem non præcisè cogi perſonaliter comparere, ſed Procuratorem mittere poſſe, quoad allegandas exceptiones dilator. ſive declinat. *Bar. l. pen. §. ad crimen. n. 18. ff. de publ. judic. Bald. l. 1. n. 10. C. quomodo & quando jud. Bald. l. reos. n. 38. C. de accuſat. Rober. Marant. in Specul. aur. 6. diſput. nu. 32.*

Quare

Quare cum jus Saxonicum, ſicut & omnia alia Statuta, & ſecundum jus commune intelligendum ſit, & ab eo paſſivam interpretationem recipere debeat, ſequitur, poſito, ſed tamen non conceſſo, jure Saxonico cautum eſſe, ut vaſallus à Domino feudi coram Paribus conventus perſonaliter comparere cogatur, nec Procuratorem mittere poſſit, hanc tamen diſpoſitionem juris Saxonici ita interpretandam eſſe, ut procedat tantum illo caſu, quando vaſallus vult conſtituere Procuratorem ad deducenda merita cauſæ, non autem ut procedat illo caſu, quando vaſallus citatus conſtituit Procuratorem ad opponendas exceptiones dilatorias vel declinatorias, & quod vaſallus citatus in terris Saxonicis exceptiones dilatorias & declinatorias per Procuratorem opponere poſſit; expreſsè probat *text. c. 65. verſ.* Iſt er dann der nicht/ *verb.* Der ſeine ehehaffte Noht beweiſe oder entſchuldige.

Ad duodecimam quæſtionem quod attinet, eſt hæc mea opinio, quod Wolfgangus de jure poſſit caſu, quo interlocutoria vel diffinitiva contra illum pronuncietur, de ſententia per Procuratorem appellare; quodq; abſq; dubio locum habet in præſenti caſu, ſi Wolfgangus ex juſtis & urgentibus cauſis timeret, ſi in propria perſona apparere & appellare vellet, ne graviori captura carceribusq; gravaretur, vel alias periculis ſubjiceretur.

Namque certi & indubitati juris eſt, quem † non tantùm per ſe, ſed etiam per
59 alium Procuratorem nempè ſuum, appellationem & interponere & proſequi poſſe, *l. ab executore. §. fin. ff. de appellatio. l. 1. & 2. ff. an per alium cauſ. appellat. l. invitus. & ibi Bart. Bald. Iaſ. & Dd. C. de Procurat. l. dominus. & l. ſi actor. C. de appellatio. l. nulli. C. quo appellat. non. recipiunt. c. non injuſtè. & ibi Abb. ext. de Procurat.* ſicut hæc appellatio interponatur à ſententia diffinitiva ſive à ſententia interlocutoria, *Bart. l. non cogendum, ff de Procurat. Bart. & Dd. l. cum Procurator. §. fin. ff. de oper. nov. nunc. Bart. Iaſ. & Dd. d. l. invitus, C. de Procurator. Abb. d. c. non injuſtè,* quod procedit non tantùm in cauſis allodialibus, ſed etiam in cauſis ſive controverſiis feudalibus.

60 Namq; certum eſt, quod hoc caſu conſuetudines feudales expreſsè contrarium non ſtatuant, & ſimili modo clari juris eſt, quod in cauſis feudalibus etiam quoad appellationem tam interponendam, quàm proſequendam jus commune ſervemus in illis caſibus, in quibus conſuetudines feudales expreſsè contrarium non diſponunt, *Andr. de Iſern. & Prepoſ. c. 1. de controverſ. feud. apud par. terminan.* Deinde hoc etiam locum habet de jure Saxonico in terris Saxonicis. Namque in jure † Saxonico non 61
reperitur expreſsè cautum, ne quis in cauſis feudalibus per Procuratorem appellet, quod expreſsè probatur, per *text. c. 70.* Lehenrecht. & *art. 12.* Landrecht. *lib. 2.* in quibus textibus, licet tradatur forma & modus & appellandi & in cauſis appellationis proſequendi, de jure Sax. tamen in illis textib. ne verbo quidē ullo mentio fit, quod quis non per Procuratorem, ſed in perſona propria a ſententia contra ſe lata in cauſis ſive controverſiis feudalib. appellare teneatur, quare cum in omnibus illis caſibus, in quibus jus Saxonicum expreſsè contrarium non ſtatuit, in terris Saxonicis jus civile ſervandum ſit, ſequitur, in terris Saxon. etiam in cauſis feudalib. per Procuratorem appellationem & interponi & proſequi poſſe.

Et hoc potiſſimum procedit in appellatione à ſententia interlocutoria, in qua Judex exceptiones dilatorias vel declinatorias rejicit, ſive rejiciendas pronunciat, ab illa enim indiſtinctè per Procuratorem appellari poteſt. Namque cum exceptiones dilatoriæ & declinatoriæ in in terris Saxonicis abſque dubio per Procuratorem objici poſſint, ſicut hoc ſuprà docuimus, dubio omni caret, & ab illa interlocutoria, qua Judex haſce exceptiones non admittendas pronunciat, per Procuratorem appellari poſſe.

Clari enim juris eſt, quod ab omni ſententia lata in illis negociis, quæ per Procuratorem expediri poſſunt, per Procuratorem appellari poſſit, *l. 1. ff. an per alium cauſ. appellat.* Nec obſtat huic noſtræ ſententiæ *text. c. 65. & c. 68.* Lehenrecht. namque in illis textibus nullo verbo dicitur, quod vaſallus à ſententia contra ſe lata in cauſis feudalibus non per Procuratorem, ſed perſonaliter appellare debeat, igitur nec nos hoc affirmare debemus, tùm, quia id quod lex vel Statutum non dicit, nec nos dicere debemus, *Bald. l. omnes populi. col. fin. ff. de juſt. & jur. Bald. c. inter corporalia. extr. de translatio. Prælato. Bald. conſ. 99. incip. ſuper primo. col. 1. lib. 4. Corn. conſ. 287. incip. in hac conſultatione, col. 2. lib. 1. Barbat conſ. 81.*

incip.

incipien. præclarè & luculenter col. 2. lib. 4. tum quia nunquam debemus capere eam interpretationem, ut ſtatútum ſive conſtitutio id diſponat, quod non loquitur. *Bald. conſ. 447. incipien. ad evidentiam præmittendum eſt, quis dicatur col. 3. verſ. ſciendum, lib. 5.* Nec obſtat huic noſtræ veriſſimæ deciſioni *gloſ. 68 verſ.* Fragt der Herr. *in fine quæ gloſ. dicit,* vaſallum ore proprio, non autem per procuratorem à ſententia contra ſe lata appellare debere. Namq; illa gl. pro ſententia ſua nullum neq; textum neq; rationem adducit, excepto ſolo canone in omnib. 5. q. 5. qui tamen in decretis non reperitur, & ſi quis fortè diceret *gl. voluiſſe allegare c. in criminalib. 5. q. 5.* quod capitulum, ut ego etiam opinor gl. pro ſua ſententia allegare voluit, tamen replicari poteſt, nec illud capitulum gl. ſententiam probare. Namq; illud capitulum ſimpliciter dicit, In criminalib. cauſis, nec accuſator aliquem niſi per ſe accuſare poteſt, nec accuſato per aliam perſonam ſe defendere permittitur, nec ullam facit mentionem de appellatione in cauſis feudalibus.

Quare cum illa gl. nec lege ulla nec ratione probetur, illa gloſ. minimè ſequenda eſt, ſicut præclarè inquit *Bald. l. Reſpublica, C. ex qua quibus cauſ. major.* non eſſe credendum gloſſæ, quando legem aliquam non allegat, & alibi is, *idem Bald. dicit,* quod lege non cavetur, in practica non habetur, *Bald. l. in Geneſi. extr. de election.* Similiter non obſtat huic noſtræ deciſioni id, quod in modo procedendi in cauſis feudalibus impreſſo juxta Speculum Saxonicum ſimili modo dicitur, vaſallum à ſententia contra ſe lata in cauſis feudalibus, non per Procuratorem ſed ore proprio appellare debere. Namque opinio illius Doctoris, qui iſtum modum procedendi in cauſis feudalibus compoſuis, nititur tantummodo authoritate, *gloſ. in d. cap. 68.* Lehenrecht/ *quæ gloſ.* cum nullius momenti ſit, ut ſupra docuimus, ſequitur & opinionem illorum Doctorum, qui iſta gloſſa nituntur eodem modo, nullius momenti eſſe. Namque deſtructo fundamento, & omne id, quod ſuper illud fundamentum extructum eſt, corruit, *cap. cum Paulus. 1. quæſt. 1. l. egi. in princip. ff. de exceptio. rei judicat.*

Huc accedit, quod non debemus credere Doctori alicui licet magno, niſi ipſe dictum ſuum lege vel ratione probet, *Archidiaconus cap. nolite. 11. q. 3.* quodq; etiam à communi opinione, quæ lege non probatur, recedere liceat, *Anton. de Butr. c. tua nos. col. 2. extr. de uſur. Andr. Barbat. conſ. 10. incip. præclarè ſcribitur apud Pſalmiſtam col. fin. lib. 2.* Quare cum opinio illorum Dd. qui authores extiterunt præfati proceſſus, nec ratione, nec lege ulla probetur, ſequitur illam opinionem nullo modo ſequendam eſſe. Et poſito, opinionem illam, quæ vult vaſallum condemnatum in terris Saxonicis, à ſententia contra ſe lata, non per Procuratorem, ſed ore proprio appellare debere, aliquo caſu procedere, (quod tamen non admitto, cum illa opinio indiſtinctè falſa ſit) illa opinio non procederet in appellatione à ſententia interlocutoria, ea enim abſq; omni dubio indiſtinctè per Procuratorem interponi poteſt, ſicut ſuprà docuimus. Deinde hæc opinio abſq; omni dubio non procedit eo caſu, quando vaſallo immineret aliquod periculum, ſi ipſe perſonaliter in judicium veniret, & ore proprio appellaret, tunc enim vaſallo omnimodò permiſſum eſſet per Procuratorem à qualibet ſententia etiam diffinitiva appellare, etiam poſito ſed tamen non conceſſo, vaſallo prohibitum eſſe à ſententia per Procuratorem in cauſis feudalibus appellare. Namq; manifeſtiſſimi juris eſt, † citatum 62
indiſtinctè non cogi perſonaliter in jus venire eo caſu, quando vel locus judicii tutus non eſt, vel ipſi periculum aliquod imminet, *l. 2. ſi quis tamen. & ibi Iaſ. n. 10. ff. ſi quis cautio. l. ſciendum. §. accuſatio. ff. de legatio. c. accedens. & ibi gl. & Abb. extr. de Procurator. c. accedens. el. 2. & ibi Abb & Fel. ext. ut lite non conteſt. c. ex parte. el. 1. & ibi Abb & Dec. extr. de appellat. Clem Paſtoralis de ſent. & re jud. gl Immo. Alex & Dd. l. de ætate. ff. ad Senatusconſultum Trebell.* ſed citatum hoc caſu indiſtinctè Procuratorem mittere poſſe, *Ang. diſp. incip. Bononienſis à ſua civitate bannitus. 4. dub. Alex. l. recuſare. §. ſi quis alio. n. 3. Felin. d. c. accedens n. 5. & Dec. d. c. ex parte. n. 5.* Quare ſi nobilis W. juſtas atq; legitimas præſumptiones haberet, ſibi vel vim illatam iri vel periculum aliquod imminere, ſi ipſe perſonaliter in judicio compareret, & ore proprio appellaret, ipſi abſq; omni controverſia permitti deberet à ſententia tàm inter locutoria quàm diffinitiva contra ſe lata per Procuratorem appellare.

Quinimò ſicut ſuprà concluſum fuit, ſecundum veriorem ſententiam idem de-

beret permitti Nobili W. etiamſi ipſi nullum periculum immineret.

Quomodo verò & qua ratione vaſal-
63 lus ſecundum † jus Saxonicum ſententiam improbare, atque de ea appellare debeat, reperitur in jure Saxonico Lehenrecht c. 68.

64 Atque hic obſervandum eſt, † quamvis alias de jure communi ſcripto prohibitum ſit, de ſententia interlocutoria appellare, quod tamen vigore omnium jurium reo vaſallo permittatur in cauſis feudalibus non ſolummodò à definitiva, verùm etiam ab interlocutoria & omnibus ſingulisq́; gravaminibus appellare. Atque ideò domino W. de M. licitum & permiſſum eſt, illo caſu, ſi ipſius exceptiones dilatoriæ vel delcinatoriæ per interlocutoriam non admitterentur, atque ob id ſe gravatum eſſe ſentiret, de illa ſententia vel oretenus, vel per conſtitutum locum tenentem & procuratorem appellare.

Namque licet ſecundum diſpoſitionem juris civilis à ſententia interlocutoria appellare, regulariter prohibitum ſit, *l. penult. & ibi Bart. & Bald. C. quor. appellatio. non recipiunt. Bartolus l. 2. ff. de appellat.* ſecundum tamen diſpoſitionem juris Canonici à qualibet ſententia interlocutoria, atque etiam à quolibet gravamine appellare permiſſum eſt, *cap. ſuper eo. el. 2. & ibi Abbas & Dec. extr. de appellatio. cap. ut debitus. extr. eod. tit. & Rober. Maran. in Speculo aur. 6. part. §. ſecundus actus. num 292.*

Quare cum ſecundum communem atque receptam Doctorum ſententiam ſuperius relatam in cauſis feudalibus ſit ſervandum non jus civile, ſed jus Canonicum, in omnibus illis caſibus, in quibus jus civile à jure Canonico diſcrepat, ſequitur in cauſis feudalibus ab omni ſententia interlocutoria, & ab omni gravamine appellari poſſe, quod etiam in terris Saxonicis obtinere debet, cum jure Saxonico expreſsè contrarium non reperiatur.

Quare ſi per ſententiam interlocutoriam in hac cauſa latam, vel omnes exceptiones dilatoriæ, vel una aut altera tantùm ex illis rejiciantur, & N. W. per hoc ſe injuſtè gravatum exiſtimet, vel ſi aliud gravamen ei inferatur, ipſi ab hoc gravamine appellare permittitur. Et ſive hæc appellatio admittatur ſive non, is qui nomine Nobilis W. appellat, petere debet inſtanter, Inſtantius & inſtantiſſimè, ſibi Apoſtolos concedi, *juxta cap. ab eo. de appellatio. lib. 6. & Clement. quamvis. in princip. de appellatio.* & ſive ipſi hi Apoſtoli concedantur ſive non, ipſe debet hanc appellationem proſequi, vel in Camera Imperiali, ſi hæc bona, de quibus controvertitur, ab imperio Ducibus N. & ab his deinceps Nobili W. in feudum conceſſa fuerint, vel coram Rege B. ſi hæc bona, de quibus controvertitur, à Rege B. Ducibus N. & ab his deinceps Nobili Wolfgango in feudum conceſſa fuerint.

Ad decimam tertiam quæſtionem ego exiſtimo, quod Wolfgango ſecundum juris diſpoſitionem in perniciem vergere non deberet, ſi incarcerationem non ſervaret, ſed ad ſui commodum ſe ea exoneraret, quod præcipuè ideò locum haberet, ſi Wolfgangus metueret, ne ignominia quædam ſuo corpori, vitæ, valetudini, vel honori, exiſtimationivè inureretur, vel quod aliis acerbioribus intollerabilioribusvè carceribus gravaretur, propter hanc interpoſitam appellationem: Tamen non conſulo domino Wolfgango, uti in hoc ſolummodò meum conſilium ſequatur verum, ut hoc conſilio aliorum ſuorum dominorum & amicorum aggrediatur & incipiat. Et quod Nob. W. nō † obſtante 65
promiſſione ſua quam fecit de ſtando in certo loco, ex iſto loco data occaſione impunè recedere poſſit, præſertim ſi ipſe probabiliter metuat, ne ſibi vis injuſta inferatur; quodq́; ſi ipſe ex iſto loco receſſerit, pœna promiſſa neq; ab ipſo Nobili W. neq; a fidejuſſoribus ejus exigi poſſit, multis firmis rationib. probatur.

Et primò hanc ſententiam probat, quia hæc promiſſio de ſtando in certo loco metu juſto extorta fuit, igitur ſequitur, hanc promiſſionem ſaltem ope exceptionis nullam eſſe, ſicut hoc in ſimili decidunt *Pet. de Anth. conſ. 299. & Dec. conſ. 319.* ubi in ſimili contendunt, & ſatisdationem per metum extortam, ſaltem ope exceptionis non valere. Similiter & promiſſio pœnalis quam Nobil. W. poſtquam Ipſe jam promiſſionem fecerat de non recedendo ex domo, metu gravioris carceris certam pœnā promittere coactus fuit, ipſo jure nulla eſt. Namq; certum eſt, eum, qui obligatus eſt, ex certo loco non recedere, ſive cui certus locus aſſignatus eſt, ex quo ipſi recedere non licet, in carcere eſſe intelligi. *Inocentius capit. nuper. extra de ſentent.*

excom-

Digitized by Google

excommun. Alexand. in addit. ad Bartoſ. l. ſi ut cert. §. cuſtodiam. ff. Commod. Dec. conſ. 219. num. 9. Sigiſmund. Neapolitan. conſ. 17. n. 12. arg. l. Titio centum. §. Titio centum. ff. de condit. & demonſtrat. l. 2. ff. de lib. hom. exhiben. cum ſimilibus allogat. ſuprà.

Quare cum promiſſio à carcerato carceranti quoad commodum carcerantis facta ipſo jure nulla ſit, eo caſu, quo hæc carceratio injuſta eſt, *l. qui in carcerem. & ibi Bart. & Bald. ff. quod met. cauſ. Matth. de Aſflict. deciſ. Neapolitan. c. 49. Ludovicus Roman. conſ. 316. Lanceloe. Dec. l. qui à latronibus. ff. de teſtam. Alexand. conſ. 241. num. 7. lib. 6.* ſequitur & hinc promiſſionem pœnalem à Nobili W. in favorem ſenioris D. S. factam, nullam eſſe, & in ſpecie, quod promiſſio facta ab eo, qui quidem non eſt carceratus, ſed à certo loco recedere non poteſt, perinde nulla ſit, atque ſi hæc promiſſio a carcerato facta fuiſſet, expreſsè atque in ſpecie decidit *Sigiſmund. Neapolitan. conſ. 17. num. 13. & eſt de mente Bart. d. l. qui in carcerem. Abbas c. accedam. num. 1. & 3. extr. de Procurator.* Et cum promiſſio pœnalis à Nobili W. in caſu præſenti facta, ipſo jure nulla ſit, ſequitur & fidejuſſores, qui pro hac pœnali promiſſione interceſſerunt, ipſo jure non obligari, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie decidit *Matth. de Aſflict. deciſio. Neapolitan. 149. numer. 2. argum. l. cum lex. l. ſi quis poſtquam. & l. ſi à Reo §. final. ff. de fidejuſſorib.*

Igitur cum neque principalis neque pœnalis promiſſio, neque etiam his acceſſoria fidejuſſoria obligatio rata ſit, dubium non eſt, ſi Nobilis W. data occaſione receſſerit, nihil contra fidem datam delinquere, neque pœnam promiſſam ab ipſo vel fidejuſſoribus ejus exigi poſſe.

Secundò hanc ſententiam probat id, quod tradunt Doctores communiter eum,
66 qui † injuſtè detinetur in carcere vel alio loco, ſi ipſe aufugiat, non teneri, *Bartol. & Salicet. l. jus ejus. C. de probat. Alexand. l. eximendi. §. ſi quis. circa fin. & ibi Iacobus de S. Georg. numer. 3. ff. vel quis eum qui in jus vocat. eſt, vi exim. Alexand. conſil. 144. numer. 6. lib. 2. & conſil. 241. numer. 5. lib. 6. Iacob. de S. Georg. l. 1. numer. 10. de ſerv. fugitiv. Pariſ de Put. in tractat. de Syndicat. ver. carcer tapit. qualiter autem. in fin. Hippolyt. de Marſil. ſing. 177. col. 2. verſ. pro quo facit. & in ſua praxi criminali. §. attingam. num. 38. Thomas Grammat. conſil. 51. & in voto 39. & voto. 40. Nicol. Boër. deciſ. 215. num. 30. Ludovic. Carre. in ſua practic. criminal. in repetit. l. obſervare curabis. num. 316.*

Quare cum Nobilis W. injuſtè in certo loco detineatur, atque ipſe promiſſionem de certo loco injuſtè exponere coactus fuerit, Sequitur ipſum licitè & impunè data occaſione ex iſto loco recedere.

Tertiò hanc ſententiam confirmat id, quod Dd. noſtri tradunt, injuſtè incarcerato, ſi ipſe aliter evadere non poſſit, permitti etiam cuſtodes carceris occidere & evadere, nec ipſum propter hoc factum pœna homicidii vel alia plecti poſſe, *Lucas de Pen. l. probibitum. col. 3. verſ. ſed pone dum ageretur. C. de jur. fiſc. lib. 10. Lucas de Penna l. quoties. ver. medium. verſ. & quando. C. de exactorib. tributo. lib. 10. Pariſ. de Puteo in tract. de Syndicatu. ver. reſiſtentia. col. 2 verſ. & ſuas. Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. attingam. n. 40 Hippol. de Marſil. l. 1. in princ. num. 103 ff. ad l. Cornel. de Siccar. Idemq; l. 1. in princip. n. 17. ff de quæſtio. Iaſ. conſ. 20. col. 3. verſ. circa ſecundum crimen. & conſ. 56. num. 6. lib. 3.*

Quartò ad hanc ſententiam comprobandam facit id, quod Doctores noſtri communiter tradunt, † injuſtè carce- 67
ratum, & ex carceribus dimiſſum, licitè & omni jure non ſervare fidem etiam juratam, qua ipſe promiſit in carcerem redire, præſertim ſi ipſi reverſo in carcerem periculum aliquod immineat vel vitæ vel corporis vel ſanitatis, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie tradit *gloſ. Clement. Paſtoralis. ver. violentiam de ſentent. & re judicat. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. Rubric. de jurejur. Bald. l. nam & ſervus. in princip. ff. de negot. geſt. Abb. cap. ſi verò. num. 8. & c. ſicut. el. 3. num. 4. extr. de jurejur. Abb. cap. 1. nu. 3. extr. de teſtib. cogend. Abb. c. inter alia. num. 32. ext. de immunita. Eccleſ. Angel de Clavaſ. in ſumma. ver. carcer. num. 4. Iaſ. l. ſi duo patroni. §. ſi quis juraverit. num. 4. ff. de jurejuran. Iaſ. repetit. l. admonendi. num. 163. ff. eod. tit. Hippolyt. de Marſil. in practic. crimin. §. attingam. nu. 40. Hippol. de Marſil. l. 1. in princ. nu. 109. ff. ad l. Cornel. de Siccar. Idemq; l. 1. in princip. num. 17. ff. de quæſt.*

Quintò ad hanc ſententiam confirmandam adduci poteſt id, quod traditur, injuſtè detentum fugientem ex carcere non intelligi rumpere fidejuſſionem de ſecuro carcere, *Thomas Grammat. conſ. 51. & voto ultim. Ludovic. Carre. in practic. criminal. in repetit. l. obſervare curabis. num. 117.*

Sextò hanc ſententiam probat etiam
68 id, quod † tradit *Alexand. conſil. 144. lib. 2. ubi Alexand.* concludit, eum, qui in carcere vel injuria affectus eſt, vel timet, ſibi injuriam inferri, licitè ex carcere ſugere.

Septimò hanc ſententiam confirmat id, quod traditur, eum, qui timens ſævitiam judicis minantis & metum inferentis, vel quia ipſe judex ſolitus erat de facto procedere ex carcere, vel alio loco, in quo detinetur, aufugit, nihil contra promiſſionem ſuam delinquere, nec fidejuſſores illius ad pœnam conventam conveniri poſſe, *Pariſ. de Puteo. in tractat. de Syndicatu. ver. fidejuſſores. verſ. ſubjicio. & ver. fuga officialis. §. 1. Thomas Grammat. voto 39. & voto 40. Ludovicus Carre. in practic. criminal. repetit. l. obſervare curabit. numer. 116.*

Et ſic per prædicta concludo, Nobilem W. præſertim ſi ipſe ex juſtis atque probabilibus cauſis timeat, ne ſibi vis injuſta inferatur, data occaſione impunè recedere poſſe, nec ipſum recedentem quicquam delinquere, nec etiam pœnam promiſſam ab ipſo vel fidejuſſoribus ejus exigi poſſe. Non tamen volo, ut Nobilis W. in hoc ſequatur meum conſilium, ſed cupio, ut ipſe in hoc animi ſui judicium & amicorum ſuorum conſilium ſequatur.

Porrò hæc ſuſpicio injuriæ inferendæ in poſterum ipſi Nobili W. & ex eo adjuvari poteſt, quod ſenior Dux S. minùs juſtè coëgerit Nobilem W. ſatisdationem de ſtando in certo loco ſub grandiſſima ſumma exponere.

Namque Doctores noſtri magis com-
69 muniter tradunt ex eo, quod † judex, vel ſuperior aliquem ſemel malè tractavit, vel injuria affecit, inſurgere probabilem præſumptionem ſive ſuſpicionem, quod is ipſe judex ſive ſuperior illum in poſterum injuria afficiet ſive malè tractabit, *Ludovic. Roman. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi Prætori. & ibi Alexand. num. 19. ff. de oper. nov. nunciat. Bald. & Salicit. l. 2. C. de his qui propter met. jud. non appell. Petr. de Ancher. conſ. 299. Alexand. conſil. 144. num. 3. & 4. lib. 2. Dec. c. fin. num. 6. extr. de appellat.*

Deinde etiam hęc ſuſpicio ſive pręſumptio metus ſive injuriæ inferendæ, & ex eo augeretur, ſi Nobilis W. docere poſſit, ſeniorem Ducem S. in ſimilibus caſibus aliis injuſtam vim vel metum intuliſſe, ſicut hoc patet ex iis, quæ tradit *Bart. Roman. Alexand. Iaſ. & Doctores. d. §. §. ſi quis ipſe Prætori. Abbas Dec. & Doctores c. final. extr. de appellat.*

Præterea annotandum eſt, ſi Nobilis Wolfgangus contra † promiſſionem 70
datam ex loco illo, in quo manere promiſit, receſſerit, eamq; ob cauſam ſenior Dux S. ad pœnam promiſſam contra fidejuſſores egerit, ipſis fidejuſſoribus contra hanc actionem inſtitutam eaſdem exceptiones competere, quæ ipſi Nobili W. competerent, ſi ab ipſo pœna promiſſa peteretur, *l. exceptiones. ff. de exceptio. l. ex perſona. & ibi Bart. ff. de fidejuſſorib.*

Et ſi ipſi ab Illuſtri Duce S. † con- 71
venti non oppoſitis hiſce exceptionibus vel condemnati vel ſponrè pœnam promiſſam ſolverint, ipſi hanc pecuniam à Nobili Wolfgango repetere non poſſent, *argum. l. idemq. §. generaliter. & l. ſi fidejuſſor. in princip. ff. Mandat. gloſ. d. l. ſi fidejuſſor. §. quadam. ff. eod tit.*

Idem eſt, ſi fidejuſſores ad pœnam promiſſam conventi oppoſuerunt quidem haſce exceptiones, ſed condemnati à ſententia contra ipſos lata non appellaverint: namque tunc ſimili modo ipſi pecuniam ſolutam à nobili Wolfgango repetere non poſſunt, *argum. l. ſi Procuratorem. §. ſi ignorantes. ff. mandat. l. ſi procea. & ibi Bald. C. eod. tit. Bart. l. exceptione. ff. de fidejuſſorib.*

Utrùm autem ſi fidejuſſores ab Illuſtri ſeniore Duce S. per vim coacti fuerint pœnam promiſſam ſolvere, ipſi aliquem regreſſum pro pœna ſoluta contra Nobilem Wolfgangum habeant, ſunt videnda illa, quæ tradit *gloſ. Bart. & Bald. l. nam & Servius. in princip. ff. de negot. geſt. Bartol. l. creditor. ff. de ſolutio. Immol. c. pervenit. extr. de fidejuſſorib. Alexand. conſil. 57. lib. 1. Nicolaus Boer. deciſ. 215. Matth. de Afflict. deciſ. 149.* Nec obſtat illis, quæ in præcedentibus dicta ſunt, id quod tradit *Innocent. & Baldus ex reſcripto. & ibi Felin. num. 20. extr. de jurejurand. Iaſon in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cert. petat.* In quibus locis præfati Docto- 72
res concludunt, debitorem abſque juramento ſe obligare poſſe, ad ſtandum in certo loco ſive in certa civitate.

Namque reſpondeo, cum ſtare in certo loco, ſive certa civitate ſit ſpecies carceris, & pactum, quo quis ſe obliget ad carcerem, ratum non ſit, ſive ille carcer ſit publicus, ſive privatus, *Angelus l. nemo*

poteſt,

poteſt. ff. de legat. 1. Immol. & Roman. l. alia. § eleganter. & ibi Alexand. numer. 9. ff. ſolut. matrim. Immol. l. Titio centum. §. 2. ff. de conditio. & demonſtratio. videtur dicendum, prællegatam doctrinam veram non eſſe.

Secundò reſpondeo, poſito illam doctrinam veram eſſe; illa doctrina tunc demum procederet, quando quis ſponte; non autem coactè feciſſet promiſſionem de ſtando in loco certo ſive civitate certa, ſecus autem eſt, ſi quis metu coactus fecerit promiſſionem de ſtando in loco certo ſive civitate certa, tunc enim ſaltem ope exceptionis hæc promiſſio elidi poſſet per jura vulga.]

Tertiò reſpondeo, poſito promiſſionem de ſtando in certo loco à debitore factam ratam eſſe, debitorem tamen non obſtante hac promiſſione ex iſto loco recedere poſſe, ſi ipſi immineat periculum aliquod, vitæ nempè, læſionis corporis vel honoris, tum quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum, *l. liber homo. ff. ad leg. Aquil.* tum quia in hac promiſſione de ſtando in certo loco veriſimiliter non eſt cogitatum de tali caſu, quando videlicet ipſi promittenti periculum immineret.

73 Et certum eſt, nullam † promiſſionem extendi ad id, de quo veriſimiliter cogitatum non eſt, per jura vulg. & fac. *l. qui jurato. & ibi Iaſon. ff. qui ſatiſdar. cogant. cap. Quintavallis. & cap. veniens. extr. de jurejuran.*

Deinde quoque non obſtat huic noſtræ

74 deciſioni † id, quo tradit *Baldus cap. ex reſcripto. & ibi Felin. numer. 20. extr. de jurejuran.* ubi præallegati Doctores concludunt, etiam judicem alicui præcipere poſſe, ut ipſe in certo loco ſive civitate certa ſtet vel maneat.

Namque reſpondeo primò, illam doctrinam procedere eo tantùm caſu, quando judex hoc faceret ex juſta atque legitima cauſa, ſecus autem eſt, ſi judex hoc faceret abſque juſta & legitima cauſa: tunc enim non obſtante hoc præcepto judicis, is cui hoc præceptum factum eſt, ex iſto loco impunè recedere poteſt, ut ex prædictis liquet.

Secundò, is cui judex etiam ex juſta atque legitima cauſa præcepit, ut ipſe in certo loco ſtet ſive maneat, ex iſto loco non obſtante præcepto, judicis impunè recedere poteſt, eo caſu, quando ipſi periculum aliquod vitæ, læſionis, corporis, honoris vel ſimile imminet, ut ex prædictis patet.

Ad decimam quartam quæſtionem reſpondeo, eſſe clari indubitatiq; juris, quod Actor in præſenti feudali Proceſſu, non ſolùm ſecundum conſuetudinem juris Saxonici, verùm etiam tenorem juris communis ſcripti, à ſua probatione recedere, & Reo juramentum ad intentionem ſuæ actionis in toto vel pro parte in animam ipſius deferre poſſit.

Namque jure Saxonico expreſsè cautum eſt, quod † Actor Reo juramentum 75 deferre poſſit, etiamſi Actor nihil omninò probaverit, *artic. 6. Landrecht / lib. 1.* Similiter & jure civili ſecundum communem atque receptam Doctorum ſententiam diſpoſitum eſt, † Actorem etiamſi 76 ipſe nihil omninò probaverit, Reo juramentum deferre poſſe, *Iacob. de Raven. & Cyn. l. generaliter. 2. oppoſit. C. de reb. credit. Alberic. de Roſat. l. in bonæ fidei. C. eod. tit. Paulus Caſtrenſ. Alexand. Iaſ. & Franciſc. Purpurat. l. manifeſtæ ff. de jurejurand. Paul. Caſtr. l. in contract. de § illo. C. de non numerat. pecun. Paulus de Caſtr. l. jusjurandum & ad pecunias. §. ait prætor. ff. de jurejurand. Paulus de Caſtr. l. admonendi. col. 12. & ibi Iaſon col. 29. ff. eod. tit. Franciſc. Aretin. & Decius cap. 2. & ibi Carol. Molin. in addit. ad De. ext. de probat. Practic. Papien. in forma juramenti, quod præſtatur à parte parti, ver. dicit Matth. de Afflict. cap. 1. in princip. numer. 50. de controverſis inveſtitur. Matth. de Afflict. cap. 1. §. Sacramentum. numer. 19. de conſuetudine recti feudi.* & quod hoc etiam locum habeat in cauſis feudalibus, expreſsè probat *text. d. §. Sacramentum & ibi hoc notat Matth. de Afflict. numer. 1. & idem tenet Matth. de Afflict. d. cap. 1. in princip. numer. 50. de controverſ. inveſtitur. & hoc de jure Saxonico videtur probari capit. 69. Lehenrecht.*

Decimam quintam quæſtionem quod attinet, jura communia ſcripta expreſsè ordinant, quod ad † probandam ingrati- 77 tudinem quinque teſtes ſummæ & integræ opinionis requirantur: Et cum, quantum mihi conſtat, in hoc puncto jura Saxonica à jure communi ſcripto non diſcrepant, planè exiſtimo, quod etiam in illis judiciis, quæ in terris Saxonis inſtituuntur; Reus vaſallus accuſatæ feloniæ non aliter neque alio modo quàm quinq;

ſummæ & integræ opiniõnis teſtibus convincatur. Et ſi dominus feudi attentare velit minori numero teſtium, accuſatum delictum probare, tamen exiſtimo, quod vaſallus contra hoc excipere, & tantùm obtinere poſſit, quod dominus feudi cum iſtiuſmodi inſtituta probatione neque audiri neque admitti debeat.

Namque clari & indubitati juris eſt, quod ſecundum diſpoſitionem juris communis ad probandam ingratitudinem ſive feloniam quinque ſummæ & integræ opinionis teſtes requirantur, *c. 1. & ibi Alvarot. Præpoſit. & Matth. de Afflict. quot teſt. ſunt neceſſa. ad proband. ingratit. Nicol. de Neapol. Iacob. de Belviſ. Alvarot. & Præpoſit. c. 1. §. ſi voluerit. de Capita. qui cur. vendidit. Iacob. de S. Georg. in tractat. feuda. ver. dictiq; vaſalli. nu. 55. Zaſ. in tractat. feuda. 10. part. num. 108.* & hæc ſententia verior & communior eſt, quamvis contrarium, quod ingratitudo ſive felonia duobus teſtibus probari poſſit, ſed malè teneat *gloſ. & Andr. de Iſern. d. §. ſi voluerit. Bald. d. c. 1. qui teſtes ſunt neceſſarij.* Et cum ad probandam ingratitudinem quinque teſtes ſummæ & integræ opinionis requirantur, receptum eſt, licet alioquin in cauſis civilibus teſtes infames infamia facti non repellantur, *gloſ. l. 3. §. duæ autem cauſæ. ff. de Carbon. edicto. Bart. Iaſ. & Doctores. l. 1. C. de ſumm. Trinitat. & fide Cathol. Dd. c. teſtimonium. extr. de teſtibus.* ad probandam tamen ingratitudinem ſive feloniam teſtes infames infamia facti non admitti, *Bald. Alvarot. Præpoſit. & Matth. de Afflict. c. 1. quot teſtes ſunt neceſſa. Iaſ. l. 1. lectu. 1. num. 67. & lectu. 2. num. 51. C. de ſumm. Trinitat. Iaſ. l. admonendi. in lectu. num. 109. & in repetit. num. 237. ff. de jurejurand.*

78 Et in hoc, utrum † teſtes ſint ſummæ & integræ opinionis, inſpicitur ſimul & tempus depoſitionis teſtium & tempus juramenti præſtiti à teſtibus, *Bald. Alvarot. Præpoſit. & Matth. de Afflict. quot teſt. ſunt neceſſar.*

79 Præterea licet alioquin † defectus fidei & opinionis teſtium ſuppleatur numero teſtium, *gloſ. l. 3. §. ejuſdem. ver. numerus. ff. de teſtibus. Ioan. Andr. in additio. ad Speculato. §. fama. de noto. criminal. Nicol. de Neapol. l. excuſantur. ff. de excuſatio. tuto. Alexand. conſil. 5. lib. 1. conſil. 24. numer. 10. conſil. 47. col. 1. conſil. 212. num. 9. lib. 2. conſil. 22. numer. 19. conſil. 13. lib. 4. conſil. 149. lib. 5. & conſil. 119. num. 7. lib. 7. Iaſon authent. ſi verò contigerit. C. de judic. Aymon. Cravet. conſ. 73. num. 37. lib. 1.*

In hac tamen cauſa, cum illa † gravis 80
atque magni ponderis ſit, quoad probandam ingratitudinem ſive feloniam Nobilis W. defectum fidei numero teſtium non ſuppleri veriſſimum eſt. Cum ſit certi juris, in cauſis gravibus atque magni ponderis defectum fidei nunquam numerum teſtium ſupplere, *Baldus cap. ad noſtram. extr. de probat. Iaſon l. ſi quis ex argentarijs. §. cogentur. num. 12. ff. de edend. Dec. cap. licet. num. 8. argum. illius text. extr. de probat. Dec. conſil. 138. num. 5.*

Neque etiam in probanda hac ingratitudine ſive felonia, domino in ſupplementum probationis minus perfectæ † ju- 81
ramentum deferri poteſt, *Baldus l. final. C. de ſecundis nupt. Iaſon. l. 1. lectu. 1. num. 67. & & lectu. 2. num. 51. C. de ſumma Trinitat. & & fid. Cathol. Iaſon l. admonendi in lectu. num. 109. & in repetit. num. 237. ff. de jurejurand.*

Et cum nemo debeat admitti ad probandum † ſive faciendum id, quod factum 82
ſive probatum nihil relevat, *c. cum contingat. numer. gloſ. ver. nihilominus. & ibi Abbas num. 6. extr. de offic. delegat. l. neq; natalos. & l. ad probationem. C. de probatio.* & probare ingratitudinem ſive feloniam paucioribus teſtibus quàm quinque nihil omninò relevet, Cum propter illorum depoſitiones neque ſententia proferri, neque parti juramentum ſuppletorium deferri poſſit.

Ego veriſſimum judico, ſi illuſtris D. S. pauciores quàm quinque teſtes ad probandam ingratitudinem ſive feloniam producere velit, Nobili W. permitti ab initio contra productionem teſtium excipere atque impetrare, ne illi teſtes audiantur ſive recipiantur.

Porrò licet dominus feudi † ingra- 83
titudinem ſive feloniam vaſalli non poſſit probare, niſi quinque teſtibus ſummæ & integræ opinionis. Nobili tamen W. ſicut & cuilibet alii vaſallo, permittitur exceptionem, excuſationem, remiſſionem vel innocentiam ſuam contra ingratitudinem oppoſitam duobus teſtibus probare, tum quia hoc, cum conſuetudines feudales expreſsè contrarium non diſponant, jus commune, quod diſponit in qualibet re probanda duos teſtes ſufficere, *l. ubi numerus. ff. de teſtib. c. in omni negocio, ext. de teſtib.* & ſervandum & ſequendum eſt, *arg. c. 1.*

§. *ſtre-*

§. ſtrenuus de feud. cognitio l. præcipuus. C. de appellat. tũ quia promores ſunt ad abſolvendum quàm ad condemnandũ, *l. Arrianus. ff. de actio. & obligatio. l. abſentem ff. de pœn.* tum quia teſtes alioquin inhabiles ad teſtimonium, ad probandam innocentiam admittuntur. *Speculat. §. 1. verſ. ſed nunquid de inquiſitio. Bald. l. Parentes. C. de teſtib. Alex. conſil. 5. lib. 1. conſil. 24. num. 39. conſil. 212. num. 9 lib. 2. & conſil. 189. col. 2. lib. 7. Fel. c. literas arg. ill text. extr. de præſumpt. Felin. c. cum oporteat. extr. de accuſatio. Iaſon. l. ut vim. numer. 4. & 5. ff. de juſt. & jur. Iaſ. l. ſed & ſi quis in princ. ff. ſi quis cautio. Idemque Iaſ. l. non ſolùm. §. ſciendum. ff. de oper. nov. nunciat. Decian. conſil. 459. numer. 2.*

Et cum in prædictis omnibus & ſingulis jus Saxonicum à jure communi expreſsè non diſcrepet, ego credo prædicta omnia & ſingula etiam in terris Saxonicis obſervanda eſſe.

Decimam ſextam quæſtionem quod attinet, in jure communi ſcripto ex-
84 preſsè cautum eſt, quod † vaſallus quia multis dominis unanimiter & ſingulariter bona feudalia poſſidet, per hoc quod contra unum dominum delinquit, non omnium ſuorum bonorum feudalium ſed ſolummodò illam partem, quæ domino (contra quem vaſallus deliquit) aperitur, perdat. Niſi vaſallus propter commiſſam feloniam infamis factus, vel infamia juris notatus eſſet. Quo caſu ſolummodò, & alias nullo modo, etiam cæteris feudi dominis (contra quos vaſallus non deliquiſſet) concederetur, vaſallum omnibus ſuis bonis feudalibus privare.

† Namque clari & indubitati juris eſt, quod vaſallus habens plures dominos ſive conjunctim ſive diviſim, ſi ipſe delinquat contra unum ex dominis ſuis, propter hoc delictum ſive feloniam amittat, non totum feudum ſuum neque omnia feuda ſua, ſed illud feudum ſive illam ratam feudi tantùm, quod feudum ſive quam ratam feudi ipſe ab illo domino contra quem deliquit, recognoſcit, *c. 1. & ibi Iacob. de Bel. Andr. de Iſern. Alvarott. Præpoſit. & Matth. de Afflict. de vaſall. qui contr. conſtitutio. Lothar. Regis,* niſi ipſe vaſallus propter hanc feloniam fuerit infamia juris notatus; tunc enim licet ipſe contra unum tantùm dominum deliquerit, omnibus tamen feudis ſuis privari poteſt, *c. 1. & ibi Bald. Alvarott. Martin. Laudan. Præpoſit. & Matth. de Afflict. an ille qui interfecit fratr. domin. Iacob. de S. Georg. in tractat. feudali ver. dictiq; vaſalli numer. 62. Matth. de Afflict. c. 1. §. fin quib. mod. feud. amitt. Guiliel. à Perno. in primo notab. num. 26.*

Et cum pro decimo ſeptimo quæſtio inſtituatur, ſi ad privationem feudi ſententia feratur; num illa privatio ſe extendat ad feuda, quæ ab allodiis vaſalli ab ipſo vaſallo feuda facta ſunt, illa mea eſt opinio, ſi ad privationem feudi ſententia ferri deberet, quod illa privatio ad illa bona feudalia, quæ Wolfgangus ex ſuis hæreditariis propriisvè bonis in bona feudalia verti curavit, extenderetur.

Namque licet vaſallus † de felonia ſi- 85
ve ingratitudine convictus & condemnatus non perdat bona ſua Burgenſatica ſive allodialia, *Andr. de Iſern. c. 1. §. item ſi fidelis. & ibi Matth. de Afflict. n. 74. quib. mod. feud. amitt.* bona feudalia, quæ ipſe vaſallus ex bonis ſuis Burgenſaticis ſive allodialibus feudalia effici curavit, ipſum vaſallum perinde ut alia ſua bona feudalia amittere ſtatuo, atq; hoc multis firmiſſimis rationibus comprobare poſſem, quæ quia non faciunt pro Nobili W. illas ſponte prætermitto.

Ad decimam octavam quæſtionem eſt indubitati juris, ſi dominus feudi ad privationem feudi agit, & delictum ſed non dignum privatione feudi probaretur, quod Pares curiæ ad aliam pœnam quam eſt privatio feudi nullo modo ſententiare vel concludere poſſint.

Similiter ordinant jura communia ſcripta, quod libellus, in quo dominus feudi alternativè actionem inſtituit, vel ad privationem feudi, vel ad aliam pœnam ſive mulctã pro arbitrio, Reo excipiente de obſcuritate libelli, nullo modo admitti debeat.

Ex quo ſequitur, ſi ſenior Dux de S. in ſua actione quam S. Illuſtr. Celſ. contra W. inſtituere in animo habet, alternativè petere vellet, W. ſua bona feudalia perdidiſſe declarare, vel illum alia quadam pœna mulctare: Et W. contra hoc de obſcuritate libelli excipere vellet, quod illa inſtituta actio ſive querela de jure nullo modo admittenda eſſet, etiam eo caſu, quo *textus capit. 68.* Lehenrecht / eo modo, prout ſuperius in hac quæſtione mentio facta fuit, interpretari deberet.

Namq;

86 Namq; clari & indubitati juris eſt, † ſi dominus feudi, qui contra vaſallum propter feloniam perpetratam egit, ad privationem feudi probet, vaſallum quidem delictum aliquod, ſed non dignum privatione feudi perpetraſſe, Pares curiæ coram quibus hæc controverſia vertitur, non modò non poſſe vaſallum feudo privare, ſed ne alia quidem pœna ipſum afficere, licet ſtatuto forſan vel conſuetudine loci introductum ſit, ut dominus feudi contra vaſallum coram Paribus curiæ non tantùm ad privationem feudi, verùm etiam ad aliam pœnam agere poſſit. Quam ſententiam primò confirmat id, quod Dd. noſtri magis communiter tradunt, ſi is, qui contra aliquem agit, ad certam pœnam, probet reum conventum quidem delictum pœna dignum perpetraſſe, ſed illud delictum non mereatur pœnam petitam, judicem cogi reum conventum abſolvere, neque poſſe reum conventum nedum ad pœnam petitam, ſed ne aliam pœnam quidem, minorem nempe vel ſimilem pœnæ petitæ condemnare. *Ioan Andre. in addit. ad Speculat. Rubr. de accuſatio 4. parte. Cyn. & Bald. l. 2. C. de probatio. Bart. l. in deli lic. §. ſi detracta. ff. de noxalib. actionib. Bart. l. denunciaſſe. § quid tamen ff. ad l. Iul. de adult. Bart. conſil. 117. lib. 1. Bart. quæſt. 17. Abb. c. examinata. extr. de judic. Abb. c. conqueſtus. ext. de for. compet. Abb. c. licet. & ibi Felin. numer. 40. & Dec. numer. 24. extra de probatio. Alex. conſil. 121. numer. 12. l. 1. Dec. c. 2. numer. 13. extr. de de reſcript.* Et hoc potiſſimum procedit eo caſu,
87 quando † pœna minor non continetur ſub majori. *Bald. l. edita lectu. 1. num. 32. C. edend.*

Secundò hanc ſententiam confirmat, quod ſententia debeat eſſe conformis libello, *l. ut fundum. ff. communi divid. c. qualiter & quando el. 2. extr. de accuſat. c. licet. Heli, & ibi Felin. extra de ſumpt.*

Tertiò hanc opinionem probat, quod judex non poſſit condemnare reum ad aliud quàm ad id quod petitum eſt, *l. fin. C. de fideicomm. libertat. Bald. l. etſi ſeverior. C in quib. cauſ. infam. irrogat.* Igitur ſequitur, ſi dominus contra vaſallum egerit ad privationem feudi, judicem, qui de hac cauſa cognoſcit, non poſſe vaſallum ad aliam pœnam quàm privationem feudi condemnare.

Quartò ad hanc ſententiam comprobandam adduci poteſt id quod traditur, ubi † mutata qualitate mutatur cauſa & 88
actio non poſſe ſequi condemnationem, *Bald. l. 1. numer. 47. C. qui accuſ. poſſ.* Sed certum eſt, quod quando dominus feudi, qui agit contra vaſallum quaſi ex delicto privatione feudi digno, probat vaſallum perpetraſſe delictum, ſed non dignum privatione feudi, mutari & cauſam petendi & actionem. Igitur ſequitur, quod hoc caſu judex, qui de hac cauſa cognoſcit, ſententiam condemnatoriam proferre nequeat.

Quintò, ſententia † condemnatoria 89
proferri nequit, ubicunq; variatur alterum ex tribus ſubſtantialibus libelli, res nempe petita cauſa petendi vel actio propoſita, *Bald. l. 1. numer. 1. C. ut in poſſeſſio. legato. Alex. in addit. ad Bartol. l. habebat. in princ. ff. de inſtit. actio.*

Sed certum eſt, quod eo caſu, quo dominus feudi qui contra vaſallum egit, ad privationem feudi quaſi ex delicto privatione feudi digno probat, vaſallum delictum ſed non dignum privatione feudi perpetraſſe, non tantùm unum ex prædictis ſubſtantialibus libelli, ſed omnia ſubſtantialia libelli variari. Namq; primò variatur res petita, pœna nempe. Secundò variatur cauſa petendi qualitas nempe ſive modus delicti. Tertiò & actio propoſita. Cum clari juris ſit, aliam eſſe actionem qua agitur contra vaſallum, ad privationem feudi, & aliam eſſe actionem qua agitur contra vaſallum ad aliam pœnam. Igitur ſequitur, ſi dominus feudi qui contra vaſallum ad privationem feudi agit, quaſi ex delicto privatione feudi digno, probet vaſallum quidem perpetraſſe delictum, ſed non dignum privatione feudi, judicem qui de hac cauſa cognoſcit, non poſſe vaſallum condemnare, ne dum ad privationem feudi ſed nec ad aliam quidem pœnam.

Sextò hanc ſententiam confirmat, quod is qui ex una cauſa agit, licet ipſe probet, rem petitam ſibi ex alia cauſa debitam in cauſa minimè obtineat, *l. 1. ff. ſi menſor. fal. mod. l. habebat, in princip. & ibi Bart. ff. de inſtit. actio. c. Abbate, de ſenten. & re judicat. lib. 6. Bart. l. 1. in princip. ff. de eden. Alex. l. ſi ita ſtipulatus §. Chryſogonus. ff. de verb. obligatio. Alex. conſil. 121. lib. 1. & conſil. 56. numer. 1. lib. 2.*

Et

Et ſi per prædicta ſatis probatum eſt, ſi dominus feudi, qui contra vaſallum agit ad privationem feudi quaſi ex delicto privatione feudi digno, probet vaſallum quidem perperaſſe delictum, ſed non dignum privatione feudi, judicem, qui de hac cauſa cognoſcit, non poſſe vaſallum condemnare, nedum ad privationem feudi, ſed ne ad aliam pœnam quidem.

90 Cæterùm, quod † libellus, in quo dominus feudi contra vaſallum agit alternativè vel ad privationem feudi vel ad aliam pœnam non procedat, etiam poſito, quod ſecundum juris Saxonici diſpoſitionem domino feudi permiſſum ſit contra vaſallum coràm Paribus curiæ agere, non tantum ad privationem feudi, ſed etiam ad aliam pœnam evidenti ratione probatur. Namque cum omnis alternatio obſcuritatem ſive incertitudinem pariat, *l. tutor ita rectè. ff. de teſtament. tut. l. ſi ita. ff. de ſtipulat. ſervor. l. cum quidam. C. de verborum ſignificatione. Cardinal. Pariſ. conſil. 12. num. 52. lib. 2. Aymon. Cravett. conſil. 157. numer. 11. lib. 1.* & legibus expreſsè cautum, & à Doctoribus noſtris communiter traditum eſt, libellum alternativum, parte excipiente contra hunc libellum non admittendum eſſe, *l. Prætor ait. §. quod autem Prætor. & ibi Bartol. ff. de injur. Bartol. & Iaſ. l. ubi autem. §. qui illud, aut illud. ff. de verborum obligationib. Alexand. l. Gallus. §. ſi ejus. ff. de liber. & poſthum.*

Quare ſi Illuſtris ſenior Dux S. in libello contra Nobilem W. porrecto, alternativè petierit Nobilem W. condemnari vel ad privationem feudi vel aliam pœnam, permittitur Nobili W. contra hanc actionem inſtitutam ſive contra libellum de obſcuritate ſive incertitudine excipere. Conſulo tamen Nobili W. ſi ipſe con-
91 tra † libellum porrectum vel actionem inſtitutam de incertitudine ſive obſcuritate excipere velit, ut ipſe non petat libellum obſcurum, incertum, vel generalem declarari, ſed dicat libellum non procedere propter obſcuritatem, generalitatem vel incertitudinem, petatq; ſe eam ob cauſam ab inſtantia cum expenſis abſolvi.

Namque ſi ipſe Nobilis W. de M. peteret libellum incertum, generalem vel obſcurum, declarari ipſe actorem inſtrueret, atque actore volente libellum ſuum declarare, Judex Reum ab inſtantia abſolvere non poſſet. Sin autem Nobilis W. diceret, libellum propter obſcuritatem generalitatem, ſive incertitudinem non procedere, Judex non poſſet pronunciare, ut actor libellum obſcurum declaret, ſed cogeretur Nobilem W. de M. actore in expenſis condemnato ab obſervatione judicii abſolvere, *Specul. §. fin. verſ. ſit cautus. de libell. concept. Anton. de Butr. c. fin. extr. de libell. oblatio. Paul. de Caſtr. & Alexand. lib. 1. in princip. ff. de edend. Paul. de Caſtr. l. edita. & ibi Iaſ. num. 6. C. de edend. Lanfr. c. quoniam contra. ver. petitiones. num. 7. extr. de probat. Felin. cap. 2. extr. de libell. oblatio. Iaſ. l. ſi per errorem. num. 19 ff. de jurisdict. omnium judic.*

Ad decimam nonam quæſtionem exiſtimo ego, quod Reus W. jure poſſit per viam dilatoriæ exceptiones petere & impetrare ſe ſuis honoribus & Natalitiis præ omnibus aliis reſtitui.

Simili modo ſi Reus W. per viam exceptionis dilatoriæ petere vellet, illi ſuam cuſtodiam relaxare, illumq; præ omnibus aliis liberum reddere, eo ipſo de jure audiri debeat, neque teneretur ad inſtitutam actionem reſpondere, donec ipſi incarceratio remitteretur & in priſtinam ſuam libertatem plenariè reſtitueretur. Et ſi Reo W. de M. per interlocutoriam injungeretur, his aliisvè exceptionibus non conſideratis ad inſtitutam actionem ſive querelam reſpondere, & ſe per hoc gravatum ſentiret, poſſet de hac interlocutoria ad Cameram Imperialem appellare.

Namque clari & indubitati juris eſt,
quod † ſpoliatus ſpoliatori ſuo, ſi contra 92
ipſum agat, exceptionem ſpolii in modum exceptionis dilatoriæ objicere poſſit, quodque ſpoliatus, ſi ipſe ſpoliatori hanc exceptionem objecerit, actione contra ſe inſtitutæ, reſpondere non teneatur, antequam ipſi plenaria reſtitutio fiat, non tantùm illius rei, qua ipſe ſpoliatus fuit; ſed etiam omnium & damnorum & Intereſſe, *c. nullus. & ibi gl. 2. q. 2. c. cum Eccleſia. c. ejectis. & c. ſi Epiſcopus. 3. q. 2 c. redintegranda. 3. q. 1. c. item cum quis extr. de reſtitut. ſpoliator. Archidiac. cap. cum Eccleſia. 3. q. 2. Ioannes Andre. c. 1. §. illum. & ibi Geminia. nu. 31. de reſtitut. ſpoliator. lib. 6. Bald. cap. conquerente. extr. eod. tit. Abbas cap. accedens. el. 2. num. 6. extr. ut lite non conteſt. Socin. conſ. 12. nu. 14. & 15. lib. 1. Iaſon authent. qui rem. n. 16. verſ. quinto adde. C. de ſacroſanct. Eccleſiis. Franciſc. Ripa. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſ. Aymon. Cravet conſ. 140. num. 3. fac. id.*

quod

quod tradit Card. Pariſ. conſil. 41. numer. 42.
lib. 1. quod procedit non tantùm, ſi quis
93 bonis † ſuis vel rebus ſuis; ſed etiam ſi
quis ſtatu, dignitate ſive libertate ſua
privatus fuerit, ſicut hoc ſatis probat *gl.*
c. nullus 2. quæſt. 2. namque gloß. ibi ex-
preſſè dicit, injuſtè excommunicatum
vel ſuſpenſum à dignitate, ſive officio
& ſic ſpoliatum communione hominum
ſive dignitate ſua, ſpoliatori contra ſe
agenti, exceptionem ſpolii objicere at-
que impetrare poſſe, ut ipſi & commu-
nio hominum & dignitas reſtituatur,
antequam ipſe actioni inſtitutæ reſpon-
dere cogatur, quam *gloß.* refert atque
ſequitur *Abb. Panorm. c. querelam. numer.*
13. extr. de electio. Secundò hanc ſen-
tentiam probat *text. ſuper cauſa numer. 1.*
gloß. 2 quæſt. 5. c. Epiſcopi. 3. quæſt. 1. &
c. ſi Epiſcopus 3. q. 2. Namq; ex illis texti-
bus ſatis liquet atq; patet, quod ſpoliatus
ſacerdotali vel Epiſcopali dignitate ſpo-
liatori exceptionem ſpolii objicere atq;
impetrare poſſit, ut ipſe antè omnia ad
hanc dignitatem reſtituatur. Tertiò, ad
hanc ſententiam confirmandam adduci
poteſt id, quod tradit *Card. Pariſ. conſ. 98.*
nu. 1 lib. 2. namq; *Card. Pariſ.* ibidem conclu-
dit, ſpoliatum ſtatu aliquo petere atq; im-
petrare poſſe, ut ipſe ante omnia ad illum
ſtatum reſtituatur. Quartò hoc quaſi in ſpe-
cie decidit *Alex. conſ. 241. nu. 5. lib. 6.* ubi di-
cit, cum carceratus ſive detentus ab ali-
quo, libertate ſua ſpoliatus dicatur ipſum
petere atq; impetrare poſſe, ut ipſe ante
omnia ex carcere ſive detentione relaxe-
tur atq; ad libertatem priſtinam reſtitua-
tur. Quintò hanc ſententiam probat textus
c. accedens extr. de Procuratorib. Namque
textus ibi expreſſè decidit, ſi reus con-
ventus ſub poteſtate actoris teneatur
ipſum petere atque impetrare poſſe, ut
ipſe antequam reſpondeat actioni con-
tra ſe inſtitutæ, plenè libertati reſtituatur.
Quare cum Nobilis W. teneatur in po-
teſtate illuſtris ſenioris D. S. nempe
In ſeiner Fürſtlichen Gnaden Beſtrickung:
& ipſe libertate ſua ſpoliatus intelligatur
eam ob cauſam, quod ipſi vigore der Be-
ſtrickung / ex loco certo recedere non
licet, juxta *l. 2. ff. deliber. hom. exhiben.*
ſequitur ipſum, antequam reſpondeat
actioni contra ſe ab Illuſtri ſeniori D. S.
inſtitutæ, dilatoriæ excipiendo impetrare
poſſe, & ut ipſe libertati ſuæ plenè reſti-
tuatur, Und daß ihn die Beſtrickung
erlaſſen werde. Et ſic per prædicta
concludo, Nobilem W. contra actio-
nem ab Illuſtri ſeniori D. S. inſti-
tuendam dilatoriæ excipere poſſe, ut
ipſe & nobilitati, ſive dignitati & liber-
tati plenè reſtituatur, antequam actio-
ni contra ſe inſtitutæ reſpondeat. Nec
obſtat huic ſententiæ, quod † exceptio 94
ſpoliationis in vim dilatoriæ exce-
ptionis opponi non poſſit, niſi eo ca-
ſu tantùm, quando ſpoliatus crimi-
naliter accuſatur, *cap. frequens. de re-*
ſtitutio. ſpoliat. lib. 6. Quia reſpondeo,
hoc procedere illo caſu tantùm, quan-
do exceptio ſpoliationis in vim dila-
toriæ exceptionis opponitur non ipſi
ſpoliatori, ſed tertio cuidam. Secus eſt,
ſi quis exceptionem ſpoliationis dila-
toriæ objicere vellet ipſi ſpoliatori,
hoc enim indiſtinctè permiſſum eſt,
ſive ſpoliatus conveniatur civiliter,
ſive criminaliter, ſicut hoc expreſſè
probatur, ſumpto argumento à con-
trario ſenſu, per *text. in d. cap. 1.*
ver. ſtatuimus. verſ. ab alio quam ab a-
ctore de reſtitut. ſpoliato. lib. 6. & idem
tenet Socin. conſil. 12. numer. 15. lib. 1.
ubi refert. & Ioann. Andre. & Domin.
hanc ſententiam amplecti. Similiter
non obſtat † huic noſtræ ſententiæ
textus cap. 1. §. illum de reſtitut. ſpo- 95
liat. dum ille text. dicit, exceptio-
nem ſpoliationis non aliter in modum
exceptionis dilatoriæ objici poſſe, ni-
ſi quis vel omnibus bonis vel majori
parte bonorum ſpoliatus fuerit, quia
reſpondeo primò, illum textum non pro-
cedere, quando quis libertate ſive dignitate
ſua ſpoliatus fuit, tum quia jure antiquo
expreſſè cautum eſt, ſpoliatum dignitate
ſive libertate exceptionem ſpolii in mo-
dum dilatoriæ exceptionis objicere poſſe,
d. c. nullus. & ibi gloß. 2. quæſt. 2. c. ſuper cauſa,
juncta gloß. 2. quæſt. 5. c. Epiſcopi. 3. quæſt. 1.
& c. ſi Epiſcopus 3. quæſt. 2. quæ jura antiqua
cum illa expreſſè correcta non reperian-
tur, etiam hodie ſequenda ſunt, *arg. l.*
præcipimus C. de appellatio. l. ſancimus. C. de
teſtam. tum quia, cum † libertas eſt inæſti- 96
mabilis res. *l. Procurator. §. fin. ff. ad exhiben.*
l. libertas inæſtimabilis & l. non eſt. §. infinita.
ff. de reg. jur. §. pen. verſ. ſed cum libertas. Inſtit.
qui manumittere non poſſunt, & rebus omni-
bus favorabilior ſit, *l. libertas, omnibus. ff. de*
reg. jur.

Digitized by Google

reg. jur. & diſpendium honoris ſive dignitatis æquiparetur diſpendio vitæ, *l. iſti quidem. §. pen. ff. quod metus cauſ.* quæ vita ſimiliter rebus omnibus & carior & præſtantior eſt, atque ei, qui vel rebus ſuis omnibus, vel majori parte rerum ſpoliatus eſt, permittatur exceptionem ſpolii in modum exceptionis dilatoriæ objicere, ſequitur quod multò magis ei, qui libertate, dignitate ſive honore ſuo ſpoliatus eſt, permittatur hanc exceptionem ſpolii in modum exceptionis dilatoriæ objicere. Et quod Nobilis Wolfgangus dilatoriæ exci-
97 piendo poſſit petere † ſe declarari Nobilem, ſibique nobilitatem reſtitui, & illa ratione ſuaderi poteſt, quod cum omnes Pares curiæ electi ab Illuſtri ſeniori D. S. Nobiles ſint, atque ſecundum communem & receptam Doctorum ſententiam Pares curiæ ejuſdem conditionis & qualitatis eſſe debeant, cujus conditionis & qualitatis eſt vaſallus conventus, *Innocentius & Ioann. Andr. cap. cæterum. & ibi Baldus num. 3. & Abbas num. 14. extr. de judic. Odofred. in ſumma in tit. qui poſſ. de feud. cognoſc. Ioann. Raner. cap. 1. §. præterea ſi inter. de prohib. feud. alienat. per Frideric. Alexand. conſil. 79. in princip. lib. 1. Iacob. de S. Georg. in tractat. feudal. ver. & dicti vaſalli. num. 10.* ubi ipſe hanc ſententiam communem eſſe dicit, ante omnia conſtare debeat, utrum W. Nobilis ſit an verò non.

Ad vigeſimam quæſtionem quod attinet, eſt clari juris, quod Reus W. jure poſſit ante litis conteſtationem contra intentatam actionem excipere, & in cauſa ulterius non procedere, ſed ſe à proceſſu judicii cum refuſione omnium expenſarum & damnorum perpeſſorum abſolvi petere eo caſu, ſi cauſæ in inſtituta actione allegatæ irrationabiles ejusq; naturæ vel valoris nõ eſſent, quod propterea ullus vaſallus bonorum ſuorum feudalium privari poſſit.

Namque clari atque indubitati juris eſt, q eo caſu quo apparet cauſas inſertas actioni à domino feudi contra vaſallum ad privationem feudi inſtitutæ, non eſſe talis, propter quas vaſallus feudo privari poſſit, liquidum ſit, dominum feudi ſine actione experiri.

Et ſimili modo clari juris eſt, quod o-
98 mnis † exceptio, per quem intenditur actorem actionem non habere ante litem conteſtatam ad impediendum proceſſum ſive litis ingreſſum opponi poſſit; *Bartol. l. ſi pupilli. §. videamus argum. illius text. ff. de negot. geſt. Bartol. Alexand. Iaſ. & Doctores l. nam & poſtea. in princip. ff. de jurejurand. Felin. cap. exceptionem, numer. 34. & 35. extr. de exceptio.*

Ad vigeſimam primam quæſtionem exiſtimo juri conſonum eſſe, cum ſenior Dux S. vigore citationis in ſua actione petere velit W. tanquam perjurum & perſonam diffamatam & infamem bonorum ſuorum feudalium & honorum privari, & quod ita illa actio Reo in detrimentum honoris famæque vergere vult, quod W. de jure poſſit contra obſcuritatem ſive generalitatem libelli excipere, & petere ſe ab inſtituta actione & judicio cum refuſione omnium expenſarum damnorumque liberare eo caſu, ſi in producto libello in omnibus vel quibuſdam punctis, circumſtantiæ temporis, loci, perſonarum & ſimilium ratione attentatæ feloniæ non eſſent ſpecificatæ.

Namque certum eſt, quod † libellus 99
actionis etiam civiliter intentatæ, Reo excipiente non procedat, niſi in illo locus, tempus, perſonæ, reliquæque circumſtantiæ expreſſæ ſunt, eo caſu, quando actio inſtituta eſt talis, ut ex illa Reus condemnatus notaretur infamia juris vel facti, *Bartol. & Alexand. l. 1. in princip. ff. de eden. Bartol. l. item exigit ff. de dolo. Bartol. l. Prætor. edixit. in princip. ff. de injur. Bartol. l. 1. §. ſive autem. ff. de vi & vi armat. Bart. Alex. & Dd. l. edita. C. de edend. Salicet. l. atrocem. C. de injur. Anton. de Butr. Abbas & Ioann. de Immol. cap. tuæ. extr. de Procuratorib. Raph. Fulgoſ. & Aretin. d. l. edita. & ibi Iaſ. num. 82. Angel. in tractat. de maleſic. ver. in platea communi. num. 13. Gandin. in tractat. de maleſic. ſub Rubric. qualiter fiet accuſatio. Alexand. conſ. 6. lib. 3. Cornel. conſil. 80. num. 13. lib. 3. Socin. conſ. 146. num. 84. lib. 1. & conſil. 9. lib. 9. Maran. in Specul. aur. 4. part. §. 1. num. 3.*

Et in ſpecie, quod in † libello, in quo 100
dominus feudi contra vaſallum ad privationem feudi civiliter agit, ſint exprimendæ, locus, tempus, perſonæ, reliquæq; circumſtantiæ, quodq; libellus parte opponente non procedat, expreſsè atque in ſpecie tradit *Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. ver. dictiq; vaſalli. num. 56.*

Et licet in hoc contrarium teneant *Bald. Præpoſit. & Matth. de Afflict. cap. 1. §. item ſi fidelis.*

Digitized by Google

fidelit. quib. mod. feud. amitt. tamen illorum ſententia illo tantum caſu procedit, quando actio à Domino contra vaſallum inſtituta talis eſt, ex qua vaſallus condemnatus, neque juris neque facti infamia notaretur, ſecus autem eſt, ſi actio inſtituta talis ſit, ex qua vaſallus condemnatus, de jure vel de facto infamis efficeretur, tunc enim ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam, quæ etiam in practica teſte *Baldo & Iacobino de San. Georgio* ſervatur, libellus non aliter procederet, niſi in eo, locus, tempus perſonæ reliquæque circumſtantiæ expreſſæ ſint.

AD CITATIONEM.

Vigeſimam ſecundam quæſtionem quod attinet, Exiſtimo Reum W. per Procuratorem benè comparere poſſe, neque teneri, in propria perſona comparere, præſertim quoad primum terminum, in quo ille ſine dubio nihil aliud quàm ſuas exceptiones dilatorias, declinatorias, & peremptoriales ad impediendum litis ingreſſum propoſiturus eſt. Et caſu, quod illæ per interlocutoriam contra æquitatem rejicerentur, ab illa interlocutoria ad Cameram Imperialem appellare, & Apoſtolos ſuper hoc cum debita ſolennitate petiturus ſit.

Et quod in cauſa feudali quis poſſit comparere per Procuratorem præſertim quoad exceptiones dilatorias, declinatorias & peremptoriales ad impediendum litis ingreſſum, opponendam, ſupra latè docuimus.

Quod pro verò vigeſimo tertio inter-
101 rogatus cum vigore † juramenti aulæ, nullus aulicus donationes vel munera ſub pœna indignationis ſive inclementiæ ſui Principis vel domini recipere debeat. Num juramentum illud aulicum ejus ſit efficaciæ & operationis, quod Conſiliarius aulicus, eo caſu, ſi contra hoc juramentum, munera vel donationes acciperet, propterea bona ſua feudalia perdiderit.

Ad hoc mea eſt opinio, quod dictum juramentum aulicum ejus operationis vel efficaciæ non ſit, quod ille Conſiliarius aulicus, qui contra illud juramentum munera vel donationes recepit, propterea bona ſua feudalia perdiderit.

Namq; ſecundum communem atque receptam Doctorum ſententiam, hæc verba (*Indignationem noſtram incurret*, ſive *non vitabit*) important 102
non privationem feudi aut beneficii, ſed impoſitionem tantum extra ordinariæ pœnæ, *Bartol. in conſtitut. qui ſunt rebelles verbor. indignationem, Bald. Authent. ſtatuimus. C de Epiſcop. & cleric. Alex. conſil. 11. numer. 5. & conſil. 103. numer. 14 lib. 1. Alvarot. & Præpoſ. d. c. 1. ſed ſi delator, quæ fuit pri. cauſ. Iaſon l. 1. in princi numer. 2. ff. ſi quis jus dic. non obtempera. Guibel. de Per. in tractat. de rege & regina numer. 33.* quæ ſententia cum ſit communis illa & in judicando & in conſulendo ſequenda eſt, *l. 1. & ibi Bald. ff. de ſenatoribus. l. 1. & ibi Bald. ff. de offic. quæſtor. l. Athletas. & ibi Bald. ff. de his qui notan. infam. Abb. Felin. & Dec. c. 1. extr. de conſtitut.* licet contrarium ſed malè teneat *Bald. & Matth. de Aſflict. d. §. ſed & ſi delator. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. ver. ſed an Princeps. numer. 5. Felin. c. quod olim. extr. de Iudæ.*

Nec obſtat huic noſtræ ſententiæ *text. cum gloſ. d. §. ſed & ſi delator.* Nathque ad illum textum Dd. in locis præallegatis communiter reſpondent, hoc, quod iſta verba (*Indignationem noſtram non evitabit*) in caſu illius textus privationem ſive amiſſionem feudi denotent, in caſu illius textus ſpeciale eſſe, tum propter ſubjectam materiam, tum quia textus ille ulterius procedit diſponendo, ideoque diſpoſitionem illius textus ad alios caſus minimè extendendam, juxta *text. l. ſin ſingulare & l. quod vero. ff. de legib.* Et poſito, ſed tamen non conceſſo, hæc verba ſub indignatione noſtræ, vel indignationem noſtram non evitabit, in diſpoſitione aliqua poſita ſecundum veram atque propriam vocabuli ſignificationem feudi amiſſionem importare, ſive denotare, tamen hoc ita demum verum eſſet, quando hæc diſpoſitio refertur ad illas perſonas, ſive concernit illas perſonas quæ feuda habent, ſecus autem eſt, quando hæc diſpoſitio refertur ad illas perſonas, quæ non habent feuda, tunc enim hæc

verba

verba pœnam extraordinariam denotant, *Bald. l. cunctos populos. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. Angel. l. ſi vacantia. C. de benefic. vacantib. lib. 10. Felin d. c. quod olim.*

Idem eſt, ſi illa diſpoſitio, in qua ponuntur hæc verba, Sub indignatione noſtra ſive indignationem noſtram non evitabit, reſpiciat plures perſonas, quarum quædam habent feuda, quædam verò non, tunc præfata verba ita interpretanda ſunt, ut intelligantur de illa pœna, quæ convenire poteſt omnibus illis perſonis, quas perſonas hæc diſpoſitio reſpicit, de extraordinaria nempe.

Namque clari juris eſt, quod verba poſita in diſpoſitione aliqua, quæ verba nunc hanc nunc illam pœnam importare poſſunt, intelligantur, de illa pœna, quæ omnibus illis perſonis, quas perſonas hæc diſpoſitio reſpicit, convenire poteſt, *argument. l. jam hoc jure, & ibi Iaſon & Doctores ff. de vulgar. & pupilla. ſubſtitut. l. ſi legatarius. ff. final. & ibi Bartolus ff. de legat. 3. l. in teſtamento. C. de milutar. teſtament. l. quamvis. & l. hæreditatis. C. de impuber. & alijs ſubſtitut. Iaſon l. 1. ff. ſed ſi mihi ff. de verborum obligationib.*

103 Quare cum præfatum † juramentum de non recipiendo dona ſive munera ſub evitatione indignationis Principis præſtetur ab omnibus aulicis ſive Conſiliariis Illuſtrium Ducum S. non tantùm ab illis, qui ab Illuſtribus Ducibus S. feuda tenent, ſed etiam ab illis, qui ab Illuſtribus Ducibus S. nulla feuda habent, ſequitur, hæc verba intelligenda de tali pœna, quæ omnibus Conſiliariis ſive aulicis æqualiter convenire poteſt, & cum pœna privationis ſive amiſſionis feudi omnibus aulicis ſive Conſiliariis Illuſtrium Ducum S. æqualiter convenire nequeat, hæc verba ita interpretanda eſſe, ut is, qui contra hoc juramentum præſtitum dona ſive munera recipit, non privatione feudi, ſed arbitraria mulcta puniatur.

Et cum per prædicta verba non denotetur, ut is, qui contra juramentum dona ſive munera recipit, feudo privetur, ſupervacuum eſſe duxi in noſtro caſu, in quo de privatione feudi agitur diſputare, quas donationes aulici vigore prædicti juramenti recipere prohibeantur.

Quod ad vigeſimam quartam quæſtionem attinet, ego credo Nobilem Wolfgangum nihil deliqniſſe in hoc, quod ipſe pagum H. in recompenſationem partim meritorum & ſervitiorum quæ ipſe J. F. Illuſtri quondam Duce S. patri actoris præſtitit, partim ſalarii ſui atque damnorum & Intereſſe, ad quæ ipſe prædictus N. Illuſtris quondam Dux S. obligatus fuit, ab Illuſtribus Ducibus S. accepit, & hac ſententiam tenendam multis firmiſſimis rationibus moveor.

Namque primò, cum hic pagus Nobili Wolfgango ab Illuſtriſſimo Duce S. patre actoris conceſſus & traditus fuerit longè ante mortem ſuam, & ante conditum teſtamentum, in quo ipſe prohibuit bona ad menſam Ducum ſpectantia, alienare dici non poteſt, Nobilem W. contra teſtamentum poſtea conditum vel contra ultimam voluntatem Illuſtriſſimi defuncti Ducis S. quicquam feciſſe.

Nec obſtat, quod hæc alienatio non fuerit omninò perfecta, vivente Illuſtriſſimo Duce S. patre actoris. Namque hæc alienatio imperfecta, licet non fuerit ejus efficaciæ, ut per illam dominium prædicti pagi in Nobilem Wolfgangum tranſlatum fuerit, tamen ejus vigoris eſt, ut denotet hunc pagum non contrà, ſed ſecundum voluntatem quondam Illuſtriſſimi Ducis S. in Nobilem W. alienatum eſſe.

Namque licet † ex contractu imperfecto dominium non transferatur, contractus tamen imperfectus efficax eſt, ut declaret, voluntatem contrahentium eſſe, quod velint dominium transferri, ſicut in ſimili, licet teſtamentum imperfectum ad translationem dominii efficax non ſit, teſtamentum tamen imperfectum ejus efficaciæ eſt, ut declaret, teſtatorem voluiſſe dominium alicujus rei in alium transferri, *l. final. ff. de reb. eo. qui ſub tuto. ſive cura. ſunt.* 104

Secundò, hanc ſententiam confirmat, quod † prohibitio alienationis à teſtatore in ultima voluntate facta, non valeat eo caſu, quando huic prohibitioni cauſa adjecta ſive inſerta non eſt, *l. ſi filiusfamilias.* 105

familiâs. §. divi. & ibi Dd. ff. de legat. 1. l. quoties. C. de fideicommiß.

Quare ſi Illuſtriſſimus quondam Dux S. ſimpliciter & nulla cauſa inſerta prohibuiſſet, bona ad menſam ſive Cameram Ducũ ſpectantia alienare, ſequeretur, hanc prohibitionem nullam eſſe, nec Nobilem Wolfgangum quicquam deliquiſſe in hoc quod ipſe prædictum pagum contra diſpoſitionem teſtatoris alienationis titulo accepiſſet.

Tertiò, res in teſtamento ſive ultima voluntate alienari prohibitæ ex cauſa remunerationis meritorum præcedentium alienari poſſunt, *Iaſon Authent. res quæ. col. 2. limit. 5. C. com. de legat. Tiraquell. repetit. l. ſi. unquam. ver. donatione largitus. num. 42. C. de revocand. donat.* quàm ſententiam confirmat id, quod regulariter illa, quæ alienari prohibita ſunt, ob remunerationem alienari poſſunt, *Bart. in ſupra ſcriptione proœmij Digeſtorum. Abb. c. per tuas. col. 2. extr. de donatio. Iaſon l. ex hoc jure octavo effectu. ff. de juſt. & jur. Iaſon l. ſi non ſortem §. ſi libertus 6. effectu. ff. de condict. indeb.* Ideoque licet tutor & curator, res pupilli vel minoris donare nequeant, tamen, tam tutor quàm curator res tam pupilli quàm minoris ex cauſa remunerationis donare poſſunt, *l. cum plures. §. cum tutor. & ib. gloß. ff. de adminiſt. tutor. l. qui filium. ff. ubi pupill. educ. debe. Rapha. Cuma. conſ. 101.* Et licet Procurator generalis donare nequeat, Procuratorem tamen generalem ex cauſa remunerationis donare poſſe receptum eſt, *l. filius. in princ. ff. de donatio. Bart. l. ambitioſa. ff. de decret. ab ord. facien. Franc. Aretin. conſ. 24.* ſimiliter Prælatus, qui alioquin res Eccleſiæ alienare prohibetur, eas res ex cauſa remunerationis meritorum alienare poteſt, *l. jubemus nulli. §. ſcientes. & ibi gloß. ver. permiſſam. & Alber & Bart. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & minor rem immobilem, quam alioquin ſine decreto alienare non poteſt, ex cauſa remunerationis ſive decreto alienare poteſt, *Roman. l. ſi ante nuptias. ff. ſolut matrimon. Alciat. l. creditores. ff. de verbor. ſignificat.*

Huc accedit, quod mulier rem quam prohibente ſtatuto alioquin abſque conſenſu mariti donare non poteſt, ob remunerationem ſervitiorum ſive meritorum præcedentium donare poſſit, *Paulus de Caſtro conſil. 172. lib. 2.* quodq; Decuriones alioquin prohibiti donare res civitatis, eaſdem res ob remunerationem meritorum ſive ſervitiorum donare poſſint, *Bartolus l. ambitioſa. ff. de decret. ab ordin. faciend.*

His adde, licet libertus prohibitus ſit bona ſua titulo donationis diminuere, in fraudem legitimæ patrono ex hiſce bonis debitæ, libertum tamen in fraudem legitimæ patrono debitæ ex cauſa meritorum præcedentium de bonis ſuis donare poſſe; *l. unus libertus. ff. ſi quid in fraud. patron. Baldus l. 2. oppoſit. 4. C. de inoff. donatio. Roman. l. ſi verò. §. de viro. 48. fallent. ff. ſolut. matrimon. Corn. conſil. 178. col. fin. lib. 2. Iaſon Authent. unde ſi parens. col. fin. C. de inoff. donatio.*

Quare cum prædictus pagus ſit conceſſus Nobili Wolfgango in remunerationem meritorum ſive ſervitiorum præcedentium, dubium non eſt, hanc conceſſionem juſtè atque legitimè factam fuiſſe, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, hunc pagum comprehendi ſub rebus in teſtamento Illuſtriſſimi defuncti D. S. alienari prohibitis.

Quartò, † res prohibitæ alienari, 107
poſſunt alienari accedente conſenſu omnium, quorum favore alienatio prohibita eſt, *l. nihil. §. in omnibus. ff. de legat. 1. l. quoties. & ibi Iaſ. C. de fideicomm.*

Quare cum Illuſtriſſimus D. S. defunctus prohibuerit alienare res ſive bona ad menſam ſive Cameram Ducalem pertinentia, tàntùm favore filiorum ſuorum, atque prædictus pagus in Nobilem W. fuerit alienatus accedente conſenſu omnium fratrum Illuſtrium D. S. Illuſtriſſimi ſenioris D. S. filiorum, quorum favore hæc prohibitio facta fuit, dubium non eſt, hanc alienationem juſtè atque legitimè factam fuiſſe, & Nobilem W. nihil deliquiſſe in hoc, quod ipſe hunc pagum accepit.

Quintò poſito, ſed tamen non conceſſo, Illuſtres juniores D. S. hunc pagum nullo jure contra prohibitionem patris ſui alienaſſe, tamen ipſi hunc pagum alienatum à Nobili W. repetere non poſſent, ſicut hoc expreſsè probat *text. l. cum pater. §. libertus. ff. de legat. 3. Iaſ. l. filiusfamiliâs. §. divi. ff. de legat. 1.*

Sextò, poſito ſed tamen minimè conceſſo Nobilem Wolfgangum deliquiſſe contra teſtamentum ſive ultimam voluntatem Illuſtriſſimi quondam Ducis S. in hoc, quod ipſe prædictum pagum ab Illuſtribus junioribus Ducib. S. accepit,

tamen

tamen cum Illuſtres juniores D. S. æquè deliquerint in hoc, quod ipſi contra teſtamentum patris hanc alienationem fecerunt, ipſi Illuſtres juniores D. S. hoc delictum Nobili W. neq; objicere neq; ex hoc delicto contra Nobilem W. agere poſſent.

108 Namq; clari juris eſt, † paria delicta mutua compenſatione tolli, *l. ſi duo. ff. de dolo. l. ſi ambo. in princip. ff. de compenſatio. l. cum mulier. & ibi Bartol. Bald. & Alexand. ff. ſolut. matrim. l. vire uxori. & ibi Paul. de Caſtr. ff. eod. tit. Abb. Fel. & Dec. c. dilecti filij. extr. de exceptio.*

Septimò, poſito, ſed tamen non conceſſo, Nobil. W. de M. & delictum perpetraſſe in hoc, quod ipſe hunc pagum ab Illuſtrib. juniorib. Ducibus S. accepit, atque Illuſtres juniores Duces S. ex hoc delicto contra Nobil. W. agere poſſe, tamen ipſi nō poſſunt contra ipſum agere, ad hunc finem, ut ipſe hoc pago aliisq; feudis ſuis privetur.

109 Namque clari juris eſt, quod † vaſallus non privetur feudo, niſi ex cauſa in conſuetudinibus feudorum expreſſa, *Andr. de Iſern. cap. 1. vaſall. juxta deb. dom fidel. Alexand. conſ. 103. num. 15. lib. 1. Iaſon. l quod te. num. 32. ff. ſi cert. petat. Iaſ. l. cum. quidam num 17. ff. de liber. & poſthum.* vel ſimili expreſſæ *c. 1. §. ſed quia. & ibi Bald. Alvarott. Præpoſit. & Matth. de Afflict quæ fuit pri. cauſ. Curt. in tractat. feud 4. part. num. 80. Socin. conſ. 97. n. 16 lib. 3. Iaſon l. 1. numer. 13. C. de Tranſactio.*

Et ſimili modo certum eſt, quod in conſuetudinibus feudorum neque reperiatur expreſſum, quod vaſallus contra teſtamentum domini delinquens feudo privetur, neque etiam reperiatur cauſa aliqua expreſſa, quæ huic ſimilis eſſe poſſet. Igitur ſequitur, vaſallum delinquentem vel quid facientem contra teſtamentum domini, propter hoc feudum non amittere.

Octavò poſito, ſed tamen non conceſſo, Nobilem W. commiſiſſe delictum ſive feloniam privatione feudi dignam, tamen ipſe non poſſet eam ob cauſam privari dicto pago H. qui pagus ipſe propter benemerita & ſervitia præcedentia in feudum conceſſus fuit.

110 Namque clari juris eſt, † vaſallum propter nullam feloniam, nullumvè delictum privari poſſe feudo ſibi ob benemerita ſive ſervitia præcedentia conceſſo, *Iacob. de ArDizo in ſua ſum. tit. quib. mod. feud. amitt. Bald. c. 1. n. 4. ſi vaſall feudo privet. Bald. c. 1. col. 1. verſ. aut quid ſi talis. & ibi Mart. Laudenſ. poſt princ. & Præpoſit. col. 2. an mut ſurd. vel alit. imperfect. Abb. conſ. 3. col. 7. verſ hinc dicit dominus. & conſ. 30. n. 3. lib. 3. Iaſ. l. ſi non fortem §. libertus. n. 8. ff. condict. indeb. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. dictiq; vaſalli n. 58. limit. 4. Curt. in tractat feudal. 5. part. num. 8. Zaſ. in tractat. feud. 10. part. num. 102. Tiraq. in repet. l. ſi unquam. verb. donatione largitus. nu. 14. C de revocand. donatio arg l. ſi pater §. 1. ff de donatio. Bald. l. ſi cum mihi. ff de dolo. Alex. conſ. 216. num. 3. lib. 2. Iaſ. l. extr. hoc jure. n. 54. ff. de juſt. & jur.*

Et ſic per prædicta concludo, Illuſtres Duces S. nullum jus fovere contra Nobilem W. quoad pagum H. Nec contra Nobilem W. allegari poteſt, quod ipſe dolo vel metu Illuſtres Duces S. induxerit ad concedendum ſibi prædictum pagum.

Namque primò, quod ad dolum attinet, certum eſt, † dolum non præſumi, 111
ideoque is, qui dolum allegat, dolum probare cogitur, *l quoties. §. qui dolo. ff. de probatio. l. meritò. ff. pro ſocio.* ſimiliter nec metus præſumitur, atque is, qui metum allegat, metum probare tenetur, *Baldus conſil. 62. incip. facta 1. dubio lib. 1. Cardinal. Pariſ conſil. 60. num. 20. lib. 4. Aymon. Cravett. conſil. 115. num. 13. lib. 1. fac. text. l. non eſt veriſimile, in princ ff quod met. cauſ.*

Ad vigeſimam quintam quæſtionem reſpondeo, Nobilem W. nihil deliquiſſe contra teſtamentum Illuſtriſſimi quondam D. S. patris Illuſtris Ducis Actoris in hoc, quod ipſe titulo permutationis pagum N. ab Illuſtribus Ducibus N. acquiſivit.

Namque clari juris eſt, quod quan- 112
do † unica tantùm ratio alicujus diſpoſitionis aſſignari poteſt, illam rationem haberi pro expreſſa, *gloſ. l. quamvis. & ibi Bald. Fulgoſius & Paulus de Caſtr. C. de fideicommiſ. Baldus l. quoties. C. eod. tit. Baldus l. maximum vitium. col. 4. C. de lib. præterit.* & ſimili modo certum eſt, quod quando
ceſſat cauſa † ultimæ voluntati vel alte- 113
rius diſpoſitionis, & ipſam quoque voluntatem ſive aliam diſpoſitionem ceſſare, ſicut in ultima voluntate hoc expreſsè tradit *Carol. Ruin. conſil. 160. incip. circa primum quæſitum. col. 4. verſic. quantum ad legatum. lib. 4. Hieronym. Grat. conſil. 124. incipien. cum hæc cauſa. col. 2. verſic. nec poteſt etiam ut extraneum. Tiraquell. in Tract. ceſſant.*

cauſ. 1 part. num. 116. 121. & 141. fat. text. l. qui tutelam. in princip. ff. de teſtament. tuto. l. tutor petitus. §. 1. ff. de excuſatio. tutor.

Quare cum illius diſpoſitionis, qua Illuſtriſſimus quondam Dux S. prohibuit bona ad menſam ſive cameram ducalem ſpectantia alienari, nulla alia cauſa aſſignari poſſit, quàm illa tantùm, ne videlicet per hanc alienationem minuantur annui reditus Illuſtrium Ducum S. atque hæc cauſa ceſſet in præſenti caſu, in quo Illuſtres Principes S. pro rebus alienatis alia bona ejuſdem valoris atque reditus in recompenſationem acceperunt, ſequitur hoc caſu, & diſpoſitionem ultimæ voluntatis Illuſtriſſimi quondam Ducis S. ceſſare, & per conſequens Nobilem W. nihil deliquiſſe contra ultimam voluntatem ſive teſtamentum Illuſtriſſimi quondam Ducis S. in hoc, quod ipſe prædictum pagum ab Illuſtribus Ducibus S. permutationis titulo accepit. Et poſito ſed tamen minimè conceſſo, Nobilem Wolfgangum per hoc deliquiſſe contra teſtamentum Illuſtriſſimi quondam Ducis S. tamen ipſe propter hoc neque hoc pago, neque aliis feudis ab Illuſtribus Ducibus S. privari poſſet, tum, quia lege cautum non reperitur, ut vaſallus delinquens, vel faciens contra teſtamentum domini, feudo privetur, tum, quia illuſtres Duces S. concedentes Nobili Wolfgango contra prohibitionem in teſtamento paterno factam, ſunt in pari delicto, cum Nobili Wolfgango de M. qui prædictum pagum ab illis accepit: & certum eſt, paria delicta mutua compenſatione tolli, tum etiam, quia is, qui contra prohibitionem teſtatoris rem aliquam alienavit, eandem rem repetere non poteſt, ut hęc omnia probantur per ea, quæ circa præcedentem quæſtionem diximus.

Ad vigeſimam ſextam quæſtionem reſpondeo, Illuſtrem D.S. probare cogi, quod N. W. ſuam illuſtrem dominationem ea arte eaq; fraude induxerit ad concedendã ſibi domum ſitam E. quod ipſe prætendit, hanc domũ ipſi donatam ab Illuſtr. quondam Electore N. Cæterùm ſi Illuſt. D.S. probare poſſet, hanc fraudem & Nobilis W. contra hoc prætendere vellet, Illuſtriſſium quondam Electorem N. ſibi prædictam domum donaſſe, ipſe hoc probare
114 teneretur. Namque certum eſt, quod † ei qui aliquid affirmat, non autem ei, qui negat, onus probandi incumbat, *l. 2. ff. de probatio. l. 1. & actor. C. eod. tit.*

Ad vigeſimam ſeptimam quęſtionem reſpondeo, N. W. dilatoriæ contra libellum prædictum excipere atq; petere poſſe, ut illæ perſonæ, quas prædictus N. W. ab aula ſuis doloſis conſiliis removiſſe dicitur, nominibus propriis ſpecificentur. Et ſi, quæ ſint illæ perſonæ, expreſſum atq; etjam probatum fuerit, Nobilem W. Illuſtri D. S. ſuaſiſſe, ut ipſe illas perſonas dimitteret, atq; ab aula ſua removeret, ipſe non præſumeretur, hoc dolo feciſſe, neque eam ob cauſam pœna aliqua affici poſſet, cum dolus non præſumatur, & is qui dolum allegat, eum probare teneatur. Quinimò etſi probari poſſet, Nobilem W. dolo induxiſſe Illuſtrem Ducem S. ad dimittendos aliquos ex Conſiliariis ſuis, ipſe eam ob cauſam feudis ſuis privari non poſſet, niſi probaretur & Nobilem W. hoc conſilium dediſſe Illuſtri Duci S. ut ipſe ex hoc damnum ſentiret, & Illuſtrem Ducem S. ex eventu hujus conſilii magnum damnum ſenſiſſe, ſicut hoc multis legibus & rationibus probari poſſet, quas propter brevitatem temporis aſſcribere nequeo.

Ad vigeſimam octavam quæſtionem reſpondeo, Nobilem W. non præſumi in dolo fuiſſe, ex hoc quod dicitur, ipſum perſuaſiſſe Illuſtrem Ducem S. ut ſua Illuſtris dominatio permitteret ipſi præſente ſua illuſtri dominatione, quædam acta ad commodum illius Nobilis Wolfgangi tradi, ideoque ipſum eam ob cauſam puniri non poſſe.

Quinimò &ſi probari poſſit, Nobilem W. Illuſtrem Ducem S. dolo ad hoc induxiſſe, ipſe propter hoc feudis ſuis privari nõ poſſet, niſi probaretur & ipſum Nobilem W. hunc dolum adhibuiſſe in damnum ſive detrimentum Illuſtris Ducis S. & Illuſtrem Ducem S. ex hac doloſa læſione enormiter læſum. Et cum quoad hunc articulum, citatio ſit contraria articulis accuſatoriis, ante citationem emiſſam, Nobili Wolfgango porrectis, ipſe quidem Nobilis Wolfgangus prætendere poteſt, Illuſtrem Ducem S. contraria allegare, ſed hoc ipſum parum proderit ipſi Nobili Wolfgango, cum Illuſtri Duci S. permiſſum ſit, non modò articulos probatorios, ſed etiam libellum ante guarendam præſtitam & emendare & mutare.

Ad vi-

Ad vigeſimam nonam quæſtionem reſpondeo, Nobilem W. nullam pœnam meruiſſe, ob id, quod ipſe laudem ſive honorem aliis quàm domino feudi debitum ſibi aſſcripſit, etiamſi hoc factum probari poſſit.

Similiter etiamſi probari poſſet, Nobilem W. de M. immodicis & immoderatis laudibus ſe ſuaq́; extuliſſe, tamen ipſe nam ob cauſam feudo privari non poſſet, niſi ſimul probaretur & Nobilem W. hoc feciſſe dolo, ut per hoc detraheret æſtimationi, honori ſive reputationi Illuſtris Ducis S. & Illuſtrem Ducem S. per hoc magnum damnum ſive diminutionem honoris, exiſtimationis atque reputationis ſuæ feciſſe.

Ad trigeſimam quæſtionem reſpondeo primò, cum quo ad illam quæſtionem negetur factum, de quo in illa quæſtione mentio fit, Illuſtrem Ducem S. illud factum probare cogi.

Secundò dico, cum morte Illuſtriſſimi Electoris N. finitum fuerit officium illius, ipſum nihil dolo feciſſe in hoc, quod ipſe Illuſtribus junioribus Ducibus S. dixit officium illius finitum, ideoque ipſum non feudo privari, nec alia pœna affici poſſe, licet de illo facto, de quo fit mentio in dicta quæſtione plena fides fieri poſſet.

Ad trigeſimam primam quæſtionem
115 reſpondeo, cum nullo † jure prohibitum ſit, pro officio beneficium accipere, Nobilem W. nihil deliquiſſe, etiamſi probari poſſet, Nobilem VV. ab Illuſtribus Comitibus ab H. domum ſive munus accepiſſe, eam ob cauſam, quod contractus ille, de quo in hac quæſtione fit mentio, cura atque ſollicitudine ipſius inter prædictos Comites ab H. & Illuſtres Duces S. initus, conventus atque abſolutus fuit, præſertim cum Illuſtres Duces S. ex hoc nullum damnum, ſed maximum commodum perceperint.

Ad trigeſimam ſecundam quæſtionem reſpondeo, ſi res ita geſta eſt, prout illa geſta narratur in iſta quæſtione, Nobilem VV. nihil deliquiſſe, nec ullam feloniam privatione feudi dignam perpetraſſe, ſicut hoc multis firmiſſimis rationibus probari poſſet, quæ propter temporis brevitatem aſcribi nequeunt.

Ad trigeſimam tertiam quæſtionem reſpondeo primò, etſi probari poſſet, N. VV. dixiſſe, ſe in iſta cauſa ſive tractatu ſponſaliorum apud Illuſtrem Ducem S. omnia poſſe, tamen propter hoc Nobilem VVolfgangum nullum delictum, nullamvè feloniam perpetraſſe, neque ex illis verbis aliquam præſumptionem doli reſultare vel colligi poſſe.

Secundò dico, Nobilem VV. nullam feloniam privatione feudi dignam commiſiſſe per hoc, quod ipſe aliis ſpem premii & honoris præripuit, cum illud nullo jure cautum reperiatur.

Tertiò dico, etiamſi probaretur, Nobilem VV. dixiſſe, Er habe wenig Hoffnung zur Heyrath/ tamen ex hiſce verbis ſolis, niſi aliæ conjecturæ vel indicia concurrant, dolum non probare.

Quartò dico, etiamſi probaretur, comitem. P. R. ſponte per ſe, vel per Conſiliarios ſuos promiſiſſe Nobili W. aliquam pecuniæ ſummam, tamen ex hoc nullum delictum privatione feudi dignum probari vel colligi.

Similiter, dico, Nobilem W. nullam feloniam privatione feudi dignam perpetraſſe, etiamſi probari poſſit, ipſum pro hoc negotio ante vel poſt ſuſceptum mandatum ſtipulatum vel pactum pecuniam. Et prædictæ concluſiones ſalvo tamen cujuslibet, rectius ſentientis meliori judicio mihi veriſſimæ videntur, multisq́; tam legibus quàm rationibus comprobari poſſent, quas propter temporis brevitatem aſcribere nequeo, ſed quandocunque requiſitus, paratus ſum haſce deciſiones & legibus & rationibus firmare.

Et quantum † Proceſſum præſentis 116
termini concernit, Ego domino VV. conſulo, quod ille vel ſubſtitutus ipſius eo caſu, ſi ipſe per Procuratorem comparere conſtituerit, quando ille à locumtenente ſui Illuſtriſſimi Principis vigore Proceſſus feudalis juris Saxonici interrogatur, Num ille propterea illuc venerit, quod ſuo domino jure feudali ſtare velit, ad hæc non ſimpliciter, & cathegoricè per verbum affirmativum vel negativum non reſpondent, ſed dicat, ſe ideò veniſſe illuc, quod ſuo domino, quantum de jure teneretur, & non ulterius de jure feudali ſtare velit.

Namque ſi ipſe ſimpliciter reſpondeat, quod velit in iſto judicio ſtare, ipſe non poſſet exceptiones fori declinatorias objicere, quia conſenſiſſe in judicium videtur, ſin autem ipſe ſimpliciter reſponderit, ſe nolle illud judicium agnoſcere, ipſe

ut contumax condemnari poſſet, *Innocent. Ioan. Andr. Bald. Alber. Immol. & Dd. c. Cumana. extr. de electio. Iaſ. l. ait Prætor. in pr. num. 15. ff. de jurejurand.*

Deinde Reus poterit per ſe vel ſuum
117 ſubſtitutum primò excipere † contra perſonam Judicis feudalis, quod ſibi propterea ſuſpectus exiſtat, quod conſilium ſuum in hoc dederit, quod Reus W. carceri fuerit incluſus.

Secundò, poterit dilatoriè excipiendo proponere, quod Pares curiæ, non à domino feudi tantùm, ſed ſimultaneè à domino feudi & vaſallo deligi & conſtitui debeant.

Tertiò, quod judicium hoc feudale non in arce celebrari debeat.

Quartò, poterit in modum exceptionis dilatoriæ ſatisdationem judicio ſiſti pro ſumptibus & expenſis petere.

Quintò, de jure poterit per viam exceptionis dilatoriæ petere, ſe præ omnibus aliis cuſtodiæ ſuæ relaxari & libertati reſtitui.

Sextò, ſimiliter petere poterit, ſe ſuorum bonorum deſtitutorum nataliiſq; reſtitui.

Septimò, poterit excipere de obſcuritate vel generalitate libelli, caſu, ſi obſcuritas forſan, generalitas aut alternatio appareret.

Octavò, poterit in modum exceptionis dilatoriæ de ſubſtituto Principis mandatum poſtulare.

Nonò, cum Actoris & Rei debeat eſſe æqualis conditio, poterit W. contra Principis conſtitutum etiam propter hanc cauſam excipere, quod domini ſui vaſallus non ſit, eo caſu, ſi Dux alium quàm ſuum vaſallum in ſubſtitutum conſtituere velit.

Decimò, poterit contra inſtitutam actionem excipere, Tibi non competit actio, quia cauſæ in libello expreſſæ, non ſint ſufficientes ad privationem feudi, atq; ideò petere, ne ulterius in hac cauſa procedatur.

Et ſi W. hæ exceptiones omnes, vel illarũ aliquæ præcipuę non admitterentur, & ipſi injungeretur his defenſionibus non obſtantibus ad inſtitutam actionem reſpondere: poſſet, caſu, ſe gravatum ſentiret, de illa interlocutoria ad Cameram Imperialem appellare, & ipſi Apoſtolos communicari petere.

CONSILIUM VICESIMUM OCTAVUM.

Continens materiam ſocietatis.

SUMMARIA.

1. *Ex contractu inito cum omnibus ſocijs, unusquiſq; pro rata tantùm, quàm in ſocietatem contulit, obligatur.*

2. *Argumentum à contrario ſenſu in jure fortiſſimum eſt.*

3. *Socius portionem ſuam, quam in ſocietate habet, liberè alienare poteſt, & de ea diſponere & paciſci.*

4. *Etiam in præjudicium alterius ſocij.*

5. *Quando verò pactum unius ex ſocijs, ſi ipſi duo rei ſint, indiſtinctè præjudicet alteri.*

6. *Pactum non gratuitum unius ex ſocijs non culpabiliter initum, etiam in præjudicium alterius ſocij ratum eſt.*

7. *Nemo in alio reprehendere poteſt id, quod fecit ipſe.*

8. *Nemo extraneus debiti exactionem vel ſolutionem impedire poteſt, niſi ex juſta cauſa.*

9. *Quando pactum unius ſocij alteri non præjudicet.*

10. *Renunciatio per errorem facta, rata non eſt.*

11. *Error quomodo probetur.*

12. *Renunciatio ad quam dolo adverſarij quis inductus fuit, in contractibus b. f. ipſo jure nulla eſt.*

13. *Renunciatio ab adverſario non acceptata, renuncianti nihil nocet.*

14. *Idem eſt in confeſſione.*

15. *Socius ad quid teneatur.*

16. *Pacta non ſervans quàm graviter peccet, & ad quid teneatur, & num. 50.*

17. *Ad intereſſe conventus, quando omne Intereſſe intrinſec. & extrinſecum damni emergentis & lucri ceſſantis reſarcire cogatur.*

18. *Intereſſe quomodo probetur.*

19. *Socius de bonis communibus ultra partem ſuam alienare nequit.*

20. *Pactum nullum parum non meretur.*

21. *Declaratur hoc tamen.*

22. *Ad intereſſe quis conveniri poſſit.*

23. *Socius intempeſtivè abſq; juſta cauſa ſocietati renuncians, ad quid à ſocijs conveniri queat, & num. 25. & 49.*

24. *In contractibus b. f. ſtatim atq; commiſſa fuit obligatio ob non ſervata pacta, agi poteſt ad Intereſſe totius temporis, ad quod obligatio contracta fuit, Contr. Iaſ.*

25. *Declaratur ſententia quorundam opinantium ſolùm primæ negotiationis non ſequentium annorum intereſſe peti poſſe.*

26. *Intereſſe lucri ceſſantis qualiter & an tantùm in ſolitis negotiari ratio haberi debeat.*

27. *De ratione diſpoſitionis alicujus.*

28. *Contracta ſocietate ea, quæ in nominibus conſiſtunt, non communicantur.*

29. *Fraus ſua nemini patrocinari debet.*

30. *De exceptione compenſationis.*

31. *Actiones quomodo rerum ad quas competunt, naturam & qualitates aſſumant.*

32. *Nemo juvari ex eo debet quod impugnavit.*

33. *Fides non ſervanda fidem frangenti.*

34. *Contractum ex ſua parte qui non implevit, agere ex eo non poteſt.*

35. *Ceſſione facta regulariter, utiles tantùm actiones in ceſſionarium transferuntur.*

36. *Præſtita idonea cautione ſequeſtrum relaxandum.*

37. *Debitori alterius prohiberi regulariter nequit, ne creditori debitum ſolvat. Fallit ibid. & num. ſeq.*

38. *De prohibitione facta debitori debitoris mei, & num. 40.*

39. *De pluribus ſocijs diverſi fori conveniendis.*

40. *Cautela ſi quis velit impedire ſolutionem debiti.*

41. *Spoliatus ſpoliatori ante reſtitutionem reſpondere non cogitur.*

42. An verò & tunc ſi quis re incorporali ſpoliatus ſit.

43. Et quid, ſi non vi, ſed alio quovis modo quis ſpoliatus fuerit, contra Andr. & Abb.

44. Pæna Auth. contra qui propriam, quando & an in ſubſcribente obtineat.

45. Promiſſio ſimplex, in qua dictum fuit aliquid loco juramenti promitti, & promiſſio per fidem facta quomodo differant.

46. Ex contractu mutui propoſiti ſive inſtitoris, ut quis obligetur, quæ copulativè requirantur.

47. Et quæ ut ex contractu ſocij ſocietas obligetur.

48. Sequeſtratio regulariter etiam propter liquidum debitum prohibita eſt.

AD PRIMAM QUÆSTIONEM ut reſpondeam, exiſtimo hæredibus defuncti M. à N. jure permiſſum fuiſſe (cum novi Francofurdienſes contra contractum initum ſocietati renunciarint, ac ratione principalium bonorum cum Comitibus de M. tanquam debitoribus ſocietatis aliter pacti alioq; modo cautionem à N. acceperint.) quod & illi ſimiliter cum Nobilibus & Generoſis Comitibus à M. rationem bonorum principalium ad ipſos ſpectantes etiam pacti ſint, prout notula initi contractus ſub litera B. notata demonſtrat: Et quod illa Tranſactio de jure ſit valida: neque propterea Francofurdienſes M. à N. piæ memoriæ, hæredes in exactione debiti iſtius juxta pactum conventum ullo modo impedire poſſint: quemadmodum hoc ex ſequentibus jurium fundamentis perſpicuè demonſtrabitur.

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QUO NIHIL FELIX FAUSTUMQVE.

HANC DECISIONEM confirmat primò, quod (prout ex iis, quæ ad facti narrationem ſpectant, colligere potui) Nobiles & Generoſi Comites à M. fuerunt conſtituti debitores ex contractu inito nominatim cum omnibus
1 ſociis ſimul. At certi juris eſt, quod † ex contractu inito cum omnibus ſociis ſimul, omnes ſocii non in ſolidum, ſed unusquisque pro ſua virili portione, quam ipſe in ſocietatem contulit, obligationem & actionem acquirat, *Bart. l. eandem. in princ. num. 27. ff. de duobus reis. Bart. auth. hoc ita. num. 11. C. eod. tit. Bart. l. pen. num. 3. ff. de ſtipulatio. Fulgoſ. Paul. Caſtrenſ. Alex. l. ſi unus. in princip. ff. de pact. Alex. conſ. 147. nu. 1. lib. 2. Ruin. conſ. 77. num. 3. lib. 4. & conſ. 65. num. 6. lib. 5. Petr. Raven. ſingul. 656.*

Ex quo ſequitur & Generoſos Comites à M. omnibus ſociis unicuique pro portione ſua, quam in ſocietatem contulit, obligatos fuiſſe, & per conſequens hæredibus domini M. à N. licitum & permiſſum eſſe, prædictos Generoſos Comites pro ratione portionis ſuæ, quam pater ipſorum in ſocietatem contulit etiam invitis reliquis & convenire & cum iis paciſci.

Secundò, hanc ſententiam confirmat *text. l. nemo ex ſocijs. in pr. ff. pro ſocio.* Namq; cum in illo textu dicatur, nemo ex ſociis plus parte ſua alienare poteſt ex illo textu, per argumentum à contrario ſenſu, quod in jure fortiſſimum eſt, liquet, † quemlibet ſocium liberam habere & diſponendi & paciſcendi facultatem de portione ſua præſertim ſocietate finita.

Tertiò, hanc ſententiam probat † *text. l. ſi ſocius ff. ſi cert. pet.* ubi text. inquit, ſi ſocius propriam pecuniam mutuò dedit, omninò creditā facit, licet cæteri diſſenſerint, quod ſi communem numeravit, non aliàs creditam efficit, niſi cæteri quoq; conſentiant, quia ſuæ partis tantùm alienationem habuit. Et ſic ex illo text. ſimili modo liquet, ſocium ſuam portionem, quam ipſe in ſocietate habet, liberè alienare & de ea pro ſuo libitu paciſci & diſponere poſſe.

Quartò, pro hac ſententia confirmanda facit, quod † pactum ſocii pro ea portione quam ipſe in ſocietate habet, etiam quoad præjudicium alterius ſocii indiſtinctè ratum ſit, *Bart. l. ex duob. n. 27. ff. de duob. reis. P. de Caſtr. l. ſi unus. in pr. ff. de pact. Ronibegal. l. tandem ff. ſed ſi quis. n. 35. ff. de duob. reis. arg. d. l. ſi ſocius. & l. nemo ex ſocijs. in pr. ff. pro ſoc. l. per fundū. ff. ſervit. ruſtic. prædior.* Cum itaq; hæredes domini M. à N. cum Nobilibus & Generoſis Comitib. à M. pacti fuerint quoad eam ſummam, quam prædictus dominus M. in ſocie-

ſocietatem contulit, ſequitur, tale pactum valere & ratum eſſe.

5 Quintò, † pactum unius ex ſociis, etiamſi ipſi ſint duo, rei alteri ſocio indiſtinctè præjudicat, quando pecunia, cujus reſpectu illud pactum interpoſitum fuit à paciſcente vel authore ipſius profecta fuit, *B. l. ex duobus. num. 27. ff. duobus reis. B. Authent. hoc ita. num. 52. C. eod. tit. argum. l. ſed Julianus. §. non ſolùm. & §. ſeq. ff. ad SC. Macedon.*

Et licet Bartolus in præallegatis locis loquatur in illo caſu, quando univerſa pecunia à paciſcente profecta & ratione illius pecuniæ pactum interpoſitum fuit, tamen idem eſt, ſi pecunia tantùm pro parte à paciſcente profecta & ratione illius partis pactum interpoſitum fuit.

Namq; idem juris eſt de parte quo ad partem, quod eſt de toto quoad totum, *l. quæ de tota. in princip. ff. de rei vendicat. l. qui ſcit. in princip. ff. uſur.* Quare cum illa pecunia, qua Generoſi & Nobiles Comites à M. obligati fuerunt, pro illa parte debiti, qua pactum interpoſitum fuit, à domino M. à N. proceſſerit, ſequitur, illud pactum etiam ex hoc capite ratum eſſe.

6 Sextò, pactum † non gratuitum unius ex ſociis non culpabiliter initum etjam in præjudicium alterius ſocii ratum eſt, *B. l. ſi unus. in princip. num. 1. ff. de pactis.* ſed pactum, de quo in caſu noſtro non fuit gratuitum, nec etiam culpabiliter initum. Igitur ſequitur, illud pactum ratum eſſe.

7 Septimò, nemo in alio † reprehendere poteſt id, quod ipſe fecit, *l cum eo. ff. de pact. l. cum hæreditas. ff. adminiſtr. tuto. l. fin. C. fruct. & lit. expenſ. c. 1. diſt. 1.* Cum unusquisque eam legem pati debeat, quam ipſe tulit, *cap. cum omnes. extr. de conſtit.* Et aliis licitum ac permiſſum ſtatuere debeat, quod ſibi juſtum eſſe ſtatuit, *l. 1. ff. quod quiq; jur.* Quare cum alii ſocii antea cum Nobilibus & Generoſis Comitibus à M. de portione ſortis ſuæ principalis & pacti fuerint, Et ſibi caveri curaverint, ſequitur, illis ſociis non permitti pactum initum ab hæredibus M. à N. improbare vel impugnare.

8 Octavò, nemo extraneus debiti † exactionem vel ſolutionem impedire poteſt, niſi ipſe hoc faciat ex juſta & legitima cauſa, *l. Papinianus. ff. publ. in rem act. l. utrum. ff. conſtitut. pecun. l. ſi fidejuſſor. & ibi B. ff. de fidejuſſ. B. l. non ſolùm. §. morte. num. 14. & ibi Alex. Iaſ. & Dd. ff. oper. nov. nunciat. Alex. l. hæres eum. ff. ad SC. Trebell. Felin. & Franc. Ripa. cum M. Ferrarienſis. extr. de conſtitut.* Cum itaque Comites à M. ſint debitores hæredum M. à N. cum ratione debiti anteà cum omnibus ſociis contracti, tum ratione pacti initi. Sequitur alios ſocios impedire non poſſe, quò minus hæredes M. à N. eam ſummam, de qua in pacto convento mentio facta eſt, petere & exigere poſſint. Et ſic per prædicta concludo, pactum initum inter Generoſos Comites à M. & hæredes M. à N. de quo in caſu noſtro agitur, per ſe ſubſiſtere & ratum eſſe.

Nec obſtat huic noſtræ deciſioni, quod pactum † unius ſocii alteri ſocio non præjudicet, 9 *l. ſi unus. in princ. & ibi B. Alex. Iaſ. & Dd. ff. de pactis. B. d. l. ex duobus. num. 27. & ibi Franciſc. Aretin. & Dd. ff. de duobus reis. B. Authent. hoc ita. num. 52. C. eod. tit.*

Namque reſpondeo primò, hoc tantùm procedere in ſociis correis credendi.

Secundò reſpondeo, hoc indiſtinctè etiam in ſociis correis non procedere, quoad portionem, quam paciſcens in ſocietate habet, vel in ſocietatem contulit. Namque quoad illam portionem præſertim finita ſocietate pactum indiſtinctè valet.

Tertiò reſpondeo, hoc non procedere eo caſu, quando adverſarius ſimile pactum fecit.

Deinde quoque non obſtat noſtræ ſententiæ, ſi forſan pars adverſa prætendere vellet, veteres ſocios renunciaſſe ſorti principali, eamq; ob cauſam non permitti hæredibus domini M. à N. de reſtituenda illa ſorte, paciſci cum Nobilibus atque Generoſis Comitibus à M.

Namque primò perhibetur, illam renunciationem eſſe factam per errorem, Et certum eſt, quod † renunciatio, remiſſio 10 vel promiſſio per errorem facta, rata non ſit, *l. is qui plus. & ibi Iaſon ff. de condict. indeb. l. qui ſine. ff. condict. ſine cauſ. l. pen. §. mulier. ff. ſolut. matr.* Cum errantis nullus ſit conſenſus, *l. non idcirco. C. de jur. & fac. ign.* nullavè voluntas, *l ſed hoc ita. ff. aq pl. arcen.* nihilq; tàm contrarium conſenſui quàm error,

l. ſi

l. ſi per errorem. ff. de juriſdict. omnium. judic. l. 2. in princip. ff. de jud. Et is, qui errat, conſentire non videatur, *l. nihil conſui. §. non videtur. ff de regul. jur.* Et hic error probari poteſt eo ipſo, quod probatur, ſe aliter rem habere.

11 Namque licet alioquin in † facto proprio error non probetur, nec tolleretur, etiamſi probetur, rem ſe aliter habere, tamen hoc non procedit in noſtro & ſimilibus caſibus, in quibus quis agit de damno vitando, *l. ſed etſi me putem. & ibi gloſſ. B. Iaſon & Doctores ff. condict. indeb. B. l. non fatetur. ff. confeſſis. Socin. conſil. 263. col. 3. lib. 2. Curt. junior conſil. 92. col penult. Iaſon l. ſi poſt diviſionem. C. de jur. & fa. ign. Aymon. Cravett. conſil. 188. numer. 10. lib. 1.*

Similiter hic error probatur eo ipſo, quod probatur veteres ſocios perſuaſionibus novorum ſociorum ad hanc renunciationem ſive promiſſionem inductos fuiſſe. Namque certum eſt, juſtum errorem eo ipſo probari, quod quis fidem facit ſe aſſertione vel perſuaſione adverſarii motum quid vel feciſſe vel promiſiſſe, uſque adeò, ut hoc tam factum quam promiſſum prætextu erroris retractari poſſit, *l. 1. §. final. & ibi B. ff. quando actio. de pec. eſt, an. l. 1. §. ſi omnes. & ibi gloſſ. verb. illuxerat. ff. vent. inſpic. Calcaneus conſil. 17. col. 5. Aymon. Cravett. conſil 157. lib. 1.* Et hæc ſententia confirmatur ex eo, quod traditur, quando quis perſuaſionibus adverſarii inducitur ad aliquid credendum, talem errorem juſtum & juſtiſſimum dici, *B. l. Celſus. ff. uſucap. Iaſ. l. error. num. 19. C. jur. & fact. ignor.*

Quodq; reſponſio ad poſitiones, qua quis adverſarii perſuaſionibus inductus, poſitiones aliquas veras eſſe confitetur, tanquam ex errore facta, ſemper & quandocunque etiam poſt ſententiam retractari poſſit *B. l. 1. in princip. & ibi Dd. ff. eo. per quem factum fuit. B. l. non fatetur. col. 3 ff. confeſſis. B. l. poſt legatum. col. pen. ff. quibus ut indign.*

12 Secundò perhibetur, veteres † ſocios per novos ſocios doloſis perſuaſionibus inductos ad illam renunciationem faciendam. Et certi juris eſt, renunciationem ſive remiſſionem, ad quam quis dolo adverſarii inducitur In contractibus bonæ fidei ipſo jure nullam eſſe, *B. l. eleganter. in princip. argum. ill. text. ff. de dolo. Br. & Bl. l. de tutela C. de in integr. reſtit, min. Iaſ. l. cum poſteaquam. C. de pact.*

Tertiò perhibetur, novos ſocios non acceptaſſe illam renunciationem ſive remiſſionem à veteribus ſociis factam. Et certi juris eſt, † quod renunciatio ſive re- 13
miſſio ab adverſario non acceptata, nihil noceat renuncianti vel remittenti, *gloſſ. 3. c. cum veniſſent. & ibi B. col. 4. extr. de eo, qui mit in poſſeſſ. Iaſon l. error. num 5. C. de jur. & fact. ignor. Iaſon l. poſtquam liti. num. 1. C. de pactis.* Quæ ſententia confirmatur ex eo, quod tradit *B. l. 3. argum. illius text. C. repud. hær.* ubi B. inquit, eum, qui non acceptat verba adverſarii, ſe ex illis juvare non poſſe. Quam doctrinam B. refert atque ſequitur *Iaſ. l. error. num. 6. C. jur. & fact. ign.*

Huc accedit, quod † confeſſio non 14
aliter præjudicet, niſi talis confeſſio à parte adverſa expreſsè acceptata fuit, *Cyn. l. unica. quæſt. 6. & ibi Salicet. 11. oppoſ. C. de confeſſis. Salicet. l. generaliter. quæſt 6. C. de non num. pecun. Salic. l. jubemus. C. liberal. cauſſ. B. Authent. novo jure. in fin. C. de pœn. jud. qui mal. jud. Alexand. conſil. 90. lib. 1. conſil. 20. lib. 4. & conſil. 174. lib. 6. Felin. cap. ſi cautio. col 5. extr. de fid. inſtrum. Curt. ſenior conſil. 77. Iaſon l. is qui hæres. col. 3. ff. de acquir. hæred. Iaſon l. error. C. jur. & fa. ign. Iaſon l. poſtquam liti. C. de pactis. H. de Marſ. l. de unaquaq. num. 155. ff. re judicat.*

Quarto, in narratione facti dicitur illam renunciationem eſſe factam, mit dem Fürbehalt/ da man in nachfolgender Zeit erfahren würde / wie es mit ſolchen Wechſeln gelegen / daß dieſelbige Verzeihung nichtig ſeyn ſolte. Si itaque hoc jam compertum fuerit, ſequitur, illam renunciationem etiam ex hac cauſa nihil obeſſe vel nocere.

Secundam quæſtionem quod attinet, exiſtimo, juri æquitatiq; conſonum, cum novi illi Francofurdienſes ſocii contractũ (Steinagiſchen Seierhandel nominatum) in quem illi ad illorum petitionem recepti ſunt, quiq; à parentibus veſtris fundatus eſt, veſtriq; proprium fuit, abſque veſtri ſcientia contra fidem pactorum intempeſtivè renunciarint, alienaverint, & vos idcircò enormiter læſerint, quod de jure teneantur vobis propter hanc valdè iniquam alienationem omne damnum & Intereſſe præſtare.

Namq; clari & indubitati juris eſt, quod ſocius teneatur † de dolo, lata & levi culpa, 15
quodq; omne damnum contingens dolo,

lata

culpa ſocii, ſocius ſocio reſarcire cogat, *l. non ob eam. l. & ideò. l. cum duobus. §. venit. & l. ſocius ſocio. ff. pro ſocio. §. final. Inſtit. eod. tit. Socin. conſil. 2. & conſil. 73. lib. 1,* Hippol. *de Marſil. ſing. 281. Cardinal. Pariſ. conſil. 88. num. 8. lib. 1.*

Et ſimili modo clari juris eſt, quod
16 is qui pacta † ſive promiſſa non ſervat, vel contra fidem pactorum quid facit, in dolo eſſe cenſeatur, *l. dolus. ff. mand. l. 1. §. ut autem. & l. ſicut inficiatus. ff. depoſiti. l. vendicantem. ff. de evict.* Quæ ſententia ex eo comprobatur, quod legib. expreſsè cautum eſt, naturalem rationem ſuadere pacta ſervari, *l. 1. ff. pactis.* & grave eſſe fidem fallere, *l. 1. in princip. ff. conſtit. pecun.* uſque adeò ut is, qui fidem datam rumpit, & mortaliter peccet, *Hieron. Tarniellus Rubr. num. 54. verſ. ex quo reſolvitur. ff. de verbor. obligat. argum. c. juramenti. 22. quæſt. 2.* Et crimen ſtellionatus incurrat, *l. Titio. ff. ad municipalem.* atq; infamis efficiatur, *B. l. feliciſſimam. ff. his qui à non domin. manum. B. conſil. 291. col. penult. lib. 2. Iaſon l. 1. §. nunciatio. col. 3. ff. oper. nov. nunc. Aym. Cravett. in quæſt. de indemnitate mulier. num. 30.*

Cum itaque novi ſocii Francofurdienſes contra fidem pactorum alienaverint, den Steinagiſchen Seigerhandel/ Sequitur, ipſos fuiſſe in dolo, crimen ſtellionatus & notam infamiæ incurriſſe, atque aliis ſociis omne damnum, omneque id, quod intereſt, quod ipſi propter hanc alienationem prætendere poſſunt, ſolvere atque reſarcire cogi. Sicut hoc, quod is, qui pacta conventa non ſervat, vel contra ea quicquam facit, parti læſæ omne Intereſſe reſarcire cogatur, expreſsè atque in ſpecie tradit *Ioann. Plotus in tractat. de in lit. jur. §. 13. num. 6.*

Et cum ipſi deliquerint contra fidem pactorum committendo, alienando nempe den Seigerhandel/ dubio omni caret, ipſos conveniri poſſe ad omne Intereſſe tàm intrinſecum quàm extrinſecum, item tàm damni emergentis quàm lucri ceſſantis.

17 Namque certi juris eſt, quod is, qui ad † Intereſſe convenitur, non propter moram, ſed propter factum aliquod illicitum & non permiſſum, omne Intereſſe tàm intrinſecum quàm extrinſecum, item tàm damni emergentis quàm lucri ceſſantis reſarcire cogatur, *l. ſi commiſſa. & ibi B. ff. rem rat. haber. B. l. 1. num. 19. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt. fac. text. l. Iulianus. in princip. l. idemq; §. in omnibus. ff. de act. empt.*

Porrò hoc Intereſſe probabilibus conjecturis † probari poteſt, *Car. Moll. in tractat. de uſur. num. 29.* Etſi hæredes domini M. à N. hoc elegerint, ipſi illud Intereſſe per juramentum in litem probare poſſunt. 18

Namque contra eum, qui pacta conventa ſive fidem datam non ſervat, Intereſſe per juramentum in litem probari poteſt, *l. ei apud. in princip. ff. depoſiti. Alexand. conſ. 214. & ibi Car. Moll. in Apoſt. lib. 7. Socin. conſil. 213. num. 11. lib. 2. Plotus in tract. de in lit. jur. §. 17. num. 6. & §. 31. num. 2. & 3.*

Nec obſtat huic noſtræ ſententiæ, 19
quod † ſocius de bonis communibus ultra partem ſuam alienare nequeat, *l. ſi ſocius. & ibi Iaſon num. 3. ff. ſi cert. petat. l. nemo ex ſociis. ff. pro ſoc. Dec. conſil. 556. numer. 1.* quodque in iis quæ individua ſunt, factum vel alienatio ſocii non conſentientibus aliis ſociis præſumpta, indiſtinctè non valeat, ſicut hoc expreſsè tradit *B. in conſil. 220. lib. 2. argum. l. unus ex ſociis. ff. ſervit. ruſtic. prædiorum.* eamq; ob cauſam forſan dici poſſit, cum hoc jus des Steinagiſchen Seigerhandels/ ſit jus individuum, hanc alienationem deſſelben Handels factam à Francofurdienſibus ſociis non conſentientibus aliis ſociis, & ipſo jure nullam eſſe, & ſocios Francofurdienſes propter hoc factum ad pœnam vel Intereſſe conveniri non poſſe.

Cum ſit certi juris, quod † factum 20
nullum, efficaciter pœnam non mereatur, *B. & Salicet. l. ea quidem. argum. ill. text. C. ſi mancip. ita alien. fuer.* eamq; ob cauſam receptum ſit, licet vaſallus qui alienat feudum abſque conſenſu domini pœna privationis feudi afficiatur, hoc tamen non procedere eo caſu, quando alienatio feudi per ſe & ipſo jure nulla eſt, *B. l. 2. C. Epiſcop. audien. Alvar. & Præpoſ. c. 1. quid jur. ſi vaſal. poſt alien. fact. feud. recuper. Iacob. de S. Georg. in l. 1. verb. & cum pacto. num. 28. B. conſil. 9. lib. 1. Alexand. conſil. 99. num. 27. lib. 5. Iaſ. l. 1. ſi ſervo legato. §. 1. num. 7. ff. legat. 1. Iaſon l. ubi pactum. num. 23. C. Tranſactio. Iaſ. l. fin. num. 139. C. jur. emphyteut.*

Hus

Huc accedit, quod ſtatutum puniens eum, qui ceſſit alteri debitum prius ſolutum, non habeat locum in illa ceſſione, quæ per ſe & ipſo jure non valet, *B. conſil. 139. paulò ante fin. lib. 2.* quodque de venditione nulla, neque laudemium, *B. l. final. §. ſed quia noſtra. col. 1. verſic. quærit hic. & ibi quoque Alber. de Roſat. Ioann. Fab. Paul. de Caſtro & Cornel. C. communia. de legat.* neque vectigal ſolvi debeat, *B. l. final. §. ſin autem. & ibi B. §. ſed quia noſtra. Paulus de Caſtro. Cornel. & Iaſon C. communia de legat. B. l. non dubium. 2. notab. & ibi Fulgoſius col. 10. & Iaſ. col. 2. C. de legib.*

Namque ad hoc reſpondeo, hoc mo-
21 tivum † contrarium procedere tantùm in illa alienatione, quæ per ſe & ipſo jure nulla eſt, utpute quæ non intervenientibus legitimis ſolennitatibus celebrata fuit, ſecus autem eſt in illa alienatione, quæ per ſe quidem rata eſt, ſed in præjudicium alterius non valet, ut patet in alienatione feudi & Emphyteuſis, quæ regulariter quidem per ſe valet, ſed in præjudicium domini rata non eſt, eamque ob cauſam pœnam privationis feudi meretur. Sed certum eſt, quod contractus celebratus ſuper re communi, vel etiam prorſus aliena, per ſe quidem valeat, ſed domino vel ſocio non præjudicet, juxta text. *l. rem alienam. ff contrah. empt.*

Igitur ſequitur, hanc alienationem ſive contractum ſuper alienatione celebratum, per ſe quidem valere, eamque ob cauſam pœnam mereri, licet ille contractus ſociis non præjudicet, & in ſociorum præjudicium nullus ſit.

Secundò reſpondeo, favorabiliorem eſſe cauſam illius, qui Intereſſe, quàm illius, qui pœnam proſequitur, *argum. l. 1. C. de pœn. fiſc. cred. præfer. lib. 11.* eamque ob cauſam licet factum nullum vel fruſtratorium regulariter pœnam nullam mereatur, eum tamen qui actum nullum vel fruſtratorium fecit, per quem alius læditur ad id, quod intereſt, à læſo conveniri poſſe.

Cum certi & indubitati juris ſit,
22 eum, qui alteri † damnum intulit, vel lucrum, quod ipſe quærere potuit, impedivit, ad id, quod intereſt, indiſtinctè conveniri poſſit.

Et ſic per prædicta concludo, hæredes domini M. à N. contra ſocios Francofurdienſes agere poſſe ad omne Intereſſe tàm lucri ceſſantis quàm damni emergentis, item, tàm intrinſecum quàm extrinſecum, quod ipſi prætendunt; propter hoc, quod illi ſocii den Steinagiſchen Seigerhandel abſque ipſorum conſenſu alienaverunt.

Tertiam quæſtionem quod attinet, cum contractus ſocietatis in ſcriptis redactus in ſe habeat, quod ſocietas inita ſit ad duodecim annos, & vos ſingulis annis plerunque 3000. florenor. ſalva ſorte ex hoc contractu lucrari & habere potuiſſetis: Francofurdienſes autem veſtri ſocii contra hunc contractum ſocietatem illam intempeſtivè & ante præfinitum tempus illorum duodecim annorum abſque omni juſta cauſa renunciarint, & per hoc anſam dederint diſſipationi totius initi veſtri contractus: Ego exiſtimo, jure vos poſſe omne illud, quod contractus ille à tempore renunciationis uſque ad exitum illorum duodecim annorum à triginta illis millibus florenis capitalis ſummæ potuiſſet vobis emolumento fuiſſe, ratione lucri ceſſantis petere; habita tamen ratione interuſurii medii temporis, detractoque eo, quod vos ex capitali hac ſumma alia ratione interim in veſtri commodum habere potuiſſetis.

Namque certi & indubitati juris eſt,
quod † ſocietate inita ad certum atque 23
præfinitum tempus, ſocius aut intempeſtivè, & ante tempus elapſum ſocietati abſque juſta & legitima cauſa ſocietati renuncians ab aliis ſociis actione pro ſocio, ad id, quod intereſt, conveniri poſſit, *l. actione. §. Labeo. ff. pro ſocio, Ioan. Plot. in tractat. de in litem jurand. §. 13. numer. 11.* quod uſque adeò verum eſt, ut is ſocius, qui intempeſtivè ſocietati renunciavit, ad Intereſſe tàm intrinſecum quàm extrinſecum, item, tàm damni emergentis quàm lucri ceſſantis, conveniri poſſit, eam ob cauſam, quia ſocius intempeſtivè ſive ante tempus finitum ſocietati renuncians committendo ſive faciendo delinquit: & certum eſt, eum ſocium, qui committendo ſive faciendo delinquit, ad omne Intereſſe tàm intrinſecum quam extrinſecum, item, tàm damni emergentis quàm lucri ceſſantis conveniri poſſit, ſicut hoc in præcedenti quæſtione docuimus.

Præ-

Præterea, non tantùm ad unius anni ſed & omnium illorum annorum, ad quæ ſocietas inita fuit, Intereſſe tàm damni emergentis quàm lucri ceſſantis conveniri poſſunt, illi ſocii, qui intempeſtive & ante tempus ſocietatis finitum, abſque juſta & legitima cauſſa ſocietati renunciaverunt, ſicut hoc ſatis probatur primò per textum. *l. ſi in l. §. domus ff. locat. & conduct.* ubi inquit ICtus, ſi domus vel fundus in quinquennium penſionibus locatus ſit, poteſt dominus, ſi deſeruerint habitationem vel fundi culturam colonus vel inquilinus, cum iis ſtatim agere, ſed & de his, quæ præſente die præſtari debuerunt, veluti ut opus aliquod efficerent vel propagationes facerent, agere ſimiliter poteſt; *& ibi gl. in verb. ſtatim agere*, exponit illud verbum, *Agere*, etiam pro mercede futuri temporis, & ſic ex illo textu junct. *gl. liquent.*, quod is qui contractum bonæ fidei non implet, ſive à contractu bonæ fidei recedit, ad Intereſſe totius temporis conveniri poſſit.

Secundò hanc ſententiam probat *text. l. qui operas ff. locat. & conduct.* ubi text. inquit, qui operas ſuas locavit, totius temporis mercedem accipere debet, ſi per eum non ſteterit, quò minus operas ſuas præſtaret.

Tertiò hanc ſententiam confirmat text. *l. dominus horreorum. ff. locat. & conduct.* ubi text. inquit, qui contra legem conductionis fundum ante tempus ſine juſta ac probabili cauſa deſeruerit, ad ſolvendas totius temporis penſiones ex conducto conveniri poteſt, quatenus locatori in id, quod ejus intereſt, indemnitas ſervetur.

Quartò, hanc ſententiam probat textus *l. diem functo. ff. off. aſſeſſorum*, & *text. l. C. diem functo ff. locat. & conduct.* ubi text. inquit, diem functo legato Cæſaris ſalarium comitibus reſidui temporis præſtandum, modò ſi non poſtea Comites cum aliis eodem tempore fuerint.

Quintò hanc ſententiam confirmat
24 id, quod Dd. communiter tradunt, † in contractibus bonæ fidei ſtatim atq; commiſſa fuit obligatio propter non ſervata pacta poſſe agi ad Intereſſe totius temporis, ad quod tempus obligatio contracta fuit. *B. & Raph. Fulgoſ. l. ſi in ſu lege C. §. ſi domus ff. de locat. & conduct. Iab. de Imol. Cum: & Alex. l. ſtipula: non dividuntur. § fin. ff. verb. oblig. Alex. l. in illa ff. verb. oblig. Iaſ. l. diem functo, num. 27. ff. off. aſſeſſo:* quamvis contrarium, ſed malè meo judicio teneat. *Iaſ. d. l. in illa & d. l. ſtip. non divid. §. fin.* Sed certum eſt, contractum ſocietati eſſe contractum bonæ fidei, *§. actionum. inſt. de actio; Card. Pariſ. conſ. 88. lib. 1.* Igitur ſequitur, quod in contractu ſocietatis obligatione commiſſa propter non ſervata pacta circa ſocietatem conventa, propter nempe renunciationem ſocietatis intempeſtivè & ante tempus finitum factam, is ſocius qui intempeſtive ſocietati renunciavit, ad omne Intereſſe tàm lucri ceſſantis quàm damni emergentis pro toto illo tempore, ad quod ſocietas contracta fuit, conveniri poſſit.

Sextò pro hac ſententia confirmanda facit text. *l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. act. empt.* ubi text. inquit, cum per venditorem ſteterit, quò minus rem tradat, omnis utilitas emptoris in æſtimationem venit, & ſic ex illo verbo, omnis utilitas, quæ eſt univerſalis affirmativa, ſequitur, quod non tantùm unius anni, ſed & omnium annorum Intereſſe propter non adimpletam fidem debeatur.

Septimò, pro hac ſententia confirmanda facit, quod Dd. tradunt, ſtipulationem commiſſam non ad totale, ſed ad particulare Intereſſe indiſtinctè iterum committi poſſe, *B. l. ſi ſit ſtipulatus. la. 2. nu. 1. ff. verb oblig. arg. l. ſi procurator, C. ff. rem haberi.* Ex quo ſequitur in ſimili, obligationem ad id quod intereſt, non pro uno anno, ſed pro pluribus annis committi, eo caſu, quando non pro uno anno tantum, ſed etiam pro reliquis annis noſtra intereſt, fidem ſervatam eſſe.

Nec obſtat huic noſtræ ſententiæ, quod aliqui Dd. tradunt, ſolùm † primi 25
anni, ſive primæ negotiationis, non verò ſequentium annorum ſive negotiationem Intereſſe regulariter peti poſſe, *Curt. jun. l. unica nu. 57. & ibi Berengarius Paulbacus in repetitu. 309. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. Dec. c. tum venerabilis. nu. 14. extr. de exceptio:* Idque confirmetur ex eo quod in ſimili Dd. tradunt, licet res empta à tutore ex pecunia pupillari efficiatur pupilli, & ſic compendium illius emptionis ad pupillum pertineat, hoc tamen tantum habere locum in prima emptione,

cæterum, ſi tutor rem emptam pecunia pupillari iterum venderet, & cum pecunia ex illa venditione redacta alias res emeret, commodum hujus ſecundæ emptionis ad pupillum non ſpectare. *Bald. l. Tutum. §. altero num. 1. ff. adminiſtrat. tuto.*

Quodque Intereſſe illius quod eſt propinquum, non autem illius quod eſt remotum ratio haberi debeat, *Car. Mollin. in conſuetud. Pariſ. §. 6. gl. 7. num. 18. Mollin. in tractatu de eo quod intereſt, idemq; in tract. de uſur. num. 29.*

Namque reſpondeo, contrariam Dd. ſententiam procedere tantum eo caſu, quando Intereſſe primi anni ſive primæ negotiationis eſt principale & principaliter committitur; vel propter motam vel propter pacta non ſervata, ſequentium vi annorum vel negotiationum Intereſſe non eſt æque principale, neque principaliter committitur propter pacta non ſervata, ſecus autem eſt, quando Intereſſe omnium annorum ſive negotiationum eſt æquè principale; & æquè principaliter debetur, propter pacta vel fidem non ſervatam, tunc enim omnium annorum atque negotiationum Intereſſe peti poteſt. *Berenger. Paulhat. rep. l. unic. n. 309. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt.*

Sed certum eſt, quod Intereſſe omnium annorum debitum, propter intempeſtivam renunciationem ſocietatis, ſit æque principale, & æque principaliter debeatur. Igitur ſequitur, quod ab eo qui intempeſtive & ante tempus ſocietatis elapſum, ſocietati contra pacta conventa renunciat, Intereſſe omnium annorum peti poſsit.

Et ſic per prædicta concludo, quoad hanc tertiam quæſtionem, hæredibus Domini M. à N. permitti propter pacta non ſervata, nempe propter renunciationem ſocietatis intempeſtivè & ante tempus elapſum factam, contra renunciantes agere ad omne Intereſſe, non unius, ſed omnium annorum ſequentium, ad quæ ſocietas contracta fuit, non tantum ad Intereſſe intrinſecum, ſed etiam ad Intereſſe extrinſecum, & non tantum ad Intereſſe damni emergentis, verùm etiam ad Intereſſe lucri ceſſantis.

Nec obſtat huic veriſsimæ noſtræ deciſioni, quod hæredes M. à N. non ſint ſoliti negotiari, quodque Dd. magis communiter tradunt, † Intereſſe lucri ceſ- 26
ſantis neminem petere poſſe, niſi illum tantum, qui eſt ſolitus negotiari.

Et eum quidem non ſimpliciter, ſed ita demum ſi ipſe habuerit mercantiam præ manibus, ex qua veriſimiliter lucrari tantum potuiſſet.

Bald. l. 1. num. 25. C. ſent. quæ pro eo quod intereſt. Card. clem. 1. §. ſanè quæſt. 4. de uſuris. Bald. Paulhat. de Caſtr. & Iaſon. l. 4. §. fin. ff. eo quod cert. loc. Alexand. l. divortio in pr. col. 7. & l. in inſulam §. uſuras col. 2. ff. ſol. matrim. Alex. conſ. 141. in pr. lib. 5. Dec. c. cum venerabilis. num. 14. extr. de exceptionibus. Gomeſius §. actionum, num. 17. Inſtit. de actionib. Innocent. Card. & Dd. cap. ſacro extr. de ſentent. ex comm. Vitallin. in tractatu Clauſul. §. ſed an juri alimentorum fol. 332. Rom. conſ. 417. col. 2. Socin. conſ. 156. col. 3. lib. 1. & conſ. 179. lib. 2. Dec. conſ. 116. Curt. in tractatu de moneta. Chaſan. in conſuet. Burgund. in rubri : Des dio itz. §. 23. Bald. Novell. in tractatu de dote 7. part. 3. ſpeciale col. 4. Ioh. Campeg. in tractatu de dote 2. part. quæſt. 6. M. de Affl. deciſ. Neap. 20.

Namque reſpondeo primò, hanc ſententiam, quæ vult Intereſſe lucri ceſſantis rationem non haberi, niſi in illis tantum perſonis, qui ſunt ſoliti negotiari, à multis magnæ authoritatis Dd. urgentiſsimis rationibus approbari, prout, ut hujus Intereſſe etiam in aliis perſonis ratio haberi debeat, tradit *Philip. Melanth. in epit. Philoſophiæ moralis. Petr. de Anchor. clem. 1. de uſur. Theologi in 4. ſententia. diſtinct. 15. & ibi Gabriel. quæſt. 11. col. 5. Conrad. in tractatu de contract. quæſt. 30. Car. Mollinæus in tractatu de uſur. num. 30. Car. Molin. in addit. ad Deci. c. cum venerabilis num. 14. extr. de exceptio.*

Secundò reſpondeo, poſito contrariam ſententiam, prout illa communior eſt, ita quoque veriorem eſſe, illam ſententiam procedere tantum in illo Intereſſe lucri ceſſantis, quod lucrum ipſe petens veriſimiliter, cum pecunia ſibi debita acquiſiviſſet, ſi ſibi pecunia debita tempore conſtituto ſoluta fuiſſet.

In quibus terminis loquuntur omnes Dd. communiter pro contraria ſententia citati.

Secus autem eſt in illo Intereſſe lucri ceſſantis, quod petens veriſimiliter acquiſ-

quiſiviſſet ex facto rei ſive adverſarii, ſi ipſe fidem datam adimpleviſſet.

Illud enim indiſtinctè peti poteſt, ſive petens ſit ſolitus negotiari ſive non, prout hoc expreſſe tenet *Ioan. Plot. in tractatu de in lit. juramento. §. 13. n. 6.*

Ubi concludit, ſi is cui pecuniam ad mercandum vel negotiandum in hoc contrahendo cum ipſo ſocietatem licitam numeravi, cum illa pecunia mercatus vel negotiatus non fuerit, & ſic contra fidem pactorum deliquerit, me contra ipſum agendo conſequi poſſe omne Intereſſe, omneque illud quod veriſimiliter lucratus fuiſſem, ſi cum illis pecuniis ſocius meus negotiatus fuiſſet, ſive mercaturam exercuiſſet, *arg. l. ſi fratres. §. ſi quis ſocietatem. ff. pro ſoc.*

Quare cum in caſu noſtro hæredes M. à N. petant Intereſſe lucri ceſſantis, non quidem illud quod ipſi cum ſua capitali acquirere poſſent vel potuiſſent. Sed illud, quod ipſi ex ſocietate veriſimiliter acquiſiviſſent, ſi illa ſocietas facto adverſariorum intempeſtiva nempe renunciatione ſolutâ non fuiſſet.

Sequitur contrariam Dd. ſententiam nobis nihil obſtare, ſed in caſu noſtro etiam lucri ceſſantis rationem haberi, nec hæredibus M. à N. quicquam obſtare, quod non ſint ſoliti negotiari.

Secundò reſpondeo, contrariam Dd. ſententiam non procedere in illo Intereſſe lucri ceſſantis, quod petitur non propter moram ſed propter maleſactũ; illius enim indiſtinctè ratio habetur, ſive quis ſolitus fuerit negotiari ſive non.

B. l. ſi commiſſa. arg. ill. text. ff. rem. rat. haber. Iaſon. text. l. 3. §. qui ſepulchri. ff. ſepulchri. viol.

Tertiò reſpondeo, contrariam Dd. ſententiam non procedere eo caſu, quando culpa ſive factum adverſarii directò eſt ordinatum ad amiſsionem lucri.

Ray. de Forl. repet. l. unic. num. 46. C. ſent ent. quæ pro eo quod intereſt.

Quare cum in noſtro caſu Intereſſe lucri ceſſantis petatur non propter moram, ſed propter factum illicitum, intempeſtivam nempe renunciationum ſocietatis, atque factum renunciantium directò ordinatum ſit ad amiſsionem lucri, ſequitur in caſu noſtro, non habere locum contrariam ſententiam Dd. ſed illa non obſtante indiſtinctè Intereſſe lucri ceſſantis peti poſſe.

Quartò reſpondeo, illos Dd. qui volunt Intereſſe lucri ceſſantis rationem haberi tantum in illis, qui conſueverunt mercari ſive negociari, non autem in aliis, illa tantum ratione moveri, quod in ſolitis negotiari Intereſſe lucri ceſſantis veriſimiliter certum ſit, in illis verò, qui non ſunt ſoliti negotiari omninò ſit incertum. *B. d. l. unic. num. 25. & ibi Dd. C. ſent. quæ pro eo quod intereſt. profer.*

Eamque ob cauſam aliquos Dd. indiſtinctè tradere Intereſſe lucri ceſſantis, quod quis veriſimiliter feciſſet, regulariter rationem haberi, *Alciat. repet. l. unic. num. 97. C. ſentent. quæ pro eo quod intereſt. profer.*

Sed certum eſt, quod in noſtro caſu Intereſſe lucri ceſſantis propter intempeſtivam renunciationem non ſit incertum, ſed ex veriſimilibus conjecturis certum & quodammodo liquidum.

Igitur ſequitur, quod etiam ex mente illorum Dd. qui volunt lucri ceſſantis Intereſſe rationem non haberi in illis, qui non ſunt ſoliti negotiari, in caſu noſtro lucri ceſſantis Intereſſe ratio haberi debeat, propter identitatem rationis quæ in noſtro caſu militat.

Namque cum ratio † ſit & mens. 27
Dyn. c. ſin. regul. jur. lib. 6.

Et anima, *B. l. ſi quis ſervo, col. fin. C. de furtis.*

Et medulla cujuslibet diſpoſitionis, *B. l. 1. col. fin. ff. ſi cert. petat.* nihilque à diſpoſitione differat. *Tiraquell. in tract. ceſſante cauſſ. 1. par. num. 135.*

Imò ipſa diſpoſitionem inducat, atq; jus faciat. *B. cap. dilectus. col. 1. extr. de reſcript.*

Receptum eſt, rationem ampliare & extendere quamlibet diſpoſitionem, *l. nomen debitoris §. fin. ff. legat. 3. l. cum mulier. ff. ſolut. matrim. l. regula. § ſi quis & §. licet. ff. jur. & fact. ign. l. cum pater §. dulciſsimis. ff. legat. 2. l. 1. §. mater. verſ. quid ſi curatores. ff. ad SC. Tertullian.*

Digitized by Google

Et in omnibus caſibus, in quibus eadem ratio militat, idem quoque jus ſervandum eſſe, *l. illud. in pr. ff. ad L. Aquil. l. à Titio in pr. ff. verb. oblig. l. his ſolù. C. revocat. donat. B. capitul. quia verò, in. fin. extr. de judic.*

Porrò in hoc Intereſſe lucri ceſſantis, quod hæredes M. à N. pro annis ſeqq. ſtatim petere poſſunt, habetur ratio interuſurii medii temporis, de illo nempe detrahitur illud, quod videlicet hæredes M. à N. plus accipere videntur, quod ipſi Intereſſe omnium annorum ſimul atque ſemel accipiunt, quam habuiſſent, ſi ipſi ſingulis annis lucrum ſuum conſecuti fuiſſet, prout hæc deciſio ſatis probatur per text. *l. ſi conſtante §. quoties. & ibi B. Alexand. & Dd. ff. ſolut. matrimon. Paul. de Caſtr. l. in lege. §. ſi domus ff. locat. & conduct. Iaſon. l. diem functo. num. 23. ff. offic. aſſeſſor.*

Præterea annotandum eſt, hoc Intereſſe tàm lucri ceſſantis quàm damni emergentis, quod hæredes M. à N. propter intempeſtivā renunciationem prætendunt, per juramentum in litem probari poſſe. *Plot. in tractatu de in litem juran. §. 13. nu. 12.*

Similiter ſi hæredes M. à N. pro ſequentibus annis lucrum aliquod acquirerent, cum ſumma capitali hoc ſimili modo ex Intereſſe detrahendū eſſet, ſicut hoc expreſſè tenet *Petr. Rebuff. rep. l. unic. num. 600. C. ſentent. quæ pro eo quod intereſt. Et ſatis probatur per text. l. ſed addes. §. fin. l. diem functo. l. Dominus horreorum ff. locat. & conduct. l. diem functo. & ibi Iaſon. num. 33. ff. offic. aſſeſſor. B. & Fulgoſ. l. ſi in lege §. ſi domus ff. locat. & conduct.*

Et ſic ex prædictis quoad deciſionem tertiæ quæſtionis ſatis liquet atque patet, hæredibus M. à N. permitti contra illos ſocios, qui intempeſtivè ſocietati renunciarunt, agere ad omne Intereſſe non tantum lucri ceſſantis, ſed etiam damni emergentis non tantùm primi, verùm etiam ſeqq. annorum poſt renunciationem usque ad finem 12. anni, habita tamen ratione interuſurii medii temporis.

Quartam quæſtionem quod attinet, cum ſexaginta illa millia floreni debita quos Comes Chriſtophorus à N. communi ſocietati debet, non à novis ſociis ſocietatis, ſed à veteribus priusquam novos ſocios ſibi adſciſſerunt, conflata ſunt, exiſtimo novos ſocios non habere poteſtatem illos ſexaginta millia florenos à debitoribus petere, ſed quod vigore Iuris veteribus ſociis ipſorumque hæredibus ſolummodò conceſſum ſit, propterea actionem & querelam contra Comites inſtituere: Niſi veteres ſocii novis ſociis actiones ſuas, quas ratione hujus debiti contra Comitem Chriſtophorum habent, penitus vel pro parte jam antea ceſſerint, quo caſu, etiamſi novis illis ſociis conceſſum ex jure ceſſo à Comite Chriſtophoro debitum illud pro rata ſua quam in ſocietate habent, exigere.

Nihilominus tamen de jure veteribus ſociis (cum illi ceſsione facta nihilominus directas actiones ſibi retinuerint) concederetur, ratione ipſorum Intereſſe, quod illi contra novos ſocios habent, ſuper ſæpedictum debitum arreſtum petere.

Et quamvis novi ſocii, (caſu, ſi illis antehac actiones non fuerint ceſſæ) à veteribus ſociis exigere poſſent, ut ipſis actiones ipſorum cedant: Exiſtimo tamen, veteres ſocios contra illam querelam, exceptionem compenſationis (in quantum poſtulatio ipſorum, ratione perpeſsi damni quod propter renunciationem intempeſtivam ſocietatis aliamve cauſam contra novos ſocios habent, ſe extendit) objicere, illaque tantum obtinere poſsint, quod novis illis ſociis à Comite nulla ſolutio fiat, donec ratione ipſorum perpeſsi damni aliorumque poſtulationum ſint contentati.

Reliqua debita verò ſocietatis quod attinet, exiſtimo M. à N. piæ memoriæ hæredes jure poſſe illa debita in hunc finem facere arreſtari, ut novi ſocii ſufficientem ſatisdationem cautionemque præſtent in quantum veterum ſociorum poſtulata concernunt, quod omnes apud unum judicem judicio ſiſti jurisque eventum expectare velint.

Ad alium verò finem hoc facere non poſſent, niſi novi illi ſocii ſuſpecti vel vagabundi exiſtant, ita ut vix certum domicilium habeant.

Et ſi veteres ſocii debita communi ſocietati pertinentia, auctoritate judicis com-

competentis arreſtarent, & propter hoc impedimentum ab illis deſertoribus ſocietatis in jus vocarentur, poſſunt veteres ſocii econtrà remedio *capitul. frequens de reſtitut. ſpoliat. lib. 6.* quod meo judicio in præſenti caſu locum habet, ſe ſuſtentare, & virtute illius reſponſionem ſuam differre, donec veteres ſocii, vel in totum in veterem abalienatum contractũ den Steichandel nominatum, reſtituti ſint: vel perpeſsi damni, quem propter abalienationem illam ſenſerunt, compenſationem acceperint.

28 Namque certi & indubitati juris eſt, quod contracta † ſocietate, ea, quæ in nominibus conſiſtunt ſive nomina debitorum inter ſocios non communicentur, ſed actiones apud eum remaneant, qui illa nomina fecit, nec alteri ſocio permittatur, illud nomen vel penitus vel pro parte exigere, niſi ſibi actio ceſſa fuerit, *l. ea quæ in nominibus in prin. & gl. ff. pro ſocio gl. l. 1. C. de action. & obligat.*

Quare cum nomen nobilis & generoſi Dn. Chriſtophori Comitis à M. à veteribus ſociis fuerit factum, antequam Francofurdienſes in ſocietatem reciperentur, ſequitur Francofurdienſibus non permitti illud nomen vel penitus vel pro parte exigere, niſi ipſis actio ceſſa fuerit, à veteribus ſociis, nec obſtat, ſi forſan Francofurdienſes prætendere velint, ſe inſtrumentum debiti penes ſe habere. Eamque ob cauſam ſibi ex iſto inſtrumento contra Comites agere permiſſum eſſe.

Namque primò, Seyn ſie nicht getrewe Inhaber derſelben Schuldverſchreibung / Sondern haben dieſelben mit Liſt an ſich gebracht.

Eamque ob cauſam ipſis non debet permitti ex illo inſtrumento agere.

29 Cum † fraus & dolus nemini patrocinari *l. 1. ff. de Except. dol. capitul. ſedes. A. poſt. extr. de reſcript*: neminique permitti debeat, ex improbitate ſua lucrum vel actionem conſequi. *l. itaq. fullo, in prin. ff. de furt.*

Secundò, Francofurdienſes inſtrumentum debiti abſque voluntate & permiſſione veterum ſociorum ab uno tantum ex ſociis, eodemque inſtitore, cive Eisleblenſi nomine Moſchavver, non conſentientibus reliquis ſociis nacti ſunt. Eamq; ob cauſam per hoc factum: actio reliquis ſociis competens in ſocios Francofurdienſes transferri non potuit.

Cum id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro in alium transferri nequeat. *l. quod noſtrum, ff. de regul. jur.*

Et licet Francofurdienſibus ſociis videatur competere actio ad hoc quod reliqui ſocii ipſis proportione ſua quam in ſocietate habuerunt, actiones cedant, ad exigendum hoc nomen, juxta text. *l. ea quæ. ff. pro ſocio.*

Tamen contra hanc petitionem in caſu noſtro veteres ſocii meo judicio ſe exceptione tueri poſſunt.

Primò, quia ſocietas in caſu noſtro finita eſt, atque prout in facti narratione præſupponitur, Francofurdienſes jam ſuam ſortem capitalem integram, quàm ipſi in ſocietatem collocarunt, à Comitibus à M. receperunt, vel ad minus de hac cautionem idoneam acceperunt.

Secundò, quia ipſi ſunt debitores veterum ſociorum, atque ab illis ad id quod intereſt, propter intempeſtivam renunciationem ſocietatis conveniri poſſunt.

Eamque ob cauſam, mihi videtur ipſos † exceptione compenſationis removeri poſſe. Quatenus ad ſummam ad 30
quam Intereſſe debitum ſe extendit, dummodò tamen debitum Intereſſe, vel ſit liquidum vel intra modicum tempus liquidari poſsit, juxta ea quæ tradit *Iaſon. & Dd. §. in bonæ fidei. Inſtitut. de act. Bart. l. aperto. §. qui compenſationem ff. de jur. Fiſci. Alex. conſ. 95. & conſ. 101. lib. 4.*

Nec obſtat huic ſententiæ, quod actio competens Francofurdienſibus contra veteres ſocios competat, non ad quantitatem aliquam, ſed ad factum cedendam nempe ſibi actionem, Actio verò competens veteribus ſociis hæredibus nempe M. à N. competat ad quantitatem, eamque ob cauſam dici poſſit, exceptionem compenſationis in caſu noſtro locum non habere, namque reſpondeo, licet actio competens Francofurdienſib. contra veteres ſocios competat ad hoc, quod ipſis actio cedatur? Illam tamen actionẽ, quam ipſi ſibi cedi poſtulare poſſunt, ad quantitatem competere, eamque ob cauſam contra hanc petitionem ceſsionis

perinde ut contra petitionem quantitatis exceptionem compenſationis de debito quantitatis à reo convento objici poſſe.
31 Namque cum is qui † actionem habet, illam rem ad quam actio competit, habere cenſeatur. *l. qui actionem. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de regul. jur.*

Receptum eſt, actiones aſſumere & univerſam naturam & omnes qualitates illarum rerum ad quas actiones dantur ſive competunt, *Corn. conſ. 188. incip. circa hanc conſultationem in fine lib. 3.*

Eamque ob cauſſam, actionem judicari vel mobilem, ſi illa res, ad quam actio competit, mobilis ſit, vel immobilem, ſi illa res ad quam actio competit, immobilis ſit. *gl. Bart. & Dd. l. 1. C. ſi adverſ. transact. gl. §. hac ergo. verb. remunerandæ authent. de non alien. vel permut. reb. Eccleſ. Dyn. Bart. & Albert. l. poteſt. ff. de authoritate tutorum. Petr. de Bel. Bart. l. fin. C. in quibus cauſſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſa. Bart. & Angel. l. ſi ſic legatum. §. fin. ff. de legat. 1. Bald. l. jubemus la. 2. in prin. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Angel. l. 1. §. ſuit quæſitum & ibi Rom. ff. ad SC. Trebell. Ioann. de Plat. l. 2. §. ut filiorum C. quando & quibus quart. pars debetur. lib. 10. Alexand. conſ. 16. lib. 1. Corn. conſ. 236. col. pen. libr. 4. Steph. Berdran. conſ. 74. num. 7. lib. 2.* Item vel dividuam, ſi illa res ad quam competit, individua ſit, *l. 2. §. & harum & ibi Iaſon. ff. de verb. oblig. l. at §. Capro. & ibi Dyn. Bart. Angel. & Dd. l. ſtipulationes non dividuntur, in prin. & ibi Bart. Paul. de Caſtr. Alexand. Iaſ. & Dd. ff. eod. tit.*

Necnon vel certam ſi illud, ad quod actio competit, certum ſit, vel incertum, ſi illud, ad quod actio datur, incertum ſit. *l. ubi ff. de verb. obligat.*

Quinimò generaliter id quod in actionem venit, actionem modificat, & ſecundum illud de actione judicium ſit. *l. ſi eum §. fin. ff. ſi quis cautionib.* Usque adeò, ut nihil interſit, utrum quis pecuniam habeat in numerato, an verò in nominibus, & in utroque idem jus ſtatuatur, *l. 1. §. exactio. C. de rei uxor. act. l. magis puto. §. non paſſim ff. de reb. eorum. l. 2. §. inhabiles. C. quando & quibus quart. pars decurionum debetur, lib. 10.*

Et ſic ex prædictis liquet, ei qui agit ad cedendum ſi nomen ſive actionem ad quantitatem competentem, exceptionem compenſationis de debito quantitatis perinde objici poſſe, atque ſi ipſe ad quantitatem ageret.

Tertiò, contra hanc † petitionem ceſsionis, hæredes M. à N. ſe tueri poſſunt, illa exceptione, quod Francofurdienſes contractum ſocietatis impugnaverint, per hoc quod ipſi intempeſtivè ſocietati renunciaverint, quodque ipſi neque contractum ſocietatis neque pacta ſocietati adjecta ſervaverint, multaque contra fidem pactorum ſecerint. 32

Eamque ob cauſam ex contractu ſocietatis ſive vigore ſocietatis ſe tueri, vel ad cedendam ſibi actionem agere non poſsint.

Cum ſit certi & indubitati juris, quod nemo ſe juvare poſsit, quod ipſe quolibet modo impugnavit, *capitul. ex eo, & ibi Dyn. & Ioan. Andr. de regul. jur. lib. 6. l. poſt legat. in prin. & ibi Bart. ff. de his quibus ut indign.*

Quodque ei qui † fidem datam non ſervavit, fides viciſsim ſervanda non ſit. *capitul. fruſtra. & ibi Dyn. de regul. jur. lib. 6. l. cum proponas. la. 2. & ibi Alex. Iaſon Dec. & Dd. C. de pact.* 33

Etiamſi illa fides data jurata ſit, *cap. 3. & 4. ſimul. ubi extr. de jurejur.* Item etjamſi adverſarius in minimo fidem datam vel contractum non ſervaverit, *Bal. l. pacta conventa.* Quam ipſe legit cum *l. Iuris gentium in prin. ff. de pact. Iaſ. conſ. 216. col. 3. lib. 2. & conſ. 110. col fin. lib. 4. Dec. l. cum proponas la. 2. C. de pact. Roland. à Valle conſ. 53 num. 18.*

Præterea illi qui † contractum ex parte ſua non adimplevit, ex illo contractu agere non permittitur, *l. Iulianus §. offerre & ibi gloſſ. ff. de act. empt. Bald. Raph. Fulgoſ. Aretin. & Dec. l. filia licet. C. de collat. Petr. de Anchar. conſ. 331. col. 1. Alex. in addit. ad Bart. l. quæro §. inter locatorem. ff. de locat. & conduct. Alexand. conſ. 173. in fin. lib. 6. Decius conſ. 441. col. 2. & Iaſon conſ. 9. nu. 13. in fin. lib. 1.* 34

Quod abeque omni dubio verum eſt, quoad hoc, ut agenti ex illo contractu, quē ipſe non adimplevit, penitus exce-

exceptio obſtet, illaque exceptione ab agendo repellatur, *Alexand. l. filiæ licet. C. de collat. Alex. in addit. ad Bart. d. Iulianum §. offerri. ff. de act. empt. Aretin. d. ſi mora col. 3. ff. ſolut. matrim. Felin. c. in tanta col. fin. extr. de Simonia. Corn. conſ. 106. col. 2. & conſ. 250. lib. 1. Iaſon l. jurigent. in prin. ff. de pact. idem Iaſ. l. univerſa. col. 1. C. de precib. Imperat. offerend. Iaſ. §. actionum num. 24. Inſtitut. de act.*

Quæ exceptio ejus efficaciæ eſt, ut per ſtatutum, quo omnes exceptiones in genere ſublatæ ſunt, hæc exceptio ſublata non intelligatur. *Cyn. & Bald. l. ex adit. C. de exceptionib.*

Et ſic ex prædictis ſatis liquet, ſi Francofurdienſibus hactenus actiones contra Generoſum Comitem à M. à veteribus ſociis ceſſæ non fuerint, ipſas petentes ſibi actiones cedi, exceptione repelli poſſe.

35 Porro † ſi Francofurdienſib. à veteribus ſociis actiones ceſſæ fuerint dubium non eſt, per illam ceſſionem actionum utiles tantum actiones in Francofurdienſes translatas fuiſſe, & directas actiones penes ipſos veteres ſocios manſiſſe. *gl. l. 3. in prin. ff. pro ſocio.* Cum ſecundum communem atque receptam Dd. ſententiam ceſſione facta, regulariter utiles tantum actiones in ceſſionarium transferantur, & directæ penes cedentem maneant *gloſ. Bart. & Dd. l. 1. C. de act. & oblig. Bart. & Dd. l. 1. ff. eod. tit.*

Eamque ob cauſam vigore hujus directæ actionis, quæ apud veteres ſocios remanſit, veteribus ſociis indiſtincte permitteretur propter actiones quas ipſi contra Francofurdienſes habent, Generoſo Comiti à M. interdicere, ne ipſi quicquam de hoc debito Francofurdienſibus ſolvant, & Generoſus Comes hac interdictione ſive prohibitione facta illi omninò obtemperare cogeretur.

Namque certi & indubitati juris eſt, eum, qui contra debitorem debitoris ſui directam actionem retinuit, debitori debitoris ſui indiſtincte prohibere atq; interdicere poſſe, ne ipſe hoc debitum ſolvat, juxta text. expreſſum *in l. hæres cui, & ibi Bart. Paul. de Caſtr. Alex. & Dd. ff. ad SC. Trebell.* Si tamen Francofurdienſes poſt hanc prohibitionem ſive interdictionem factam Generoſo Comiti à M. idoneam cautionem de ſervando ipſum indemnem obtulerint, Generoſus Comes ipſis non obſtante hac prohibitione eo caſu, quo ipſis ceſsio facta fuiſſet, debitum pro rata ipſorum ſolvere cogerentur, *Ang. Nicol. de Neap. Raphael. Cuman. Alex. & Dd. l. hæres cum. ff. ad SC. Trebell. Imol. c. ſanè el. 2. extr. de off. delegat. Fel. capitul. cum. M. Ferrar. num. 42. & ibi Fran. Ripa. num. 153. extr. de conſtit. Iaſon l. non ſolum §. morte. num. 18. ff. de operat. nov. nunc. argum. l. is à quo cum. l. ſeq. ff. de rei vend. l. pen. ff. de petit. hæred.*

Et hæc ſententia confirmatur ex illo, quod in ſimili traditur, † præſtita idonea ſatisdatione ſequeſtrum legitimè factum relaxari; *l. ſi fidejuſſor. §. ſi ſatisdatum. & ibi Iaſon num. 17. ff. qui ſatisdare cog. capitul. 2. extr. de ſequeſtra. poſſ. & fructuum l. litibus, & ibi Bart. Angel. & Ioan. de Pla. C. de agricol. & cenſ. lib. 11.* 36

Quod verò ad illa nomina, in quibus hæredes M. à N. neque utile neque directum jus habeat, † ipſi non poſſunt vel hæc nomina facere ſequeſtrari vel debitoribus interdicere, ne ipſi Francofurdienſibus pro rata ſuæ portionis, quam ipſi in ſocietate habuerunt, debitum ſolvant, niſi hoc fiat ex cauſſa juſta & vera. 37

Cum regulariter nemo debitori alterius interdicere vel prohibere poſsit, creditori ſuo debitum ſolvere, niſi hoc fiat ex cauſa juſta ſimul & vera. *Bart. l. non ſolùm §. morte. num. 14. & ibi Alexand. Iaſon & Dd. ff. de oper. nov. nunciat. Franciſ. Ripa. capitul. cum. Mar. Ferrarienſis, extr. de conſtitut. arg. l. Papinianus ff. de publ. in rem. act. l. utram ff. de conſtit. pecun. l. ſi fidejuſſor. & ibi Bart. ff. de fidejuſſo.* Iuſtam autem cauſſam tam ſequeſtrationis quam prohibitionis de non ſolvendo eſſe judico, ſi Francofurdienſes forſan eſſent ſuſpecti, nec non & ſimiles cauſas ex quibus ſequeſtratio permiſſa eſt, *l. ſi fidejuſſor. §. ſi ſatisdatum, & ibi gl. Bart. Iaſ. & Dd. ff. qui ſatisdar. cog. gloſſ. l. 1. & ibi Bart. & Bald. C. de probib. ſequeſtra. pecul.*

38 Cæterum, † licet eo caſu quo debitor meus principalis eſt ſolvendo, aliqui tradiderint, mihi indiſtinctè permitti debitori debitoris mei interdicere, ne ipſe debitum creditori ſuo eidemque meo debitori ſolvat, eo caſu, quando debitum meum liquidum eſt, *Paul. de Caſtr. l. heres cum. ff. ad Senatuſconſ. Trebell.* Hanc tamen ſententiam reprobat *Alexand. d. l. heres cum*, eam ob cauſam, quia prohibitio de non ſolvendo facta, eſt quodammodo ſpecies ſequeſtrationis, quæ ſequeſtratio regulariter prohibita eſt. *l. 1. & ibi Bart. Bald. & Dd. C. de prohibit. ſequeſt. pecun. Bart. & Dd. l. intereſſe. ff. de acquir.*

In noſtro verò caſu, etiamſi Francofurdienſes ſuſpecti non eſſent, nec aliæ cauſæ ſubeſſent, ex quibus ſequeſtratio jure permittente licitè fieri poſſet.

Ego judico hæredibus M. à N. permitti debitoribus ſocietatis prohibere, ne ipſi Francofurdienſibus quicquam ſolvant, antequam Francofurdienſes ipſis idoneam cautionem expoſuerint, quod omnes ſimul coràm uno eodemque judice ſe judicio ſiſtere velint, eam ob cauſam, quia continentia cauſæ dividi non debet. *l. nulli & ibi Iaſon. & Dd. C. de judic. cap. 1. & ibi Abb. & Dd. extr. de cauſ. poſſeſſio & propriet. Abb. & Felin. c. fin. extr. de judic.*

39 Ideoque receptum eſt, plures † ſocios, licet ipſi diverſi fori ſint, à judice cogi poſſe, ut ipſi omnes coràm eodem judice litigent, ſive juri pereant, *l. 1. & 2. & ibi Bart. ff. de quib. reb. ad eund. judic. eat.*

Et cum illi novi ſocii Francofurdienſes nuncupati, diverſi fori ſint, diverſosq; judices habeant, ego judico in electione hæredum M. à N. eſſe, coràm quo judice ipſos convenire velit.

Namque certi & indubitati juris eſt, quod eo caſu, quo reus plures judices habet, in electione actoris ſit, coràm quo judice ipſe reum convenire velit. *Guido de Suſa. Alber. de Roſa; & Paul. de Caſtr. l. 3. in prin. & ibi Iaſon. num. 5. arg. illius text. ff. de eo quod certo. loc. Bart. l. ſi per errorem, in fine. ff. de juriſdict. omn. judic. fa. text. l. cum Clericis. C. de Epiſcop. & Cleri. l. decernimus. C. de Epiſcopa. audien.*

Præterea ſciendum eſt, Dd. tra-
40 dere † proteſtationem inhibitoriam de non ſolvendo debitum factam autoritate judicis debitori debitoris mei, indiſtinctè ratam eſſe, eique illum cui hæc proteſtatio facta fuit, parere cogi, licet vel in illa prohibitione vel cauſa nulla expreſſa fuerit, vel non appreat, cauſam expreſſam veram eſſe, ideoque cautelam eſſe, ſi quis velit impedire ſolutionem debiti, ut curet, debitori authoritate judicis denunciari ne ipſe debitum ſolvat, ſicut hoc expreſſè atque in ſpecie tradit *Bart. Bald. & Paul. de Caſt. l. fin. argum. ill. text. ff. l. commiſſ. B. capitul. fin. num. 2. extr. de ſequeſt. poſſ. & fructuum. P. de Anch. Clem. 1. de exceſſ. prælator. Alexand. l. non ſolum. §. morte. num. 34. & ibi Iaſon. nu. 29. ff. oper. novi nunc. Alexand. conſ. 73. num. 3. libr. 3. Felin. capitul. cum. M. Ferrarien. num. 41. extr. de conſtitut. Felin. capitul. cum contigat. num. 18. extr. de reſcript.*

Et idem eſt de mente Ioan. Andr. & Anton. de Butrig. capitul. ſignificavit. extr. de sent. Ioan. Andr. in Addit. ad Specul. §. nunc aliqua. verſ. illud. titul. de ſolut. Archidiac. capitul. dixit. 14. quæſt. 5. Iaſon l. fin. num. 13. ff. qui ſatiſdat. cog. Quamvis in hac contrarium teneat Hormanochius Deciſ. rep. d. §. morte. num. 103. Et ibi Anton. Rubeus num. 388. & Fran. Ripa. c. cum. M. Ferrar. num. 153. extr. de conſtitut.

Ideoque ſuadendum eſt hæredibus M. à N. non auctoritate propria, ſed auctoritate judicis competentis interdicant atque prohibeant, debitoribus ſocietatis ne ipſi quicquam ſolvant Francofurdienſibus, quod ſi factum fuerit, videtur dicendum ipſos debitores omninò cogi huic proteſtationi parere.

Hac tamen prohibitione non obſtante, ego credo debitoribus permitti Francofurdienſibus debitum pro rata ad illos ſpectante ſolvere, ſi Francofurdienſes ipſis expoſuerint idoneam cautionem de conſervando ipſos indemnes, quamvis huic refragari videatur, id quod tradit *Iaſ. l. ſi fidejuſſor. §. ſi ſatiſdat. nu. 17. ff. qui ſatiſdat. cog.* Vbi concludit, ſequeſtrationem factam ex præcepto Principis vel alterius ſuperioris non relaxari, licet pars adverſa parata ſit idoneam cautionem exponere.

Porrò

Porrò annotandum eſt Dd. tradere, illi in cujus præjudicium debitori fuit facta prohibitio de non ſolvendo, permitti cõtra prohibentem ſive illum ad cujus petitionẽ prohibitio facta fuit, agere ad hoc, ut hæc prohibitio remittatur ſive relaxetur, *Card. & Imol. cap. ſanè. extr. de off. delegati. Imol. & Alex. l. hæres cum. ff. ad SC. Trebell. Felin. c. cum M. Ferrar. num. 42. extr. de conſtitut.*

Quod ſi in caſu noſtro Francofurdienſes præſumpſerint, ego credo hæredes M. à N. ipſis exceptionem ſpolii objicere, atque hac exceptione impetrare poſſe, ne ipſi antequam ipſis, der vereiſerte Gegerhandel gentzlichen wiederumb reſtituiret werde/ actoribus reſpondere cogantur.

Namque clari & indubitati juris eſt,
41 quod † ſpoliatus ſpoliatori ante reſtitutionem factam reſpondere minimè cogatur. *capit. 2. extr. de ordin. cogn. c. frequens, & ibi Phil. Franc. & Dd. de reſtitut. ſpol. lib. 6. Socin. conſ. 12. lib. 1.*

Quod usq; adeò verùm eſt, ut ſpoliator ſpoliato, non tantum ipſam rem principalem, ſed etiam omnes fructus, omniaque acceſſoria, atque omne illud quod intereſt, ante omnia usque ad ultimum quadrantem reſtituere cogatur; usque adeò, ut quamdiu unicus nummus vel de re principali, vel de fructibus aut Intereſſe deficit, ſpoliatus ſpoliatori reſpondere non cogatur. *B. capitul. conquerente. extr. de reſtitut. ſpolia. Abb. capitul. accedens col. 2. num. 6. extr. ut lit. non conteſt. Iaſon. Authen. qui rem. num. 6. C. de ſacroſanct. Eccleſiis Aymon. Cravett. conſ. 140. num. 3. lib. 1.*

Quinimò, etiam reſtitutione facta ſpoliatus à ſpoliatore conveniri non poteſt, niſi poſt reſtitutionem tantùm temporis elapſum fuerit, quanto tempore ipſe ſpoliatus fuit. *Abb. capitul. venerabili col. 2. extr. de off. delegat. Curt. jun. conſ. 41. circa fin. Aymon. Cravett. conſ. 140. num. 3. libr. 1.*

Et hoc procedit non tantum in illo,
42 qui illa † re corporali ſpoliatus fuit, ſed etiam locum habet in illo, qui re incorporali ſive quaſi poſſeſsione juris aut rei incorporalis ſpoliatus fuit, prout hoc ſatis probatur per text. *in capitul. nullus. 2. quæſt. 2. junct. gl.* Namque text. ibidem dicit, nullus poteſt convocari aut judicari antequam ſibi omnia ablata & omnia jura ei in integrum reſtituantur. *Et ibi gl.* in verb. omnia jura, exponit illa verba etiam incorporalia.

Et ſic ex illo textu, juncta gl. ſatis liquet atque patet, etiam illum qui jure aliquo, ſive re incorporali ſpoliatus fuit, ſpoliatori ante reſtitutionem plenè factam reſpondere non cogatur.

Et licet Dd velint non pro omnibus juribus, ſed pro certis tantum interdicta poſſeſſoria competere. *B. & Fran. Ripa. l. fin. ff. quorum bon.*

Ex generalitate tamen præallegati text. dum videlicet textus dicit: Omnia jura, liquet, eum qui jure aliquo ſpoliatus fuit, à ſpoliatore conveniri indiſtincte non poſſe, ſive pro illo jure interdictum poſſeſſorium competat ſive non, cum dictio, Omnis, omnia includat. *l. Iulianus, in princ. ff. de legat. 3. capit. ſolitæ. extr. de major. & obediend.*

Et hoc gl. expreſſè ſentit in *dict. capitul. nullus*, dum ibi gl. dicit etiam excommunicatum vel ſuſpenſum ante reſtitutionem factam ſpoliatori reſpondere non cogi.

Deinde hanc ſententiam probat textus *capitul. ſuper cauſſ. junct. gloſ. 2. quæſt. 5. capitul. ſi Epiſcopus. 3. quæſt. 2.* ex quibus textibus clarè liquet, quod etiam ſpoliatus dignitate ſua ante reſtitutionem factam ſpoliatori reſpondere non teneatur.

Et idem tenet *Fran. Ripar. in capitul. cum Eccleſia Sutrina num. 18. extr. de cauſſ. poſſ. & propriet* Ubi tradit, ſpoliatum quaſi poſſeſsione juris eligendi, ante reſtitutionem factam ſpoliatori reſpondere non cogi.

Præterea quoque non tantum is, qui 43
per † vim, ſed etiam is qui absque vi quocunque modo re vel jure ſuo ſpoliatus ſive privatus fuit, ante reſtitutionem plenariè factam ſpoliatori reſpondere minimè cogitur.

Sicut

Sicut hoc expreſſè & in ſpecie tenet *Hoſtienſ. Innoc. & Anton. de Butr. capit. 2. extr. de ort. cogn. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. §. 1. num. 11. verb. quæſtionibus, in tit. do petito : & poſſeſſorio : Ioan. Calder. cap. fin. extr. de ordin. cogn. Et idem eſt de mente gl. in capitul. nullus. 2. quæſt. 2. dum ibi gl. ponit exemplum de ſuſpenſo & excommunicato. Idem quoq́ videtur ſentire Phil. Fran. in capitul. frequens in prin. num. 4. de reſtit. ſpoliato : lib. 6. dum ſe remittit ad notata per Dd. in capitul. 2. extr. de ord. cogn.*

Et licet in hoc contrarium teneat *Ioh. Andreas in d. cap. frequens Abb. in c. 2. num. 12. extr. de ordin. cognit.* tamen præcedens opinio communior videtur, mihique magis placet, & ad rationes contrarias Abbatis facilè reſponderi poſſet, ſi temporis brevitas hoc ferret.

Et ſic concludo exceptionem ſpolii hæredibus M. à N. competere, eam ob cauſam, quod ipſi quaſi poſſeſſione des Segerhandels ſpoliati fuerunt, ſeque hac exceptione tueri poſſe, quo minus ipſi ante reſtitutionem plenariè factam ſpoliatoribus reſpondere cogantur, etiamſi hæc ſpoliatio abſque vi aliqua facta fuit.

Ad quintam quæſtionem reſpondeo: † Quamvis novi ſocii poſt diſſipationem alienationemq́ue contractus des Segerhandels contra proprias literas ſigillaq; ipſorum veſtrum principale peculium quod antea ut benè in rationes adductum juſtumq́ue reputatum, jam negare velint, cum tamen negatio illa extrajudicialis ſit, tamen hoc caſu *Auth. contra qui propriam*, locum non habet: Niſi novi illi ſocii judicialiter eſſent conventi, & tunc in illa negatione poſt litis conteſtationem, contra illas ſuas proprias literas ſigillaque permanerent, poſteaque ſufficienti probatione mendacii convincerentur, quo caſu dicta *Auth. contra qui propriam*, locum haberet, & nimirum ſi illæ literæ ſigillaque non ad probationem, ſed ad obligationem factæ eſſent.

Namque ad hoc, ut pœna dictæ *Auth. contra qui propriam*, locum habeat, non ſufficit abnegatio extrajudicialis, ſed requiritur, ut illa abnegatio ſit facta vel in judicio, vel etiam extra judicium, & abnegans poſtea judicialiter conventus, in illa abnegatione usque ad litem conteſtatam perſeveret. Sicut hoc ſentit *Bald. d. Auth. contra qui propriam, & ibi. B. num. 11. C. de non num. pec.*

Et probatur ex eo, quod & legibus expreſſè cautum & à Dd. communiter traditum eſt. Cuilibet permitti abnegationem ſuam usque ad litis conteſtationem impunè retractare. *l. electio. §. neq́ ff. nox. act. l. is qui ſe obtulit. ff rei vendic. gl. §. item mixta. Inſtitut. de action. gl. l. inde. Nevarr. §. hac actio. ff. nox. act. gl. l. de ætate. §. fin. ff. interrog. act. B. l. quidam exiſtimaverunt, ff. ſi cert. petat. Iacob. de Aretin. Angel. & Imola l. ſicut. §. quod autem. & ibi Alexandr. ff. de re judic. Rayn. Ang. & Modern. l. ſi dubitetur, in prin. & §. 1. ff. fidejuſſ. B. & Alexand. l. cum qui, in prin. & ibi Iaſon. num. 9. ff. jurejur. Felin. capitul. cæterum num. 18. extr. de judic.*

Quodque alibi traditum eſt, licet is Vaſallus qui feudum vel feudi conditionem abnegavit, pœna privationis feudi, puniatur hoc tamen non habere locum, ſi Vaſallus ante litem conteſtatam pœnitentiam egerit, & abnegationem ſuam revocaverit. *Alva. & Præpoſ. cap. 1. §. Vaſallus. el. 1. ſi de feu. def. cont.* Si vero Francoſurdienſes ſocii judicialiter conventi, in abnegatione ſua perſeveraverint, & poſtea legitimis documentis convicti fuerint. Ego credo ipſos in pœna *dict. Authen. contra qui propriam*, incidere, eam ob cauſam, quia ipſi inſtrumentum contractus ſocietatis in quo ſit mentio, veteres ſocios integrum ipſorum capitale ſolviſſe, & ſubſcripſerunt & ſigillaverunt.

Et certum eſt, quod is qui vel ſubſcribit vel ſigillat inſtrumentum aliquod intelligatur confiteri & approbare omnia iſta, quæ in iſto inſtrumento continentur, ſicut de ſubſcribente hoc tradit. *B. Ang. Salic. Fulgoſ. Paul. de Caſtr. Iaſon. & Dd. l. emptor. §. Lucius. ff. de pactis Ang. Im. Paul. de Caſtr. Alexand. Aretin. Iaſon. & Dd. l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus. ff. verb. oblig. Angel. Paul. de Caſtrenſ. Alexand. Iaſon. & Doctor. l. cum antiquitas argum. ill. text. C. de teſtament. Iaſon. & Decius Authen.*

ſi qui

ſi quis in aliquo C. de edend. Iaſ. leg. quæ dotis. num. 93. ff. ſolut. matrim. & de ſigillante illud tradit Bal. l. 2. arg. ill. tex. junct. gl. C. rebus alien. non alienan. Br. Alex. & Dd. l. qua totu. & ibi Iaſ. num. 94. ff. ſolut. matrim.

Et ſimili modo certum eſt, quod is qui contenta in ſcriptura à ſe vel ſcripta vel ſubſcripta, & ſuper ſubſtantia obligationis confecta pœna, *Auth. contra qui propriam*, afficiatur, *gl. Br. & Bl. dict. Auth. contra qui propriam. P. de Caſtr. Conſ. 87. num. 3. lib. 2.*

Nec obſtat, quod text *d. Auth. contra qui propriam*, loquatur in abnegante contenta in ſcriptura propria, eamque ob cauſam videatur dicendum pœnam illius Auth. non habere locum in abnegante ſcripturam à ſe tantum ſubſcriptam, prout etiam ibi expreſſe concludit *Salicet. cujus opinionem refert atq; ſequitur Iaſon. l. emptor §. Lucius num. 2. ff. pactis.*

Namque Dd. magis communiter tradunt, etiam illam ſcripturam, quæ à nobis ſubſcripta eſt, noſtram propriam cenſeri, atque *Auth. contra qui propriam*, etiam habere locum in illo, qui contenta in ſcriptura à ſe ſubſcripta abnegat, ſicut hoc expreſſe atque in ſpecie tradit *Bald. Auth. contra qui propriam. num. 3. Paul. de Caſtr. conſ. 87. num. 3. lib. 2. Iaſon. l. cum antiquitas. num. 13. C. de teſtam. Dec. Auth. ſi quis in aliquo. num. 17. C. de edend. Dec. c. quoniam contra. num. 48. extr. de probat. Et idem eſt de mente Aretin. in l. ſi ita ſtipul. §. Chryſogonus ff. verb. oblig. Alex. conſ. 147. num. 4. lib. 2. Fel. c. quoniam contra num. 43. extr. de probat. dum præfati Dd. ſimpliciter allegant B. d. Auth. contra qui propriam.*

Sextam quæſtionem quod atti-
45 net, exiſtimo diſpoſitionem *L. ſi quis major*, hoc caſu locum non habere: Cum hoc caſu nulla diſpoſitio jurata adſit: Sed cum novi Francofurdienſes alias contra fidem datam licet non juratam egerint, exiſtimo, quod ipſi incurrant notam infamiæ, non quidem ex eo capite, quaſi ipſi contra fidem juratam deliquerint, ſed ex eo capite, quod contra fidem datam deliquerunt.

Namque certum eſt, quod promiſſio ſimplex in qua dictum fuit aliquid loco juramenti promitti, jurata non cenſeatur neque vim juramenti obtineat.

Sicut hoc ſatis probatur per text *in capit. penult. & ibi Abb. & Dd. extr. de jurejur. Br. l. fin. C. vendit. reb. in lib. 10.*

Et confirmatur ex eo, quod pactis contrahentium effici nequeat, ut illud quod juramentum non eſt, juramenti loco habeatur, tum quia homo fictionem inducere nequit. *Bald. l. ſi is qui pro empt. num. 22. ff. uſucap.*

Tum, quia in contractibus potius rei veritas quàm ſcriptura inſpici debet. *l. 1. C. plus valet, quod agitur.*

Tum, quia circà ea, quæ ſint de forma vel ſubſtantia actus contrahentium Voluntas nihil efficere poteſt. *arg. l. cum hi. §. ſi prætor. & ibi Iaſon ff. transact. Iaſ. l. 1. ff. liber. & poſthum.*

Nec obſtat, quod ſecundum communem atque receptam Dd. ſententiam promiſſio per fidem facta, promiſſioni juratæ æquiparetur, ac juramentum reputetur, usqueadeo, ut in illo, qui contra promiſſionem per fidem factam, quod facit, vel illam non ſervat, perinde ut in illo qui contra promiſſionem juratam venit vel illam nonſervat.

Diſpoſitio *dict. l. ſi quis major C. de transaction.* locum habeat *cap. ad aures. & ibi gloſſ. extr. de fidejuſſ. gl. capit. pen. extr. de jurejuran. gl. Abb. & Dd. capit. querelam, & ibi Felin. extr. de jurejuran. Innocent. capit. etſi CHRISTVS extr. eo tit. Secul. §. fin. verſ. ſed pono compromiſſum per fidei præſtationem extr. de arbitris. B. c. in literis extr. de præſumpt. Ang. l. Roman. & Alexand. l. 3. §. jurari, & ibi Iaſon. num. 2. & 3. ff. jurejuran. Ioan. Fab. Alex. & Aquenſ. l. ſi quis major, & ibi Iaſon. num. 28. C. transaction. Barbat. dict. capitul. pervenit. Ang. in ſumma verb. perjurium. ad finem Iaſon. §. item ſi quis poſtulante. num. 54. 55. & 56. Inſtitut. de action. Felin. cap. ſecundo extr. de ſponſalibus Hieron. Cagnol. repet. l. ſi quis major. num. 75. C. de transactionib.*

Namque reſpondeo, promiſſionem per fidem factam juramentum eſſe, promiſſionem autem ſimplicem nullo modo juramentum eſſe, nec in contrahentium pote-

poteſtate ſitum eſſe pactis vel conventionibus ſuis efficere, ut illud quod juramentum non eſt, juramentum ſit, atque loco juramenti habeatur.

Similiter non obſtat noſtræ ſententiæ id quod tradit *Abb. in c. pen. extr. de jurejuran*: ubi concludit promiſsionem factam per juramentum jam antea ſuper re diverſa præſtitum, juramentum cenſeri.

Namq; reſpondeo, hoc ideo evenire, quia juramentum jam præſtitum eſt in rerum natura. Et eſt res ſpiritualis, ideo mirum non eſſet, quod promiſsio facta per illud juramentum, perinde ut juramentum per aliam rem ſpiritualem factũ juramentum cenſeatur.

Quæ ratio cum ceſſet in promiſsione ſimplici loco juramenti facta, ſequitur, quod in illa promiſsione ſimplici loco juramenti deciſio Abbatis locum non habeat, cum ceſſante ratione alicujus deciſionis & ipſa quoque deciſio ceſſet. *l. quod dictum C. ff. pact. l. adigere C. §. quamvis ff. de jure patron.*

Quoad ſeptimæ quæſtionis deciſionem, primò præmittendum eſt Dd. tra-
46 dere ad hoc, ut ex† contractu mutui præpoſiti ſive inſtitoris quis obligetur, requiri copulativè.

Primò quod is præpoſitus ſive inſtitor tempore mutui dixiſſet ſe recipere pecuniam mutuo pro ſocietate ſive ad utilitatem ſocietatis. *l. 1. §. quod ſi ab initio ff. exerc. act.*

Secundò, quod ſocietati eo tempore oportunum eſſet, accipere illas pecunias mutuo. *l. fin. ff. exerc. act.*

Tertio, quod mutuans pecuniam eo tempore, ſciat illam oportunitatem recipiendi mutuum ad utilitatem ſocietatis, & quod ſciat recipientem mutuum eſſe præpoſitũ ſocietati, & ſic appareat, quod accipiens mutuam pecuniam habuerit animum obligandi ipſos ſocios ſive præponentes. *d. l. fin. ff. exerc. actio: l. ei qui in fin. C. quod cum eo. Bar. & Bal. l. ſi pupilli §. 1. ff. neg. geſt.* Niſi ſocii poſtea ratum haberent illud mutuum, aut appareret in illorum utilitatem verſum eſſe. *d. l. ei qui.*

Quartò ut mutuans non mutuet majores quantitates pecuniæ quam ſocietati tunc temporis neceſſarium eſt, nam alioquin ipſe non haberet regreſſum contra præponentes, niſi ad illam quantitatem tantum quæ tempore mutui neceſſaria fuit. *d. l. fin. ff. exerc. actio.*

Quintò, ut mutuum factum ſit in illo loco, in quo poteſt adimpleri cauſſa propter quam mutuum acceptum fuit. *d. l. fin. ff. exerc. act. Et hæc requiſita tradit Alex. in conſ. 44. nu. 6. lib. 2. & conſ. 214. nu. 10. lib. 7. Quam doctrinam Alex. ſequitur Dec. l. ſi inſtitorem. nu. 4. ff. ſi cert. pet. Card. Pariſ. conſ. 93. lib. 1.*

Secundò præmittendum eſt Dd. tra-
dere ad hoc, ut ex † contractu ſocii, ſo- 47
cietas vel alii ſocii obligentur, requiri.

Primò, quod illi contractus conſtante ſocietate à ſocio initi fuerint, ſecus verò eſſe, ſi hi contractus vel ante ſocietatem contractam vel poſt ſocietatem finitam initi fuerint.

Tunc enim ex illis ſocietas vel ſocii non obligantur. *P. de Caſtr. l. 1. §. non autem. nu. 3. ff. exerc. act. P. de Caſtr. conſ. 104. nu. 1. lib. 1. Dec. l. ſi ſocius nu. 4. ff. ſi cert. petat. Card. Pariſ. conſ. 94. nu. 15. lib. 1. Beneven. Stracha in tractatu de mercatoribus 5. part. nu. 17. arg. l. ſi id quod quiſq. in prin. l. omne æs alien. l. ſed nec æs alien. l. pro ſocio arbiter. ff. pro ſocio.* Etiamſi contrahens cum ſocio ſocietate finita ignoraverit, illam ſocietatem finitam eſſe, *Dec. l. qui cum alio. ff. de regul. jur. Paul. de Caſtr. conſ. 104. lib. 1.*

Secundò, ad hoc ut ex mutuo vel ex alio contractu ſocii ſocius obligetur, requiritur, ut ille contractus fuerit celebratus vel mutuum acceptum non nomine proprio ſocii, ſed nomine ſocietatis. Namque ſi ſocius nomine proprio vel mutuum acceperit vel alium contractum celebraverit, neque ſocietas, neque ſocii ex illo contractu obligantur, niſi mutuum acceptum in utilitatem ſocietatis converſum & ſocietas ex illo locupletior effecta fuerit. *l. jure ſocietatis. & ibi. Bal. ff. pro ſocio. Alex. conſ. 139. lib. 5. Dec. l. ſi ſocius ff. ſi cert. pet. Dec. conſ. 98. Alex. conſ. 76. nu. 12. lib. 4. & conſ. fin. lib. 7. Aym. Cravet. conſ. 129. nu. 12. lib. 1. Card. Pariſ. conſ. 94. num. 22. lib. 1. Beneven. Stracha in tract. de mercatoribus. 5. part. nu. 15.*

Tertiò ex contractu ſocii neque alii ſocii, neque ſocietas aliter obligatur, niſi in ſocietate tacitè vel expreſſè comprehenſum fuerit, hunc contractum à ſocio contrahente celebrari poſſe, vel, niſi contrahens ad hunc contractum incun-

dum

dum à reliquis ſociis tacitum vel expreſſum mandatum habuerit, *B. l. jure ſocietate. arg. ill. text ff pro ſoc. P. de Caſtr. conſ. 345. n. 1. lib. 2. Pet. de Anchor. conſ. 332. & conſ. 400. Alex. conſ. 129 lib. 5. Soc. conſ 154 col. 2. lib. 2. Dec. l. ſi ſocius. arg. ill. tex. ff. ſi cert. pet. Dec conſ 98. & conſ. 558. Card, Pariſ. conſ. 93. n. 27. & conſ 94. n. 23. lib. 1. fac. tex. l. nemo ex ſocijs ff. pro ſocio.* Et hoc non tantùm procedit, quoad ipſo ſocios, ſed etiam quoad extraneos ignorantes, namq; ex contractu ſocii cum extraneo etiam ignorante celebrato, neq; ſocietas, neque ipſi ſocii aliter obligantur, niſi hic cõtractus ſecundum formam ſocietatis atque pacta in ſocietate adjecta, vel ſecundum mandatum tacitum vel expreſſum, quod ipſe ſocius contrahens habuit, celebratus fuerit, ideoq; contrahentes cum ſociis cauti eſſe debent, ut ipſi ſedulò perquirant, quid in ſocietate contracta, inter ſocios convenerit, atq; conventiones initas in ſocietate cõtrahenda, diligenter inſpiciant, namq; ſi aliter contraxerint præter videl. formam ſocietatis vel pacta in ſocietate conventa, ipſi quidem contra ipſum, cum quo contraxerunt, non autem contra ſocietatem vel alios ſocios aliquam actionem habent, *Petr. de Anchor. conſ. 332. Paul. de Caſtro conſ. 104. nu. 7. lib 1. Card. Pariſ. conſ. 93. num. 29. & 30. & conſ. 94. nu. 25. & 26. lib. 1. Cagnol. l. qui cum alio. num. 2. ff. reg. jur. Beneven. Strach. in tr. de mercator. 4. part. n. 13.*

Quæ ſententia confirmatur ex eo, quod traditur, illo caſu, quando ſocietas certam cauſam reſpicit, ad hoc, ut ex contractu cum uno ex ſociis celebrato, ſocietas vel alii ſocii obligentur, requiri ut probetur illu contractum propter hanc cauſam celebratum fuiſſe, *Bald. conſ. 125. n. 2. lib. 5.*

Quodq; alibi traditum eſt, ſi ſocius ultra pecunias ſocietatis aliam pecuniam poſuerit, in trafficò pro ille alios ſocios non obligari. Eam ob cauſam, quia ipſe ad hoc faciendum mandatum non habuit, *Paul. de Caſtr. conſ. 415. lib. 1.*

Huc accedit, quod de pacto conſultus de de jure reſpondit *Paul. de Caſtr. in conſ. 242. num. 2. lib. 1.* ubi concludit, ſi unus tantùm ex illis ſociis, qui negotiationem vel mercaturam in uno eodemq; loco per ſemetipſos exercent, mutuum acceperit, vel aliter contraxerit inſcio alio ſocio ex hoc contractu ipſum contrahentem quidem, non verò ſocietatem vel alium ſocium obligari, eam ob cauſam; quia ipſe contrahens ad hoc faciendum mandatum habuiſſe non videtur.

His adde, quod pro debito contractu ab uno ex ſociis alius ſocius conveniri non poſſit, niſi illud debitum vel concernat ſocietatem vel in communem utilitatem converſum fuerit, *Paul. de Caſtr. conſ. 366. num. 3. lib. 2. arg. l. jure ſocietatis. ff. pro ſocio.*

Et hæc quidem generaliter procedunt, potiſſimùm verò locum habent, quando geſtio ſocii eſt fraudulenta, namque ex illa ſocietas vel ſocii nunquam obligantur. Eam ob cauſam, quia non videtur, nec etiam præſumitur ſociis id demandatum, quod fraudem in ſe continet, *gloſ. l. nemo ex ſocijs. ff. pro ſocio. Card. Pariſ. conſ. 95. num. 24. lib. 1. fac. id, quod tradit Iaſ. l. ſi Procurator. ff. condict. indeb.*

Quartò, ſocio in dubio intelligitur tantùm illud mandatum, quod ſocietati expedit, *Rom. conſ. 398. incip. ut clarior. col. 1. Aym. Cravet. conſ. 129. num. 1. lib. 1.* Ideoq; ſi unus ex ſociis fidejuſſerit eo caſu, quo hoc ſocietati non expedit, alter ſocius non tenetur, *B. conſ. 110. lib. 4.*

Quintò, ex contractu ſocii ſocius nunquam obligatur ultra illã ſummam quam ipſe in ſocietatem contulit, *Petrus de Anchor. conſil. 332 Dec. l. ſi ſocius. ff. ſi cert, petat. Cardinal. Pariſ. conſil. 93. num. 31. conſil. 94. nu. 28. lib. 1. Benev. Stracha. in tract. de Mercat. 5. part. num. 15.*

Tertiò præmitto, ſi unus vel duo ſocii contraxerint, multa credita vel debita, alios ſocios eo caſu, quo ipſi ex illis debitis non obligantur, ante omnia & præ cæteris omnibus creditoribus de bonis ſocietatis detrahere ſortem ſuam capitalem, *Paul. de Caſtr. conſ. 345. num. 2. lib. 2.*

His ita præmiſſis ad deciſionem hujus ſeptimæ quæſtionis dico, quod hæredes M. à N. ad ſolvenda debita non aliter conveniri poſſint, niſi probetur; illa debita fuiſſe contracta & conſtante ſocietate, & nomine ſocietatis, & ſecundum formam ſive pacta ſocietatis, & non excedant illam ſummam, quàm ipſi in ſocietate habent, Neque propter debita illiquida hæredes M. à N. in petitione ſui capitalis impediri, vel propter illa debita capitale ipſorum arreſtari vel ſequeſtrari poteſt, cum etiam propter debita liquida † arre- 41

ſtatio ſive ſequeſtratio regulariter prohibita ſit, *l. 1. & ibi gl. Br. & Bl. C. de prohib. ſequeſtr. pec.* atq; quis regulariter in petitione debiti ſui impediri nequeat, *juxta tradita per Br. l. non ſolum. ſ. morte n. 14. & ibi Dd. ff. ope. nov. nunc. Alex. l. hæres cum. ff. ad SC. Trebell. Franc. Ripa. c. cum M. Ferrarienſ. extr. de conſtitut.*

Huc accedit, quod in fortioribus terminis tradunt Dd. ſi unus ex duobus pluribusvè ſociis obligatus alicui ex cauſa ſocietatis tempore diviſionis, velit ante partem ſuam deducere id, ad quod ipſe alteri obligatus eſt, ipſum non eſſe audiendum, ſi alii ſocii parati ſint ipſi præſtare cautionem de indemnitate eatenus, quatenus ipſi de indemnitate de jure tenentur: dummodò is ſocius, qui aliis obligatus eſt, propter ſocietatem nondum fuerit condemnatus, neque pro condemnato habitus, *Br. Angel. & Dd. l. frater à fratre. & ibi Ia. Crotus num. 27. & Ioann. Cacciolus n. 9. ff. condict. indebit.*

Octavam quæſtionem quod attinet, eſt,
49 prout ego exiſtimo, clari juris, quod † novi Francofurdienſes, propterea quod intempeſtivè ſocietati renunciarint, omne damnum debitaq;, quæ tempore renunciationis fuerunt, ſoli ſolvere & pro ipſorum perſona ſolos pati non teneri. Damnoſas quidem illas permutationes, quas contra initum contractum ſocietatis absq; ſociorum præſcientia aſſumpſerunt, novi illi Francofurdienſes jure ſoli ſuſtinent, & vos, eo caſu, ſi ideò etiam conveniri deberetis cum contractu initæ ſocietatis vos tueri poteritis; cum etiam novi Francofurdienſes contra inita pacta ſocietatem abſq; cautione vel ſolutione renunciarint: omni jure tenentur damnum hinc emergentem, vobis veſtriſq; ſociis refundere.

Namq; primò veriſſimum judico, ſocios illos qui intempeſtivè & ante tempus illud, ad quod ſocietas contracta fuit, ſocietati renunciaverunt, illa damna, quæ abſq; culpa ſive facto ipſorum ante renunciationem factam ſocietati contigerunt, ſolos ſuſtinere non cogi, ſed illa damna communia eſſe.

Tum, quia legibus expreſsè cautum eſt, quod omnia lucra atque damna, quæ conſtante ſocietate contigerunt, omnibus ſociis communia eſſe debeant, nec ab hac regula reperitur exceptus ille caſus, quo ſocius ſocietati intempeſtivè renunciavit, & certi juris eſt, quod in dubio regulæ inſiſtendum, & ſecundum illam pronunciandum ſit, niſi exceptione expreſsè fides fiat, *B. & Iaſon l. 2. ff. ſi quis in jus vocat. non ierit. Dec. & Cagnol. l. 1. ff. de regul. jur.*

Tum, quia textus inquit, Item qui ſocietatem in tempus init, ante tempus renunciando ſocium à ſe, non ſe à ſocio liberat, itaque ſi quid compendii poſtea factum fuerit, ejus partem non feret, at ſi diſpendii æquè præſtabit portionem, *l. actione. §. item qui ſocietatem. ff. pro ſocio.* Et ſic ex illo textu liquet, quod quoad hoc, quò minus ſocii damnum æqualiter ferre teneantur, ſocius intempeſtivè renuncians ſocietati non gravetur, ſed ipſe gravetur, tantùm in hoc, ne illud lucrum, quod alius ſocius poſt intempeſtivam renunciationem acquiſivit, cum illo communicetur.

Et certum eſt, illud quod lex non dicit, nec nos dicere debere, *l. ſi ſervum. §. non dixit. ff. acquir hæredit. cum multis ſimilibus allegat. per Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. libertis. C. revocan. donat.* Quodque pœnæ, quantum fieri poteſt, non extendendæ, ſed reſtringendæ ſint, *cap. odia. de regul. jur. lib. 6. l. interpretatione. ff. de pœnis. l. cum quidam. & ibi Iaſon ff. liber. & poſthum.*

Secundò clari juris eſt, quod illud æs alienum, quod ſocii Francofurdienſes contra pacta conventa in ſocietate contrahenda contraxerunt, ipſi tantùm & non alii ſocii agnoſcere ac diſſolvere coguntur; ſicut hoc circa deciſionem præcedentis quæſtionis diximus.

Tertiò, hoc dubio omni caret, cum ſocii Francofurdienſes contra † 50
Tranſactiones initas atque fidem pactorum egerint, in Überantwortung des Handels/ ipſos a reliquis ſociis ad omnia damna, omneque id quod intereſt, conveniri poſſe: cum ſit certum, eum qui contra fidem pactorum aliquid facit, & in dolo cenſeri, & tam crimen ſtellionatus quàm notam infamiæ contrahere, nec non etiam ad omne id quod intereſt, conveniri poſſe.

Illudq; intereſſe etiam per juramentum in li-

in litem probari, ſicut hoc expreſsè tradit *Plot. in tract. de in litem jurand. §. 17. num. 6. & §. 38. num. 2. & 3.*

Quodq; ulterius petitur communicatio, quomodo quave ratione in tota hac cauſa ulterius ſit procedendum, ego exiſtimo, ut primò petatur novos ſocios eò compelli, ut idoneam ſatisdationem cautionemq; præſtent de jure coram uno eodemq; Judice ſiſtendi, judiciiq; exitum expectandi.

Secundò, ut ſufficiens ratio adminiſtrationis ab ipſis exigatur, unà cum exhibitione omnium ſingulorumq; regiſtrorum, literarum, ſigillorum & principalium documentorum, quę à Reiffenſteiniis, Moſhavveriis aliisq; acceperunt, adq; communem ſocietatem pertinent.

Tertiò, ut omnia ſingulaq; Intereſſe, tam lucri ceſſantis quàm damni emergêris propter alienationem des Seigerhandels / intempeſtivam renunciationem ſocietatis, item, & pacta nõ ſervata, ab ipſis petantur.

Quartò, ut lucrum de duodecim millib. flor. quod novi illi ſocii contra omne jus ſibi applicarunt, repetatur. Et quomodo in hac cauſa alias ulterius procedendum ſit, proceſſus dabit: in quo ſi plura dubia emergere deberent, ad quorum reſolutionem meum conſilium requirere velitis, ad illud vobis communicandum omni tempore me offero.

CONSILIUM VICESIMUM NONUM.

In eadem cauſa.

SUMMARIA.

1. Quod ſemel placuit, diſplicere amplius non poteſt.

2. Contractus ſemel perfectus, poſtea conditiones & pacta non rejicit.

3. De conſenſu geminato & ejus effectu.

4. Error calculi quando retractari & revocari non poſſit.

5. Simpliciter literas recipiens contenta in illis approbare cenſetur.

6. Cautio ſemel præſtita, iterum non exigenda.

7. Pactum unius alteri nocere non debet.

8. Promiſſio facta debitori, ideò ut ſolvat, quod aliàs ſolvere tenetur, ut facta ob turpem cauſam ipſo jure nulla eſt.

9. Effectus conſenſus conditionaliter præſtiti.

10. Alium de evictione obligatum habens, poſt cautionem de evictione præſtitam, contractum ex ſuâ parte adimplere recuſare nõ poteſt, ideò quod ei à tertio movetur controverſia ſuper illa re, cujus evictionem alius præſtare ipſi obligatus eſt.

DOmine affinis, & amice cariſſime, tranſmiſſa acta in cauſa quondam domini M. a N. p. m. hæredum ex una, & Generoſis Comitibus à M. ab altera parte, unà cum documento Tranſactionis & Reverſus quantum pro temporis anguſtia aliarumq; cauſarum commiſſarum maturam expeditionem exigentium fieri licuit, diligenter perlegi & ponderavi, ex iisq; tantùm percipio, quod Comites contra initam Tranſactionem ſequentib. exceptionibus ſe tueri cauſamq; protrahere exiſtiment. Primò, cum cæteri ſocii in illam Tranſactionem non conſerint. Secundò, cum liquidatione præcipui peculii, des Heuptguts. Tertiò, cum Reverſù, Quartò, quod Chriſtoph. de N. ſenior natu frater Comiti alium Reverſ. abſq; ſcientia minus conſenſu ſuæ matris, fratris, ſororisq; promiſerit. Quintò, cum Dreſdenſi ſententia. Sextò, cum Comites propter illam ſummã, cujus in inita Tranſactione mentio fit, ab aliis etiam impetantur. Et quamvis de hac cauſa pro & contra diſputatio inſtitui poſſet: Ego tamen ut hoc fiat, non opus eſſe arbitror, & propter temporis etiam anguſtiam aliarumq; mearum occupationum, quæ differri non poſſunt, modò impoſſibile mihi etiam fuiſſet. Exiſtimo tamen dominos Comites cum dictis exceptionib. contra initam Tranſactionem nullo modo ſe tueri poſſe. Nam primam exceptionẽ quod attinet, cum domini Comites ſcienter abſq; aliorum ſociorum præſcientia & comprubatiune initam Tranſactionem approbarunt & acceptarunt: ulteriusque poſtmodum cum reſciverunt, Tranſactionem illam à cæteris ſociis impugnari, nihilominus de novo tamen pro-

miſerint, ea quæ inter ipſos & N. conventa eſſent ſervare; Non poſſunt domini Comites contra illam Tranſactionem cum allegato conſenſu nunc ſe defendere vel ſuſtentare.

1 Tum quia, quod † ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt, *c quod ſemel. & ibi Ph. Andr. & Dyn. de reg. jur. lib. 6. l. ſi ab arbitro. & ibi Iaſ. ff. qui ſatiſdar. cog. l. ſicut. C. actio. & obligat.*

Tum, quia ex illa cauſa, quæ ſubfuit tempore contractus celebrati, contractus ex poſt facto impugnari nequit, *d. l. ſi ab arbitro. & ibi Iaſon l. ſi is à quo. §. final. & ibi Bartol. ff. ut in poſſ. legato. l. qui bona. §. de illo. & ibi Bald. ff. dam. infect. l. fin. & ibi Bartol. C. ſponſal.*

2 Tum etiam, quia † contractus ſemel perfectus, invita altera parte, poſtea nullas conditiones nullave pacta recipit, *l. perfecta. C. de donat. quæ ſub mod.*

3 Tum, quia Comes à M. etiam poſtquam reſcivit illam Tranſactionem ab aliis ſociis impugnari promiſit, ſe illam Tranſactionem non obſtante hac impugnatione ſervaturum. Et ſic geminatus conſenſus ſive geminata tacita renunciatio intervenit, quæ geminatio & enixam voluntatem oſtendit *Bart. & Dd. l. Baliſta. argum. ill. text. ff. ad SC. Trebell.* & tollit omnem præſumptionem deceptionis fraudis, *l. ſi mulier. in princ. la. 2. C. ad SC. Velleian. Paul. Caſtrenſ. conſ. 356. col. 2. lib. 2. Abb. conſ. 71. col. pen. 2. dub. lib. 1. Dec. conſ. 81. col. 2. & conſ. 216. col. fin. Alexandrin. conſ. 133 col. 3. conſ. 139. & conſ. 147. col. 5. aym. Cravet. conſ. 34. nu. 7. conſ. 151. num. 31. lib. 1. Pantal. de Crema. repet. l. 2. C. reſcind. vendit.* Et ſimulationis, *Bald. conſ. 464. col. 2. lib. 3.*

Ulterius verò in præcedenti meo conſilio allegavi, Quod unus ex ſociis pro portione ſua, quam in ſocietate habet, cum debitore ſocietatis, etiam invitis reliquis ſociis, & tranſigere & paciſci poſſit, Quodque hæc, tam Tranſactio quàm pactum ratum ſit & valeat.

Et cum domini Comites in data obligatione N. ſummam capitalem, cujus in illa obligatione mentio fit, tanquam juſtum, & ex juſtis rationibus debitum ipſimet confiteantur: ulteriusq; promiſerunt, ipſis illam ſummam nominato die & tempore ſolvere. Comitibus poſthac non permittetur capitalem illam ſummam in dubium vocare, & à N. aliam ulterioremq; liquidationem illius exigere, præcipuè cum illa literalis obligatio expreſſa Tranſactio ſit, *juxta text. expreſſum l. generaliter. C. non num. pecun.*

Et certi juris eſt, etiam † errorem calculi, qui alioquin retractari, & in dubium revocari poteſt, retractari & revocari non poſſe illo caſu, quando ſuper calculo tranſactum fuit, *l. 1. C. de error. calculi.* 4

Atq; hinc ſequitur, quod neq; altera exceptio dominos Comites ſimili modo relevare poſſit, prout domini Comites ſe neque etiam cum Reverſu tueri poterint. Nam † cum domini Comites Reverſum acceptarunt, in illum conſenſerunt, apud ſe retinuerunt & vigore ejus debita quædam ſolverunt. Illis poſthac non concedetur illum Reverſum impugnare, aliumq; à N. exigere. 5

Quia certi & indubitati juris eſt, eum, qui ſimpliciter & abſque proteſtatione aliqua literas vel inſtrumentum aliquod recipit, peneſq; ſe retinet, omnia in illis literis atq; inſtrumento contenta approbare atq; fateri intelligi, *l. ſi filiusfam. & ibi Bart. & Dd. ff. ad SC. Macedon. Clem. 1. de Procurator.* Eodem modo certum eſt, illum, qui ex contractu vel vigore contractus quid ſolvit, illum approbare intelligi, ſed de tacita approbatione in hoc caſu diſputari fruſtra eſt, Cum dicatur, expreſſam approbationem Comitum interveniſſe. Deinde quoq; indubitati juris eſt, eum qui ſemel † cautionem vel ſatiſdationem approbavit, ulterius iſtam cautionem vel ſatiſdationem improbare vel aliam cautionem vel ſatiſdationem exigere & petere non poſſe, *l. ſi ab arbitro. & ibi Iaſ. ff. arbitri. l. is à quo. §. fin. & ibi Bl. ff. ut in poſſ. legat. l. qui ſatisdare. & ibi Dr Bl. ff. de fidejuſſorib.* Quod abſq; omni dubio verum eſt, in cautione vel ſatiſdatione ex conventione partium præſtita. Namq; illa ſi ſemel præſtita fuerit, etiam ex nova & ſupervenienti cauſa iterum exigi vel peti nequit, etiamſi illa cautio ſemel præſtita ex poſt facto omni penitus effectu caruerit, & inutilis facta fuerit, prout hoc expreſsè tradit *Bt. l. 5. numer. 12. ff. fidejuſſ. Angel. Fulgoſius & Alber. dict. l. ſi ab arbitro. & ibi Iaſon num. 11. ff. qui ſatiſdar. cog. Ang. Fulgoſ. & Paulus de Caſtro l. quoties. ff. eod. tit.* Et comprobatur ex eo, quod tradit *Baldus l. 1. col. 3. verſic. 3. quæro. C. de his quæ pœnæ nomine. Socin. conſil. 217. lib. 1. & conſil. 91.* 6

lib. 4.

Digitized by Google

lib. 4. Curt. jun. conſ. 178. num. 27. ubi in ſimili concludunt, diſpoſitionem hominis, regulariter per primum actum conſumi, etiamſi ille actus poſtea evanuerit, nec effectum ſortitus fuerit.

Quinimò etiam eum, qui ſcienter cautionem etiam ab initio non idoneam ignoranti hanc cautionem recipienti præſtitit, promiſſionem de cautione præſtanda ſatisfeciſſe, ita ut ulterius ab illo cautio exigi nequeat, Doctores tradunt, licet is ad id, quod intereſt, ab ignoranter recipiente cautionem, conveniri poſſit, *B. l. 3. num. 9. ff. fidejuſſo.*

Ex quo ſequitur, etiamſi illa cautio, quam hæredes D. M. à N. Comitibus à M. præſtiterunt, ſtatim ab initio minus idonea vel ſufficiens fuiſſet, Comitibus tamen à M. non permitti vel aliam cautionem ab ipſis exigere vel ſe prætextu cautionis non ſufficienter præſtitæ contra tranſactionem initam tueri.

Et quamvis ſenior frater Chriſtophorus M. conſenſerit atque promiſerit dominis Comitibus in M. alium Reverſum tradere: tamen hoc ipſum ſuis cohæredibus, qui in id non conſenſerunt, nullo modo damno eſſe vel perjudicare poſſet,
7 Cum † pactum unius alteri non obſtet, neque noceat.

8 Et quod plus eſt, † exiſtimo, ſi Chriſtophorus M. illam promiſſionem feciſſet, quod illa non ſolummodò ſuis cohæredibus, qui in illam non conſenſerunt, verùm etiam nec Chriſtophoro ipſo damno eſſe vel præjudicare poſſit: propterea quod C. M. abſq; dubio illam promiſſionem nullam aliam ob cauſam fecerit, quàm ut ſolutionem illorum mille flor. quos domini Comites ipſi ſuisq; cohæredibus alias debuerunt, etiam habere poſſit; quemadmodum etiam ad promiſſionem illam ſolutionem illorum mille flor. accepit.

Et certi & indubitati juris eſt, quod promiſſio facta debitori eâ ob cauſam, ut ipſe ſolvat id, quod alioqui ſolvere tenetur, tanquam facta ob turpem cauſam, per ſe & ipſo jure nulla ſit, *Iacob. de Aretin. Ludov. Roman. Alex. & Iaſ. l. fin. ff. condict. ob turp. cauſ.*

Dreſdenſem ſententiam quod attinet, ita ſe habet, quod illa non purè ſed cum illa expreſſa declaratione eſt promulgata, quod N. caſu, ſi cauſa cum aliis ipſorum ſociis amicabiliter tranſigi poſſet, & non prius domino Comiti ipſi° obligationem reſtituere deberent: quæ ſententia cum hoc tempore nondum ſit verificata, cum N. in hoc uſq; tempus cum cæteris ſuis ſociis nondum convenerint: Indubitatum eſt, dominis Comitib. illam ſententiam cõtra initam tranſactionem nullo modo prodeſſe vel opitulari poſſe.

Cum ſit clari & indubitati juris, quod ex † promiſſione vel conſenſu conditionali ante conditionẽ exiſtentem, nulla oriatur actio vel obligatio, *l. cedere diem. ff. de verb. oblig. l. item. quia. § fin. & ibi gl. l. de pact.* 9
Quodq; per conſenſum conditionaliter præſtitum præcedentis obligationis novatio non inducatur, niſi exiſtente conditione, *l. quoties. & l ſi rem aliquam. ff novatio. §. praeterea. Inſtit. quib. mod. toll. obligat.*

Huc accedit, quod etiam ex ſententia lata ſub conditione ante conditionem exiſtentem obligatio vel actio judicati non oriatur, *gl. l. 1. §. biduum. ff quan. appell. and.*

Sextò & ultimò, cum N. dominis Comitibus Reverſum dederint, illeq; ut conveniens, ſufficiensq; à dominis Comitibus ſemel approbatus acceptatus & receptus fuit: ſe contra erectam obligationem tueri non poſſunt, quod ratione promiſſæ ſummæ ab aliis etiam impeterentur.

Cum ſit clari juris, quod is, cui alius de evictione † obligatus eſt, poſt præſtitam 10
ſibi cautionem de evictione recuſare nequeat contractum ex parte ſua adimplere, eam ob cauſam, quod ipſi à tertio movetur controverſia ſuper illa re, cujus rei evictionem alius præſtare ipſi obligatus eſt, *juxta text. l. ſi poſt factam. C. evictio. l. habitatione. §. fin. ff. peric. & commo: rei vend.* Ex quibus textibus per argumentum à contrario ſenſu prædicta deciſio expreſsè colligitur.

Atque ita ex præmiſſis omnibus apparet, dominos Comites hiſce ipſorum adminiculis contra obligationem initamque tranſactionem ſe non tueri neq; promiſſam ſolutionem denegare poſſe.

CONSILIUM TRICESIMUM.

In quo diſſeritur, An is qui habet hypothecam priorem, habenti arreſtum poſterius præferendus ſit.

SUMMARIA.

1. In pignore procedit regula, qui prior tempore, potior jure.

2. Etiam in pignore conventionali, & judiciali, nec refert pignus præcedens generale ſit, vel ſpeciale, expreſſum, vel tacitum, num. 5.

Sive uterq; creditor habeat pignus ejuſdem, ſive diverſi generis, num. 6.

3. Is tamen qui habet pignus prætorium, prius non præfertur ei, qui idem pignus prætorium poſterius habet.

4. Quod in terris Saxonicis multis in locis aliter obtinet.

7. Solutio facta uni creditori, altero negligente non revocatur, ſed utroq; inſtante per gratificationem uni facta, à creditorib. cæteris pro rata debiti ad eos ſpectantis revocari poteſt. Ratio nu. 8.

Idem eſt in conceſſione pignoris, quod probatur multis n. ſeqq.

9. Pignus cur interponatur.

10. Effectu aliquo prohibito, etiam omnia media per quæ ad iſtum effectum deducimur, prohibita cenſentur.

11. Quod una via prohibitum eſt, ad id quà alia admitti non debet.

12. De æquipollentibus eadem juris diſpoſitio eſt.

13. Diſpoſitum de alienatione, quando etiam ad pignoris conceſſionem porrigatur.

FACTI SPECIES.

N. Mutuò ſumpſit ab A. centum fl. & à B. triginta. Et cum poſt hoc contractum debitum in damnũ quoddam incidit, ut duobus ſuis jam dictis creditoribus conflatum hoc æs alienum ſolvere non poſſet, dicto A. ratione prænominatorum 100. fl. quos mutuò ſumpſerat, Officinam quandam typographicam una cum aliis bonis mobilib. validè oppignoravit. Poſtea v. B. horum oppignoratorum bonorum arreſtũ impetravit & obtinuit. Et cum valor horum bonorum in tantum ſe non extendat, ut dicti ambo creditores ſimul ſolutionem ſuorum debitorum inde acquirere poſſint: Quæritur, quis inter hos duos creditores in oppignoratis & arreſtatis bonis prioritatem habere debeat.

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QUO NIHIL FELIX FAUSTUMQUE.

AD PRÆSENTEM CASUM (reſecando omnia ſuperflua & quæ diſputando inferri poſſent) dico, In jure expreſsè cautum eſſe, quod in omnib. oppignorationibus, non attento, num ejusmodi hypothecatio ſive oppignoratio ſit conventionale vel judiciale pignus, vel per arreſtum acquiſitum, quam oppignorationem leges pignus prætorium nominant: Is qui priorem hypothecam in bonis aliquibus validè debitoque modo apertè ſive tacitè acquiſivit, omnib. aliis creditorib. qui horum bonorum nullam vel poſteriorem hypothecam adepti ſunt, præferri debet. Idq; non ſolummodò locũ habet ex diſpoſitione juris cõmunis ſcripti introductaq; legitima

legitima conſuetudine, caſu, ſi duo pluresve creditores ratione prioritatis vel prælationis inter ſe diſſidentes æquè validam obligationem ſive hypothecam habeant, utpote cum omnes creditores unam promiſſam vel conceſſam, vel omnes illi unum arreſtum vel judiciale pignus in ſingularibus aliquibus bonis haberent, verum etiam locum habet de jure, ſi creditores controvertentes inæqualem hypothecam haberent, utpote, ſi uni bona cum conſenſu & permiſſione, & alteri ratione arreſti vel judicialis decreti competerent, nam ſemper ille, qui priorem hypothecam in bonis aliquibus validè acquiſivit, illi, qui arreſtum horum bonorum poſtmodùm impetravit & econtrà, præfertur. Cum igitur N. dictam Officinam, cum aliis bonis mobilibus A. per ſuum conſenſum loco hypothecæ prius aſſignavit quàm B. horum bonorum oppigneratorũ arreſtum impetravit: ſequitur indubitanter, quod vigore juris communis ſcripti, A. prælationem ſive prioritatem in dictis bonis, in quantum debitum ſuum ſe extendit, habeat, non attento quod B. poſtea in hæc bona per Judicis cõceſſionem arreſtum impetrarit. Nam nullo modo arreſtum hoc poſterius dicto A. jus ſuum in his bonis per hypothecam acquiſitum deteriorare potuit.

1 Certi enim atq; indubitati juris eſt, eum † qui habet hypothecam priorem vel pignus prius, illi præferri, cui hæc bona poſtea in pignus vel hypothecam conceſſa ſunt, atq; hoc caſu habet locum regula, quę vult, eũ in jure potiorẽ eſſe, qui tempore prior eſt; *l. qui balneum. l. potior. in pr. ff. qui potior. in pign. habeant. l. 2. C. eo tit. C. qui prior. ibi Dyn. de reg.*
2 *jur. lib. 6. Cæpol. caut. 124.* Quod † procedit tam in pignore conventionali *d. l. potior. in pr.* quàm in pignore judiciali, *l. 3. & ibi Bart. Bald. & Ang. C. qui potior. in pign. hab. Bar. l. à divo Pio. §. ſi ſuper reb. ff. de re jud. Bart. l. cum unus. in pr. n. 10. ff. de bon. auth. jud. poſ. Alex. l. ſi finita. §. ſi plures aut 3 ff. de damn. infect.* Et licet ſecundum juris civilis diſpoſitionem is qui
3 habet † pignus prętorium prius, non præferatur ei, qui habet idem pignus prętorium poſterius, imò, uno ex decreto Prætoris in poſſeſſionem bonorũ miſſo, reliqui omnes miſſi cenſeantur, *d. l. cum unus. & ibi Bart. d. §. ſi plures. & ibi Bart. & Alex. art. l. fin. C. de bon.*
4 *auth. jud. poſſiden.* Tamen in terris † Saxon. in multis locis partim uſu receptum partim ſtatuto cautum, ut is qui prior eſt tempore, cæteris præferatur, etiam in pignore prætorio. Et hoc habet locum ſive † pignus 5
præcedens ſit generale, ſive ſit ſpeciale, *l. 2. ff. qui pot. in pign. l. ſi generaliter. C. eod. tit.* Item, ſive pignus pręcedens ſit expreſſum ſive tacitum, *l. 1. & ibi Bart. Bald. C. rem alien. geren.* Deniq; hoc procedit, ſive utterq; † creditor 6
habeat pignus ejuſdẽ ſive ſinguli habeant pignus diverſi generis, utputa, ſi unus habeat pignus conventionale, alius habeat pignus prætorium judiciale. Utroq; n. caſu is qui tempore prior eſt, in jure potior cenſetur, *l. 1. c. qui potio. in pign. hab. l. ſi poſtquam, C. ut in poſſeſſion. legat. Dyn. d. c. qui prior. n. 15.* Cum itaq; dicto A. bona de quib. controvertitur, antea fuerint ex conventione inter ipſum & N. debitorẽ initá, oppignorata, dubium non eſt, quin ipſe reſpectu horum bonorũ B. præferri debeat, qui ratione horum bonorum arreſtum ſive pignus prætorium poſt hanc obligationem impetravit.

Et hoc eſt indubitati juris, caſu, ſi dicta oppignoratio pręnominatorum bonorum facta ſit eo tempore, cũ dictus N. prælibatam ſummam 100. fl. ab A. mutuò ſumpſit, vel etiam poſtea, ſi illo tempore tantùm in ſuis bonis habuerit, quod de bonis ipſi⁹ amborum creditorum debita ſolvere potuerint. Cum a. ſæpedictus N. jam tum eo tempore cum controverſa bona A. juſtè obligavit & hypothecavit, non tantùm in bonis habuit, q̃ ambob. creditorib. ipſis debita ex bonis ſuis ſolvere poſſit. Exiſtimo vigorẽ juris communis ſcripti, juſtum & verum eſſe, quod ſi ambo creditores ſimili diligẽtia & importunitate dictũ N. requiſiſſent, & inſtanter inſtitiſſent; debita ſua ſolvere vel obligationem ſufficientem præſtare. Verùm ſæpedictum N. ut A. gratificaretur, amicitiamque præſtaret, ipſi dicta bona in fraudem B. oppignorarit, dictum A. ſe non ulterius quam pro parte ſui debiti cõtra B. vigore hujus hypothecæ tueri poſſe. Tamen cum hæc oppignoratio facta eſt, & dictus A. pro parte ſui debiti validũ irrevocabileq; jus in his bonis acquiſierat; dictus B. contra A. ratione impetrati arreſti ſe non ulterius quàm pro parte ſui debiti ſe tueri poterit, hujuſq; reſpectu non aliter habetur, quàm ſi nullum arreſtum nullaque oppignoratio horum bonorum facta ſit. Niſi ſæpedictus A. apud B. ſolummodò inſtitiſſet ſuum debitum ſolvere, vel illum hypothecatione ſuorum bonorum aſſecurare, & B. in exigendo ſuo debito negligens fuiſſet,

Nam hoc caſu ſæpedictus N. de jure non ſolùm pro parte ſui debiti, verùm etiam in quantum totum debitum ſe extendit, in ſua hypotheca vigore juris communis ſcripti defenditur, non conſiderato, tempore hujus oppugnationis debitorem ſolvendo non fuiſſe, neq; attento quod B. poſtea ratione horum bonorum arreſtū impetrarit.

7 Satis † enim perſpicuum eſt atq; manifeſtum, ſi debitor, qui non tantùm in bonis habet, ut omnib. creditorib. ſuis ſatisfacere poſſit, uni creditori inſtanti atq; petenti debitum ſuum aliis creditorib. interim negligentib. jus ſuum proſequi, vel bona ſua omnia vel eorum partem pignoris nomine obligaverit, hunc creditorem reſpectu horum bonorum creditorib. omnib. præferri atq; potiorem cenſeri, ſin a. omnib. creditorib. æquè inſtantibus atq; debitum ſuum exigentibus ipſe uni creditori gratificatus fuit, eiq; vel debitum ſuum ſolvit, vel ſua bona oppignoravit, hæc tàm ſolutio quàm etiam pignoris conceſſio tantùm pro rata debiti illius creditoris valet atq; tenet, aliis verò creditorib. permittitur, hanc tàm ſolutionem quàm pignoris conceſſionem pro rata debiti ad illos ſpectantis repetere ſive revocare, *l. ſi non expedierit. §. 1. ff. de bon. author. jud. poſſid. l. pupillus. & ibi Bart. ff. de his quæ in fraud. credit.* Et licet hæ leges tantùm loquantur eo caſu, quo debitor qui non eſt ſolvendo, uni creditori per gratificationē in præjudicium aliorum creditorum debitum ſuum ſolvit, nec ullam de pignore mētionem faciant, tamen ego credo deciſionem illarum legum etiam in pignore procedere ſive locum habere, ad quam ſententiam amplectendam ego multis rationibus moveor.

8 Primò, † quia eſt eadem ratio in pignore quæ eſt in ſolutione. Nam eam ob cauſam ſolutio facta per gratificationem creditoris retractatur pro rata debiti, quo ipſe debitor aliis crediroribus obligatus eſt, ne creditor ex hac gratificatione ipſi in præjudicium aliorum creditorum facta, commodum conſequatur, quæ ratio etiam in pignore locum habet, ideoq; diſpoſitio illarum legum jure optimo à ſolutione ad pignus extenditur, *l. illud. in princ. ff. ad leg. Aquil. l. à Titio in princ. de verbor. obligat.*

9 Secundò, pignus † datur ſive interponitur ideò, ut creditor ſit ſecurus de ſolutione debiti, *§. fin. Inſtit. quib. mod. re contrah. obligat.* Et ſic quodam modo eſt antecedens, per quod eò facilius ad ſolutionem pervenitur, unde in omnibus caſibus, in quibus ſolutio prohibetur, & pignus quoq; prohibitum cenſeri debet. Quia † aliquo 10
effectu prohibito etiam omnia antecedentia ſive media, per quæ ad iſtum effectum deducimur, prohibita cenſentur, *arg. l. oratio ff. de ſponſalibus.*

Tertiò, † hanc ſentētiam confirmat, quia 11
ad id quod una via prohibitum eſt, quis alia via ſive aliis mediis admitti non debet.

Quare, ſicut prohibita eſt ſolutio creditori à debitore, qui non eſt ſolvendo in præjudicium aliorum creditorum facta, ita & ſimili modo & pignoris datio; quia per eam quaſi indirectò ad ſolutionem pervenitur, prohibita ſive interdicta cenſeri debet, *arg. l. quæritur. ff. de bon. libert. c. cum quid. de reg. jur. lib. 6.*

Quartò, hanc deciſionem comprobat, quia ſolutio per ſe longè firmior eſt, quàm pignoris datio: per ſolutionem enim dominium aut ſaltem uſurpandi conditio in creditorem transfertur, *l. 1. & tot. tit. ff. pro ſoluto*, per pignoris ſucceſſionem creditor tantùm poſſeſſionem rei pignoratæ conſequitur, *l. cum venditor. in pr. ff. de empt.* Igitur, ſi ſolutio, quæ per ſe longè firmior longeq; efficacior eſt, hoc caſu facta nō tenet, certè multò minùs pignus, quod longè infirmius eſt, hoc caſu conceſſum valet, *arg. c. ſi ergò. 8. q. 1. c. ſi Paul. & ibi gl. 32. q. 5. gl. & Abb. c. cum in cunctis in princ. extr. de election. gl. l. 2. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſa. Bald. l. ſi quis non dicam rapere, in pr. C. de Epiſcop. & Cler. ſu. auth. multò magis. C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

Quintò, † hanc opinionem corroborat, 12
quia de æquipollentibus idem jus ſtatuitur, eademq; juris diſpoſitio eſt. Itaq; cum ſolutio & pignoris conceſſio in hoc æquipolleant, ut ſicut is, qui ſolutionem recipit, ita & is cui pignus datum eſt, cæteris creditoribus omnibus præferatur, neceſſariò ſequitur, æquè intelligi hoc caſu prohibitum pignus, ſicut ſolutio prohibita eſt, *arg. l. mulier, in pr. ff. ad SC. Trebell. l. ſi mater. C. de inſtit. ſub. cond. fact. Bart. & Dd. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de liber. & poſthum.*

Sextò hanc concluſionem noſtram fir- 13
mat, † quod traditum eſt in iis caſibus, in quibus eadem ratio militat, in pignore & in alienatione diſpoſitum de alienatione, cujus appellatione etiam ſolutio continetur, *gloſſ. fin. l. 1. ff. pro ſoluto. Imol. l. 1. C. de fund. dot. fac. l. magis puto. §. ſi pupillus. ff. de*

reb.eo. etiam ad pignoris conceſſionem porrigi, *Bart. l. in quorum. ff. de pignorib. Bart. l. qui habebat. ff. ut legat. 3.* Cum itaq; in caſu nobis propoſito eadem ratio militet in pignoris conceſſione, quę in ſolutione locum habet, prout ſuperius oſtendimus, ſequitur, leges illas de ſolutione loquentes etiam ad pignoris conceſſionem porrigi ſive extendi debere.

Septimò, hanc noſtram ſententiam quaſi in ſpecie comprobat id, quod tradit *Iaſ. §. item ſi quis in fraud. n. 118. Inſt. de actio.* ubi Jaſ. notabiliter decidit, ſi debitor in fraudem aliorum creditorum ſuorum uni creditori res ſuas oppignoraverit, reliquos creditores hoc pignus revocare poſſe. Ex quibus omnibus in propoſita nobis facti ſpecie ſatis liquet atq; patet, quod quandoquidem N. eo tempore, quo ipſe non fuit ſolvendo, A. prædictas res pignori obligavit, ſi hæc oppignoratio utroq; creditore inſtante A. per gratificationem facta fuerit, hoc pignus non niſi pro rata debiti ad d. A. ſpectantis validum atq; firmum eſſe, atq; alii creditori permitti, pro rata debiti ad ipſum ſpectantis hoc pignus revocare. Sed tamen quia hoc pignus pro rata debiti ad d. A. ſpectantis validum atque firmum fuit, ipſe B. non debet prætexta pignoris Prætorii, quod ipſe à Judice ratione horum bonorum ſive harum rerum poſtea impetravit, dicto A. præferri. Et quod pignoris datio pro rata debiti ad d. A. ſpectantis valeat atq; teneat, ſatis ꝓbatur *ex d. l. pupill.* ubi dicit, ipſum cui per gratificatione res aliqua ſoluta fuit, ad eandem partem cum cæteris creditoribus revocari. Ideoq; ſatis liquet atq; patet, pro rata debiti illius cui per gratificationem ſolutio facta fuit, ſolutionem validam manere. Quia hanc ratam ipſe retinet hoc caſu, quo ipſe ad eandem partem cum cæteris creditoribus revocatur. Idem quoq; probatur *In d. l. ſi non expedierit.* Nam ibi decidit JCtus, Si debitor, qui pluribus creditoribus obligatus eſt, omnibus creditoribus debitum ſuum petentib. uni creditori per gratificationem debitum ſolverit, hanc rem ſive pecuniam per gratificationem ſolutam cum cæteris creditorib. communicandam. Satis igitur ex illo textu liquet atq; patet, ſolutionem per gratificationem factam uni creditori, non penitus eſſe nullam, ſed tantum pro rata debiti, quo debitor aliis creditoribus obligatus eſt, revocari, quia & illud quod cum alio communicatur, pro parte meum remanet, *l. ſervi electione. §. fin. & ibi Dd. ff. de legat. 1.* Quare cum hæc oppignoratio pro rata debiti firma atq; valida maneat, dubium non eſt, quin dictus A. pro rata debiti ſui, etiamſi ipſi per gratificationem hæ res oppignoratæ fuerint, d. B. in hiſce rebus pignoratis præferri debeat, licet ipſe harum rerum gratia poſtea pignus prætorium impetraverit. Itaq; ego in propoſita facti ſpecie cōcludo, ſi dicto A. ſoli petenti debitum & proſequenti jus ſuum B. jus ſuum proſequi interim negligente, hæ res, de quibus controvertitur, fuerint obligatæ ipſum uſq; ad ſummam debiti ſui videl. 100. aureorum, quoad has res pignoratas dict. B. præferri. Sin autem hæ res fuerint dicto A. ipſo & etiam dicto B. æqualiter jus ſuum proſequente per gratificationem N. debitoris obligatæ hæc obligatio non niſi pro rata illius debiti, quo ipſe dicto A. obligatus fuit, valet atq; tenet, ſed ultra non, utputa, ſi res per gratificationem oppignoratæ quę ſolæ fuerunt in bonis debitoris, valeant 100. aureis, quia hoc caſu, hæ res non tantùm valent, ut ex eis uterq; creditor, quorum uni 100. alteri 30. debentur, debitum ſuum integrè conſequi poſſit, ideoq; uterque creditor pro rata ſui debiti de ſumma crediti ſui remittere aliquid cogitur, videlicet parum minus quarta parte, puta, ille, cui debentur 100. aurei, cogitur de ſuo debito remittere 23. aureos, & ſic ipſi remanent 77. quæ eſt rata ſui debiti. Alter verò cui debentur 30. cogitur de ſumma ſua dimittere 7. & ſic ei remanent 23. quæ eſt rata ſui debiti. Ideoque hoc pignus eo caſu, quo dicto A. cui debentur 100. illud per gratificationem obligatum fuit, quoad ſummam 77. aureorum, ratum atque firmum manet, quo verò ad ſummam 23. aureorum non tenet, & quoad hanc ſummam B. dicto A. præfertur.

CONSILIUM TRICESIMUM PRIMUM.

Continens materiam piſcationis.

SUMMARIA.

1. *Cuilibet licet rem ſuam contra vim defendere.*
2. *Defenſio etiam propria authoritate facta, juris naturalis eſt.*
3. *Nec pœnam meretur.*
4. *Poſſeſſionem ſuam continuare & propria authoritate tueri, appellatione pendente permiſſum eſt, & num. 7. 10. 11. 12.*
5. *Pendente appellatione nemo in poſſeſſione turbandus.*
6. *Appellans turbans, appellationi renunciaſſe cenſetur.*
8. *Declaratur regula, pendente appellatione nihil innovandum.*
9. *In favorem alicujus introducta, in odium ejus retorqueri non debent.*
10. *Declaratur traditio Bald. in c. Auſit. ext. de appellat.*
11. *Incontinenti ſe defendiſſe quis dicatur.*
12. *Contra vim turbativam defenſio ex intervallo permiſſa eſt.*

CASUS, SUPER QUO JURIS inſtructio petitur, breviter ſe habet, uti ſequitur. Senatus S. ante trecentos annos cum parvo fluvio Ina dicto, privilegiatus eſt, ita quidem ut totum fluvium, in quantum ſe extendit, etiam in illis locis, ubi Nobiles bona ſua confinia habent, ſibi attribuat, ita ut nullus in illo flumine pontem facere, illumvè palare vel ſtipites in eo facere poſſit; juxta Privilegii tenorem. Fluviumq; illud Senatus S. ſoli & in ſolidum ultra centum annos, hominumq; memoriam piſcationibus lignorumq; tranſportatione uſurparunt, nemini q; conceſſerunt in illo piſcare, & ne Nobilibus quidem de W. dicti, qui circa dictum flumen habitant, hoc conceſſerunt, & ſi hoc illi Nobiles attentarint, clam eſſe factum, cum unum milliare de S. habitent, ita quod ſæpius in illo flumine piſcare potuerint, de quo Senatum nihil conſtare potuit. Verum ubi retia naviculaq; ipſorum reperti ſunt, ipſis ea abſtulerint, easq; nonnunquam in minutiſſimas partes diſſecarunt, ita ut nullam poſſeſſionem in illo flumine ſibi acquirere potuerint, prout ex productis teſtimoniis conſtat. Inſuper etiam à Senatu probatum eſt, quod dictos Nobil. W. prohibuerint piſcare, & quando nihilominus hoc attentarint, pignora illis adempta fuerint, ſuper quo W. nullã querelam inſtituerunt, excepto G. de W. qui in fluvio Ina nuper jus quoddam ſibi attribuere inſtituerit, ideò quod is ad flumen Ina habitationem ſive domicilium ſuum habeat, atq; ille demũ nuper domino meo clementiſs. Supplicationem exhibuit, in qua de injuria ſibi à Senatu S. illata, conqueſtus eſt, ideò, quod ille retia ſua ſibi ademerit: Super quo coram ſua Illuſtriſs. Celſ. actio eſt inſtituta. Verùm Senatus propterea non intermiſit G. de W. ipſiusq; agnatos tàm lite pendente, quemadmodum etiam ante litis proceſſum factum fuit, non ſolùm pignorare, verùm etiã retia, ſi quando accipere poſſent, diſſecare, ne in quietam poſſeſſionem venirent. Ultimò, cauſa Senatui in prima inſtantia abjudicata fuit, de qua ſententia Senatus ad Imper. judicium appellavit, & non ſolùm contra W. verùm etiam contra Principis Conſiliarios inhibitionem impetravit, ne ſcil. pendente appellatione ſub pœna 10. Marcar. auri puri aliquid attentarent. Jam verò præcedenti die Lunæ poſt Quaſimodogeniti hujus anni 63. Senatus cum W. apud fluvium Ina propè pontem ibidem, ad indictam à Cõmiſſarius Principis diem convenerunt, ibi

Nobiles

Nobiles de W. in contemptum Senatus ſtipites & retia in fluvium Ina poſuerunt, aliquasq; etiam palàm unum poſt alium poſuerunt: Item piſcatores ante delegatos Senatus cum navigiis ſuis tranſierunt, eaq; omnia fecerunt in deſpectum & ludibrium Senatus, ita quod delegati Senatus in animo habuerint iſtos ſtipites navigiaq; in cõtinenti ipſis eripere, ſi non præſentiam dominorum Commiſſariorum conſideraſſent, nihilominus tamen de hac violentia coram dominis Commiſſariis, prout etiam Notario & teſtibus proteſtati ſunt, & Inſtrumentum deſuper petierunt, Notariumque & teſtes ad hoc debito modo requirentes. Cum autem Senatus pro ſe habeat titulum & quaſi poſſeſſionem, quod ſoli in Ina piſcari poſſint. Ad hæc W. paulò antè, & antequam Senatus ab illis in jus fuit vocatus, etiam pendente lite, in prima inſtantia à W. in Ina pignorarunt, ſtipites & retia abſtulerunt: adhuc quidem ejus animi libenter eſſent in præſentia ſtipites illos, qui ibi nunc inveniuntur, diſſecare, vel cum naviculis ſimul auferre: Petunt igitur conſilium & declarationem, num etiam hoc tempore pendente nimirum appellatione illis hoc facere liceat, præſertim cum tempore primæ inſtantię, & antequam in jus protracti fuerunt, ſæpius hoc fecerint. Ad præſentem caſum ego exiſtimo jure fundatum eſſe, Si Ampliſſimo Senatui S. flumen Ina dictum, etiam in illis locis, ubi Nobiles bona ſua adjacentia habent, per Privilegium, cujus copia mihi tranſmiſſa eſt, hæreditario modo conceſſum & donatũ eſt, dictusq; Senat. vigore iſtius privilegii iſto fluvio in ſolidum ultra centum annos hominumq; memoriam piſcando lignaq; tranſportando uſurpavit: neq; Nobilib. W. aliisq; qui ad fluvium illud Ina aliovè locorum domicilia habent, in eo piſcare conceſſerint: atq; ita poſſeſſionem vel quaſi piſcandi ſoli & in ſolidũ uſurparint, atq; etiam huc uſq; continuarint: Et W. omnesq; alii, qui in illo fluvio retiis aliisq; inſtrumentis piſcare attentarunt, omni tẽpore, quando d. Ampliſſ. Senatus hoc reſcivit, non ſolùm ante Proceſſum hunc juridicum, verùm etiam lite pendente in prima inſtantia pignora ſumpſerint, retia, navicula, aliaq; Inſtrumenta, quæ ibi invenerunt, abſtulerint, nonnunquam etiam in partes diſſecarint: Nobiles W. verò appellatione pendente coram Camera Imperiali nuper nimirum præcedenti die Lunæ poſt Quaſimodogen. hujus 63. ann. cum in tractatione cum Senatu coram Commiſſariis Ducalib. fuerunt in deſpectum & ignominiam deputatorum Ampliſſ. Senatus retia, aliaq; Inſtrumenta in Inam poſuerunt, aliaque etiam palàm affixerunt, piſcatoresq; ante Senatus deputatos cum navigiis ſuis tranſierunt. Quod Ampliſſ. Senatus pro defenſione juris ſui & ad conſervandum jus ſuum & quaſi poſſeſſionem benè poſſit etiam pendente appellatione retia illa & navigia, aliaq; Inſtrumenta, quæ hoc tempore vel poſtea pendente appellatione in Ina reperientur, diſſecare, planeq; amovere: præcipuè cum delegati Senatus (quamvis propter honorem & reverentiam Commiſſariorum retia, navicula, aliaq; in continenti non curarint auferri) coram Notario & teſtibus tamen in continenti ſuper hoc proteſtati ſint: prout hoc ipſum ex ſequent. juriũ fundamẽtis manifeſtè parebit.

Namq; primò clari & indubitati juris eſt, quod cuilibet licitum atq; permiſſum
ſit † res ſuas ſive poſſeſſionem ſuam contra 1
vim vel injuriam illatam defendere, *l. 3. §. cum igitur. & ibi Bart. ff. de vi & vi arm. l. 1. & ibi Bart. & Bald. C. unde vi. l. ſi quis in ſervitute. ff. furtis l. prohibitum. & ibi Bart. C. jure fiſci. lib. 10. l. devotum, C. de metatis lib. 12. c. olim. & ibi Abb. ext. reſtitut. ſpoliat. gl. Bart. l. ſ. Des. & Dd. l. ut vim. ff. juſtit. & jur. & Felin. c. 2. extr. de homicidiis.* Quod procedit, ſive illa res ſit corporalis, ſive incorporalis, qualis eſt juriſdictio, ſervitus & civilis res, *Bartol. l. 1. §. hoc interdicto. n. 3. ff. itinere actuq; privato. Bald. l. 1. num. 30. & 31. C. unde vi. Cæpol. in tract. ſerv. ruſt. præd. c. 1. n. 35.* Item, ſive illa res ſit noſtra, quoad plenum ſive quoad utile dominium tantùm, *Bald. l. 1. n. 28. C. unde vi.* Nec non etiam, ſive quis habeat dominium alicujus rei, ſive poſſeſſionem tantùm, *l. 1. §. qui vi aut me. ff. vi & vi arm. Bar. & Bald. l. 1. C. unde vi. Bart. l. 2. §. interdictum. ff. uti poſſidetis.* Quinimò etiam ei qui ſolùm jus detinendi ex juſta & legitima cauſa habet, defenſionem contra vim ſive violentiam conceſſam eſſe, legib. expreſsè cautum eſt, *l. colonus. ff. de vi & vi arm. l. ſi duo. §. cum inquilinus. ff. uti poſſidetis.*

Deinde hoc procedit ſive jus vel violentia illata ſit ablativa, *l. ſi quis in ſervitute. ff. furtis* ſive expulſiva. *l. 3. §. cum igitur. ff. vi & vi arm. l. 1. C. unde vi.* ſive turbativa, *Bart. l. ut vim. n. 6. ff. juſt. & jur. Bald. l. 1. n. 26. & 31. C. unde vi.*

Cum

Cùm itaque & fluvius Ina quoad dominium & plenum ſive integrum jus ad Senatum atq; civitatem S. ſpectet, ipſiq; q. poſſeſſionem juris piſcandi in d. flumine ſoli ultra hominum memoriam exercuerint, & in hunc uſq; diem continuaverint. Dubio omni caret, Senatui atq; civitati S. permiſſum eſſe etiam propria authoritate jus ſuum ſive quaſi poſſeſſionem juris ſui contra factum atq; turbationem Nobilium tueri, defendere.

Secundò hæc ſententia confirmatur,
2 quia † defenſio etiam propria authoritate facta, omni jure permiſſa eſt, tàm naturali, *c. jus naturale. diſt. 1. Clem. Paſtoralis. de ſent. & re judicat. l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadr. paup. fec. dic.* quàm gentium, *l. ut vim. ff. juſt. & jur.* nec non etiam civili, *l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. c. ſignificaſti. el. 2. extr. homicidijs. c. ſi verò. el. 2. extr. de ſentent. excommunicat.*

3 Ideoq; id, quod quis facit, ad † defenſionem, delictum, ſcelus, crimen vel maleficium dici nequit, *Bald. l. data opera. n. 8. C. de his qui poſſ. vel non Hippol. de Marſil. in ſua pract. §. quoniam. n. 81. Abb. c. Clerici. el. 1. n. 2. extr. de vita & honeſt. Clericor. Hippol l. 1. in pr. n. 29. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Iacob. Novell. in tract. ad defenſam ſub Rubr. de excuſſ. reorum n. 10. arg l. 3. C. ad l. Cornel. de Sicar. c. officia. c. non eſt. c. cum homo. c. non eſt crudelis. c. ſi homicidium 23. q. 5. c. occidit 23. q. 8.* Omnique culpa caret, *Abb c. 1. n. 2. extr. divortijs.* Nec pœnam ullam meretur, *c. 2. & ibi Abb. extr. homicidijs capit. 1. & ibi Abbas extr. divort. cap. 1. §. ſi quis homines. de pace tenenda. Bald. conſ. 91. lib. 3. & conſ. 111. num. 2. lib. 4. Socin. inter conſilia Franciſci Curtij. conſ. 21. incip. Deus æternus. col. 7. & 8. verſ. cum ſecundum. Cardin. Pariſ. conſ. 164. nu. 23. & conſ. 165. nu. 23. & 25. lib. 4.* Uſque adeò, ut neq; vaſallus ad defenſionem ſuam dominum feudi lædens vel offendens feudo privetur, *gl. Andr. de Iſern. Alvarot. Præpoſ. & Matth. de Afflict. cap. 1. §. porrò, quæ fuit prima cauſa. Matth. de Afflict. c. 1. §. ſed & qui delator. nu. 41. quæ fuit prima cauſa. Curt. in tract. feud. 4. part. n. 36. Franc. Rip. repet. l. fin. num. 66. C. revocand. donat:* nec donatarius contra donatorem quid faciens vel attentans, pro defenſione rerum vel perſonæ rem donatam amittat, *Franc. Rip. repet. l. fin. nu. 65. C. revoc. donat.* Quinimò is, qui ad defenſionem rerum vel perſonæ ſuæ quid facit parti læſæ, nec ad id quod intereſt, tenetur, *Aym. Cravet. conſ. 119. num. 11. lib. 1. Plot. repet. l. ſi quando. §. 40. num. 14. C. unde vi.*

Tertiò, hanc eandem ſententiam comprobat, quod cuilibet † licitum atque per- 4
miſſum ſit, appellatione pendente poſſeſſionem ſuam vel quaſi continuare, *gloſ. l. Imperatores. verb. ab adverſario. ff. appellat. gl. fin. cap. non ſolùm. de appellat. lib. 6. Dec. l. 1. num. 4. C. bonorum. poſſeſſ. ſecundum tabul. Alexand. in addit ad Bart. l. 1. num. 1. ff. nil novari appellatione pendente. Cardinal. Pariſ. conſ. 39. num. 3. & 4. lib. 1. & conſ. 172. lib. 4.*

Nec is, qui poſſeſſionem ſuam pendente appellatione continuat, quicquam innovare vel attentare dicitur, *Cardinal. Pariſienſ. conſ. 36. num. 5. & 6. lib. 7.* Nec etiam aliis violentiam, turbationem vel moleſtiam inferre cenſetur, *Cardinal Pariſ. d. conſ. 39. num. 6. & 7. lib. 1.*

Cum itaque civitas & Senatus S. poſſeſſionem totius fluminis Inæ, & quaſi poſſeſſionem juris piſcandi in dicto flumine ita habeant, quod ipſi non teneantur pati vel ferre alium in ipſo flumine piſcari, utq; ipſi aliis attentantibus piſcationem in d. flumine ſemper & retia & naviculas & alia Inſtrumenta piſcationis abſtulerint, ſequitur, civitatem atque Senatum S. etiam appellatione pendente illam ſuam poſſeſſionem vel quaſi, cum iſtis qualitatibus informatam licitè & jure permittente continuare poſſe.

Quartò, pro hac ſententia confirmanda facit, quod † pendente appellatione ne- 5
mo ex poſſeſſione ſua expelli, neminiq; poſſeſſio ſua auferri debeat, *c. venientes. in fin. extr. de jurejurand. c. cum teneantur. & ibi Abb. Dec. & Dd. extr. appellat. c. an ſit. & ibi Bald. Abb. Dec. & Dd. extr. eod. tit. gloſſ. d. l. Imperatores. de appellat. Roman. conſil. 37. nu. 4. Matheſil. ſingul. 28.*

Similiter appellatione pendente quis non debet turbari vel moleſtari in poſſeſſione ſua, *Matheſil. ſingul. 28. Dec. conſ. 97. num. 7. & conſ. 103. num. 3. Dec. c. cum teneantur. num. 4. argum. ill. text. extr. de appellat.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut † ap- 6
pellans, qui pendente appellatione alium ſpoliavit, turbavit, vel moleſtavit, in poſſeſſione ſua appellationi ſuæ renunciaſſe intelligatur, *cap. an ſit. & ibi Bald. Abb. Dec. & Dd. extr. appellat. cap. cum teneantur. & ibi Abb. & Dec. extr. eod. tit. gloſſ. final. cap. non*

ſolùm.

ſolùm. de appellatio. lib. 6. Innocentius cap. ex parte. extr. reſcriptis. Bald. cap. ex parte Adæ. col. 7. extr. teſtibus. Angel. l. final. §. illud. C. temporibus appellationum. Decius conſil. 103. numer. 7. Matheſil. ſing. 28. Utque in continenti tàm ſpolium quàm turbatio removeri, & omnia in priſtinum ſtatum reſtitui debeant, *dict. cap. venientes & d. cap. cum teneantur. & ibi Decius & Dd. Dec. conſ. 97. num. 2.*

Et illud, quod quis facit appellatione pendente pro defenſione juris ſive poſſeſſionis ſuæ, juſtè factum intelligatur, nec attentatum vel innovatum cenſeatur, *Cardinal. Pariſ. conſil. 39. numer. 3. 4. 5. 6. & 7. lib. 1. & conſil. 172. numer. 8. 9. 10. 11. lib. 4.*

Igitur ſequitur, Nobilibus à W. non permitti appellatione pendente Senatum & civitatem S, in ſua poſſeſſione vel quaſi juris piſcandi in flumine Ina turbare vel moleſtare. Quodque factum à Senatu S. pro defendenda ſua poſſeſſione vel quaſi jure piſcandi juſtè & legitimè factum cenſeri debeat, nec pro attentato ſive innovato reputari poſſit.

7 Quintò, illud quod quis † appellatione pendente licitè & lege permittente facit, attentatum vel innovatum dici nequit, & tanquam attentatum ſive innovatum retractari non poteſt, *gloſſ. final. cap. non ſolum, de appellatio. lib. 6. Cardinal. Pariſ. conſil. 39. lib. 1. & conſil. 172. lib. 4.*

Sed certum eſt, quod cuilibet poſſeſſionem ſuam continuare, atque contra violentiam, turbationem & moleſtationem etiam propria authoritate tueri & defendere liceat.

Igitur ſequitur, quod ſi quis pendente appellatione poſſeſſionem ſuam continuaverit, vel poſſeſſionem ſuam contra turbationem, violentiam vel moleſtationem defenderit, hoc neque attentatum cenſeri, neque tanquam attentatum retractari poſſe.

Sextò, hæc ſententia cõfirmatur etiam ex eo, quod pendente lite poſſeſſor in poſſeſſione ſua non turbari, ſed in ea uſque ad exitum cauſæ tueri & conſervari debeat, etiamſi poſſeſſio ſit contra jus commune, & competat ratione Privilegii, *cap. 1. & ibi Abb. extr. ut litependen. cap. cum perſona. & ibi Doctores extr. de Privileg. lib. 6. Cardinal. Clement. 2. 2. oppoſit. & ibi Immol. & Petrus de Anchor. ut lite penden. Innocent. cap. bonæ. extr. de appellation. Immol. c. venerabili. extr. de cenſibus. Roman conſil. 37. numer. 4. Decius cap. cum teneantur. numer. 4. extr. appellatio. Decius conſil. 97. & conſil. 103. Cardinal. Pariſ. conſil. 39. lib. 1. & conſ. 172. lib. 4.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut is, qui pendente lite poſſeſſionem ſuam continuat, ſive pro conſervanda vel defendenda poſſeſſione ſua aliquid facit, nihil attentaſſe vel innovaſſe dicatur, illudq; factum tanquam attentatum ſive innovatum puniri vel retractari nequeat, *Innocent. cap. bonæ. extr. de appellatio. Rota deciſ. 10. in antiquis. tit. de appellatio. Dec. conſil. 103. num. 1. Cardinal. Pariſ. conſil. 39. numer. 3. cum 4. ſeqq. lib. 2. & conſil. 172. num. 8. cum trib. ſeqq. lib. 4.*

Sed certum eſt, quod ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam omnia illa, quæ pendente lite fieri poſſunt, etiam pendente appellatione fieri poſſint, *Bartol. l. poſtquam. §. Imperator. argum. illius text. ff. ut legat. nomine caveatur. Bart. l. furti. §. 1. num. 1. ff. his qui notan. infam. Bart. l. 2. & ibi Alexand. in addit. ff. in l. novatij appel. penden. Bald. cap. contingit. num. 10. ext. dolo & contum. Bald. cap. ex parte Adæ. extr. teſtib. B. l. ampliorem in fine principij. C. appellat. Abb. & Felin. cap. dilectè. extr. de exceptionibus.*

Igitur ſequitur, quod ſimiliter & pendente appellatione cuilibet permiſſum ſit, poſſeſſionem ſuam continuare, item contra vim, turbationem & moleſtiam defendere.

Septimò, illa regula, quæ vult † appellatione pendente nihil innovandum eſſe, procedit quoad præjudicium appellantis, ſecus autem eſt in iis, quæ favorem appellantis reſpiciunt, *Dec l 1. numer. 4. C. bonorum poſſeſſ. ſecundum tabul. argum. cap. cum teneantur. extr. de appellationib.* 8

Cum itaque & continuatio & defenſio poſſeſſionis favorem appellantium S. nempe reſpiciat, etiam ex hoc capite ſequitur, ipſis S. appellatione pendente licitum & permiſſum eſſe, poſſeſſionem ſuam vel quaſi continuare & defendere.

Octavò, ea quæ † favore alicujus 9

facta vel introducta ſunt, in odium ipſius retorqueri non debent, *l. quod favore. C. de legib. l. nulla. ff. eodem titul.*

Et is, qui etiam poſt inhibitionem à Judice ſuperiore factam, licitè & jure permittente, quid facit vel attentat, contra inhibitionem ſuperioris, nihil feciſſe vel attentaſſe intelligitur, *Oldrad. conſil. 136. numer. 12. Ioann. Staphileus in tractat. de gratijs & expectativis. §. poſt hæc. num. 26. & 27. Dec. conſil. 33. num. 4. Cardinal. Pariſ. conſ. 172. num. 14. lib. 4.*

Sed certum eſt, quod inhibitio facta à Camera Imperiali ad petitionem Senatus & civitatis S. & in ipſorum favorem facta ſit, quodque cuilibet liceat etiam lite vel appellatione pendente, poſſeſſionem ſuam vel quaſi continuare & defendere.

Igitur ſequitur, quod nec inhibitio quidem facta à Camera Imperiali Senatum S. impediat, vel Senatui obſtet, quo minus ipſi poſſeſſionem ſuam vel quaſi continuare, & contra injuſtam turbationem vel violentiam defendere poſſint.

Et ſic per prædicta concludo, S. liberum & permiſſum eſſe, etiam pendente appellatione quaſi poſſeſſionem juris piſcandi in flumine Ina, continuare & contra turbationem ſive moleſtationem vel vim etiam propria auctoritate tueri & defendere.

Nec obſtat huic veriſſimæ deciſio-
10 ni, id quod † tradit *Baldus cap. an ſit. numer. 2. extr. de appellationibus.* dum videlicet Baldus ibidem dicit, Pone, Tu me ſpoliaſti, Ego contra te & gravatus à Judice appellavi.

Deinde in continenti vel ex intervallo te dejeci. Dicitur hic, quod videor meæ appellationi renunciaſſe jus mihi dicendo, appellatione pendente. Namq; Baldus ibidem loquitur in violentia expulſiva, & quidem illata ante judicium inceptum.

Clari enim juris eſt, quod ſi is, cui violentia expulſiva illata eſt, pro recuperanda poſſeſſione vel re ſua Judicem adierit, ipſum pendente judicio ſpoliatorem ſuum ſpoliare vel expellere non poſſe, *Bald. l. 2. quæſt. 10. C. ſervit. & aqua. Bald. l. eadem. C. locat. & conduct. Bald. l. 1. col. 1. C. de execut. rei judic. Angel. l. nemo carcerem. C. exactoribus tributor. lib. 10. Alexand. conſil. 131. num. 12. lib. 4. Iaſon l. 2. numer. 114. C. de jure emphyteu. Decius conſil. 146. nu. 8. & 9.*

Secus autem eſt in violentia expulſiva vel turbativa alicui illata, lite vel appellatione pendente. Namque contra illam defenſio permiſſa eſt, cum ſit clari & indubitati juris, quod lite ſive appellatione pendente cuilibet liceat poſſeſſionem ſuam & continuare & contra violentiam tàm expulſivam quàm turbativam & tueri & defendere, ſicut hoc ſatis liquet ex juribus ſuperius allegatis.

Deinde non obſtat huic noſtræ deci-
ſioni, quod † defenſio non poſſit fieri niſi 11
in continenti, *l. 3. §. cum igitur. & ibi Bart. ff. de vi & vi armata. gloſ. cap. ſignificaſti. & ibi Abb. & Felin. extr. de homicidijs.*

Namque reſpondeo, quod ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam, is in continenti dicatur, ſe defendiſſe contra vim illatam rebus ſuis, qui illam defenſionem facit, antequam ipſe civilem poſſeſſionem illius rei amittat, vel illa civilis poſſeſſio adverſario acquiratur, etiamſi poſt ſex vel plures menſes illa defenſio fiat, *Bart. l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi armata. Abbas cap. olim. numer. 10. extr. de reſtitutio. ſpoliator. Abbas cap. ſignificaſti. el. 2. col. penult. extr. de homicidijs. Abb. conſil. 100. col. 2. lib. 1. & conſil. 62. col. 4. lib. 2. Salicet. l. 1. quæſt. 2. C. unde vi. Socin. jun. conſ. 68. num. 81. lib. 3.* Quod uſque adeò verum eſt, ut ſpoliato etiam poſt decennium vel longius tempus permittatur poſſeſſionem rei ſpoliatæ propria authoritate & cum violentia recuperare, ſi ipſe illam rem antea opportunè recuperare non potuit, & ſic civilem poſſeſſionem retinuit, *gloſ. c. jus naturale. diſtinct. 1. Baldus l. final. C. de his qui à non domino. Baldus cap. in literis. extr. de reſtitut. ſpoliator. Baldus l. 2. C. de ſervitut. & aqua. Felin. cap. ſignificaſti. el. 2. numer. 13. de homicidijs. Immol. l. 1. §. qui præſens. ff. de verborum obligationib. Andreas Sicul. conſil. 41. col. 20. lib. 1. Decius conſil. 465. numer. 19. Iaſ. l. lecta. num. 20. ff. ſi cert. petat. Iaſon l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. num. 36. ff. de acquir. poſſeſ.*

Digitized by Google

poſſeſ. Alex. in addid. ad Bart. l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi arm. Aug. Ariminenſ. in addit. ad Aug. in tractat. de maleſic. verb & dictus Ioviνs. num. 20 Canſerus in tractat. de homicidijs. §. circa quartam. num. 31. Tiraquell. in tractat. de conſtit. poſſeſ. 3. part. limitat. 21. num. 11.

Sed certum eſt, quod Nobiles à W. per illum actum, quod ipſi poſtridie poſt Dominicam Quaſimodogeniti proximè præteritam retia in flumine Ina poſita habuere, nullam quaſi poſſeſſionem juris piſcandi vel ponendi retia in iſto flumine adepti fuerint. Cum, ſit clari & indubitati juris, quaſi poſſeſſionem jurium ſive rerum incorporalium non acquiri, niſi interveniente ſcientia & patientia adverſarii, *l. 3. §. dare. ff. uſufructu. l. 1. in fin. ff. de servit. ruſt. præd. l quoties in fin. ff. ſervitut. Cæpol. in tractat. de ſervitut. ruſt. Po. c. 17. Abb. & Ripa c. cum Eccleſiam. extr. de cauſa poſſeſ. & proprietat,* quam patientiam hic non interveniſſe, ſatis ex proteſtatione dominorum legatorum liquet, *arg l. ſi debitor. §. 1. ff. quibus mod. pignus. l. 1. §. ſed eſſi quis contra teſtam. ff. quod vi aut clam.*

Igitur ſequitur, quod in caſu noſtro S. defenſio contra factum Nobilium à W. permiſſa ſit, etiamſi dies aliquot poſt factum Nobilium elpaſi ſint.

12 Præterea ad hoc † motivum contrarium reſpondeo, in caſu præſenti Nobiles à W. perpetraſſe non vim expulſivam, ſed vim turbativam. Et certum eſt, quod contra vim turbativam defenſio etiam ex intervallo permiſſa ſit, *Bart. l. 1. § hoc interdictum. num. 3. ff. uti poſſideris. Alex. in addit. ad Bart. l. 3. §. cum igitur. ff de vi & vi arm.*

Atque ita ex præcedentibus omnibus ſatis liquet, quod Ampliſſimus Senatus S. jure potuerit etiam pendente appellatione poſſeſſionem ſuam vel quaſi in fluvio Ina cum piſcatione ibidem defendere, atque ideò Nobilibus de W. pro defenſione illius quaſi poſſeſſionis retia, navigia, aliavè inſtrumenta, quę illi uſurparunt, adimere, aliaq; quæ defenſionem poſſeſſionis vel quaſi concernunt, contra Nobiles W. cum moderamine tamen inculpatæ tutelę, exercere.

Neque, ut ego exiſtimo, neceſſe eſt, hoc ipſum Illuſtriſs. Principi vel Nobilibus de W. prius ſignificare.

Si verò Ampliſſimus Senatus per proteſtationem Illuſtriſſimo Principi & Nobilibus de W. hoc ſignificare velint in eum finem, ut ab illicito ſuo propoſito abſtinerent, hac adjecta admonitione vel potiùs comminatione, ſi ſecus facerent, Senatum aliter facere non poſſe, quin pro tuitione quaſi ſuæ poſſeſſionis navigia, retia, ſtipites, aliaq; inſtrumenta ipſorum auferant, hoc meo judicio cauſæ obeſſe non poſſet: ſi modò præſtationi ejuſmodi hęc clauſula annectetur, quod nimirum Ampliſſimus Senatus per hoc ipſum poſſeſſioni ſuæ vel quaſi nullo modo vellet derogare.

Digitized by Google

CONSILIUM TRICESIMUM SECUNDUM.

In cauſa Nobilium B. Continens materiam, utrum actioni pignoratitiæ præſcribatur.

SUMMARIA.

1. *Literæ reverſales utrum contra hæredes illorum, quorum in eis mentio ſit, fidem faciant, & num 26.*

2. *Sigillum contra ſigillantem perfectè probat.*

Sigillum quantum operetur ibid. & nu. ſeqq. & num. 7. uſq; ad num. 25.

3. *Sigillans aliquod inſtrumentum intelligitur conſentire omnibus in inſtrumento contentis, & num. 13.*

4. *Sigilli appoſitio denotat concluſionem contractus.*

5. *Per ſolum ſigillum, quomodo mandatum, delegatio, vel alia voluntas ejus, cujus ſigillum eſt, arguatur.*

6. *Sigillum cui traditur, quantum fidei huic habeatur.*

7. *Sigillum per omnia ſubſcriptioni æquiparatur, imò plus operatur quàm ſubſcriptio.*

8. *Diſpoſitum de uno ex æquiparatis etiam in alio æquiparatorum locum habet.*

9. *Argumentum à minori ad majus affirmative procedit.*

10. *Subſcribens ſe alicui ſcripturæ perinde habetur, atque ſi totam ſcripturam ſua manu ſcripſiſſet.*

11. *Quod & in ſubſcriptione generali obtinet.*

12. *Subſcribens ſe alicui ſcripturæ, præſumitur habuiſſe notitiam omnium ſcriptura contentorum, ſecund. comm. Contra Ioann. de Imola.*

13. *Idem eſt in ſigillante.*

14. *De præſumptionibus, & qualiter illis ſtandum.*

15. *Pro ſigillo ſemper præſumitur, ſi ſigillum proprium ſit ſigillantis.*

16. *Sigillum contra ſigillantem indiſtinctè probat, etiamſi in ſcriptura non dicatur illud de voluntate ejus, cujus ſigillum eſt, appoſitum eſſe, ſecund. commun.*

17. *Literæ & ſigilla æquiparantur, & num. ſeq.*

18. *Voculæ* Seu, *alterutrò disjunctivæ natura quæ.*

19. *Literæ ſigillatæ non approbatæ, an ſaltem ſemiplenam probationem faciant, & num. ſequent.*

20. *Inſtrumentum debiti repertum penes debitorum cancellatum, an & qualiter probet debitorem liberatum. Et,*

Utrum ſigillum præſumatur appoſitum inſtrumento de voluntate illius cujus eſt, ibid.

21. *Semiplena probatio in antiquis omnimodam fidem facit.*

22. *In antiquis quæ probationes ſufficiant, quodq; etiam penitùs inſufficientes in iis admittantur, ut puta.*

23. *Probationes de auditu & credulitate,*

24. *Antiquum in dubio quod dicatur.*

25. *Sigillum regulariter præjudicat ſigillanti, licet ultra ſigillum ſubſcriptio facta non fuerit, ſecund. comm.*

26. *Hæres & defunctus ejuſdem perſonæ vicem repræſentant.*

27. *Hæredis appellatione qui veniant, & num. 55.*

28. *Hæres hæredis contrahentis, ipſius contrahentis hæres eſſe cenſetur, & num. 56.*

29. *Omnes obligationes activè & paſſivè ad omnes omninò hæredes in infinitum uſq; tranſeunt, & num. 54.*

30. Scriptura privata numnè falsum & qualiter in antiquis probat.

31. Et contra quos etiam in factis recentibus plenè probet.

32. Inſtrumenta ſigillata an & quando plenam probationem faciant, etiamſi fides non fiat, illa eſſe ſigillata ab his vel mandate illorum, quorum ſunt ſigilla, & num ſeq. & num. 34.

33. De præſumptione ex curſu temporis deſcendente & quàm fertis illa ſit & num. 37. 38. & ſeqq.

35. Conſuetudo efficiens ex probatione inefficaci validam & efficacem rata eſt.

36. Notoria conſuetudine Germaniæ receptum eſt, ut Nobilium aliorumvè bonorum virorum ſigillis indiſtinctè plenè credatur & numer. 38.

37. Doctori excellenti de conſuetudine atteſtanti an fides adhibenda & num. 120.

39. Conſuetudo notoria probatione non indiget.

40. Verbum, Einſetzen/ *Supponere, ſecundum communem uſum loquendi in Germania pignori non emptioni convenit.*

41. Communis uſus loquendi ſaltem præſumptivè per unius excellentis Doctoris aſſertionem probatur.

42. Omnia verba ſecundum communem uſum loquendi intelligenda.

43. Verbum, Luere, Wiederlöſen/ *pignori tantùm convenit.*

44. Vt & verbum Supponére.

45. Is contractus in dubio celebratus intelligitur, qui ex verbis vel vi verborum contrahentium colligitur.

Verba contractus quantopere attendenda. ibid.

46. Voluntas contrahentium etiam ex ſolitis & conſuetis colligitur & declaratur.

47. In contractib. ſemper capienda interpretatio eſt, quæ utriq. contrahentium utilis ſit.

48. Marcha una argenti ſive Löttigs Silbers/ *quot thaleros conſtituat.*

49. Appellatione Intereſſe quid veniat & nu. 65.

50. Soluto debito qualiter pignoratitia detur.

51. Ad producendam pignoratitiam ſufficit oblatio, conſignatio & depoſitio pecuniæ debitæ, hoc præſertim caſu, quando creditor ejuſvè hæres illam recipere recuſat.

52. Quo caſu ad producendam pignoratitiam etiam ſola verbalis oblatio ſufficiat, ſecund. commun. contra Aret. & Socin.

53. An verò ſi creditor non expreſsè ſed tacitè recuſet debitum recipere, oblatio verbalis ſufficiat.

54. Actio pignoratitia cui & contra quem & qualiter competat. & num. 72.

57. Debito ſoluto: pignus qualiter reſtituendum cum omnibus fructibus.

58. Quodq. pactum efficere non poſſit, ut creditor fructus pignoris lucretur.

59. Nec error juris.

60. Nec ullius temporis præſcriptio.

61. Error juris in præſcriptionibus non prodeſt.

62. Quod obtinet etiam in præſcriptione longiſſimi temporis.

63. Quando verò & in præſcriptione temporis immemorialis.

64. Creditor pignoratitia conventus, ſi pignus non reſtituat, ad Intereſſe tenetur.

65. Hujus Intereſſe appellatione quid veniat.

66. Reſtitutio rei & Intereſſe quomodo in uno eodemq. libello peti poſſit.

67. Creditor hæres vè ejus pignoratitia conventus tueri ſe nequit per hoc, quod res penes tertium reperitur, niſi probet ſe illam rem perdidiſſe.

68. Hæc autem amiſſio, quomodo & qualiter probanda & num. 70.

69. Et, utrum ſufficiat talem caſum amiſſionis probare, qui regulariter abſq. culpa contingere ſolet, an verè neceſſe ſit, ut probetur, caſum abſq. dolo vel culpa creditoris contigiſſe.

70. Creditor amiſſionem pignoris & caſum amiſſionis, illamq. abſq. dolo vel culpa contigiſſe juramento probare nequit.

72. Traditio vel tranſlatio poſſeſſionis per inſtrumentum non probatur.

73. Fallit in antiquis & num. ſeq.

74. Vbi declaratur opinio Cravettæ quæ contraria videtur.

75. Poſſeſſio etiam ex cultura probatur.

76. Verba contractuum non debent eſſe ſuperflua & ſine effectu operandi.

77. Verba, ut quid operentur, diſpoſitio ita interpretari debet, ut in ea comprehendantur, quæ alioquin non comprehenderentur.

78. Illuſtratur hoc aliquot exemplis.

79. Verba ut quid operentur, deduci debent ad caſum dubium.

80. Et impropriè intelligi.

81. Capienda interpretatio, ut verba quid operentur, etiamſi per eam induceretur juris communis correctio: & num. 273.

82. Argumentum à contrario ſenſu quando ſumatur, etiam quoad correctionem juris communis.

83. *Verbum*, Reddere, *quid denotet.*

84. *Privatio habitum præſupponit.*

85. *Quo caſu ſtandum juramento rei, quod ille rem petitam non habeat.*

86. *Et, an ſtandum juramento hæredis aſſerentis rem à defuncto poſſeſſam, ad ſe non perveniſſe.*

87. *Ex lapſu 30. annorum purgatur præſumptio malæ fidei.*

88. *Vis lapſus temporis immemorialis.*

89. *Solus temporis lapſus ſine alijs adminiculis nihil operatur, nec præſumptionem inducit, & num. 91.*

90. *Lapſus temporis non poteſt ſimul & ſemel plures probationes inducere, atq; plures defectus ſupplere.*

92. *Ex lapſu temporis an & quando mandatum præſumatur?*

93. *Præſumptiones ex lapſu temporis deſcendentes, in quibus non habeant locum.*

94. *Præſumptio ex curſu temporis deſcendens an ſit præſumptio juris & de jure, numq; contrariam probationem admittat, vel fortiori præſumptione elidatur, & num. 97.*

95. *Mandatum ad agendum præſumitur ex eo, quod apud aliquem inſtrumenta cauſæ reperiuntur ſecundum quoſdam.*

96. *Præſumptiones LL. non ſunt adaptandæ ad id quod veriſimile non eſt.*

98. *Titulus ex curſu temporis an & quando præſumatur.*

99. *Solennitas extrinſeca ex curſu temporis præſumitur.*

100. *Declaratur hoc tamen aliquot modis, & num. 113. & num. 304.*

101. *Vaſallus in feudo, tantùm jus limitatum habet pro tempore vitæ ſuæ.*

102. *Obligatio pignoris ſimpliciter facta, nunquam extenditur ad jus tertij.*

103. *Vaſallus alteri feudum ſuum tanquam rem feudalem vendens vel alio oneroſo titulo concedens, quale jus conceſſiſſe intelligatur.*

104. *Itemq; pater concedens titulo oneroſo rem adventitiam filij; alteri ſcienti qualitatem hujus rei.*

105. *Actus agentium quomodo ſecundum duplicem perſonam regulentur.*

106. *Vendens vel titulo oneroſo rem aliquam, in qua jus limitatum habet concedens ſcienti qualitatem rei conceſſæ, intelligitur tantum illud jus limitatum conceſſiſſe.*

107. *Quod amphatur dupliciter.*

108. *Fidejuſſor non niſi per ſolennem ſtipulationem obligatur.*

109. *Ex ſtipulatione quando oriatur actio ex ſtipulatu.*

110. *Verba*, Loben / *vel* Promiſiſſe, *itemq;* Convenire, *quid denotent, & numer. ſequent.*

111. *Numq; ſcripturæ privatæ inſerta promiſſionem per ſtipulationem denotent.*

112. *Promiſſio vel fidejuſſio non valet, quâ fidejuſſor promittit reum principalem quid facturum vel daturum.*

Secus eſt in promiſſione vel fidejuſſione quâ quis ſe obligat, quod velit curare atq; facere, numer. 113.

114. *Omnis actus interpretandus ut valeat.*

115. *Vtile per inutile vitiari non debet.*

117. *Fidejuſſio ſimpliciter facta valet.*

118. *Promiſſio facti alieni quando indiſtinctè rata ſit.*

119. *Promiſſio per fidem facta, an juramento in omnibus & per omnia æquiparetur, & num. ſeq. & num 121.*

121. *Modum pronunciandi in Camera obſervatum, omnia judicia Imperij ſequi debent, & 217.*

122. *Principalis & fidejuſſor quomodo & quando in uno codemq; libello conveniri poſſint, & num. 124.*

123. *Fidejuſſor quando beneficio excuſſionis ſe tueri non poſſit.*

124. *Cumulatio plurium actionum quo caſu indiſtinctè admittatur.*

125. *Et an cumulatio actionis perſonalis & hypothecariæ in uno eodemq; libello poſſit fieri contra diverſas perſonas, etiamſi illa cumulatio fiat conditionaliter ſive ſubordinatè, & numer. ſequent.*

126. *Vbi opinio Roman. & Purpur reijcitur & ad rationes Ludovici Romani reſpondetur.*

127. *Fundamento deſtructo deſtruitur & ſuperædificatum.*

128. *Opinioni Doctoris vel gloſſæ quando non credendum.*

129. *Actio pigneratitia datur etiam adverſus eum, cui pignus traditum, creditor rurſus pigneravit.*

130. *Contra poſſidentem pignus quando etiam realis actio competat.*

131. *Limitata cauſa limitatum effectum producit.*

132. Ex-

132. *Extructo jure limitato, & omnia quæ ex eo ſecuta ſunt, extructa cenſentur.*

133. *Hæres contra factum defuncti venire nequit.*

Fallit ibid.

134. *Venditio pignoris à creditore facta, non plus operari debet, quàm ſi debitor ipſe rem pignori datam vendidiſſet.*

135. *Succeſſor vaſalli poteſt feudum alienatum etiam precio non reſtituto repetere, etiamſi hæreditas ſolvendo non ſit, & ſucceſſor etiam non confecto inventario hæreditatem alienatoris adierit.*

136. *Comprobatur hoc aliquot rationibus.*

137. *Et nobiliter ampliatur.*

138. *Sententia abſolutoria lata contra eum, qui actione pigneratitia egit contra hæredes creditorum, & cum illa ex ſtipulatu actionem cumulavit, contra hæredes fidejuſſorum non parit exceptionem rei judicatæ agenti actione reali.*

Et è converſo.

139. *In grandi dubio diſputandum, non paſſim reſpondendum.*

140. *Omnia jura omnesq; actiones ad longius præſcriptione 30. annor. amittuntur.*

Declaratur num. 252.

Quod & de jure Saxonico obtinet.

141. *Præſcriptio 30. annorum etiam in feudis currit.*

Ampliatur, hic & declaratur num. 252.

142. *Officium judicis 30. annorum præſcriptione tollitur.*

143. *Vt & alia quæ facti ſunt.*

Declaratur num. 252.

144. *Item facultas, ex cujus exercitio oritur actio, vel aliud jus deducibile in judicium.*

Comprobatur usq; ad num. 154. incluſivè.

Contrarium num. 253.

145. *Sic juri adeundi hæreditatem 30. annis præſcribitur, cum bona fide tamen, numer. 254.*

146. *Et juri immiſcendi ſe hæreditati ſibi delatæ.*

147. *Item juri petendi ſupplementum legitimæ.*

148. *Item legatum vel fideicommiſſum, & num. 192.*

149. *Itemq; juri petendi reductionem laudi ad arbitrium boni viri.*

150. *Dicendi contractum nullum. Ratio num. 255.*

151. *Petendi rem Emphyteuticam, quæ ob non ſolutum Canonem in commiſſum incidit.*

152. *Revocandi rem donatam propter ingratitudinem donatarij.*

153. *Vt & actioni competenti domino feudi ad feudum amiſſum ob feloniam vaſalli, Etiam cum mala fide, num. 256. ubi ratio.*

154. *Declaratur text. l. in bello. §. ſi quis ſervum. ff. de capt. & poſtl. reverſ. & num. 257.*

156. *Item l. cum notiſſimi. §. eodem jure. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. & num. 258.*

157. *Contra eum qui facere poteſt, ut actio naſcatur, illudq; facere negligit, præſcriptio currit ſine ſpe reſtitutionis.*

Declaratur num. 259.

158. *Iuri offerendi in pignoribus præſcribi longiſſimo tempore communiter receptum eſſe quidam ſtatuunt.*

Contrarium quod non præſcribatur, magis commune aſſerit auctor, & probat num. 260. & 261.

159. *Facultas offerendi precium competens ei, qui rem aliquam cum pacto de retrovendendo vendidit, 30. annis amittitur.*

Declaratur hoc numer. 262. ubi atteſtatur auctor, contrarium in Imperio Romano conſuetudine receptum & in Camerà approbatum.

160. *An verò hoc caſu facultati redimendi præſcribatur 30. annis, ſi conventum fuerit, ut venditor rem venditam ſemper redimere poſſit, & num. 164 & ſeqq. & num. 218. 263.*

161. *Et an hæc præſcriptio juris redimendi cum mala fide currat, & num. 265.*

162. *Inſinitas quando toleretur vel non, & num. 219. 260.*

163. *Facultati deſcendenti ex contractu 30. annis præſcribitur.*

Contrarium num. 267.

165. *Præſcriptioni 30. annor. renunciari nequit, ſecund. Bald.*

Contrarium num. 268.

166. *Malæ fidei poſſeſſor ſaltem confirmationem dominij præſcribit. Secund. Bald.*

Contrarium verius num. 269.

167. *Ius redimendi de jure ſpeciali non gentium competit.*

Contrarium num. 270.

168. *Privilegia faciliùs tolluntur quàm jus commune.*

169. *Verba ſecundum ſubjectam materiam & naturam rei, de qua agitur, intelligenda ſunt.*

170. *Etiamſi verba ad ſignificationem impropriam detorquere neceſſe ſit.*

171. *Vel impropriiſſimam.*

172. *Et verba, ſine prægnantia, univer-*

Digitized by Google

ſalis, geminata, vel apta infinitatem comprehendere.

173. Et hæc procedunt etiam in materia, in qua ſtricta alioquin interpretatio fieri debet.

174. Omnis contractus ſecundum jus commune intelligendus.

175. In pacto de retrovendendo, ſubintelligi conditionem, ſi venditor emptori precium intra 30. annos offerat, multi exiſtimant.

Quod auctor pulchra ratione improbat, numer. 274.

176. Idem jus ſtatuitur de facultate deducendi ad actum, quod ſtatuitur de jure jam ad actum deducto.

Declaratur num. 275.

177. Iuri redimendi competenti venditori ex pacto de retrovendendo lapſu 30. annor. indiſtinctè præſcribi, etiamſi emptor juraverit, quod quandocunq; oblato precio venditori poteſtatem redimendi facere velit, quidam exiſtimarunt.

Et comprobatur hoc num. ſeq.

Contrariam ſententiam auctor tenet & bonis rationibus comprobat, numer 276. & ſequentib.

178 Iuramentum debet intelligi ſecundum naturam contractus.

Declaratur num. 277. Contrar. num. 278.

179. Iuramentum contractui appoſitum quid operetur, & num. 278. uſq; ad num. 283.

180. Contra contractum juratum nulla currit præſcriptio, ſecund quoſd.

181. Quid verò ſi promiſſio facta ſit ſub fide, & num 284.

182. Præſcriptioni per pactum regulariter renunciari nequit.

Declaratur num. 285.

183. An verò cum jurejurando, & nu. 223. & 286.

184. Præſcriptio etiam contra ignorantem currit.

Ignoranti tamen qualiter reſtitutio in integrum detur num. 287.

185. Ex curſu temporis an ſcientia præſumatur, & num. 288.

186. Poſſeſſio quævis in dubio juſta præſumitur.

Præſumptione tamen juris tantùm, num. 289.

187. Poſt lapſum 30. annor. malam fidem allegare non licet, ſecund Bart. & ſequac.

Declaratur num 290.

188. Præſcriptio temporis immemorialis an habeat pro ſe præſumptionem juris & de jure, & num. 291.

189. Scientia rei alienæ non impedit præſcriptionem, quando ceſſat culpa vel mala voluntas debitoris.

Confirmatur num. ſeqq.

At contrarium ſtatuitur & firmatur numer. 241. & 292. & ſeqq. ubi ad object. reſpond.

190. A jure quærendo facilius quis quàm à quæſito excluditur.

Declaratur. num. 294.

191. Contra legatarium antequam accepit legatum, præſcriptio currit, etiamſi hæres habeat ſcientiam iſtius legati.

Contrarium num. 295.

193. Regulam, quod præſcriptio non currat in favorem illius, qui in mala fide eſt, procedere tantùm eo caſu, quando obligatio eſt certa, & aliquis omninò eſt debitor ad aliquid dandum vel faciendum, Socin. & Schurff. exiſtimant.

Quorum opinio & limitatio reprobatur numer. 297.

194. Sublata præſcriptione, nunquam intelligitur ſublata immemorialis.

Declaratur variè num. 299.

195. Vis temporis immemorialis, & numer. 300.

196. Præſcriptio ſtatutaria etiam cum mala fide currit.

Contrarium oſtenditur num. 245.

197. In præſcriptione longiſſimi temporis mala fides auctoris ſingulari ſucceſſori non præjudicat.

Contrarium num. 248.

198. Ne in præſcriptione longi temporis quidem eo caſu, quando is, contra quem præſcrip. incurrit, ſcit ſingularem ſucceſſorem rem poſſidere, vel quando ſingularis ſucceſſor eſt immediatus ſecund. quoſdam.

Quod tamen auctor improbat num. 246. & ſeqq. & num. 301.

199. Mala fides defuncti de jure etiam Canonico non nocet univerſali ſucceſſori, eo caſu quando is præſcriptionem à ſe inchoare vult, ſecundum multos.

Contrarium oſtenditur num 247.

200. Mala fides defuncti non nocet ſecundo hæredi, ſecund quoſd.

Improbatur num. 249.

201. In cauſis feudalibus decidendis, quando jus Canonicum ſervandum.

202. Mala fides defuncti nunquam nocet

Digitized by Google

nocet hæredi eo caſu, quando is hæreditatem defuncti confectio inventario adivit, ſecundum quoſdam.

Contrarium num. 302.

203. *In feudis præſcriptio lapſa contra unum reliquis nondum etiam natis, obeſt.*

Contrarium num. 250.

204. *Intellectus l. 2. C. ſi vend. pign. agat. & num. 305.*

205. *Iuri offerendi debitori competenti contra creditorem ad producendam pignoratitiam nullo tempore præſcribi firmatur multis auctoritatibus uſq; ad num. 252.*

206. *Et communiter id receptum aſſeritur, & Germaniæ conſuetudine & judicio Cameræ approbatum.*

207. *Doctoris auctoritati propter contrarietatem detrahitur.*

208. *Doctores vetuſtiores auctoritate recentiores ſuperant.*

209. *Auctoritas Oldradi & Ioannis Andreæ.*

210. *Et Bartoli & Baldi.*

211. *Itemq; & Alberici de Roſat. & Felini.*

212. *An & quando opinio gloſſæ in dubio cenſeatur communis.*

213. *Gloſſæ opinio quando pro lege allegari poſſit.*

214. *Ut & alterius Doctoris auctoritas.*

215. *Communis opinio ſequenda.*

216. *Opinio conſuetudine approbata in illo loco ubi viget, conſuetudo omni contrariæ opinioni etiam magis communi præferenda.*

220. *Facultati adimplendi conditionem poteſtativam nullo tempore præſcribitur, & numer. 222.*

221. *Ut & facultati collatæ in liberam voluntatem alterius.*

224. *Vis iuramenti, & renunciationis juratæ, & num. ſeq.*

225. *Super actu jurato lex civilis nihil diſponere poteſt.*

226. *Iuramentum res ſpiritualis eſt, & ad Eccleſiam ſpectat.*

227. *Cum mala fide nulla præſcriptio currit de jure Canonico, & num. 244. 245. 293.*

Ne temporis immemorialis quidem, nu. 246.

Quod & in foro civili obtinet, num. 242.

228. *Verba generalia quàm generaliter intelligenda ſint; & num. ſeqq. & num. 233.*

229. *Verba univerſalia in diſpoſitione aliqua poſita quid operentur, & num. ſeqq.*

230. *Appellatione bonorum mobilium & immobilium, quando jura & actiones comprehendantur.*

231. *Verbum Hæres, in inveſtitura poſitum, quando etiam extendatur ad hæredes extraneos.*

232. *Pœna capitis quando quis plecti poſſit, etiam ob delictum non dolo, ſed lata culpa perpetratum.*

234. *Vis univerſalis negativa.*

235. *Vis univerſalis geminatæ, & num. 264.*

236. *Appellatio rei quàm latiſſima.*

237. *Quodq; ejus appellatione & ſpes contineatur, & num. ſeq.*

238. *Diſpoſitumq; de re etiam in ſpe obtineat de præſenti judicata.*

239. *Quod aliquod exemplis illuſtratur.*

240. *Diſpoſitio reſpiciens ſalutem animæ & peccati evitationem latiſſimè intelligenda, etiamſi juris communis correctoria vel pœnalis ſit.*

241. *Sola conſcientia rei alienæ malam fidem cauſatur ad impediendam præſcriptionem ſufficientem, & num 243.*

261. *In dubiis opinionibus præſertim Legiſtarum & Canoniſtarum quæ prævaleat.*

271. *Appellatione juris communis etiam jus Canonicum venit.*

272. *Vitanda interpretatio, ex qua abſurditas vel legum correctio ſequi poſſit.*

278. *Iuramentum ſemper aliquid addit contractui.*

Comprobatur num. ſeqq.

279. *Ob non ſolutionem cenſus quando quis privetur re cenſuali.*

280. *Et quando emphyteuta Emphyteuſin ſtatim, ſi annuum tantùm Canonem ſolvere ceſſaverit, perdat.*

281. *Debitor non habens pecuniam, quando offerendo de bonis immobilibus & melioribus creditori non liberetur.*

282. *Fidejuſſor quando indiſtinctè etiam non excuſſo principali conveniri poſſit.*

296. *Renunciatio nec juris quærendi nec quæſiti ullius temporis lapſu præſumitur, ut nec alia donatio.*

298. *Incertum dici nequit, quod veriſimiliter incertum.*

300. *Curſus temporis immemorialis quando non habeat vim tituli conceſſionis vel privilegii.*

303. *Inventarii confectio ex nullo temporis lapſu præſumitur, & num. ſeq.*

305. *Creditor debitori indiſtinctè ad id quod intereſt, tenetur, ſi non probet, ſe abſq; dolo & culpa pignus perdidiſſe.*

306. *Per ſupervenientiam novi remedii vetus actio non tollitur.*

CASUS.

CASUS.

NObilis quædam familia in Ducatu Luneburgenſi B dicti, ante ducentos quadraginta annos aliis Nobilibus C. nominatos, caſtrum ipſorũ H. cum pertinentiis bonis pro 30. marc. argenti puri hypothecarunt vel oppignorarunt, reſervato ipſis ipſorumq; hæredibus quandocunq; illis libuerit pacto redimendi, prout illud cum creditorum vel emptorum proprio Reverſali uti vocant, doceri poteſt, qui expreſsè hoc inter alia in ſe continet hiſce verbis:

Nos Rudolphus & Henricus agnati de C. notum facimus omnibus, qui has literas viſuri vel audituri ſunt, & profitemur clarè & perſpicuè, quòd G. & J. fratres de B. nobis noſtriſq; hæredibus hypothecarint caſtrum ipſorum H. cum omnibus ſuis pertinentiis pro triginta marcis argenti puri, & pro illa pecunia debemus nos illis dictum caſtrum rurſum cedere, quando illi velint illiſq; lubitum fuerit. Debent v. nobis noſtriſq; hæredibus per unum annum antea prius hoc ſignificare, & nos illis viciſſim: Quando igitur annus ille finitus ſeu prçterlapſus eſt, debent illi nobis noſtriſq; hæredibus triginta illos marc. argenti puri rurſus luere ſive ſolvere unà cum iis, quæ pro ſatione dedimus: Econtrà debemus & volumus nos ipſis dictum caſtrum H, cum omnibus, quæ ad illud pertinent, reſtituere, abſq; omni contradictione & dilatione pro nobis noſtriſq; hæredib. eorundemq; ſucceſſorib. Omnia præſcripta nos dicti C. cum noſtris fidejuſſorib. qui unà nobiſcum ſubſcripſerunt, bona fide & in ſolidum promittimus pro nobis noſtriſq; hæredib. eorumq; ſucceſſoribus, quod ſecundum tenorem harum literarũ ità ut perſcriptum eſt, inviolabiliter ſemper ſervare & præſtare velimus. Et nos J. & G. de B. agnati, P. de P. R. & J. de M. T. de O. profitemur etiam coram omnib. qui has literas lecturi aut audituri ſunt, quod pro prænominatis Nobilib. eorumq; hæredib. in ſolidum & communi manu ſub fide fidejuſſerimus prædictis B. ſtipulando ipſis ipſorumq; hæredibus eorundemq; ſucceſſoribus communi manu ſub fide præſentibus literis, quod caſtrum ipſorum H. redimere, illis concedere debeant, prout ſuperius perſcriptum eſt, omniaq; ſuperius ſcripta, inviolabiliter ſervare & præſtare debeant. In cujus fidem nos omnes principales & fidejuſſores Sigilla noſtra his literis in teſtimonium præmiſſorum appendi curavimus, quæ literæ datæ ſunt poſt Nativitatem Domini noſtri Jeſu Chriſti anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo tertio die SS. Apoſtolorum Petri & Pauli.

Jam verò dicta bona ſeu caſtrum non amplius eſt apud emptores ipſorumvè creditores, nimirum hæredibus C. ſed ad tertium fuit alienatum: qui etiam hoc tempore illud poſſidet, Quo titulo autem, venditorum hæredes ſcire non poſſunt.

Venditorum tamen hæredes præſentes nimirum H. & J. de B. ſtatuerunt, dicta bona & caſtrum debito modo luendo vel perſolvendo pignus nimirum illos triginta marcos argenti redimere.

Cum autem timent, ne ab emptorum hæredibus vel præſentibus poſſeſſoribus caſtri H. per viam amicę tractationis ad illam reluitionem admittantur, ſed quòd jure contra illos agere, neceſſe habeant, petunt igitur, quo cauſæ ſuæ fundamentum habeant, ad ſequentes quæſtiones ſufficienter, & in jure fundatas inſtructiones.

Primò, quomodo initus hic contractus ſecundum verbalem tenorem hujus Reverſus cenſendus vel exiſtimandus ſit, & num ſit contractus emptionis & venditionis cum pacto de retroventendo, vel contractus pignoratitius, vel qualis contractus de jure exiſtimari vel haberi debeat.

Secundò, caſu, ſi emptorum hæredes oblationem pignoris 30. nimirum illorum marcarum argenti accipere, recuſarent, ideoque venditorum hæredes 30. illas marcas in depoſitum ponere vellent, in quantum pro una marca puri argenti in monetà Thalerorum vel Florenorum Rhenenſium (ut illi ad juſtum valorem harum marcarum æſtimentur) deponere vel tempore ſolutionis ſolvere deberent.

Tertiò, num hoc caſu, quando oblatio & depoſitio illius precii, illarum nempe 30. marcarum argenti puri juxta tenorem Reverſus facta fuit, quomodo venditorum ſive debitorum hæredes tertium poſſeſſorem rei vendicatione, vel hæredes emptoris vel creditoris ad Intereſſe, vel prænominatorum fidejuſſorum

ſorum hæredes & qua actione quemlibet jure & legitimè in jus vocare & convenire poſſent, & quid ideò uno vel alio modo de jure obtineri poſſit, & quæ via venditorum hæredibus tutior commodiorq; eſſe poſſit.

Quartò, cùm à tempore initi contractus ducenti & quadraginta anni ſint elapſi, in quo temporis ſpacio nulla oblatio vel retrovenditio facta eſt, num etiam venditorum hæredibus præſcriptio in hoc caſu obeſſe, & juſtè ſive legitimè ab adverſario ipſorum opponi poſſit.

Et quid ulterius venditorum hæredibus in melius, & ad recuperanda ipſorum bona conſuli poſſet, fideliſſimum conſilium ipſis communicari petunt; pro quibus omnibus gratos ſe fore promittunt.

Ad primam quæſtionem exiſtimo, quod initus contractus, de quo in præſenti hac quæſtione mentio fit, vigore Reverſus ſit contractus pignoratitius, non autem pro contractu venditionis cum pacto de retrovendendo exiſtimandus.

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QUO NIHIL FELIX FAUSTUMQVE.

ANTEQUAM AD hujus quæſtionis deciſionem deſcendam, neceſſarium eſſe duxi præmittere,
1 utrum † literæ reverſales contra hæredes illorum, de quibus in illis literis fit mentio, fidem tractant.

Et circa hoc dubium concluſivè procedendo, ego ſtatuo, illas literas reverſales plenam & omnimodam fidem facere contra hæredes eorum, quorum ſigillis illæ literæ ſigillatæ ſunt.

Namque primò certi & indubita-
2 ti juris eſt, quod † ſigillum contra ſigillantem perfectam probationem inducat, *Hippolytus de Marſil. Rubr. numer. 320.*
3 *C. de probation. Ioann. Cæphal. conſil. 141. numer. 11. lib. 1. argum. l. 2. & ibi Bartol. & Bald. C. reb. alien. non alienan.*

Quod etiam in ſigillo privato locum habet, contra videlicet illum, cujus ſigillum eſt, etiamſi ipſe illud ſigillum, vel ea, quæ in inſtrumento ſigillato continentur, neget, prout hoc expreſsè &
4 in ſpecie decidit *Speculat. §. videndum. numer. 14. de probatatio. Ludovic. Roman. l. admonendi. numer. 66. & ibi Caſtrenſ. numer. 42. ff. jurejur. & idem ſentit Decius cap. tertio loco. numer. 1 extr. de probatio.* & ibi Decius inquit, Quod in dubio credatur inſtrumento ſigillato ad præjudicium ſigillantis. Et idem etiam expreſsè tenet *Felin. cap. 2. numer. 37. verſic. tertiò generaliter. extr. de fide inſtrum.* ubi ipſe atteſtatur, eandem opinionem amplecti *Imol. ibid.* Eandem etiam opinionem tenet *Lanfranc. cap. quoniam contra. verb. inſtrumentorum productio. numer. 75. extr. probat.* ubi ipſe dicit, Quod ad hoc, ut ſcriptura fidem faciat oporteat, quod illa ſit confecta manu debitoris, vel ſi eſt manu alterius, ſaltem debeat habere ſigillum debitoris, *l. ſi qua per calumniam. C. Epiſcop. & Cleric.* Sigillum enim multum operatur ad faciendam ſcripturam indubitatam, *Baldus l. in bonæ fidei. C. de rebus credit.* quod refert atque ſequitur *Gabriel Sarain. in addit. ad Mathefil. ſingul. 22. num. 2. & 3.*

Secundò, hanc ſententiam com- 5
probat, quia † ſigillans aliquod inſtrumentum, intelligitur conſentire omnibus illis, quæ in iſto inſtrumento continentur, *Baldus l. quæ dotis. numer. 27. & ibi Ludovic. Roman. & Alexand. numer. 38. Iaſon numer. 94. ff. ſolut. matrimon. Decius cap. 2. numer. 27. extr. de fide inſtrument. argum. l. 2. & ibi Bartol. & Bald. C. de rebus alien. non alienand. l. fidejuſſor. §. 1. ibi Bartol. ff. de pignoribus.*

Et ſigillum habet vim conſenſus & confir-

confirmationis, *Baldus in tractat. de pace constan. verb. Imperialis clementiæ, numer. 7. Baldus cap. cum Ecclesia. numer. 3. extr. de electiõn. Hieronymus Schurff. consil. 17. num. 13. lib. 1. & inter consil. feudal. consil. 127. numer. 13. Roman. consil. 303. numer. 2. Aym. Cravett. in tractat. de antiquit. tempor. part. 1. §. quæritur etiam. numer. 44.* Atque appoſitio ſigilli eſt ſignum ratificationis & confirmationis; *Baldus l. in fraudem. ff. de teſtamento. militar. Hippolyt. de Marſil. Rubr. num. 321. C. de probatio.*

Nec non etiam ſigillum inducit præſumptionem actus veri & conſenſum illius, cujus nomine ſigillatur, *Felin. cap. tertio loco. in princip. argument. illius text. extr. de probat.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut ſigillum appoſitum ſcripturæ plura capitulia continenti inducat vim ſpecialis conſenſus quoad omnia & ſingula in illa ſcriptura contenta, *Alexand. conſil. 147. num. 6. lib. 2.*

Nec obſtat *textus l. Cajus. ff. pignorat. act.* Namque ille textus procedit tantùm, quando ſigillum apponitur ad apparentiam probationis. Secus autem eſt, quando ſigillum apponitur ad exiſtentiam contractus vel alienationis, prout ad illum textum reſpondet *Baldus l. 2. C. de rebus alien. non alienand.* Quam ſolutionem Baldi refert atque ſequitur *Hieronymus Schurff. conſil. 17. numer. 13. lib. 1.*

4 Tertiò, huc accedit, quod appoſitio † ſigilli denotat concluſionem contractus, *Baldus l. contractus. numer. 3. C. de fid. inſtrument. Dec. cap. 2. numer. 27. & ibi Felin. numer. 37. verſ. item ſciaſ quod appoſitio ſigilli extr. eod. tit.*

Quartò, hæc ſententia comprobatur ex eo, quod alibi traditur, contractus probari per ſigilla, ubi deficit tabellio, *Baldus in tit. de pace conſtantiæ. verb. Imperialis Clementiæ. numer. 6. Hieronymus Schurff conſil. 17. numer. 13. lib. 1. argum. c. 2. de for. compet. lib. 6.*

Quintò, ad hanc ſententiam comprobandam facit, quod ſecundum communem & receptam Doctorum ſenten-
5 tiam per † productionem ſolius ſigilli mandatum illius, cujus ſigillum eſt, ſaltem præſumptivè probetur, ita ut producens cum cautione de rató pro eo, cujus ſigillum eſt, ad agendum admittatur, *Innocent. & Ioann. Andr. cap. 8. extr. de ſolut. Alexand. l. 2. numer. 8. ff. de pactis. Roman. conſil. 446. incip. primus propoſita. col. fin. domin. & Philip. Franciſc. cap. 2. de Procurat. lib. 6. Hippolyt. Rubr. numer. 324. C. de probatio. Felin. cap. 2. numer. 37. verſ. tertiò quoad hoc. extr. de fide inſtrum.*

Quinimò, per ſolum ſigillum argui & probari tàm delegationem quàm aliam voluntatem illius, cujus ſigillum eſt, tradit *Goffredus cap. quamvis de Procurat. lib. 6. Angelus l. conſentaneam. col. pen. C. quomodo & quando judex. Hippolyt. de Marſil. repet. Rubr. numer. 323. C. de probatio.*

Et idem, quod delegatio per ſolum ſigillum plenè probetur, tradit *Archidiac. & Dominic. cap. ſi à ſubdelegato. de offic. delegat. lib. 6. Rota deciſ. 348. incip. voluerunt in novis. Felin. cap. 2. numer. 37. verſic. item per ſigillum. extr. de fide inſtrument.* Sicut etiam mandatum ad citandum aliquem per ſolum ſigillum illius, cujus nomine citatio fit, probatur, & citationem ſolo ſigillo fieri poſſe tradit *gloſ. & Doctores cap. ſignificavit extr. de appellat. Hippolytus de Marſil. Rubr. numer. 323. C. de probat.*

Et non tantùm mandatum ad citandum, verùm etiam ad deferendam rem aliquam domino per ſigillum ipſius domini ſolum & non appoſitum ſcripturæ alicui plenè & ſufficienter probatur, *Bartolus l. ſi quis uxori. §. apud Labeonem. ff. furt. Bald. l. is cui. C. eod. tit. Franciſc. in deciſio. Delphin. quæſt. 994. numer. 3.* Unde & *Archidiac. cap. 2. de Procurat. lib.*
6. inter cætera inquit, † *Qui alicui tradit ſigillum, videtur de illo multum confidere, & videtur illi totam ſuam voluntatem committere.* 6
Nam in ſigillo exprimitur imago domini, & character nominis domini. Quod dictum refert atque ſequitur *Hippolytus de Marſil. Rubric. numer. 322. C. de probat.*

Sextò, † ſigillum in omnibus & per omnia ſubſcriptioni æquiparatur, *Roman. conſil. 303. numer. 2. Aym. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 1. §. quæritur etiam, num. 44.* 7

Quin-

Quinimò, ſigillum plus operatur quàm ſubſcriptio, *Purpurat. l. admonendi. col. 26. circa fin. ff. de jurejur.* ubi ipſe inquit, ubi eſt ſigillum, non requiritur alia probatio per teſtes aut comparationem literarum, ſed tota vis eſt in approbanda veritate ſigilli, quod dictum refert atque ſequitur *Aymon Cravet. in tractatu de antiquit. tempor. part. 1. §. quaritur etiam. num. 14.* ubi ipſe formaliter dicit, ſigillum plus operari quàm ſubſcriptionem.

8 Et certi juris eſt, † quod diſpoſitum de uno ex æquiparatis, etiam in alio æquiparatorum locum habeat, *gl. fin. l. ſi quis ferro. C. de furt. gl. l. quod verò. ff. de legibus.*

9 Quodque argumentum à † minori ad majus affirmative procedat, *l. relegatorum. §. fin. ff. de interdictis & releg. l. non debet cui. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. jur. l. cui pacto. ff. ſi ſervus export. venæat. c. cum in cunctis. & ibi gl. & Dd. extr. de elect. Nicol. Everhard. in ſua top. in loco à minori.*

10 Similiter clari juris eſt, quod † ſubſcribens ſe alicui ſcripturæ vel inſtrumento, perinde habeatur, atque ſi ipſe illam totam ſcripturam ſive inſtrumentum manu propria ſcripſiſſet, *l. emptor. §. Lucius. & ibi Bart. Ang. Salic. Fulgoſ. Paul. Caſtr. Alexand. Iaſon & Dd. ff. de pactis. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. & ibi Angel. Imol. Paul. Caſtr. Aretin. Alex. & Iaſ. ff. de verb. obligat. l. cum antiquitas. §. fin. & ibi Paul. Caſtr. Alexand. & Iaſ. C. de Teſtam. Alexand. conſ. 147. lib. 2.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut
11 procedat etiam in † ſubſcriptione generali, *Bald. Authen. ſi quis in aliquo. C. de edendo. Bald. l. quæ dotis & ibi alex. ff. ſolut. matrimon. Angel. Imol. P. Caſtr. Ir. Aretin. & Alex. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus & ibi Iaſ. num. 9. ff. de verb. obligat. Petr. de Anchor. Conſ. 234. incip. Prim. de viribus probationis. Alex. conſ. 147. lib. 2. Iaſ. l. cum antiquitas. num. 15. C. de Teſtam.* ubi Iaſon atteſtatur, illam opinionem communem eſſe, imò ſubſcribens ſe alicui ſcripturæ vel inſtrumento etiam in materia ſtatutaria, habetur perinde atque ſi ille totam ſcripturam ſive inſtrumentum ſcripſiſſet. *Angel. Imol. P. Caſtr. & Alexand. l. ſi. ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verbo. obligat.*

Et is qui ſubſcribit ſe † inſtrumento vel 12
ſcripturæ alicui; præſumitur & intelligitur habuiſſe notitiam omnium illorum, quæ in iſto inſtrumento ſive ſcriptura continentur, ſecundum magis communem & receptam Dd. ſententiam, *Bart. l. 1. §. ſi quis negat, col. pen. ad fin. ff. quemadmodum Teſtament. aper. Paul. Caſtrenſ. conſ. 310. Aretin. & Alex. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus & ibi Iaſon. num. 15. ff. de verbo. obligat. Alex. conſ. 147. libr. 2. Iaſon l. emptor. §. Lucius ff. de pact. Hieronymus Schurff. conſ. 17. num. 12. lib. 1.*

Quæ ſententia communis eſt, licet in hoc contrarium ſed malè teneat *Ioh. de Imol. d. §. Chryſogonus.* Igitur ſequitur, eo ipſo, quòd ſigillum illorum Nobilium, de quibus in literis reverſalibus fit mentio, reperitur appoſitum, præſumi & probari, illos vidiſſe, legiſſe, atque approbaſſe omnia in reverſalibus contenta, prout hoc, quod is, cu-
jus † Sigillum reperitur appoſitum in- 13
ſtrumento ſive Scripturæ, præſumatur ſciviſſe & legiſſe omnia contenta in iſto inſtrumento ſive Scriptura eaque approbaſſe & ratificaſſe, expreſſè & in ſpecie tradit *Hieronymus Schurff. conſ. 67. nu. 3. lib. 2. Card. Pariſ. conſ. 88. nu. 34. lib. 3.*

Cui præſumptioni † ſtandum eſt, 14
donec contrarium probetur, *arg. l. fin. in prin. ff. quod met. cauſſa. l. ſive poſſidetis & ibi Dd. C. de probat.* Et actus à jure præſumptus eo ipſo probatus dicitur, quod non probatur contrarium, *gl. l. 1. C. de errore calcul. gl. l. ſi creditor. C. de pignorat. actio.* atque ad reportandam victoriam ſufficiunt præſumptiones, etiamſi lex requirat probationes liquidiſsimas, *Bald. l. ſi tutor petitus, C. de pericul. tutor. Felin. rubr. col. 1. extr. de probat.* vel lucidiſsimas, *l. 1. & ibi Fulgoſ. & Dd. C. de Teſtament. milit.* vel per inſtrumentum, *Bald. l. 1. C. de fideicommiß. Bald. l. 1. §. 1. C. de rei uxor. act.* Quod abſq; omni dubio locum habet, quando veritas aliter probari non poteſt. Tunc enim ſemper præſumptioni innitendum & inhærendum eſt, *Laurent. Calcan. 8. incip. in cauſa pendente. col. 6. Hippol. de Marſil. Sing. 451.*

CONSILIUM TRICESIMUM SECUNDUM.

In cauſa Nobilium B. Continens materiam, utrum actioni pignoratitiæ præſcribatur.

SUMMARIA.

1. *Literæ reverſales utrum contra hæredes illorum, quorum in eis mentio fit, fidem faciant, & num. 26.*

2. *Sigillum contra ſigillantem perfectè probat.*

Sigillum quantum operetur ibid. & nu. ſeqq. & num. 7. uſq. ad num. 25.

3. *Sigillans aliquod inſtrumentum intelligitur conſentire omnibus in inſtrumento contentis, & num. 13.*

4. *Sigilli appoſitio denotat concluſionem contractus.*

5. *Per ſolum ſigillum, quomodo mandatum, delegatio, vel alia voluntas ejus, cujus ſigillum eſt, arguatur.*

6. *Sigillum cui traditur, quantum fidei huic habeatur.*

7. *Sigillum per omnia ſubſcriptioni æquiparatur, imò plus operatur quàm ſubſcriptio.*

8. *Diſpoſitum de uno ex æquiparatis etiam in alio æquiparatorum locum habet.*

9. *Argumentum à minori ad majus affirmativè procedit.*

10. *Subſcribens ſe alicui ſcripturæ perinde habetur, atque ſi totam ſcripturam ſua manu ſcripſiſſet.*

11. *Quod & in ſubſcriptione generali obtinet.*

12. *Subſcribens ſe alicui ſcripturæ, præſumitur habuiſſe notitiam omnium ſcriptura contentorum, ſecund. comm. Contra Ioann. de Imola.*

13. *Idem eſt in ſigillante.*

14. *De præſumptionibus, & qualiter illis ſtandum.*

15. *Pro ſigillo ſemper præſumitur, ſi ſigillum proprium ſit ſigillantis.*

16. *Sigillum contra ſigillantem indiſtinctè probat, etiamſi in ſcriptura non dicatur illud de voluntate ejus, cujus ſigillum eſt, appoſitum eſſe, ſecund. commun.*

17. *Literæ & ſigilla æquiparantur, & num. ſeq.*

18. *Voculæ* Seu, *alteriusvè disjunctivæ natura quæ.*

19. *Literæ ſigillatæ non approbatæ, an ſaltem ſemiplenam probationem faciant, & num. ſequent.*

20. *Inſtrumentum debiti repertum penes debitorem cancellatum, an & qualiter probet debitorem liberatum.* Et,

Verum ſigillum præſumatur appoſitum inſtrumento de voluntate illius cujus eſt. ibid.

21. *Semiplena probatio in antiquis omnimodam fidem facit.*

22. *In antiquis quæ probationes ſufficiant, quodq. etiam penitùs inſufficientes in iis admittantur, ut puta.*

23. *Probationes de auditu & credulitate.*

24. *Antiquum in dubio quod dicatur.*

25. *Sigillum regulariter præjudicat ſigillanti, licet ultra ſigillum ſubſcriptio facta non fuerit, ſecund. comm.*

26. *Hæres & defunctus ejuſdem perſonæ vicem repræſentant.*

27. *Hæredis appellatione qui veniant, & num. 55.*

28. *Hæres hæredis contrahentis, ipſius contrahentis hæres eſſe cenſetur, & num. 56.*

29. *Omnes obligationes activè & paſſivè ad omnes omninò hæredes in infinitum uſq. tranſeunt, & num. 54.*

30. Scriptum

30. *Scriptura privata numnè ſaltem & qualiter in antiquis probat.*

31. *Et contra quos etiam in factis recentibus plenè probet.*

32. *Inſtrumenta ſigillata an & quando plenam probationem faciant, etiamſi fides non fiat, illa eſſe ſigillata ab his vel mandato illorum, quorum ſunt ſigilla, & num ſeq. & num. 34.*

33. *De præſumptione ex curſu temporis deſcendente & quàm fortis illa ſit & num. 87. 88. & ſeqq.*

35. *Conſuetudo efficiens ex probatione in efficacè validam & efficacem rata eſt.*

36. *Notoria conſuetudine Germaniæ receptum eſt, ut Nobilium aliorumvè bonorum virorum ſigillis indiſtinctè plenè credatur & numer. 38.*

37. *Doctori excellenti de conſuetudine atteſtanti an fides adhibenda & num. 120.*

39. *Conſuetudo notoria probatione non indiget.*

40. *Verbum,* Einſetzen/ *Supponere, ſecundum communem uſum loquendi in Germania pignori non emptioni convenit.*

41. *Communis uſus loquendi ſaltem præſumptivè per unius excellentis Doctoris aſſertionem probatur.*

42. *Omnia verba ſecundum communem uſum loquendi intelligenda.*

43. *Verbum, Luere,* Wiederlöſen/ *pignori tantùm convenit.*

44. *Vt & verbum* Supponere.

45. *Is contractus in dubio celebratus intelligitur, qui ex verbis vel vi verborum contrahentium colligitur.*

Verba contractus quantopere attendenda. ibid.

46. *Voluntas contrahentium etiam ex ſolitis & conſuetis colligitur & declaratur.*

47. *In contractib. ſemper capienda interpretatio eſt, quæ utriq. contrahentium utilis ſit.*

48. *Marcha una argenti ſive* Löttigs Silbers/ *quot thaleros conſtituat.*

49. *Appellatione Intereſſe quid veniat & nu. 65.*

50. *Soluto debito qualiter pignoratitia detur.*

51. *Ad producendam pignoratitiam ſufficit oblatio, conſignatio & depoſitio pecuniæ debitæ, hoc præſertim caſu, quando creditor ejuſvè hæres illam recipere recuſat.*

52. *Quo caſu ad producendam pignoratitiam etiam ſola verbalis oblatio ſufficiat, ſecund. commun. contra Aret. & Socin.*

53. *An verò ſi creditor non expreſſè ſed tacitè recuſet debitum recipere, oblatio verbalis ſufficiat.*

54. *Actio pignoratitia cui & contra quem & qualiter competat. & num. 71.*

57. *Debito ſoluto: pignus qualiter reſtituendum cum omnibus fructibus.*

58. *Quodq́ pactum efficere non poſſit, ut creditor fructus pignoris lucretur.*

59. *Nec error juris.*

60. *Nec ullius temporis præſcriptio.*

61. *Error juris in præſcriptionibus non prodeſt.*

62. *Quod obtinet etiam in præſcriptione longiſſimi temporis.*

63. *Quando verò & in præſcriptione temporis immemorialis.*

64. *Creditor pignoratitia conventus, ſi pignus non reſtituat, ad intereſſe tenetur.*

65. *Hujus Intereſſe appellatione quid veniat.*

66. *Reſtitutio rei & Intereſſe quomodo in uno eodemq. libello peti poſſit.*

67. *Creditor hæresvè ejus pignoratitia conventus tueri ſe nequit per hoc, quod res penes tertium reperitur, niſi probet ſe illam rem perdidiſſe.*

68. *Hæc autem amiſſio, quomodo & qualiter probanda & num. 70.*

69. *Et, utrum ſufficiat talem caſum amiſſionis probare, qui regulariter abſq. culpa contingere ſolet, an verò neceſſe ſit, ut probetur, caſum abſq. dolo vel culpa creditoris contigiſſe.*

70. *Creditor, amiſſionem pignoris & caſum amiſſionis, illamq́ abſq. dolo vel culpa contigiſſe juramento probare nequit.*

72. *Traditio vel translatio poſſeſſionis per inſtrumentum non probatur.*

73. *Fallit in antiquis & num. ſeq.*

74. *Vbi declaratur opinio Cravettæ quæ contraria videtur.*

75. *Poſſeſſio etiam ex cultura probatur.*

76. *Verba contractuum non debent eſſe ſuperflua & ſine effectu operandi.*

77. *Verba, ut quid operentur, diſpoſitio ita interpretari debet, ut in ea comprehendantur, quæ alioquin non comprehenderentur.*

78. *Illuſtratur hoc aliquot exemplis.*

89. *Verba ut quid operentur, deduci debent ad caſum dubium.*

80. *Et impropriè intelligi.*

87. *Capienda interpretatio, ut verba quid operentur, etiamſi per eam inducerentur juris communis correctio, & num. 273.*

82. *Argumentum à contrario ſenſu quando ſumatur, etiam quoad correctionem juris communis.*

83. *Verbum*, Reddere, *quid denotet.*

84. *Privatio habitum præſupponit.*

85. *Quo caſu ſtandum juramento rei, quod ille rem petitam non habeat.*

86. *Et, an ſtandum juramento hæredis aſſerentis rem à defuncto poſſeſſam, ad ſe non perveniſſe.*

87. *Ex lapſu 30. annorum purgatur præſumptio malæ fidei.*

88. *Vis lapſus temporis immemorialis.*

89. *Solus temporis lapſus ſine aliis adminiculis nihil operatur, nec præſumptionem inducit, & num. 98.*

90. *Lapſus temporis non poteſt ſimul & ſemel plures probationes inducere, atq; plures defectus ſupplere.*

92. *Ex lapſu temporis an & quando mandatum præſumatur?*

93. *Præſumptiones ex lapſu temporis deſcendentes, in quibus non habeant locum.*

94. *Præſumptio ex curſu temporis deſcendens an ſit præſumptio juris & de jure, numq; contrariam probationem admittat, vel fortiori præſumptione elidatur, & num. 97.*

95. *Mandatum ad agendum præſumitur ex eo, quod apud aliquem inſtrumenta cauſæ reperiuntur ſecundum quoſdam.*

96. *Præſumptiones LL. non ſunt adaptanda ad id quod veriſimile non eſt.*

98. *Titulus ex curſu temporis an & quando præſumatur.*

99. *Solennitas extrinſeca ex curſu temporis præſumitur.*

100. *Declaratur hoc tamen aliquot modis, & num. 113. & num. 304.*

101. *Vaſallus in feudo, tantùm jus limitatum habet pro tempore vitæ ſuæ.*

102. *Obligatio pignoris ſimpliciter facta, nunquam extenditur ad jus tertii.*

103. *Vaſallus alteri feudum ſuum tanquam rem feudalem vendens vel alio oneroſo titulo concedens, quale jus conceſſiſſe intelligatur.*

104. *Itemq; pater concedens titulo oneroſo rem adventitiam filii, alteri ſcienti qualitatem hujus rei.*

105. *Actus agentium quomodo ſecundum duplicem perſonam regulentur.*

106. *Vendens vel titulo oneroſo rem aliquam, in qua jus limitatum habet concedens ſcienti qualitatem rei conceſſæ, intelligitur tantùm illud jus limitatum conceſſiſſe.*

107. *Quod amphatur dupliciter.*

108. *Fidejuſſor non niſi per ſolennem ſtipulationem obligatur.*

109. *Ex ſtipulatione quando oriatur actio ex ſtipulatu.*

110. *Verba*, Loben / *vel* Promiſiſſe, *itemq;* Convenire, *quid denotent, & numer. ſequent.*

111. *Numq; ſcriptura privatæ inſerta promiſſionem per ſtipulationem denotent.*

112. *Promiſſio vel fidejuſſio non valet, qua fidejuſſor promittit reum principalem quid facturum vel daturum.*

Secus eſt in promiſſione vel fidejuſſione qua quis ſe obligat, quod velit curare atq; facere, numer. 113.

114. *Omnis actus interpretandus ut valeat.*

115. *Utile per inutile vitiari non debet.*

117. *Fidejuſſio ſimpliciter facta valet.*

118. *Promiſſio facti alieni quando indiſtinctè rata ſit.*

119. *Promiſſio per fidem facta, an juramento in omnibus & per omnia æquiparetur, & num. ſeq. & num 181.*

121. *Modum pronunciandi in Camera obſervatum, omnia judicia Imperii ſequi debent, & 217.*

122. *Principalis & fidejuſſor quomodo & quando in uno codemq; libello conveniri poſſint, & num. 124.*

123. *Fidejuſſor quando beneficio excuſſionis ſe tueri non poſſit.*

124. *Cumulatio plurium actionum quo caſu indiſtinctè admittatur.*

125. *Et an cumulatio actionis perſonalis & hypothecariæ in uno eodemq; libello poſſit fieri contra diverſas perſonas, etiamſi illa cumulatio fiat conditionaliter ſive ſubordinatè, & numer. ſequent.*

126. *Ubi opinio Roman. & Purpur rejicitur & ad rationes Ludovici Romani reſpondetur.*

127. *Fundamento deſtructo deſtruitur & ſuperædificatum.*

128. *Opinioni Doctoris vel gloſſæ quando non credendum.*

129. *Actio pignoratitia datur etiam adverſus eum, cui pignus traditum, creditor rurſus pignoravit.*

130. *Contra poſſidentem pignus quando etiam realis actio competat.*

131. *Limitata cauſa limitatum effectum producit.*

132. Ex

132. Extructo jure limitato, & omnia quæ ex eo ſecuta ſunt, extencta cenſentur.

133. Hæres contra factum defuncti venire nequit.

Fallit ibid.

134. Venditio pignoris à creditore facta, non plus operari debet, quàm ſi debitor ipſe rem pignori datam vendidiſſet.

135. Succeſſor vaſalli poteſt feudum alienatum etiam precio non reſtituto repetere, etiamſi hæreditas ſolvendo non ſit, & ſucceſſor etiam non confecto inventario hæreditatem alienatoris adierit.

136. Comprobatur hoc aliquot rationibus.

137. Et nobiliter ampliatur.

138. Sententia abſolutoria lata contra eum, qui actione pignoratitia egit contra hæredes creditorum, & cum illa ex ſtipulatu actionem cumularit, contra hæredes fidejuſſorum non parit exceptionem rei judicatæ agenti actione reali.

Et è converſo.

139. In grandi dubio diſputandum, non paſſim reſpondendum.

140. Omnia jura omnesq; actiones ad longiſſimum præſcriptione 30. annor. minuuntur.

Declaratur num. 252.

Quod & de jure Saxonico obtinet.

141. Præſcriptio 30. annorum etiam in feudis currit.

Ampliatur, hic & declaratur num. 252.

142. Officium judicis 30. annorum præſcriptione tollitur.

143. Ut & alia quæ facti ſunt.

Declaratur num. 252.

144. Item facultas, ex cujus exercitio oritur actio, vel aliud jus deducibile in judicium.

Comprobatur usq; ad num. 154. incluſivè.

Contrarium num. 253.

145. Sic juri adeundi hæreditatem 30. annis præſcribitur, cum bona fide tamen, numer. 254.

146. Et juri immiſcendi ſe hæreditati ſibi delatæ.

147. Item juri petendi ſupplementum legitimæ.

148. Item legatum vel fideicommiſſum, & num. 192.

149. Itemq; juri petendi reductionem laudi ad arbitrium boni viri.

150. Dicendi contractum nullum. Ratio num. 255.

151. Petendi rem Emphyteuticam, quæ ob non ſolutum Canonem in commiſſum incidit.

152. Revocandi rem donatam propter ingratitudinem donatarij.

153. Ut & actioni competenti domino feudi ad feudum amiſſum ob feloniam vaſalli, Etiam cum mala fide, num. 256. ubi ratio.

155. Declaratur text. l. in bello. §. ſi quis ſervum. ff. de capt. & poſtl. reverſ. & num. 257.

156. Item l. cum notiſſimi. §. eodem jure. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. & num. 258.

157. Contra eum qui facere poteſt, ut actio naſcatur, illudq; facere negligit, præſcriptio currit ſine ſpe reſtitutionis.

Declaratur num. 259.

158. Juris offerendi in pignoribus præſcribi longiſſimo tempore communiter receptum eſſe quidam ſtatuunt.

Contrarium quod non præſcribatur, magis commune aſſerit auctor, & probat num. 260. & 261.

159. Facultas offerendi precium competens ei, qui rem aliquam cum pacto de retrovendendo vendidit, 30. annis amittitur.

Declaratur hoc numer. 262. ubi atteſtatur auctor, contrarium in Imperio Romano conſuetudine receptum & in Camera approbatum.

160. An verò hoc caſu facultati redimendi præſcribatur 30. annis, ſi conventum fuerit, ut venditor rem venditam ſemper redimere poſſit, & num. 164 & ſeqq. & num. 218. 263.

161. Et an hæc præſcriptio juris redimendi cum mala fide currat, & num. 263.

162. Inſinuatio quando toleretur vel non, & num. 219. 260.

163. Facultati deſcendenti ex contractu 30. annis præſcribitur.

Contrarium num. 267.

165. Præſcriptioni 30. annor. renunciari nequit, ſecund. Bald.

Contrarium num. 268.

166. Malæ fidei poſſeſſor ſaltem confirmationem dominij præſcribit. Secund. Bald.

Contrarium verius num. 269.

167. Jus redimendi de jure ſpeciali non gentium competit.

Contrarium num. 270.

168. Privilegia faciliùs tolluntur quàm jus commune.

169. Verba ſecundum ſubjectam materiam & naturam rei, de qua agitur, intelligenda ſunt.

170. Etiamſi verba ad ſignificationem impropriam detorquere neceſſe ſit.

171. Vel impropriſſimam.

172. Et verba, ſine prægnantia, univer-

Digitized by Google

ſolia, geminata, vel apta infinitatem comprehendere.

173. *Et hæc procedunt etiam in materia, in qua ſtricta alioquin interpretatio fieri debet.*

174. *Omnis contractus ſecundum jus commune intelligendus.*

175. *In pacto de retrovendendo, ſubintelligi conditionem, ſi venditor emptori precium intra 30. annos offerat, multi exiſtimant.*

Quod auctor pulchra ratione improbat, numer. 274.

176. *Idem jus ſtatuitur de facultate deducendi ad actum, quod ſtatuitur de jure jam ad actum deducto.*

Declaratur num. 275.

177. *Iuri redimendi competenti venditori ex pacto de retrovendendo lapſu 30. annor. indiſtinctè præſcribi, etiamſi emptor juraverit, quod quandocunq; oblato precio venditori poteſtatem redimendi facere velit, quidam exiſtimarunt.*

Et comprobatur hoc num. ſeq.

Contrarium ſententiam auctor tenet & bonis rationibus comprobat, numer. 276. & ſequentib.

178. *Iuramentum debet intelligi ſecundum naturam contractus.*

Declaratur num. 277. Contrar. num. 278.

179. *Iuramentum contractui appoſitum quid operetur, & num. 278. uſq; ad num. 283.*

180. *Contra contractum juratum nulla currit præſcriptio, ſecund. quoſd.*

181. *Quid verò ſi promiſſio facta ſit ſub fide, & num. 284.*

182. *Præſcriptioni per pactum regulariter renunciari nequit.*

Declaratur num. 285.

183. *An verò cum jurejurando, & nu. 223. & 286.*

184. *Præſcriptio etiam contra ignorantem currit.*

Ignoranti tamen qualiter reſtitutio in integrum detur num. 287.

185. *Ex curſu temporis an ſcientia præſumatur, & num. 288.*

186. *Poſſeſſio quævis in dubio juſta præſumitur.*

Præſumptione tamen juris tantùm, num. 289.

187. *Poſt lapſum 30. annor. malam fidem allegare non licet, ſecund. Bart. & ſequac.*

Declaratur num. 290.

188. *Præſcriptio temporis immemorialis an habeat pro ſe præſumptionem juris & de jure, & num. 291.*

189. *Scientia rei alienæ non impedit præſcriptionem, quando ceſſat culpa vel mala voluntas debitoris.*

Confirmatur num. ſeqq.

At contrarium ſtatuitur & firmatur numer. 241. & 292. & ſeqq. ubi ad object. reſpond.

190. *A jure quærendo faciliùs quis quàm à quæſito excluditur.*

Declaratur. num. 294.

191. *Contra legatarium antequam accipiet legatum, præſcriptio currit, etiamſi hæres habeat ſcientiam iſtius legati.*

Contrarium num. 295.

193. *Regulam, quod præſcriptio non currat in favorem illius, qui in mala fide eſt, procedere tantùm eo caſu, quando obligatio eſt certa, & aliquis omninò eſt debitor ad aliquid dandum vel faciendum. Socin. & Schurff. exiſtimant.*

Quorum opinio & limitatio reprobatur numer. 297.

194. *Sublata præſcriptione, nunquam intelligitur ſublata immemorialis.*

Declaratur variè num. 299.

195. *Vis temporis immemorialis, & numer. 300.*

196. *Præſcriptio ſtatutaria etiam cum mala fide currit.*

Contrarium oſtenditur num. 245.

197. *In præſcriptione longiſſimi temporis mala fides auctoris ſingulari ſucceſſori non præjudicat.*

Contrarium num. 248.

198. *Ne in præſcriptione longi temporis quidem eo caſu, quando is, contra quem præſcrip. incurrit, ſcit ſingularem ſucceſſorem rem poſſidere, vel quando ſingularis ſucceſſor eſt immediatus ſecund. quoſdam.*

Quod tamen auctor improbat num. 246. & ſeqq. & num. 301.

199. *Mala fides defuncti de jure etiam Canonico non nocet univerſali ſucceſſori, eo caſu quando is præſcriptionem à ſe inchoare vult, ſecundum multos.*

Contrarium oſtenditur num. 247.

200. *Mala fides defuncti non nocet ſecundo hæredi, ſecund. quoſd.*

Improbatur num. 249.

201. *In cauſis feudalibus decidendis, quando jus Canonicum ſervandum.*

202. *Mala fides defuncti nunquam nocet*

nocet hæredi eo caſu, quando is hæreditatem defuncti confecto inventario adivit, ſecundum quoſdam.

Contrarium num. 304.

203. In feudis præſcriptio lapſa contra unum reliquis nondum etiam natis, obeſt.

Contrarium num. 250.

204. Intellectus l. 2. C. ſi vend. pign. agat. & num. 305.

205. Iuri offerendi debitori competenti contra creditorem ad producendam pignoratitiam nullo tempore præſcribi firmatur multis auctoritatibus uſq; ad num. 252.

206. Et communiter id receptum aſſeritur, & Germaniæ conſuetudine & judicio Cameræ approbatum.

207. Doctoris auctoritati propter contrarietatem detrahitur.

208. Doctores vetuſtiores auctoritate recentiores ſuperant.

209. Auctoritas Oldradij & Ioannis Andreæ.

210. Et Bartoli & Baldi.

211. Itemq; & Alberici de Roſat. & Felini.

212. An & quando opinio gloſſæ in dubio cenſeatur communis.

213. Gloſſæ opinio quando pro lege allegari poſſit.

214. Vt & alterius Doctoris auctoritas.

215. Communis opinio ſequenda.

216. Opinio conſuetudine approbata in illo loco ubi viget, conſuetudo omni contrariæ opinioni etiam magis communi præferenda.

220. Facultati adimplendi conditionem poteſtativam nullo tempore præſcribitur, & numer. 222.

220. Vt & facultati collatæ in liberam voluntatem alterius.

224. Vis juramenti, & renunciationis juratæ, & num. ſeq.

225. Super actu jurato lex civilis nihil diſponere poteſt.

226. Iuramentum res ſpiritualis eſt, & ad Eccleſiam ſpectat.

227. Cum mala fide nulla præſcriptio currit de jure Canonico, & num. 244. 245. 293.

Ne temporis immemorialis quidem, nu. 246.

Quod & in foro civili obtinet, num. 242.

228. Verba generalia quàm generaliter intelligenda ſint; & num. ſeqq. & num. 233.

229. Verba univerſalia in diſpoſitione aliqua poſita quid operentur, & num. ſeqq.

230. Appellatione bonorum mobilium & immobilium, quando jura & actiones comprehendantur.

231. Verbum Hæres, in inveſtitura poſitum, quando etiam extendatur ad hæredes extraneos.

232. Pœna capitis quando quis plecti poſſit, etiam ob delictum non dolo, ſed lata culpa perpetratum.

234. Vis univerſalis negativa.

235. Vis univerſalis geminatæ, & num. 264.

236. Appellatio rei quàm latiſſima.

237. Quodq; ejus appellatione & ſpes contineatur, & num. ſeq.

238. Diſpoſitumq; de re etiam in ſpe obtineat de præſenti judicata.

239. Quod aliquod exemplis illuſtratur.

240. Diſpoſitio reſpiciens ſalutem animæ & peccati evitationem latiſſimè intelligenda, etiamſi juris communis correctoria vel pœnalis ſit.

241. Sola conſcientia rei alienæ malam fidem cauſatur ad impediendam præſcriptionem ſufficientem, & num 243.

261. In dubijs opinionibus præſertim Legiſtarum & Canoniſtarum quæ prævaleat.

271. Appellatione juris communis etiam jus Canonicum venit.

272. Vitanda interpretatio, ex qua abſurditas vel legum correctio ſequi poſſit.

278. Iuramentum ſemper aliquid addit contractui.

Comprobatur num. ſeqq.

279. Ob non ſolutionem cenſus quando quis privetur re cenſuali.

280. Et quando emphyteuta Emphyteuſin ſtatim, ſi annuum tantùm Canonem ſolvere ceſſaverit, perdat.

281. Debitor non habens pecuniam, quando offerendo de bonis immobilibus & melioribus creditori non liberetur.

282. Fidejuſſor quando indiſtinctè etiam non excuſſo principali conveniri poſſit.

296. Renunciatio nec juris quærendi nec quæſiti ullius temporis lapſu præſumitur, ut nec alia donatio.

298. Incertum dici nequit, quod veriſimiliter incertum.

300. Curſus temporis immemorialis quando non habeat vim tituli conceſſionis vel privilegij.

303. Inventarij confectio ex nullo temporis lapſu præſumitur, & num. ſeq.

305. Creditor debitori indiſtinctè ad id quod intereſt, tenetur, ſi non probet, ſe abſq; dolo & culpa pignus perdidiſſe.

306. Per ſupervenientiam novi remedij vetus actio non tollitur.

CASUS.

Digitized by Google

CASUS.

Nobilis quædam familia in Ducatu Luneburgenſi B dicti, ante ducentos quadraginta annos aliis Nobilibus C. nominatos, caſtrum ipſorũ H. cum pertinentiis bonis pro 30. marc. argenti puri hypothecarunt vel oppignorarunt, reſervato ipſis ipſorumq; hæredibus quandocunq; illis libuerit pacto redimendi, prout illud cum creditorum vel emptorum proprio Reverſali uti vocant, doceri poteſt, qui expreſsè hoc inter alia in ſe continet hiſce verbis:

Nos Rudolphus & Henricus agnati de G. notum facimus omnibus, qui has literas viſuri vel audituri ſunt, & profitemur clarè & perſpicuè, quod G. & J. fratres de B. nobis noſtrisq; hæredibus hypothecarint caſtrum ipſorum H. cum omnibus ſuis pertinentiis pro triginta marcis argenti puri, & pro illa pecunia debemus nos illis dictum caſtrum rurſum cedere, quando illi velint illisq; lubitum fuerit. Debent v. nobis noſtrisq; hæredibus per unum annum antea prius hoc ſignificare, & nos illis viciſſim. Quando igitur annus ille finitus ſeu præterlapſus eſt, debent illi nobis noſtrisq; hæredibus triginta illos marc. argenti puri rurſus luere ſive ſolvere unà cum iis, quæ pro ſatione dedimus: Econtra debemus & volumus nos ipſis dictum caſtrum H. cum omnibus, quæ ad illud pertinent, reſtituere, abſq; omni contradictione & dilatione pro nobis noſtrisq; hæredib. eorundemq; ſucceſſorib. Omnia præſcripta nos dicti C. cum noſtris fidejuſſorib. qui unà nobiſcum ſubſcripſerunt, bona fide & in ſolidum promittimus pro nobis noſtrisq; hæredib, eorumq; ſucceſſoribus, quod ſecundum tenorem harum literarũ ita ut perſcriptum eſt, inviolabiliter ſemper ſervare & præſtare velimus. Et nos J. & G. de B. agnati, P. de P. R. & J. de M. T. de O. profitemur etiam coram omnib. qui has literas lecturi aut audituri ſunt, quod pro prænominatis Nobilib. eorumq; hærebib. in ſolidum & communi manu ſub fide fidejuſſerimus prædictis B. ſtipulando ipſis ipſorumq; hæredibus eorundemq; ſucceſſoribus communi manu ſub fide præſentibus literis, quod caſtrum ipſorum H. redimere, illis concedere debeant, prout ſuperius perſcriptum eſt, omniaq; ſuperius ſcripta, inviolabiliter ſervare & præſtare debeant. In cujus fidem nos omnes principales & fidejuſſores Sigilla noſtra his literis in teſtimonium præmiſſorum appendi curavimus, quæ literæ datæ ſunt poſt Nativitatem Domini noſtri Jeſu Chriſti anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo tertio die SS. Apoſtolorum Petri & Pauli.

Jam verò dicta bona ſeu caſtrum non amplius eſt apud emptores ipſorumvè creditores, nimirum hæredibus C. ſed ad tertium fuit alienatum: qui etiam hoc tempore illud poſſidet, Quo titulo autem, venditorum hæredes ſcire non poſſunt.

Venditorum tamen hæredes præſentes nimirum H. & J. de B. ſtatuerunt, dicta bona & caſtrum debito modo luendo vel perſolvendo pignus nimirum illos triginta marcos argenti redimere.

Cum autem timent, ne ab emptorum hæredibus vel præſentibus poſſeſſoribus caſtri H. per viam amicæ tractationis ad illam reluitionem admittantur, ſed quod jure contra illos agere, neceſſe habeant, petunt igitur, quo cauſæ ſuæ fundamentum habeant, ad ſequentes quæſtiones ſufficienter, & in jure fundatas inſtructiones.

Primò, quomodo initus hic contractus ſecundum verbalem tenorem hujus Reverſus cenſendus vel exiſtimandus ſit, & num ſit contractus emptionis & venditionis cum pacto de retrovendendo, vel contractus pignoratitius, vel qualis contractus de jure exiſtimari vel heberi debeat.

Secundò, caſu, ſi emptorum hæredes oblationem pignoris 30. nimirum illorum marcarum argenti accipere, recuſarent, ideoque venditorum hæredes 30. illas marcas in depoſitum ponere vellent, in quantum pro una marca puri argenti in monetâ Thalerorum vel Florenorum Rhenenſium (ut illi ad juſtum valorem harum marcarum æſtimentur) deponere vel tempore ſolutionis ſolvere deberent.

Tertiò, num hoc caſu, quando oblatio & depoſitio illius precii, illarum nempe 30. marcarum argenti puri juxta tenorem Reverſus facta fuit, quomodo venditorum ſive debitorum hæredes tertium poſſeſſorem rei vendicatione, vel hæredes emptoris vel creditoris ad Intereſſe, vel prænominatorum fidejuſ-

ſorum

ſorum hæredes & qua actione quemlibet jure & legitimè in jus vocare & convenire poſſent, & quid ideò uno vel alio modo de jure obtineri poſſit, & quæ via venditorum hæredibus tutior commodiorq; eſſe poſſit.

Quartò, cum à tempore initi contractus ducenti & quadraginta anni ſint elapſi, in quo temporis ſpacio nulla oblatio vel retrovenditio facta eſt, num etiam venditorum hæredibus præſcriptio in hoc caſu obeſſe, & juſtè ſive legitimè ab adverſario ipſorum opponi poſſit.

Et quid ulterius venditorum hæredibus in melius, & ad recuperanda ipſorum bona conſuli poſſet, fideliſſimum conſilium ipſis communicari petunt: pro quibus omnibus gratos ſe fore promittunt.

Ad primam quæſtionem exiſtimo, quod initus contractus, de quo in præſenti hac quæſtione mentio fit, vigore Reverſus ſit contractus pignoratitius, non autem pro contractu venditionis cum pacto de retrovendendo exiſtimandus.

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QUO NIHIL FELIX FAUSTUMQVE.

ANTEQUAM AD hujus quæſtionis deciſionem deſcendam, neceſſarium eſſe duxi præmittere,
1 utrum † literæ reverſales contra hæredes illorum, de quibus in illis literis fit mentio, fidem tractant.

Et circa hoc dubium concluſivè procedendo, ego ſtatuo, illas literas reverſales plenam & omnimodam fidem facere contra hæredes eorum, quorum ſigillis illæ literæ ſigillatæ ſunt.

Namque primò certi & indubita-
2 ti juris eſt, quod † ſigillum contra ſigillantem perfectam probationem inducat, *Hippolytus de Marſil. Rubr. numer. 320. C. de probation. Ioann. Cæphal. conſil. 141. numer. 11. lib. 1. argum. l. 2. & ibi Bartol. & Bald. C. reb. alien. non alienan.*

Quod etiam in ſigillo privato locum habet, contra videlicet illum, cujus ſigillum eſt, etiamſi ipſe illud ſigillum, vel ea, quæ in inſtrumento ſigillato continentur, neget, prout hoc expreſsè & in ſpecie decidit *Speculat. §. videndum. numer. 14. de probatatio. Ludovic. Roman. l. admonendi. numer. 66. & ibi Caſtrenſ. numer. 8. ff. jurejur. & idem ſentit Decius cap. tertio loco. numer. 1 extr. de probatio.* & ibi Decius inquit, Quod in dubio credatur inſtrumento ſigillato ad præjudicium ſigillantis. Et idem etiam expreſsè tenet *Felin. cap. 2. numer. 37. verſic. tertiò generaliter. extr. de fide inſtrum.* ubi ipſe atteſtatur, eandem opinionem amplecti *Imol. ibid.* Eandem etiam opinionem tenet *Lanfranc. cap. quoniam contra. verb. inſtrumentorum productio. numer. 75. extr. probat.* ubi ipſe dicit, Quod ad hoc, ut ſcriptura fidem faciat oporteat, quod illa ſit confecta manu debitoris, vel ſi eſt manu alterius, ſaltem debeat habere ſigillum debitoris, *l. ſi qua per calumniam. C. Epiſcop. & Cleric.* Sigillum enim multum operatur ad faciendam ſcripturam indubitatam, *Baldus l. in bonæ fidei. C. de rebus credit.* quod refert atque ſequitur *Gabriel Sarain. in addit. ad Mathesil. ſingul. 22. num. 2. & 3.*

Secundò, hanc ſententiam com- 3
probat, quia † ſigillans aliquod inſtrumentum, intelligitur conſentire omnibus illis, quæ in iſto inſtrumento continentur, *Baldus l. quæ dotis. numer. 27. & ibi Ludovic. Roman. & Alexand. numer. 38. Iaſon numer. 94. ff. ſolut. matrimon. Decius cap. 2. numer. 27. extr. de fide inſtrument. argum. l. 2. & ibi Bartol. & Bald. C. de rebus alien. non alienand. l. fidejuſſor. §. 1. ibi Bartol. ff. de pignoribus.*

Et ſigillum habet vim conſenſus & confir-

Quinimò, ſigillum plus operatur quàm ſubſcriptio, *Purpurat. l. admonendi. col. 26. circa fin. ff. de jurejur.* ubi ipſe inquit, ubi eſt ſigillum, non requiritur alia probatio per teſtes aut comparationem literarum, ſed tota vis eſt in approbanda veritate ſigilli, quod dictum refert atque ſequitur *Aymon Cravet. in tractatu de antiquit. tempor. part. 1. §. quæritur etiam. num. 14.* ubi ipſe formaliter dicit, ſigillum plus operari quàm ſubſcriptionem.

8 Et certi juris eſt, † quod diſpoſitum de uno ex æquiparatis, etiam in alio æquiparatorum locum habeat, *gl. fin. l. ſi quis ſervo. C. de furt. gl. l. quod verò. ff. de legibus.*

9 Quodque argumentum à † minori ad majus affirmative procedat, *l. relegatorum. §. fin. ff. de interdictis & releg. l. non debet, cui. & ibi Doc. & Cagnol. ff. de reg. jur. l. cui pacto. ff. ſi ſervus export. Vomat. §. cum in cunctis. & ibi gl. & Dd. extr. de elect. Nicol. Everhard. in ſua top. in loco à minori.*

10 Similiter clari juris eſt, quod † ſubſcribens ſe alicui ſcripturæ vel inſtrumento, perinde habeatur, atque ſi ipſe illam totam ſcripturam ſive inſtrumentum manu propria ſcripſiſſet, *l. emptor. §. Lucius. & ibi Bart. Ang. Salic. Fulgoſ. Paul. Caſtr. Alexand. Iaſon & Dd. ff. de pactis. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. & ibi Angel. Imol. Paul. Caſtr. Aretin. Alex. & Iaſ. ff. de verb. obligat. l. cum antiquitas. §. fin. & ibi Paul. Caſtr. Alexand. & Iaſ. C. de Teſtam. Alexand. conſ. 147. lib. 2.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut
11 procedat etiam in † ſubſcriptione generali, *Bald. Authen. ſi quis in aliquo. C. de edendo. Bald. l. quæ dotis & ibi Alex. ff. ſolut. matrimon. Angel. Imol. P. Caſtr. Fr. Aretin. & Alex. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus & ibi Iaſ. num. 9. ff. de verb. obligat. Petr. de Anchor. Conſ. 234. incip. Primo de viribus probationis. Alex. conſ. 147. lib. 2. Iaſ. l. cum antiquitas. num. 15. C. de Teſtam.* ubi Iaſon atteſtatur, illam opinionem communem eſſe, imò ſubſcribens ſe alicui ſcripturæ vel inſtrumento etiam in materia ſtatutaria, habetur perinde atque ſi ille totam ſcripturam ſive inſtrumentum ſcripſiſſet. *Angel. Imol. P. Caſtr. & Alexand. l. ſi. ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verbo. obligat.*

Et is qui ſubſcribit ſe † inſtrumento vel 12
ſcripturæ alicui, præſumitur & intelligitur habuiſſe notitiam omnium illorum, quæ in iſto inſtrumento ſive ſcriptura continentur, ſecundum magis communem & receptam Dd. ſententiam, *Bart. l. 1. §. ſi quis negat, col. pen. ad fin. ff. quemadmodum Teſtament. aper. Paul. Caſtrenſ. conſ. 350. Aretin. & Alex. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus & ibi Iaſon. num. 15. ff. de verbo. obligat. Alex. conſ. 147. libr. 2. Iaſon l. emptor. §. Lucius ff. de pact. Hieronymus Schurff. conſ. 17. num. 12. lib. 1.*

Quæ ſententia communis eſt, licet in hoc contrarium ſed malè teneat *Ioh. de Imol. d. §. Chryſogonus.* Igitur ſequitur, eo ipſo, quòd ſigillum illorum Nobilium, de quibus in literis reverſalibus fit mentio, reperitur appoſitum, præſumi & probari, illos vidiſſe, legiſſe, atque approbaſſe omnia in reverſalibus contenta, prout hoc, quod is, cu-
jus † Sigillum reperitur appoſitum in- 13
ſtrumento ſive Scripturæ, præſumatur ſciviſſe & legiſſe omnia contenta in iſto inſtrumento ſive Scriptura eaque approbaſſe & ratificaſſe, expreſſè & in ſpecie tradit *Hieronymus Schurff. conſ. 67. nu. 3. lib. 2. Card. Pariſ. conſ. 88. nu. 34. lib. 3.*

Cui præſumptioni † ſtandum eſt, 14
donec contrarium probetur, *arg. l. fin. in prin. ff. quod met. cauſſa. l. ſive poſſidetis & ibi Dd. C. de probat.* Et actus à jure præſumptus eo ipſo probatus dicitur, quod non probatur contrarium, *gl. l. 1. C. de errore calcul. gl. l. ſi creditor. C. de pignorat. actio.* atque ad reportandam victoriam ſufficiunt præſumptiones, etiamſi lex requirat probationes liquidiſsimas, *Bald. l. ſi tutor petitus, C. de pericul. tutor. Felin. rubr. col. 1. extr. de probat.* vel lucidiſsimas, *l. 1. & ibi Fulgoſ. & Dd. C. de Teſtament. milit.* vel per inſtrumentum, *Bald. l. 1. C. de fideicommiſſ. Bald. l. 1. §. 1. C. de rei uxor. act.* Quod abſq; omni dubio locum habet, quando veritas aliter probari non poteſt. Tunc enim ſemper præſumptioni innitendum & inhærendum eſt, *Laurent. Calcan. 8. incip. in cauſa pendente. col. 6. Hippol. de Marſil. Sing. 451.*

Huc accedit, quod præſumptiones legum ſint liquidiſsimæ & evidentiſsimæ probationes, *l. licet Imperator. & ibi Alex. & Iaſon ff. de legat. 1. gl. l. ſi tutor petitus C. pericul. tutor.* Et præſumptio juris eum pro quo militat, ab onere probandi relevat, illudque onus in adverſarium transfert, *l. ab ea parte ff. de probat: Bart. & Dd. l. in illa. in fin. ff. de verb. obligat. Cæpoll. conſ. 33. Socin. conſ. 66. incip. fruſtra lib. 1. Hippol. de Marſil. ſing. 451.*

Et efficatiores probationes requiruntur ab illo, contra quem præſumptiones juris militant, *l. ſi extraneus, & ibi Alberic. Rapha. Fulgoſ. & Iaſ. ff. condictio. ob cauſ. c. quia veriſimile, & ibi Panor. & Dd. extr. de præſumpt. Bald. l. transactionem C. de transact. Decius conſ. 175. conſ. 177. Hippol. de Marſil. ſing. 451.* uſque adeò, ut iſto caſu non habeat locum delatio juramenti in ſupplementum probationis, *gl. & Bald. l. fin. in prin. ff. quod met. cauſſ. Iaſon l. admonendi. lectur. 2. num. 244. in fin. & num. 245. ff. de jurejur.*

15 Septimò, † pro hac ſententia ſta-
biliendà, facit *gl. l. 1. §. ſi quis ſe neget. verb neget. ff quemadmod. Teſtam. aper.* ubi gl. dicit, ſi ſigillum ſit proprium ſigillantis, ſemper pro ſigillo præſumi. Et ibi Bart. *num. 1.* dicit. ſi ſigillum appareat, quia ibi eſſent arma ſigillantis vel literæ deſcriptæ non obſtante dubitatione præſumi inſtrumentum validum & non ſuſpectum ſive ſigillum ſit appoſitum ad obligandum ſive ad teſtificandum, quod dictum Bart. refert atque ſequitur *Franc. Marc. in deciſie: Delphin. quæſt. 991. num. 11.* Et Fulgoſ. *d. §. ſi quis neget, in prin.* dicit, prædictam doctrinam Bart. habere locum, ſive quis neget ſigillum ſuum, ſive quis de ſigillo ſuo dubitet. Et Bald. *ibidem in prin.* inquit, ſi ſigillum appenſum inſtrumento vel ſcripturæ ſit proprium ſigillum negantis, magis præſumi pro ſigillo quàm pro negante, *arg. l. 2. C. de reb: alien. non alienan. c. tertio loco, extr. de probat. c. ſignificavit, extr. de appellat:* Quod dictum Baldi refert atque ſequitur *Franc. Marc. in deciſ. Delphin. quæſt. 991.*

Octavò, ſcriptura privata cum ſigillo noto contra ſcribentem plenam fidem facit, *Bald. l. ſi procuratorem, num. 5. ff. de procurat. argum. l. inter chartulas C. de conveniend. fiſc. debit. lib. 10.*

Nonò, † Sigillum contra ſigillan- 16
tem indiſtinctè fidem & probationem facit, etiam ſi in inſtrumento ſive ſcriptura, cui ſigillum appoſitum eſt, mentio non fiat, illud ſigillum eſſe appoſitum de voluntate illius, ad quem illud ſigillum ſpectat, prout hoc expreſſè atque in ſpecie tenet *Felin. c. 2. col. fin. verſ. item non eſt neceſſe, extr. de fide inſtrum.* ubi ipſe atteſtatur, eandem opinionem amplecti *Innoc. & alios Dd. ibid. Nec non etiam Abb. Panor. c. tertio loco. extr. de probat. c. cum dilectus extr. de fide inſtrument.* Igitur ſequitur, quod in caſu præſenti, in quo in literis reverſalibus expreſſè dicitur, ſigilla illorum, de quibus in iſtis literis fit mentio, eſſe appoſita ab ipſis, quorum illa ſigilla ſunt, illas literas ſigillatas contra illos plenam & omnimodam fidem facere.

Decimò, † literæ & ſigilla æquiparantur 17
uſque adeo, ut diſpoſitum de literis etiam de ſigillis diſpoſitum intelligatur, juxta textum expreſſ. *in c. 2. extr. de ſolut. ibi Auth. literas alicui ſeu ſigilla concedentes,* cujus dictionis, *Seu, Sicut,* cujuslibet alte-
rius † disjunctivæ ea natura eſt, quod 18
ponatur inter illa, quæ ſunt ejuſdem naturæ, conditionis & qualitatis, ſive ſunt æquiparata, *l. 1. & ibi Bart. & Dd. ff. de rebus dub.* Et ita per illum text. expreſſè & in ſpecie concludit *Hieronym. Schurff. conſ. 67. num. 4. lib. 2.* Ideoque receptum eſt, ſigillum perindè præjudicare & nocere ſigillanti ejuſque hæredibus, ſicut ſcriptura ſcribenti ejuſque hæredibus nocet & præjudicat, *Henning. Gœden. conſ. fin. nu. 11. 12. & 13.*

Vndecimò, Ad hoc facit etiam id, quod tradit *Boerius in ſuo ſing. verb. ſigil-*
lum num. 4. ubi ipſe inquit, † ſigillum pro- 19
prium facit fidem contra ſigillantem, quando conſtat, quod ipſe ſigillavit per ſuam confeſsionem vel aliàs, & ita intelligitur *l. ſi procuratorem ff. de procuratoribus ſecund. Oldr.* Si verò dubitatur, an ſigillum fuerit appenſum de conſenſu illius cujus eſt ſigillum, facit in dubio ſemiplenam probationem, ut ſit locus delationi juramenti, *argum. §. ſi tamen.*

Auth.

Authent. de fide instrument. secund. Petr. Riminald.

Idemque etiam quod literæ ſigillatæ non approbatæ, quibus videlicet dominus negat, ſe ſigillum ſuum appoſuiſſe, nec illud per teſtes probari poteſt ſemiplenam probationem faciant, ſentit *Alber. l. 1. §. ſi quis negat, num. 7. ff. quemadm. Teſtam. aperia*: Et hoc per text. *l. Imperatores ff. de probatio*: qui text. *in verb. Epiſtolæ juncta gl. verb. nonnullam*, ubi illam opinionem ſatis ſufficienterque probare videtur.

Et confirmatur etiam ex eo, quod
30 Dd. tradunt, ſi † inſtrumentum debiti reperiatur cancellatum, penes debitorem non ſuſpectum, per hoc ſemiplenè probari, illum debitorem ſolutione liberatum eſſe, *gl. Iacob. Butr. & Bald. l. 2. ff. de pact. Bald. l. unica §. ille tamen. C. de latin. libert. tollend.* Quodque Dd. alibi tradunt, in illa quæſt: utrum ſigillum præſumatur appoſitum inſtrumento vel chartæ de voluntate illius, cujus eſt, perinde diſtinguendum eſſe, prout diſtinguitur in illa quæſtione, utrum inſtrumentum debiti repertum cancellatum penes debitorem probet, debitorem liberatum eſſe, *Iohan. de Imol. Clement. Statutum de elect. Franc. Marcus, in deciſ. Delphinat. quæſt. 91.*

31 Sed certum eſt, illam † probationem, quæ per ſe & ſua natura tantum ſemiplena eſt, aut etiam levior vel minor, in antiquis plenam & omnimodam fidem facere, *Stephan. Bert. conſ. 171. num. 5. libr. 3. Hieronymus de Monte in tractatu de finib. cap. 50. num. 7. & capit. 53. num. 3.*

32 Et confirmatur ex eo, quia in † antiquis ſufficit probatio per indicia & conjecturas, *Calc. conſ. 8. col. 5. ante medi: arg. l. cenſus, cum ibi notatis ff. de probatio: l. qui ex liberis ff. de bonorum poſſeſſ. ſecund. tabulas. c. cum cauſſam, & ibi notatis. extr. de probat. c. cum olim. & ibi notata extr. de cenſibus.* Item, probatio præſumptiva & adminicularis, *Petrus de Anchor. conſ. alt. col. 6. in 3. dub*: Nec non etiam conjecturalis, licet non neceſſariò concludat *Iaſ. conſ. 123. col. 1. in fin. lib. 1.*

Huic accedit, quod in antiquis admittantur probationes, licet alioquin non omnium plene, *Innoc. c. venientes, extr. de verbo: ſignific: Archid. capit. inter memoratas, 25. quæſt. 3. Caſſan. conſ. 15. num. 18.* Quodque probatio imperfecta propter antiquitatem plena ac integra reddatur, *Dec. conſ. 13. num. 80. & conſ. 321. col. 4. Hieronymus de Monte in tractatu de finibus capit. 70. num. 4.*

His adde, quod fama, quæ alioquin tantum ſemiplenam vel etiam minorem fidem facit, in antiquis plenam fidem & probationem faciat, *Innoc. c. venientes, extr. de verb. ſignific. Bald. l. proprietatis in fin. C. de probat. Alexand. conſ. 4. col. 5. lib. 2. conſ. 15. col. 1. conſ. 24. col. fin. lib. 5. Franc. Aretin. conſ. 15. col. 4. Calca: conſ. 11. Corn. conſ. 48. col. 2. poſt med. lib. 4. Iaſon l. ſi quis ex argent. §. fin. num. 25. ff. de edend. Iaſon l. admonendi, num. 203. ff. de jurejur. Hippol. de Marſil. l. de minore §. plurimum, nu. 60. ff. de quæſtion. Caſſan. conſ. 15. num. 19. Aymon Cravet. in tractatu de antiquit. tempor. part. 1. §. viſo. Hieronym. de Monte in tractatu de finib. c. 55.*

Quodque teſtimonium de † auditu 33
quod alioquin non recipitur, in antiquis plenam & omnimodam fidem faciat, *c. licet ex quadam & ibi Anton. de Butr. & Dd. extr. de teſtibus Abb. C. cum cauſſam. & ibi Dec. num. 2. extr. de probat. Alexand. conſ. 187. col. fin. lib. 1. Franc. Aretin. conſ. 37. Socin. conſ. 205. col. 2. lib. 2. Iaſon. conſ. 128. col. 2. in princ. lib. 1. Aymon Cravet. in tract. de antiq. tempor. §. viſo, de fama num. 2. Hieronym. de Mont. in tractatu de finibus capit. 51.* Sicut etiam teſtimonium de credulitate, quod alioquin penitus inſufficiens eſt in antiquis ad plenam fidem & probationem faciendam recipitur, *c. quoties extr. de teſtib. Abb. c. licet ex quadam extr. eod. tit. Alexand. conſ. 187. col. fin. libr. 2. Iaſon rubr. ff. de jurejuran. Aym. Crave. in tract. de antiquit. tempor. §. viſo. de fama num. 9.*

Ad hanc ſententiam comprobandam etiam facit id, quod tradit *Panorm. c. apit. ſuper eo, num. 3. extr. de Patoch. Guid. de Papienſ. conſ. 88. num. 2. Corn. conſ. 142. lib. 3. Hiron. de Monte in tract. de finib. cap. 30.*

ubi ipſi hujus deciſionis, quod in antiquis probationes etiam alioquin imperfectæ & non plenæ admittantur, hanc aſsignant rationem, Quia ubi ſunt res multum antiquæ difficilis eſt probatio, & ubi cadit difficultas probationis, admittuntur probationes minus integræ, juxta *text. c. tertio loco, cum ibi notat. extr. de probat. c. illud. extr. de præſumptio. l. conſenſu. C. de repud. cum multis ſimilibus cumulatis per Iaſ. l. ſi quis ex argentar. §. prætor ait. ff. de edend.*

Similiter clari juris eſt, & dubio omni
24 caret, illud dici † antiquum, quod centum annos excedit, ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam, *Innoc. c. veniens extr. de verb. ſignificat. Alexand. & Iaſon l. cum aliquis C. de jure deliberat. Alex. conſ. 6. in fin. lib. 1. conſ. 208. col. pen. lib. 2. conſ. 83. num. 9. lib. 3. conſ. 75. col. 1. libr. 4. Corn. conſ. 35. in fin. lib. 1. Curt. ſenior conſ. pen. col. fin. Socin. conſ 59. nu. 7. lib. 1. Decius c. 1. col. 4. extr. de appellat. Iaſon repetit. l. admonendi num. 203 ff de jurejura. Bart. conſ. 411. num. 6. lib. 1. Ruin. conſ. 141. num. 2. & 18. lib. 3. Aymon. Cravet. in tractatu de antiquitat. tempor. par. 1. §. 1. num. 4. Hier. de Mont. in tractatu de finib. cap. 70.*

Quinimò ſecundum aliquorum ſententiam illud antiquum dicitur, quod quadraginta annos excedit, *Antonius de Butr. c. veniens el. 1. extr. de teſtib. Alexand. conſ. 4. col. 5. lib. 2. Socin. conſ. 106. col. 2. lib. 3. Barbat. conſ. 17. col. 26. in prin. lib. 2. Caſſan. conſ. 25. num. 19. cum ſimilibus allegatis per Aymon. Cravet. in tractatu de antiquit. temp. par. 1. §. 1. num. 4. & Hieron. de Mont. in tractatu de finib. cap. 70.*

Cum itaque illæ literæ reverſales, de quibus in caſu præſenti agitur, ſint ante 240. annos conſcriptæ, & ſic & antiquiſsimæ & de facto antiquiſsimo, dubio omni caret, illas literas reverſales contra illos, quorum ſigillis ſigillata ſunt, plenam & indubitatam fidem facere, licet illæ literæ in factis non antiquis eo caſu, quo non probatur, illas ab ipſo vel de mandato ipſius cujus ſigillum eſt, ſigillatas fuiſſe, ſemiplenam tamen fidem facere.

25 Duodecimo, † ſigillum regulariter nocet & præjudicat ſigillanti, etiamſi ultra ſigillum ſubſcriptio facta non fuerit, *Bald. l. 1. argum. ill. text. C. de reb. alien. non alienand. Alex. l. quæ dotis. num. 30. ff. ſolut. matrim. Decius c. tertio loco. nu. 1. extr. de probat. Dec. c. 2. nu. 27. extr. de fide inſtrum. Rebuff. in tractatu nominat. quæſt. 10. nu. 20. Aymon Cravet. in tractatu de antiq. tempor. part. 1. §. quæritur etiam. num. 44. Covarr. pract. quæſt. capit. 22. num. 9. col. pen.* ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionem communiter receptam, eamque ob cauſam ab illa neque in judicando, neque in conſulendo recedendum, cum judex in judicando ſemper teneatur ſequi communem opinionem, *Dd. l. 1. & ibi Bald. ff de Senatorib. l. 1. ff. de offic. quæſt. l. Athleta, in prin. ff. de his qui notant. infam. Abb. Felinus & Decius cap. 1. extr. de conſtitut.* Vſque adeò, ut is judex qui contra communem opinionem judicat & imperitus præſumatur, *Alexand. conſ. 95. num. 6. lib 2.* Et faciat litem ſuam, atque parti læſæ ad id, quod intereſt, teneatur, *Bart. l. fin. C. de pœn. jud. qui malè judic. Angel. l. terminato C. de fruct. & litium expenſ. Abb. c. prudentiam in princ. extr. de offic. delegat. Paul. de Anch. clem. ne Romani ; de elect. Antonius de Butr. c. ex literis el. 1. extr. de Sponſalib. Felin. c. 1. nu. 54. extr. de conſtit. Iaſ. l. cum probatis. ff. de re jud.*

Decimò tertiò, pro hac opinione ſtabilienda adduci poteſt id, quod tradit *Calder. Imo. & Abb. c. poſt ceſsionem & ibi Ægid. Bell. num. 29. & Felinus num. 9. extr. de probat.* Ubi ipſi concludunt, literas ſigillatas indiſtinctè facere fidem contra illos, cujus ſigillo ſigillatæ ſunt, & hoc per text. *l. ſi procurat. ff. de procurat. l. publia §. fin. ff. depoſit. l. pen. ff. de pignor. c. ſi quorundam extr. de ſolut. c. omnes fœminæ 27. quæſt. 1.*

Et ſic ex prædictis liquet, illas literas reverſales contra illos quorum ſigillis ſigillatæ ſunt, plenam & omnimodam fidem facere.

Similiter dubio omni caret, illas † li- 26
teras contra hæredes ipſorum ſimiliter plene probare, & indubitatam fidem facere, Namq; hæres & defunctus ejuſdem perſonæ vicem repræſentant, *§. primo. Authen. de jurejur. à defunct. præſtito.*

Et

Et factum defuncti cenſetur eſſe factum hæredis, *Angel. conſ. 185.* Atque ex facto ſive contractu defuncti hæres perinde ut ipſe defunctus obligatur, *l. cum hæres. ff. de diverſ. & temporal. præſcript. l. ſi pactum ff. de probat. l. juris gentium. §. pactorum ff. de pactis. l. veteris. C. de contrah. & committ. ſtipulat.*

Atque hæres non debet eſſe melioris conditionis quàm defunctus fuit, *l. hæredem. & ibi Dec. & Cagn. ff. de reg. juris.*

Quod non tantùm procedit in primo hærede, verùm etiam locum habet
27 in omnibus omnino † hæredibus in infinitum uſque. Tum, quia appellatione hæredis omnes omninò hæredes, non ſolùm primi ſed & ulteriores etiam per mille ſucceſſiones in infinitum uſque comprehenduntur, *l. hæredis appellatio & l. ſciendum. ff. de verb. ſignif. l. qui per ſucceſſionem, & ibi gl. Dec. Cagn. & Dd. ff. de regul. jur.*

Etiam ſecundum propriam ſignificationem, *gl. l. hæredis appellatio. ff. de verb. ſignificat. Bald. l. fin. quæ. 21. C. hæred. inſtit. P. Caſtrenſ. conſ. 405. lib. 2. Iaſ. l. ſi quis filium. §. fin. col. 1. ff. acquir. hæredit. Iaſon l. filiusfamilias §. Divi, in priori, lect. col. pen. & in poſteriori lect. col. antepenult. ff. de leg. 1.*

Ideoque hoc locum habet etiam in iis, quæ ſunt ſtricti juris, *l. ſtipulatio iſta. §. 1. ff. de verb. obligat. Bart. l. ſi ſtipulatus fuerim, per te non fieri. ff. eo. tit. Franc. Aretin. l. paterfamilias ad fin. ff. de vulg. & pupill.* Quæque ſunt præciſa & in forma ſpecifica adimpleri debent, *l. ſub diverſis §. 1. & ibi Bart. l. cum ita datur. §. ex his verbis. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi peculium §. hæredi ff. ſtatu liberis Bart. l. paterfamilias in prin. ff. vulga. & pupill.*

28 Tum quia † hæres hæredis contrahentis ipſius contrahentis hæres eſſe cenſetur, *l. fin. & ibi Cyn. Bart. & Dd. C. hæredibus inſtituen. l. paterfamilias §. fin. & ibi Bart. & Dd. ff. de vulga. & pupill. l. 3. & ibi gloſſ. & Bart. ff. de petit. hæredit. Oldrad. conſ. 81. Ang. conſ. 306.*

29 Tum quia omnes † obligationes activæ & paſſivæ non tantùm ad primum hæredem, verùm etiam ad omnes omnino hæredes in infinitum uſque transeunt, *Hieronymus Cagnol. repetit. l. 2. quæſt. 17. num. 87. C. de pactis. inter empt. & venditor. Caſſen. in conſuet. Burg. tit. des droictz. & apparir. nantes agens marsentz. §. ib. gl. verb. ſic aunte l. auene lent. Tiraquell. in tractatu de utroq; retract. part. 2. §. 1. gloſſ. 6. num. 20.*

Nec obſtat huic veriſſimæ deciſioni, quod † literæ reverſales ſint literæ 30
penitus privatæ: quodque privatis literis ſive inſtrumentis nulla omninò fides adhibenda ſit, *l. inſtrumento. l. rationes. & l. exemplo. C. de probationibus c. 2. & ibi Decius extr. de fide inſtrument.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut ſcriptura privata etiam in antiquis non faciat plenam fidem, ſed tantùm præſumptionem ſive ſemiplenam probationem, *Speculat. titul. de inſtrument. editione §. Nunc videndum col. pen. verſ. regulariter ergo. & ibi Ioann. Andreas in addit. verſ. quid ſi producens. Antonius de Butr. capit. 2. coll. 4. & ibi Felinus col. 3. extr. de fid. inſtrument. Socin. conſ. 186. col. 5. lib. 2. Decius c. cum cauſſam col. 2. extr. de probation. Iaſon repetit. l. admonendi col. 43. & col. 87. & ibi Franc. Ripa ff. de jurejuran. Iaſon l. cum aliquis col. fin. C. de jure deliberan. Aymon Cravet. in tractatu de antiquitat. tempor. part. 1. §. viſo, de verbis num. 1. Tiraquell. in tractatu de præſcript. §. 1. gl. 4. verſ. 21.*

Namque ad hoc contrarium reſpondeo, Primò aliquos Dd. velle, ſcripturam privatam in antiquis indiſtinctè plenam fidem & probationem facere, *Iaſon l. Admonendi in lect. num. 77. ff. de jurejuran. Iaſon conſ. 75. col. 3. verſ. tertio, lib. 3. & conſ. 166. col. 3. lib. 4.*

Secundò reſpondeo, hoc quod dicitur, ſcripturam privatam nihil probare & in antiquis tantùm ſemiplenam fidem facere, procedere tantùm quoad commodum ſcribentis, Item quoad † præjudi- 31
cium tertii. Secus autem eſſe in præjudicium ſcribentis atque hæredum ipſius.

Namque contra illos ſcriptura privata etiam in factis recentibus plenam & indubitatam

fidem facit, *l. Publia § fin. ff. depoſiti l. cum tabernam: §. Idem quæſiit ff. pignorib. l. cum de indebito §. fin. ff. probationib. l. generaliter C. de non numerata pecun. l. plures Apochis C. de fid. inſtrum. Specul. in tit. de inſtrum. editione. §. nunc dicendum col. fin. Bald. conſ. 275. col. 2. lib. 3. Geminia: conſ. 9. Henning. Gœden conſ. fin. nu. 10. & 11. Barc. Roman. Iaſ. & Dd. l. admonendi. ff. jurejuran. Aymon. Cravett. in tractat. de antiquit. tempor. part. 1. §. viſo. num. 2.*

Quod abſque omni dubio procedit, quando conſtat, illam privatam ſcripturam eſſe, vel ſcripturam illius vel ab illo ſubſcriptam de cujus præjudicio agitur, *Auth. Et ſi contractus & ibi Bart. & Dd. C. de fide inſtrum. Dec. c. 2. col. 2. extr. eo tit.*

Cùm itaque prout ſuprà comprobatum eſt, ſcriptura & ſigillum à pari procedant, atque diſpoſitum de ſcriptura, etiam ad ſigilla extendatur, ſequitur literas ſigillatas contra illum atque hæredes illius cujus eſt ſigillum, perinde ut literas ſcriptas, contra ſcribentem vel ſub ſcribentem plenam & omnimodam fidem facere.

Similiter non obſtat huic deciſioni,
32 quod literæ † ſigillatæ ſigillo privato contra eum & hæredes illius, cujus ſigillum eſt, non aliter fidem faciant, niſi probetur atque fides fiat, illud ſigillum eſſe appoſitum literis vel inſtrumento, vel ab ipſo vel de voluntate, ſeu mandato illius, cujus ſigillum eſt, *Guilhelm. de Cun. Bart. Alberc. de Roſat. Raph. Fulgoſ. & P. Caſtr. l. ſi procuratorem & ibi Ioan. de Prato. ff. de procuratorib. Alber. de Roſat. & Iohan. de Imol. l. ſi quis neger. ff. quemadm. teſtam. aper. Fran. Marc. deciſ. Delphin. q. 992. nu. 1. Carol. Molin. in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 5. num. 14. Covarr. pract. quæſt. capit. 22. num. 9. Alex. l. qua dotis. num. 38. verſ. vel ſecundò reſponde. ff. ſolut. matrim. Alex. in addit. ad Bart. l. ad teſtium. §. ſi quis. ff. de Teſtam.* Eamque ob cauſam videatur dicendum literas reverſales ſigillatas contra hæredes illorum, quorum ſigillo ſigillatæ ſunt, fidem non facere, niſi probetur atq; fides fiat, illa ſigilla appoſita eſſe vel ab ipſis vel de mandato illorum, quorum ſigilla ſunt, *Anton. de Butr. c. tercio loco & ibi Dec. nu. 2. extr. de probat. Abb. Panor. c. 2. & ibi Dec. nu. 27. extr. de fide inſtrum. Cravet. in tractatu de antiquit. tempor. part. 1. §. quæritur etiam num. 46. Franc. Marc. in deciſ. Delphin. quæſt. 993.* In quibus locis *Panorm. & Fran. Marc.* atteſtantur, illud non tantùm procedere in ſigillis authenticis, verùm etiam in ſigillis privatis.

Verùm, quia hæc ſententia eſt communiter reprobata, quoad ſigilla privata, quæ non præſumuntur appoſita de mandato & voluntate illius, cujus ſunt, niſi illud probetur, Ego aliter & ſecundò reſpondeo, ad hoc contrarium illud non procedere in literis ſive inſtrumentis antiquis.

Namque inſtrumenta antiqua ſigillata indiſtinctè plenam fidem faciunt, etiamſi non probetur atque fides fiat, illa inſtrumenta eſſe ſigillata vel ab ipſis vel de mandato ipſorum, quorum ſunt ſigilla, prout hoc ex ſuprà dictis liquet.

Tertiò reſpondeo, † ſigilla reperta in 33
inſtrumentis antiquis præſumi appoſita de voluntate atque mandato illorum, quorum ſunt ſigilla, ſicut hoc ſatis probatur ex eo, quod traditur, ex curſu ſive lapſu temporis præſumi ſcientiam, *Salicet. l. authoritatem verſ. quæro de quæſtione facti C. unde vi: Dec. conſ. 185. num. 9. verſ. nec obſtat, quod hoc fecerit ignoranter, Caldorin. conſ. 15. col. 1. verſ. ex quo ſequitur, tit. de præbend.* Item mandatum *Bald. conſ. 337. col. fin. lib. 1. Dec. conſ. 199. conſ. 297. conſ. 416. col. fin. & conſ. 638. col. 2. Curt. ſen. conſ. 77. Paul. Caſtr. conſ. 84. incip. Viſa facti narrat. circa fin. lib. 2. Iaſ. l. ſciendum. col. 8. ff. de verb. obligat.* Item conſenſum. *c. ea noſcitur extr. de his quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capit. c. pervenit junct. gl. extr. empt. & vendit. Alex. conſ. 79. col 3. lib. 1. Socin. conſ. 15. col. pen lib. 1. Dec. conſ. 36. & conſ. 174. col. 2.* Item licentiam, *Fran. Aretin. conſ. 36. Dec. conſ. 409. col. 1. Iaſon l. ſciendum, col. 7. ff. verbo. obligat.* Et confirmationem, *Dec. conſ. 152. col. fin.* Inveſtituram, *Godzad. conſ. 4. col. 6 Felin. c. cùm dudum. nu. 5. extr. de præſumpt.*

Nec non etiam ſolennitatem extrinſecam & omnia in actu aliquo neceſſaria ſive ad actum requiſita, *l. ſi filius. C. de petitio. hæred. L. qui in aliena § ſi non adierit, & ibi Alexand. Iaſ. & Dd. ff. de acquir. hæred. Bart. in quæſt. incip. mulier habens magnum patrimonium. Alex. conſ. 12. col. fin. conſ. 113. col. pen. lib 4. Dec. c. 1. col. 6. extr. de fide inſtrum. Dec. conſ. 442. Iaſ. & Dec. l. 1. C. qui admitti. Alexandr. Iaſ. & Dd. l. ſciendum. ff. de verb. obligat. Iaſ. conſ. 176. col. 3. libr. 2. & conſ. 648. col. pen. in fin. lib. 4. cum multis ſimilib.*

ſimilib. allegat. per Tiraquell. in tractatu de præſcript. §. 1. gl. 4. verſ. 39.

Et hoc potiſsimum procedit in curſu temporis 30. annorum, *Alexand. l. qui in alieno in prin. col. 3. ff. de acquir. hared. Alex. conſ. 129. col. 3. lib. 7. Aymon. Cravet. in tractatu de antiquitat. tempor. part. 3. §. venio nunc ad tertiam, num. 6.* Et abſque omni dubio locum habet in curſu illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, *Iaſon conſ. 140. col. 3. poſt. med. lib. 4.*

Deinde hæc præſumptio ex curſu temporis deſcendens usq; adeò fortis eſt, ut etiam contra tertium locum habeat, *Alex. conſ. 179. col. 3. lib. 7. Socin. conſ. 270. col. 3. lib. 2. Corn. conſ. 181. col. 6. lib. 2. Curt. ſen. conſ. 77. col. 2. Dec. 444. & conſ. 638. col. 2.*

Atque locum habeat, etiamſi illa præſumptio nullis aliis conjecturis, præſumptionbus vel adminiculis adjuvetur, *Alex. conſ. 219. col. 5. lib. 6. Socin. conſ. 15. col. pen. lib. 1. conſ. 153. col. 2. & conſ. 266. col. 12. lib. 2. Corn. conſ. 184. col. 1. lib. 4. Dec. l. 1. col. 4. C. qui admitti. Dec. conſ. 36. col. 6. conſ. 42. col. pen. Conſ. 135. in princ. conſ. 329. conſ. 341. col. 6. & conſ. 409. col. 1. Felinus capit. Albericus. col. fin. extr. de teſtibus.* Item, etjamſi de illa ſolennitate nulla fiat mentio in inſtrumento, *Felin. capit. ſicut. col. 15. verſ. 7. & ultim. extr. de ſentent. & re judic. Dec. conſ. 341. col. 6. conſ. 558. col. 2. Iaſ. l. ſciendum. col. 7. ff. de verb. obligat.*

Multò verò magis prædicta procedunt, quando in aliquo inſtrumento fit ſaltem enunciativè vel narrativè mentio ex eo, quæ ad actum aliquem requiruntur ſive neceſſaria ſunt, prout hoc ſatis probatur ex eo, quod Dd. tradunt, licet apud aliquos dubium ſit, utrum mandatum ex curſu ſive lapſu temporis præſumatur, ex lapſu tamen ſive curſu temporis indiſtinctè & abſque omni dubio mandatum præſumi, eo caſu, quando in inſtrumento ſaltem narrativè ſive enunciativè fit mentio, mandatum interveniſſe, *Bald. conſ. 112. col. 2. lib. 1. Cæpoll. conſ. 26. in ſecundo dubio, Dec. conſ. 36. col. 5. Gozadin. conſ. 11. Purpurat. Authen. ſi quis in aliquo, in fin. C. de edend. Tiraquel. in tractatu de præſcript. §. 1. gl. 4. verſ. Trigeſimo primò col. antepen.*

Similiter & ſolennitas citationis facilius præſumitur, quando enunciatur in actu judicis, quàm quando non enunciatur, *Socin. conſ. 158. col. 5. lib. 2.*

Et generaliter pro ſententia quoad acta facilius præſumitur, eo caſu, quando de illis actis in ſententia mentio fit, *Bald. conſ. 204. col. 2. lib. 3. Paul. Caſtrenſ. conſ. 76. col. 2. lib. 2. Alexandr. conſ. 123. col. 2. lib. 2.*

Cum itaque in caſu præſenti & literæ reverſales ſint confectæ ante annos 240. & in illis narretur, quod illæ literæ ſint ſigillatæ ab ipſis Nobilibus à. B eorumq; fidejuſſoribus, ſequitur ex curſu ſive lapſu illius temporis omninò & præſumi & probari illas literas reverſales eſſe ſigillatas & ab ipſis Nobilibus à B. & à fidejuſſoribus ipſorum.

Quartò reſpondeo, licet de jure
communi † in factis non antiquis literæ 34
ſigillatæ ſigillo privato contra eum atq; hæredes ipſius, cujus illud ſigillum eſt, plenam fidem non faciant, niſi probetur atque fides fiat, illas literas eſſe ſigillatas vel ab eo vel de mandato illius, cujus illæ literæ ſunt, valere: tamen tàm Statutum, quàm Conſuetudinem, qua inducitur, quod literis ſigillatis ſigillo alicujus induſtinctè credatur, etiamſi non probetur, neque fides fiat, illud ſigillum literis eſſe appoſitum, vel ab eo vel de voluntate illius cujus illud ſigillum eſt.

Namque certi & indubitati juris eſt, † Statutum vel Conſuetudinem effi-
ciens illam probationem validam, quæ 35
per ſe invalida & inefficax eſt, valere & ratam eſſe, *c. cum dilectus, & ibi Felin. num. 35. extr. de fide inſtrum: Anton. de Butr. & Abb. capitul. 2. & Felin. num. 6. extr. de probat. Bald. rubr. C. de fid. inſtrument. Bald. l. 1. C. de ſumm. Trin. & fide Cathol. Abb. c. bona el. 2. col. fin. extr. de poſtul. prælat. Abb. capitul. cum eſſes. col. 1. verſ. quintò nota. extr. de teſtam.* Ideoque conſuetudine introduci poteſt, ut plena fides adhibeatur ſcripturis privatis etiam non ſigillatis, *Innoc. c. cum P. Tabellio extr. de fide inſtrum. Bald. rubr. num. 45. C. eod. tit. Anton. de Butr. & Imola c. 2. & ibi Felinus. num 26. extr. de fide inſtrum. Bald. l. comparationes col. 4. C. eod. tit. Iaſon l. admonendi, in lectur. num. 78. & in repet. num. 92. & num. 116. verſ. ultra Bart. tertio principaliter ff. de jurejur: Hennig. Gœden conſ. fin. num. 9. & 10.*

Sed in Germania † conſuetudine re- 36
ceptum eſt, quod literis ſigillatis ſigillis Nobilium & aliorum bonorum virorum in præjudicium illorum atque hæredum, quorum ſigilla ſunt, indiſtinctè plena fides

adhi-

adhibenda ſit, prout hoc atteſtatur *Henning conſ. fin. num. 7.* cui atteſtanti de conſuetudine videatur plena fides adhibenda. Cum Doctori excellenti atteſtanti de
37 conſuetudine † fides adhiberi debeat, *Bar. repetit. l. de quibus quæſt. 4. de leg. Raph. Comenſ. con. 212. & conſ. 215. Lanfranc. l. quoniam contra col. pen. extr. de probat. Paul. Caſtr. conſ. 458. in fin. lib. 2. Socin. conſ. 27. num. 10. conſ. 118. num. 2. conſ. 150. num. 39. lib. 1. conſ. 275. nu. 4. lib. 2. & conſ. 252. col. 7. lib. 4. Dec. l. 2. §. mutui datio. num. 8. §. ſi cert. petat. Præpoſit. in prælud. feud. nu. 9. Dec. conſ. 420. conſ. 540. & conſ. 559. Curtius jun. in tractatu feud. part. 4 nu. 91. Curt. jun. conſ. 60. col. 4. Socin. jun. conſ. 60. col. pen. lib. 2. Craveit. conſ. 166. nu. 9. & conſ 325. Roland. à Valle conſ. 71. nu. 21. Cum tribus ſequent. & conſ. 87. nu. 12.* In quibus locis *Dec. Curt. jun. Socin. jun. & Roland. à Valle.* atteſtantur, hanc opinionem communem eſſe ſaltem quoad hoc, quod illa atteſtatio ſive affirmatio Doctoris excellentis conſuetudinē extare, inducat præſumtionem, eiq; præſumptioni ſtandum ſit, donec contrarium probetur.

Ex quo ſequitur, licet aliqui Dd. contrarium velint, affirmantes aſſertionem ſive teſtimonium Doctoris, quod conſuetudo extet, nullam neque probatiotionem neque præſumptionem conſuetudinis inducere, *Bald. l. ſi quis §. 1. ff. de pignor. Bald. l. conſentaneum. C. quom. & quando judex. Alex. l. poſt dotem. col. 23. ff. ſolut. matrim. Iaſ. l. de quibus num. 89. ff. de legibus Ioan. Neviz. conſ. 45. nu. 7. & conſ. 66. num. 31.*

Hanc tamen contrariam opinionem utpote tanquam communiter reprobatam, nullo modo curandam.

38 Præterea † & Henning. Gœden. *in prædicto conſ. fin. num. 7. & 8.* atteſtatur, hanc conſuetudinem, quod videlicet literis ſigillatis ſigillo alicujus Nobilis vel alterius boni viri indiſtinctè plena fides adhibenda ſit, notoriam eſſe, eamque ob
39 cauſſam nulla † probatione indigere, prout ultra adducta per Henning. Gœden, in iſto conſilio, hoc quod conſuetudo notoria probatione non indigeat, expreſſè & in ſpecie tenet *Bart. l. 2. num. 29 C. quæ ſit longa conſuet. Ioh. Fabr. §. ex non ſcripto. num. 13. & ibi Angel. nu. 26. Inſtitut. de jure natur. gent. & civili Bald. l. 1. C. ad SC. Vellejan. Bald l. 2. C. quando provocare non eſt neceſſe. Dec. conſ. 447. conſ. 472. conſ. 541. nu. 1. conſ. 559. nu. 9. & conſ. 655. nu. 26. Iaſ. l. de quibus nu 88. ff. de legib. Card. Pariſ. conſ. 13. num. 32. lib. 1. Iohan. Neviz. conſ. 45. nu. 38.*

Et ſic per prædicta ſatis ſuperque liquet, literas reverſales, de quibus in caſu præſenti agitur, contra hæredes Nobilium à B. eorumque fidejuſſorum, quorum ſigillis ſigillatæ ſunt, plenam & omnimodam fidem facere.

Hoc ita præſuppoſito, pro confirmanda hac deciſione primæ quæſtionis adduco: Primò id, quod tradit *Henning. Gœden. conſ. fin. nu. 15. cum 10. ſequentibus.* ubi ipſe in terminis omninò ſimilibus noſtris, nempe in quibus quis alteri pro certa ſumma pecuniæ dimidiam partem Caſtri ſuppoſuit, ſive eingeſetzet / cum illo pacto, daß er daſſelbe wieder löſen möchte / conſuluit, illum contractum eſſe contractum pignoraticium, non autem contractum emptionis & venditionis.

Tum quia illud verbum † Einſe- 40
tzen / ſecundum communem uſum loquendi Germaniæ pignori, non autem emptioni convenit, qui communis uſus loquendi per hanc atteſtationem Henning: Gœden ſatis probare videtur, cum
communis uſus loquendi ſaltem † præ- 41
ſumptivè probetur per hoc, quod aliquis Doctor illuſtris atteſtatur, illum communem uſum loquendi in loco aliquo vigere. *Curt. ſen. conſ. 74. col. 24. Rol. à Valle conſ. 71. num. 23.*

Et clari & indubitati juris eſt, quod 42
omnia † verba omniſque diſpoſitio ſecundum communem uſum loquendi intelligenda ſit, *l. liberum §. quod tamen Caſſius. & ibi Bart. ff de legat. 3. l. cum de lanionis. §. Aſinam ff. de fund. inſtruct. l. ut Alphenus l. vulgari. & l. anniculus. ff. de verb. ſignif. c. quamvis & ibi Abb. & Anton. de Butr. extr. eod. tit. Bald. in tit. de pace Conſtant. §. poſſeſſiones Ioh. de Imol. l. 3. col. 1. ff. de duob. reis Bart. & Alexand. rubr. & ibi Iaſ. num. 7. ff. de oper. nov. nunciat. Alexand. l. ſtipulatio iſta, §. hæc quoq; ff. de verbo obligat.*

Tum quia hoc verbum † *Luere*, 43
Löſen / oder wiederlöſen / ſimiliter tantùm pignoribus, non autem emptioni & venditioni convenit, ut patet ex *rubr. C. de luitione pignor.* Tùm per alias rationes ibidem ab Henningo Gœden adductas,

quas

qua rationes, cum conſiliis Henningi Goeden paſsim ſint obvia, transſcribere ſupervacuum eſſe duxi.

Et ultra Henningum hæc deciſio comprobatur per text. *rubr. ff. de reb. eor. juncto text. l. 1. ff. eod. tit.* Namque *rubr.* dicit de rebus eorum, qui ſub tutela vel cura ſunt, ſine decretis non alienandis vel ſupponendis. Et ex textu *l. 1.* liquet, quod
44 verbum † *Supponere*, pro pignori obligare, accipiatur. Et per conſequens, ſequitur ex illo textu, quod verbum, Setzen/ ſive einſetzen/ in literis reverſalibus poſitum, accipiatur pro obligatione pignoris. Quod etiam confirmatur ex eo, quod & legibus cautum, & à Dd. traditum eſt, ſi quis ſub rebus ſuis, ſive periculo rerum ſuarum pecuniam acceperit, hæc verba nullum alium contractum quàm pignus denotare, *L. Codicillis §. Inſtituto, & ibi Bart. ff. de legat. 2. Bart. l. fundus ff. de annuis legat: Bald. conſ. 182. col. 2. lib. 5. Cravet. conſ. 20. nu. 10. lib. 1. facit text. l. fin. C. quæ res pign. oblig. poſſ.*

Similiter hæc ſententia comproba-
45 tur ex eo, quia in dubio is † contractus celebratus intelligitur, qui ex verbis ſive denominationibus, aut vi verborum contrahentium, colligitur, *Bart. l. eorem ferro §. quos maximos, quaſt. 17. ff. de Publica: Bart. in diſputat. incip. Publicanus. Bart. l. ubi ita donatur. ff. de donatio: cauſ. mortis. Angel. conſ. 2. Petr. de Anch. & Imol. cap. propter ſterilitatem. ad fin. extr. de locat. & conduct. Franc. Aretin. conſ. 55. Barbat. c. ad quaſtiones extr. de rer. permutat. Decius l. ſi paſcenda C. de pactis. Aymon. Cravet. conſ. 20. nu. 5. lib. 1. facit id quod tradit. Oldrad. conſ. 159. dub 11.* Vbi ipſe concludit, verbis expreſsis contractus ſtandum eſſe & contractum talem judicandum, qualis ex verbis expreſsis apparet, licet aliquæ præſumptiones in contrarium militent, quod dictum refert atque ſequitur *Alberic. de Roſat. rubr. C. de donat. Decius Authen. ex inſtrum. col. 2. verſ. ſed certè C. de collatio: Dec. conſ. 32. col. 2. conſ. 208. col. 2. conſ. 468. col. 2. conſ. 498. col. 2. Aymon Cravet. conſ. 20. num. 4. libr. 1.* Et contractus in dubio ita cenſeri debent, ut verba illorum ſonant, niſi effectus rei aliud oſtendat, *Bald. l. 2. C. commodati. Bald. rubr. C. de jur. emphyt. Abb. Panor. c. conſtitutus col. pen. extr. de religioſ. domib. Dec. Auth. ex Teſtam. C. de collationib.*

Quod etiam ex eo comprobatur, quia verba contractus potiſsimùm attendenda, & ſecundum illa de toto contractu, deq; omnibus ſequelis illius judiciũ faciendum eſt, *l. ſi ita ſtipulatus §. Chryſogonus ff. de verb. obl. l. ſtipulatus eſ: & l. fidejuſſores magiſtratum §. pro Aurelio ff. de fidejuſſoribus. l. ſancimus C. eod tit. l. fin. C. communia utriuſq; judic. l. ut inter. C. de inutilib. ſtipulationib. l. ſi. operis. in fin. C. de ſolution. Bald. conſ. 32. col. 2. lib. 1.* Ideoque traditum eſt, non eſſe recedendum à tenore contractus *Bald. l. ex hoc jure. col. 2. quaſt. 6. ff. de juſt. & jure.* Nec etiam à forma verborum contractus, *Bald. conſ. 266. col. 2. conſ. 434. col. 1. lib. 1. conſ. 72. lib. 3. & conſ. 321. col. 2. lib. 4. Raph. Cumanſ. conſ. 164. col. fin.* Huc accedit, quod verba contractus ſunt forma ipſius, quæ dat eſſe rei. nec ei aliquid addi vel detrahi poteſt, *Bald. l. fin. col. 1. C. de ſuis & legit.*

Quodque ſingula verba contractus & inſtrumenti ponderari debeant, nec noſtrum ſit quicquam addere vel detrahere, *Bald. l. lecta. col. 2. verſ. de prædictis ff. ſi cert. petat.* Nec aliud inquirendum ſit, quàm id, quod in inſtrumento ſcriptum eſt, *Bald. l. fin. argum. ill. text: C. de falſ: cauſ. leg. adject.*

Præterea clari juris eſt, quod uſitatum atq; conſuetum ſit, quod talia verba Setzen/ item einſetzen/ item zu löſen/ vnd wiederlöſen & ſimilia, ſoleant tantùm adhiberi in contractu pignoratitio ſive pignore, non autem in contractu emptionis & venditionis.

Et certi juris eſt, † voluntatem con- 46
trahentium ex eo, quod ſolitum ſive conſuetũ eſt, colligi & declarari, *l. quod ſi nolit. §. quia aſsidua ff. de ædilic: edict. l. fin. C. de fidejuſſor: l. ſi prius §. rectè ff. de aqua pluvia: arcen. l. ſemper in ſtipulationibus & ibi Decius & Cagn. ff. regul: jur. l. ſi interpretatione ff. de legibus Bart: & Ronthegall: l. nemo eſt qui neſciat, ff. de duob. reis*, quinimò *Alexand. in conſ. 9. col. 5. lib. 1.* ſcriptum reliquit, quod voluntas hominis potius declaretur ſecundum conſuetudinem quàm ſecundum Statutum loci, quod dictum refert atque ſequitur *Aymon Cravet. conſ. 20. num. 7. lib. 1.*

Deinde etiam in † contractibus atq; pactis ſemper capienda eſt ea interpretatio, quæ utrique contrahentium utilis eſt, atque per quam nulli præjudicium fit, nullusve in damno relinquitur, *Petr. Caſtrenſ. Ludov. Roman. & Alex. l. 1. Argum. ill. text.*

ill. text. & ibi Iaſ. num. 16. ff. ſi quis cautio-nibus Bald. conſ. 48. incip. Iſta quæſtio, in fin. lib. 4. Dec. conſ. 262. & conſ. 500. Aymon Cravet. conſ. 20. num. 12. & conſ. 91. num. 11. lib. 1. Card. Pariſ. conſ. 74. nu. 10. lib. 3. conſ. 53. nu. 4. & conſ. 58. num. 9. & 49. lib. 4. Et ſemper debet capi illa interpretatio, quæ minus lædit, minusque præjudicat, *l. ſemper in obſcuris. ff. de regul. juris c. in obſcuris de regulis juris. lib. 6.* Et cùm actus quiſpiam poteſt trahi ad duo, quorum unum prodeſt, alterum nocet, debet potius attendi quod prodeſt, quàm quod nocet, *l. non intelligitur, §. ſi quis palam & ibi Bart. ff. de jure fiſci, l. emancipatum, §. fin. ff. de ſenat. l. ſi vir uxori ff. de uſucap. prud. l. liberis §. ſi duo ff. de liberal. cauſſ. l. ſi patronus Teſtam. §. ſi filius ff. de bonis libert. Cyn. inter conſ. Baldi conſ. 41. lib. 4. Sygnerol. conſ. 169. nu. 22. Iean. de Plat. l. cum allegas C. de Caſtren. pecul. lib. 12.*

His adde, quòd cum dubitatur, quis contractus factus ſit, eum accipere debemus, qui contrahentibus utilior eſt, *gl. l. ſi quis nec cauſſam, in priu. ff. ſi cert. petat. Bald. l. incendium. col. fin. C. eod. tit. Bald. conſ. 48. ad fin. lib. 4.* prout etiam quis in dubio cenſetur, actum gerere ea intentione, & ex illa cauſſa quæ gerenti utilior eſt, *l. 1. cum ſequentib. ff. de ſolutionib. Bart. l. gerit. ff. de acquir. hered. Corn. conſ. 308. col. 3. libr. 1.* Quod abſque omni dubio verum eſt, quando talis interpretatio utrique contrahentium utilis eſt, atque per eam utrique contrahentium conſulitur, *Ioh. Lup. repet. rubr. §. 7. col. 1. extr. de donat. inter vir. & uxor.*

Is etiam contractus in dubio celebratus intelligitur, qui in illa regione in qua contractus initus eſt, magis eſt frequens & uſitatus, *Ioh. Fabr. l. 1. col. 1. C. de jure Emph. Iaſ. l. 2. num. 165. C. de jure Emphy. Matt. de Afflict. deciſ. Neapolit. 229. Nicol. Everb. in loco ab Emphy. ad cenſum arg. l. ſemper in ſtipulationib. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de regul. juris. l. ſi ſervus plurium. §. fin. ff. de legat. 1.*

Cum itaque verbum Setzen/ ſive einſetzen/ item zu löſen/ & ſimilia poſita in inſtrumento, de quo in caſu præſenti controvertitur, conveniant pignori, non autem emptioni & venditioni, atque prout opinor, contractus pignoratatius in illis locis, in quibus bona controverſa ſita ſunt, magis hic frequens & uſitatus quàm vontractus emptionis & venditionis. Nec non etiam illa verba ſint uſitata in contractu pignoris non autem in contractu emptionis & venditionis, & inſuper capiendo hanc interpretationem, quod contractus, de quo in præſenti controvertitur, ſit contractus pignoris & utrique contrahentium conſulatur, & nemo in damno relinquatur. Cum & Nobiles à B. recipiant Caſtrum ſuum cum omnibus fructibus ſuis perceptis, & Nobilibus à C. reſtituatur debitum ipſorum ſive ſumma capitalis, ſequitur, illam interpretationem, quod in caſu præſenti ſit celebratus contractus pignoratitius, non autem contractus emptionis & venditionis cum pacto de retrovendendo omnino capiendum eſſe, Secundam quæſtio- 42
nem quod attinet, † exiſtimo, quod quælibet marca puri argenti octo uncias vel 16. ſemiuncias vulgò Lot/ & octo Thaleri unam marcam faciant, atque ita totam ſummam 30. marcarum puri argenti 240. Thaleros eſſe.

Et quòd ideò Nobiles B. hæredes debitorum, ad hunc finem, ut ipſi pignoratitia experiri poſsint, non plus quàm dictos 240. Thaleros ſolvere vel deponere teneantur.

Namque clari & indubitati juris eſt, atque etiam ab illis, qui de numiſmatibus atque ponderibus ſcripſère, communiter tenetur, unamquamque Marcham continere 8. uncias, libræ Romanæ, *Iohan. Fabr: § nos autem. Inſtitut: de Attilian. tutor. Iaſon l. 2. §. ex his num. 16. ff. de verbo. obligat. Hieronymus de Luca. in tractatu de cambiis §. Marcha. num. 1. Carol: Molin: in tractatu de uſuris quæſt. 200. num: 780. Budeus lib. 2. de Aſſe. Georg. Agricola. lib. de reſtituend. ponderibus. Covarr. in tract. de collat. veterum numiſmat: cap. 2. num. 4. Caſſen: in conſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 7. gl. verb. ſolz. tournois.*

Et ſimiliter certum eſt, quod una uncia argenti ſive des löttigen Silbers/ ultra unum Thalerum non faciat vel conſtituat.

Et annotandum eſt, quod de Marchis argenti etiam fiat mentio in textibus juris Canonici, *c. cum pridem extr. de pact. c. 2. extr. de arbit:* prout etiam in jure

Canonico ſit mentio de Marcha Sterlingorum, *c. conſtitutis. extr. de procuratorib.* licet in illis locis nullus Dd. declaret, quid ſit Marcha, vel quid veniat appellatione Marchæ.

Ad tertiam quæſtionem reſpondeo, quòd exiſtimem, Henricum & Iodocum fratres de B. poſt factam renunciationem ſive ſignificationem luitionis ſecutamque oblationem illarum triginta Marcharum puri argenti, & caſu, ſi creditorum hæredes illam luitionem ſive ſolutionem recipere recuſarent poſt factam depoſitionem dictæ capitalis ſummæ, vel etiam abſque depoſitione, benè poſſe creditorum hæredes actione pignoratitia convenire, in hunc finem, ut creditoris hæredes ipſis oppignoratum Caſtrum cum omnibus ſingulisque pertinentiis, cumq; omnibus fructibus, quos ex hypothecatis bonis à tempore factæ oppignorationis ſuſtulerunt, vel habere fruique potuerunt, reſtituant, vel omne
49 Intereſſe, cujus † appellatione & æſtimatio rei & fructuum venit, reſtituant. Simili modo B. tanquam hæredes debitorum benè poſſunt contra fidejuſſorum hæredes actionem ex ſtipulatu inſtituere, & petere, ut illi perficiant, quo ipſis ſæpè dictum Caſtrum H. ab hæredibus creditoris erga refuſionem vel luitionem pignoris & ſolutionem capitalis ſummæ, cum omnibus pertinentiis fructibusque perceptis reſtituatur: vel quod ipſi omne Intereſſe propter non admiſſam ſolutionem vel luitionem ſolvant.

Et poſſunt, ut ego exiſtimo, hæ duæ actiones, nimirum contra creditoris & fidejuſſorum hæredes, in uno eodemque libello cumulari; ordinatè tamen, nimirum eo modo, ut petitio inſtituatur, ut fidejuſſorum hæredes illud quod creditorum hæredes ſolvere non poſſent, hoc illi ſolverent.

Ad hæc, Hæredes debitorum poſſunt tertium poſſeſſorem Caſtri H. cum omnibus pertinentiis actione reali convenire, præſertim eo caſu, ſi doceri poſſet, quod Caſtrum H. debitorum & qui illud oppignorarunt vetus & avitum feudum fuiſſet.

Tamen exiſtimo, tutiorem ſalubrioremq; viam eſſe, debitorumq; hæredibus conſultius, ut actionem pignoratitiam contra creditoris hæredes, & ſimul actionem ex ſtipulatu contra fidejuſſorum hæredes inſtituant.

Quod ſi fieret, & deinde in actione pignoratitia ſive actione ex ſtipulatu contraria ſententia contra debitorum hæredes pronunciari deberet, quod ego tamen (ſi ſecundum jus pronuncietur) non metuo, ſemper tamen adhuc in arbitrio debitorum hæredum, eſſet non attenta ſententia illa contraria, nihilominus contra præſentem poſſeſſorem bonorum H. agere.

Nec illis ſententia lata in actione pignoratitia vel ex ſtipulatu quicquam abeſſe poterit. Quemadmodum etiam eo caſu, ſi debitorum hæredes primò propter hæc bona actionem inſtituere tertiumque poſſeſſorem etiam propter hæc bona controverſa convenire velint, ſententiam abſolutoriam contra illos latam hoc ipſum impedire non poſſe, quò minus ipſis actionem pignoratitiam contra hæredes creditorum & actionem ex ſtipulatu contra hæredes fidejuſſorum inſtituere liceret: Et hæ deciſiones ſequentibus jurium fundamentis comprobantur.

Namque primò, certi atque indubitati juris eſt, quod † ſoluto debito actio 50
pignoratitia detur debitori contra creditorem ad pignus repetendum, *l. ſi rem alienam. §. omnis, & ibi gl. & Bart. ff. de pignorat. actio. §. fin. & ibi gl. Ang. & Dd. Inſtitut. quibus mod. re cont. l. nec creditores & ibi gl. verb. dominium & l. pignoris. C. de pignorat. act. Anton. Negusa: in tractatu de pignorib. 2. membro. 7. partis princ. nu. 8. Ang. §. actionum. nu. 54. Inſtitut. de actionib.*

Secundò clari & indubitati juris eſt, quod ad producendam actionem pignoratitiam † oblatio, conſignatio & depo- 51
ſitio pecuniæ debitæ ſufficiat, eo potiſsimum caſu, quando creditor vel hæredes creditoris pecuniam oblatam recipere recuſant, *l. ſi creditrici. l. ex prædiis & l. acceptam. & ibi Bart. Bald. & Dd. C. de uſuris l. obſignatione C. de ſolution. l. nec creditores & ibi Dd. & l. fin. C. de pignorat. act. Ang. §. fin. num. 4. Inſtitut. quib. mod. re. Ang. §. actionum. nu. 54. Inſtitut. de actio. Dd. l. ſi mora. ff. ſolut. matrim. Hennin. conſ. fin. num. 343. facit text. l. ſi rem alienam. §. fin. & ibi Bart. & Dd. ff. de pignorat.*

Tertiò Dd. communiter concludunt, † creditore vel hæredibus credito- 52
ris

ris recuſantibus pecuniam oblatam recipere, ſolam verbalem oblationem ad perducendam actionem pignoratitiam ſufficere, nec requiri oblationem realem, depoſitionem & conſignationem, *Bald. l. 1. col. 2. verſ. modò quæro utrum. C. ne litetat tert. provocare. Raph. Cuman. P. Caſtr. Alex. & Iaſon l. qui Romæ in prin. arg. ill. text. ff. de verb. obligat. Alex. l. ſi mora. col. 3. verſ. quintò fallit. ff. ſolut. matrim. Corn. conſ. 231. col. 1. lib. 3. Boer. deciſ. 124. Ruin. conſ. 70. col 2. & conſ. 113. col. 1. & 2. lib. 1. Steph. Bertran. conſ. 106. col. 5. lib. 2. Georg. Natta. reper. Clement. ſæpe col. 76. de verb. ſignificat. Anton. Negùſant. in tract. de pignorib. 2. part. 3. membri 5. part. princip. num. 9. Fr. Ripa l. quod te. num. 20. ff ſi cert. petat. Tiraquell. in tractatu de utroq. retract. part. 2. §. 4. gl. 6. n. 21. Catell. Cotta memoral. incip. Oblatio verbalis Roland. à Valle conſ. 53. nu. 26. Ioh. Nevizan. conſ. 49. num. 5. & 6. Henning. Gæden conſ. ſin. num. 343.*

Et licet in hoc contrarium teneat *Fr. Aretin. & Socin. d. l. qui Romæ in prin. ff. de verb. obligat.* Attamen præcedens opinio communiter approbata eſt, prout hoc atteſtatur *Negùſant. Ruin. & Roland. à Valle in locis ſuprà citatis*, Ideoque ab illa neque in judicando neque in conſulendo recedendum.

53 Et hoc quod dictum fuit † creditore recuſante pecuniam oblatam recipere oblationem verbalem ſufficere nec oblationem, realem depoſitionem vel conſignationem requiri, uſque adeò verum eſſe, aliqui Dd. volunt, ut procedat, non tantum in expreſſa recuſatione, verùm etiam in tacita, utpote, ſi creditor cui oblatio verbalis ſit, taceat, *Anton. Negùſant. in tract. de pignoribus. 3. part. 3. membri. 5. part. princip. num. 9.* Quamvis in hoc ultimo contrarium teneat *Alex. l. ſi ſervus in prin. ff. de vulg. & pupill. Ripa repet. l. quod te. nu. 20. ff. ſi cert. peta. Tiraquell. in tract. de utroq. retr. par. 2. §. 4. gl. 6. num. 21. Roland. à Valle conſ. 53. nu. 87. & atteſtatur Ripa in loco præalleg. etiam Paul. Caſtrenſ. & Rapha. Cuman. idem tenere.* Ideoq; ut omnes opiniones evitari poſsint, ego in caſu præſenti tutius eſſe judico, ut hæredibus creditorum recuſantibus pecuniam oblatam recipere, hæredes debitorum illam pecuniam realiter offerant, deponant & conſignent.

Et hæc actio pignoratitia ſolutione, oblatione, conſignatione & depoſitione, necnon etiam ſola verbali oblatione creditore recuſante pecuniam oblatam recipere, oritur non quidem ex ipſa ſolutione ſed propter ſolutionem ex contractu præcedenti pignoris, *gl. Bart. & Dd. l. ſi rem alienam §. omnis. ff. de pignorat. actio. gl. Ang. Bellonus & Dd. §. fin. Inſtit. quib. mod. re. Hieronym. Negùſant. in tract. de pignorib. 2. memb. 7. princip. num. 7.*

Quartò clari juris eſt, quod hæc † actio pignoratitia non tantùm debitori principali contra creditorem, verùm etiam hæredibus debitoris non primis tantùm, ſed indiſtinctè omnibus in infinitum uſque tàm contra creditorem quàm omnes omninò hæredes creditoris in infinitum competat, *l. nec creditores. C. de pignorat. actio:* Namque clari & indubitati juris eſt, regulariter omnes actiones omneſque obligationes, ad hæredes tàm activè quàm paſsivè tranſitorias eſſe, etiamſi de illis hæredibus nulla fuit facta mentio, *l. juris gentium. §. pactorum. ff. de pactis, l. ſi pactum. ff. de probat. l. veteris C. de contrahen. & committ. ſtipulat.* 54

Quod procedit, non tantùm in primis hæredibus, ſed locum habet in omnibus omninò hæredibus tàm debitoris quàm creditoris in infinitum uſque, *Hieronymus Cagn. repet. l. 2. quæſt. 17. num. 87. C. de pact. inter empt. & vendit. Caſſeneus in conſuetud. Burgund. tit. Des Troiz & apertenances à gens maſiez. §. 16. verb. des Heritiers. & iterum in gl. ſe avoir la vent lent. Tiraquell. in tractatu de utroq. retr. part. 2. §. 1. gl. 6. num. 17. & 20.*

Et hoc abſque omni dubio in caſu præſenti locum ſibi vendicat, cum in caſu præſenti tàm ex parte debitoris quàm ex parte creditoris fuerit facta mentio hæredum.

Et certi juris ſit, quod appellatione † hæredum omnes omninò hæredes non ſolùm primi ſed & ulteriores in infinitum uſque etiam per mille ſucceſsiones comprehendantur, *l. hæredis appellatio. & l. ſciendum ff. de verb. ſignificat. cum ſimilib. allegatis ſuprà circa deciſionem primæ quæſtionis.* 55

Et

Et confirmatur evidentiſſima ratione,
56 Namque hæres † hæredis contrahentis dicitur & cenſetur eſſe hæres ipſius contrahentis, *l. fin. & ibi Cyn. Bart. Bald. Iaſ. & Dd. C. de hæred. inſtit. cum ſimilib. ſuprà allegatis.* Etiamſi mille medii ſucceſſores ſive hæredes intervenerint, *c. 1. & ibi Geminia. notab. 3. de homicid. lib. 6. Iaſon l. fin. num. 7. C. de hæred. inſtituend.*

Quintò, legibus expreſsè cautum eſt,
57 quod † tam creditor quam hæredes ipſius debitori atque hæredibus ſuis rem pignoratam ſoluto pignore prædictis vel aliis modis reſtituere teneatur, juxta textum expreſſum *§. final. verb. reſtituenda. Inſtitut. quibus modis re. l. debitor. §. final. & ibi gloſ. ff. de pignorat. actio. l. creditor. la. 2. verſ. ut talem reſtituat. l. pignoris. & l. final. C. eod. tit. l. 2. C. de pact. pignor.* Et idem probat *text. l. ſi creditor. C. de pignorat. actio.* Dum videlicet in illo textu dicitur, ſi creditor ſine vitio ſuo argentum pignori datum perdiderit, reſtituere id non cogitur, ſumpto nempe argumento a contrario ſenſu, quod in jure & fortiſſimum & frequentiſſimum eſt, *l. 1. in princip. & ibi Bart. Iaſ. Dec. & Dd. ff. de offi. ejus. cui mand. eſt juriſdict.* Et idem tenet *Angel. d. § final. numer. 4. Inſtitut. quibus modis re contrahitur obligat. Ioann. de Plate. & Nicol. de Neapolit. §. actionum. & ibi Angel. numer. 54. Inſtitut. de actionibus.*

Neque verò tantùm ipſum pignus ſive rem pignori datam, verùm etiam omnes fructus, omnemque commoditatem, lucrum vel commodum, quos fructus, quam commoditatem, vel quod commodum creditor, idemque poſſeſſor pignoris ex pignore ſive hypotheca à tempore pignoris traditi percepit, unà cum ipſa re pignori data reſtituere tenetur, prout hoc expreſsè tradit *gloſ. l. debitor §. final. verb. nec quicquam. ff. de pignorat. actio.* Et probatur per text. *l. creditoris. in princip. ff. de furtis.* Item etiam ex eo, quia verbum, *Reſtituere*, pleniſſimam ſignificationem habet, & hoc importat, quod is, qui ad reſtituendam rem aliquam obligatus eſt, illam rem cum omnibus fructibus omniq; emolumento & utilitate inde percepta reſtituere cogitur & obligatus eſt, *l. videamus. la. 2. §. in Favian. ff. de uſur. l. fin. §. fin. ff. de verbor. ſignif. l. præterea. & l. ex diverſo §. ubi. & ibi gloſ. verb. reſtitui. ff. de rei vendicat.*

Et confirmatur ex eo, namque fructus reliquæque obventiones pignorum atque commoditas ex pignoribus percepta eſt in eadem cauſa atque ejuſdem conditionis, in qua cauſa ſive cujus conditionis eſt ipſum pignus ſive res principaliter pignori obligata, *l. grege. in princip. ff. de pignoribus. l. quamvis. C. in quibus cauſ. pign. tacitè contrahitur. l. 1. C. de pact. pignor.*

Item etiam ex eo. Namque creditor fructus, obventiones atque commoditates ſive lucra ex pignore percepta non lucratur, ſed ipſe illos fructus ſive obventiones, ſi in pecunia numerata conſiſtant vel conſumpti ſint, in ſortem imputare, & quatenus ſortem excedunt, unà cum re pignorata debitori reſtituere, & fructus ſive obventiones non conſiſtentes in pecunia numerata, neque conſumptos indiſtinctè cum ipſo pignore ſive re principaliter obligata, indiſtinctè reddere cogitur, juxta textum clarum & expreſſum, *l. 1. & ibi gloſ. Bart. & Dd. & l. 2. & l. final. C. de pignorat. actio. l. ſi dominium. C. de pignoribus. l. 1. C. de diſtract. pignor. l. ſi pignore. in princip ff. de pignorat. actio. l. reſcriptum. §. ſi aliena. ff. de diſtract. pignor. cap. ad noſtram. el. 1. & ibi Doctores extr. de jurejurand. cap. cum contra. & ibi Dd. extr. de pignoribus. cap. 1. & ibi Anton. de Butr. Abb. Auguſt. Berous & Doctores extr. de uſur. c. 2. & c. conqueſtus. extr eodem tit. Alexand. conſil. 73. lib. 3. Corn. conſil. 40. num. 10 lib. 2. Bald. & Angel. l. 3. C. in quibus cauſ. pignor. Baldus l. ex prædiis argum illius text. C. de uſur. Bartol. Alexànd. Iaſ. & Doctores l. divortio §. donationes. ff. ſolut. matrimon. Baldus in ſua Margarita. verb. fructus. Henning. Gœden. conſ. ſin. num. 26. cum multis ſeqq.*

Et hoc uſque adeò verum eſt, ut procedat indiſtinctè in omnibus omninò fructibus tàm naturalibus quàm induſtrialibus, Item, tàm propriis quàm impropriis, nec non etiam in omni eo, quod loco fructuum reputatur, ſive locum fructuum obtinet, *Abbas. Panormitan. c. 1. numer. 2. & ibi Auguſtin. Berous numer 6. & 14. extr. de uſuris. Abbas, Panormitan. cap. 2. argum. illius text. & ibi Auguſt. Berous num. 2. extr. eod. tit.*

Neque verò tantùm fructus perceptos, verùm etiam fructus percipiendos, quos videlicet creditor culpa ſive negligentia ſui non percepit, & creditor in-

ſortem imputare, & quatenus ſortem excedunt, unà cùm re pignori data debito ſoluto vel aliter ſatisfacto debitori reſtituere tenetur, *l. 2. & ibi Bartol. Bald. & Doctores C. de pignorat. actio. l. 2. C. de partu pign. gl. l. 1. C. de pignorat. act. Ant. de Butr. cap. 1. & ibi Abb. Panormitan. numer. 5. & Auguſt. Berous numer. 20. 97. 98. & 195. extr. de uſuris.*

58 Quinimò neque † pactum inter debitorem & creditorem initum, ut creditor fructus pignoris lucretur, eoſque neque reſtituere neque in ſortem imputare teneatur, ratum eſt.

Et non obſtante illo pacto, creditor fructus perceptos, vel in ſortem imputare vel reſtituere tenetur, *cap. 1. & ibi Antonius de Butr. Abbas & Doctores extr. de uſur. cap. 2. & ibi Abbas, Berous & Doctores extra eodem titul. Baldus & Angel. l. 1. C. de diſtract. pignor. Alexand. conſil. 121. numer. 10. lib. 4. Doctores capit. 1. extra de feud. Henning. Gœden. conſilio final. numer. 34.*

59 Nec error † juris hoc caſu patrocinatur creditori, quò minus ipſe fructus perceptos vel percipiendos ex pignore in ſortem imputare vel eos reſtituere cogatur, ſed illos retinere poſſit, prout hoc expreſsè & in ſpecie tenet *Alexand. conſil. 121. numer. 10. lib. 4. Henning. Goden conſ. fin. num. 40.*

Et comprobatur evidentiſſima ratione. Quia lex expreſsè reſiſtit, & acquiſitioni ſive lucrationi fructuum pignoris, nec non etiam pacto de lucrandis fructibus ex pignore perceptis.

Et clari atque indubitati juris eſt, errorem juris nemini prodeſſe, quoad lucrandos fructus, neque quem excuſare à reſtitutione fructuum perceptorum vel percipiendorum, eo caſu, quando lex expreſsè reſiſtit acquiſitioni ſive lucro fructuum, *Bartolus l. ſed etſi. §. ſcire. ff. de petit. hæredit. Abbas capit. penult. extra de rebus Eccleſ. non alienand. Abbas capit. gravis colum penult. extra de reſtitut. ſpoliat. Abbas capit. conſultationibus. extra de jure patronat. Calderin. conſil. 2. ſub Rubric. de præſcriptio. Alexand. conſil. 123. numer. 14. lib. 4. Felin. capitul. de quarta. numer. 31. verſicul. tertia reſtrictio. extr. de præſcript. Franciſc. Balb. repet. l. Celſus. numer. 19. ff. de uſucap.*

Et quod amplius eſt, nullius temporis † præſcriptione vel lapſu etiam accedente errore juris, creditor ſe juvare 60 vel tueri poteſt, quò minus ipſe fructus perceptos vel percipiendos debitori reſtituere vel in ſortem imputare cogatur, *Alexand. conſil. 121. numer. 11. cum tribus ſequentib. lib. 4. Henning. Gœden. conſil. fin. numer. 36. cum multis ſequentib.*

Namque error juris in † præſcriptionibus non patrocinatur, neque bonam ſed malam fidem inducit atque præſcriptionem impedit, *l. nunquam, & ibi Paulus Caſtrenſis ff. de uſucapionib. l. ſi fur. §. 1. ff. eodem titul. l. irritum. & ibi Bald. C. pro donat. Abbas Felin. & Doctores cap. de quarta. extra de præſcriptio. Roman. conſil. 165. incip. viſo & diligenter. col. 2. circa fin. Cardinal. Clement. 1. §. ſi quis. de reb. Eccleſ. non alien. Alexand. conſil. 46. lib. 3. Franc. Curt. conſil. 71. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 374. numer. 4. & 5. Cardinal. Pariſ. conſilio 27. numer. 135. lib. 1. & conſil. 66. numer. 125. lib. 5. Franc. Balb. repet. l. Celſus. num. 17. ff. de uſucap.* 61

Quodque procedit non tantùm in præſcriptione longi, verùm etiam † longiſſimi temporis, 62 *gloſ. juncto text. c. Apoſtolicæ. extr. de donation. Paul. Caſtrenſ. conſil. 70. col. final. & conſ. 429. lib. 1. Abb. conſ. 34. col. 1. lib. 1. & conſ. 19. col. 2. lib. 2. Alex. conſ. 73. col. fin. lib. 2. conſ. 46. in ſecund. dubio. lib. 3. & conſ. 121. num. 12. lib. 4 Socin conſ. 29. col. 7. 2. dub. lib. 1. Anchor. conſ. fin. col. pen. Felin. c. de quarta. n. 35. extr. de præſcript. Curt. jun. conſ. fin. col 3. in fin. Bellem. conſ. 7. col. pen. & conſ. 10. col. 9. poſt med. verſ. ſecundum fundamentum eſt. fac. text. c. dudum. extr. de decimis. c. cùm extr. de jure patronat. eamq́; opinionem communem eſſe atteſtatur Felin. & Curt. junior in locis proximè allegatis.*

Et hæc opinio abſque omni dubio in noſtro & ſimilibus caſibus procedit, quando videlicet lex acquiſitioni expreſsè reſiſtit, *Abb. & Felin. c. de quarta. ext. de præſcrip. Abb. c. cum non liceat. ext. eod. tit. Card. Clem. 1. §. ſi quis q. 11. de reb. Eccleſ. non alienand. M. de Afflict. deciſ. Neapolit. 374. Barbat. inter conſilia Caldarini. conſ. 28. Calder conſ. 4. titul. de præſcript. & conſ. 9. tit. de reb. Eccl. non alien. gl. c. 2. extr. de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. Capit. Franc. Balb. repet. l. Celſus. num. 20. ff. de uſucapion. Henning. Gœden. d. conſil. final. Cardinal. Pariſ. conſ. 27. numer. 13. B. lib. 2. Apon. Cravett. in tract. de antiquit. temp. part. 4. §. materia iſta. num. 12.*

Quin-

64 Quinimò, eo caſu † quando jus acquiſitioni reſiſtit, nec ad inducendam præſcriptionem illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, errorem juris patrocinari vel prodeſſe, tradit *Cardinal. Pariſ. conſil. 27. numer. 137. lib. 1.* ubi ipſe affirmat, etiam *Anton. de Butr. & Ioann. de Milis* hanc opinionem amplecti, Idemque tenet *Aymon. Cravett. in tractat. de antiquit. tempor. part. 4. §. materia iſta. num. 12.* ubi pro hac eadem opinione etiam *Barbat. & Calder. citat.*

64 Sextò, expediti juris eſt, ſi † creditor vel hæres ipſius conventus actione pignoratitia, ſi ipſe pignus non reſtituat, eum ad id, quod intereſt, condemnandum, juxta textum expreſſum, *l. ſi creditor. C. de pignorat. actio.* ubi Imperator formaliter inquit, Si creditor ſine vitio ſuo argentum pignori datum perdiderit, reſtituere id non cogitur, ſed ſi culpæ reus deprehenditur, vel non probat manifeſtis rationibus ſe perdidiſſe, quanti debitoris intereſt, condemnari debet.

Idem probat textus *l. 1. & l. cum contra. C. ſi venditor pignor. agat. l. qui reſtituere. & ibi gloſ. Bartol. & Doctores ff. de rei vendicat.*

Et confirmatur evidenti ratione. Namque illa obligatio, qua creditor pignus reſtituere tenetur, eſt obligatio rem reſtitui: & legibus expreſſè cautum, atque à Doctoribus communiter traditum eſt, ſi is qui ad reſtituendam rem aliquam tenetur, illam rem reſtituere nequeat, ipſum ad id, quod intereſt, condemnari, *gloſ. l. divortio. §. donationes. ff. ſolut. matrimon. gloſ. l. rei judicatæ. §. 1. ff. eod. tit. Dyn. & Immol. l. ſtipulationes non dividuntur. in princip. & ibi Bart. num. 33. & Alexand. num. 23. ff. de verbor. obligat.* ubi Alex. atteſtatur, hanc opinionem & veram & communem eſſe.

65 Et hujus Intereſſe † appellatione in caſu præſenti abſque omni dubio venit, & præſens æſtimatio caſtri H. cum omnibus ſuis pertinentibus, quantum videlicet illud caſtrum H. hoc tempore plurimi valet ſive vendi poteſt. Item, & æſtimatio omnium fructuum, qui ex caſtro H. cum pertinentibus à tempore contractus pignoris uſq; ad præſens tempus percepti ſunt, vel percipi potuerunt, omniſq; utilitas rei.

Namque dubio omni caret, quod ſub Intereſſe, ad quod propter rem non traditam ſive reſtitutam condemnatur ſive tenetur is, qui ad illam rem tradendam vel reſtituendam obligatus fuit, veniat, & contineatur etiam precium ſive æſtimatio rei, *Baldus l. 1. numer. 8. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. prof. Andreas Barbat. conſil. 41. numer. 14. verſicul. facit etiam lib. 1.* Quod ſatis probatur per textum *l. qui reſtituere. ff. de rei vendicatio. l. liberu. ff. de religioſ. & ſumpt. fun. l. 1. in princip. & l. Titius. §. final. ff. de actio. empt. l. penult. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſ. eat. l. in interdicto. ff. de vi & vi armat. l. locum. §. condemnatio. ff. de tabul. exhibend. l. qui tabulas. in princip. & l. ſi vendidero. §. 1. ff. de furtis. l. pen. C. de his qui à non domin. manumiſ.*

Similiter expediti juris eſt; quod appellatione Intereſſe etiam fructus ſive fructuum æſtimatio veniat, *Angelus & Florian. l. loci corpus. § in confeſſoria argum. illius text. ff ſi ſervit. vendic. Baldus l. ſi quid. C. de ſervit. Baldus l ſi filiusfamilias. §. cum fundum ff. de verborum obligationib. Iacob. de S. Georg. l. ſi ex lapicidinis. ff. de jure dotal. Dec. Rubr. lectur. 1. numer. 12. & lectur. 2. numer. 38. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. Petr. Rebuff. l. 1. num. 31. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. profer.*

Eodem modo clari juris eſt, quod appellatione Intereſſe omnis utilitas veniat, & comprehendatur, *l. 4. §. in eum. ff. de damno infect. Bart. Bald. Dec. Alciat. Rebuff. & Dd. l. 1. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. profer.*

Et prædicta abſque omni dubio procedunt, in noſtro & ſimilibus caſibus, in quibus in obligatione rem reſtitui, Intereſſe vel petitur vel ad Intereſſe quis condemnatur.

Et hæc tàm reſtitutio † rei quàm Intereſſe in uno eodemque libello peti poteſt, eo videlicet modo, ut petatur pronunciari, quod rei obligati ſint, ad reſtituendum caſtrum H. cum omnibus pertinentiis, omnibuſque fructibus inde percipiendis & perceptis, omnique eo quod intereſt. 66

Et ſi ipſe hoc non fecerit ad præſtandum actoribus omne Intereſſe, prout hoc, quod tales petitiones in uno eodemque libello cumulari poſſint, expreſſè & in ſpecie tradunt *gloſ. Bartol. & Dd.*

d. 1. in princip. ff. de actio. empt. gloſ. l. 2. ʃ. final. & ibi Alexand. numer. 10. & Iaſon numer. 20. & Baldus ff. de verborum obligationib. Speculat. in tit. de fructib. & Intereſſe. ʃ. viſo. verſic. ſi autem factum, cum ſeqq. & ibi Ioann. Andr. in addit. Anton. de Butr. cap. olim. ext. de cenſib. Cyn. & Bald. l. ſi traditio. C. de act. empti. Baldus l. ſi. pacto quo pœnam. C. de pactis. Baldus l. 1. circa 7. colum. C. de his quæ pœnæ nomine. Bartolus l. ſtipulationes non dividuntur. num. 43. & ibi Alexand. num. 31. & Iaſ. num. 46. ff. de verb. oblig. Ludovic. Roman. conſ. 393. nu. 13.

Nec contra hanc actionem pignoratitiam hæredes creditoris ad reſtitutionem pignoris una cum fructibus, & ſi illud reſtitutum non fuerit, ad id, quod intereſt, conventi ſe ex eo juvare vel tueri poſſunt, quod caſtrum H. oppignoratum R. & H. à C. hoc præſenti tempore non reperitur penes hæredes creditorum R. & H. à C. ſed apud tertium quendam poſſeſſorem.

Namque clari & indubitati juris
67 eſt, † creditorem vel hæredem ipſius conventum actione pignoratitia per hoc, quod illa res penes tertium quendam reperitur, ſe tueri nequeat, niſi ipſe probet, ſe illam rem perdidiſſe, juxta textum expreſſum *l. ſi creditor. & ibi Bartolus C. de pignorat. actio. gloſ. ʃ. final. & ibi Angel. Bellonus & Dd. Inſtitut. quibus modis re.* ubi Bellonus atteſtatur, hanc communiter receptam eſſe. Et idem tenet *Bartolus l. ſicut. C. de pignoribus*, ubi ipſe ſimiliter affirmat, hanc opinionem communiter receptam, *Bartol. Angel. Fulgoſ. Paulus Caſtrenſ. Alexand. Iaſ. & Dd. l. ſi quis ex argentarijs. ʃ. an verò. ff. de edend.* ubi Alex. ſimiliter dicit, illam opinionem eſſe communiter receptam. Eandem ſententiam etiam amplectitur *Salicet. d. l. ſi creditor. Abbas conſil. 32. lib. 2. Abbas & & Immol. cap. 2. extr. de depoſito. Felin. cap. ſicut. numer. 9. extr. de ſentent. & re judic.*

68 Nec etiam ſufficit, † amiſſionem probare ſimpliciter, ſed requiritur, ut modus amiſſionis ſive perditionis probetur, *l. Sylvan. conſil. 29. numer. 11. Felin. c. accepimus. num. 16. extr. de fide inſtrument &* idem eſt de mente omnium Dd. ſuperius allegatorum.

Quinimò requiritur, quod creditor vel hæres ipſius conventus actione pignoratitia tale quid probet, ex quo verè vel veriſimiliter conſtet, illam amiſſionem pignoris eſſe factam ſive eveniſſe abſque dolo, culpa & facto, creditoris ſive hæredis ipſius, prout hoc expreſsè & in ſpecie decidit *Abb. Panormitan. conſil. 82. numer. 2. lib. 2. L. Sylvan. conſil. 29. numer. 12.* & eſt de mente *Bartol. Ang. Fulgoſ. Paul. Caſtrenſ.* & *Iaſon l. ſi quis ex argentarijs. §. an verò. ff. de edend. Bartol. & Salicet. l. creditor. C. de pignorat. actio. Immol. & Panormitan. cap. 2. extr. de depoſit. Angel. ʃ. final. Inſtit. quib. mod. re.* Dum videlicet præfati Doctores in præallegatis locis quærunt, probata amiſſione pignoris, utrum creditor teneatur probare, illam amiſſionem contigiſſe abſque culpa vel facto ſuo, an verò debitor obligatus ſit ad probandam illam amiſſionem culpa ſive facto creditoris vel hæredis ipſius contigiſſe, & reſpondent communiter diſtinguendo: Aut creditor probat talem caſum amiſſionis pignoris, qui regulariter non ſolet abſque culpa contingere, qualis caſus eſt furtum, incendium, fuga ſervorum; & talis caſus creditori non aliter prodeſt, niſi ipſe fidem faciat, illum caſum eveniſſe abſque culpa & facto ſuo. Aut verò creditor probat talem caſum amiſſionis, qui regulariter ſine culpa evenire poteſt, qualis eſt, vis hoſtium, impetus aquarum & ſimiles, & tunc probata amiſſione dicto modo præſumitur caſus, & non culpa, niſi ex adverſo probetur.

Et ſic præfati Dd. communiter volunt, creditorem conventum actione pignoratitia non aliter ſe tueri vel juvare poſſe, quò minus ad reſtituendam ipſam rem, ſive id quod intereſt, condemnetur, niſi ipſe probet, ſe illam rem & perdidiſſe & modum perditionis ſive amiſſionis, item ut ex illa probatione verè vel veriſimiliter conſtet, illam amiſſionem eſſe factam, abſq; dolo & culpa creditoris vel hæredis ipſius.

Et quod amplius eſt, in caſu præſenti
videtur dicendum, quod non † ſufficiat, 69
etiam talem caſum amiſſionis probare, qui regulariter abſque culpa contingere ſolet, ſed requiratur, ut probet, illum caſum abſque dolo vel culpa creditoris contigiſſe, Eam ob cauſam, quia creditor eſt obligatus ad cuſtodiam rei oppignoratæ ſive pignori datæ, *l. ſi convenerit. ʃ. final. ff. de pignoratit. actio. & multi Doctores concludunt,*

cum

ſum qui ad cuſtodiam alicujus rei obligatus eſt, indiſtinctè probare cogi caſum amiſſionis illius rei abſque dolo & culpa ipſius contigiſſe, nec ſufficere, ſi ipſe ſimpliciter caſum amiſſionis probet, *Baldus & Paulus Caſtrenſ. l. cum ita. §. ſpecies. argum. gloſ. ibid. ff. de legat. 2. Albert. de Roſat. in tractat. ſtatut. part. 2. quæſt. 157. Angel. l. final. ff. de cuſtodia reor. Ioan. de Anan. c. ad falſariorum. col. 1. extr. de falſis. Corn. conſ. 28. lib. 3. Alex. conſ. 158. num. 3. lib. 2. Felin. c. accepimus. nu. 16. extr. de fide inſtrum. Iaſ. l. quod te. num. 11. & ibi Pr. Ripa. num. 9. ff. ſi cert. petat. Iaſ. ſi res obligata. ff. de legat. 1. Iaſ. l. ſi paſcenda. & ibi Dec. nu. 19. C. de pact. Hippol. de Marſil. l. qui falſum. nu. 108. ff. ad l. Corn. de falſis. Hippol. de Marſil. in pract. crimin. §. diligenter. n. 93. & §. attingam. n. 51.* Et ſic liquet, hanc ſententiam communem eſſe, quam etiam amplecti videtur *Carol. Molin. in addit. ad Alex. conſ. 158. lib. 2. licet in hoc contrarium tenuat Laur. Sylvan. conſ. 29.*

70 Et cum tum † creditor quàm hæres ipſius ad reſtituendum pignus unà cum fructibus jure actionis teneatur, ſequitur ipſum audiendum non eſſe, ſi ipſe per juramentum ſuum probare velit, ſe & pignus amiſiſſe, & caſum amiſſionis, & illum abſq; dolo & culpa ſua contigiſſe, ſed requiritur, ut ipſe manifeſtiſſimis & veris probationibus de prædictis fidem faciat, *l. ſi creditor. & ibi Bartol. Bald. & Salic. C. de pignorat. action. Bartol. Ang. Fulgoſ. Paul. Caſtrenſ. Alex. & Iaſon l. ſi quis ex argentariis. §. in verò. ff. de edendo. Immol. & Panormitan. c. 2. extr. de depoſito, Alexand. conſ. 58. num. 3. lib. 1. Felin. c. accepimus. num. 16. extr. de fide inſtrum. Felin. c. ſicut, nu. 9. extr. de ſentent. & re judic. Angel. §. fin. Inſtit. quib. mod. re,* Quod potiſſimùm & abſque omni dubio procedit in iis caſibus, in quibus agitur de magno præjudicio, *Felin. d. cap. ſicut. num. 9. extr. de ſentent. & re judic.*

Et ſic ex prædictis ſequitur, hæredes R. & H. à C. ſe in caſu præſenti contra petitionem hæredum debitorum H. nempe & J. fratrum die B. tueri, nec condemnationem ad id, quod intereſt, evitare vel fugere poſſe, niſi ipſi manifeſtiſſimis probationibus & aliter quàm per juramentum fidem fecerint, ſe vel majores ſuos caſtrum H. abſque dolo, culpa & facto ſuo perdidiſſe, vel ſe atque majores ſuos illud caſtrum H. in caſibus à jure permiſſis & ſervatis ſervandis modernis poſſeſſoribus ſive anteceſſoribus ipſorum vendidiſſe vel oppignoraſſe.

Nec obſtat, hiſce veriſſimis deciſionibus, quod † actio pignoratitia non 71
detur neque competat, niſi probetur atque fides fiat, pignus creditori a debitore eſſe traditum ab initio, *Bartolus in prima conſtitutio. ff. §. tertii. Anton. Neguſant. in tractat. de pignor. 1. memb. 7. part. princip.* vel ex poſtfacto ad creditorem perveniſſe, *Bartolus l. inquilino. argum illius text. ff. de damno infecto. Baldus Rubric. C. de pignorat. actio. Alexand. in addit. ad Bartolum. l. ſolutum. §. ſolutum. ff. de pignorat. act. verè vel ad minimum fictè, Bart. l. ſolutum. §. ſolutam. verſic. oppono hic quod primum. ff. de pignorat. actio. Neguſant. in tractat. de pignor. 1. membr. 7. part. princip. num. 2.*

Quodque per inſtrumentum poſ-
ſeſſio † ſive traditio vel translatio poſſeſ- 72
ſionis non probetur, ſed requiratur, ut de poſſeſſione ſive traditione vel translatione poſſeſſionis aliter, quàm per inſtrumentum fides fiat, *Iacob. de Aretin. Bart. Alex. & Dd. l. prædia. argum. ill. text. ff. de acquir. poſſeſ. Bart. Bald. & Doctores l. 2. C. eod. tit.*

Et ſic videatur dicendum, in caſu præſenti literas reverſales non probari neque poſſeſſionem neque traditionem ſive translationem poſſeſſionis, ſed requiri, ut hæredes debitorum, nempè H. & J. die B. aliter quàm per literas reverſales probent atque fidem faciant, Caſtrum H. eſſe traditum creditoribus nempè R. & H. à C. vel ad ipſos aut hæredes ipſorum aliter perveniſſe.

Namque ad hoc contrarium reſpon-
deo, illud quod dicitur, † traditionem ſi- 73
ve translationem poſſeſſionis non probari per inſtrumentum, non procedere in antiquis. Namque in illis traditio ſive translatio poſſeſſionis per inſtrumentum indiſtinctè probatur, prout hoc expreſſè & in ſpecie tradit *Paulus Caſtrenſis conſil. 82. col. 2. in fin. lib. 2. Decius conſil. 36. numer. 6. & 8. & conſil. 303. numer. 10. Abbas, Panormitan. cap. cum nobis. col. 2. extr. de præſcriptionib. Curt. junior conſil. 90. col fin. Hippolytus de Marſil. ſingul. 521. num. 2.*

Et hoc procedit, non tantùm, quando in inſtrumento antiquo fit mentio de

  tradi-

traditione ſive de translatione poſſeſſionis, verùm etiam ſi in inſtrumento antiquo fiat mentio de eo, quod in neceſſarium antecedens traditionem ſive translationem poſſeſſionis præſupponit, prout hoc ſatis probatur ex eo, quod Dd, magis communiter tradunt, licet per inſtrumentum, in quo fit mentio conſtituti poſſeſſorii non probetur, conſtituentem tempore conſtitui facti habuiſſe poſſeſſionem illius rei quam ipſe nomine alterius ſe poſſidere conſtituit, hoc tamen non habere locum in antiquis: in illis enim per inſtrumentum, in quo fit mentio conſtituti poſſeſſorii plenè & ſufficienter probatur, poſſeſſionem eo tempore, quo conſtitutum factum in inſtrumento narratur, penes conſtituentem fuiſſe, *Socin. conſil. 167. lib. 2. & conſil. 106 col. 2. lib. 3. Panormitan. cap. cum nobis. extr. de præſcriptio. Dec. conſil. 303. Hippolytus de Marſil. ſingul. 521. Caſſen. in conſuetudin. Burgund. Rubric. dos ſucceſſionu. §. 1. volum 3. verſicul. limita tamen illud. Tiraquell. in tractat. de conſtituto poſſeſſorio. part. 3. limit. 1. num. 18. & 19.*

Eam ob cauſam, quia conſtitutum poſſeſſorium neceſſariò requirit & præſupponit, poſſeſſionem apud conſtituentem nec aliter fieri poteſt, niſi poſſeſſio tempore conſtituti facti penes conſtituentem ſit, *gloſ. Angelus, Roman. Raphael. Comenſ. Alexand. Franciſc. Aretin. Claud. Aquenſ. & Doctores l. quamvis. §. 1. Argum. illius textus. ff. de acquirend. poſſeſſio. gloſ. l. 2. verb. tradita. & ibi Baldus C. eod. tit. Oldrad. conſil. 114. Alberic. in Rubric. col. 1. C. de donatio. Bartolus, Baldus & Angelus l. quædam mulier. ff. de rei vendicatio. Bartol. Alber. Alexand. & Claud. Aquenſ. l. quod me. in princip. ff. de acquirend. poſſeſ. Baldus & Salicetus l. 1. C. quando liceat ab empt. receder. Signorol. conſil. 75. Petrus de Anchora & Immol. cap final. extr. de precar. Decius l. contractus ff. de regul. jur. Decius. conſil. 251. Stephan. Bertrand. conſil. 12. numer. 16. lib. 1. Matth. de Afflict. deciſ. Neapolitan 40. col. 3. Catell. Cott. memorial. incip. poſſeſſio civilis. Hieron. Crotus conſil. 117 M. Mantua. conſil. 256. num. 16. cum multis ſimilibus allegat. per Tiraquell. in tractat. de conſtit. poſſeſſor. part. 3. limit. 1. num. 1. & 2.*

74 Et licet quoad hoc, quod † in antiquis per inſtrumentum poſſeſſio probetur, contrarium tenere videatur, *Aymon. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 1. §. viſo. de famo. numer. 21.* Attamen ipſe Cravetta nihil certi affirmat, & inſuper Cravetta tantùm loquitur in eo caſu, quando agitur de præjudicio tertii, nec ullam facit mentionem de eo caſu, quando agitur de præjudicio illorum, inter quos inſtrumentum confectum eſt, vel hæredum ſive ſucceſſorum ipſorum. Namque in illorum præjudicium nemine penitùs refragante per inſtrumentum antiquum plenè probatur, poſſeſſio ſive poſſeſſionis traditio, non tantùm, ſi in illo inſtrumento fiat expreſſa mentio de traditione ſive translatione poſſeſſionis, verùm etiam ſi in illo inſtrumento fiat mentio de eo, quod traditionem ſive translationem poſſeſſionis præſupponit, prout expreſsè tradunt Doctores in locis ſuprà citatis, & ſatis probatur ex eo, quod traditur, licet verba enunciativa in antiquis contra tertium, ſive in præjudicium tertii fidem non faciant, *Paulus Caſtrenſis conſil. 138. col. 2. lib. 1. Alexand. conſil. 50. col. 2. in fine lib. 5. & conſilio 219. col. 3. lib. 6. Socin. conſilio 216. col. 5. lib. 2. Cora. conſil. 22. col. 3. circa med. lib. 3.*

Attamen verba enunciativa in antiquis contra illum atque hæredes ſive ſucceſſores illius, cum quo negocium geſtum eſt, plenam & indubitatam fidem facere, *gloſ. & Doctores cap. cum olim. extr. de cenſibus. Anton. de Butr. & Doctores cap. final. extr. de ſucceſ. ab inteſtat. Baldus & Doctores l. cum aliquis. C. de jure deliberand. Alexand. conſil. 12. col. final. conſil. 74. col. 2. lib. 4. conſilio 90. col. 3. lib. 6. Iaſon conſil. 24. col. 2. lib. 3. Aymon. Cravett. in tractat. de antiquitat. temp. part. 1. §. 1. numer. 7. & §. propoſitum noſtrum. numer. 23.*

Idem etiam probat id, quod licet per conſtitutum ſive inſtrumentum, de quo fit mentio de conſtituto poſſeſſorio in iis, quæ ſunt de recenti, non probetur, poſſeſſionem illius rei, quam quis conſtituit, nomine alterius poſſidere, penes conſtituentem fuiſſe tempore conſtituti facti, hoc tamen non procedat in præjudicium conſtituentis vel hæredum ipſius, *Baldus l. ſive autem. §. 1. ff. de public. in rem actio. Bald. l. final. col. penult. quæſt. 8.*

C. de

C. de edict. Div. Hadrian. tollend. Angelus l. quadam mulier. circa med. ff. de rei vendicat. Franciſc. Aretin. l. interdum. in fin. princip. ff. de acquirend. poſſeſ. Socin. conſil. 187. col. 8. lib. 2. & conſ. 106. lib. 3. Franciſc. Purpurat. l. is apud quem, numer. 102. C. de edend. Ruin. conſ. 46. num. 19. lib. 4.

Nec non etiam illorum, qui à conſtituente aliter cauſam habent, *Baldus c. cum veniſſent. extr. de reſtitut. ſpoliat. Socin. conſil. 11. col. 1. lib. 3. Hieronymus Gratus conſil. 42. col. 2. lib. 2.* Prout etiam ſolutio penſionis ſive mercedis, quæ non eſt ſufficien. ad probandam poſſeſsionem adverſus tertium poſſeſſorem, *Bart. Immol. Alex. & Franc. Aretin. l. qui univerſas. §. quod per colonum. ff. de acquir. poſſeſ. Bart. & Dd. l. quamvis. col. 1. ff. eod. tit. Bald. l. quadam mulier. lectur. 1. ff. de rei vendic. Panormit. c. cum Bertoldus, col pen. extr. de ſentent. & re judic. Alex. conſ. 19. col. 1. lib. 4. Corn. conſ. 325. col. penult. lib. 4.* plenè probet poſſeſsionem adverſus ipſum ſolventem atq; hæredes ſive ſucceſſores ipſius, *l. litibus. & l. domini prædiorum, C. de agric. & cenſit. lib. 11. c. cum veniſſent. & ibi Bald. col. 2. Panorm. col. 3. extr. de reſtitut. ſpol. Bald. l. quadam mulier. & ibi Ang. col. 2. ff. de rei vendic. Bald. conſ. 330. dub. 1. lib. 1. Angeſ. & Alex. l. quamvis. §. 1. ff. de acquir. poſſeſ. Ruin. conſ. 46. n. 7. lib. 4. Godtad. conſ. 94. in fin.*

Et generaliter faciliores probationes ſufficiunt contra ipſos, inter quos negocium geſtum eſt, quàm adverſus extraneos ſive tertios poſſeſſores, prout hoc ſatis probatur per totum, *tit. C. rem inter alios acta. & ſimilia vulgaria.*

Igitur ſequitur doctrinam Aymonis Cravettæ volentis ſub dubio tamen per inſtrumentum non probari poſſeſsionem ſive traditionem poſſeſsionis in præjudicium tertii, nullo modo extendi poſſe ad illum caſum, in quo agitur de præjudicio illorum, inter quos negocium geſtum eſt, ſive ſucceſſorum illorum. Quodq; in illorum præjudicium non obſtante illa doctrinâ Aymonis Cravettę, inſtrumentum antiquum benè probet & poſſeſsionem & traditionem ſive tranſlationem poſſeſsionis, etiamſi de illa poſſeſsionis traditione ſive tranſlatione in illo inſtrumento non fuerit facta mentio expreſsè, ſed tantùm fuerit facta mentio de aliquo actu, ad cujus neceſſarium antecedens poſſeſsio ſive traditio vel tranſlatio poſſeſsionis requiritur, ſive ex quo veriſimiliter infertur poſſeſsionem apud aliquem fuiſſe.

Et poſito, ſed tamen non conceſſo, aliam fuiſſe mentem, ſententiam vel opinionem Aymonis Cravettæ, attamen Doctores ſuperiùs relati magis communiter contrarium tenent. Ideoque de contraria opinione Aymon. Cravett. nihil eſſe curandum.

Sed literæ reverſalea, de quibus in caſu præſenti agitur, non tantùm ſunt antiquæ, verùm etiam antiquiſsimæ, cum illæ ſint confectæ ante annos 140. Et inſuper in illis literis continetur, quod G. & J. die B. volentes caſtrum H. redimere debeant, non tantùm ſummam debiti 30. nempe marchas argenti, verùm etiam pretium ſeminariorum fructuum ſolvere, quodque ipſis G. & J. die B. luentibus dictum caſtrum & ſolventibus ſummam capitalem cum æſtimatione ſeminariorum fructuum R. & H. die B. caſtrum H. cum omnibus pertinentibus reddere & tradere debeant, prout hoc ſatis liquet ex illis verbis, Wiederthun vnnd geben / quæ reperiuntur in literis reverſalibus, & ex illis verbis ſatis colligitur, poſſeſsionem caſtri H. creditoribus R. & H. a C. traditam eſſe.

Namque primò ex illis verbis, quia videlicet in inſtrumento † pignoris a- 77
ctum & conventum eſt, quod debitores volentes pignus luere non tantùm ſummam debiti, verùm etiam æſtimationem ſeminariorum fructuum refundere debeant, ſatis liquet, creditores habuiſſe & poſſeſsionem caſtri H. illamque poſſeſsionem in ipſos tranſlatam, eosq; ſeminaſſe & coluiſſe agros ad caſtrum H. ſpectantes, ex qua cultura ſive ſeminatione ſimiliter poſſeſsio probatur, juxta textum expreſſum *in l. vim facit. ff. quod vi aut clam.*

Et ſi aliam interpretationem hujus pacti de ſolvenda æſtimatione ſeminariorum fructuum caperemus, illud pactum penitùs ſuperfluum eſſet, nihilque operaretur, quod nullo modo admittendum eſt.

Omnia enim † verba contractuum 78
ita interpretanda ſunt, ut aliquid operentur, *l. 1. in fin. ff. ad municip. l. 3. §. 1. ff. de ju-*

de iureiurand. l. ſi quando. in princip. ff. de legat. 1. cap. ſi Papa. de Privileg. lib. 6. Paulus Caſtrenſis conſil. 57. col. 1. lib. 1. Aymon. Cravett. conſil. 84. numer. 12. conſil. 105. numer. 7. conſil. 118 numer. 19. conſil. 135 numer. 24. lib. 1. Roland. à Vall. conſil. 53. numer. 8. Felin cap. 1. numer. 4. 5. 6. 7. & 8. extr. de reſcriptis.

Quod uſque adeò verum eſt, ut in contractibus nullum verbum nullavè ſyllaba debeat eſſe ſuperflua & ſine effectu operandi; prout hoc, quod in contractibus nullum verbum debeat eſſe ſuperfluum & ſine effectu operandi, expreſſè & in ſpecie probat *text. cap. ſolitæ. & ibi gloſſ. Abb. Felin. & Dd. extr. de major. & obedient. Bald. Rubric. quæſt. 9. C. contrahend. empt. Cravett. conſil. 105. numer. 7. lib. 1. Felin. cap. 1. numer. 7. extr. de reſcriptis.* Et quod nulla ſyllaba debeat intelligi ſuperfluè & ſine effectu operandi apposita, probat textus *l. 1. & ibi gloſſ. ff. quod metus cauſ. Alex. conſ. 52. lib. 4. Felin. cap. 1. numer. 7. extr. de reſcript.*

77 Et ut omnia † verba, omnesq; ſyllabæ contractus vel Privilegii aliquid operantur, contractus & quælibet alia diſpoſitio ita interpretari debet, ut in illo contractu ſive diſpoſitione ea comprehendantur, quæ alioquin in illa diſpoſitione non comprehenderentur, *Oldrad. conſ. 300. incip. factum tale eſt. col. fin.*

78 Ideoq; licet in † legato fundi cum inſtrumento non comprehendantur niſi inſtrumenta domini: Attamen tale legatum etiam ad inſtrumenta coloni extenditur, quando illud legatum inſtrumenti alioquin eſſet ſuperfluum & nihil operaretur, ſi videlicet dominus in illo fundo nulla inſtrumenta haberet, *l. fundus qui locatus. ff. de fundo inſtructo.*

Et licet præceptum teſtatoris de ſolvendis debitis non intelligatur de debitis præſcriptis bona fide; Tamen hoc non procedit, ſi illud præceptum alioquin inutile eſſet, ſi videlicet teſtator nulla alia debita niſi præſcripta cum bona fide habeat; *Bald. l. quibus diebus §. dominus. ff. condit. & demonſtrat.*

Hinc eſt, quod licet legato credito intelligatur legatum tantùm illud creditum, quod purum eſt, non autem illud, quod eſt in diem: hoc tamen non habet locum eo caſu, quando illud legatum alioquin ſuperfluum eſſet, nihilq; operaretur, *Bald. l. ſi ita ſcripſiſſet. ff. legat. 2.*

Et ſub legato bladi, quod quis in civitate habet, comprehenditur etiam id, quod quis habet in diſtrictu, ſi illud legatum alioquin inutile eſſet, quod tamen alioquin non fieret, *Alberic. de Roſat. l. 1 §. 1. ff. de off. præf. urb.*

Huc accedit, quod ſtatutum tollens exceptionem præſcriptionis cenſeatur tollere exceptionem longiſſimi temporis, quando alioqui nihil operaretur, *Abbas conſil. 14. col. 3. lib. 2.* Et renunciatio generalis contra propriam naturam extendatur etiam ad caſum fortuitum, quando alioquin ſuperflua & ſine effectu operandi eſſet, *Bartol. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis caution. Curt. junior conſil. 68. col. fin.*

Quodque ſtatutum, quo cavetur, quod ea quæ ſunt in domo, probari poſſent per teſtes domeſticos, intelligatur etiam de fœminis, ne illud ſtatutum ſit ſine effectu operandi, *Alexand. conſil. 23. col. 3. lib. 4.*

His adde, quod † verba ſemper debeant deduci ad caſum dubium, ut aliquid operentur, *Alexand. conſil. 85. col. 3. lib. 3.* 79
Quodque verba contra propriam ipſorum naturam † & ſignificationem debeant largè & impropriè intelligi, ne ſint ſine effectu operandi, *l. ſi ſtipulatus fuero per te. ff. de verbor. obligationib. l. ſtipulatio iſta. §. ſed ſi ſervus. & §. poſſidere. ff. eod. tit. c. ſi ſententia. de ſentent. excomm. lib. 6. Bald. c. 1. de Capitan. qui curiam vend. Abb. conſil. 32 col. 1. lib. 2. Dec. conſ. 48. col. 2. conſ. 69. col. 3. Aym. Cravet. conſ. 105. n. 7. conſ. 118. nu. 19. & conſ. 135. num. 24. lib. 1.* 80

Præterea quoque hæc † interpretatio, ut omnia verba omnesq; ſyllabæ contractus ſive inſtrumenti aliquid operentur, omninò ſumi & capi debet, etiamſi capiendo hanc interpretationem induceretur juris communis correctio, *Aym. Cravet. conſ. 92. nu. 5. lib. 1. ubi ipſe allegat ad hoc textum in auth. ex teſtam. & ibi Fulgoſ. Roman. & Dd. junct. l. 1. C. collatio.* 81

Item & id, quod ſumatur argumentum à contrario † ſenſu etiam ad correctionem juris communis, quando diſpoſitio alioquin nihil operaretur, *Paul. Caſtrenſis conſil. 375. col. 4. ad fin. lib. 1. conſil. 83. col. 3. lib. 2. Corn. conſil. 91. col. 5. lib. 1. Decius* 82

conſil.

conſil. 626. col. 2, Cravett. conſil. 105. num. 7. lib. 1.

Secundò, ex illis verbis † Wiederthun vnd geben/ ſimiliter liquet, poſſeſſionem caſtri H. cum omnibus pertinentiis fuiſſe traditum creditoribus. Namq; hoc verbum *Reddere* ſive *Retrotradere*, ſecundum propriam ſignificationem denotat & ſignificat, traditionem prius factam fuiſſe; juxta textum expreſſum *l. verbum reddendi. & ibi gloſ. 1. ff. de verborum ſignificat. l. 1. §. eleganter. ff. depoſiti.*

14 Et confirmatur ex eo, quia † omnis privatio habitum præſupponit, *l. manumiſſiones. & ibi Iaſon num. 12. ff. de juſt. & jur. l. 1. in princip. ff. quibus mod. uſusfruct. amitt. l. remittit. ff. de jurejur. cap. ad diſſolvendum. extr. de deſponſat. impub. Bart. conſ. 138. lib. 1. Cardinal. Pariſ. conſ. 31. num. 116. lib. 1. conſil. 5. num 24. lib. 4.* Ideoque probato diſtractu probatur ſimul & contractum præceſſiſſe, *§. quoniam. auth. quib. mod. natural. effic. legit. l. Iulianus. in fin. ff. de repud. Bald. l. ſemel. C. de apochis publ. lib. 10. gloſ. & Bart. l. ſi mihi & tibi. §. fin. ff. de legat. 1. Bart. l. legata inutil. ter. ff. de adimendis legat.* Sicut & per inſtrumentum pacis bellum præcedens, *Bart. l. legata inutiliter. ff. de adimend. legat. Bart. l. cum tale. §. fin. ff. de condict. & demonſtrat.* & per inſtrumentum emancipationis patriam poteſtatem præceſiſſe, *Bald. l. fin. §. fin. argument. illius text. verb. teſtem hab. C. de fatetur. poſſ.* & per inſtrumentum legitimationis, quem illegitimè natum probatur, *Bald. l. 2. argum. illius text C. de jure aur. annul. Alex. & Iaſ. l. decem. ff. de verbor. obligat.* Atque etiam nihil in privatione eſſe poteſt, quod prius in habitu non fuit. *Inſtitut. de libertin. in princip. & ibi Angel. l. Titio uſusfructus. in princip. ff. de condit. & demonſtr. cum multis ſimilibus allegatis. à Nicol. Everhar. in loco à privatione ad habitum.*

Igitur ſequitur, per literas reverſales ſatis ſufficienterq; probari, poſſeſſionem caſtri H. creditoribus traditam eſſe, & ſic hæredes ipſorum optimo jure pignoratitia actione conveniri poſſe.

Deinde, non obſtat id, quod tradi-
15 tur, eo caſu, quo non probatur, rem † petitam ad reum perveniſſe jurejurando rei ſtandum eſſe, quod illam rem non habeat, *Bartol. Angel. Fulgoſ. Paulus Caſtrenſ. Alexand. & Iaſon l. ſi quis ex argentarijs. §. an verò. ff. de edend. Bartol. Bald. & Salicet. l. ſi creditor. C. de pignorat. actio. Immol. & Panormitan. c. 2. extr. de depoſit. Angel. §. fin. Inſtit. quibus mod. re.* Namque in caſu præſenti per literas reverſales ſatis ſuperque probatum eſt, poſſeſſionem caſtri H. cum omnibus pertinentiis ad creditores perveniſſe, prout hoc ex ſuprà dictis liquet.

Similiter † non refragatur noſtræ ve- 16
riſſimæ deciſioni, quod tradit *Franciſc. Aretin. conſil. 120.* dum videlicet ipſe ibi concludit, juramento hæredis jurantis, rem à defuncto poſſeſſam ad ſe non perveniſſe ſtandum eſſe, & ad hoc allegat *Bartolus l. ſi quis ex argentarijs. §. an verò. ff. de edend. Salicet. l. fin. oppoſ. 4. C. de fide inſtrument. item l. Prætor. §. ſed etſi ſervus. ff. de edend. l. fin. §. licentia. C. de jure deliber. gloſ. l. cum de lege. ff. de probat.*

Namque primò *Salic. in l. fin. oppoſit. 4. numer. 6. C. de fide inſtrum. allegatus à Franciſc. Aretin.* expreſsè contrarium tradit, atque concludit, juramento hæredis aſſerentis rem à defuncto poſſeſſam ad ſe non perveniſſe ſtandum non eſſe, & ad hoc allegat *gloſ. Clement. 1. §. cæterum. verb. compellendos. de uſur.* quæ gloſ. ſimiliter expreſsè decidit, quod regulariter non ſtetur juramento hæredis prætendentis rem aliquam à defuncto poſſeſſam ad ſe non perveniſſe, & illam *gloſ. ibidem ſequitur Ioan. de Imol.*

Et licet *Baldus in d. l. final. circa princip. C. de fide inſtrument.* videatur velle juramento hæredis prætendentis rem à defuncto poſſeſſam ad ſe non perveniſſe fidem adhibendam. Attamen Baldus ibi nihil certi affirmat, ſed ſe remittit ad notata in *d. Clement. 1. de uſur.* ubi contrarium deciditur.

Nec Bartolus citatus à Franciſ. Aretin. de hærede prætendente rem à defuncto poſſeſſam ad ſe non perveniſſe, ullam mentionem facit. Neque textus *in l. Prætor. §. ſed & ſi ſervus. ff. de edend.* opinionem Franciſci Aretini ſtabilire poteſt, cum in illo textu nulla fiat mentio hæredis, ſed ſimpliciter dicatur, juramento domini aſſerentis ſervum ſuum ſe inſcio argentariam feciſſe, ſtandum eſſe & ſic, quod ignorantia juramento probetur.

Igitur ex illo textu colligi nequit, juramento hæredis prætendentis rem à defuncto poſſeſſam ad ſe non perveniſſe credendum.

Tum

Tum quia hoc non habent verba legis, & certum eſt, quod deficientibus verbis legis, & ipſius quoque diſpoſitio deficiat, *l. 4. §. totiis. & ibi Bartolus, Alexand. & Dd ff de damno infect. l. ita autem. in princip. & ibi Bartolus ff. de adminiſtr. tutor.* quodque nulla lex ultra verba ipſius trahenda ſit, *l. quod conſtitutum, & ibi Bart. ff de teſtam. milit.*

Tum quia hoc lex non dicit, Et certum eſt, illud quod lex non dicit, nec nos dicere debere, *l. ſi ſervum. § non dixit Prætor. ff. de acquirend hæred.* Quodque non poſſimus interpretari, legem vel conſtitutionem id diſponere, quod non loquitur, *Baldus conſil. 44. col. 3. lib. 5.*

Eodem modo & textus *in l. final. §. licentia. C. de jure deliberand.* loquitur in terminis penitùs diverſis, nempe in illis terminis, quod hæredis, qui ſolenne Inventarium conſcripſit, juramento ſtetur quoad hoc, quod defunctus non reliquerit plura bona quam in Inventario deſcripta ſunt.

Gloſſa quoque *in l. cum de lege. ff. de probatio.* loquitur in terminis diverſis, & etiam in illis terminis, in quibus loquitur, tantùm procedit, quando aſſertio alicujus probabilibus conjecturis ſive præſumptionibus adjuvatur, *Iaſon l. ſi conſtante in princip. numer. 130. ff. ſolut. matrimon.*

Nec illa Gloſſa locum habet in iis, de quibus agitur de gravi præjudicio, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Franciſc. Areten. l. in illa. col. penult. ff. de verborum obligationibus & probatur per id, quod tradit Felin. cap. ſicut. numer. 9. extr. de ſentent. & re judic.*

Et poſito, ſed tamen non conceſſo, præallegatam opinionem Franciſci Aretini veram eſſe, prout etiam eandem opinionem amplectitur *Paulus Caſtrenſis l. final. numer. 7. C. de fide inſtrument. Paulus Caſtrenſis l. 2. circa finem. C. de teſtament.* illa doctrina tantùm procederet in iis, in quibus ageretur de levi præjudicio, ſecus autem eſſet in iis, in quibus haberetur de gravi præjudicio, *Salicetus l. final. numer. 6. C. de fide inſtrument. Felin. cap. ſicut. numer. 9. extr. de ſentent. & re judicat.*

Deinde etiam *Franciſc. Aretin.* ſimpliciter dicit, Juramento hæredis ſtandum eſſe in hoc, quod res à defuncto poſſeſſa, ad ipſum non pervenerit, Nec ullam facit mentionem, utrum juramento hæredis credendum ſit in hoc, quod defunctus vel etiam hæres rem ſemel à defuncto poſſeſſam amiſerit, quomodo illa amiſſio facta fuerit, & quod illa amiſſio contigerit abſque dolo, culpa & negligentia defuncti vel hæredis, igitur hoc ex præallegato conſ. *Franciſci Aretini* colligi nequit.

Tum quia *Franciſcus Aretinus* hoc non dicit, Et certum eſt, quod nulla deciſio Doctoris ultra verba Doctoris extendi poſſit.

Tum quia defuncto hoc non permitteretur, igitur hoc multò minùs hæredi permitti debet, cum hæres & defunctus ejuſdem perſonæ vicem repræſentent, *§. 5. authent. de jurejurand. à def. præſt.* Et nemo plus juris in alium transferre poſſit, quam ipſe habet, *l. nemo plus juris. ff. de reg. jur.* Atque & hæres eodem jure uti debeat, quo defunctus uſus fuit, *l. hæredem. ff. de regul. jur.* Et qualitas obligationis ex perſona hæredis non immutetur, *l. 2. §. ex his. ff. de verbor. obligat.*

Præterea, non obſtat hiſce noſtris ve-
riſſimis deciſionibus, quod ex † lapſu 30. 87
annorum purgetur præſumptio malæ fidei & inducatur præſumptio bonæ fidei etiam in illis caſib. in quibus jus alioquin malam fidem præſumit, *Innocen. Ioan. Andr. Imol. & Dd. c. 2. extr. de reſtit. in integr. Archid. c. 1 de præſcript. lib 6. Ioan Andr in add. ad Speculat. §. nunc videndum. in 1. addit. magna. col. 3. tit. de præſcript. Bart. l. fin. in fin. & ibi Salicet. C. unde vi. Bart. l Celſus. & ibi Fr. Balb. in repet. 3. part. nu. 12. ff. de uſucap. Bart. & Ang. l. pen. C. quib non. obſta. long. temp præſcript. Bald. l. ſi quis diuturno. kẽtut. 2. ff. ſi ſervitut. vind. Anton de Butr. c. ſæpè extr. de reſtitut ſpol. Anton. de Butr & Abb Panormitan. c. conſultationib. extr. de jure patronat. Roman. conſ. 47. & conſ. 107 Alex. conſ 6. & conſ 99. lib. 1. Panormitan. conſ. 89. & conſ. 102. lib. 1. Lanfran. repet c quoniam contra. in materia teſtium. verſ. conſequenter eſt videndum. extr. de probatio. Corn conſ. 15. col fin. lib. 1. conſ. 118. lib. 2. Franciſc. Aretin. conſ. 63. conſ 103. conſ 111. & conſ 154. Barbat l. 4. § Cato ff. de verbor. obligationib Socin. conſ. 38 lib. 3. Curt. ſenior conſ. 72. & conſ 83. Iaſ. l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas col 2. ff. de acquir. poſſeſ. Iaſ. §. ſed iſte. num. 100. Inſtit. de actio. Iaſon conſil. 52. conſ. 72. col. 2. lib. 1. & conſ. 209. col. 2. lib. 2.*

lib. 2. Dec. conſil. 266. conſil. 267. conſil. 272. & conſil. 375. Item etiam in præjudicium illius, de cujus antiquiori jure ſive poſſeſſione conſtat, *Bart l. fin. num. 17. C unde vi. Bald. & Ang. l. ſuper longi. C. de long. temp. præſcript. Alex. conſ. 71. circ. princ. & conſ. 110. col. fin. lib. 2. conſ. 76. col. fin conſ. 151. col. 2. & lib. 2. conſ. 16. col 6. & conſ. 24. col. fin. lib. 5.*

Uſque adeò, ut lapſus temporis 30. annor. præſumatur habere pro ſe juſtitiam permanentem, *Cyn l. ſi ſolennib. C. de rei vend. Bald. cap. 1. §. cum autem. de controverſ. inveſtit. Matth. de Afflict. deciſ. 277. nu. 8. Cardin. Pariſ. conſ. 23. num. 258. lib. 1.*

Quodque poſt lapſum 30. annorum malam fidem allegare non permittatur, *Bartol. l. fin. num. 17. C. unde vi. Paulus Caſtr. conſ. 169. col. 2. lib. 1.*

Quod potiſſimum videtur habere locum in lapſu illius temporis, cujus in
88 contrarium † memoria non extat. Namque curſus illius temporis pro ſe habet præſumptionem juris & de jure. Adeò, ut contra hanc præſumptionem probatio contraria non admittatur, *Anton. de Butr. & Felin. cap. cum nobis. extr. de præſcript. Alexandrin. Rube. conſil. 13. col. 3. Aym. Cravett. in tractat. de antiquit. tempor 4. part. §. abſolute. numer. 60. Franc. Balb. in tractat de præſcript. 2. part. 3. partis princip. quæſt. 6. numer. 19.*

Ideoque ab aliquibus Doctoribus traditum eſt, in præſcriptione illius temporis, cujus in contrarium memoria nun extat, nullam haberi conſiderationem bonæ vel malæ fidei; *Salicet. l. 2. C. de ſervitut. & aq. Dec. l. traditionibus col. 3. C. de pact. Dec conſ. 496. col. 2. & conſ. 631. col. 1. Bald. conſ 370. circa fin lib 3. Boër. deciſ. 39. num. 7.*

Et ſic videatur in caſu præſenti dicendum, cum in illo non tantùm longi, verum etiam longiſſimi temporis ducendorum nempe & viginti annorum curſus ſive lapſus intervenerit, ex illo lapſu temporis induci præſumptionem & juſtitiæ & & bonæ fidei, & ſic quod R. & H. à C. vel eorum hæredes caſtrum H. cum ſuis pertinentiis abſque dolo, culpa vel negligentia amiſerint, & ſic actione pignoratia conveniri nequeant.

Namque ad hoc contrarium reſpondeo, omnes Doctores citatos pro ratione contraria loqui in illis terminis, quandò ultra lapſum temporis longiſſimi vel immemorialis intervenit poſſeſſio vel quaſi illius, in cujus favorem bona fides præſumitur, quo adminiculo poſſeſſionis interveniente dubio omni caret, facilius induci præſumptionem in favorem poſſidentis quàm alioquin induceretur. Ideoque illa quæ in ratione contraria dicta ſunt, nullo modo detorqueri poſſunt ad caſum præſentem, in quo hæredes creditorum nempe R. & H. à C. non habent poſſeſſionem caſtri H. Neque ex illis dictis inferri poteſt, in caſu præſenti ex lapſu temporis nullo adminiculo concurrente præſumendum eſſe caſum fortuitum, & illum caſum eveniſſe abſque culpa vel dolo creditorum R. nempe & H. à C. eorumque hæredum ſive ſucceſſorum.

Tum † quia caſus fortuitus facti eſt & 89
in mero facto conſiſtit. Et certum eſt, quod facta ex nullius temporis curſu nullo alio adminiculo interveniente nunquam præſumatur, *l. in bello. §. facta. ff. de capt. & poſtlim. reverſ.*

Tum quia † antiquitas non poteſt ſi- 90
mul & ſemel plures præſumptiones inducere atque defectus plures ſupplere, *Corn. conſ. 142. num. 7. lib. 3.*

Tum quia ſola † antiquitas temporis 91
ſive ſolus lapſus temporis nullo adminiculo accedente nihil operatur, nec ullam omninò præſumptionem inducere poteſt, *l. quod in initio. & ibi Decius & Cagnol. ff. de regul. jur. l. quæ ab initio. & ibi Decius & Cagnol. ff. eod. tit. c. non firmatur. & ibi Dyn. & Dd. de reg. jur. lib. 6. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de act. & obligat.*

Quod etiam comprobatur ex eo, quod
92 Dd. tradunt ex ſolius temporis † lapſu etiam mille annorum mandatum non præſumi, *Bald. l 2. C. ſi ex falſis inſtrument. Baldus l. 1. C. de reb. alien. non alienan. Alex. l. qui in aliena. in princip. ff. de acquir. hered. Alex. conſ. 1. lib. 4. conſ. 191. col. 2. lib. 6. Cœpoll. conſ. 26. col. 6. Socin. conſ. 254. col. 2. lib. 2. Matth. de Afflict. deciſ. 345. col. 3. & deciſ. 368. col. 4. Felin. cap. ſicut. col. 17. verſ. ſextò adverte. extr. de ſentent. & re judic. Dec. conſil. 215. col. 2. Bertachin. in 1. part. ſui repertor. verb. Div. verſ. antepen. Curt. ſen. conſ. 49. col. 5. in fin. Curt. junior in tract. feud 1. part. q. 1. col. 2. Iaſon conſ. 140. col. 2. in fin. lib. 4. Hippolyt. de Marſil. l. ſi quis. col. 19. verſ. ulterius hic habemus. ff. de quæſtionibus. Steph. Bertrand. conſ. 1. num. 35. lib. 1. & conſ. 3. dub. 8. lib. 33.*

Quæ ſententia abſque omni dubio

præ-

procedit, quando agitur de ſolo lapſu temporis nullo extrinſecus adminiculo vel facto interveniente, Tunc enim mandatum nunquam præſumitur. Secus autem eſt, ſi ultra lapſum temporis factum aliquod ſive adminiculum aliquod intervenerit, tunc enim ex lapſu tenipotis mandatum præſumitur, In quibus terminis procedunt ea, quæ circa deciſionem primæ quæſtionis diximus, prout hoc in ſpecie ita declarat *Bald. l 1. C. de reb alien non alienan. Curt. ſen. conſ. 77. col. pen. verſ tertia concluſio. Aym. Cravett. in tract. de antiquit. temp. part. 2. §. ex præmiſſis. num. 69. Tiraquell. in tract. de præſcript §. 1. gl. 4 verſ. 22.*

93 Secundo reſpondeo, hanc † præſumptionem ex antiquitate, ſive curſu temporis deſcendentem non habere locum in illis caſibus, in quibus lex requirit probationem plenam vel manifeſtam, *Socin. conſ. 194. col fin. lib. 2.* eamq; ob cauſam illam præſumptionem allegari non poſſe in caſu præſenti, in quo lex expreſsè requirit, quod amiſſio ſive perditio pignoris maniſeſtis ratiunibus probetur, *l. ſi creditor. C. de pignorat. act.*

Tertiò reſpondeo, præſumptionem 94 bonæ † fidei ex lapſu temporis deſcendentem non eſſe præſumptionem juris & de jure, ſed præſumptionem juris tantùm, eamq; ob cauſam contra illam præſumptionem probationem contrariam admitti, *Corn. conſ 207. lib. 3. Aym. Cravett. conſ. 146. in fin. lib. 1. Cravett. in tract de antiquit. tempor. part. 4. §. materia iſta. numer. 20. & 21. Felin. cap. vigilanti. numer. 12. extr. de præſcript. Covarr. repet. cap. poſſeſſor. part. 2. §. octavò num: 3. de reg. jur. lib. 6.* Et eſt de mente *Paul. de Caſtr conſ. 425. lib. 2.*

Quinimò hæc præſumptio bonæ fidei ex lapſu longiſſimi temporis deſcendens non tantùm probatione, verùm etiam præſumptione ſortiori eliditur, *Felin. d. c vigilanti. num. 12. Boër. deciſ. 211. numer. 17 & 18. Aym. Cravett. in tract. de antiq. temp. 4. part. § materia iſta. num. 21. argum. l. divus. ff. de reſtitutio. in integr. l. non ſolùm. §. 1. ff. de ritu nupt. l. cum qui probabilem. C. de Epiſcop. & Cleric. l. 1. C. qui & adverſ. quoſ.*

Quæ ſententia ex eo confirmatur, quod traditur, licet ex antiquitate temporis ſolennitas extrinſeca præſumatur, hanc tamen præſumptionem non eſſe præſumſumptionem juris & de jure, ſed juris tantùm, & tam probatione contraria tolli, *Paulus de Caſtro conſil. 81. col. 3. lib. 2. Felin. cap. ſicut. numer. 83. extr. de ſentent. & re judicat. Iaſon l. 1. numer. 15. C. qui admitti. Iaſon conſil. 176. col. fin. lib. 2. Decius conſil. 13. col. 1. & conſil. 36. col. 3. in fin. Dec. cap. quoniam contra. col. 20. verſicul. ſucceſſive. Abbas extr. de probat. Curt. junior conſil. 130. col. 2. Godzad. conſil. 73. col. 1.* quam præſumptione contraria elidi, *Abb. cap. Albericus. extr. de teſtibus. Corn. conſil. 144. col. 1. lib. 4.*

Deinde hanc ſententiam comprobat id, quod Doctores communiter tradunt, licet ex antiquitate temporis concurrente præſtatione annua titulus præſumatur, hanc tamen præſumptionem non eſſe juris & de jure, ſed juris tantùm, eamq; ob cauſam ad tollendam hanc præſumptionem admitti contrariam tam probationem *Petr. & Cyn. l. ſi certis annis. quæſt. 16. & ibi P. de Caſtr. & Iaſon num. 15. C de pact. Ioan. Andreas c. fin. extr. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Ant. de Butr. c. pervenit. extr. de cenſibus. Bald. l. 2. C. de dotis promiſſ. Paulus de Caſtro conſil 323. col. 2. lib. 2. Bellem. conſ 10. col. 10. Alex. conſ. 113. num. 4. lib. 1. Felin. c. de quarta. num. 41. extr. de præſcript. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 2 part. 3. part. princip. quæſt. 10. num. 2. Aym. Cravett. in tract. de antiquit. tempor. part. 4. §. abſolutis. num. 60.* quam præſumptionem fortiorem, *Franc Balb in tractat. de præſcriptio. 2. part. 3. part. princip. quæſt. 10. num. 21.*

Huc accedit, quod generaliter quælibet præſumptio ex antiquitate ſive curſu longi vel longiſſimi temporis deſcendens non ſit præſumptio juris & de jure, ſed juris tantùm, illaq; tàm probatione quàm præſumptione ſurtiori contraria tollatur, *Abbas conſil. 61. col. fin lib. 1. Cæpoll conſil. 25. ad finem lib. 1. Alexand. conſil. 113. num. 4. lib. 1. Decius l ſi certis annis. num. 15. 16. & 17. C. de pact.*

Sed in caſu præſenti huic præſumptioni, quod videlicet creditores R. & H. bic C. vel ſucceſſores ipſorum caſtrum H ipſis oppignoratum caſu fortuito amiſerint, & ſic ſuerint liberati ab actione pignoratitia, quæ contra ipſos pro recuperatiune pignoris inſtitui poteſt, obſtat id, quod literæ reverſales in hunc uſque diem apud debitores, eorumque hæredes & ſuceſſores remanſerunt, quod abſque omni dubio factum non eſſet, ſi illi

credi-

Creditores vel ſucceſſores ipſorum per hoc, quod ipſi caſu ſortuitò Caſtrum H. abſque culpa vel negligentia ipſorum amiſerunt, liberati fuiſſent, & ex illo, quod iſtæ literæ reverſales ſemper & ultra tempus immemoriale apud debitores & hæredes illorum ſalvi & illæſi remanſerunt, abſque omni dubio præſumitur, & obligationem contentam in illis literis reverſalibus nunquam fuiſſe ſublatam, arg. eorum quæ notantur † *in l. 2. &*
95 *l. 3 ff. de pact. l. ſi chirographum. ff. de probat.* Item & ejus quod aliqui Dd. tradunt, ex eo quod inſtrumenta cauſæ reperiuntur penes aliquem, præſumi ipſi eſſe conceſſum, mandatum ad agendum, *l. fin. junct. gl. C. de pact. convent. c. coram. junct. gl. 1. & ibi Innocent. & Dd. extr. de off. deleg. Bart. l. vulgò ff. de adminiſt. tutor. Bart. & Dd. l. 1. & ibi Iaſ. num. 12. C. de procuratorib.* Igitur ſequitur, quod per hanc præſumptionem contrariam præſumptio, ſi quæ forſan ex lapſu temporis ſumi poſſet, penitus tollatur & elidatur.

96 Quartò reſpondeo, † præſumptiones legum non eſſe adaptandas ad id, quod veriſimile non eſt, *Bald. generaliter. col. fin. quæſt. 7. de non num. pec. Bald. c. 1. §. ſi verò de feudo. Guard. Tiraquell. repet. l. ſi unquam, in præfat. nu. 59. C. de revoc. donat.*

Sed in caſu præſenti non eſt veriſimile, quod creditores eorumque ſucceſſores literas reverſales reliquiſſent apud debitores eorumque hæredes, ſi ipſi ab obligatione contenta in literis reverſalibus, vel per amiſſionem contingentem caſu fortuito vel alio modo liberati fuiſſent.

Igitur etiam ex hoc ſequitur in caſu noſtro, ex curſu ſive lapſu temporis præſumi non poſſe, creditores Caſtrum H. ipſis oppignoratum caſu fortuito abſq; culpa vel negligentia ipſorum amiſiſſe & illam amiſſionem ab obligatione contenta in literis reverſalibus liberatos fuiſſe.

Et ad doctrinam † Bart. *in l. fin nu. 17.*
97 *C. unde vi.* Item & ad illud, quod præſumptio deſcendens ex curſu immemorialis temporis, ſit præſumptio juris & de jure, nec admittat probationem contrariam, necnon etiam ad illud, quod ubi adeſt curſus temporis immemorialis, non curetur, neque de bona neque de mala fide ultra reſponſiones ſupra datas aliâs etiam reſponſiones trademus ſuper deciſionem ſequentis quæſtionis.

Neq; etiam hæredes creditorum contra actionem pignoratitiam ſe tueri poſſunt, ſi ipſi forſan prætendere vellent, ſe vel prædeceſſores ſuos Caſtrum H. ipſis oppignoratū vendidiſſe, intervenientib. omnib. requiſitis ad venditionē pignoris, & ex cauſſa licita & à jure permiſſa, quodque eam ob cauſſam ſucceſſores ipſorum actione pignoratitia conveniri nequeāt, niſi tantùm ad ſuperfluum precii. Cum is creditor, qui pignus ſive rem pignoratam juſtè & legitime intervenientibus nempe ſolennitatibus à jure requiſitis vendidit, converiri nequit, niſi tantum ad ſuperfluum precium, *arg. l. 1. & fin. C. ſi venditor pignor. agat. Neguſant. in tract. de pignor. 2. memb. 6. part. principal.*

Namque † titulus ſive ſubſtantia tituli ex curſu ſive lapſu temporis non præſumitur, *Alexand. conſ. 50. col. 2. lib. 5. & conſ. 179. col. 2. lib. 6. Dec. conſ. 442. col. 4.* 98

Et licet aliqui velint titulum ſive ſubſtantiam tituli ex curſu illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, probari, *Aym. Cravet. in tractatu de antiquit. tempor. part. 3. §. Venio nunc ad tertiam. num. 19. & 23. argum. l. hoc jure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſti. c. ſuper quibusdam. §. præterea. extr. de verb. ſignificat.* Attamen illorum ſententia eſt intelligenda ſecundum text. quos allegant, nempè ſecundum text. *d. §. præterea. §. ductus aquæ*, & ſecundum illos textus ita declaranda, ut tantùm procedat in favorem illius, qui eſt in poſſeſſione vel quaſi illius rei. Cum prædicti text. tantùm loquantur in poſſeſſore, & clari juris ſit, quod omnes deciſiones Dd. etiam intelligendæ, reſtringendæ & declarandæ ſecundum text. quos allegant, *Bart. l. non ſolùm. §. ſi liberationis. ff. de liber. legat.*

Si tamen hæredes creditorum conventi fidem facere poſſent, majores ſuos ante tempus longiſſimum ſive immemoriale ipſis Caſtrum H. vendidiſſe, ex curſu temporis videtur præſumendum eſſe, omnia requiſita ad venditionem pignoris in illa venditione interveniſſe, & ſic ipſos conventos pignoratitia actione abſolvendos eſſe.

Cum ex curſu temporis † longiſſimi vel immemorialis præſumatur omnia neceſſaria atque requiſita ad actum aliquem interveniſſe, prout hoc circa deci- 99

ſionem 1. quæſtionis multis authoritatib. Dd. comprobavimus. Et ultra ibidem tradita hoc latiſsimè tradit *Felinus c. ſicut. num. 29. uſq; ad num. 34. extr. de ſentent. & re jud. Aymon Cravet. in tractat. de antiq. tempor. part. 3. § venio nunc ad tertiam. & §. vidimus in genere*, ubi ipſe ad hoc infinitas auctoritates & deciſiones adducit, & idem tradit *Iohan. Caob. conſ. 23. num. 7. uſq; ad num. 14.* ubi ipſe inter cætera inquit, per lapſum 30. annorum cenſeri purgatum omne vitium quod poſſit conſiderari ad actus annullationem, & ad hoc citat *Petr. de Anchor conſ. 135. Decius conſ. 49. & text. in capit. pervenit. extr. de empt. & venditio.*

Et licet hæc ratio admodum urgens videtur, ego tamen judico, ſi in caſu præſenti tantum ſimplex venditio pignoris probetur, ſolennitates neceſſariò requiſitas ad venditionem pignoris ex curſu temporis non præſumi interveniſſe in illa venditione pignoris.

Namque ultra hoc, ut aliqui Dd. tra-
400 dunt, illam regulam, quæ vult † ſolennitatem extrinſecam, ex curſu temporis præſumi, non habere locum nullis aliis adminiculis concurrentibus. Item nec in iis in quibus agitur vel de gravi præjudicio vel etiam de tertii præjudicio, illa regula, quæ vult ſolennitatem extrinſecam ex curſu temporis præſumi, non procedit.

Primò, quando præſumptio contraria militat; illa enim præſumptio contraria præſumptionem ex lapſu temporis deſcendentem penitus tollit & enervat, prout hoc in præcedentibus dictum fuit.

Secundò illa regula non habet locum, quando veriſimilitudo contrarium ſuadet, prout hoc ſimiliter in præcedentibus dictum fuit.

Tertiò, illa regula non procedit in talib. ſolennitatib. quibus partes renunciare nequeunt, *Ant. de Butr. c. ſicut. extr. de ſentent. & re judicat. Petr. de Anchor. c. 1. argum. ill. text. de reb. Eccleſ. non alienan. lib. 6. facit text. l. ſi fortè & ibi Bart. ff de Caſtrenſ. pecul. & idem eſt de mente Socini conſ. 95. col. 5. lib. 3. Roland. à Valle. conſ. 90. nu. 57.*

Quartò, illa regula non procedit in ea perſona, quæ actum gerere non potuit. *Dec. conſ. 442. Tiraquell. in tractat. de præſcript. §. 1. gl. 4. verſ 19. circa fin.*

Quintò, illa regula non procedit, niſi probetur atque fides fiat, illum in cujus præjudicium ſolennitatem extrinſecam quis præſumere vult, habuiſſe ſcientiam & notitiam illius actus, de cujus ſolennitate præſumenda agitur, *Alexand. conſ. 9. col. fin. lib. 3. conſ. 17. vol. 2. lib. 4. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 106. Dec. conſ. 409. col. 2. Aym. Cravet. in tractat. de antiquit. temp. 3. parte. §. vidimus in genere nu. 29. Tiraquell. in tract. de præſcript. §. 1. gloſ. 4. verſ. 39. circa fin.*

Sed in caſu præſenti agitur de maximo præjudicio hæredum debitorum, nec eſt veriſimile creditores vel hæredes ipſorum reliquiſſe literas reverſales apud debitores, eorumque ſucceſſores ſi ipſi intervenientibus legitimis ſolennitatibus Caſtrum ipſis oppignoratum vendidiſſent, & per illam venditionem fuiſſent liberati ab obligatione in literis reverſalibus contenta, imò ex hoc, quod literæ reverſales in hunc uſq; diem remanſerunt, apud hæredes debitorum, præſumitur, illam obligationem contentam in illius literis reverſalibus ſemper vim atque vigorem ſuum retinuiſſe & adhuc retinere, nec etiam creditores potuerunt Caſtrum ipſis oppignoratum vendere abſque ſolennitatibus à lege requiſitis, nec illis ſolennitatibus renunciare, & inſuper hæredes debitorum ignorant, quo titulo Caſtrum H. pervenerit ad manus modernorum poſſeſſorum.

Igitur ſequitur, in caſu præſenti ſolennitatem requiſitam in venditione pignoris, non præſumi interveniſſe quoad excludendum hæredes debitorum ab actione pignoratitia, etiamſi fides fieri atque probari poſsit, Caſtrum oppignoratum ante longiſſimum tempus à creditoribus ſive ſucceſſoribus creditorum venditum fuiſſe.

Quinimò etiam ſi fides fieri poſsit, Caſtrum H. à Creditoribus eſſe venditum intervenientibus omnibus ſolennibus à jure ad venditionem pignoris requiſitis. Ego credo hæredes debitorū ſimiliter ab actione pignoratitia nō excludi eo caſu, quo ipſi probare poſſent, Caſtrum H. feudum antiquum debitorem fuiſſe, & hoc per ſequentes rationes.

Namque certi juris eſt, quod † Vaſal- 401
lus in feudo habeat tantum jus limitatum pro tempore vitæ ſuæ, & ipſe intelligatur gravatus feudum poſt mortem ſuam filiis vel agnatis ſuis reſtituere, *And. de Iſern.*

Iſern. cap. 1. §. hoc quoq; num. 9. & ibi Matth. de Afflict. num. 8. de ſucceſſ. feudi. Andreas de Iſern. cap. 1. §. quid ergo num. 7. & ibi M. de Afflict. num. 20. de inveſt. de re alien. fact. Bald. conſ. 38. nu. 5. lib. 1. M. de Afflict. in prælud. feud. num. 178. Card. Pariſ. conſ. 65. nu. 16. lib. 3. Imò feudum eſt jus quoddam perſonæ cohærens ſimile uſufructui, *Iac. de Ardiz. in ſumma feud. rubr. Verum feud. dividi poſſit. Bald. cap. 1. §. hoc quoq; nu. 4. verſ. accedit quæſtio. de ſucceſſ. feud. Bald. conſ. 18. lib. 1. Socin. conſ. 165. num. 25. Socin. jun. conſ. 72. num. 27. & 28. lib. 1.* Et finitur morte Vaſalli, ſicut uſusfructus morte uſufructuarii finitur, *Bald. conſ. 38. lib. 1. Laur. Calcan. conſ. 73. col. 1. Socin. jun. conſ. 72. num. 29. lib. 1. argum. cap. 1. §. fin. ex quibus cauſ. feud. amitt.*

Similiter legibus expreſſè cautum
102 eſt, quod in † obligatione pignoris tantum intelligatur creditori obligatum illud jus, quod ipſe debitor in re pignori data habet, quodque obligatio pignoris ſimpliciter facta, nunquam extenditur ad jus tertii, ſive ad illud jus, quod tertius in re pignorata habet, *l. 1. & 4. ff. quibus mod. pign. l. ſi de duob. §. 1. ff. de in diem addicti. l. lex vectigali ff. de pignoribus, cap. cum contra. & ibi Abb. extr. de pignorib. Bart. l. rem alienam. nu. 6. ff. de pignorat. act. Corn. conſ. 266. num. 10. lib. 1.* Etiamſi ille tertius, cui jus in re pignorata competit, ſit futurus hæres, debitoris pignus concedentis ſive conſtituentis, *argum. l. Paulus in prin. ff. de pignorib.*

Ex quo ſequitur, ſi conſtet vel probari poſſet, Caſtrum H. fuiſſe feudum antiquum vel paternum debitorum nempe G. & J. Gebrüdern der. B. ipſos intelligi creditorib. oppignoraſſe tantum illud jus, quod ipſi in iſto Caſtro tempore vitæ ſuæ habuerunt, non autem jus hæredum ſive ſucceſſorum feudi.

Et confirmatur ex eo, quod Dd. in
103 fortioribus terminis tradunt, † Vaſallum qui feudum ſuum tanquam rem feudalem alteri vendit, vel alio titulo oneroſo concedit, illud tantum his, quod ipſe pro tempore vitæ ſuæ in feudo habuit & nihil ulterius vendidiſſe, ſive alteri conceſſiſſe, intelligi, *Dec. conſ. 203. nu. 9. M. de Affl. cit. §. hoc quoq; nu. 8. de ſucceſſ feud.* Item & ex eo, quod traditur, emphyteutam qui illam rem, in qua ipſe Emphyteuſin habet, tanquam Emphyteuticã alteri ſimpliciter vendit, vel alio titulo oneroſo concedit, intelligi tantum illud jus vendidiſſe ſive conceſſiſſe, quod ipſe in Emphyteuſi habet, *Petr. Cyn. Alberic. & Angel. l. fin. & ibi Saliset. col. 3. & Iaſ. nu. 86. & nu. 141. C. de juri Emphyt. Speculat. in titul. de locat. §. nunc aliqua verſ. 193. Salic. l. 1. in fin. C. de contrah. empt. P. de Ancar. c. potuit. extr. de locatio. & conduct. P. Caſtr. l. ſervi electione. §. fin. ff. de legat. 1.*

Nec non etiam ex eo, † quod Dd. com- 104
muniter tradunt, ſi pater rem adventitiam filii, in qua ipſe uſumfructum tantũ habet, vendiderit vel alio titulo oneroſo conceſſerit, ſcienti qualitatem & conditionem hujus rei, ipſum tantum intelligi jus uſusfructus, quod ipſe in illa re habet, & nullo modo jus filii vendidiſſe, ſive alio titulo oneroſo conceſſiſſe, *Alb. de Roſat. lib. 1. col. 2. nu. 4. & ibi Arius Pinel. in repetit. l. 1. par. 3. nu. 37. C. de bon. matern. Covarr. variar. reſolut. lib. 1. c. 8. nu. 7. verſ. quo ſit. arg. l. actorib. §. uſufructuarius ff. de uſufr.*

Huc accedit, quod † actus agentium 105
regulentur ſecundum duplicem perſonã, nempe ſecundum potentiam perſonæ agentis, & ſecundum aptitudinem perſonæ recipientis, *Iohann. de Imol. l. uſufructus num 2. ff. ſolut. matrim.* Quodq; eam ob cauſſam uſufructuarius, qui alteri ſimpliciter vendit vel concedit eam rem, in qua ipſe uſumfructũ habet, cenſeatur tantum commoditatem utendi & fruendi vendidiſſe ſive conceſſiſſe, *Iohan. de Imol. d. l. uſusfructus nu. 2. ff. ſolut. matrim. Covarr. variar. reſolut. lib. 1. c. 8. nu. 7.* Et concedens alteri in Emphyteuſin illam rem, in qua ipſe jus limitatum habet, intelligatur non totam rem, ſed tantum illud jus, quod ipſe in re conceſſa habet, alteri in Emphyteuſin cõceſſiſſe, *Bald. l. 1. col. pen. verſ. ſed quid ſi dominus. C. quando non petent. part. petent. arreſ. Iaſ. l. fin. nu. 87. C. de jur. Emphyt.*

His adde, quod Dd generaliter conclu-
dunt, cum † qui vendit vel alio titulo one- 106
roſo concedit alteri ſcienti qualitatem & conditionem rei venditæ, illam rem, in qua ipſe tantum jus certum & limitatum habet, intelligi tantum illud jus certum & limitatum, quod ipſe in illa re habet alteri vendidiſſe, *Bart. l. qui tabernas & ibi gl. & Bald. ff. de contrah. empt. l. fin. verb. conſentiente a contrario ſenſu. C. de commun. rer. alienat. Bald. rubr. quæſt. C. de contrah. empt. Bald. l. cum venderet ff. eod. tit. Bald. l. 1. nu. 5. & ibi Iaſ. num. 21. C. qui inſtrumenta facere*

poſſunt. Bald. l. in inſtrumento. C. ad l. Falcid. Baldus l. prædiis. nu. 5. C. creditorem evict. pign. præſt. non debet. Paul. de Leaz. c. potuit. col. 2. extr. de locat. & conductio. Alex. l. ſi domus. §. fin. nu. 4. & ibi Iaſon num. 24. ff. legat. 1. Alex. conſ. 63. num. 4. & 9. lib. 6.

107 Et hoc uſque adeò verum eſt, ut procedat, etiamſi † in venditione vel alia conceſſione hæredis mentio facta fuit, & illud jus, quod vendens in illa re pro tẽpore vitæ ſuæ habuit, per mortem ipſius ad hæredem perventurum ſit, prout hoc ſatis probat text. pulcherrimus *in l. uxor patrui & ibi P. Caſtr. Alex. Iaſ. & Dd. C. de legat. 1.*

Deinde hoc procedit, etiamſi in contractu venditionis adjectum ſit, quod neq; ipſe venditor neq; hæredes ſui quicquam contra hunc contractum venditionis moliri vel facere velint aut debeant, eò, quia hæc promiſſio cum ſit acceſſoria ad principalem contractum, ſecundum naturam principalis contractus intelligi, *l. damni infecti ſtipulatio in prin. ff. de damn. infect. l. ſtipulatio. ff. de uſuris. l. 1. §. ſi ſub conditione. ff. ut legat.* ſive fideicommiſſ. nomine cavet: *Bart. & Bald. l. ſi familia. C. famil. herciſc. Bald. l. qui Romæ. §. duo fratres quæſt. 2. & ibi Iaſ. ff de verb. obligat. Bald. c. 1. §. ſi quis miles imperat. Lothar. Petr. de Anchor. conſ. 72. Alex. conſ. 22. lib. 5.* Nec extra caſus in illo alioquin comprehenſos contractum extendere debet; *Clem. 1. de præbend. Iaſ. l. ex pupillari. arg. ill. text. ff. de vulgar. & pupill. Card. Pariſ. conſ. 11. nu. 134. conſ. 19. num. 72. conſ. 110. nu. 202. lib. 1. conſ. 75. num. 35. lib. 2. & conſ. 33. num. 9. lib. 3. fac. text. l. quod in anu. ff. codicill.*

Si itaque creditores contra hoc vendidiſſent, non illud jus limitatum quod debitores nempe G. & J. Gebrüder die B. in illo Caſtro pro tempore vitæ ſuæ habuerunt, quodq; ipſis tantùm oppignoratum eſt, ſed integrum Caſtrum H. dubio omni caret, ipſos & dolo malo & contra bonam fidem verſatos fuiſſe, & legibus expreſſe cautum eſt, creditorem qui in venditione pignoris dolo malo vel contra bonam fidem verſatus eſt, actione pignoratitiâ ad id, quod intereſt, conveniri poſſe, *l. 1. & ibi. Cyn. Petr. Bart. & Salic. C. ſi vendit. pign. arg. l. cum contra. C. eod. tit. Ant. Neguſ. in tract. de pignorib. 1. memb. 6. part. princip. num. 27.*

Et hoc quoad actionem pignoratitiam quam concluſimus, hæredibus debitorum nempe H. & J. Gebrüdern von B. competere contra hæredes creditorum.

Septimò, legibus expreſſe cautum eſt, † fidejuſſorem non aliter obligari, niſi per ſolennem ſtipulationem, *l. Blanditus. C. de fidejuſſorib. l. 5. §. ſatis. acceptio & ibi Iaſ. & Dd. ff. verb. obligat. gloſ. l. ſi procuratorem. §. 1. ff. Mandati Abb. conſ. 75. col. 2. lib. 2. Roland. à Valle. conſ. 38. numer. 10.* 108 Quod uſque adeò verum eſt, ut ſi fidejuſſio facta pacto nudo non veſtiatur cohærentia contractus, *Bald. l. ex placito. col. 17. C. rerum permut. Bald. l. ſi tibi. C. de locat. & conduct. Bald. l. potens. col. 19. ff. de pactis. Iaſ. d. §. ſatis acceptio.* Quodq; etiam de jure canonico fidejuſſio facta abſque ſtipulatione rata non ſit, *Bal. c. 1. & ibi Felin. nu. 14. extr. de pactis. Iaſ. d. l. ſatis acceptio. nu. 7.*

Et ſimiliter clari juris eſt, quod † ex ſtipulatione oriatur actio ex ſtipulatu eo caſu, quando in ſtipulatione non eſt expreſſa certa ſumma, *Inſtit. de verb obligat. in princ.* Ex quo ſequitur, cum in obligatione fidejuſſoria, de qua in caſu præſenti agitur, non ſit expreſſa certa ſumma, quod ex illa fidejuſſione actio ex ſtipulatu oritur, atque hæredibus debitorum, in quorum favorem fidejuſſio facta fuit, detur & competat. 109

Illamq; † ſtipulationem in caſu præſenti interveniſſe, ſatis probatur ex verbo Gelobet haben/und geloben/ inſerto literis reverſalibus, quod verbũ, Loben/ æquipollet verbo, *Promiſit*, atq; ſtipulationem interveniſſe & ſignificat & probat, *l. 1. juncta gl. & traditis per Dd. ibid. C. contrah. & comm. ſtipulat. §. ſi ita ſcriptũ & ibi Angel. & Dd. Inſtit. de inutilib. ſtipulat. Bart. & Dd. l. 1. C. uſuris. facit text. l. ſtipulandum & ibi Dd. ff. verb. obligat. §. fin. & ibi Angel. & Dd. Inſtit. fidejuſſorib.* 110

Et hoc uſque adeò verum eſt, ut procedat, etiamſi hoc verbum † *Promiſiſſe* ſive Loben/ fuerit poſitum in ſcriptura privata, namq; hoc ſimiliter promiſſionẽ per ſtipulationem factam denotat, juxta textum expreſſum, *l. 1. & ibi Bart. Bald. & Dd. C. contrah. & committ. ſtipulat.* 111

Et licet Dd. dubitent, utrum verbum, *Convenire*, inſertum ſcripturæ privatæ ſtipulationem denotet ſive ſignificet, *Bart. Ang. Alex. & Dd. l. lecta & ibi Iaſ. nu. 5. & Hieronym. Butigella in reper. ff. ſi cert. petat.* Attamen clari & indubitati juris eſt, verbum, *Promiſiſſe*, etiam privatæ ſcripturæ inſertũ ſignificare & denotare promiſſionem per ſolennem ſtipulationem factam. Et dubio omni caret, hanc actionem ex ſtipulatu

contra

contra omnes hæredes fidejuſſorum, pertinde ut reliquas actiones ex promiſſionibus ſive contractibus deſcendentes tranſire.

Huic tamen deciſioni nonnihil obſtare videtur, quod in literis reverſalibus verba ſequentia reperiuntur: Vnd wie H. vnd J. von B. Gevettere / P. von P. R. / vnd J. von M. / D. von O. bekennen offenbarlich vor allen / denen die dieſen Brieff ſehen oder hören leſen / daß wir mit vorgenanten Junckern vor ſie vnd jhre Erben mit ſampter Hand in Trewen gelobet haben / den vorgenanten B. vnnd geloben jhn vnnd jhren Erben vnd Nachkommen mit ſampter Handt / in trewen an dieſen Brieff / das ſie jhnen jhr Hauß H. zu löſende thun vnnd geben ſollen / als hievor geſchrieben ſtehet.

Ex quibus verbis videtur colligi, fidejuſſores prædictos promiſiſſe factum alienum atque promiſſionem eorum promiſſionem facti alieni continere, eamque ob cauſam illam promiſſionem ſive fidejuſſionem ipſo jure nullam eſſe. Cum
112 ſit clari & indubitati juris, illam † fidejuſſionem non valere quâ fidejuſſor promittit reum principalem, quid facturum vel daturum, *l. ſicut & ibi Bart. & Dd. ff. fidejuſſorib. gl. l. ſi quis pro eo in princ. & ibi Bart. nu. 2. ff. fidejuſſorib. Zaſ. l. ſtipulatio iſta in prin. ff. verb. obligat. Iaſ. l. inter ſtipulantem, in prin. ff. eod. tit.* Sicut etiam quælibet promiſſio, quà quis promittit, alium quid daturum vel facturum rata non eſt, nec actionem ullam producit, *l. ſtipulatio iſta in princ. & ibi Bart. Alex. Iaſ. Zaſ. & Dd. ff. verb. oblig. l. inter ſtipulantem in prin. & ibi Dd. ff. de eod. tit. l. cum qui §. Iulianus. verſ. ſed ſi quis alium. ff. conſtit. pecun.*

113 Et licet alias ex lapſu † temporis longi vel longiſsimi præſumatur, omnes ſolennitates in actu aliquo interveniſſe, attamen illa præſumtio ceſſat, quando ex inſtrumento producto defectus formæ ſive ſolennitatis aut aliud vitium apparet, *P. Caſtrenſ. conſ. 81. col. 3. in fin. lib. 2. Felinus c. ſicut. col. 15. verſ. ſeptimò & ultimò declara extr. de ſentent. & re judicat. Alex. conſ. 1. col. fin. lib. 4. Iaſon l. 1. col. 5. verſ. quintò limita C. qui admitti Decius conſ. 13. col. 1. conſ. 26. col. 3. conſ. 103. col. 1. Curt. jun. conſ. 130. col. Godz. ad. conſ. 73. col. 5. in fin. Steph. Bertran. conſ. 154. col. 3. lib. 2. Aymon. Cravet. in tractatu de antiquit. tempor. part. 3. §. venio nunc ad tertiam. num. 27. Tiraquell. in tractat. de præſcript. part. 1. §. 1. gl. 4. verſ. 39.* prout in caſu præſenti ex literis reverſalibus videtur apparere, quod fidejuſſores factum alienum promiſerint, nempè quod creditores ſoluto debito debitoribus eorumque hæredibus Caſtrum H. reſtituere velint.

Ad hoc tamen contrarium, quod prima fronte fortiter urgere videtur, multiplex patet reſponſio.

Namque primò certum, eſt, quod omnis actus, omniſque diſpoſitio ita interpretari debeat, ut valeat, *l. quoties & ibi Iaſon ff. verb. obligat. l. quoties. ff. de reb. dubiis.*

Quod uſq; adeò verum eſt, quod † verba 114
potius debeant detorqueri ad ſignificationem impropriam quàm admitti, ut actus vitietur, *l. Scevola. ff. ad SC. Trebellia. l. Sed etſi poſſeſſor. §. Item ſi juravero. & ibi Iaſon ff. de jurejur. l. Inſulam, & ibi Iaſon. ff. de præſcript. verb. Bart. l. ſtipulatio iſta. §. hi qui ſunt, & ibi Iaſon. num. 3. ff. verb. obligat. Iaſ. l. quoties. ff. eod. tit.*

Similiter clari juris eſt, illam † pro- 115
miſſionem ſive fidejuſſionem quâ fidejuſſor ſe obliget, tacitè vel expreſsè ſe curaturum atque facturum ratam eſſe, prout in fidejuſſione hoc expreſſè decidit *Bart. l. ſi pro eo. in prin. num. 2. ff. de fidejuſſoribus*, & in aliis promiſſionibus hoc expreſſè probat text. *§. ſi quis alium: Inſtitut. de inuti. lib. ſtipulat. gl. Decius & Dd. l. fin. §. fin. ff. ſi cert. petat.* Et quod hoc non procedat tantum eo caſu, quando fidejuſſor expreſſis verbis promiſit ſe curaturum atque facturum, quod alius quid ſolvat, ſed etiamſi hoc ex verbis tacitè colligi poſſit, ſatis probat text. *l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis dolum. ff. de verbo. obligat. l. quoties. quis alium. in princ. & l. inter ſtipulationem in prin. ff. eod. tit.* Sed prææallegata clauſula optimè ita interpretari poteſt, quod fidejuſſores promiſerint ſe facturos atque curaturos, quod creditores ſoluto debito Caſtrum H. reſtituere debeant debitoribus. Igitur illa interpretatio omninò capienda eſt, atq; capiendo hanc interpretationem ſequitur illam fidejuſſionem & valere & ratam eſſe.

Secundò legibus expreſſè cautum eſt, 116 quod † utile per inutile non vitietur, *l. 1. § ſi ſtipulanti & ibi Bart. Alexand. Iaſon & Dd ff. verb. obligat. c. utile per inutile & ibi Dyn. & Dd. de reg. jur. lib. 6.*

117 Eodem modo clari juris eſt, quod † fidejuſſio facta ſimpliciter omninò rata ſit & valeat, *Bart. d. l. ſi quis pro eo in prin. nu. 2. ff. fidejuſſorib.*

Et ex literis reverſalibus etiam demptâ præallegatâ clauſulâ ſatis colligitur, fidejuſſionem factam & quidem ſimpliciter Igitur ſequitur, illam clauſulam obligationem fidejuſſoriam non vitiare.

118 Tertiò, † promiſsio facti alieni indiſtincte rata eſt, ſi illa promiſsio facti alieni jurejurando confirmata fuerit, *Raph. Cuma. Roman. & Zaſ. l. ſtipulatio iſta in prin. & ibi Alexand. nu. 4. & Iaſon. num. 6. ff. verb. obligat. Angel. & Imol. l. inter ſtipulantem in prin. ff. verb. obligat. Bald. l. fin. C. non numera. pecun. Abb. c. ex reſcripto arg. gl. ibid. & ibi Felin. num. 18. extr. de jurejuran. Angel. §. verſa vice. Inſtitut. de inutilib. ſtipular.* Eam ob cauſam, quia juramentum facit actum aliquem omni meliori modo & formâ valere, *l. cum pater. §. filium matrem. & ibi Bart. ff. de legat. 2. Bart. l. ſi quis pro eo, in prin. 8. membr. ff. de fidejuſſoribus.*

119 Similiter certum eſt, quod † præſtatio fidei ſive promiſſio per fidem ſuam facta, æquiparetur & æquipolleat in omnibus & per omnia promiſsioni juratæ, *l. ad aures. & ibi Abb. & Dd. extr. quod metus cauſ. gloſſ. c. pen. extr. de jurejuran. gl. c. pervenit. extr. de fidejuſſoribus. Innocent. c. etſi CHRISTVS. extr. de jurejur. Iohan. And. & Anton. de Butr. c. cum tempore, extr. de arbitr. Ioh. And. c. 1. de ſepult. lib. 6. Angel. Ludovic. Roman. & Alexand. l. 3. §. Iurari & ibi Iaſon. num 2. ff. de jurejur. Bald. c. literis. col. fin. extr. de præſumpt. Abb. c. querelam & ibi Felinus num. 7. extr. de jurejuran. Alex. l. ſi quis major. & ibi Iaſon. num. 28. C. de transact. Iaſ. §. Item ſi quis poſtulante. num. 52. & 56. Inſtitut. de actionibus.*

Et licet aliqui Dd. in hoc varient, prout videre licet ex iis, quæ tradit *Covarruv. repet. c. quamvis. 1. parte. §. 2. num. 2. de pactis. lib. 6.* Atq; aliqui velint, illud nullo modo procedere in juramento interpoſito ad confirmandum contractum alioquin invalidum, *Innocent. c. etſi CHRISTVS. & ibi Bald. nu. 7. extr. de jurejuran. Bald. Authen. Sacramenta puber. col. 2. C. ſi advers. vendit. Iaſ. l. 3. §. jurari nu. ff. de jurejur.* Attamen veriſſima Germaniæ conſuetudine receptum & introductum eſt, promiſſionem factam per fidem ſive ſub fide ſuam omnibus & per omnia æquipollere promiſſioni juratæ etiam in iis caſibus, in quib. agitur de confirmando contractũ ſive promiſſione alioquin invalida, & ita in Camerâ Imperiali pronunciatur, prout de hac tàm conſuetudine quàm modo pronunciandi in Camera teſtimonium præbet *Mynſingerus in libell. ſingul. obſervat. judic. Imper. Cam. obſerva. 17. centur. 1.* Cui Mynſingero atteſtanti de conſuetudine in hoc plena fides adhibenda eſt. Cum Doctori atteſtanti de † conſuetudine ſe- 120 cundum magis communem & receptam Dd. ſententiam fides adhibenda ſit, potiſſimum quoad hoc ut illa atteſtatio ſive aſſeveratio talem præſumptionem inducat, cui ſtandum ſit, donec contrarium probetur, prout hoc expreſſè & in ſpecie tradit *Bart. l. de quib. in repet. quæſt. 4. prin. ff. de legib. Bald. c. cum dilectus. col. 4. extr. de conſuetud. P. Caſtrenſ. conſ. 106. Lanfran. c. quoniam contra. col. pen. ext. de probat. Raph. Comenſ. conſ. 212. & conſ. 215. Socin. conſ. 27. num. 10. conſ. 118. nu. 2. conſ. 150. nu. 39. conſ. 68. nu. 29. lib. 1. & conſ. 275. nu. 4. lib. 2. Dec. l. 2. §. mutui datio. nu. 8. ff. ſi cert. pet. Dec. conſ. 420. conſ. 540. & conſ. 559. Curt. junior. tract. feu. par. 4. nu. 11. Curt. jun. conſ. 62. col. 4. Aym. Cravet. conſ. 166. nu. 9. Socin. jun. conſ. 60. col. pen. lib. 2. Roland. à Valle. conſ. 71. nu. 21. 22. & 23. & conſ. 87. nu. 12. In quibus conſ. Dec. Curt. jun. Socin. jun. & Roland. à Vall. atteſtantur, hanc opinionem communiter receptam eſſe.* Ideoque ab illâ opinione recedendum non eſt.

Præterea quoq; clari juris eſt, quod † mo- 121 dum atque conſuetudinem pronunciandi Cameræ Imperialis omnia judicia totius Imperii Romani ſequi & imitari debeant, *§. fin. Inſtitut. de ſatisdat. l. 1. §. ſed & ſi qua leges. C. de vet. jur. enucleand. fac. text. l. fin. C. de ædific. privat.*

Sed in caſu præſenti ſatis liquet, obligationem fidejuſſoriam ſive promiſſionem à fidejuſſoribus factam per fidei præſtationem corroboratam, prout hoc patet ex illis verbis: Jn trewen gelobet haben/ vnd geloben mit ſampter Handt in trewen/ quæ verba promiſsioni per

fidem

ſidem ſive ſub fide facta in omnibus & per omnia æquipollent & idem ſignificant.

Igitur ſequitur, fidejuſſionem de qua in caſu præſenti agitur, omninò validam & ratam eſſe, nec impugnari poſſe ex hoc capite, quaſi fidejuſſores factum alienum promiſiſſent, quæ interpretatio etiam ex lapſu temporis non tantùm longiſſimi, verùm etiam immemorialis coadjuvatur, quem lapſum temporis omnibus actibus maximum robur & firmitatem addere, & dubio omni caret & ex præcedentibus ſatis liquet.

Octavò, Ego juri conſonum eſſe ſtatuo, quod tàm hæredes creditorum, quàm heredes fidejuſſorum ab hæredibus debitorum in uno eodemq; libello conveniri poſſint, eo præſertim caſu, quando cumulatio iſtarum actionum in libello fieret ordinatè & conditionaliter, ut puta, ſi in libello petatur, hæredes creditorum condemnari ad reſtituendum Caſtri H. cum omnibus pertinentiis, omnibus fructibus inde perceptis & percipiendis omniq; & quod intereſt, vel ad ſolvendum vel quod intereſt, ſi ipſi Caſtrum cum fructibus inde perceptis non reſtituerint, & hæredes fideiuſſorum condemnari ad id, ſi & quantò minus ab hæredibus creditorum exigi vel conſequi poſſet.

122 Namq; certi juris eſt, quod † principalis & fidejuſſor in eodem libello conveniri poſſit, *Bald. in addit. ad Speculat. rubr. de litis conteſtatione verſ. eodem libello.* Quod abſque omni dubio verum & communiter approbatum eſt in illis fidejuſſoribus, qui ante excuſſum reum principalem conveniri poſſunt. Ubi enim ſemper & quandocunque cum reo principali in uno eodemq; libello conveniri poſſunt, dummodo actor proteſtetur, quod unicâ ſolutione contentus eſſe velit, prout hoc expreſſè & in ſpecie tradit *Bald. & Salic. l. 1. C. de fidejuſſor. tutor.* Et idem tenet *Bald. l. eo quod. C. ſi cert. petat.* ubi Baldus formaliter inquit, quod in eodem libello poſſint conveniri principalis & acceſſorius, ſi non obſtat beneficium diviſionis, excuſſionis vel ordinis. Eandem ſententiam etiam amplectitur *Socin. c. c. num. 43. verſ. ſi vero ex diverſis cauſis. extr. de libell. oblat.* Idem etiam tenet *Salic. l. eo quod. num. 4. C. ſi cert. petat.* ubi ipſe ſimiliter dicit, conſortes ejuſdem debiti in eodem libello conveniri poſſe, niſi ipſe haberet beneficium excuſſionis, diviſionis vel ordinis.

Sed in caſu præſenti hæredibus fidejuſſorum beneficium excuſſionis non competit eam ob cauſam, quia in caſu præſenti fidejuſſoria obligatio ſive promiſſio à fidejuſſore facta, præſtatione fidei confirmata fuit, quam præſtationem fidei jurejurando æquiparari & dubio omni caret, & in Germania conſuetudine receptum eſt, prout hoc ſupra docuimus. Et certũ eſt, † fidejuſſorem qui interveniente juramento fidejuſſit, beneficio 123
excuſſionis ſe tueri non poſſe, ſed liberum atque permiſſum eſſe, eum etiam ante principalem reum excuſſum convenire, *Bald. Pet. de Ancha. & Abb. c. ex reſcripto. extr. de jurejur. Alex. in addit. ad Bart. l. Marcellus ff. de fidejuſſorib. Alex. conſ. 22. col. 4. lib. 4. Alexand. Conſ. 29. lib. 7. Iaſ. l. fin. in princ. ff. ſi cert. petat. Iaſ. l. accem. ff. de verb. obligat. Hippol. de Marſ. rubr. de fidejuſſor. col. 9. verſ. alius eſt etiam caſus. Corſet. in tract. de juramento privileg. 12. Bavtr. in tract. de virtute juramenti. num. 23. Goz. ad. conſ. 32. col. 2. Iohan. Baptiſt. de S. Blaſio in tr. de arbitr. quæſt. 70. col. 3. verſ. quinta concluſio. Roland. à Valle. conſ. 6. nu. 44.*

124 Quinimò etiam eum † fideiuſſorem qui habet beneficium fidejuſſionis cum reo principali in uno eodemque libello conveniri ſtatuo eo caſu, quando iſtarum actionum cumulatio non fit ſimpliciter, ſed ſubordinatè ſeu conditionaliter. Cum ſit clari & indubitati juris, quod ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam cumulatio duarum plurimumvè actionum indiſtinctè admittatur, eo caſu, quando illa cumulatio non fit ſimpliciter, ſed ſub conditione ſive ſubordinatè etiam in illis caſibus in quibus alioquin cumulatio eſt prohibita, *gl. & Angel. l. qua de inoff. ff. de inoffic. teſtament. gloſ. l. conductores, C. de locat. & conduct. gl. & Dd. l. non ab re C. unde vi. gl. c. Raynaldus. extr. de inſtrumentis. Cyn. l. ordinariis. quæſt. 2. C. de rei vendicat. Innoc. c. dum ex literis extr. de integr. reſtitut. Dyn. Iacob. Butrig. Bald. Nicol. de Neapol. Rudolph. de Auriculis §. rurſus & ibi Iohan. Fabr. nu. 23. & Iaſon. nu. 85. Inſtit. de actio. Alex. l. adita. nu. 18. col. pen. verſ. ſed iſta ſolutio. & ibi Iaſon. nu. 32. C. de edend. Petr. Cyn. & Rayner. l. 1. & ibi Alex. nu. 5. C. de judic.*

Nec obſtat huic veriſſimæ deciſioni,
125 quod traditur † cumulationem actionis perſonalis & hypothecariæ in uno eodemq; libello non poſſe fieri contra diverſas perſonas, *Bald. in fin. C. de actio. & obligat. Addit. ad Dec. l. edita. nu. 77. C. de edend.* Etiamſi illa cumulatio non fiat ſimpliciter, ſed conditionaliter ſive ſubordinatè, prout hoc tradit *Ludo. Roman. conſ. 392.* Et refert atque ſequitur *Fran. Purpurat. repet. l. edita. nu. 176. verſ. & iſta limitatio. Bart. C. de edend.*

Namque reſpondeo primò, in hoc quod videlicet actio hypotecaria & perſonalis cōtra diverſas perſonas ino un eodemq; libello cumulari nequeat, ſimpliciter contrarium tenere, *Socin. l. edita & ibi Dec. nu. 77. C. de edend.*

Secundò reſpondeo, illam contrariam ſententiam ita demum veram eſſe, quando tertius poſſeſſor pignoris contra quem actio hypothecaria inſtituitur, habet beneficium excuſſionis. In quibus terminis loquuntur omnes Dd. pro parte contraria citati. Secus autem eſt, quando is tertius poſſeſſor pignoris non habet beneficium excuſſionis: tunc enim absq; omni dubio actio perſonalis & hypothecaria in uno eodemq; libello etiam ſimpliciter contra diverſas perſonas cumulari & inſtitui poteſt, juxta text. clarum & expreſſum *in d. l. fin. & ibi Bart. Bald. Salic. & Dd. C. de action. & obligation.*

126 Tertiò reſpondeo, † doctrinam *Ludov. Roman. & Purpurat.* volentis actionem hypothecariam & perſonalem contra duas perſonas ſubordinatè ſive conditionaliter cumulari, ſive ſimul inſtitui non poſſe, veram non eſſe. Etiam nec eo quidem caſu, quo is tertius poſſeſſor, contra quem actio hypothecaria inſtituitur, habeat beneficium excuſſionis ſive exceptione excuſſionis ſe tueri poteſt. Nec me quicquam movent illæ rationes, quos *Ludov. Roma.* pro ſua ſententia probanda adducit. Et ad illas omnes rationes facilis eſt reſponſio.

Namque primò *Ludov. Roman.* pro ſua ſententia ſtabilienda adduxit, quod actio hypothecaria ante conventum reum principalē ipſumq; penitus excuſſum non ſit rata, & quod ſic agens actione hypothecaria ante actionem principalem inſtitutam & debitorem principalem excuſſum ſine actione experiatur, quæ ratio manifeſtè falſa eſt. Cum ſit clari & indubitati juris, quod actio hypothecaria contra tertium poſſeſſorem ſit nata etiam ante excuſſum debitorem principalem, prout etiam contra fidejuſſorem actio nata eſt ante excuſſum principalē, verum utroq; caſu agenti ante excuſſionem tantum obſtat exceptio, quæ exceptio ſi non fuerit oppoſita, judiciū in utroq; caſu procedit, *Bart. l. 2. arg. gl. ibid. C. communi dividun. Bart. l. prolatam. C. de ſentent. & inter loc. omn. judic. Bart. l. 1. C. de appellat. Bart. l. ſi mancipium. §. 1. ff. de evict. Bartolm l. prolatam. C. de ſentent. & inter loc. omn. judicio. Baldus Authen. contra rogatum. C. ad Senatumconſult. Vellejan. Alexand. conſ. 31. lib. 4. Iaſon. §. Item Serviana. num. 81. Card. Pariſ. conſ. 109. num. 52. lib. 3. Robert. Marant. in ſua pract. par. 4. §. viceſima. nu. 12.*

Quinimò hæc exceptio excuſſionis non eſt peremptoria, neque actionem inſtitutam perimit vel elidit, ſed eſt tantùm dilatoria, Ideoque non niſi uſque ad litis conteſtationem opponi poteſt, *Cyn. & Bald. l. exceptionem. C. de probatio. Bart. l. 3. ff. de exceptio. Alexand. conſ. 73. libr. 6. conſ. 29, nu. 28. lib. 7. Card. Pariſ. conſ. 103. lib. 3. Iaſon. l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acquirend. poſſeſſ. Iaſ. §. Item Serviana. num. 81. Inſtitut. de action. Neguſant. in tract. de pignor. 2. par. memb. 1. num. 34. Aym. Cravet. conſ. 77. nu. 17. Card. Pariſ. conſ. 109. num. 53. lib. 3.*

Secundò *Roman.* pro ſua ſententia ſtabilienda adducit talem rationem, quia cumulatio illarum actionum, quæ ſe ita habent, quod ſententia abſolutoria lata in una, pariat exceptionem rei judicatæ in alia, non admittitur, ſed ſententia abſolutoria lata ſuper actione perſonali inſtituta adverſus reum principalem parit exceptionem rei judicatæ in actione hypothecaria. Igitur ſequitur, illarum actionum cumulationem ſive concurſum non admittendam, quæ ratio ſimiliter admodum debilis eſt. Cum illa regula, quæ vult, cumulationem duarum pluriumve actionum non admitti, quando illæ actiones tales ſunt, quod ſententia abſolutoria lata in una, prout exceptionem rei judicatæ in alia, ultra multiplices limitationes quas patitur,

non

non habeat locum in pluribus actionibus contra diverſas perſonas inſtitutas, prout hoc expreſſe & in ſpecie tradit *Fr. Aret. l. ex duobus circa fin. col. ff. de duob. reis.* *Et refert ut & ſequitur Fran. Purpurat. repet. l. edita nu. 178. verſ. ſexto timeatur C. de edend.* Et eſt de mente omnium Dd. qui volunt, duos reos debendi in uno eodemque libello ſimul & ſemel conveniri poſſe, *Bart. Ronchegall. & Dd. l. 3. in prin. ff. de duob. reis.* Item & eorum qui volunt, reum principalem & fideiuſſores eo caſu, quo fidejuſſor non habet beneficium excuſſionis, in uno eodemque libello ſimul conveniri poſſe. Et idem probat etiam text *l. fin. C. de actio. & oblig.* Similiter & illa regula, quæ vult, quod duæ actiones quæ ſic ſe habent, quod una propoſita & condemnatione ſecuta & executione facta contingit liberatio ab alia cumulari ſive ſimul & ſemel inſtitui nequeant, quam *Ludo. Roma.* pro tertia ratione ad opinionem ſuam ſtabiliendam allegat, non habet locum eo caſu, quando illæ duæ actiones contra diverſas perſonas inſtituuntur, *Alex. l. edita & ibi Fra. Purpurat. nu. 195. C. de edend. ubi ipſi atteſtantur, eandem opinionem etiam amplecti Paul. Caſtr.*

Et ſic liquet, opinionem *Ludo. Roman.* & nulla firma ratione niti & inſuper urgentiſsima ratione ſuprà relata confutendi, eamq; ob cauſam nullo modo ſequendam.

127 Tum, quia † deſtructo fundamento, deſtruitur & omne illud, quod ſuper ædificatum eſt, *c. cum Paulus. 1. q. 1. l. egi in prin. ff. de except. rei judicat.*

128 Tum, † quia neq; gl. neq; Doctoris opinioni, quæ nulla lege vel ratione urgente probatur, eſt credendum, *Archidiac. c. noluit 11. q. 3. Bald. l. reſpublica. C. ex quibus cauſ. major.* Et illud quod lege non cavetur, in Practica non recipitur *Bald. c. nimi. col. fin. extr. de electio.*

Tum, quia illa opinio, quæ evidenti ratione confunditur, nullo modo ſequenda eſt, *l. 1. §. ſed neq; C. de veter. jur. enuclea. c. Capellanus & ibi Abb. extr. de feriis. Abbas Felinus & Decius cap. 1. extr. de conſtitut. Iaſ. l. cum prolatis. ff. de re judicat.*

Nonò, licet actio pignoratitia perſonalis ſit, *Baldus rubr. C. de pignorat. act. Baldus cap. 1. de feud. dat. in vic. l. commiſſ. & ibi Alexand. in addit.*

Attamen actio † pignoratitia contra eum, qui Creditor pignus ſibi traditum rurſus oppignoravit, datur, *capit. cum contra & ibi Abb. Panorm. extr. de pign. Anton. Neguſant. in tract. de pignor. 2. membro, 7. part. nu. 1. cum 4. ſeqq.* 129

Sin verò creditor † pignus nullo jure alteri vendiderit, contra illum emptorem rei vendicatio datur, *l. cum contra, & ibi Baldus & Dd. C. ſi vendit pign. agat. Anton. Neguſant. in tractatu de pignorib. 2. memb. 7. part. princip. num. 6.* 130

Et idem juris eſſe judico, ſi non conſtet neque probetur, quo titulo pignus ad tertium poſſeſſorem pervenerit, namque cum debitor habeat dominium rei oppignoratæ, ipſe abſque omni dubio contra illum tertium poſſeſſorem, qui non facit fidem, quo jure ipſe pignus acquiſivit, rei vendicatio datur, Cum ſit clari & indubitati juris, rei vendicationem domino competere contra quemlibet poſſeſſorem vel detentorem, *l. unica & ibi Dd. C. de alien. judic. mutan. cauſ. fac. l. officium. ff. de rei vendicat.* Sive ipſe ſit poſſeſſor bonæ fidei, ſive ſit poſſeſſor malæ fidei, *d. l. officium ff. de rei vendicat.* Item ſive habeat cauſſam poſſidendi ab extraneo ſive ab ipſo petitore, *argum. gl. l. ita ut ſi fur. ff. commodati. gl. capit. examinata extr. de judic.*

Necnon ſive ipſe rem petitam poſſideat naturaliter & civiliter, *d. l. 1. C. de alien. judic. mutand. cau. fac.* Sive naturaliter, *Bart. l. Pomponius §. ſi is qui precario. ff. de acquir. poſſ. ff. Iohann. Fabr. §. omnium. nu. 27. & ibi Ang. num. 8. & Iaſon nu. 100. Inſtit. de actionib.* vel civiliter tantum, *gloſſ. Bart. & Alex. d. § ſi is qui precario gl. & Bart. rubr. ff. de rei vend. gl. & Baldus l. 2. C. ubi in rem actio. Iohan. Fabr. d. §. omnium num. 22. & ibi Ang. nu. 8. & Iaſon nu. 100.* Item etiamſi habeat nudam tantum detentionem rei petitæ, *d. l. officium. ff. de rei vendic. Bart. & Alexand. d. §. ſi is qui precario. Iohan. Fabr. §. omnium & ibi Ang. num. 8. & Iaſ. nu. 100. Inſtitut. de actionib.* Contra eum verò, cui juſtè & legitimè pignus à creditore venditum fuit, regulariter debitori nulla actio etiam ne rei vendicatio quidem datur vel competit, *l. fin. C. ſi vend. pign. agat.*

Quod tamen ita demum verum eſt, niſi debitor creditori non integram rem

ſed

ſed tantum jus certum & limitatum ad tempus certum vel incertum in re aliqua pignori dederit.

Tunc enim creditori non permittitur etiam ſervatis ſervandis vendere totam illam rem, in qua re ipſi jus certum & limitatum pignori venditum eſt, ſed ei conceditur tantum jus illud certum & limitatum alteri vendere, eam ob cauſam, quia limitata cauſſa pignoris limitatum effectum producere debet, nec venditio propter pignus ſive qualitatem pignoris permiſſa, ultra id quod pignori datum vel conceſſum eſt, porrigi vel extendi
131 debet. Cum † limitata cauſſa ſemper limitatum effectum producat, *l. Cancellaverat. ff. de his quæ in inſtrumento de lent. l. cum ſervo in prin. & ibi Bald. ff. de contrahend. empt. l. 2. & ibi Bald. ff. de ſervis exportand. l. in ratione. §. fin. ff. ad l. Falcid. l. Ita autem in prin ff. de adminiſtrat. tutor. l. in agris & ibi Alber. de Roſat. ff. de acquir. rer. dom. L. Cum pater. § dulciſſimis ff. de legar. 2. l. gratuitam. §. 1. ff. de præſcript. verb. l. ſed ſi plures §. ad ſubſtitutos verſ. in arrogato & ibi Bald. Imol. Raph. Comenſ. Alexand. & Iaſon ff. de vulgar. & pupill. l. milites agrum. in pr. ff. de re milit. l. age cum Geminiano & ibi Bald. Salicet. & Iaſ. C. de tranſact. cum multis ſimul allegatis per Tiraquell. in tract. ceſſante cauſſa part. 1. nu. 142.*

Et hoc jure † limitato reſoluto ſive
132 extincto, & ipſum jus quoque pignoris, item & omnia quæ ex eo vel ob id ſecuta ſunt, extingui, dubio omni caret. prout hoc quod extincto limitato, huic pignori conceſſo etiam ipſum jus pignoris extinguatur, ſatis probat textus, *l. ex vectigali ff. de pign. cum ſimil. ſuprà allegatis.*

Et quod extincto jure limitato pignori conceſſo & omne quoq; illud, quod ex eo vel ob id ſecutum eſt, extinguatur & annulletur, ſatis probatur ex eo, quod deſtructo antecedenti & omne quoque illud, quod in conſequentiam illius venit, deſtruatur, juxta text. expreſſum *l. cum officiis extr. de præſcript. Bald. l. conventiculam. C. de Epiſc. & Cleric. cum ſimilib. allegat. per Nicol. Everhard. in loco à deſtruct. antecedentis facit text. l. non dubium. C. de legibus.*

Ideoque dubio omni caret, quod hoc jure limitato pignori conceſſo extincto, tam debitori quam hæredi debitoris permittatur rem pignori conceſſam à quocunque tacito poſſeſſore vendicare, etiamſi ipſe tertius poſſeſſor illud pignus à creditore ſervatis ſervandis emerit, & ſatis probatur per text. *cap. 1. de feud. Guar. & id quod tradit Bald. Alvarot. & Præpoſ. c. 1. §. fin. de his qui feud. dar. poſſ.*

Et ſic ex prædictis infertur, pro deciſione caſus noſtri forſan in poſterum apparebit vel liquere poſſit, quo jure moderni poſſeſſores Caſtrum H. à creditoribus, nempe R. & H. à C. aut eorum ſucceſſoribus rurſus pignori datum fuerit, ſoluto vel depoſito debito H. & I. den B. hæredibus debitorum contra ipſos actionem pignoratitiam competere ad repetendum Caſtrum H. cum omnibus fructibus inde perceptis & percipiendis.

Sin autem conſtare poſſit, illos Caſtrum H. titulo emptionis à creditoribus ſive ſucceſſoribus creditorum non ſervatis ſervandis comparaſſe, hæredibus debitorum rei vendicatio contra modernos poſſeſſores daretur.

Idem ego juris eſſe judico, etiamſi probari poſſit, modernos poſſeſſores Caſtrum H. à creditoribus eorumve ſucceſſoribus ſervatis legitimis ſolennitatibus in alienatione pignoris requiſitis acquiſiviſſe. Dummodo tamen vel conſtet vel probari poſſit. Caſtrum H. ad debitores G. & H. die B. tanquam feudum, & non tanquam allodium ſpectaſſe. Namque eo caſu debitores intelligerentur tantum pignori obligaſſe illud jus limitatum, quod ipſi in iſto Caſtro pro tempore vitæ ſuæ habuere. Ideoque per mortem ipſorum & omne jus pignoris & venditio ejus prætextu ſecuta penitus extincta fuiſſent.

Neque hoc caſu † hæredibus debitorum 133
obſtaret illa regula, quod hæredis contra factum defuncti venire non permittatur. Tum, quia hic contractus non extenditur ultra vitam debitorum. Ideoque ſucceſſores poſt mortem debitorum repetentes rem pignori obligatam, & prætextu pignoris obligatam non poſſunt dici venire contra factum defunctorum, *arg. l. manumiſſiones ff. de juſt. & jure. l. ejus qui ff. ſi cert. petat. l. Nam & ſi. ff. de injuſt. rupt. irrit. fac. teſtament. l. decem & ibi Iaſon & Dd. ff. de verb. obligat.*

Tum

Tum, quia illa regula, quæ vult, quod hæres contra factum defuncti venire nequeat, non habet locum eo caſu, quando obligatio ex facto defuncti deſcendens non eſt ad hæredes tranſitoria, *Bald. l. cum a matre. num. 5. C. de rei vend. Bald. l. 2. C. de inoff. donatio. Bald. l. 2. C. ſi quid in fraud. patr.* Ex quo ſequitur, licet moderni poſſeſſores propter antiquitatem temporis habeant pro ſe illam præſumptionem, quod ipſi Caſtrum H. acquiſiverint intervenientibus omnibus legitimis ſolennitatibus, ſi tamen probari atque fides fieri poſſit, Caſtrum H. ad debitores tanquam feudum antiquum & paternum ſpectaſſe, ſucceſſoribus debitorum permitti contra illos poſſeſſores agere, atque ab iis Caſtrum H. repetere.

Et hæc deciſio confirmatur ex eo,
34 namque † venditio pignoris à creditore facta non debet plus operari, quàm ſi ipſe debitor illud jus ſive illam rem, quam ipſe pignori dedit, vendidiſſet, *Cyn. Bald. & P. de Caſtr. l. 1. C. ſi ſervus exceu. Anton. Negusant. in tract. de pignor. 1. memb. 6. part. princ. nu. 13.*

Et certi & indubitati juris eſt, quod is Vaſallus vendat alteri illud jus limitatum, quod ipſe in feudo pro tempore vitæ ſuæ habet, ſucceſſori ipſius ipſo mortuo indiſtinctè permitti feudum alienatum repetere, etiamſi ipſe ſucceſſor ſit hæres Vaſalli defuncti, prout hoc ex ſuprà dictis rationibus ſatis liquet.

Et hoc uſque adeo verum eſt, ut hoc
35 caſu † hæredibus & ſucceſſoribus Vaſalli permittatur feudum alienatum etiā precio non reſtituto repetere, etiamſi hæreditas Vaſalli alienatoris ſit ſolvendo, & illi ſucceſſores etiam non confecto inventario hæreditatem alienatoris adiverint, prout hoc expreſſe in ſpecie tenet *M. de Afflict. c. 1. §. hoc quoq; nu. 8. de ſucceſſ. feud. P. Sonsbeck in tractatu. feud. 13. part. num. 136.*

36 Et comprobatur, tum quia hic † contractus venditionis ad tempus incertum vitam nempe alienatoris initus fuit.

Et clari juris eſt, quod contractu venditionis ad vitam inito, tempore elapſo & ſic reſoluto contractu emptori precium refundi non debeat, *argum. capit. 1. de feudo. Guard. Baldus Alvar. & Prepoſ. cap. 1. §. fin. de his qui feud. dar. poſſ.*

Tum, quia evicta re alienata vel ab ipſo alienatore, vel etiam ab hærede ipſius, vel ex natura rei in contractum deductæ, vel ex natura contractus, neque ipſe alienator neque hæres ipſius precium reſtituere tenetur ei, à quo hæc res evicta fuit, *Bald. Salic. P. Caſtrenſ. & Dd. l. ſi familia. C. famil. hercisc. Bartolus l. qui Roma. §. duo fratres quæſt. 1. n. 11. & 12. & ibi Iaſon. num. 34. 35. & 36. ff. de verb. obligat. Alexand. conſ. 21. nu. 7. libr. 5.* Tum per id, quod tradit *Bald. Alvar. & Prepoſit. cap. 1. §. rurſus quibus mod. feud. amitt.* Vbi ipſi concludunt, feudo alteri quolibet titulo conceſſo ex natura feudi evicto, eum, cui hoc feudum evictum eſt, de evictione contra hæredes alienatoris agere non poſſe. *argum. l. ſi ſtipulat. §. frumenta ff. de contrahend. emptio. l. ſi ea res. ff. de actionibus emption. l. ſi quis domum. §. hinc ff. locat. & conduct. l. flumini. §. ſervus. ff. de damn. infect.*

Tum etiam per id, quod tradit *Prepoſ. cap. 1. §. Titius. col. 4. verſ. item quæri poteſt. ſi de feud. def. content.* Vbi ipſe expreſſe tradit, agnatum proximiorem, qui Vaſallo alienatori feudi etiam in aliis bonis ſucceſſit, feudum alienatum repetentem, ei à quo hoc feudum repetit, precium ſolvere non debere, ſi ipſe ſcivit, Vaſallum in præjudicium agnatorum ſuorum feudum alienare non potuiſſe.

Deinde hoc uſque adeò verum eſt, ut procedat, etiamſi † venditor feudi em- 37
ptori expreſſe de evictione caveat. Namque hæc cautio de evictione & ſecundum naturā contractus principalis intelligenda & ita accipiēdā eſt, ut non extendatur ad illam evictionē, quæ ex natura contractus deſcendit, nec obligationē principalis contractus ampliet, ultra id, quod alioquin in principali contractu deductum eſt, *l. ſunaum meum, ff. de evictionibus Bart. Bald. Salic. Petr. Caſtrenſ. & Dd. l. ſi familia C. famil. herciſcun. fac. text. l. 1. §. ſi ſub condit. ff. ut legat. ſive fideicomm. nomine caveatur.*

Quinimò etiamſi Vaſallus vendendo feudum hoc expreſſe egerit, quod ipſe non tantum illud jus, quod

ipſe

ipſe in feudo pro tempore vitæ ſuæ habet ſed totam rem feudalem atq; ita & jus, & filiorum & agnatorum transferre voluerit, hoc tamen ipſo mortuo neque filiis neque agnatis ſucceſſoribus feudi nocet, quò minùs ipſi feudum alienatum revocare poſſint juxta textum expreſſum, *c. 1. in princ. & ibi Dd. & §. hoc quoq;, & ibi Dd. de ſucceſſ. feud. c. 1. §. Titius filios. & ibi Dd. ſi de feud. def. conten. cap. 1. in prin. de alien. feud. patern.* Et illud latiſſimè tradit *Arius Pinell. repet. l. 1. par. 3. nu. 92. uſq; ad nu. 99. C. de bonis mater.* Et ego etiam illud latiſſimè tradidi & declaravi in Tractatu meo, feud. 8. part. nec non etiam in plurimis conſiliis à me conſcriptis in illa materia.

Et ſic ex prædictis liquet, quod ſucceſſores debitorum nempe H. & I. Gebrüdere/ die B. habeant & actionem pignoratitiam contra hæredes & ſucceſſores creditorum nempe R. & H. à C. & actionem ex ſtipulatu contra hæredes fidejuſſorum & etiam actionem realem contra modernos poſſeſſores Caſtri H.

Et licet ipſi omnibus illis actionibus experiri poſſint, ego tamen utilius eſſe judico, ut ipſi primò inſtituant actionem pignoratitiam contra hæredes creditorum; atque cum illa cumulent actionem ex ſtipulatu contra hæredes fidejuſſorum. Namque ultrà hoc, quod intentio & fundamentū illarum actionum per literas reverſales contra hæredes tàm creditorum quàm fidejuſſorum plenè probatur, per actionem pignoratitiam & actionem ex ſtipulatu inſtituendam contra hæredes creditorum & fidejuſſorum ipſi conſequi poſſunt, non tantum æſtimationem Caſtri H. venditi, verùm etiam omnium fructuum inde à tempore contractus initi præceptorum & percipiendorum, prout hoc ſuprà docuimus. Per actionem verò realem inſtituendam contra modernos poſſeſſores ipſi Caſtrum H. quidem cum pertinentiis recuperare poſſent, ſed poſſeſſores moderni propter præſumptam bonam fidem ad reſtitutionem omnium fructuum non tenerentur, prout hoc ſatis patet ex textu *l. certum & ibi Bald. Salic. & Dd. C. de rei vend. Bart. & Dd. l. ex diverſo §. 1. ff. eod. tit. Abb. Auguſt. Bero. & Dd. c. gravis. extr. de reſtitut. ſpol.*

Prætetea multæ aliæ rationes aſſignari poſſent, quare & tutius & utilius eſſet, prius pignoratitiam actionem contra hæredes creditoris inſtituere & cum illa actionem ex ſtipulatu contra hæredes fidejuſſorum cumulare, quas rationes brevitatis cauſſa omitto.

Vltimò quoq; indubitati juris eſt, quod ſententia † abſolutoria lata contra eum, qui actione pignoratitia egit contra hæredes creditorum, & cum illa actionem ex ſtipulatu cumulavit contra hæredes fidejuſſorum, non pariat exceptionem rei judicatæ, quæ nocere poſſit illi ipſi poſtea agenti actione reali rei vendicatione nempe contra poſſeſſorem ejusdem rei, cujus reſpectu ipſe prius pignoratitia egit. 131

Similiter & è converſo indubitati juris eſt, quod ſententia abſolutoria lata contra eum, qui prius actione reali contra poſſeſſorem fundi egit, non obſtet illi ipſi poſtea pignoratitia vel actione ex ſtipulatu agenti, prout hoc ſatis probat text. *l. cum quæritur cum duab. legib. ſeqq. ff. de except. rei judic.*

Quartam quæſtionem quod attinet, exiſtimo creditorum hæredes jure in præſenti caſu contra actionem pignoratitiam nullo modo præſcriptione ſe tueri poſſe: non conſiderato, quod à tempore initi contractus ducenti & quadraginta anni elapſi ſint, intra quod tempus nulla retrovenditio vel luitio facta eſt.

Simili modo fidejuſſorum hæredes contra actionem ex ſtipulatu nulla præſcriptione ſe tueri poterunt.

Quod ſi etiam doceri vel deduci poſſet, Caſtrum H. unà cum ſuis pertinentiis debitorum nimirùm G. & I. fratrum de B. vetus & avitum feudum fuiſſe & H. & I. fratres de B. ut debitorum poſteri & feudi ſucceſſores ſæpedictum Caſtrum H. à præſentibus poſſeſſoribus illorum bonorum, utpote avitum feudum repetere vellent, poſſeſſoribus illis præſentibus contra hanc impetitionem nullam præſcriptionem opitulari poſſe: Caſu verò non poſſe probari, Caſtrum H. fuiſſe debitorum avitum feudum: Et econtra à poſſeſſoribus probari poſſet, quod ultra juris præſcriptum tempus ſæpenominatum Caſtrum H. in poſſeſſione & uſurpatione habuerint: poſſent ſe contra impetitionem illam, quam debitorum hæredes contra illos inſtituere vellent, exceptione præſcriptionis tueri. Niſi forſan debitorum hæredes docere poſſent, quod præſentes poſſeſſores ſciviſſent, Caſtrum

H. ipſis

H. ipſis ſuisq; majoribus jure hæreditario pertinuiſſe: Et quod ideò in mala fide fuerint: vel quod creditores nimirum R. & H. de B. ipſorumvè hæredes caſtrum H. præſentibus poſſeſſoribus non hæreditario modo vendidiſſent, ſed ſolummodò ut illis in pignus illud tradidiſſent: In quibus duobus caſibus tertio poſſeſſori nulla præſcriptio opitulari poterit: etiam poſito, caſtrum H. non eſſe feudum, ſed allodiale: quæ deciſiones ſequentibus jurium fundamentis demonſtrantur.

Cæterum cum conſulentes admo-
139 neantur, quod ubi emergit † grande dubium, non debeamus paſſim reſpondere, ſed debeamus ponderare ac diſputare articulum, *Præpoſ. cap. 1. col. 2. de eo qui ſibi & ſuis hæredibus.* Atque & diſputando facilius veritas & inveniatur, *l. munerum. §. miſta. ff. de muneribus & honoribus. l. cum quidam. & ibi Iaſ. 6. notabil. ff. de liber. & poſthum.* Et magis ſplendeſcat in lucem, *c. gravem. 35. q. 9. gloſ. antepenult. cap. cum Ioannes Etemit. extr. de fide inſtrument.* Nec non etiam viam ferro aperiat, qui per contraria tranſit, *Baldus l. precibus. col. 5. C. de impub. & alijs ſubſtitutio. Baldus l. ſi pecuniam. ff. de condict. ob cauſam.*

Ego, ut harum deciſionum veritas magis eluceſcat, primò deducam omnes illas rationes, quæ hiſce veriſſimis deciſionibus obſtare videntur, Deinde haſce noſtras deciſiones & textibus & rationibus comprobabo, & ad omnia illa, quæ pro contraria parte adducta ſunt, reſpondebo, ita ut ex illis quilibet videri poſſit, haſce deciſiones & veras & jure & æquitate niti.

Primò itaque pro contraria ſententia
140 adduci poteſt, quia † omnes actiones omniaque jura, quæ non minori tempore extinguuntur, præſcriptione triginta annorum amittuntur ſive actiones ſunt reales ſive ſunt perſonales ſive mixtæ, *l. ſicut. & l. omnes. & ibi Doctores C. de præſcript. 30. vel 40. annorum. l. hæreditatis. C. de petit. hæredit.*

Et confirmatur ex eo, namque præſcriptione triginta annorum tollitur & jus repreſſaliarum, *Ang. conſ. 196. Dec. conſ. 267. conſ. 172. col. 5.* & jus præſtandi cautionem, *Baldus cap. cum non liceat. col. 1. extr. de præſcript. Iaſ. l. hujuſmodi. in princip. ff. de legat. 1.* Jus collectandi, *Decius conſil. 142. col. 1. lib. 3.* Jus eligendi, *Cyn. Petrus & Salicet. l. 5. §. aquæd. C. de ſervitut. & aqua.* Jus proponendi errorem calculi, *gloſ. l. calculi. ff. de adminiſt. rerum pertinent. ad civit. Iaſ. & Alexan. l. 1. C. de errore calculi. Iaſ. conſ. 210. lib. 2.* Et hoc habet locum non tantùm de jure civili, ſed etiam de jure Saxonico. Namque ſecundum diſpoſitionem juris Saxonici tàm res immobiles quàm jura & actiones 30. annis, Item anno & die præſcribuntur, *art. 29.* Landrecht. *lib. 1.*

Cum itaque in caſu præſenti poſt contractum initum elapſi ſint ducenti & quadraginta anni, atque etiam forſan moderni poſſeſſores caſtrum H. ultra 30. vel 40. annos poſſederint, videtur dicendum per lapſum illius temporis & actionem pignoratitiam contra hæredes creditorum, & actionem ex ſtipulatu contra hæredes fidejuſſorum, nec non etiam omnem actionem contra tertios poſſeſſores caſtri H. ſublatas & extinctas.

Secundò, pro hac ſententia com-
probanda facit. Namque etiam † in feu- 141
dis præſcriptio 30. annorum currit, quod locum habet, ſi vaſallus ſe præſcriptione contra dominum feudi tueri velit, ſive ipſe ſe tueri velit contra dominum feudi præſcriptione quoad utile dominium tantùm, *cap. 1. §. ſi quis per triginta. & ibi Dd. ſi de feud. def. content. Franciſc. Balb. in tract. de præſcript. 4. part. 4. partis princip. 12. q. princip. q. 1.* Sive ipſe velit tueri præſcriptione contra dominum feudi quoad acquirendum directum dominium, *Ioan. de Imol. cap. ad audientiam. & ibi Abb. num. 17. & Felin. num. 22. extr. de præſcript. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. Rubric. de præſcriptio. Corn. conſ. 268. numer. 19. lib. 4. Cardinal. Patiſ. conſ. 25. num. 31. lib. 1. Iacob. de S. Georg. in tractat. de Feudis. numer. 34. Franciſc. Balb. in tractat. de præſcript. 4. part. 4. partis princip. 12. q. principalis. quæſt. 6. Aymon Cravetta in tractat. de antiquitat. tempor. 4. part. §. abſolutis. numer. 29. Iaſon l. 1. num. 46. C. de ſervis fugitivis.*

Deinde hoc etiam procedit, ſi extraneus ſe contra dominum feudi præſcriptione tueri velit. Namque & iſto caſu præſcriptio triginta annorum locum habet, *gloſ. Bald. Nicol. de Neap. Iacob. de Belviſ. Alvarot. & Præpoſit. cap. 1. §. præterea. de Capit. Corradi Rayner. & Dd. authent. niſi tricennali. C. de bonis maternis. Franciſc. Curt. ſenior conſ. penult. Franciſc. Balb. in tractat. de præſcript. 4. part. 4. partis princip. 12. quæſtio. princip. quæſtio. 4.*

Similiter hoc procedit, etiamſi quis contra vaſallum præſcriptione ſe tueri, vel præſcriptionem allegare velit. Hoc enim caſu etiam triginta annorum præſcriptio currit, *gloſ. Hoſtienſ. Panormit. Felin. & Doctores cap. ad audientiam, extr. de præſcriptio. Roman. conſil. 165. Franciſc. Balb. in tractat. de præſcriptio. 4. part. 4. partis princip. 12. quæſt. princip. quæſt. 2.*

Eodem modo & hoc procedit, ſi feudum à vaſallo fuerit alienatum in quendam extraneum, Namque is extraneus poſſeſſor, qui feudum a vaſallo quolibet titulo acquiſivit ſe 30. annorum præſcriptione, tàm contra filios, quàm contra agnatos vaſalli illud feudum repetere volentes tueri & defendere poteſt, *gloſ. Andr. de Iſern. Bald. Alvarot. Præpoſit. Matth. de Afflict. & Frideric. Schenck cap. 1. §. Titius filius ſi de feud. def. content. Bald. conſ. 16. lib. 1. Paulus Caſtrenſ. conſil. 83. col. 2. lib. 2. Alexand. conſil. 15. num. 11. lib. 5. Alexand. l. ſi mihi & Titio col. final. ff. de verbor. obligat. Iaſon conſil. 139. lib. 2. & conſ. 7. lib. 3. Dec. conſ. 164. col. 2. conſil. 88. col. 3. & conſ. 395. ad finem. Rubinus conſil. 151. numer. 19. & conſ. 213. numer. 9. lib. 1. Anton. Rub. conſ. 85. Brun. conſil. 60. col. 3. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. cum pacto de non alienan. col. 5. Zaſius in tract. feud. 9. part. numer. 29. Cardinal. Pariſ. conſ. 28. lib. 1. Franc. Sonsbec. in tractat. feudal. 13. part. numer. 138. & 139. Franciſc. Balb. in tractat. de præſcript. 4. part. 4. partis princip. quæſt. 7. quæſt. princip. 12. Ioann. Neviz. conſ. 10. num. 4. Tiraquell. in tractat. de vir. ven. part. 1. §. 1. gl. 10. num. 4.*

Ex quo videtur inferendum, etiamſi caſtrum H. eſſet feudale per lapſum triginta annorum omnes omninò actiones, quas hæredes debitorum ratione illius caſtri habent aut habere poſſent, ſublatas eſſe.

142 Tertiò, pro hac ſententia comprobanda objici poteſt. Namque & officium Judicis † lapſu ſive curſu 30. annor. tollitur ſive præſcribitur, *gl. l. ſicut. verb. perſecutione. & ibi Bart. Bald. Salicet. & Angel. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. gloſ. 1. l. querelam. C. de falſis. Oldrad. conſ. 156. in ultim. dubio. Bart. Imol. Roman. & Iaſon. l. Prætor ait. §. fin. ff. de oper. nov. nunc. Bart. l. ſi ſocietas. §. arbitrarium. col. 3. ff. pro ſocio. Bald. l. 2. col. 2. C. de exceptio. rei judicat. Bald. l. fin. col. 6. C. de contrah. empt. Bald. l. data. col. antepenult. verſ. ſed quid ſi bannitus. C. qui accuſa. poſ. Baldus cap. Quintavallis. col. 3. & col. final. extra de jurejurand. Baldus conſil. 142. conſ. 322. conſil. 325. conſil. 342. col. final. lib. 1. & conſil. 410. circa med. lib. 4. & conſ. 189. lib. 5. Anton. de Butr. conſ. 26. col. 3. dubio 2. Ioann. de Platea l. qui gravatos. 2. notabil. C. de cenſibus. lib. 11. Corn. conſil. 244. col. 2. lib. 4. Matth. de Afflict. deciſ. Neapolit. 245. ad fin. Dec. conſil. 277. col. 3. & conſ. 272. col. 5. Franc. Balb. in tractat. de præſcript. 4. part. 4. part. princip. quæſt. 30.*

Quod tamen officium † Judicis conſtat meri facti eſſe ſive in facto conſiſtere, 143
Bald. l. cum notiſſimi. in princip. numer. 17. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum. Angel. §. actionum. numer. 54. Inſtit. de action. Hieronym. Schurff. conſ. 90. num. 34. lib. 3.

Ex quo ſequitur, etiam illa, quæ facti ſunt ſive in facto conſiſtunt 30. annis præſcribi.

Quartò, non tantùm actioni jam natæ, verùm etiam † facultati, ex cujus 144
facultatis exercitio oritur actio ſive jus deducibile in judicium præſcribitur ſpacio triginta annorum, *Bartol. l. 1. ff. de condit. ex lege. Bald. & Angel. l. cum notiſſimi. in princip. C. præſcript. 30. vel. 40. annorum. Angel. & Immol. l. pignori. ff. uſucap. Angel. l. ſi finita. §. poſtea autem. ff. damn. infect. Immol. cap. quoniam frequenter. extr. ut lite non conteſt. Angel. §. actionum. numer. 54. Inſtit. actionib. Hieron. Schurff. conſil. 90. numer. 34. lib. 3. Aymon Cravett. in tractat. de antiquit. tempor. §. circa præmiſſa. num. 37.*

Et confirmatur ex eo, quia & † juris 145
adeundi hæreditatem, quod jus adeundi in mera & libera voluntate & facultate hæredis inſtituti, ſive ab inteſtato pendet, præſcribitur ſpacio triginta annorum, *Bald. Angel. Raphael. Fulgoſ. & Dd. l. licet. C. de jure deliberat. Bart. conſ. 229. Bald. l. divortio. lect. 3. col. 1 ff. negot. geſt. Bald. conſ. 12. col. 2. lib. 1. conſ. 410. conſ. 450. lib. 4. conſil. 168. col. 1. lib. 5. conſil. 386. eod. lib. 5. Immol. l. 3. ff. acquir. hæredit. Immol. conſ. 73. circa princip. Roman. conſ. 71. col. 2. Paulus Caſtrenſ. l. ſi quis ſuus. ff. jure deliberat. Caſtrenſ. conſil. 279. conſ. 410. col. 2. lib. 1. conſ. 22. col. fin. & conſ. 120. col. 1. lib. 2. Cepoll. cauſarum civil. conſ. 66. col. fin. Corn. conſ. 299. col. 1. lib. 3.* ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionem communem eſſe. Et idem tradit is idem *Corn. conſ. 206. lib. 3. conſ. 17. col. 6. & conſ. 90. col. 3.*

lib. 4. Socin. conſil. 63. col. 3. conſil. 81. in fin. lib. 1. Iaſon conſil. 19. poſt princip. lib. 1. Felin. c. de quarta. col. 3. verſ. & ſciendum extr. præſcription. Franciſc. Balb. in tractat. de præſcriptionib. 4. part. 4. partis princip. quæſtio. 19. Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. revertatur. numer. 392. C. revoc. donation. Tiraquell. in tractat. de utroque retract. part. 1. §. 36. numer. 37. Cardinal. Pariſ. conſil. 32. numer. 16. lib. 3. in quibus locis *Felin. Balb. Pariſ. & Tiraquell.* atteſtantur, hanc opinionem communiter receptam eſſe.

Quod etiam de jure Canonico procedit, quia & ſecundum illud jus facultas ſive jus adeundi hæreditatem præſcriptione 30. annorum tollitur, *Bald. conſ. 12. col. 2. lib. 1. Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. revertatur. num. 392. C. revoc donatio.*

146 Similiter & jus immiſcendi ſe † hæreditati ſibi delatæ, quod ſimiliter in mera facultate ſive voluntate illius, cui hoc jus delatum eſt, conſiſtit, amittitur per negligentiam 30. annorum, *gloſ. Bald. Angel. Raphael. Fulgoſ. Alex. Iaſ. & Dd. l. licet. C. de jure deliberand. Bartol l. filio præterito. ff. injuſto rupto irritoq́ fact. teſtament. Bald. conſil. 12. col. 2. lib. 1. Angel. lib. 1. C. quando non petent partes. Raph. Comenſ conſil. 29. Paul. Caſtrenſ. l. ſi quis ſuus. ff. jure deliberan. Corn. conſ. 70. lib. 4. Iaſ. conſ. 19. col. 2. lib. 2. Franc. Balb in tract. de præſcript. 4. part. 4. partis princip. quæſt. 19.*

147 Eodem modo & juri petendi † ſupplementum legitimè, quod ſupplementum legitimæ non antea debeatur filio, niſi illud petitum fuerit, *gloſ. Bart. & Dd. l. ſi quando C. de inoffic. teſtament. gloſ. d. l. ſi etiam qui in poteſtate. ff. de legat. præſtand Bald. l. ſi conſtat. C. de compenſation Corn. conſ. 264. col. 2. lib. 1. Iaſ. l. de pupillo. §. qui opus. col. 1. notab. ff. de oper. nov. nunc.* lapſu ſive ſpacio 30. annorum præſcribitur ſecundum communem atq; receptam Dd. ſententiam, *Bald. Salic. Angel. Paul. Caſtrenſ. Floria. Iaſ. & Dd. l. ſi quis filium. C. de inoffic. teſtam. Paul. Caſtr. conſ. 109. dubio 1. lib. 2. Petr. de Anchor. conſ. 440. Ang. l. Papinianus. §. ſi conditioni. col. ff. de inoffic. teſtam. Raph. Fulgoſ. conſ. 84. col. 2. Imol. l. planè. §. 5. duobus. ff. de legat. 1. Alex. conſ. 228. col. 5. lib. 5. Angel. Aretin. §. 1. col. 2. Inſtit. de inoffic. teſtam. Guido Papienſ. deciſ. 92. Rubr. conſ. 26. num. 6. lib. 3. Dec. conſ. 33. col. 1. & 2. Franc Balb. in tract. de præſcriptio. 4. part. 4. partis princip. quæſt. 23. cum multis ſimilibus allegatis. per Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. revertatur. numer. 396. C. de revocand donationib.*

His adde, quod † præſcriptione 30. annorum tollatur, & jus petendi legatum ſive fideicommiſſum, *Baldus conſil. 137. & conſil. 168. col. 1. lib. 5. Dec. conſil. 277. col. 3. & jus ratificandi. Baldus conſil. 12. col. 2. lib. 1. conſil. 386. lib. 5. Corn. conſil. 221. col. fin. lib. 3.* & jus inſinuandi ſive petendi inſinuationem, *Angel. conſil. 179. col. fin. Ruin. conſil. 44. num. 21. lib. 1.* & jus petendi executionem, *Innoc. & Bald. c. pen. extr. de except. Ruin. conſ. 67. col. 1. lib. 5.* 148

Nec non etiam jus petendi † reductionem laudi vel ſententiæ arbitri ad arbitrium boni viri, *Cyn. l. ſocietatem. §. arbitrorum. & ibi Alberic. & Bald ff pro ſocio. Oldrad. conſ. 156. cum multis ſimilibus allegatis per Tiraquell. in tractat. de utroq; retract. part. 1. §. 36. gloſ. 2. num. 39.* 149

Huc accedit, quod licet † contractus qui vitio nullitatis laborat, non aliter nullus eſſe cenſeatur, niſi is cujus favorem illa nullitas reſpicit, illum contractum nullum eſſe voluerit, & illam voluntatem ſuam declaraverit, *gloſ. & Bart. l. eleganter. in princip. ff. de dolo malo. gloſ. l. jurugentum. §. Prætor ait. verb. dolo malo. & ibi Bald. Angel. & Dd. ff. de pactis.* 150

Quod tamen juri dicendi contractum nullum præſcribatur ſpacio 30. annorum, *Baldus & Angel. l. ſicut. C. de præſcript. 30. annorum. Bald. conſil. 310. lib. 4. conſil. 389 lib. 5. Socin. conſil. 106. col. 2. lib. 3. Tiraquell. in tractat. de utroque retract. part. 1. §. 36. gloſ. 2. numer. 38. Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. revertatur. numer. 393. C. de revoc. donatio.*

Quodq́ue & juri † agendi ad commiſſum ſive petendi rem emphyteuticam, quæ propter Canonem non ſolutum in commiſſum incidit, præſcribatur ſpacio 30. annorum, *Guido. Papien. deciſ. Delph. 412. Tiraquell. in tract. de utroque retract. part. 1. §. 36. gloſ. 2. numer. 41.* Licet illud jus petendi rem emphyteuticam, quæ propter Canonem non ſolutum in commiſſum incidit, ſecundum communem & receptam Doctorum ſententiam non naſcatur, niſi poſtquam dominus directus voluntatem ſuam declaraverit, quod velit illam rem propter Canonem non ſo- 151

lūm in commiſſum incidiſſe, *l. 2. & ibi gloſ. & Bartol. ff. ſi ager vectigal. vel Emphyteu. petat. l. 2. & ibi gloß. Bart. Bald. Angel. Salicet. Iaſon & Dd. C. de jure Emphyteu. §. ſicro autem. auth. de non alienan. vel permut. reb. Eccleſ. cum multis ſimilib. allegat. per Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. revertatur. num. 10. C. de revocand. donat.*

152 His adde, quod licet † jus revocandi rem donatam propter ingratitudinem non aliter naſcatur, niſi donator declaraverit voluntatem ſuam, quod ipſe velit donatarium propter illam ingratitudinem re donata privatum eſſe. Atque hæc declaratio in mera & libera voluntate & facultate ſita ſit; *Abbas l. ſi unquam. & ibi Tiraquell. in repet. verb. revertatur numer. 10. C. de revocand. donationibus. Bald. l. 1. col. fin. C. de inoffic. teſtam.*

Quod tamen juri revocandi rem donatam propter ingratitudinem donatarii præſcribatur ſpacio triginta annorum, *Franciſc. Ripa repet. l. final. quæſtio. 89. C. de revocand. donatio. Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. revertatur. numer. 396. C. de revocand. donation. Carol. Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 30. num. 37.*

Quodque licet petitio feudi etiam
153 ipſo † jure amiſſi ſive actio ad petendum feudum ipſo jure amiſſum non naſcatur, niſi dominus feudi voluerit, & expreſsè voluntatem ſuam declaraverit, quod velit, vaſallum propter illam feloniam feudo privatum eſſe, *Speculat. in tit. de feud. §. quoniam, verſicul. 77. Baldus cap. quæ in Eccleſiarum. col. penult. extr. de conſtit. Bald. cap. 1. & ibi Martin. Laudenſ. Alvarot. & Prapoſit. d. cap. Corradi. Bald. l. final. C. de revocand. donatio. Ioann. de Imol. cap. final. extr. de donatio. Alexand. conſil. 103. numer. 16. lib. 1. conſil. 173. numer. 7. lib. 2. Bald. conſil. 301. lib. 1. Dec. conſil. 138. numer. 5. & conſil. 185. num. 9. Iaſon l. omnimodo. in princip. numer. 10. C. de inoffic. teſtament. Iaſon l. 2. numer. 8. argumen. illius text. C. de jure Emphyteu. Iaſon l. poſtlim. numer. 25. C. de bonor. poſſeß. contra tabulas. Iacob. de S. Georg. verb. qui quidem inveſtiti. numer. 42. Curt. in tractat. feud. 4. part. numer. 158. Rub. conſil. 70. numer. 5. lib. 1. cum multis ſimilibus allegatis per Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. revertatur. num. 11. C. de revocand. donatio.*

Quod tamen actioni ſive petitioni competenti domino feudi ad feudum amiſſum propter culpam ſive feloniam vaſalli 30. annis præſcribatur, *Matth. de Afflict. c. 1. §. porrò. num. 62. quæ fuit prima cauſa. Alvarot. inter conſ. Albert. Brun. conſil. 61. Cardinal. Pariſ. in conſuetud. Pariſ. part. 1. §. 30. num. 37.*

Et ſic per prædicta ſufficienter pro-
batum videtur, † quod ſpacio triginta an- 154
norum præſcribatur non tantùm actioni jam natæ, verùm etiam facultati, per cujus exercitium naſcitur vel actio, vel aliud jus in judicium deducibile; prout ultra Dd. ſupra allegatos hoc etiam tenet *Alex. l. quamdiu. num. 2. ff. de acquir. hæredit.*

Et per conſequens videtur dicendum, licet actio pignoratitia non naſcatur, niſi interveniente ſolutione debiti, vel illo quod loco ſolutionis habetur, *l. ſi rem alienam. §. omnis. & ibi gloß. & Bartol. ff. de pignoratit. actio. gloß. & Angel. §. final. & ibi Bellom. numer. 9. Inſtitut. quibus modis re contrah. oblig. Anton. Neviſ. in tractat. de pignor. 2. membr. 7. part. princip. num. 7.*

Quod tamen huic juri ſolvendi ſive offerendi debitum, & per illam ſolutionem producendi actionem pignoratitiam perinde præſcribatur, ſicut actioni pignoratitiæ jam natæ & in eſſe productæ præſcribatur.

Quintò, eandem † ſententiam pro- 155
bat textus *l. in bello. §. ſi quis ſervum. ff. capt. & poſtlim. reverſ.* dum videlicet in illo textu deciditur, juri ſive facultati offerendi precium & poſt oblationem factam redimendi ſervum, quem alius ab hoſtib. emit, competenti priori domino ſpacio legitimi temporis præſcribi.

Sextò, † pro eadem ſententia addu- 156
ci poteſt textus *l. cum notiſſimi §. eodem jure. C. præſcript. 30. vel 40. annorum.* In quo textu expreſſè deciditur, juri offerendi competenti poſteriori creditori contra priorem creditorem præſcribi, & quod jus offerendi per negligentiam amittatur, etiam probare videtur textus *l. ſi finita. §. poſtea autem ff. damn. infect.*

Septimò, qui † poteſt facere, ut a- 157
ctio ſibi naſcatur, perinde habetur, atque ſi actio ſibi jam nata eſſet, *l. ſed etſi per Prætorem. §. 1. & ibi Bartol. ff. ex quibus cauſ. major. l. quibus diebus. in princip. & ibi Paulus Caſtrenſ. ff. conditionibus & demonſtrationib. l. 3. §. quid ergò. & ibi Baldus ff. contra tutel. jud.*

l. qui

l. qui poteſt. & ibi Petr. & Cagnol. ff. de regul. juris. c. fin. extr. de electio.

Quinimò contra eum, qui poteſt obſtaculum actionis removere atque facere, ut actio naſcatur & in eſſe producatur. Illudq; facere negligit, & præſcriptio & aliud tempus currit ſine ſpe reſtitutionis, Felin. c. ex tranſmiſſa. & ibi Card. Pariſ. extr. de præſcript. gl. c. quia diverſitatem. verb. ſuſpenſionis. & ibi Ant. de Butr. & Panormit. extr. conceſſ. præbend. Roman. conſ. 9. Bald. conſ. 292. incip. ſuper eo. lib. 3. Bald. c. 1. in fin. extr. de præſcript. Felin. c. cum inter. col. 10. extr. exceptionib. Fran. Balb. in tract. de præſcript. 1. part. 6. part. princ. nu. 24. Cagnol. l. qui poteſt. ff. de regul. iur.

Cum itaque in facultate atque poteſtate debitoris ſit, & offerre debitum creditori & facere, ut per hanc oblationem actio pignoratitia naſcatur, ſequitur, quod contra ipſum negligentem hoc facere perinde præſcribatur actioni pignoratitiæ, atque ſi actio pignoratitia jam nata & in eſſe producta fuiſſet.

158 Octavò, quod juri † offerendi competenti debitori contra creditorem ſuum præſcribatur longiſſimo tempore, & ſic per illam præſcriptionem impediatur, ne actio pignoratitia naſci poſſit, tenet Bulgar. Accurſ. Odofred. Iacob. Butri. Bald. & Ang. l. cum notiſſimi. & ibi Florian. §. ſed cum illud. C. de præſcript. 30. vel. 40. annor. Angel. & Immol. l. pignori. ff. uſucapio. Signorol. de Homodæu. conſ. 140. Alex. & Franc. Aretin. l. quamdiu. ff. acquir. hereditat. Angel. Aretin. §. actionum. num. 54. Inſtit. de actionib. ubi ipſe hanc opinionem communem eſſe atteſtatur. Idem etiam tenet Franc. Balb. in tractat. de præſcript. 4. part. 5. part. princip. quæſt. 2. ubi ipſe ſimiliter affirmat, hanc opinionem communiter receptam.

Eandem opinionem etiam amplectitur Hieron. Schurff. conſil. 90. num. 7. lib. 3. ubi ipſe atteſtatur, etiam Bart. Iaſ. & Petr. de Ancbora, ejus ſententiæ eſſe, eamq; opinionem communiter receptam. Et illam etiam communem dicit Cardin. Pariſ. conſ. 92. nu. 9. lib. 5. ubi ipſe atteſtatur, etiam Salicet. & Alber. de Roſat. hanc eandem opinionem ſequi. Huic opinioni etiam ſubſcribit Anton. Negusant. in tractat. de pignorib. 2. membr. 5. part. princip. num. 19. Idem etiam tenet Anton. Gabr. Roman. in tractat. Reg. lib. 6. tit. de præſcript. concl. 7. ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionem magis communem.

Et ſic, cum hæc opinio communis ſit, videtur dicendum, quod ab illa neque in judicando, neque in conſulendo recedi debeat per jura vulgaria ſuprà citata.

Nonò, facultas † offerendi precium & 159 oblato precio redimendi rem venditam competens ei, qui rem aliquem cum pacto de retrovendendo vendidit, negligentia ſive lapſu 30. annorum amittitur, Ang. conſ. 55. Alex. conſ. 238. lib. 6. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 4. part. 5. part. princip. quæſt. 8. Ruin. conſ. 84. num. 14. lib. 1. Zaſ. conſ. 12. nu. 75. Boer. deciſ. 182. col. 1. num. 7. Felin. cap. cum acceſſiſſent. num. 77. extr. de conſtitutio. Felin. Rubr. nu. 15. extr. præſcriptio. Iaſ. l. petens. nu. 10. & ibi Dec. num. 7. C. pactis. Iaſ. l. ſi mater. num. 5. C. inſtit. & ſubſtit. Matth. de Afflict. in tract. de jure protimiſ. verſ. licet enim ſuprà diximus. numer. 31. Aym. Cravett. conſ. 71. Carol. Molin. in tract. de uſur. nu. 25. Socin. jun. conſ. 145. lib. 1. Hieron. Schurff. conſ. 67. num 25. & conſ. 70. num. 34. lib. 1. & conſ. 44. nu. 3. lib. 2. Tiraquell. in tract. de utroq; retract. part. 2. §. 1. gl. 2. num. 1.

Et hoc uſque adeò verum eſt, ut procedat, etiamſi † actum vel conventum fuerit, quod venditor rem venditam ſemper 160 & quandocunque reducere poſſit, Bald. conſ. 303. col. 2. lib. 1. Signorol. conſ. 139. Ioann. Fabr. l. cum notiſſimi. arg. illius text. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Angel. conſ. 55. Felin. c. cum acceſſiſſent. num. 27. extr. de conſtitut. Felin. c. ſi diligenti. col. 4. extr. foro. compet. Feli. Rubr. col. 6. verſ. quartò fallit. extr. præſcriptionibus. Iaſ. l. ſi mater. C. inſtitut. & ſubſtit. Iaſ. l. petens. & ibi Claud. Aquenſ. & Dec. C. de pactis. Dec. conſ. 164. Ruin. conſ. 167. col. 4. nu. 15. lib. 1. Balb. in tract. de præſcript. 4. part. 5. part. princ. quæſt. 3. Ludovic. Godzad. & Hieron. Cagnol. repet. l. 2. C. pacto inter empt. & vendit. Stephan. Bertran. conſ. 181. col. 2. lib. 3. Franc. Ripa repet. l. fin. quæſt. 64. C. revoc. donat. Socin. jun. conſ. 145. nu. 35. & 36. lib. 1. cum multis ſimilib. allegat. per Tiraquell. in tr. de utroq; retract. part. 2. §. 1. gl. 2. num. 7.

Et confirmatur ex eo, quod hæc dictio, Quandocunq;, licet ſit univerſalis, tamen reſtringatur ſecundum naturam actus, cui attribuitur, Bald. conſ. 67. col. 2. lib. 3. Cotel. Cotta memor. incip. Quandocunq;. Quodque præſcriptio nunquam ſublata intelligatur, etiamſi diſpoſitio aliqua fuerit concepta, adjecta dictione, Quandocunq;, gloſſ. c. 1. verbo Quandocunq;. & ibi Andreas de Iſern. Bald. Martin. Laudenſ. Alvar. & Præpoſ. de

*feud.dat. in vicem legat. Corn gl. l. 1. verb. præ-
ſcriptionum. C. bonis matern.* vel dictio, *Sem-
per*, Bald. *l. 1. argum. illius text. ff. ſolut. matr.
Rom l. 1. ff. de uſur. Rom. l. in cognitione. arg. ill.
tex. junct. gl. verb. accuſare. ff. ad SC. Syllejanum.
Fr. Aret. l. cum ſtipulatus ſum mihi. col. 3 verſ. tu a.
conſidera. ff. verbor. obligat.* Vel dictio, *Perpe-
tuò, Stephan. Bertrand. conſ. 46. col. 2. lib. 1.
arg. l. minor. §. ſtatu liberum. ff. de ſtatu liber.
l. Prætor ait. §. hoc interdictum perpetuò. ff. novi
oper. nunc. & Inſt. de perpet. & temp. act. in pr.*

Deinde hoc procedit, etiamſi dictum
ſive conventum fuerit, quod redemptio
peti poſſit ſemper, quandocunque, quo-
tiescunque, in perpetuum & in infinitum
uſque.

Nam & hoc caſu juri offerendi ſive
redimendi ex illo pacto competenti per la-
pſum 30. annorum præſcribitur, *Bald. conſ.
303. lib. 1. Claud. de Seiſel. l. petens. C. de pactis.
Socin. jun. conſ. 145. num. 49. lib. 1.*

161 Quinimò hanc † præſcriptionem con-
tra jus offerendi ſive redimendi ex pacto
de retrovendendo competens cum mala
fide currere multi Dd. tradidêre, *Bald. conſ.
303. lib. 1. Dec. l. petens. nu. 7. C. de pact. So-
cin. jun. conſ. 145. lib. 1.*

Et ſic per hæc videtur inferendum per
argumenta à ſimili, quod etiam facultati
ſive jure offerendi competenti creditori
contra debitorem & ſic redimendi pignus
creditori traditum ſimiliter præſcribatur
ſpacio ſive curſu 30. annorum, etiamſi di-
ctum ſive conventum fuerit, quod debito-
ri permittatur pignus ſuum ſemper quan-
docunque, quotiescunque, in perpetuum
& in infinitum uſque redimere, quodque
debitore ſemper & quandocunque, in per-
petuum & in infinitum uſque offerente
debitum creditor debeat ipſi eſſe obliga-
tus ad reſtitutionem pignoris, item etiamſi
creditor ſit in mala fide.

162 Decimò, Quando † infinitas induci-
tur per modum à lege reprobatum, infi-
nitas nunquam toleratur, *Socin. junior conſ.
145. num. 58. lib. 1.* Et ſimiliter infinitas
tempore nunquam toleratur eo caſu, quan-
do agitur de obligatione conſervanda &
actor eſt in negligẽtia ſive jus ſuum negli-
git, *Bart. l. qui bona. §. final. ff. de damn. infect.
Socin. jun. conſ. 145. num. 58. lib. 1.* ubi ipſe
Socin. atteſtatur, hanc opinionem com-
muniter receptam eſſe, ſed infinitas actio-
num item & facultatis, ex cujus exercitio,
actio ſive aliud jus in judicium deducibile
oritur, eſt penitùs reprobata. Et inſuper
in caſu præſenti, quoad actionem pignora-
titiam, item & actionem ex ſtipulatu agi-
tur de obligatione conſervanda, atq; con-
currit ſimul negligentia actoris, qui jus
ſuum neglexit, igitur ſequitur, in caſu præ-
ſenti infinitatem non tolerari.

Undecimò, facultati † deſcendenti 163
ex contractu ſpacio 30. annorum præſcri-
bitur, *Socin. jun. conſ. 145. n. 57. & 58. lib. 1.*

Similiter & facultati competenti per
modum juris 30. annorum lapſu præſcri-
bitur, *Socin. jun. conſ. 145. num. 40. lib. 1.
Alex. l. quamdiu. ff. de acquir. hereditat.*

Sed facultas offerendi debitum & pi-
gnus redimendi competit debitori ex con-
tractu pignoris, & per modum non meri
facti ſed juris, igitur ſequitur, huic facul-
tati ſpacio 30. annorum præſcribi.

Duodecimò, pro hac ſententia com-
probanda placuit † aſſcribere verba *Baldi* 164
in conſ. 303. num. 5. & 4. lib. 1. ubi Baldus
formaliter inquit: *Quæro utrum valeat pa-
ctum, quod ſine temporis præfinitione uſq; ad infi-
nitum emptor teneatur revendere rem venditori,
& videtur quod ſic, ut ff. de ædilit. edict. l. quod ſi
nolit. §. ſi quid ita, & ff. conſtitut. pecunia. l.
item illa. §. quid adjicitur.* & quia videtur em-
ptor poſſidere mala fide, cum ſciat, rem à
ſe poſſe evinci, C. *de furtis. l. apud antiquos.*
Sed malæ fidei poſſeſſor ullo tempore non
præſcribitur in regula poſſeſſor. In contra-
rium videtur, ut infinitas evitetur. Item
quia præſcriptio 30. annorum eſt † odioſa, 165
& ſic non poteſt renunciari, ut notat *Bart.
ff. legat. 1. l. nemo poteſt.* Nec eſt verum,
q; iſte ſit malæ fidei poſſeſſor, quia res inte-
rim eſt ſua. Item, quia † malæ fidei poſſeſ- 166
ſor, licet non poſſit preſcribere dominium,
poteſt præſcribere confirmationem domi-
nii, ut *ff. capt. & poſtlim. reverſ. l. in bello, §. ſi
quis ſervum. & not. in l. 2. quod met. cauſ.*
Item contra † jus, quod alicui competit, de 167
jure ſpeciali & non de jure gentium, etiam
malæ fidei poſſeſſor præſcribere poteſt, ut
patet in reſtitutione in integrum, C. *de tem-
por. in integr. reſtit. l. fin. & ff. actio. & obligat.
l. in honorarijs. §. ſed cum reſciſſa nimirum,* quia
privilegia facilius tolluntur quàm jus † 168
commune, ut *ff. de teſtam. milit. l. ejus militis.
§. militia.* & quia res de facili revertitur
ad jus commune, quod vocatur natura, ut
ff. de pactis. l. ſi unus. §. quod in ſpecie dotis.

Decimò tertiò, Omnis † diſpoſitio, o- 169
mnis actus, omnisq; verba ſecundum ſub-

jectam

jectam materiam & naturam rei, de qua agitur, intelligenda ſunt, *c. ſolitæ. & ibi Dd. extr. de majoritat. & obedien. l. ſi uno. in princ. ff. locat. & conduct. l. ſi olei. C. eod. tit. l. dominij inferri quidnam. in princ. & Angel. ff. damn. infect. l. fin. C. de non numerat. pecun. Clement. exivi. de verb. ſignificat. Alex. conſ. 26. num. 6. lib. 3. cum multis ſimilibus allegat. per Georg. Nattam. Clement. ſæpe. col. 4. & col. 6. verb. ſignif. Nevizan. conſ. 92, num. 12. uſq. ad num. 42. Nicolaus Everh. in loc. à ſubjecta materia.*

870 Quod uſque adeò verum eſt, ut † tàm verba quàm diſpoſitio quælibet ſecundum ſubjectam materiam intelligenda ſit, etiamſi verba ad ſignificationem impropriam detorquere oporteat, *d. l. ſi uno. in princ. ff. locat. & conduct. c. 1. §. porrò. & ibi Dominic. de ſtatu regular. lib. 6. gloſ. l. eas ff. cond. & demonſtrat. Salicet. l. quoniam multa facinora. C. ad leg. Iul. de vi publ, Immol. l. fin. ff. de hæred. inſtit. Dec. & Dd. c. eam concupiſcentiam. extr. de conſtitutio. cum multis ſimilibus allegat. per Tiraquell. l. ſi unquam. verb. revertatur. num. 37. C. de revocan. donationib.*

871 Quinimò, ut ſerviamus † ſubjectæ materiæ, verba impropriiſſimè ſive in impropriiſſima ſignificatione accipienda ſunt, *Alex. l. 1. in princ. col. 4. ubi ponderat Bart. etiam hoc velle. ff. ad leg. Falcid. Iaſ. l. liber homo. in princ. la. 2. num. 2. ff. verbor. obligat. Nicol. Everh. in loco à ſubject. mater.* Etiamſi illa
872 verba ſint † prægnantia, *Alex. conſ. 35. nu. 10. & 11. lib. 4. Dec. l. quoties idem ſermo. ff. regul. jur.* Univerſalia, *Dec. l. 1. num. 15. C. qui admitti. Nevizan. conſ. 92. num. 27. Bald. conſ. 67. col. 2. lib. 3. Bald. cap. 1. ſ. donare. col. 2. & ibi Martin. Laudenſ. & Præpoſit. qualiter feud. olim. Franciſc. Aretin. & Socin. l. Gallus. §. etiamſi à parente. ff. de liber. & poſthum. Barbat. conſ. 63. lib. 1. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. quibuscunq. hæred. num. 2. Curt. ſen. conſ. 83. col. 5. Dec. conſ. 185. col. 3. Corn. conſ. 199. col. 4. lib. 2.* Geminata, *Alciat. reſp. 703. num. 18. arg. l. ſi ſtipulatus. ff. uſuris.* Vel apta infinitatem comprehendere, *Cotell. Cotta. memorali quandocunq.* ubi ipſe atteſtatur, etiam *Bald. & Corn.* in locis citatis eandem ſententiam amplecti.

Quam ſententiam confirmat id, quod tradit *Gammarus in tract. de extenſione. Cart. 6. col. 8.* ubi ipſe formaliter dicit, Quod ſubjectum & materia, de qua loquimur, declarant, quo ſenſu verba capienda ſint in tantum quod quandoque relicta propria ſignificatione ad impropriam recurramus & econtrà. Quia ſufficit diſponentem oſtendere ſecundum ſubjectam materiam quid velit, quodq; de jure reſpondet *Alex. conſ. 216. num. 5. lib. 6.* ubi dicit, quod propter ſubjectam materiam verba capiantur quandoque largius quandoque ſtrictius.

Atque etiam ab eod. Alex. alibi ſcriptum eſt, quod verba inſtrumenti debeant reduci ad naturam contractus, & ſubjectam materiam, & quod quando verba ſunt reducibilia ad ſubjectam materiam nunquam alterent ipſius diſpoſitionem, *Alex. conſ. 37. col. 2. lib. 3.* Quas deciſiones refert atque ſequitur *Neviz. d. conſ. 92.*

His adde, quod verba univerſalia reſtringantur ſecundum naturam rei & materiam ſubjectam, *gloſ. c. 1. extr. de conſtitutio gloſ. c. dilecto. de ſentent. excommun. lib. 6. Gemin. conſ. 29. circa fin. Laur. Sylvan. conſ. 56. num. 19.* Quodq; verba univerſalia reſtringantur ad ea, quæ ſunt de natura diſpoſitionis; cui adjiciuntur, *Baldus conſil. 67. incip. quia ex facto col. 1. poſt med. lib. 3. Calcan. conſil. 1. col. 15. Dec. l. 1. C. qui admitti L. Sylvan. conſ. 57. num. 19. Cravett. conſ. 244. numer. 7. lib. 1.*

Et prædicta procedunt etiam in tali materia, in qua alioquin ſtricta † interpre- 873
tatio fieri debet, Namque etiam in illa materia verba ſecundum ſubjectam materiam intelligenda ſunt, etiam improperando verba, *Dec. conſ. 778. col. 4. & conſ. 388. nu. 4. & 5. Dec. l. 1. num. 16. C. qui admitti. Nevizan. conſ. 92. num. 15. Alex. conſ. 5. col. 2. lib. 4. Dec. l. quoties idem ſermo. ff. de regul. juris. Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. revertatur. num. 38. C. revocand. donatio.* Ideoque in ſtatutis, in quibus alioquin verba debent intelligi propriè & ſtrictè, *l. 3. §. hæc verba. ff. negot. geſt.* propter ſubjectam materiam. Item ut diſpoſitio ſtatuti ſubjectæ materiæ conveniat, verba ad ſignificationem impropriam trahuntur, *Paul. Caſtrenſ. conſ. 82. lib. 1. Dec. l. 1. num. 6. C. qui admitti. Neviz. conſ. 92. num. 29.* Imò ut ſubjectæ materiæ ſerviamus in ſtatutis ſive conſtitutionibus verba etiam impropriiſſimè intelligenda ſunt, *Alex. l. 1. in princip. ff. ad leg. Falcid. Iaſ. l. liber homo. la. 2. in princip. numer. 3. ff. verb. obligat. Nicol. Everhard. in loco à ſubjecta materia:* Etiamſi illa verba univerſalia ſint, *Dec. l. 1. num. 15. C. qui admitti. Nevizan. conſ. 92. num. 27.*

Huc accedit, quod verba quantum-

cunque præciſa recipiant interpretationem, limitationem & reſtrictionem, *Bart. Ang. Iaſ. & Dd. l. ſtipulatus ſum Daman. ff. de verb. obligat. Bald. & Iaſ. l. quamvis argum. illius text. ff. de in jus vocand.* Atque cum temperamento juſtitiæ intelligi debeant, *Bald. l. quod dicimus. argum. illius text. ff. ſolution.* etiamſi verba ſint univerſalia & geminata ſimul, *Iaſ. l. ſtipulatus ſum Daman. num. 3. ff. verbor. obligat. arg. l. 1. junct. gloſ. ff. ſolut. matrim.* Item, etiamſi ſtatuto cautum ſit, quod verba debeant eſſe præciſa, & præciſè intelligi, *Bald l. omnes populi. col. 10. ff. juſt. & jur. Iaſ. d. l. ſtipulatus ſum Daman. num. 3.*

Quinimò potiùs admittendum eſt, ut verba ſint ſupervacua, nihil operentur, quam ut aliquid operentur contra ſubjectam materiam ſive naturam rei, *Bald. Rubr. quæſt. 9. C. contrah. empt. Dec. conſ 477. num. 11. Ioan. de Neviz. conſ 92. num. 31.*

Præterea quoque in qualibet promiſſione vel alia diſpoſitione mens ſive voluntas promittentis, diſponentis ſive contrahentis ex ſubjecta materia colligitur, *l. ſi fundus. in princip. ff. ſolut. matrim. l. ſi duo. & ibi Bald. ff. acquir. hæredit. l. ſicut. §. non videtur. ff. quib. mod pign. Georg. Natta repetit. c. quamvis. col. 36. de pact. lib. 6. Paul. de Montepico. repet. l. in quantum. col 23. ff. ad leg. Falcid. Ioan. Nevizan. conſ. 50. num. 26.*

174 Similiter omnes † contractus, omnia pacta, omneſq; diſpoſitiones ſecundum jus commune debent intelligi, & ita interpretari, quod contrahentes intelligantur ſe voluiſſe conformare diſpoſitioni juris communis, *l ſi duo. ff. acquir hæredit. l. ſed niſi hoc & ibi gloſ. 1. ff. jure dot. Aym. Cravet. conſ. 186. num. 9. lib. 1. Socin jun. conſ. 72. num. 55. lib. 1. facit id, quod tradit Vant in tr. de nullitatib. Rubr. ex defectu citationis. nu. 94.*

175 Sed legibus cautum eſt, quod † nullæ actiones durent ultra 30. annos, quodque ſimiliter & facultati competenti per modum juris ſive per cujus exercitium oritur actio, vel aliud jus in judicium deducibile 30. annis præſcribatur, prout hoc ex ſuprà dictis liquet, eaq; eſt natura, & cujuslibet actionis & facultatis competentis vel per modum juris vel ex cujus exercitio producitur jus deducibile in judicium, quod eſt talis, neque actio neque facultas ultra 30. annos duret.

Igitur videtur dicendum, pactum appoſitum in contractu pignoris, quod debitori permittatur, pignus quandocunque oblato debito luere, quodq; creditor obligatus eſſe debeat, debitori quandocunque debitum offerenti pignus reſtituere tam ſecundum diſpoſitionem juris communis, quàm ſecundum ſubjectam materiam naturam nempè juris offerendi, ita debeat intelligi, dummodò debitor intra tempus legitimum, intra 30. nempè annos creditori debitum ſolvat vel ſaltem offerat. Et per conſequens, ſi debitor intra illud tempus debitum non offerat vel ſolvat, quod ipſe excludatur à jure repetendi ſive redimendi pignus quaſi ex tacito pacto, quodque eam ob cauſam creditor in mala fide eſſe vel cenſeri nequeat, prout hoc in terminis noſtris expreſſè tradit *Hieron. Schurff. conſil. 90. num. 39 lib. 3.*

Et in ſimili nempè in pacto de retrovendendo, quod videlicet in illo ſubintelligatur talis conditio, ſi venditor emptori precium offerat intra 30. annos, & rem venditam redimat, expreſſè tradit *Angelus conſ. 55. num. 3. Felin. Rubr. num. 15. extr. de præſcript. Franc. Balb in tract. de præſcript. 4. part. 5. part. princip. quæſt. 3. num. 2. Socin. junior conſil. 145. num 43. cum ſequentibus. lib. 1. Tiraquell. in tract. de utroq; retract. part. 2. §. 1. gloſ. 2. num. 27.*

Decimò quartò, idem † jus ſtatuitur 176 de deducente, ſive de facultate per quam aliquid deducitur ad actum, quod jus ſtatuitur de jure jam ad actum deducto, *l. oratio ff. ſponſalib. l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de procuratorib. Cardin. Pariſ. conſ. 92. nu. 56. lib. 5. cum ſimilib. allegat. per Dd. l. 2. ff juriſdict. omn. judic. & præterea extr. de offic. deleg.* Sed actioni pignoratitiæ jam in eſſe deductæ per ſolutionem ſive oblationem debiti abſque omni dubio præſcribitur ſpacio 30. annorum, *gloſ. Bald. & Salicet. l. nec creditores. C. de pignorat. actio. Anton. Neguz. in tract. de pignorib. 2. membr. 6. part. princip. num. 20.* Igitur ſequitur, quod & juri ſive facultati offerendi, per quam actio pignoratitia in eſſe deducitur, ſimiliter lapſu 30. annorum præſcribatur.

Decimò quintò, jure † redimendi com- 177 petenti venditori ex pacto de retrovendendo lapſu 30. annorum indiſtinctè præſcribitur, etiamſi emptor juraverit, quod quandocunque oblato precio venditori poteſtatem redimendi facere, atque rem emptam ipſi reſtituere velit, *Angel. conſ. 55. Felin. Rubr. num. 15. & ibi Auguſtin. Bero. nu. 73. 74. & 75. extr. de præſcript. Iaſ. l. ſi maritus,*

num. 5.

num. 5. C. inſtit. & ſubſtit. Franc. Balb. in tract.
de præſcript. 5. part. 4. part. princip. quæſt. 9.
num. 1. Socin. jun. conſ. 145. num. 62. lib. 1.
ubi ipſe *Socin.* atteſtatur, hanc opinionem
communiter receptam eſſe.

Et confirmatur hæc opinio. Quia na-
tura pacti de retrovendendo & juris redi-
mendi ſive facultatis offerendi ex illo
pacto competentis talis eſt, quod ultra 30.
178 annos non duret. Et certum eſt, † quod ju-
ramentum intelligatur ſecundum natu-
turam actus, cui apponitur, nec quicquam
ultra operetur, niſi quod contractum il-
lum roboret & firmet, *Bart. l. ſed & ſi quis.*
§. quæſitum. & ibi Iaſ. ff. ſi quis cautionib. Corn.
conſ. 258. col. 4. lib. 4. Socin. jun. conſ. 145. nu.
60. lib. 1. In quibus locis præfati Dd. atte-
ſtantur, hanc opinionem communiter re-
ceptam, Ideoque alibi traditum eſt, quod
quando tollitur principale, tollatur & ju-
ramentum illi appoſitum, *Bald. conſ. 155 in*
fin. lib. 1. arg. l. fin. C. non numer. pecun. Et licet
179 aliqui Dd. velint † juramentum appo-
ſitum contractui ſive pacto habere vim
litis conteſtationis atque impedire, quò
minùs ordinaria præſcriptio locum ha-
beat, nec non etiam actionem perpetuare,
Bart. & Iaſ. l. nam. & poſtea. §. ſi is qui tempo-
rali. ff. de jurejur. Iaſ. in addit. ad Portum. §. ſed
aliquando. Inſtitut. uſucapio.

Attamen in hoc contrarium tenet *Bal-*
dus conſ. 420. lib. 4. & omnes Dd. unanimi-
ter fatentur contra contractum ſive pa-
ctum juratum currere 40. annorum præ-
ſcriptionem, *Bart. Ang. Iaſ. & Dd. l. nam &*
poſtea. §. ſi is quis temporali. ff. jurejur. Imol. l.
2. §. ſi rem. ff. de uſucap. pro empto. Ang & Im-
mol. l. ſi ſervum. §. ſequitur. ff. verb. oblig. Ang.
l. ſicut in princip. C. præſcript. 30. vel 40. annor.
Alex. l. fin, in princ, ff. eo. per quem fact. fuit. Fr.
Balb. in tract. de præſcriptio. 2. part. 3. part. pr.
quæſt. 13. num. 11. Albert. Brun. conſ. 38.

Et in ſpecie, quod non obſtante jura-
mento præſcribatur lapſu 40. annorum
juri redimendi, quodq; juramentum pacto
de retrovendendo appoſitum tantùm il-
lud operetur, quod jus redimendi uſque
ad 40. annos perpetuet & ultrà non tradit
Ludov. Godzad. repet. l. 2. num. 79. cum 30. ſe-
quentib. C. pact. inter empt. & vendit. Soc. jun.
conſ. 145. num. 63. lib. 1.

Igitur ſequitur, etiamſi pactum, de
quo in literis reverſalibus in caſu præſenti
fit mentio, quo videlicet creditores nec
non fidejuſſores creditorum ſub fide ſua
promiſerunt debitoribus, quandocunque
ſoluto debito reſtituere caſtrum H. ipſis
oppignoratum ita intelligendum eſſet,
quod illud pactum ſive promiſſio ſub fide
facta jurisjurandi ſive promiſſionis juratæ
vim obtineret, huic tamen pacto ſive pro-
miſſioni per lapſum non modò longiſſimi
temporis triginta nempè vel 40. annorum
ſed illius, cujus in contrarium memoria
non extat, præſcriptum eſſe.

Decimò ſextò, licet aliqui Dd. velint,
nullam omninò currere † præſcriptionem 180
contra actum vel contractum juratum, *Lu-*
dovic. Roman. repet. l. 1. char. 3. verſ. & adde
duas notabiles cautel. ff. uſucap. Iaſ. in additio.
ad Chriſt. Port. §. ſed aliquando. in addit. 6. In-
ſtit. de uſucapio. Barbat. conſ. 20. incip. viſo pun-
cto. col. penult. lib. 4. Socin. conſ. 56. col. 5. lib.
1. Baverius in 29. privileg. jura. Hippol. de Mar-
ſil. ſing. 141. ubi *Hippol. de Marſil.* atteſtatur,
ſe illud & habuiſſe & ita obtinuiſſe in con-
tingentia facti,

Attamen videtur dicendum, quod in
caſu præſenti illa promiſſio, † quæ facta eſt 181
ſub fide, non æquipolleat promiſſioni jura-
tæ, cum præſtatio fidei ſive promiſſio per
fidem facta non æquiparetur juramento,
neque vigorem juramenti obtineat in iis
caſibus, in quibus juramentum requiritur
pro ſolennitate vel ſoliditate actus, *Innoc.*
c. etſi Chriſtus. & ibi Bald. num. 7. extr. de ju-
rejur. Bald. auth. Sacramenta pube. C. ſi adverſ.
vendit. Iaſ. l. 3. §. jurati. num. 2 ff. jurejur.

Decimò ſeptimò, † promiſſioni per 182
pactum renunciari regulariter nequit, *Bal-*
dus l. fin. C. de temporib. appellat. Bald. auth.
quas actiones. C SS. Eccleſ. Bald. l. paciſci. ff. de
pact. Roman. l. 1. ff. de uſucapio. Abb. Rubr. &
ibi. Felin. num. 11. & Auguſtin. Bero. num. 62.
uſq. ad finem. extr. de præſcript. Bart. Iaſ. & Dd.
l. nemo poteſt. ff. legat. 1. Felin c. ſi diligenti. n.
18. extr. de foro compet. Franc. Balb. in tractat.
de præſcript. 5. part. 5. partis princip. quæſt. 6.

Quod abſque omni dubio verum eſt
in tali pacto, per quod omnis omninò præ-
ſcriptio etiam immemorialis tollitur ſive
removetur, tale enim pactum abſq; omni
dubio ratum non eſt, *Bart. Raphaël. Comenſ.*
Alex. Franc. Aretin. Iaſ. & Dd. l. nemo poteſt. ff.
de legat. 1. Bald. l. Centurio. ff. vulg. & pupill.
Bald. auth. quas actiones. col. 2. C. de SS. Eccleſ.
Bald. l. ſi quis poſteaquam ff. fidejuſſorib. Bald.
& Præpoſ. c. 1. §. fin. d. c. Conrad. Bald. l. 2. col.
penult. C. de ædilit. edict. Ang. conſ. 55. Ang. in
auth. ut Eccleſia Romana. ad fin. Ang. in auth. ut
de cætero commutationes, Raph. Comenſ. conſ. 90.

Alex.

Digitized by Google

Alex. conſ. 170. ad fin. lib. 7. Franc. Balb. in tr. de præſcript. 3. part. 5. part. princip. quæſt. 6. Felin cap. ſi diligenti num. 18. extr. foro compet. Felin. Rubr. num. 12. & 13. & ibi Auguſtin. Bero. num. 79. extr. præſcript. Tiraquell. in tractat. de utroq. retract. part. 2. §. 1. gl. 2. num. 13.

Et hoc uſque adeò verum eſt, ut per pactum contrahentium præſcriptio neque directo neque indirecto tolli poſſit, utpute, ſi pactum ſive conventum fuerit, quod toties incipiat deberi, quoties impleta fuit præſcriptio. Namque nec tale pactum ratum eſt, nec præſcriptionem impedire poteſt, *Iaſ. l. nemo poteſt ff. de legat. 1. Felin Rub. num. 17. extr. de præſcript. Franc. Balb. in tract. de præſcriptio. 5. part. 5. part. princip. quæſt. 6. num. 4.* ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionem & veram & communem eſſe.

183 Et licet aliqui Dd. velint † præſcriptioni cum jurejurando renunciari poſſe, *Alex. l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. Felin. c. ſi diligenti. num. 18. extr. de foro compet. Felin. Rubr. 15 extr. de præſcriptio. Franc. Balb. in tract de præſcriptio. 5. part. 5. part. princip. quæſt. 6. nu. 3.* Attamen in hoc contrarium tenet *Auguſtin Bero. repet. Rub. num. 72. uſq. ad num. 79. extr. de præſcript.*

Et poſito præcedentem opinionem veram eſſe. Illa opinio tantum procederet eo caſu, quando ſpecialiter cum jurejurando renunciatur præſcriptioni. Secus autem eſt, quando quis ſimpliciter jurat contractum, pacta vel ea, quæ in contractu ſive pactis continentur ſervare, tunc enim per talem promiſſionem juratam præſcriptio excluſa non cenſetur, prout hoc pulchrè declarat *Felin. Rubric. num. 15. extr. de præſcriptionibus.*

Ex quo videtur inferri per literas reverſales item & pactum de reſtituendo caſtro oppignorato ſoluto precio præſcriptionem ſublatam non cenſeri, neque illas literas reverſales ad tollendam præſcriptionem efficaces cenſeri, etiamſi illud pactum ſive promiſſio de reſtituendo caſtro pignorato ſoluto debito vim juramenti ſive promiſſionis juratæ obtineret.

184 Decimò octavo, † præſumptio etiam contra ignorantem currit, *l. fin. C. præſcript. longi tempor. l. ſicut. & ibi Bald. C. præſcript. 30. vel 40. annorum. Bart. l. 1. §. ſi quis autem propter inundationem. ff. ut inero actuq. priv. Abb. c. 1. extr. de præſcript. Abb. & Felin. c. vigilanti. extr. eod. tit. Socin. l. cum filius ff. in* bat. *ff. verbor. obligat. Corn. conſ. 164. lib. 2. Dec. conſ. 29.*

Et hoc abſque omni dubio verum eſt in præſcriptione illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat. Nam illa præſcriptio indiſtinctè contra ignorantem currit etiam in illis caſibus, in quibus in aliis præſcriptionibus ſcientia vel patientia adverſarii requiritur, *Salicet. l. 2. C. nov. vectig. inſtit. non poſ. Alex. conſ. 6. lib. 1. conſ. 16. lib. 5. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verſ. cum meo ex mixto Imperio. col. fin. Curt. jun. conſ. 158. num. 12. Anton. Rube. conſ. 21. col. fin. Alciat. l. munus ff. verbor. ſignificat. Franc. Balb. in tractat. de præſcript. 2. part. 3. partis princip. quæſt. 6. num. 22. & 2. part. 4. part. princip. quæſt. 1. num 14. & 2. part. 5. partis princip. 3. quæſt. princip. quæſt. 2. num. 8. Iaſ. l. Imperium. ff. de juriſdict. omn. judic. Felin. c. de quarta. col. fin. extr. de præſcriptio. Felin. cap. cum nobis. col. 1. & 2. extr. eod. tit. Claud. Aquenſ. l. more. ff. de juriſdict. omnium judic. Dec. conſ. 35.*

Quinimò, ex curſu † temporis longi 185
ſive diuturni ſcientia præſumitur *Salicet. l. auctoritatem. verſ. quæro de quæſtione facti. C. unde vi. Calderin. conſ. 15. col. 1. verſ. ex quo ſequitur. tit. de præbend. Dec. conſ. 185. col. 6. Aym. Cravett. in tractat. de antiquit. tempor. part. 2. §. ex præmiſſis num. 40.*

Quod potiſſimùm procedit in lapſu illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat. Namque per lapſum illius temporis abſque omni dubio ſcientia præſumitur, *Alex. conſ. 24. col. 3. lib. 5. Sigiſmund. Neapolit. conſ. 40. num. 50.*

Igitur ſequitur, cum poſt contractum, de quo in caſu noſtro initum, ſint elapſi 240. anni per lapſum hujus temporis ſucceſſores debitorum, nempè H. & J. die B. eſſe excluſos tàm ab actione pignoratitia quàm ab actione ex ſtipulatu, nec non etiam ab omni actione ſive petitione quam ipſi contra tertium poſſeſſorem caſtri H. habere poſſent, etiamſi ipſi fidem facere poſſent ſe ignoraſſe & contractum initum & caſtrum H. à tertio poſſeſſum.

Quinimò, ex lapſu hujus non tantùm longiſſimi, verùm etiam immemorialis temporis præſumi ipſos habuiſſe, & ſcientiam contractus ſive pacti, de quo in caſu præſenti controvertitur, & quod illud caſtrum à quodam tertio poſſeſſum fuerit. Quæ præſumptio ſcientiæ pacti etiam ex eo augetur, quod prædictus H. & J. de C.

literas

literas reverſales; in quibus illud pactum continetur, penes ſe habuerunt, cum omnis is, qui penes ſe literas ſive inſtrumentum aliquod habet, præſumatur & legiſſe & cognoviſſe illa, quæ in illis literis ſive inſtrumentis continentur per jura vulgaria.

186 Decimò nonò, in dubio quælibet † poſſeſſio præſumitur juſta & legitima, *Bart. & Alex. l. communi dividundo. §. inter prædones. ff. commun. divid. Alex. conſ. 33. lib. 4. Corn. conſ. 255. in fin. lib. 2. Aym. Cravett. conſ. 150. num. 5. lib. 1.* Et bona fide non tantùm acquiſita verùm etiam continuata, *Bart. l. Celſus & ibi Pr. Balb. in repet. 9. part. n. 9. ff. uſucap. Anton. de Butr. Abb. & Felin. c. ſi diligenti. extr. præſcriptio.* præſertim ſi hæc poſſeſſio longo tempore decem ſcilicet annis continuata fuerit, *Innoc. cap. 2. extr. de reſtitut. in integr. Abb. & Dd. c. conſultationib. extr. jure patronatus. Alex. conſ. 142. in princip. lib. 2. conſ. 200. lib. 5. Dec. conſ. 267. num. 5.*

Abſque dubio verò hoc procedit, in poſſeſſione 30. annorum. Namque in illa bona fides indiſtinctè præſumitur, etiam ſi probetur de antiquiori poſſeſſione adverſarii, uſque adeò ut poſſeſſio 30. annorum præſumatur habere juſticiam permanentem, *Cyn. l. ſi ſolennibus. C. rei vendicat. Bald. cap. 1. §. cum autem. de controverſ. inveſtit. Matth. de Afflict. decis. 177. num. 6. Cardin. Pariſ. conſ. 23. num. 258. lib. 1.* Utque

187 poſt lapſum 30. annorum † malam fidem allegare non permittatur, prout has deciſiones omnes circa præcedentem quæſtionem & textib. & auctoritatibus Dd. comprobavimus.

188 Præterea † præſcriptio illius temporis cujus in contrarium memoria non extat, habet pro ſe præſumptionem juris & de jure, adeò ut contra illam præſumptionem probatio contraria non admittatur, Ideoque ab aliquibus traditum eſt, in præſcriptione illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, nullam haberi conſiderationem bonæ fidei vel malæ fidei, prout hæc omnia ſimiliter circa præcedentem quæſtionem auctoritatibus Dd. comprobavimus.

Cum itaque poſt contractum pignoris atque pactum de reſtituendo pignore ſoluto debito initum 240. anni elapſi ſint, & modernus poſſeſſor forſan caſtrum H. ultra 30. annos poſſederit, videatur dicendum, tam hæredes creditorum quàm hæredes fidejuſſorum hanc præſumptionem juris & de jure pro ſe habere, quod ipſi præſcriptione juſta, & a legibus, nec non etiam Canonibus permiſſa fuerint liberati ab actione tàm pignoratitia quàm ex ſtipulatu. Quodque ulterius neque contra illos hæredes creditorum vel fidejuſſorum vel etiam tertium poſſeſſorem pignoris mala fides allegari poſſit.

Vigeſimò, † ſcientia rei ſive juris 189
alieni nunquam impedit, præſcriptionem, quando ceſſat culpa ſive mala voluntas debitoris, *Iohann. Baptiſt. Caccialup. repet. l. omnes populi, numer. 65. ff. juſt. & jur. Socin. jun. conſ. 145. num. 64. lib. 1.*

Ideoque traditum eſt, ſcientiam rei vel juris alieni etiam de jure Canonico præſcriptionem non impedire, quando poſſeſſor vel debitor non tenetur offerre, nec adire domum debitoris nec aliquid facere, niſi petatur ab eo, cui ea actio competit, quia nihil eſt, quod ei imputari poſſit, ſive quod conſtituat illum in mala fide, *Panormitan. cap. Eccleſia S. Mariæ. col. 15. verſic. ſed pro concordantia. extr. conſtitut. Panormitan. cap. quod Clericis. col. penult. verſic. ideo dicit. extr. foro compet. Panormitan. cap. final. col. 4. verſ. ego. ext. præſcript. Raph. Comenſ. conſ. 67. conſ. 90. col. 2. & conſ. 147. Corn. conſ. 176. col. 3. lib. 1. conſ. 206. col. 3. lib. 2. & conſ. 55. col. 6. lib. 3. Socin. conſil. 203. col. 2. lib. 2. Dec. conſ. 554. Socin. junior conſil. 145. num. 65. & 66. lib. 1. Auguſtin. Bero. Rubr. numer. 57. extr. de præſcript. Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. revertatur. numer. 390. C. de revocand. donatio.*

Similiter & is, qui habet ſcientiam rei, vel juris alieni, ſive qui eſt in mala fide, licet ipſe ſe non poſſit tueri præſcriptione contra jus ſive actionem alteri jam quæſitam; tamen ipſe præſcriptione ſe tueri poteſt contra jus alteri quærendum, *Franciſc. Balb. in tractat. de præſcript. 5. part. 5. partis princip. quæſt. 3. numer. 2. Cardinal. Pariſ. conſil. 7. numer. 27. lib. 1. conſil. 32. numer. 10. & 17. & conſ. 66. nu. 94. lib. 3.*

Et confirmatur ex eo, quia à † jure 190
quærendo quis faciliùs excluditur quàm à jure non quæſito, *patre furioſo. & ibi Iaſon ff. his qui ſunt ſui vel alien. jur. l. quæ autem. in princ. ff. his qui in fraud. cred. l. final. C. acquir. poſſeſ. cum multis ſimilibus traditis per Hippolyt. de Marſil. ſingul. 194.*

Et hoc

Et hoc potiſſimùm procedit, quando hæc acquiſitio juris vel actionis pendet ex voluntate, acceptatione, vel declaratione voluntatis illius contra quem præſcriptio currit, ut patet in legatario qualitatis vel
191 ſpeciei. Namque ei ante † agnitionem ſive acceptationem legati actio non acquiritur. Ideoque hæres ſe contra illum ante hanc acceptationem factam, indiſtinctè præſcriptione 30. annorum juvare, illumque ab acceptatione ſive agnitione facienda excludere poteſt, *Petr. de Anchor. c. ſine poſſeſſione in 11. oppoſit. de reg. jur. lib. 6. Socin. conſ. 63. col. 4. lib. 1. conſ. 2. lib. 3. Dec. conſ. 554. Anton. Rub. conſ. 3. in fin. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 2. part. 3. part. princ. quæſt. 13. num. 9. & 5. part. 5. part. princ. quæſt. 3. num. 2. Card. Pariſ. conſ. 7. nu. 26. lib. 1. conſ. 32. num. 16. 17. & conſ. 66. num. 93. & 94. lib. 3. Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. revertatur. num. 391. C. de revocand. donatio. Socin. jun. conſ. 145. num. 69. cum 4. ſequentibus lib. 1.*

192 Et confirmatur ex eo, quia † juri petendi legatum & fideicommiſſum præſcribitur curſu 30. annorum, *Bald. conſ. 137. & conſ. 161. lib. 5. Dec. conſ. 277. col. 1. Tiraq. in tract. de utroq. retract. part. 1. §. 36. gl. 2. num. 40. & in repet. l. ſi unquam. verb. revertatur. num. 391. C. de revocan. donatio.*

Item, quia is qui poteſt intra certum tempus aliquid acceptare, exercere vel facere & acceptando, exercendo vel faciendo, ſibi jus aliquod vel actionem aliquam acquirere, ſed illud non acceptet, exerceat vel faciat, ſi illud tempus labi permittit, ei tacitè renunciare cenſetur, *l. ſi ea. C. qui accuſar. poſſ. vel non. lib. 2. C. in quib. cauſis reſtitui in integr. non eſt neceſſar. gloſ. l. ſi ego. & ibi Angel. & Bart. ff. negot. geſt. Bart. & Ang. l. bonorum. ff. rem ratam haber. Hieron. Schurff. conſ. 90. num. 39. lib. 3.*

193 Deinde hoc quod dicitur, † præſcriptionem non currere in favorem illius, qui eſt in mala fide, qui videlicet habet ſcientiam rei vel juris alieni, procedit tantùm eo caſu, quod obligatio eſt certa, & aliquis eſt omninò debitor ad aliquid dandum vel faciendum, ſecus autem eſt, ſi obligatio dandi vel faciendi, utrum videlicet illa oriùta ſit, ſit incerta, & hoc dependeat ex voluntate & arbitrio creditoris, *Socin. junior conſ. 145. num. 69. lib. 1. Hieron. Schurff. conſ. 90. num. 40. lib. 3.*

Sed certi juris eſt, quod creditor pignus ſibi traditum debitori reſtituere non teneatur, niſi debito ſoluto vel aliter ſatisfacto, quodq; ante ſolutionem vel ſatisfactionem debiti ipſi nulla culpa, nullaque mala voluntas, propter non reſtitutum pignus imputari poſſit. Et inſuper actio pignoratitia non naſcitur ante debitum ſolutum, & in poteſtate debitoris eſt debitum ſolvere, vel illud offerre, deponere & conſignare.

Igitur ſequitur, ſi debitor hoc facere negligat, quod creditor contra actionem pignoraticiam & jus offerendi indiſtinctè præſcribat, etiamſi ille ſciat, ſe obligatum eſſe debitori ſolventi debitum pignus reſtituere.

Vigeſimò primò, Sublata præſcriptio- 194
ne nunquam intelligitur ſublata præſcriptio illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, *Bald. & Angel. l. 1. C. ne rei dominicæ vel templorum. Bald. & Angel. l. omnes. in fin. C. præſcript. 30. vel 40. annor. gl. verb. præſcript. auth. ut de cætero non fiant commutationes. Bald. & Ang. l. 1. col. 1. C. annali exceptio. Roman. l. 1. ff. uſucapion. Bald. & Ang. l. ſi quis decurio. la. 2. C. de decurionibus. lib. 10. Aretin. conſ. 15. & conſ. 30. Alex. conſ. 60. lib. 1. & conſ. 16. lib. 5. Panorm. c. fin. & ibi Fel. extr. de præſcript. Panorm. conſ. 94. lib. 1. Florian. l. an uſufructus. argum. illius text. ff. uſufruct. Alex. l. nemo poteſt. col. fin. & ibi Franc. Ripa num. 115. ff. legat. 1. Felin. Rubric. extr. præſcriptionib. Matth. de Afflict. deciſ. Neapolit. 254. Fran. Balb. in tract. de præſcriptio. 2. part. 3. part. princip. quæſt. 6. num. 21. & 5. part. 5. part princ. quæſt. 9. Dec. conſ. 271. & conſ. 496. col. 2. Stephan. Bertrand. conſ. 46. num. 5. lib. 1. Curt. jun. in tractat. feud. quæſt. 3. part. 3. cum multis ſimilibus allegat. per Tiraquell. in tract. de utroq. retract. part. 2. §. 1. gloſ. 2. num. 23.* ubi ipſe ex hoc infert, etiamſi ponatur vel concedatur, veram eſſe illorum Dd. ſententiam, qui concludunt juri redimendi rem cum pacto de retrovendendo venditam non præſcribi, illam tamen ſententiam ita accipiendam eſſe, ut non extendatur ad præſcriptionem illius temporis cujus in contrarium memoria non extat.

Et prædicta uſque adeò vera ſunt, etiamſi expreſsè tollatur vel reprobetur præſcriptio longiſſimi temporis, *Abb. conſ. 26. col. 2. lib. 2.* Item, etiamſi lex vel ſtatutum loquatur per verba univerſalia negativa, quod nulla currat præſcriptio, *Felin. Rubric. extr. de præſcript. col. fin. Iaſ. conſ. 92. col. pen. lib. 3.*

lib. 3. Arm. Covarr. in tractat. de antiq. tempor. 2. part. §. materia iſta. n. 43.

195 Et comprobatur ex eo, Namque ſi curſus illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, habet vim tituli conceſſionis ſive privilegii, *l. 2. §. idem Labeo ait, ſi in agris. ff. aqua pluv. arcend. l. hoc jure. §. ductus ff. aqua quotid. & aſtiv. c. ſuper quibuſdam. §. praterea. extr. verb. ſignif. c. contra priorem. diſtin. 1 o. c. ſervitium. 89. fin. Oldrad. conſ. 17. Iaſ. l. 2 quà putat. col. 2. ff. adqu. hered.* & pro veritate ac ſolenni privilegio habetur *Bald. conſ. 237. incip. quaſt. Vprtens. lib.* Atq; æquiparatur privilegio, quod à Principe ex certa ſcientia conceſſum eſt, *Bald. c. 1. col. 2. qua ſunt regal. Dec. conſ. 2. col. 2.* Ideoq; receptum eſt, eum qui rem aliquam ultra ſpacium illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, poſſedit, obligatione, oſtenſione vel probatione tituli ulterius non gravari, *gloſ. in c. ſuper quibuſdam. §. praterea. verb. non extare. ext. de verbor. ſignificat. Felin. de Sen. conſ. 2. incip. ſuper primo puncto. col. 2. Socin. conſ. 127. col. pen. lib. 1. Abb. conſ. 7. lib. 2. Calderin. conſ. 1. tit. de libelli oblat. Iaſ. l. ſi certis annis. col. fin. C. de pact. Godzadi conſ. 8. col. 8.* Nec eum cogi probare ſe rem controverſam ex certa cauſa ſive cum certa qualitate poſſediſſe, *Felin. c. cauſam. col. 4. extr. de praſcript.*

Et ex prædictis *Hieron. Schurff. in conſil. 90. num. 41. 42. & 43. lib. 3.* infert, etiamſi illud verum eſſet, quod in caſu quo ibi conſuluit, ſibi objectum fuit, nempe quod in Conſiſtorio Cameræ Imperialis conſuetudine receptum ſit, quod exceptio præſcriptionis non obſtat juri offerendi debitori contra creditorem competenti ex aſtre actioni pignoratitiæ inde deſcendenti. Hanc tamen conſuetudinem Cameræ Imperialis ita reſtringendum, ut non extendatur ad præſcriptionem illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat. Cum igitur in caſu præſenti à tempore contractus pignoris initi & ſuper eo confectis literis reverſalibus elapſi fuerint ad minus 200. & ſic plus quam tempus immemoriale, videtur dicendum in caſu noſtro hoc J. den B. agentib. actione pignoratitia contra hæredes creditorum mediatè obſtare exceptionem præſcriptionis, atq; eandem exceptionem etiam obeſſe actioni ex ſtipulatu cohærenti, & fidejuſſoriæ competenti. Cum enim actio ex ſtipulatu et obligatione fidejuſſoria deſcendens ſit acceſſoria ad actio-

nem pignoratitiam. Et legib. expreſsè cautum ſit, acceſſorium naturam ſui principalis & ſequi & ſortiri, *l. ſi cum. §. qui injuriarum. ff. ſi quis cautionib. l. inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pact. dotalib. l. cum principalis. & ibi Dec. & Cagn. ff. regul. jur. l. etiam. C. quæ acceſſorium. de reg. jur. lib. 6.*

Vigeſimò ſecundò, † præſcriptio ſtatutaria etiam cum mala fide currit, *Bart. l. ſequitur. §. ſi viam. ff. uſucap.* Quare cum in Ducatu Luneburgenſi, in quo & bona controverſa ſita ſunt, & contractus pignoratitius initus eſt tempore contractus celebrati, & etiam per multos annos poſtea jus non civile, ſed Saxonicum in viridi obſervantia fuerit, quod jus Saxonicum ſpeciales præſcriptiones introduxit, videtur dicendum, etiam ex hoc capite præſcriptionem, de qua in caſu noſtro agitur, cum mala fide cucurriſſe. 196

Vigeſimò tertiò, licet enim præſcriptione longi temporis mala fides autoris ſingulari ſucceſſori noceat, *authent. mala fidei. C. de præſcript. longi tempor.*

In præſcriptione tamen † longiſſimi temporis mala fides autoris ſingulari ſucceſſori nunquam præjudicat, *Angel. §. furtivæ. Inſtit. de uſucap. Angel. §. ſed iſta. Inſtit. de action. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 2. part. 3. partis princip. quæſt. 12. num. 6.* 197

Quinimò, etiam in † præſcriptione longi temporis mala fides auctoris ſingulari ſucceſſori non nocet eo caſu, quando vel is contra quem præſcriptio currit, ſcit ſingularem ſucceſſorem illam rem, de qua præſcribenda agitur poſſidere, vel quando ille ſingularis ſucceſſor non eſt ſucceſſor immediatus ſed mediatus, *Bart. Alex. Iaſ. & Dd. l. Pomponius. §. cum quis. ff. acquir. poſſeſ. Salic. & Dd. d. auth. mala fidei. Ang. d. §. furtiva. Ang. d. §. ſed iſte Fr. Balb. in tr. de præſcrip. 2. part. 3. part. princ. q. 12. Covarru. repet. c. poſſeſſor. part. 2. §. 9. de reg. jur. lib. 6.* 198

Præterea ſecundum juris Canonici diſpoſitionem † mala fides defuncti non nocet etiam univerſali ſucceſſori, eo caſu, quando is univerſalis ſucceſſor præſcriptionem à ſe inchoare vult, & non utitur acceſſione defuncti, *Innoc. c. cum. extr. de jure patronat. Dyn. c. poſſeſſor. & ibi Philip. Dec. de reg. jur. lib. 6. Cyn. Bald. & Ang. l. ſi ego. §. ſi patuit. ff. Publician. in rem act. Cyn. & Imol. l. ſequitur. §. hæredi ff. uſucapio. Ioan. Andr. c. cum quis. de regul. jur. lib. 6. Cyn. & Bart. l. vitia. C. de acquir. poſſeſ. Bald. & Angel. l. 2. C. de uſucap. pro* 199

 harede.

hærede. Paul. Caſtrenſ. conſ. 158. vol. 2. lib. 1. Alex. conſ. 9 lib. 1. Socin. conſ. 60. lib. 1. cum multis ſimilib. allegat. per Iaſ. & Dd. l. Pomponius. §. cum quis. ff. acquir. poſſeſ. Fran. Balb. in tract. de præſcript. 2. part. 3. partis princip. q. 12. Covarru. repet. c. poſſeſſor. part. 2. §. 9. de reg. jur. lib. 6. Tiraquell. in tract. de præſcript. §. 1. gl. 2. verſ. ſunt tamen & quidem. Et hanc ſententiam haud dubiè obtinere in præſcriptione 30. vel 40. annorum tradit *Tiraqu. in tract. de præſcript. §. 1. gl. 2. verſ. & hæc poſterior ſententia.* ubi pro ſua opinione citat *Ioan. Andr. Bart. Socin. & Corn.*

Similiter hanc concluſionem abſq; du-
200 bio procedere, aliqui tradunt, in † hærede hæredis, *Covarru. repet. c. poſſeſſor. part. 2. §. 9. num. 7. verſ. ſextò ſubinfertur. de reg. jur. lib. 6.* ubi ipſe tradit, eandem ſententiam amplecti *Ioan. Crot. l. Pomponius. §. cum quis. ff. acquir. poſſeſ.* Et hujus ſententiæ hanc rationem aſſignat, Quia primus hæres, ſi quam malam fidem habuit, non equidem veram ſed fictam malam fidem habuiſſe videtur. Eaq; ratione ejus hæres non obſtante mala fide præſcribere poteſt, cum ficta mala fides defuncti hæredi nunquam noceat, *gl. l. tutor rerum. ff. adminiſtrat. tutorum. Paul. Caſtrenſ. l. nunquam. in princip. ff. uſucapio. Alex. l. Pomponius. §. cum quis. vol. 7. & ibi alij Dd ff. acquir. poſſeſ.*

Deinde quoque clari juris eſt, & à Dd. magis communiter traditur, quod in cau-
201 ſis † feudalibus decidendis jus Canonicum ſervandum ſit in omnibus illis caſibus, in quibus Canones legibus contradicunt, *Bald. c. 1. §. præterea. el. 3. & ibi Præpoſ. num. 9. de probib. feud. alien. per Frider. Alex. conſ. 5. num. 10. lib. 5. Iaſ. in prælud. feudi. num. 63. Martin. Laudenſ. c. 1. de controverſ. feud. apud Pares termin. Felin. c. Eccleſia S. Mariæ. num. 54. & ibi Dec. num. 32. extr. de conſtitut. Felin. c. cæterum. num. 21. extr. de judicijs. Præpoſit. c. 1. num. 4. quo tempore miles. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & dicti vaſalli. num. 17. Curt. jun. in tr. feud. 12. q. 1. part. princip. & 2. part. 2. part. princip. n. 60. Zaſ. in tr. feud. 7. part. num. 6. Bart. de Bellenzin. in add. ad Abb. c. 5. extr. operis nov. nunciat.*

Cum itaq; ſit veriſimile hæredes tàm creditorum quàm fidejuſſorum hoc tempore viventes non eſſe hæredes immediatos, ſed mediatos, atq; forſan ad minimum quartos vel quintos ſucceſſores, & ſecundis vel tertiis, nec non etiam ſequentib. ſucceſſorib. tantùm temporis elapſum ſit, quod ad præſcriptionem ſufficiens eſt, etiamſi ipſi non utantur acceſſione creditorum vel fidejuſſorum, videtur dicendũ ipſos omninò præſcriptione tutos eſſe, nec ipſis quicquam obeſſe malam fidem auctorum ſive prædeceſſorum, etiamſi illa mala fides alioquin in hac præſcriptione in conſideratione eſſe poſſit, eo præſertim caſu, quod bona controverſa eſſent bona feudalia.

Similiter ex hoc videtur inferri, ſi moderni poſſeſſores caſtrum H. poſſediſſent ultra 30. vel 40. annos malam fidem creditorum illorum præſcriptioni impedimento non fuiſſe, etiamſi ipſi vel parentes eorum à creditoribus titulo ſingulari caſtrum H. acquiſiviſſent.

Vigeſimò quartò, † mala fides de- 202
functi nunquam nocet hæredi, eo caſu, quando is hæreditatem defuncti confecto Inventario adivit, *Alex. l. Pomponius. §. cum quis. & ibi Iaſ. ff. acquir. poſſeſſio. Felin. c. ſi diligenti. num. 6. extr. de præſcript. Franc. Balb. in tract. de præſcriptio. 2. part. 3. partis principal. quæſt. 12.* Quæ confectio Inventarii in caſu præſenti videtur præſumenda ex lapſu temporis non modò longiſſimi, verùm etiam immemorialis. Cum ex curſu illius & ſolennitas extrinſeca, & omnia alia ad aliquem requiſita ſive in actu aliquo neceſſaria interveniſſe præſumantur.

Vigeſimò quintò, in † feudis præſcri- 203
ptio lapſu contra unum etiam reliquis & nondum natis obeſt, *Curt. ſen. conſ. 32. n. 4.* ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionem communem eſſe. Quod multò magis procedit, quando poſſeſſor feudi habet titulum & bonam fidem, *Curt. ſen. conſ. 52. num. 5. Arius Pinell. repet. authent. niſi triennale. num. 55. C. bonis matern.* Et minus dubium eſſe videtur eo caſu, quando præſcribens habet cauſam ſive titulum ſingularem ab extraneo, qui non erat prohibitus feudum alienare, *Franc. Balb. in tract. de præſcriptio. 4. part. 4. part. pr. 12. q. princ. quæſt. 8.* Eam ob cauſam, quia res alioquin alienari prohibita poteſt præſcribi, ſi quis habeat cauſam ab alio quàm à prohibito, vel ejus vicem gerente, *Bald. l. 2. num. 4. C. uſucap. pro emptore.*

Igitur videtur dicendum, etiamſi caſtrum H. feudum eſſet, præſcriptionem tamen, qua modernus poſſeſſor ſe tueri forſan poſſet, etiam H. & J. den B. qui hoc tempore in vivis ſunt, & non tantùm prædeceſſoribus ipſorum nocere.

Vige-

204 Vigeſimò ſextò, pro hac † contraria ſententia adduci poteſt *text. in l. 2. C. ſi vendit. pign. agat.* ubi Imperator inquit, Servos quos nullo jure à creditore veniſſe dicis, pater tuus vel tu ſi hæreditas ejus ad te pertinet, à poſſeſſoribus petere potes, Quod ſi uſucapti ſunt, petat pater tuus precium eorum à creditore, qui non jure eos vendidit, & ibi Viviat. in figurat. caſus addit: Intellige, quod creditor teneatur debitori ad precium ſalvo eo, quod ſibi debetur. Et ſic ex illo textu liquet, ſi pignus nullo jure venditum ab emptore uſucaptum fuerit, debitori contra creditorem nullam aliam actionem, quàm tantùm ad precium, quod ſupra debitum ex venditione pignoris redegit creditori, competere, prout hoc ibidem videntur ſentire *Bald, Salicet, & Virian.*

Si itaque modernus poſſeſſor caſtri H. illud caſtrum legitimè præſcripſiſſet, videtur dicendum H. & J. ben B. contra hæredes creditorum nullam aliam actionem competere, quàm ad precium tantùm, quod ex venditione iſtius caſtri ultra ſummam debiti creditores redigerunt, etiamſi creditores illud caſtrum nullo jure vendidiſſent.

Et licet hæc & ſimilia, quæ pro rationibus dubitandi adducta ſunt, prima fronte fortiter urgere videantur. Ego tamen hiſce & ſimilibus rationibus non obſtantibus prædictas meas deciſiones veriſſimas eſſe judico. Et ad hoc tenendum moveor. Primò, Namque Doctoras communiter tradunt,
205 juri † offerendi quod cōpetit debitori contra creditorem ad producendam actionem pignoratitiam nullius temporis lapſu ſive curſu præſcribi, prout hoc tradit *Rogerius ſive Irnerius, Martin. Simon. Vincent. Iacob. de Raven. Petrus de Bella pert. Guilbel. de Suzaria. & Guilbel. de Cuneo.* ſicut illos refert atque ſequitur *Cyn. ſ. cum notiſſimi. §. 1. C. præſcriptio. 30. vel 40. annorum.* Idem etiam tenet *Alber. de Roſat. d. l. cum notiſſimi.* ubi ipſe atteſtatur, eandem opinionem amplecti *Goffred. & Oldrad.*

Eandem etiam opinionem amplectitur *Alber. de Roſat. & Salicet. l. ſi rem. §. omnis. ff. pignorat. actio.* ubi *Alber.* affirmat, ejuſdem opinionis eſſe & *Andr. de Piſis. & Rainerium.*

Huic opinioni etiam aſtipulatur *Bart. & Fulgoſ. l. ſi rem. §. omnis. ff. pignoratit. actio.* ubi *Fulgoſ.* refert etiam Placentinum bujus opinionis aſtipulatorem eſſe. Et idem opinioni ſubſcribit *Bartol. & Paul. Caſtrenſ. l. pignori. ff. uſucap.* Item *Bart. d. l. cum notiſſimi.* in quo ultimo loco *Bart.* atteſtatur, hanc opinionem commmunem eſſe.

Ejuſdem ſententiæ eſt *Ioan. Andr. Anton. de Butrig. Cardinal. Florentin. Bald & abbas, Panormitan. cap. quando frequenter. §. fin. extr. ut lite non conteſt. Corn l. licet. C. jure deliberandi. Corn. conſ. 176. col. 2. lib. 3. pract. Papien. in verb. præſcriptionis. circa fin Bald. Rubr. num. 21. extr. de præſcriptio. Bald. repet. l. cum in longi C. de præſcript. longi tempor. Baldus conſ. 342. col. 2. lib. 1. Cardin. Pariſ. conſil. 92. num 53. uſq. ad fin. lib. 3. Stephan. Bertrand. conſ. 88. lib. 1. Felin. cap. cum acceſſiſſent. num. 27. extr. de conſtitut. Ioan. Cæphal. conſ. 102. num. 17. & ibi Dec. num. 16. uſq. ad num 26.* ubi ipſe atteſtatur, etiam *Franc. Balb.* hanc opinionem amplecti. Idem etiam tenet *Henning. Gœden. in conſ. fin. circ. deciſ. 7. quæſt.* ubi ipſe affirmat & *Andr. Barbat*, ejuſdem ſententiæ eſſe, & illam opinionem, quod juri offerendi ad producendam actionem pignoratitiam nullo tempore præſcribatur, magis communem eſſe.

Et inſuper atteſtatur, conſuetudine totius German. receptū eſſe, quod juri † of- 206
ferendi competenti debitori contra creditorem ad producendam actionem pignoratitiam nullo unquam tempore etiam nec trecentorum vel quadringentor. annor. præſcribatur, cui tanquam Doctori illuſtri & celeberrimo atteſtanti de conſuetudine German. ſecundum communem Dd. ſententiam ſaltem quoad præſumptionem, & quoad hoc, ut illi præſumptioni ſtetur, donec contrarium probetur plena fides adhibenda. Hanc eandem opinionem etiam ſequitur *Mynſing. in lib. ſingul. obſerv. jud. Imperial. Cameræ. obſerv. 4. Centur. 4.* ubi ipſe affirmat, hanc opinionem, quod in pignoribus quoad producendam actionem pignoratitiam juri offerendi nunquam præſcribatur per Cameram Imperial. approbatam, & ſecundum illam in Camera Imperiali pronunciari.

Et ſic ex prædictis liquet, hanc opinionem communem eſſe, cum illa opinio communis ſit, quam plures & gravioris auctoritatis Dd. ſequuntur *Felin. c. 1. nu. 54. & ibi addit. ad Abb. extr. de conſtitutionibus. Iaſ. l. ſi quis mihi bona. § juſſum. num. 14 ff. acquir. hereditat. Iaſ. l. re conjuncti. n. 142. ff. legat. 3. Iaſ. l. ſi u qui pro emptore. nu. 247. ff uſucapio. Iaſ. authent. ſi qua mulier. num. 15. C de SS.*

Eccleſ. Card. Pariſ. conſ. 73. num 34. lib. 1. arg. c. in Canonicis. diſtinct. 19.

Et dubium non eſt, hanc præcedentem opinionem, quod juri offerendi quuad producendam actionem pignoratitiam non præſcribatur, plures Dd. tenere. Namque hanc opinionem ultra 30. Dd. ſupra relati, amplectuntur, qui omnes in illis terminis loquuntur, Doctores verò pro contraria ſententia citati partim loquuntur non in jure offerendi competenti debitori contra creditorem, quoad producendam actionem pignoratitiam, ſed in jure offerendi quod competit venditori contra emptorem ex pacto de retrovendendo, inter quæ jura maximam rationem diverſitatis milirare, dubio omni caret, cum actio pignoratitia ante oblationem factam ipſo jure non ſit nata. Actio verò ex pacto de retrovendendo deſcendens ipſo jure quidem nata ſit, ſed ei tantùm exceptio obſtet. Et quod inter hæc duo jura magna diverſitatis ratio miliret, tradit *Felin. c. cum acceſſiſſent. num. 27. extr. de conſtitut. Tiraq in tract. de utroq; retract. part. 2. §. 1. gloſ 2. num. 2.* Ideoque de uno jure ad aliud jus argui vel inferri nequit. *arg fin ff. Calumniatorib. l. Papinianus exuli in princip. ff. minoribus. l. Iulianus. ff. conduct. iudeb.*

Et ſi illi Doctores, qui loquuntur in jure offerendi competenti ex pacto de retrovendendo demantur de numero illorum, qui pro contraria ſententia adducti ſunt, vix reperiuntur decem aut undecim, qui contrariam ſenteutiam in ſpecie amplectantur.

207 Et inſuper multi † ex illis, qui contrariæ ſententiæ aſtipulantur, ſibiipſis ſunt contrarii atque illorum auctoritati propter contrarietatem detrabitur. *arg l. qui falſo ff. de teſtib. l. eos qui. ff ad leg. Cornel. de falſis.*

De auctoritate quoq; & pondere illorum Dd. qui hanc ſententiam tenent, quod videlicet ipſi ſint & præſtantiores & illuſtriores dubium non eſt. Namq; illam tenent vetuſtiſſimi Dd. *Irnerius* nempe, *Simon. Vincentius, Iacob. de Raven. Petr. de Bellapert. Gailhel. de Cuneo. Guilhel. de Suzaria.*

208 Et dubium non eſt, Dd. † vetuſtiores recentiores auctoritate longè ſuperare, *Paris de Puteo. in tractat. Syndicatus. verb. judicare cap. Iudex qui dedit. col 2. Pract. Papienſ in form. capitulorum ad perpet. rei memor. in fin. Dec. conſ. 52. col. 1.*

Deinde hanc opinionem amplectitur Oldradius, † cujus auctoritatem maximam 209
eſſe, teſtatur *Card. Pariſ. conſ. 73. lib. 37.* Johannis quoq; Andreæ auctoritatem maximam eſſe, in dubium eſt, cum ille ſit & tuba & fons & lucerna juris, *Curt. ſen. conſ. 1. num. 12. Henning. Gœden. d. conſ fin. Card. Pariſ. conſil. 73. num. 37. lib. 1. cum multis ſimilibus cumulatis per Ioan. Neviz. in Sylvul. nupt. lib. 5. num. 25.*

Bartoli etiam † auctoritatem graviſ- 210
ſimam & ſupremam eſſe, nemo dubitat, *Claud. de Seiſſello. repet. l. ut vim. col. final. ff. de juſt. & jur.* Ipſe enim eſt & illuminator juris, imò pater juris, & juris lumen ardentiſſimum, & in eo ſemper ſolet eſſe ſubſtantia veritatis, quæ ſemper in judicando & conſulendo ſequenda. Ejusq; auctoritas non eſt poſtponenda auctoritati Dominorum de Rota, ſaltem in terris Imperii, Isq; & venerandus & tanquam Dux ſequendus. Ejusq; veſtigia ut numinis cujuſdam adorari debent, prout hæc omnia tradit *Ioan. Neviz. in Sylvul. nupt. lib. 5.*

De Baldi quoque auctoritate, † qui 211
ſimiliter hanc opinionem in multis locis tenet, nemo dubitat, prout multa de ipſius auctoritate cumulat, *Ioan. Neviz. in Sylvul. nupt. lib. 5. numer. 25. verſ. Etiamſi contra communem opinionem teneret Baldus, Cardinal. Pariſ. conſ. 73. num. 38. lib. 1.* Albericum quoque de Roſate inter Doctores reliquos facile primas obtinere certum eſt. Namque ipſe fuit claro & ſolido ingenio & rectè & ſanè leges intellexit, & eſt Doctor & Commentator eximius, fidelis conſervator antiquitatis, & fuit maximus Practicus, prout hæc in laudem ipſius refert *Neviz. in Sylvul. nupt. lib. 5. num. 35.*

Eodem modo & Felini auctoritas maxima & graviſſima eſt, prout multa in laudem ipſius refert *Ioan. Neviz. in Sylvul. nupt. lib. 1. num. 25. verſ item etiamſi eſſet opinio Felini.* Et quod aliorum Doctorum, qui hanc opinionem ſequuntur, auctoritas maxima ſit, & facilè omnes alias vincat, videre licet ex iis, quæ tradit *Cotell, Cotta in memoral. incip. Iuriſperiti.*

Nec obſtat, quod † *Hieronym. Schurff.* 212
in conſil. 90. num. 32. & 33. lib. 3. multa pro auctoritate gloſſæ adducit, quæ ipſe de verbo ad verbum ex Jaſone tranſcripſit.

Et inter cætera prætendit contrariam opinionem, quod videlicet jure offe-

offerendi in pignoribus competenti debitori adverſus creditorem præſcribatur, tenere gloſ. & quod opinio gloſſæ ſemper ſit cenſenda communis, quando ſaltem aliquis Doctoe gloſſę opinionem ſequitue.

Namque licet opinio gloſſæ in dubio cenſeatur eſſe communis. Attamen hoc non procedit, quando conſtat plures graviſſimæ auctoritatis Dd. contrarium tenere, tunc enim illa præſumptio, quod opinio gloſſæ cenſeatur eſſe communis veritati contrariæ cedit, *arg. l. fin. in princ. ff. quod met. cauſ. l. ſive poſſidetis. C. de probation.* Et certum eſt, quod opinio communis Dd. etiam opinioni gloſſæ præferenda ſit, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Dec. cap. ext. conſtitut. Nicol. Everhard. in loco à contrario ſenſu circa fin. Ioann. Neviz. in Sylval. nupt. numer. 25.*

213 Deinde non obſtat, quod † tradit Schurff. in præallegato Conſilio, opinionem gloſſæ poſſe allegari pro lege, quando textus non reperitur, & ad hoc allegat *Imolam l. 1. ff. vulgar. & pupillar.* Namque negatur, communem opinionem legibus deſtitui, cum illa multis & textibus & rationibus comprobetur.

214 Et certum eſt, quod † deficientibus textibus ſive legibus, non tantùm gloſſæ, verùm etiam cujuslibet Doctoris auctoritas allegari poſſit, *Ang. l. ſi idem. cum eod. arg. illi text. ff. juriſdict. omn. judic. Archidiac. c. notitie. 11. quæſt. 1. Iaſ. l. illam. num. 11. C. collationibus Socin. conſil. 155. col. 3. cum multis ſimilibus allegat per Ioan. Neviz. in Sylval. nupt. lib. 5. num. 24.* Et deficiente textu ſive lege communis opinio potiſſimum pro lege allegari poteſt imò ſequenda, & omnibus aliis præferenda, *Corſet. ſing. 206. Ioan. Neviz. in Sylval. nupt. lib. 5. num. 20.*

215 Et ſic ſequitur, hanc † opinionem, cum illa ſit communis omninò & in judicando & in conſulendo ſequendam, cum Judex ſemper communem opinionem in judicando ſequi debeat, prout hoc ultra Dd. allegatos circa deciſionem primæ quæſtionis latiſſimè tradit *Ioan. Neviz. in Sylval. nupt. lib. 5. num. 1. Henning. Gæden. conſ. fin. n. 254. uſq. ad num. 258.*

Deinde quoque ex hoc ſequitur, hanc opinionem, quod videlicet juri offerendi in pignoribus competenti debitori adverſus creditorem ad actionem pignoratitiam producendam communi conſuetudine Germaniæ receptam eſſe, quia hoc atteſtatur inſignis Doctor *Henning. Gæden in d. conſil. fin.* cui atteſtanti de conſuetudine plena & omnimoda fides adhibenda eſt ſaltem quoad præſumptionem, Item, quoad hoc, ut huic præſumptioni ſtetur, donec contrarium probetur, prout hoc ſupra comprobavimus.

Igitur etiam ex hoc ſequitur, hanc opinionem omninò tenendam & ſequendam, etiamſi probari poſſet, opinionem contrariam eſſe magis communem, quod tamen omninò negatur.

Namque clari & indubitati juris eſt, illam opinionem, † quæ conſuetudine ap- 216
probata eſt, in illo loco in quo talis conſuetudo viget, omni contrariæ opinioni præferendam eſſe, etiamſi contraria opinio magis communis eſſet, prout hoc expreſsè & in ſpecie tenet *Bald. cap. 1. de feudo ſine culpa non amittenda. Petr. de Ancher. conſ. 177. incip. viſis. Panorm. c. cum ad ſedem. extr. de reſtitut. ſpoliator. Alex. conſil. 19. lib. 7. Claud. de Seiſel. l. ſi quis id quod. ff. juriſdict. omnium judic. Dec. cap. 1. num. 22. extr. de conſtitutionibus. Dec. cap. cum omnes. notab. 1. extr. eod. tit. Dec. c. at ſi Clerici col. 17. extr. judic. Dec. conſ. 358. ad fin. Ioan. Neviz. in Sylval. nupt. lib. 5. n. 64. Carol. Molin. in conſuet. Pariſ. §. 31. n. 31. Henning. Gæden. conſ. fin. n. 31. cum 13. ſequentib.* ubi ipſe multos alios Doctoees pro hac ſententia comprobanda citat, & confirmatur per textum *l. minimè. ff. de legibus. c. cum dilectus. extr. conſuet.* Item & ex eo, quod traditur, illud quod eſt conſuetudinarium, non eſſe arbitrarium, & conſuetudinem habere vim decreti & juſtitiæ, *Alex. conſ. fin. col. 5. lib. 4. Barbat. conſ. 26. col. 4. lib. 2.* Quodq; ſequi debeamus intellectum à conſuetudine approbatum etiam verba impropriando, nec facilè ab eo diſcedere, quod diu æquum viſum eſt, *Socin. conſ. 209. col. fin. lib. 2.*

Præterea ex prædictis liquet, hanc † 217
opinionem, quod juri offerendi in pignoribus debitori competenti contra creditorem non præſcribatur, in Camera judicii Imperialis approbatam, & ſecundum illam pronunciari. Ex quo ſimiliter ſequitur, hanc opinionem in omnibus judiciis inferioribus totius Imperii Romani ſervandam & ſequendam. Cum dubio omni careat, quod conſuetudinem Cameræ Imperialis omnia inferiora judicia totius Imperii Romani in judicando & pronunciando imitari & ſequi teneantur, *arg. §. fin. Inſtit.*

de ſatiſdando. l. 1. § ſed etiamſi quæ leges. C. de veteri. juri. enucl. facit tex. l. fin. C. ædific. privat.

Secundò, pro hac ſententia confirmanda facit id, quod multi Dd. tradunt,
18 Eum, † qui rem aliquam vendidit, eo pacto, ut ipſi permittatur, illam rem quandocunq; redimere, rem venditam vigore hujus pacti non obſtante ullius temporis præſcriptione redimere poſſe, *Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit. 3. quæſt. 7. quæſtio. princip. Barbat. conſ. 51. col. 8. lib. 1. & conſ. 22. ultim. dub. lib. 4. Ioan. Crot. repet. l. nemo poteſt. Chart. penult. col. 1. ff. de legat. 1. Alciat. l. petens. C. de pactis.* ubi ipſe dicit, hanc opinionem æquiorem & conſcientiæ aptiorem.

Idem etiam tenet *Alciat. Rubr. num. 64. extr. de præſcriptionib.* ubi dicit, hanc opinionem tanquam æquiſſimam eſſe tenendam, in Practica tradit.

Eandem etiam amplectitur *Caſſen. in conſuetud. Burgund. tit. des rentes. §. 1. gloſ. 1. col. 2. verſ. limita hanc.* ubi ipſe affirmat, idem tenuiſſe *Bald. & Salicet.* in quibuſdam Conſiliis. Et ita quoque fuiſſe judicatum in curia Parlamenti Burgundiæ.

Huic opinioni etiam ſubſcribit *Gaſſeneus conſ. 11. per totum.* ubi ipſe atteſtatur, etiam Richardum & Bartholomæum à Salicetis ita conſuluiſſe.

Idem etiam tenet *Ioann. Igneus l. in cognitione. num. 76. uſq; ad num. 173. ff. ad SC. Syllejan. Cardin. Pariſ. conſ. 92. lib. 3 Ludovic. Godzad. repet. l. 2. num. 88. uſq; ad nu. 93. C. pact. inter empt.*

Ejuſdem quoque ſententiæ eſt & *Raph. Fulgoſ. conſil. 123.* dum videlicet ibi inquit: Quod ex ſtatuto inducente præſcriptionem actionum perſonalium decem annos inter præſentes & 20. inter abſentes non præſcribitur actioni, quæ alicui competit ex promiſſione facta alicui de vendendo rem aliquam ad omnem illius voluntatem.

Idem & *Baldus in ſua Margarita in verb. præſcriptio. in princip.* Dum videlicet ibi dicit: Præſcriptionem non procedere adverſus illum, qui ex pacto poteſt agere, quandocunque atque eo caſu non præſcribi juri offerendi per textum *l. ſi fundum. C. pactis. inter empt. & vendit.*

Et confirmatur ex eo, quia quando in pacto apponitur dictio Perpetuò vel Quandocunque, non currit præſcriptio ſtatutaria vel legalis, *l. quod ſi nolit. §. ſi quid ita venierit. & ibi Bald. & Angel. ff. ædilit. edict. Angel. & Immol. l. 1. ff. uſucapio. Cæpoll. cautel. 68. incip. ſi petens. & cautel. 75. incip. quod in contractu. Barbat. conſ. 53. col. antepenult. lib. 2. & conſ. 18. lib. 3 Socin. conſ. 86. col. penult. lib. 1. & conſ. 166. lib. 2. Carol. Ruinus conſil. 111. num. 7. lib. 1. Angel. l. cum ſtipulatus ſim mihi à Procuło. ff. de verb. obligat. Barbat. conſ. 18. col. 7. lib. 3.*

Hanc eandem ſententiam etiam expreſsè tenet *Mynſing. in lib. ſingul. obſervat. judicij Imperial. Cameræ Centur. 1. obſervat. 16.* ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionem, quod pacto de retrovendendo ſive juri offerendi precium & recuperandi rem venditam prætextu hujus pacti nullius temporis etiam ne 100. annorum quidem curſu præſcribatur. Judicium Cameræ Imperialis amplecti, & ſecundum illam pronunciare.

Igitur hæc ſententia omninò ſequenda, & ſecundum illam pronunciandum eſt etiam in inferioribus judiciis Imperii Romani cum modum atque conſuetudinem pronunciandi judicii Cameræ Imperialis omnia judicia inferiora totius Imperii Romani ſervare & ſequi teneantur per jura vulgar. ſupra allegat.

Tertiò, infinitas † toleratur eo caſu, 19
quando verba contrahentium apta ſunt ad infinitatem ſignificandam ſive denotandam, *l. cum quidam. ff. uſuris. l. ſi ita ſtipulatus à Sejo fuero. & ibi Bart. & Ang. ff. de fidejuſſoribus. l. in annalib. C. de leg. Dinus, Alberic. Bart. Immol. Alex. & Dd. l. qui bona. §. fin. ff. damno infect. Alex. l. ſi ſtudium. §. 1. ff. verb. obligat. Alex. l. 2. §. fin ff. qui ſatisdar. cogantur. Alex. conſ. 145. col. 1. lib. 2. gloſ. & Cyn. l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. ff. legat. 3. Immol. conſ. 25. Roland. à Vall. conſ. 58. num. 4. Socin. jun. conſ. 69. num. 3. lib. 2.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut procedat, etſi ex multiplicatione ſive infinitate poſſit multiplicari, vel in infinitum extendi damnum vel Intereſſe, *Ioann. de Imol. l. ſi ita ſtipulatus fuero. argum. ill. text. ff. fidejuſſorib. Alex. conſ. 145. num. 3. lib. 2. Hippol. de Marſil. l. unic. §. cogniturum. num. 28. ff. de quæſtionibus.* in quibus locis *Alex. & Hippolyt. de Marſil.* atteſtantur, etiam *Bart.* hanc opinionem amplecti.

Ideoque receptum eſt, eum, qui promiſit aliquem repræſentare toties quoties ipſe requiſitus fuerit, non liberari, licet ipſe eum ſemel vel bis præſentaverit, *Immol. Roman. Alexand. & Dd. l. ſi finita. in princip. ff.*

damno

damno infect. Paul. Caſtrenſ. & Iaſ. l. duobus. §. quod ſi reus. ff de jurejurand. Alex. l. qui bona. ſ. fin. ff. damno infecto. Alexand. conſ. 145. in princip. lib. 2. Socin. l. fidejuſſor. §. final. col. penult. ff. qui ſatiſdar. cogantur. Socin. l. 1. col. final. & ibi Dec. col. 2. & Petr. Rebuff. in repet. num. 90. C. ſentent. quæ proeo quod interest, proferuntur, ubi *Petr. Rebuff.* atteſtatur, hanc opinionem communem eſſe.

Et idem tenet *Franc. Creutenſ. ſingul. 11. Iaſ. conſ. 30. lib. 1. Hipp. de Marſ. repet. Rub. q. 9. & q. 15. ff. de fidejuſſorib. Hippol. de Marſil. l. unica. §. cognitorum. n. 30. ff quæſtionib Tiraquell. repet. l. boves. §. hoc ſermone part. 2. limit. 26. ff. verb. ſignificat.*

Sed certum eſt, quod illa verba Quandocunq; importent infinitatem, *Bart. Imol. & Alex. l. qui bona §. final. ff. de damn. infect.*

Et hoc uſque adeò verum eſt, ut per illa verba *Quandocunq;* & ſimilia intelligatur etiam excluſa præſcriptio illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat. *gloſ. Clement. 1 verb. quanticunq; de foro competenti. gloſ. Clement. ſi una verb. quamvis. de reb. Eccleſ. non alien. Ioan. Andr. cap. cum inſtantia. arg. ill. text. & ibi Panormitan. notab. 5. extr. de cenſib. Ant. de Butr. & Panorm. c. cum ex officij arg. ill. text. extr. de præſcriptio. Panor. c. ſuper eo. arg ill. text. extr de Parochijs.*

Cum itaque in caſu præſenti in literis reverſalibus actum & conventum ſit, Daß die Creditorn vnd jhre Erben den Debitorn vnd jhren Erben vor die 30. Marck löttigs Silbers Heuptſummen das Haus H. zu löſende geben ſollen / Wann ſie ſcil. Debitorn wollen. Quæ verba, Wann ſie wollen / æquipollent verbis, *Quandocunque*, ſequitur, verba pactis de reluendo pignore in caſu præſenti apta eſſe infinitatem comprehendere. Et ſic debitoribus permittendum non obſtante cujuſcunque temporis lapſu debitum offerre, & pignoratitiam actionem contra creditores eorumque hæredes inſtituere, prout hoc, quod juri offerendi in pignoribus competenti debitori contra creditorem nullius unquam temporis lapſu præſcribatur, eo caſu, quando in illo pacto, in quo deluitione ſive redemptione pignoris mentio fit, eſt inſerta dictio, *Quandocunque*, vel ſimilis expreſsè & in ſpecie tradit *Henning. Gœden. conſ. final. num. 271. uſq; ad num. 282.*

220 Quartò, † facultati adimplendi conditionem poteſtativam nullo unquam tempore præſcribitur, *l. ſeruus quoq. ſ. fin. cum l. ſequenti. ff. hæred. inſtit. l. fin. ff. condit. inſtit. Bart. l. pignori. ff. uſucap.*

Similiter & † facultati ſive poteſtati collatæ in expreſſam ſive liberam voluntatem alterius, nunquam præſcribitur, *gloſ. penult. cap. privilegia. & ibi Anton. de Butr. extr. de Privileg. Felin. c. cum acceſſiſſent. col 10. verſ. limita ſecundò. & ibi Dec. col. 8. extr. de conſtit. Ioan. Andr. Gemin. & Dd. c. fin. de conſuet. lib. 6. Caldorin. conſ. 1. ſub Rubr. de præſcriptio. Franc. Balb. in tractat. de præſcript. 5. part. 5. partis princip. quæſt. 4. numer. 4.* 221

Nec obſtat, quod Doctores ad illud quod conditioni † poteſtativæ non præſcribatur, reſpondent illud tantùm procedere in illa conditione poteſtativa, qua in actu deducto non oritur actio, exempli gratia is, qui inſtitutus eſt hæres ſub conditione poteſtativa, eam implendo non efficitur hæres, ſed ſolùm habilitatis ad adeundum, *argum. l. Antiſtius. in princip ff. acquir. hæredit.* Aliud verò eſſe in illa facultate adimplendi conditionem poteſtativam, qua conditione adimpleta actio ſtatim naſcitur, prout hanc reſponſionem tradit *Baldus & Angelus l. cum notiſſimi. in princip. C. præſcript. 30. vel 40. annorum. Ioann. de Imol l. pignori. ff. uſucapionibus. Angel. Aretin. ſ. actionum. num. 54. Inſtit. de actionib. Hieron. Schurff. conſ. 90. num. 36. lib. 3.* 222

Namque reſpondeo primò, *text. in l. ſeruus quoq. ſ. final. ff. de hæred. inſtitut. & l. fin. ff. condit. inſtitutionum.* generaliter decidere, quod facultati ſive poteſtati adimplendi conditionem poteſtativam nullo tempore præſcribatur.

Nec in illis textibus ullam fieri diſtinctionem caſuum. Et legibus expreſsè cautum eſt, quod in multis caſibus per adimpletionem conditionis poteſtativæ adjectæ hæredis inſtitutioni inducatur aditio hæreditatis, & ex ipſa adimpletione immediatè oriatur actio, prout illos caſus refert *Bartolus l. jam dubitari. ff. hæredibus inſtitut.*

Igitur ex generalitate illorum textuum ſequitur, quod facultati adimplendi conditionem poteſtativam nullo tempore præſcribatur, etiamſi illa conditio poteſtativa talis ſit; qua adimpleta ſtatim & inducatur aditio hæreditatis, & oriatur actio ſive jus in judicium deducibile. Cum ſit clari & indubitati juris, quod lex generaliter & indiſtinctè loquens,

Digitized by Google

generaliter intelligenda ſit, *l. 1. §. cum urbem. ff. de offic. præfect. urb. l. regula. §. fin. ff. juris. & fact. ignor. l. 1. §. ait ergò. ff. his quæ in fraud. cred.* Nec a nobis diſtingui, *l. 3. ff. officio præſid. l. de precio, ff. Publicia. in rem act.* ſed ita accipi debeat, ut omnes omnioò caſus comprehendat, *Roman. conſ. 44.* etiamſi major ratio ſit in uno quã in alio, *l. 1. §. quod autem. ff. de aleatoribus & luſu aleæ. Socin l. 8. §. ex literis. arg. ill. text. ff. de verbor. obligat. Cravett. conſ. 92. num. 4. lib. 1.* Item, etiamſi illi caſus privilegiati ſint, *l. in fraudem. §. fin. & ibi Bald. ff. teſta. mil.* Nec non etiamſi illa diſpoſitio ſit odioſa vel ſtricta, *Ang. l. final. col. final. ff. conſtit. Princip. Aym Cravett. conſ. 818. num. 14. lib. 1.*

Præterea quoque clari juris eſt, quod idem juris ſtatuatur de antecedenti quod ſtatuitur de conſequenti, *l. oratio. ff. ſponſalib. cum ſimilib. ſuperius alleg.* Ex quo ſequitur, nullam differentiam eſſe ſtatuendum inter conditionem poteſtativam, qua adimpleta quis habilitatis ad adeundam hæreditatem quod eſt præambulum neceſſarium ipſius aditionis hæreditatis, & inter illam conditionem poteſtativam, qua adimpleta hæreditatis aditio inducitur.

Et ſic liquet, hanc reſponſionem *Bald. Angel. Schurff.* & ſequacium & textib. & rationib. urgentiſſimis refragari, eamq; ob cauſam nullo modo amplectendam.

Et licet *Bald. in l. cum notiſſimi num. 19. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum dicat in l. penult. ff. quib. ad libert. proclam. non licet eſſe text.* quod potentiæ implendi conditionem præſcribatur. Attamen ille textus hoc non probat, ſed potiùs contrarium probat, prout hoc ex verbis illius text. videre licet, & illud deprehendit *Angel. §. actionum. nu. 54. Inſtit. actionib.*

Deinde non obſtat, quod *Angel. in §. actionum. num. 54. Inſtit. de actionib.* tradit, illos textus, qui volunt non præſcribi conditioni poteſtativæ, tantùm loqui in inſtitutione, & ſecus eſſe in legatis vel aliis diſpoſitionibus, *arg. l. hæc conditio. la. 2. ff. condit. & demonſt.* Eamq; ob cauſam, cum in actione pignoratitia ſive pignorib. ſumus extra caſum inſtitutionis facultati adimplendi conditionem poteſtativam nempe offerendi debitum, & mediante illa oblatione conſequendi actionem pignoratitiam abſque dubio præſcribi.

Namqoe reſpondeo, licet facultati adimplendi conditionem poteſtativam in legatis præſcribatur, aliud tamen eſſe in contractibus. Namque in illis facultati adimplendi conditionem poteſtativam perinde ut in conſtitutionibus non præſcribitur juxta textum expreſſum, *l. ita ſtipulatum. ff. verb. obligatio. Bartol. l. hæc conditio. la. 2. ff. de condit. & demonſtr.*

Sed certum eſt, quod jus offerendi in pignoribus competens debitori ſit jus implendæ conditionis, ut competat actio pignoratitia, cum ante illam oblationem factam actio pignoratitia non naſcatur. Et inſuper in caſu præſenti in libera & expreſſa voluntate debitorum atque hæredum ipſorum poſitum eſt, quandocunque debitum offerre & pignus luere, ſicut hoc ſatis liquet ex illis verbis: Wann ſie wollen. Igitur ſequitur, juri offerendi in pignoribus debitori competenti contra creditorem ad producendam actionem pignoratitiam præſertim in caſu noſtro non præſcribi.

Quintò † præſcriptioni cum jureju- 223
rando renunciari poteſt ſecundum magis communem & receptam Dd. ſententiam *Alex. l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. Felin. cap. ſi diligenti. num. 18. extr. de for. compet. Felin. Rubr. num. 15. extr. præſcript. Franc. Balb. in tr. de præſcript. 5. part. 5. partis princip. quæſt. 6. num. 8.*

Et licet in hoc contrarium teneat *Auguſt. Bero. in Rubr. extr. de præſcript.* tamen Auguſtin. Bero. in illa opinione omninò ſingularis eſt, nec habet ullum aſtipulatorem, itaq; illius opinio neutiquam tenenda vel ſequenda, *l. 1. ff. de ſenatorib.*

Et ex hoc infertur, non tantùm eum, qui in ſpecie exceptioni præſcriptionis cum jurejurando renunciat, verùm etiam eum qui in genere cum jurejurando renunciat omnibus exceptionibus ab exceptione præſcriptionis excludi, nec ſe illa exceptione juvare poſſe. Cum ſit clari & indubi- 224
tati juris, quod † juramentum habeat vim expreſſi, quodq; renunciatio jurata generaliter facta habeat vim ſpecialis expreſſionis, & perinde habeatur, atque ſi omnes exceptiones ſub illa generalitate comprehenſæ in ſpecie & nominatim expreſſa fuiſſent, *Bald. l. 1. quæſt. 8. & ibi Salicet. col. final. C. commodati. Angel. l. ſeniam. C. qui teſtam. facere poſ. Roman. l. 1. §. ſi quis ita. col. 6. & ibi Alex. col. 3. ff. verb. obligat. Franc. Aretin. conſ. 53. col. 2. Curt. ſen. conſ. 1. col. 4. & conſ. 44. num. 17. Socin. conſ. 147. ad fin. lib. 1. Iaſ. l. ſub*

præ-

pretexta. la. 2. col. 2. C. de tranſact. Philip. Dec. conſ. 345. & conſ. 404. conſ. 432. Socin. jun. conſ. 136. num. 26. lib. 1. Ideoque traditum eſt, licet ſub generali renunciatione non intelligatur renunciatum beneficio l. ſi unquam, C. revocand. donatio. per generalem tamen renunciationem juratam quem perinde ab illo beneficio excludi, atq; ſi in illa renunciatione illius beneficii in ſpecie mentio facta fuiſſet, *Socin. conſil. 14. lib. 1.*

Et licet à legitima quis non excludatur, niſi illa in ſpecie renunciatum fuerit, per renunciationem tamen generalem juratam quis perinde excluditur à legitima, atq; ſi illius legitimæ in illa renunciatione expreſſa & ſpecialis mentio facta fuiſſet, *Iaſ. l. ſi quando. §. generaliter. C. de inoffic. teſtam. Iaſ conſ. 207. col. 3. lib. 2. Paul. Caſtrenſ. l. in ratione. la. 3. in princip. ff. ad l. Falcid. Roman. & Barbat. l. 1. §. ſi quis ita ff. verb. obligat. Alex, conſ. 181. circa med. lib. 2. Dec. conſ. 26. Stephan. Bertrand. conſ. 2. col. fin. lib. 3. Fr. Ripa lib. 1. reſponſorum cap. 6. & lib. 3. reſponſorum cap. 5. & in Rubr. de verbor. oblig. col. 2. n. 1. Tiraq. repet. l. ſi unquam. in præfat. n. 144. C. revoc. donat.* in quib. locis Fr. Rip. & Tiraq. atteſtantur, hanc ſententiam communem eſſe.

Sed in caſu præſenti actum eſt, Daß die Creditorn vnd ihren Erben den Debitorn vnd ihren Erben das Hauß H. zu löſende geben/wann ſie wollen. Et ulterius conventum eſt, quod ſoluto debito creditores debitoribus jhr Hauß H. mit alle dem da darzu gehöret / wieder thun vnd geben ſollen ſonder allerley Widerrede vnd Verzug. Ex quib. verbis, Sonder allerley Widerrede/ſatis liquet, quod in genere omnibus & quibuscunq; exceptionib. renunciatum ſit. Deinde in literis reverſalib. habetur: Daß die Creditorn vnd jhre Bürgen mit Trewen gelobet den Debitorn vnd jren Erben oder Nachkommen vorberürts alles ſtat vnd feſt zu halten vñ zu thuend. Ex quibus verbis ſatis liquet, quod creditores eorumq; fidejuſſores præſtatione fidei confirmaverint, pactum de reluendo quandocunq; pignore & renunciationem omnium exceptionum, quæ præſtatio fidei in omnibus & per omnia ſecundum receptam conſuetudinem Germaniæ vim juramenti obtinet, & ita etiam in Camera Imperiali pronunciatur, prout hoc tradit *Mynſinger. in lib. ſingul. obſervat. Camer. Imperial. obſerv. 87. Centur. 1.*

Igitur ſequitur, quod per illam generalem renunciationem omnium exceptionum præſtatione fidei confirmatam tam creditores quàm fidejuſſores, nec non etiam hæredes ipſorum præſcriptioni renunciaſſe intelligatur, quodq; per illam perinde ab exceptione præſcriptionis excludantur, atque ſi illi exceptioni cum juramento ſive præſtatione fidei in ſpecie renunciaſſent.

Sextò, lex † civilis nihil diſponere po- 225
teſt ſuper actu jurato, *Hoſtienſ. Ant. de Butr.*
Imol. & Abbas cap. quemadmodum. extr. de ju-
rejur. Ioan. Andr. cap. tua. el. 0. extr. de deci-
mis. Alexand. conſil. 27. num. 7. lib. 0. Quod-
que confirmatur, Tum quia † lex ſive ſta- 226
tutum Laicorum nihil poteſt diſponere ſu-
per juramento velut ſuper re ſpirituali,
Rayner. & Bart. l. omnes populi. quæſt. 3. princ.
ff. juſt. & jur. Bart. in conſ. incip. Quaro dicti
ſtatutum.

Tum, quia juramentum eſt, & de jure divino atque jus divinum præcipit, ut juramenta adimpleantur, *c. debitores. & c. etſi Chriſtus. ff. de jurejurand,* & juramentum ad Eccleſiam ſpectat, *c. venerabilem extr. elect. cap. novit. extr. indicys. c. ſi imperator. diſtinct. 95.* Ideoque lex ſive ſtatutum quantumvis generaliter conceptum nunquam extenditur ad actum juratum, *gloß. fin. c. cum non deceat. & ibi Lapus, Abb. & Ioan. Andr. de elect. lib. 6. Ioann. Andr. cap. 1. de filys Presbyteror. lib. 6. Ioan. de Imol. cap. cum dilecti. extr. de præbend. Abbas cap. 1. extr. his quæ fiunt à Prælato, ſive conſenſ. Capitul. Alberic. de Roſat. 1. part. ſtatutor. quæſt. 16 in fine. Roman. conſ 393. num 13. conſ. 44. conſ. 436 col. 3. & conſ. 513. Roman. ſing. 7. Alex. conſ 27. nu. 7. & 8. lib. 1. Iaſ. conſ. 173. lib. 4. Iaſ. l. fin. C. ſi contra jus vel util. publ. Felin. c. 2. num. 20. extr. de ſponſalib. Corell Cotta memoral. incip. juramenti religio. col. 3. in princip. Covarru. in 2. part. Rubr. num. 19. extr. de teſtament. Dec. c. conſtitutus. extr. reſcript. Matth. de Afflict. deciſ. 5. & deciſ. 131. Stephan. Bertrand. conſ. 167. lib. 0.*

Sed certum eſt, omnes actiones tam reales quàm perſonales per ſe & ſua natura infinitas eſſe & in infinitum uſque extendi & præſcriptiones contra actiones & juris civilis eſſe, & de jure civili invectas per jura vulgar.

Igitur ſequitur, jus civile ſimpliciter introducens præſcriptionem contra actio-

nes

nes tàm reales quàm perſonales non extendi ad actiones deſcendentes ex contractibus ſive pactis juratis. Et per conſequens, cum pactum concedens facultatem & poteſtatem luendi pignus debitoribus, de quo in caſu noſtro agitur, fidei præſtatione, quæ in omnibus & per omnia jurisjurandi vim obtinet, firmatum ſit, ſequitur, jura civilia de præſcriptione loquentia in caſu noſtro locum non habere, nec hæredibus debitorum ullam præſcriptionem objici poſſe.

Septimò, jure Canonico expreſsè cau-
227 tum eſt, quod † nulla abſque bona fide valere debeat præſcriptio tàm Canonica quàm civilis, *c. fin. extr. de præſcript.* nec in illo textu ulla fit diſtinctio inter actiones reales vel perſonales. Item, inter jus quæſitum vel quærendum inter actionem natam vel non. Nec etiam inter actiones & jus offerendi, nec inter illud jus offerendi, ex cujus exercitio oritur actio vel aliud jus deducibile in judicium. Et illud jus offerendi, ex cujus exercitio non oritur jus deducibile in judicium. Item etiam, utrum quis adverſus facta ſive illa, quæ in mero facto conſiſtunt ſive adverſus jus, ſive illud quod in jure conſiſtit, præſcriptione ſe tueri vel juvare velit. Item, nec inter tempus præſcriptionis longum nempe, longiſſimum, immemoriale vel majus, ſed generaliter deciditur, nullam præſcriptionem abſque bona fide valere. Igitur tàm ex qualitate quàm ex univerſalitate illius textus liquet, nullam præſcriptionem ne temporis immemorialis quidem abſque bona fide procedere, ſive agatur de præſcriptione actionum perſonalium, ſive de præſcriptione actionum realium juris quærendi vel quæſiti. Item, ſive agatur de præſcriptione adverſus actionem natam, ſive de præſcriptione adverſus actionem naſcituram. Nec non etiam ſive loquamur de actione ſive de jure offerendi, ex cujus exercitio vel producatur jus deducibile in judicium vel non. Item, ſive agatur de præſcriptione juris ſive de præſcriptione facti.

Namque clari & indubitati juris eſt,
228 quod verba † generalia generaliter debeant intelligi, *l. 1. §. ait ergò. ff. hic quæ in fraud. credit. Aym. Cravet. conſ. 133. numer. 5. lib. 1.* Ita ut omnia comprehendat *Baldus conſ. 191. lib. 1.* utque nihil intactum relinquat *Baldus conſ. 305. lib. 1.* Et nullus caſus ab illa diſpoſitione generali excipi vel eximi debeat, *Paul. Caſtrenſ. conſ. 430. col. 3. lib. 1. Cravet. conſ. 3. num. 1. lib. 1.* Etiamſi major ratio ſit in uno quam in alio, *l. 1. §. quod autem. junct. gl. ff. aleatoribus & luſu alea.* Item etiam ſi aliquis vel aliqui ex illis caſibus privilegiati ſint, *l. in fraudem. §. fin. ibi Bald. ff. teſtam. milit.*

Quinimò, generalis diſpoſitio etiam ad incognita extenditur, quando verba generalia ſint apta illa comprehendere, *l. ſi is qui. §. ſi libero. & ibi Alber. de Roſat. ff. commodati.*

Et hæc uſque adeò vera ſunt, ut etiam procedant in materia ſtricta, odioſa, *Angel. l. fin. col. fin. conſtitut. Princip.* Item pœnali, *gloſſ. cap. contra Chriſtianos. verb. procedendi. de Hæretic. lib. 6.* vel juris communis correctoria, *gloſſ. d. c. contra Chriſtianos.*

Ad hanc eandem ſententiam confirmandam facit, Quia diſpoſitio generalis reſtringi non debet, nulla ratione reſtringendi exiſtente, *Bald. conſ. 48. lib. 5. Angel. conſ. 281. col. 1. Abb. conſ. 1. col. 2. conſ. 44. col. 2. conſ. 51. col. fin. conſ. 64. col. pen. lib. 1. & conſ. 55. col. 2. lib. 2. Cravet. conſ. 84. nu. 14. & conſ. 133. num. 6. lib. 1.*

Et hoc potiſſimum procedit in præſenti caſu, in quo diſpoſitio juris Canonici ſanciens, nullam præſcriptionem abſque bona fide currere eſt, concepta non tantùm verbis generalibus, ſed verbis univerſalibus, quæ verba univerſalia ſunt majoris efficaciæ & virtutis quàm verba generalia, *Bart. l. generali. §. uxori. ff. uſufruct. legat. Bart. l. ſi ita. ff. aur. & argent. legat. Dec. cap. ſedes Apoſtolica. col. 4. circa fin. extr. de reſcript. Aymon Cravett. conſ. 86. num. 6. & conſil. 294. col. antepen. verſ. 4. Roman. conſ. 44. L. Sylvan. conſ. 95. num. 17.* Omniaq; comprehendunt, quæ excogitari poſſunt, *Dec. conſ. 29. col. 2. in fin. L. Sylvan. conſ. 95. num. 17. arg. l. Iulianus. ff. de legat. 3. l. à procuratore. C. mandati. l. in fideicommiſſi. l. cum Pollibius. ff. uſur. l. cum virum. & ibi Bald. in 2. oppoſit. C. de fide inſtrument. Cravett. conſ. 105. num. 3. text. cap. ſolitæ. extr. de majoritat. & obedient.* nullo penitùs excepto. *Federic. de Senis. conſ. 84. L. Sylvan. conſ. 95. num. 19.* Ideoque pulchrè Bald. inquit: Verba univerſalia adeò omnia comprehendere, ut nulla perſona, nullusq; locus excipiantur, *Bald. conſ. 326. incip. Rex Romanorum. col. 3. lib. 1.* Quod Conſil. refert atq; ſequitur *L. Sylvan. conſil. 95. num. 17.*

Et hoc

Et hoc uſque adeò verum eſt, ut diſpoſitio univerſalis non tantùm præſentia, verùm etiam futura comprehendat, *Bart. l. ſervi electione. §. fin. ff. legat. 1. Bart. l. Iulianus. ff. legat. 3. Specul. in titul. de Syndica. verſ. quid ſi in aliquo. Speculat. in titul. de depoſito. §. 10. ſed pone. Cardinal. Pariſ. conſ. 79. nu. 43. lib. 2.*

229 Quinimò verba † univerſalia in diſpoſitione aliqua poſita hoc operãtur, ut illa diſpoſitio etiã extendatur ad ea, quæ alioquin in illa diſpoſitione non comprehenderentur neq; includerentur. Ideoq; licet in diſpoſitione faciente mentionẽ de reb. exiſtẽtib. in certo loco nõ cõprehendantur, neq; res venales neque pecunia ad fœnerandum expendendumvè deſtinatæ & in iſto loco repertæ. Attamen diſpoſitio faciens mentionem de rebus exiſtentibus in certo loco concepta verbis univerſalibus etiam complectitur res venales, *Bart. l. generali. §. uxori. ff. uſufruct. legat. Alex. conſ. 118. nu. 5. lib. 5. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 106. Dec. conſ. 76. num. 2. Benev. Strac. in tract. de mercatorib. tit. mandati. §. reliquum. num. 3.* Nec non etiam pecuniam numeratam ad fœnerandum expendendumvè deſtinatam, *Cardin. Pariſ conſ. 79. num. 45. lib. 2.*

230 Et licet appellatione bonorum mobilium & immobilium † jura & actiones non comprehendantur. Tamen ſtatutum prohibens quæcunque bona ſive mobilia ſive immobilia in extraneos transferre, etiam jura & actiones complectitur *Alciat. l. moventium. ff. verb. ſignificat.*

231 Huc accedit, quod licet verbum † Hæres in inveſtitura poſitum comprehendat tantùm hæredes ſanguinis, nec ullo modo extendatur ad hæredes extraneos. Hoc tamen non habet locum, quando inveſtitura concepta fuit verbis univerſalibus, ſive in inveſtitura dictum ſit, feudum eſſe conceſſum recipienti & quibuscunque ſive hæredibus, *Bald. l. 1. quæſt. 34. ff. de rer. diviſ. Bald. c. Imperialem. in princip. de prohibit. feudi alienat. per Frider. Abb. Panormit. conſ. 3. dub. 3. lib. 2. Roman. l. etiam. in princip. & ibi Alex. col. final. ff. ſolut. matrim. Roman. l. id tempus. §. 1. ff. de uſucap. Alex. & Iaſ. l. quadam. §. nihil intereſt. ff. de edendo. Alex. l. Gallus. §. etiam. col. 2. ff. de liber. & poſthum. Alex. l. ſi patrem. in princip. col. pen. ff. ad SC. Trebellia. Alex. l quod dicitur. la. 2. col. pen. ff. de verbor. obligationib. Alex conſ. 7. nu. 8. lib. 6. conſ. 95. col. 2. lib. 7. Corn. conſ. 16. col. 4. lib. 1. Socin. l. quidam relegatus. col. 2. verſ. quinta concluſio. ff. de reb. dub. Iaſ. l. cum filiofamilias. n. 89. ff. de legat. 1. Iaſ. l. 2. §. Prætor ait. ff. qui ſatiſd. cog. Iaſ. l. 2. n. 198. C. de jure emphyt. Iaſ. in prælud. feud. nu. 46. & 128. Iaſ. conſ. 27. conſ. 55. lib. 2. conſ. 89. lib. 3. & conſ. 115. lib. 4. Albert. Brun. conſ. 9. col. 3. Godzad. conſ. 8. nu. 43. conſ. 8. col. 5. & conſ. 14. num. 22. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 386. num. 5. Carden. Pariſ. conſ. 65. num. 10. lib. 3. Ruin. conſ. 20. col. 2. lib. 1. conſ. 103. col. 6. verſ. nec etiam. lib. 3. Curt. in tract. feud. 2. part. 3. part. princip. num. 62. & 4. part. num. 30. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. & cum pacto. el. 3. num. 11. Roland. à Vall. conſ. 5. num. 45. & 46. Felin. cap. quia. extr. de judic. Felin. c. in præſentia. numer. 28. ext. de probat. Barb. repet. l. cum acutiſſimi. col. 70. C. de fideicommiſſ. Catell. Cotta. memoral. incip. feudum conceſſum mihi memoral. Privilegia & memorali quibuscunq.*

Item, ſive in inveſtitura dictum ſit feudum eſſe conceſſum recipienti & omnibus ſuis hæredibus, *Bald. c. in præſentia. col. 2. extr. probat. Alex. conſ. 30. num. 15. lib. 5. conſ. 195. col. penult. lib. 6. Curt. jun. conſ. 1. col. 2. Dec. conſ. 294. col. 2. Roland. à Vall. conſ. 5. num. 36. & 37. & conſ. 60. num. 49.*

His adde, quod licet nemo poſſit
plecti pœna † capitali vel perſonali, niſi 232
tantùm propter delictum dolo malo perpetratum, nec hoc caſu ſufficiat lata culpa, Hoc tamen non procedat, ſi ſtatutum verbis univerſalibus conceptum ſit, utputa, ſi ſtatutum dicat, Si quis quovis modo vel qualitercunque tale quid perpetraverit, tali vel tali pœna puniatur, *Salicet. l. 2. C. de noxalib. actio. Alex. l. etſi ſeverior. col. 2. C. his qui not. infam. Iaſon l. 2. §. Prætor ait. num. 3. limitat. 1. ff. hi qui ſatiſdar. cogan. Hippol. de Marſil. l. unic. §. cogniturum. num. 26. ff. de quæſtionib.*

Pro hac eadem ſententia comprobanda adduci poteſt, Quia verba univerſalia ſunt præciſa & omnes caſus etiam non expreſſos, imò majores expreſſis comprehendunt, nec ullam reſtrictionem patiuntur, ſicut hoc ſatis probat *gloſſ. Clement. 1. verb. quamvis. & ibi Imola de ſentent. & re jud. gl. fin. Clem. 2. de reb. Eccleſ. non alienan. gl. l. final. verb. per quamcunq. C. qui legit. perſon. ſtand. in judic. hab. gl. c. quamvis. verb. quælibet. & ibi Dominic. notab. 2. de elect. lib. 6. Alex. conſil. 99. col. 1. verſicul. præterea. lib. 7. Cæpoll. cauſ. criminal. conſil. 14. Barbat. conſilio 12. col. 8. lib. 1. conſil. 21. numer. 16.*

conſ. 23.

Digitized by Google

conſ. 23. col. 1. & conſ. 26. col. 2. lib. 2. conſ. 87. col. 3. lib. 3. conſ. 18. conſ. 21. conſ. 35. & conſ. 4. col. 2. lib. 4. Socin. conſ. 3. col. final. lib. 4. Iaſ. conſ. 64. col. 3. lib. 3. & conſ. 96. col. 2. lib. 4.

Et prædicta multo magis procedunt in
234 caſu noſtro, in quo † Canones prohibentes præſcriptionem cum mala fide ſunt concepti per orationem univerſalem negativam, atque dicunt: Nullam abſque bona fide currere præſcriptionem.

Et clari juris eſt, quod univerſalis negativa habeat plus virium, roboris, efficaciusq; obliget, ac magis præciſe aſtringat, quam univerſalis affirmativa, *Archidiac. c. ſi peccaverit. 2. q. 1. Panorm. c. novit. col. 13. extr. de judic.* Atque omnem penitus & diſpenſationem & exceptionem impediat & excludat, *gloſ. Clem. 2. verb. concedatur. & verb. nullo modo. de ætate & qualitate. Ioan. Andreas c. cum ex eo. de elect. lib. 6. Bart. l. omnes populi. 3. quæſt. 3. quæſtionis princip. ff. de juſt. & jur. Angel. & Imol. l. ſi quæramus. ff. de teſtament. Immol. c. 2. extr. eod. tit. cum multis ſimilib. allegat. per Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. revertatur. num. 94.*

235 Præterea † text. *tit. fin.* utitur verbis univerſalibus non ſimplicibus, ſed geminatis, dum videlicet dicit: Synodali judicio diffinimus, ut nulla valeat abſque bona fide præſcriptio, tam Canonica quam civilis, & ſubjungit, unde oportet, ut qui præſcribit, in nulla temporis parte habeat ſcientiam rei alienæ. Et ſic liquet, dictionem univerſalem, Nulla, in illo textu geminatam eſſe, quæ geminatio multum operatur, *l. Baliſta. & ibi Bart. & Dd. ff. ad SC. Trebell. l. cum ſumus. ibi Bart. & Alex. C. agri. & cenſit. lib. 11. Cardin. Pariſ. conſ. 6. num. 72. conſ. 54. num. 67. lib. 1. conſ. 12. nu. 69. lib. 2. conſ. 5. num. 64. & conſ. 32. num. 29. lib. 4.*

Et verba univerſalia geminata ſunt majoris efficaciæ, quam verba univerſalia ſimplicia, *Godzad. conſ. 30. num. 1. Cephal. conſ. 126. num. 18. Aym. Cravet. conſ. 105. nu. 4. L. Sylvan. conſ. 95. num. 19. Barbat. inter conſilia Curt. ſenior. conſ. 65. num. 19.* Illaque oſtendunt & enixam & lątiſſimam voluntatem diſponentis, *Bald. c. cum te. col. 2. extr. reſcript. Curt. ſen. conſ. 52. col. 21. conſ. 63. col. 16. Anton. Corſet. in tractat. de verb. geminat. Card. Pariſ. conſ. 10. num. 57. lib. 1. L. Sylvan. conſ. 64. num. 4.* Et ſignificant præciſam mentem diſponentis, *Bald. d. c. cum te. extr. de reſcript.* & ampliant effectu diſpoſitionis, *Bald. l. fructus. C. actionib. empt.* Ac efficiunt, ut ſub diſpoſitione comprehendantur illa, quæ alioquin ſub illa diſpoſitione nõ comprehenderentur, *Rum. conſ. 91. num. 12. uſq; ad num. 19. lib. 2. Nicol. Everhard. in loco à loculo. geminat. ſive actus multiplicati refertur.*

His adde, quod verba geminata non patiantur aliquam reſtrictionem, diminutionem, *Corn. conſ. 324. col. 6. lib. 1. Socin. conſ. 297. num. 8. lib. 2. L. Sylvan. conſ. 49. num. 16. & conſ. 33. num. 4.* Vel exceptionem, *Aym. Cravet. conſ. 201. num. 42.* Atque comprehendant omnia etiam diminuta & majora expreſſis, *Cravet. conſ. 290. num. 4.* Item etiam inſolita, *Alex. conſ. 38. col. pen. lib. 5. Cravet. conſ. 296. num. 4. verſ. nono conſidero. lib. 2.* & reſervata Principi. *Dec. conſ. 197. col. 2. Cravet. conſ. 269. num. 8.*

Deinde *text. in d. c. fin. extr. de præſcriptionib.* generaliter definit, † illum in ma- 236
la fide eſſe ſive cenſeri, qui habet conſcientiam rei alienæ. Quæ appellatio rei eſt latiſſima, *l. 1. ff. ſi cert. petat.* & comprehendit non tantum res corporales, ſed etiam res incorporales, *l. 1. rerum diviſ. inſtit. de rebus corporalib. & incorporalib.* Ideoque nomina debitorum, item jura & actiones appellatione rei ſimpliciter prolata continentur, *l. rei appellatione. ff. de verbor. ſignificat. l. omnes. in princip. C. quadrien. præſcript. l. quam Tuberonis. §. fin. ff. peculio. l. mulier bona ff. de jur. dot. l. bonorum. §. fin. & l. Princeps bona. ff. verb. ſignif. l. nomen. C. quæ res pign. oblig. poſſ. l. 1. C. uſufruct. l. ſi à demptis. C. de ſentent. paſſis. l. ſi conſtante. §. fin. ff. ſolut. matrim.* Quod procedit, etiamſi appellatione rei fuerit adjecta dictio *Mea, Tua, Sua, Aliena* vel ſimilis, *Bart. l. quintus. §. argento. ff. auro & argento legat. Cyn. & Ang. l. 1. ff. ſtatu hominum. Bald. Bald. l. 1. C. uſufruct. pet. Iacob. in tit. de actio. ex teſtamento. col. 8. verſ. item omnia bona. Fr. Aretin. l. fin. C. pactis. Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. bona. num. 7. C. de revocan. donat. Alicat. l. meorum. arg. ill. text. ff. verb. ſignific. Iaſ. text. l. nam quod liquide. §. fin. & l. ſi legatus. §. 1. ff. ad SC. Trebell.*

Quinimo appellatione rei etiam facta comprehenduntur, *gloſ. Inſtit. de obligat. in princip. verb. rei & ibi Bald. & Ang.*

Neque vero tantum jus quæſitum verum etiam † ſpes & ſic jus quærendum ap- 237
pellatione rei continetur, *Iaſ. l. ſi poteſt. nu. 50. ff. acquir. hæred. arg. l. nomina. ff. hæreditat. & act. vendit.*

Et † diſpoſitum de re ſive jure quæſito 238
etiam in ſpe radicata ex cauſa de præſenti

ſive

ſive jure quærendo locum habet, ſicut hoc ſatis probatur ex eo, quod legib, expreſsè cautum eſt, ſpem perindè ut rem quamlibet emi, *l. emptorem. §. fin. & l. ſi actum. ff. actionib. empt. vend. l. nec emptio. ff. contrahen. emptio.* pignorari, *gl l. nomina. ff. hæredit. & act. vend.* donari, *l. ſpem. C. de donationibus.* In ſtipulationem aliumvè contractum deduci poſſe, *arg. l. interdum. ff. verb. obligat.. l. inter ſtipulantem. § ſacram. ff. eod. titulo.*

239 Huc accedit, quod ſicut † venditori rei ſive juris quæſiti decepto ultra dimidium juſti precii permittitur, implorare beneficium, *l. 2. C. reſcinden. vendit.*

Ita quoque & venditori ſpei ſive juris quærendi læſo ultra dimidium juſti precii ex beneficio *d. l. 2.* agere permittitur, *Bart. l. Cotem ferro. §. qui maximos num. 9. ff. public. Petr. de Anch. Imol. & Ant de Butr. c. cum cauſſa extr. empt. & vendit. Pantal. de Crema. l. 2. C. reſcind. vendit. Tiraq. in tract. de legib. Connub. gl. 2. num. 38.*

His adde, quod propter ſpem radicatam & probabilem, ſive propter jus quærendum, perinde ut propter rem ſive jus jam quæſitum peti poſſit cautio, *l. ſi uſusfructuarius. ff. uſusfruct. quemadm. cap. luc. depen. l. 1. C. privil. eorum qui in ſacro palat. mil. lib. 10.* Miſſio in bonorum poſſeſſionem abſentes, *l. in poſſeſſionem, in prin. & l. ſi filiusfamilias & ibi Angel. & Zaſ. ff. ex quib. cauſ in poſſeſ eatur,* ſeparatio bonorum, *l. creditorib. ff. de ſeparatio.* & reſtitutio in integrum, *l 3. § ſi quid. ff. de minorib.* debitor fugitivus ſive de fuga ſuſpectus capi, *Bart. l. quæſitum. ff. de pignorib.* actio revocatoria inſtitui, *l. ait Prætor. §. ſi conditionalis ff. his qui in fraud. credit.* pignus vel fidejuſſor accipi, *l. res hypothecæ. & l. grege. §. ſub conditione. ff. de pignorib.* Ceſſio bonorum, *Bald. l. cum. filiusfamil. C. qui bonis cedere poſſunt.* Novatio, *l. ſi Stichum §. legata ff. de novationib.* Solutio, *l. ſub conditione. ff. de ſolutionib.* Et acceptilatio fieri, *l quod in diem. ff. de acceptilationib.*

Ad hanc ſententiam confirmandam etiam facit, quod ſicut juri quæſito nemo abſq; facto ſuo privari poteſt, *l. id quod noſtrum & ibi Dec. ff. de reg. jur.*

Ita quoq; & jus quærendum ſpe certa, probabili & radicata nemini abſque facto ſuo auferri poſſit, *l. in diem. verſ. non autem. ff. de aqua pluvia. arcend. Bald. l. ſi conſtante. arg. illi text. C. de donat. ante nupt. Franc. Aretin. conſ. 7. & conſ. 74. Iaſ. l. fin. num. 2. ff. de pact. Tiraq. in tract. de utroq. retr. part. 2. §. 1. gloſ. 7. num. 20.* Quodq; ſicut neque reſtitutio principis neque nova conſtitutio ſive lex extenditur ad jus alteri quæſitum reipſa. Ita quoq; ad jus quæſitum alteri ſpe radicata non extendatur neq; reſtitutio principis; *c. quamvis de reſcript. lib. 6.* neque nova conſtitutio vel lex, *Petr. de Anchor. c. l. quæſt. 13. extr. de conſtit.*

Et ſicut in impetratione beneficii debet fieri mentio de jure alteri reipſa cõpetenti. Ita quoq; in impetratione beneficii mentio fieri debet de jure alteri ſpe tantùm competenti. *Dominic. conſ. 107.* Et ſic ex prædictis liquet, quod jus quærendum ſpe probabili & radicata de præſenti in omnibus & per omnia æquiparetur juri jam quæſito. Quod uſq; adeo verum eſt, ut illud etiam in ſtatutis locum habeat. *Bart. Alex. & Aretin. l. is poteſt & ibi Iaſ. nu 48. 49. & 50. ff. acquir. hæredit.*

Et prædicta potiſsimum in hac materia præſcriptionis procedunt, Ubi agitur de † ſalute animæ & evitando peccato. Et 240 certi juris eſt, quod diſpoſitio reſpiciens ſalutem animæ & evitationem peccati latiſsimè intelligenda ſit, etiamſi illa ſit correctoria juris communis, *Ioan. Andr. & Ant. de Butr. c. ex tenore. extr. qui filij ſint legitimi. Abb. c. quæſivit. extr. de divort. Ant. de Butr. c. ad eminentiam. in fin. extr. de ſentent. excommunic. Geminia. c. pro humani. §. 1. col. 1. de homicid. lib. 6. Bart. & Dd. Authent. Sacramenta puberum. C. ſi advers. vendit. Iaſ. authent. quas actiones. num 25. C. de SS. Eccleſ* vel pœnalis, *gloſ. c. ſciant cuncti. de elect. lib. 6. Abb. conſil. 13. lib. 2.* Et ſic liquet, quoad impediendam præſcriptionem omnem illum in mala fide cenſeri, qui habet ſcientiam rei alienæ, ſive illa res aliena ſit corporalis, ſive res incorporalis, Item, ſive ſit actio realis nempe vel perſonalis ſive officium Judicis ſive facultas aliqua. Item, ſive illa res ſit jus quæſitum ſive jus quærendum. Item, ſive illa res conſiſtat in mero jure, ſive in mero facto, ſive ſit mixta ex jure & facto, nec non etiam ſive illud factum vel facultas competat per modum juris ſive per modum merè facti. Item, ſive ex exercitio alicujus facultatis oriatur jus deducibile in judicium ſive non.

Ulterius annotandum eſt, quod † jus 241 Canonicum *in d. c. fin.* ſancit, ſolam conſcientiam rei alienæ cauſare malam fidem ad impediendam præſcriptionem ſufficientem, nec ultra hoc requirit, ut præſcribens

Eccleſ. Card. Pariſ. conſ. 73. num 34. lib. 1. arg. c. in Canonicis. diſtinct. 19.

Et dubium non eſt, hanc præcedentem opinionem, quod juri offerendi quoad producendam actionem pignoratitiam non præſcribatur, plures Dd. tenere. Namque hanc opinionem ultra 30. Dd. ſupra relati, amplectuntur, qui omnes in illis terminis loquuntur, Doctores verò pro contraria ſententia citati partim loquuntur non in jure offerendi competenti debitori contra creditorem, quoad producendam actionem pignoratitiam, ſed in jure offerendi quod competit venditori contra emptorem ex pacto de retrovendendo, inter quæ jura maximam rationem diverſitatis militare, dubio omni caret, cum actio pignoratitia ante oblationem factam ipſo jure non ſit nata. Actio verò ex pacto de retrovendendo deſcendens ipſo jure quidem nata ſit, ſed ei tantùm exceptio obſtet. Et quod inter hæc duo jura magna diverſitatis ratio militet, tradit *Felin. c. cum acceſſiſſent. num. 27. extr. de conſtitut. Tiraq. in tract. de utroq. retract. part. 2. §. 1. gloſ. 2. num. 2.* Ideoque de uno jure ad aliud jus argui vel inferri nequit. *arg. fin ff. Calumniatorib. l. Papinianus exuli in princip. ff. minoribus. l. Iulianus. ff. conduct. indeb.*

Et ſi illi Doctores, qui loquuntur in jure offerendi competenti ex pacto de retrovendendo demantur de numero illorum, qui pro contraria ſententia adducti ſunt, vix reperiuntur decem aut undecim, qui contrariam ſententiam in ſpecie amplectantur.

207 Et inſuper multi † ex illis, qui contrariæ ſententiæ aſtipulantur, ſibiipſis ſunt contrarii atque illorum auctoritati propter contrarietatem detrahitur, *arg. l. qui falſo ff. de teſtib. l. eos qui. ff ad leg. Cornel. de falſis.*

De auctoritate quoq; & pondere illorum Dd. qui hanc ſententiam tenent, quod videlicet ipſi ſint & præſtantiores & illuſtriores dubium non eſt. Namq; illam tenent vetuſtiſſimi Dd. *Irnerius nempe, Simon. Vincentius, Iacob. de Raven. Petr. de Bellapert. Guilhel. de Cuneo. Guilhel. de Suzaria.*

208 Et dubium non eſt, Dd. † vetuſtiores recentiores auctoritate longè ſuperare, *Paris de Puteo. in tractat. Syndicatus. verb. judicare cap. Iudex qui dedit. col 2. Pract. Papienſ in form. capitulorum ad perpet. rei memor. in fin. Dec. conſ. 52. col. 1.*

Deinde hanc opinionem amplectitur Oldradius, † cujus auctoritatem maximam 209
eſſe, teſtatur *Card. Pariſ. conſ. 73. lib. 37.* Johannis quoq; Andreæ auctoritatem maximam eſſe, in dubium eſt, cum ille ſit & tuba & fons & lucerna juris; *Curt. ſen. conſ. 1. num. 12. Henning. Goeden. d. conſ fin. Card. Pariſ. conſil. 73. num. 37. lib. 1. cum multis ſimilibus cumulatis per Ioan. Neviz. in Sylvul. nupt. lib. 5. num. 25.*

Bartoli etiam † auctoritatem graviſ- 210
ſimam & ſupremam eſſe, nemo dubitat, *Claud. de Seiſſello. repet. l. ut vim. col. final. ff. de juſt. & jur.* Ipſe enim eſt & illuminator juris, imò pater juris; & juris lumen ardentiſſimum, & in eo ſemper ſolet eſſe ſubſtantia veritatis; quæ ſemper in judicando & conſulendo ſequenda. Ejusq; auctoritas non eſt poſtponenda auctoritati Dominorum de Rota, ſaltem in terris Imperii, Isq; & venerandus & tanquam Dux ſequendus. Ejusq; veſtigia ut numinis cujuſdam adorari debent, prout hæc omnia tradit *Ioan. Neviz. in Sylvul. nupt. lib. 5.*

De Baldi quoque auctoritate, † qui 211
ſimiliter hanc opinionem in multis locis tenet, nemo dubitat, prout multa de ipſius auctoritate cumulat, *Ioan. Neviz. in Sylvul. nupt. lib. 5. numer. 25. verſ. Etiamſi contra communem opinionem teneret Baldus, Cardinal. Pariſ. conſ. 73. num. 38. lib. 1.* Albericum quoque de Roſate inter Doctores reliquos facile primas obtinere certum eſt, Namque ipſe fuit claro & ſolido ingenio & rectè & ſanè leges intellexit, & eſt Doctor & Commentator eximius, fidelis conſervator antiquitatis, & fuit maximus Practicus, prout hæc in laudem ipſius refert *Neviz. in Sylvul. nupt. lib. 5. num. 35.*

Eodem modo & Felini auctoritas maxima & graviſſima eſt, prout multa in laudem ipſius refert *Ioan. Neviz. in Sylvul. nupt. lib. 5. num. 25. verſ item etiamſi eſſet opinio Felini.* Et quod aliorum Doctorum, qui hanc opinionem ſequuntur, auctoritas maxima ſit, & facilè omnes alias vincat, videre licet ex iis, quæ tradit *Corell. Cotta in memoral. incip. Iuriſperiti.*

Nec obſtat, quod † *Hieronym. Schurff.* 212
in conſil. 90. num. 32. & 33. lib. 3. multa pro auctoritate gloſſæ adducit, quæ ipſe de verbo ad verbum ex Jaſone transſcripſit.

Et inter cætera prætendit contrariam opinionem, quod videlicet jure offe-

offerendi in pignoribus competenti debitori adverſus creditorem præſcribatur, tenere gloſ. & quod opinio gloſſæ ſemper ſit cenſenda communis, quando ſaltem aliquis Doctor gloſſę opinionem ſequitur.

Namque licet opinio gloſſæ in dubio cenſeatur eſſe communis. Attamen hoc non procedit, quando conſtat plures graviſſimæ auctoritatis Dd. contrarium tenere, tunc enim illa præſumptio, quod opinio gloſſæ cenſeatur eſſe communis veritati contrariæ cedit, *arg. l. fin. in princ. ff. quod met. cauſ. l. ſive poſſidetis. C. de probation.* Et certum eſt, quod opinio communis Dd. etiam opinioni gloſſæ præferenda ſit, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Dec. cap. extr. conſtitut. Nicol. Everhard. in loco à contrario ſenſu circa fin. Ioann. Neviz. in Sylvul. nupt. numer. 25.*

213 Deinde non obſtat, quod † tradit Schurff. in præallegato Conſilio, opinionem gloſſæ poſſe allegari pro lege, quando textus non reperitur, & ad hoc allegat *Imolam l. 1. ff. vulgar. & pupillar.* Namque negatur, communem opinionem legibus deſtitui, cum illa multis & textibus & rationibus comprobetur.

214 Et certum eſt, quod † deficientibus textibus ſive legibus, non tantùm gloſſæ, verùm etiam cujuslibet Doctoris auctoritas allegari poſſit, *Ang. l. ſi idem. cum eod. arg. ill. text. ff. juriſdict. omn. judic. Archidiac. c. notisse. 11. quæſt. 1. Iaſ. l. illam. num. 11. C. collationibus Socin. conſil. 155. col. 3. cum multis ſimilibus allegat per Ioan. Neviz. in Sylvul. nupt. lib. 5. num. 24.* Et deficiente textu ſive lege communis opinio potiſſimum pro lege allegari poteſt imò ſequenda, & omnibus aliis præferenda, *Corſet. ſing. 206. Ioan. Neviz. in Sylvul. nupt. lib. 5. num. 20.*

215 Et ſic ſequitur, hanc † opinionem, cum illa ſit communis omninò & in judicando & in conſulendo ſequendam, cum Judex ſemper communem opinionem in judicando ſequi debeat, prout hoc ultra Dd. allegatos circa deciſionem primæ quæſtionis latiſsimè tradit *Ioan. Neviz. in Sylvul. nupt. lib. 5. num. 1. Henning. Gœden. conſ. fin. n. 254. uſq. ad num. 258.*

Deinde quoque ex hoc ſequitur, hanc opinionem, quod videlicet juri offerendi in pignoribus competenti debitori adverſus creditorem ad actionem pignoraticiam producendam, communi conſuetudine Germaniæ receptam eſſe, quia hoc atteſtatur inſignis Doctor *Henning. Gœden in d. conſil. fin.* cui atteſtanti de conſuetudine plena & omnimoda fides adhibenda eſt ſaltem quoad præſumptionem, Item, quoad hoc, ut huic præſumptioni ſtetur, donec contrarium probetur, prout hoc ſupra comprobavimus.

Igitur etiam ex hoc ſequitur, hanc opinionem omninò tenendam & ſequendam, etiamſi probari poſſet, opinionem contrariam eſſe magis communem, quod tamen omninò negatur.

Namque clari & indubitati juris eſt,
illam opinionem, † quæ conſuetudine ap- 216
probata eſt, in illo loco in quo talis conſuetudo viget, omni contrariæ opinioni præferendam eſſe, etiamſi contraria opinio magis communis eſſet, prout hoc expreſsè & in ſpecie tenet *Bald. cap. 1. de feudo ſine culpa non amittenda. Petr. de Anchor. conſ. 175. incip. viſis. Panorm. c. cum ad ſedem. extr. de reſtitut. ſpoliator. Alex conſil. 19. lib. 7. Claud. de Seiſel. l. ſi quis id quod. ff. juriſdict. omnium judic. Dec. cap. 1. num. 22. extr. de conſtitutionibus. Dec. cap. cum omnes. notab. 1. extr eod. tit. Dec c. at ſi Clerici col. 17. extr judic. Dec. conſ. 351. ad fin. Ioan. Neviz. in Sylvul. nupt. lib. 5. n. 64. Carol. Molin in conſuet. Pariſ. §. 31. n. 11. Henning. Gœden. conſ. fin. n. 31. cum 13. ſequentib.* ubi ipſe multos alios Doctores pro hac ſententia comprobanda citat, & confirmatur per textum *l. minimè. ff. de legibus. c. cum dilectus. extr. conſuet.* Item & ex eo, quod traditur, illud quod eſt conſuetudinarium, non eſſe arbitrarium, & conſuetudinem habere vim decreti & juſtitiæ, *Alex. conſ. fin. col. 5. lib. 4. Barbat. conſ. 26. col. 4. lib. 2.* Quodq; ſequi debeamus intellectum à conſuetudine approbatum etiam verba impropriando, nec facilè ab eo diſcedere, quod diu æquum viſum eſt, *Socin. conſ. 209. col. fin. lib. 2.*

Præterea ex prædictis liquet, hanc † 217
opinionem, quod juri offerendi in pignoribus debitori competenti contra creditorem non præſcribatur, in Camera judicii Imperialis approbatam, & ſecundum illam pronunciari. Ex quo ſimiliter ſequitur, hanc opinionem in omnibus judiciis inferioribus totius Imperii Romani ſervandam & ſequendam. Cum dubio omni careat, quod conſuetudinem Cameræ Imperialis omnia inferiora judicia totius Imperii Romani in judicando & pronunciando imitari & ſequi teneantur, *arg. §. fin. Inſtit.*

de ſatiſdando.l.1.§ ſed etiamſi quis leges.C.de veteri.juri.enucl. facit tex. l.fin. C. ædific. privat.

Secundò, pro hac ſententia confirmanda facit id, quod multi Dd. tradunt,
218 Eum, † qui rem aliquam vendidit, eo pacto, ut ipſi permittatur, illam rem quandocunq; redimere, rem venditam vigore hujus pacti non obſtante ullius temporis præſcriptione redimere poſſe, *Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit. 3. quæſt. 7. quæſtio. princip. Barbat. conſ. 51. col. 8. lib. 1. & conſ. 22. ultim. dub. lib. 4. Ioan. Crot. repet. l. nemo poteſt. Chart. penult. col. 1. ff. de legat. 1. Alciat. l. petens. C. de pactis.* ubi ipſe dicit, hanc opinionem æquiorem & conſcientiæ aptiorem.

Idem etiam tenet *Alciat. Rubr. num. 64. extr. de præſcriptionib.* ubi dicit, hanc opinionem tanquam æquiſſimam eſſe tenendam, in Practica tradit.

Eandem etiam amplectitur *Caſſen. in conſuetud. Burgund. tit. des rentes. §. 1. gloſſ. 1. col. 2. verſ. limita hanc.* ubi ipſe affirmat, idem tenuiſſe *Bald. & Salicet.* in quibuſdam Conſiliis. Et ita quoque fuiſſe judicatum in curia Parlamenti Burgundiæ.

Huic opinioni etiam ſubſcribit *Gaſſenus conſ. 11. per totum.* ubi ipſe atteſtatur, etiam Richardum & Bartholomæum à Saliceris ita conſuluiſſe.

Idem etiam tenet *Ioann. Igneus l. in cognitione. num. 76. uſq; ad num. 173. ff. ad SC. Syllejan. Cardin. Pariſ. conſ. 92. lib. 3 Ludovic. Godzad. repet. l. 2. num. 88. uſq; ad nu. 93. C. pact. inter empt.*

Ejuſdem quoque ſententiæ eſt & *Raph. Fulgoſ. conſil. 123.* dum videlicet ibi inquit: Quod ex ſtatuto inducente præſcriptionem actionum perſonalium decem annos inter præſentes & 20. inter abſentes non præſcribitur actioni, quæ alicui competit ex promiſſione facta alicui de vendendo rem aliquam ad omnem illius voluntatem.

Idem & *Baldus in ſua Margarita in verb. præſcriptio. in princip.* Dum videlicet ibi dicit: Præſcriptionem non procedere adverſus illum, qui ex pacto poteſt agere, quandocunque atque eo caſu non præſcribi juri offerendi per textum *l. ſi fundum. C. pactis. inter empt. & vendit.*

Et confirmatur ex eo, quia quando in pacto apponitur dictio Perpetuò vel Quandocunque, non currit præſcriptio ſtatutaria vel legalis, *l. quod ſi nolit. §. ſi quid ita venierit. & ibi Bald. & Angel. ff. ædilit. edict. Angel. & Immol. l. 1. ff. uſucapio. Cæpoll. cautel. 68. incip ſi petens. & cautel. 75. incip. quod in contractu. Barbat. conſ. 53. col. antepenult. lib. 1. & conſ. 18. lib. 3 Socin. conſ. 86. col. penult. lib. 1. & conſ. 166. lib. 2. Carol. Ruinus conſil. 111. num. 7. lib. 1. Angel. l. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo. ff. de verb. obligat. Barbat. conſ. 18. col. 7. lib. 3.*

Hanc eandem ſententiam etiam expreſsè tenet *Mynſing. in lib. ſingul. obſervat. judicij Imperial. Cameræ Centur. 1. obſervat. 16.* ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionem, quod pacto de retrovendendo ſive juri offerendi precium & recuperandi rem venditam prætextu hujus pacti nullius temporis etiam ne 100. annorum quidem curſu præſcribatur. Judicium Cameræ Imperialis amplecti, & ſecundum illam pronunciare.

Igitur hæc ſententia omninò ſequenda, & ſecundum illam pronunciandum eſt etiam in inferioribus judiciis Imperii Romani eum modum atque conſuetudinem pronunciandi judicii Cameræ Imperialis omnia judicia inferiora totius Imperii Romani ſervare & ſequi teneantur per jura vulgar. ſupra allegat.

Tertiò, infinitas † toleratur eo caſu, 219
quando verba contrahentium apta ſunt ad infinitatem ſignificandam ſive denotandam, *l. cum quidam. ff. uſuris. l. ſi ita ſtipulatus à Sejo fuero. & ibi Bart. & Ang. ff. de fidejuſſoribus. l. in annalib. C. de leg. Dinus, Alberic. Bart. Immol. Alex. & Dd. l. quis bona. §. fin. ff. damno infect. Alex. l. ſi ſtudium. §. 1. ff. verb. obligat. Alex. l. 2. §. fin ff. qui ſatiſdar. cogantur. Alex. conſ. 141. col. 1. lib. 2. gloſſ. & Cyn. l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. ff. legat. 3. Immol. conſ. 25. Roland. à Vall. conſ. 58. num. 4. Socin. jun. conſ. 69. num. 3. lib. 2.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut procedat, etſi ex multiplicatione ſive infinitate poſſit multiplicari; vel in infinitum extendi damnum vel Intereſſe, *Ioann. de Imol. l. ſi ita ſtipulatus fuero. argum. ill. text. ff. fidejuſſorib. Alex. conſ. 145. num. 3. lib. 2. Hippol. de Marſil. l. unic. §. cognituron. num. 28. ff. de quæſtionibus.* in quibus locis *Alex. & Hippolyt. de Marſil.* atteſtantur, etiam *Bart.* hanc opinionem amplecti.

Ideoque receptum eſt, eum, qui promiſit aliquem repræſentare toties quoties ipſe requiſitus fuerit, non liberari, licet ipſe eum ſemel vel bis præſentaverit, *Immol. Roman, Alexand. & Dd. l. ſi finita. in princip. ff.*

damno infect. Paul. Caſtrenſ. & Iaſ. l. duobus. §. quod ſi reus. ff de jurejurand. Alex. l. qui bona. §. fin. ff. damno infecto. Alexand. conſ. 145. in princip. lib. 2. Socin. l. fidejuſſor. §. final. col. penult. ff. qui ſatisdar. coguntur. Socin. l. 1. col. final. & ibi Dec. col. 1. & Petr. Rebuff. in repet. num. 90. C. ſentent. quæ pro eo quod intereſt, proferuntur, ubi *Petr. Rebuff.* atteſtatur, hanc opinionem communem eſſe.

Et idem tenet *Franc. Cremenſ. ſingul. 11. Iaſ. conſ. 30. lib. 1. Hipp. de Marſ. repet. Rub. q. 9. & q. 15. ff. de fidejuſſorib. Hippol. de Marſil. l. unius. §. cognititurum. n. 30. ff quæſtionib Tiraquell. repet. l. boves. §. hoc ſermone part. 2. limit. 26. ff. verb. ſignificat.*

Sed certum eſt, quod illa verba Quandocunq; importent infinitatem; *Bart. Imol. & Alex. l. qui bona §. final. ff. de damn. infect.*

Et hoc uſque adeò verum eſt, ut per illa verba *Quandocunq;* & ſimilia intelligatur etiam excluſa præſcriptio illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat. *gloſ. Clement. 1 verb. quamcunq; de foro competenti. gloſ. Clement. ſi una verb. quamvis. de reb. Eccleſ. non alien. Ioan. Andr. cap. cum inſtantia. arg. ill. text. & ibi Panormitan. notab. 3. extr. de cenſib. Ant. de Butr. & Panorm. c. cum ex officij arg. ill. text. extr. de præſcriptio. Panor. c. ſuper eo. arg. ill. text. extr. de Parochijs.*

Cum itaque in caſu præſenti in literis reverſalibus actum & conventum ſit, Daß die Creditorn vnd ihre Erben den Debitorn vnd ihren Erben vor die 30. Marck löttigs Silbers Heuptſummen das Haus H. zu löſende geben ſollen / Wann ſie ſcil. Debitorn wollen. Quæ verba, Wann ſie wollen / æquipollent verbis, *Quandocunque*, ſequitur, verba pactis de reluendo pignore in caſu præſenti apta eſſe infinitatem comprehendere. Et ſic debitoribus permittendum non obſtante cujuscunque temporis lapſu debitum offerre, & pignoratitiam actionem contra creditores eorumque hæredes inſtituere, prout hoc, quod juri offerendi in pignoribus competenti debitori contra creditorem nullius unquam temporis lapſu præſcribatur, eo caſu, quando in illo pacto, in quo deluitione ſive redemptione pignoris mentio fit, eſt inſerta dictio, *Quandocunque*, vel ſimilis expreſſè & in ſpecie tradit *Henning. Gøden. conſ. final. num. 171. uſq; ad num. 252.*

220 Quartò, † facultati adimplendi conditionem poteſtativam nullo unquam tempore præſcribitur, *l. ſum quoq. §. fin. cum l. ſequenti. ff. hæred. inſtit. l. fin. ff. condit. inſtit. Bart. l. pignori. ff. uſucap.*

Similiter & † facultati ſive poteſtati collatæ in expreſſam ſive liberam voluntatem alterius, nunquam præſcribitur, *gloſ. penalt. cap. privilegia. & ibi Anton. de Butr. extr. de Privileg. Felin. c. cum acceſſiſſent. col 10. verſ. limita ſecundò. & ibi Dec. col. 8. extr. de conſtit. Ioan. Andr. Gemin. & Dd. c. fin. de conſuet. lib. 6. Calderin. conſ. 1. ſub Rubr. de præſcriptio. Franc. Balb. in tractat. de præſcript. 5. part. 5. partis princip. quæſt. 4. numer. 4.* 221

Nec obſtat, quod Doctores ad illud quod conditioni † poteſtativæ non præſcribatur, reſpondent illud tantùm procedere in illa conditione poteſtativa, qua in actu deducto non oritur actio, exempli gratia is, qui inſtitutus eſt hæres ſub conditione poteſtativa, eam implendo non efficitur hæres, ſed ſolùm habilitatis ad adeundum, *argum. l. Antiſtius. in princip. ff. acquir. hæredit.* Aliud verò eſſe in illa facultate adimplendi conditionem poteſtativam, qua conditione adimpleta actio ſtatim naſcitur, prout hanc reſponſionem tradit *Baldus & Angelus l. cum notiſſimi. in princip. C. præſcript. 30. vel 40. annorum. Ioann. de Imnol. l. pignori. ff. uſucapionibus. Angel. Aretin. §. actionum. num. 54. Inſtit. de actionib. Hieron. Schurff. conſ. 90. num. 36. lib. 3.* 222

Namque reſpondeo primò, *text. in l. ſum quoq. §. final. ff. de hæred. inſtitut. & l. fin. ff. condit. inſtitutionum.* generaliter decidere, quod facultati ſive poteſtati adimplendi conditionem poteſtativam nullo tempore præſcribatur.

Nec in illis textibus ullam fieri diſtinctionem caſuum. Et legibus expreſſè cautum eſt, quod in multis caſibus per adimpletionem conditionis poteſtativæ adjectæ hæredis inſtitutioni inducatur aditio hæreditatis, & ex ipſa adimpletione immediatè oriatur actio, prout illos caſus refert *Bartolus l. jam dubitari. ff. hæredibus inſtitut.*

Igitur ex generalitate illorum textuum ſequitur, quod facultati adimplendi conditionem poteſtativam nullo tempore præſcribatur, etiamſi illa conditio poteſtativa talis ſit, qua adimpleta ſtatim & inducatur aditio hæreditatis, & oriatur actio ſive jus in judicium deducibile. Cum ſit clari & indubitati juris, quod lex generaliter & indiſtinctè loquens,

generaliter intelligenda ſit, *l. 1. §. cum urbem. ff. de offic. præfect. urb. l. regula. §. fin. ff. juris. & fact. ignor. l. 1. §. ait ergò. ff. his quæ in fraud. cred.* Nec a nobis diſtingui, *l. 3. ff. officio præſid. l. de precio. ff. Publicia. in rem act.* ſed ita accipi debeat, ut omnes omninò caſus comprehendat, *Roman. conſ. 44.* etiamſi major ratio ſit in uno quā in alio, *l. 2. §. quod autem. ff. de aleatoribus & luſu aleæ. Socin l. 8. §. ex literis. arg. ill. text. ff. de verbor. obligat. Cravett. conſ. 92. num. 4. lib. 1.* Item, etiamſi illi caſus privilegiati ſint, *l. in fraudem. §. fin. & ibi Bald. ff. teſta. mil.* Nec non etiamſi illa diſpoſitio ſit odioſa vel ſtricta, *Ang. l. final. col. final. ff. conſtit. Princip. Aym Cravett. conſ. 118. num. 14. lib. 1.*

Præterea quoque clari juris eſt, quod idem juris ſtatuatur de antecedenti quod ſtatuitur de conſequenti, *l. oratio. ff. ſponſalib. cum ſimilib. ſuperius alleg.* Ex quo ſequitur, nullam differentiam eſſe ſtatuendum inter conditionem poteſtativam, qua adimpleta quis habilitatis ad adeundam hæreditatem quod eſt præambulum neceſſarium ipſius aditionis hæreditatis, & inter illam conditionem poteſtativam, qua adimpleta hæreditatis aditio inducitur.

Et ſic liquet, hanc reſponſionem *Bald. Angel. Schurff.* & ſequacium & textib. & rationib. urgentiſſimis refragari, eamq; ob cauſam nullo modo amplectendam.

Et licet *Bald. in l. cum notiſſimi num. 19. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum dicat in l. penult. ff. quib. ad libert. proclam. non licet eſſe text.* quod potentiæ implendi conditionem præſcribatur, Attamen ille textus hoc non probat, ſed potiùs contrarium probat, prout hoc ex verbis illius text. videre licet, & illud deprehendit *Angel. §. actionum. nu. 54. Inſtit. actionib.*

Deinde non obſtat, quod *Angel. in §. actionum. num. 54. Inſtit. de actionib.* tradit, Illos textus, qui volunt non præſcribi condiciotni poteſtativæ, tantùm loqui in inſtitutione, & ſecus eſſe in legatis vel aliis diſpoſitionibus, *arg. l. hæc conditio. la. 2. ff. condit. & demonſt.* Eamq; ob cauſam, cum in actione pignoratitia ſive pignorib. ſumus, extra caſum inſtitutionis facultati adimplendi conditionem poteſtativam nempe offerendi debitum, & mediante illa oblatione conſequendi actionem pignoratitiam abſque dubio præſcribi.

Namque reſpondeo, licet facultati adimplendi conditionem poteſtativam in legatis præſcribatur, aliud tamen eſſe in contractibus. Namque in illis facultati adimplendi conditionem poteſtativam perinde ut in conſtitutionibus non præſcribitur juxta textum expreſſum, *l. ita ſtipulatus. ff. verb. obligatio. Bartol. l. hæc conditio. la. 2. ff. de condit. & demonſtr.*

Sed certum eſt, quod jus offerendi in pignoribus competens debitori ſit jus implendæ conditionis, ut competat actio pignoratitia, cum ante illam oblationem factam actiò pignoratitia non naſcatur. Et inſuper in caſu præſenti in libera & expreſſa voluntate debitorum atque hæredum ipſorum poſitum eſt, quandocunque debitum offerre & pignus luere, ſicut hoc ſatis liquet ex illis verbis: Wann ſie wollen. Igitur ſequitur, juri offerendi in pignoribus debitori competenti contra creditorem ad producendam actionem pignoratitiam præſertim in caſu noſtro non præſcribi.

Quintò † præſcriptioni cum jurejurando renunciari poteſt ſecundum magis communem & receptam Dd. ſententiam *Alex. l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. Felin. cap. ſi diligenti. num. 18. extr. de for. compet. Felin. Rubr. num. 15. extr. præſcript. Franc. Balb. in tr. de præſcript. 5. part. 5. partis princip. quæſt. 6. num. 3.* 225

Et licet in hoc contrarium teneat *Auguſt. Bero. in Rubr. extr. de præſcript.* tamen Auguſtin. Bero. in illa opinione omninò ſingularis eſt, nec habet ullum aſtipulatorem, itaq; illius opinio neutiquam tenenda vel ſequenda, *l. 1. ff. de ſenatorib.*

Et ex hoc infertur, non tantùm eum, qui in ſpecie exceptioni præſcriptionis cum jurejurando renunciat, verùm etiam eum qui in genere cum jurejurando renunciat omnibus exceptionibus ab exceptione præſcriptionis excludi, nec ſe illa exceptione juvare poſſe, Cum ſit clari & indubitati juris, quod † juramentum habeat vim 226 expreſſi, quodq; renunciatio jurata generaliter facta habeat vim ſpecialis expreſſionis, & perinde habeatur, atque ſi omnes exceptiones ſub illa generalitate comprehenſæ in ſpecie & nominatim expreſſa fuiſſent, *Bald. l. 1. quæſt. 1. & ibi Salicet. col. final. C. commodati. Angel. l. ſenium. C. qui teſtam. facere poſ. Roman. l. 1. §. ſi quis ita. col. 6. & ibi Alex. col. 3. ff. verb. obligat. Franc. Aretin. conſ. 33. col. 2. Curt. ſen. conſ. 1. col. 2. & conſ. 44. num. 17. Socin. conſ. 147. ad fin. lib. 1. Iaſ. l. ſub*

pra-

prætexta. la. 2. col. 2. C. de tranſact. Philip. Dec. conſ. 345. & conſ. 404. conſ. 432. Socin. jun. conſ. 136. num. 26. lib. 1. Ideoque traditum eſt, licet ſub generali renunciatione non intelligatur renunciatum beneficio l. ſi unquam, C. revocand. donatio. per generalem tamen renunciationem juratam, quem perinde ab illo beneficio excludi, atq; ſi in illa renunciatione illius beneficii in ſpecie mentio facta fuiſſet, *Socin. conſil. 14, lib. 1.*

Et licet à legitima quis non excludatur, niſi illi in ſpecie renunciatum fuerit, per renunciationem tamen generalem juratam quis perinde excluditur à legitima, atq; ſi illius legitimæ in illa renunciatione expreſſa & ſpecialis mentio facta fuiſſet, *Iaſ. l. ſi quando. §. generaliter. C. inoffic. teſtam. Iaſ. conſ. 207. col. 3. lib. 2. Paul. Caſtrenſ. l. in ratione. la. 3. in princip. ff. ad l. Falcid. Roman. & Barbat. l. 1. §. ſi quis ita ff. verb. obligat. Alex. conſ. 181. circa med. lib. 2. Dec. conſ. 26. Stephan. Bertrand. conſ. 2. col. fin. lib. 3. Fr. Ripa lib. 1. reſponſorum cap. 6. & lib. 3. reſponſorum cap. 5. & in Rubr. de verbor. oblig. col. 2. n. 1. Tiraq. repet. l. ſi unquam. in præfat. n. 144. C. revoc. donat.* in quib. locis *Fr. Rip. & Tiraq.* atteſtantur, hanc ſententiam communem eſſe.

Sed in caſu præſenti actum eſt, Daß die Creditorn vnd jhren Erben den Debitorn vnd jhren Erben das Haus H. zu löſende geben / wann ſie wollen. Et ulterius conventum eſt, quod ſoluto debito creditores debitoribus jhr Haus H. mit alle dem das darzu gehöret / wieder thun vnd geben ſollen ſonder allerley Widerrede vnd Verzug. Ex quib. verbis, Sonder allerley Widerrede/ſatis liquet, quod in genere omnibus & quibuscunq; exceptionib. renunciatum ſit. Deinde in literis reverſalib. habetur, Daß die Creditorn vnd jhre Burgen mit Trewen gelobet den Debitorn vnd jren Erben oder Nachkommen vorberürtes alles ſtät vnd feſt zu halten vñ zu thuend. Ex quibus verbis ſatis liquet, quod creditores eorumq; fidejuſſores præſtatione fidei confirmaverint, pactum de reluendo quandocunq; pignore & renunciationem omnium exceptionum, quæ præſtatio fidei in omnibus & per omnia ſecundum receptam conſuetudinem Germaniæ vim juramenti obtinet, & ita etiam in Camera Imperiali pronunciatur, prout hoc tradit *Myſinger. in lib. ſingul. obſervat. Camer. Imperial. obſerv. 17. Centur. 1.*

Igitur ſequitur, quod per illam generalem renunciationem omnium exceptionum præſtatione fidei confirmatam tam creditores quàm fidejuſſores, nec non etiam hæredes ipſorum præſcriptioni renunciaſſe intelligatur, quodq; per illam perinde ab exceptione præſcriptionis excludantur, atque ſi illi exceptioni cum juramento ſive præſtatione fidei in ſpecie renunciaſſent.

Sextò, lex † civilis nihil diſponere po- 225
teſt ſuper actu jurato, *Hoſtienſ. Ant. de Butr.*
Imol. & Abbas cap. quemadmodum. extr. de jurejur. Ioan. Andr. cap. tua. el. 1. extr. de decimis. Alexand. conſil. 27. num. 7. lib. 6. Quod-
que confirmatur, Tum quia † lex ſive ſta- 226
tutum Laicorum nihil poteſt diſponere ſuper juramento velut ſuper re ſpirituali, *Rayner. & Bart. l. omnes populi. quæſt. 3. princ. ff. juſt. & jur. Bart. in conſ. incip. Quæro dicit ſtatutum.*

Tum, quia juramentum eſt, & de jure divino atque jus divinum præcipit, ut juramenta adimpleantur, *c. debitores. & c. etſi Chriſtus. ff. de jurejurand*, & juramentum ad Eccleſiam ſpectat, *c. venerabilem extr. elect. cap. novit. extr. judicijs. c. ſi imperator. diſtinct. 95.* Ideoque lex ſive ſtatutum quantumvis generaliter conceptum nunquam extenditur ad actum juratum, *gloſſ. fin. c. cum non deceat. & ibi Lapus, Abb. & Ioan. Andr. de elect. lib. 6. Ioann. Andr. cap. 1. de filijs Presbyteror. lib. 6. Ioan. de Imol. cap. cum dilecti. extr. præbend. Abbas cap. 1. extr. his quæ fiunt à Prælato, ſive conſenſ. Capitul. Alberic. de Roſat. 1. part. ſtatutor. quæſt. 16 in fine. Roman. conſ. 393. num. 13. conſ. 44. conſ. 436 col. 3. & conſ. 518. Roman. ſing. 7. Alex. conſ. 27. nu. 7. & 8. lib. 1. Iaſ. conſ. 173. lib. 4. Iaſ. l. fin. C. ſi contra jus, vel util. publ. Felin. c. 2. num. 20. extr. de ſponſalib. Corell. Cotta memoral. incip. juramenti religio. col. 3. in princip. Covarru. in 2. parc. Rubr. num. 19. extr. de teſtament. Dec. c. conſtitutus extr. reſcript. Matth. de Afflict. deciſ. 5. & deciſ. 101. Stephan. Bertrand. conſ. 167. lib. 1.*

Sed certum eſt, omnes actiones tàm reales quàm perſonales per ſe & ſua natura infinitas eſſe & in infinitum uſque extendi & præſcriptiones contra actiones & juris civilis eſſe, & de jure civili invectas per jura vulgat.

Igitur ſequitur, jus civile ſimpliciter introducens præſcriptionem contra actio-

nes

nes tàm reales quàm perſonales non extendi ad actiones deſcendentes ex contractibus ſive pactis juratis. Er per conſequens, cum pactum concedens facultatem & poteſtatem luendi pignus debitoribus, de quo in caſu noſtro agitur, fidei præſtatione, quæ in omnibus & per omnia jurisjurandi vim obtinet, firmatum ſit, ſequitur, jura civilia de præſcriptione loquentia in caſu noſtro locum non habere, nec hæredibus debitorum ullam præſcriptionem objici poſſe.

Septimò, jure Canonico expreſsè cau-
227 tum eſt, quod † nulla abſque bona fide valere debeat præſcriptio tàm Canonica quàm civilis, *c. fin. extr. de præſcript.* nec in illo textu ulla ſit diſtinctio inter actiones reales vel perſonales. Item, inrer jus quæſitum vel quærendum inter actionem natam vel non. Nec etiam inter actiones & jus offerendi, nec inter illud jus offerendi, ex cujus exercitio oritur actio vel aliud jus deducibile in judicium. Et illud jus offerendi, ex cujus exercitio non oritur jus deducibile in judicium. Item etiam, utrum quis adverſus facta ſive illa, quæ in mero facto conſiſtunt ſive adverſus jus, ſive illud quod in jure conſiſtit, præſcriptione ſe tueri vel juvare velit. Item, nec inter tempus præſcriptionis longum nempe, longiſſimum, immemoriale vel majus, ſed generaliter deciditur, nullam præſcriptionem abſque bona fide valere. Igitur tam ex qualitate quàm ex univerſalitate illius textus liquet, nullam præſcriptionem ne temporis immemorialis quidem abſque bona fide procedere, ſive agatur de præſcriptione actionum perſonalium, ſive de præſcriptione actionum realium juris quærendi vel quæſiti. Item, ſive agatur de præſcriptione adverſus actionem natam, ſive de præſcriptione adverſus actionem naſcituram. Nec non etiam ſive loquamur de actione ſive de jure offerendi, ex cujus exercitio vel producatur jus deducibile in judicium vel non. Item, ſive agatur de præſcriptione juris ſive de præſcriptione facti.

Namque clari & indubitati juris eſt,
228 quod verba † generalia generalirer debeant intelligi, *l. 1. §. ait ergò. ff. his quæ in fraud. credit. Aym. Cravet. conſ. 133. numer. 5. lib. 1.* Ita ut omnia comprehendat *Baldus conſ. 191. lib. 1.* utque nihil intactum relinquat *Baldus conſ. 305. lib. 1.* Et nullus caſus ab illa diſpoſitione generali excipi vel eximi debeat, *Paul. Caſtrenſ. conſ. 430. col. 3. lib. 1. Cravett. conſ. 3. num. 1. lib. 1.* Etiamſi major ratio ſit in uno quam in alio, *l. 1. §. quod autem. junct. gl. ff. aleatoribus & luſu aleæ.* Item etiam ſi aliquis vel aliqui ex illis caſibus privilegiati ſint, *l. in fraudem. §. fin. ibi Bald. ff. teſtam. milit.*

Quinimò, generalis diſpoſitio etiam ad incognita extenditur, quando verba generalia ſint apta illa comprehendere, *l. ſi is qui. §. ſi libero. & ibi Albert. de Roſat. ff. commodati.*

Er hæc uſque adeò vera ſunt, ut etiam procedant in materia ſtricta, odioſa, *Angel. l. fin. col. fin. conſtitut. Princip.* Item pœnali, *gloſſ. cap. contra Chriſtianos. verb. procedendi. de Hæretic. lib. 6.* vel juris communis correctoria, *gloſſ. d. c. contra Chriſtianos.*

Ad hanc eandem ſententiam confirmandam facit, Quia diſpoſitio generalis reſtringi non debet, nulla ratione reſtringendi exiſtente, *Bald. conſ. 48. lib. 5. Angel. conſ. 281. col. 1. Abb. conſ. 1. col. 2. conſ. 44. col. 2. conſ. 51. col. fin. conſ. 64. col. pen. lib. 1. & conſ. 55. col. 2. lib. 2. Cravett. conſ. 84. nu. 14. & conſ. 153. num. 6. lib. 1.*

Et hoc potiſſimum procedit in præſenti caſu, in quo diſpoſitio juris Canonici ſanciens, nullam præſcriptionem abſque bona fide currere eſt, concepta non tantùm verbis generalibus, ſed verbis univerſalibus, quæ verba univerſalia ſunt majoris efficaciæ & virtutis quàm verba generalia, *Bart. l. generali. §. uxori. ff. uſufruct. legat. Bart. l. ſi ita. ff. aur. & argent. legat. Dec. cap. ſedes Apoſtolica. col. 4. circa fin. extr. de reſcript. Aymon Cravett. conſ. 86. num. 6. & conſil. 294. col. antepen. verſ. 4. Roman. conſ. 44. L. Sylvan. conſ. 95. num. 17.* Omniaq; comprehendunt, quæ excogitari poſſunt, *Dec. conſ. 29. col. 2. in fin. L. Sylvan. conſ. 95. num. 17. arg. l. Iulianus. ff. de legat. 3. l. à procuratore. C. mandati. l. in fideicommiſſ. l. cum Pollibius. ff. uſur. l. cum virum. & ibi Bald. in 2. oppoſit. C. de fide inſtrument. Cravett. conſ. 105. num. 8. text. cap. ſolitæ. extr. de majoritat. & obedient.* nullo penitùs excepto. *Federic. de Senis. conſ. 84. L. Sylvan. conſ. 95. num. 19.* Ideoque pulchrè Bald. inquit: Verba univerſalia adeò omnia comprehendere, ut nulla perſona, nullusq; locus excipiantur, *Bald. conſ. 326. incip. Rex Romanorum. col. 3. lib. 1.* Quod Conſil. refert atq; ſequitur *L. Sylvan. conſil. 95. num. 17.*

Et hoc

Et hoc uſque adeò verum eſt, ut diſpoſitio univerſalis non tantùm præſentia, verùm etiam futura comprehendat, *Bart. l. ſervi electione. §. fin. ff. legat. 1. Bart. l. Iulianum. ff. legat. 3. Specul. in titul. de Syndica. verſ. quid ſi in aliquo. Speculat. in titul. de depoſito. §. 10. ſed pone. Cardinal. Pariſ. conſ. 79. nu. 43. lib. 2.*

229 Quinimò verba † univerſalia in diſpoſitione aliqua poſita hoc operātur, ut illa diſpoſitio etiā extendatur ad ea, quæ alioquin in illa diſpoſitione non comprehenderentur neq; includerentur. Ideoq; licet in diſpoſitione faciente mentionē de reb. exiſtētib. in certo loco nō cōprehendantur, neq; res venales neque pecunia ad fœnetandum expendendumvè deſtinatæ & in iſto loco repertæ. Attamen diſpoſitio faciens mentionem de rebus exiſtenribus in certo loco concepta verbis univerſalibus etiam complectitur res venales, *Bart. l. generali. §. uxori. ff. uſufruct. legat. Alex. conſ. 118. nu. 5. lib. 5. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 106. Dec. conſ. 76. num. 2. Benev. Strac. in tract. de mercatorib. tit. mandati. §. reliquum. num. 3.* Nec non etiam pecuniam numeratam ad fœnerandum expendendumvè deſtinatam, *Cardin. Pariſ conſ. 79. num. 45. lib. 2.*

230 Et licet appellatione bonorum mobilium & immobilium † jura & actiones non comprehendantur. Tamen ſtatutum prohibens quæcunque bona ſive mobilia ſive immobilia in extraneos transferre, etiam jura & actiones complectitur *Alciat. l. moveutium. ff. verb. ſignificat.*

231 Huc accedit, quod licet verbum † Hæres in inveſtitura poſitum comprehendat tantùm hæredes ſanguinis, nec ullo modo extendatur ad hæredes extraneos. Hoc tamen non habet locum, quando inveſtitura concepta fuit verbis univerſalibus, ſive in inveſtitura dictum ſit, feudum eſſe conceſſum recipienti & quibuscunque ſive hæredibus, *Bald. l. 1. quæſt. 34. ff. de rer. diviſ. Bald. c. Imperialem. in princip. de prohibit. feudi alienat. per Frider. Abb. Panormit. conſ. 3. dub. 3. lib. 2. Roman. l. etiam. in princip. & ibi Alex. col. final. ff. ſolut. matrim. Roman. l. id tempus. §. 1. ff. de uſucap. Alex. & Iaſ. l. quædam. §. nihil intereſt. ff. de edendo. Alex. l. Gallus. §. etiam. col. 2. ff. de liber. & poſthum. Alex. l. ſi patrem. in princip. col. pen. ff. ad SC. Trebellia. Alex. l. quod dicitur. la. 2. col. pen. ff. de verbor. obligationib. Alex conſ. 7. nu. 8. lib. 6. conſ. 91. col. 2. lib. 7. Corn. conſ. 16. col. 4. lib. 1. Socin. l. quidam relegatus. col. 2. verſ. quinta concluſio. ff. de reb. dub. Iaſ. l. cum filiofamilias. n. 89. ff. de legat. 1. Iaſ. l. 2. §. Prætor ait. ff. qui ſatiſd. cog. Iaſ. l. 2. n. 198. C. de jure emphyt. Iaſ. in prælud. feud. nu. 46. & 128. Iaſ. conſ. 27. conſ. 55. lib. 2. conſ. 89. lib. 3. & conſ. 115. lib. 4. Albert. Brun. conſ. 9. col. 3. Godzad. conſ. 6. nu. 43. conſ. 8. col. 5. & conſ. 14. num. 22. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 386. num. 5. Cardin. Pariſ. conſ. 65. num. 10. lib. 3. Ruin. conſ. 20. col. 2. lib. 1. conſ. 103. col. 6. verſ. nec etiam. lib. 3. Curt. in tract. feud. 2. part. 3. part. princip. num. 62. & 4. part. num. 30. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. & cum pacto. cl. 3. num. 11. Roland. à Vall. conſ. 5. num. 45. & 46. Felin. cap. quia. extr. de judic. Felin. c. in præſentia. numer. 28. ext. de probat. Barb. repet. l. cum acutiſſimi. col. 70. C. de fideicommiſſ. Catell. Cotta. memoral. incip. feudum conceſſum mihi memoral. Privilegia & memorali quibuscunq;.*

Item, ſive in inveſtitura dictum ſit feudum eſſe conceſſum recipienti & omnibus ſuis hæredibus, *Bald. c. in præſentia. col. 2. extr. probat. Alex. conſ. 30. num. 15. lib. 5. conſ. 195. col. penult. lib. 6. Curt. jun. conſ. 1. col. 2. Dec. conſ. 294. col. 2. Roland. à Vall. conſ. 5. num. 36. & 37. & conſ. 60. num. 49.*

His adde, quod licet nemo poſſit plecti pœna † capitali vel perſonali, niſi 232
tantùm propter delictum dolo malo perpetratum, nec hoc caſu ſufficiat lata culpa, Hoc tamen non procedat, ſi ſtatutum verbis univerſalibus conceptum ſit, utputa, ſi ſtatutum dicat, Si quis quovis modo vel qualitercunque tale quid perpetraverit, tali vel tali pœna puniatur, *Salicet. l. 2. C. de noxalib. actio. Alex. l. etſi ſeverior. col. 2. C. his qui not. infam. Iaſon l. 2. §. Prætor ait. num. 3. limitat. 1. ff. his qui ſatiſdar. cogan. Hippol. de Marſil. l. unus. §. cogniturum. num. 26. ff. de quæſtionib.*

Pro hac eadem ſententia comprobanda adduci poteſt, Quia verba univerſalia ſunt præciſa & omnes caſus etiam non expreſſos, imò majores expreſſis comprehendunt, nec ullam reſtrictionem patiuntur, ſicut hoc ſatis probat *gloſſ. Clement. 1. verb. quamvis. & ibi Imola de ſentent. & re jud. gl. fin. Clem. 2. de reb. Eccleſ. non alienan. gl. l. final. verb. per quamcunq;. C. qui legit. perſon. ſtand. in judic. hab. gl. c. quamvis. verb. qualibet. & ibi Dominic. notab. 2. de elect. lib. 6. Alex. conſil. 99. col. 1. verſicul. præterea. lib. 7. Cæpoll. cauſ. criminal. conſil. 14. Barbat. conſilio 12. col. 8. lib. 1. conſil. 21. numer. 16. conſ. 23.*

conſ. 23. col. 1. & conſ. 26. col. 2. lib. 2. conſ. 87. col. 3. lib. 3. conſ. 18. conſ. 21. conſ. 35. & conſ. 41. col. 2. lib. 4. Socin. conſ. 3. col. final. lib. 4. Iaſ. conſ. 63. col. 3. lib. 2. & conſ. 96. col. 2. lib. 4.

Et prædicta multo magis procedunt in
234 caſu noſtro, in quo † Canones prohibentes præſcriptionem cum mala fide ſunt concepti per orationem univerſalem negativam, atque dicunt: Nullam abſque bona fide currere præſcriptionem.

Et clari juris eſt, quod univerſalis negativa habeat plus virium, roboris, efficaciusq; obliget, ac magis præciſe aſtringat, quam univerſalis affirmativa, *Archidiac. c. ſi peccaverit. 2. q. 1. Panorm. c. novit. col. 12. extr. de judic.* Atque omnem penitus & diſpenſationem & exceptionem impediat & excludat, *gloß. Clem. 2. verb. concedatur. & verb. nullo modo. de ætate & qualitate. Ioan. Andreas c. cum ex eo. de elect. lib. 6. Bart. l. omnes populi. 3. quæſt. 3. quæſtionu princip. ff. de juſt. & jur. Angel. & Imol. l. ſi quæramus. ff. de teſtament. Immol. c. 2. extr. eod. tit. cum multis ſimilib. allegat. per Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. revertatur. num. 94.*

235 Præterea † text. ind. fin. utitur verbis univerſalibus non ſimplicibus, ſed geminatis, dum videlicet dicit: Synodali judicio diffinimus, ut nulla valeat abſque bona fide præſcriptio, tam Canonica quam civilis, & ſubjungit, unde oportet, ut qui præſcribit, in nulla temporis parte habeat ſcientiam rei alienæ. Et ſic liquet, dictionem univerſalem, Nulla, in illo textu geminatam eſſe, quæ geminatio multum operatur, *l. Baliſta. & ibi Bart. & Dd. ff. ad SC. Trebell. l. cum ſumus. ibi Bart. & Alex. C. agri. & cenſit. lib. 11. Cardin. Pariſ. conſ. 6. num. 72. conſ. 54. num. 67. lib. 1. conſ. 12. nu. 69. lib. 2. conſ. 5. num. 64. & conſ. 32. num. 29. lib. 4.*

Et verba univerſalia geminata ſunt majoris efficaciæ, quam verba univerſalia ſimplicia, *Godzad. conſ. 30. num. 1. Cæphal. conſ. 126. num. 18. Aym. Cravet. conſ. 103. nu. 4. L. Sylvan. conſ. 95. num. 19. Barbat. inter conſilia Curt. ſenior. conſ. 65. num. 19.* Illaque oſtendunt & enixam & latiſſimam voluntatem diſponentis, *Bald. c. eam te. col. 2. extr. reſcript. Curt. ſen. conſ. 52. col. 21. conſ. 63. col. 14. Anton. Corſet. in tractat. de verb. geminat. Card. Pariſ. conſ. 10. num. 57. lib. 1. L. Sylvan. conſ. 64. num. 4.* Et ſignificant præciſam mentem diſponentis, *Bald. d. c. eam te. extr. de reſcript.* & ampliant effectu diſpoſitionis, *Bald. l. fructus. C. actionib. empt.* Ac efficiunt, ut ſub diſpoſitione comprehendantur illa, quæ alioquin ſub illa diſpoſitione nõ comprehenderentur, *Rum. conſ. 98. num. 12. verſ. ad num. 19. lib. 2. Nicol. Everhard. in loco à loculo. geminat. ſive actus multiplicati iterat.*

His adde, quod verba geminata non patiantur aliquam reſtrictionem, diminutionem, *Corn. conſ. 324. col. 6. lib. 1. Socin. conſ. 297. num. 8. lib. 2. L. Sylvan. conſ. 49. num. 26. & conſ. 11. num. 4.* Vel exceptionem, *Aym. Cravet. conſ. 201. num. 42.* Atque comprehendant omnia etiam diſſimilia & majora expreſſis, *Cravet. conſ. 290. num. 4.* Item etiam inſolita, *Alex. conſ. 38. col. pen. lib. 5. Cravet. conſ. 290. num. 4. verſ. nono conſidero. lib. 2.* & reſervata Principi. *Dec. conſ. 197. col. 2. Cravet. conſ. 209. num. 8.*

Deinde *text. in d. c. fin. extr. de præſcriptionib.* generaliter definit, † illum in mala fide eſſe ſive cenſeri, qui habet conſcientiam rei alienæ. Quæ appellatio rei eſt latiſſima, *l. 1. ff. ſi cert. petat.* & comprehendit non tantum res corporales, ſed etiam res incorporales, *l. 1. verum divi. inſtit. de rebus corporalib. & incorporalib.* Ideoque nomina debitorum, item jura & actiones appellatione rei ſimpliciter prolata continentur, *l. rei appellatione. ff. de verbor. ſignificat. l. omnes. in princip. C. quadrien. præſcript. l. quam Tuberonis. §. fin. ff. peculio. l. mulier bona ff. de jur. dot. l. bonorum. §. fin. & l. Princeps bona. ff. verb. ſignif. l. nomen. C. quæ res pign. oblig. poß. l. 3. C. uſufruct. l. ſi à demptis. C. de ſentent. paſſis. l. ſi conſtante. §. fin. ff. ſolut. matrim.* Quod procedit, etiamſi appellatione rei fuerit adjecta dictio *Mea, Tua, Sua, Aliena* vel ſimilis, *Bart. l. quintus. §. argento. ff. auro & argento legat. Cyn. & Ang. l. 1. ff. ſtatu hominum. Bald. Bald. l. 1. C. uſufruct. pet. Iacob. in tit. de actio. ex teſtamento. col. 8. verſ. item omnia bona. Fr. Aretin. l. fin. C. pactis. Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. bona. num. 7. C. de revocan. donat. Alicat. l. meorum. arg. ill. text. ff. verb. ſignificat. text. l. etiam quod liquide. §. fin. & l. ſi legatus. §. 1. ff. ad SC. Trebell.*

Quinimo appellatione rei etiam facta comprehenduntur, *gloß. Inſtit. de obligat. in princip. verb. rei & ibi Bald. & Ang.*

Neque vero tantum jus quæſitum verum etiam † ſpes & ſic jus quærendum appellatione rei continetur, *Iaſ. l. ſi poteſt. nu. 50. ff. acquir. hæred. arg. l. nomina. ff. hæreditat. & act. vendit.* 237

Et † diſpoſitum de re ſive jure quæſito 238
etiam in ſpe radicata ex cauſa de præſenti
ſive

ſive jure quærendo locum habet, ſicut hoc ſatis probatur ex eo, quod legib. expreſsè cautum eſt, ſpem perinde ut rem quamlibet emi, *l. emptorem. §. fin. & l. ſi actum. ff. actionib. empt. vend. l. nec emptio. ff. contrahen. emptio.* pignorari, *gl l. nomina. ff. hæredit. & act. vend.* donari, *l. ſpem. C. de donationibus.* In ſtipulationem aliumvè contractum deduci poſſe, *arg. l. interdum. ff. verb. obligat.. l. inter ſtipulantem. §. ſanam. ff. eod. titulo.*

239 Huc accedit, quod ſicut † venditori rei ſive juris quæſiti decepto ultra dimidium juſti precii permittitur, implorare beneficium, *l. 2. C. reſcinden. vendit.*

Ita quoque & venditori ſpei ſive juris quærendi læſo ultra dimidium juſti precii ex beneficio *d. l. 2.* agere permittitur, *Bart. l. Cotem ferro. §. qui maximos num. 9. ff. public. Petr de Anch. Imol. & Ant de Butr. c. cum cauſa ext. empt. & vendit. Pantal. de Crema. l. 2. C. reſcind. vendit. Tiraq. in tract. de legib. Connub. gl. 2. num. 38.*

His adde, quod propter ſpem radicatam & probabilem, ſive propter jus quærendum, perinde ut propter rem ſive jus jam quæſitum peti poſſit cautio, *l. ſi uſusfructuarius. ff. uſusfruct. quemadm. cap. luc. depen. l. 1. C. privil. eorum qui in ſacro palat. mil. lib. 10.* Miſsio in bonorum poſſeſsionem abſentes, *l. in poſſeſsionem, in prin. & l. ſi filiusfamilias & ibi Angel. & Zaſ. ff. ex quib. cauſ in poſſeſſ. eatur,* ſeparatio bonorum, *l. creditorib. ff. de ſeparatio.* & reſtitutio in integrum, *l 3. §. ſi quid. ff. de minorib.* debitor fugitivus ſive de fuga ſuſpectus capi, *Bart. l. quæſitum. ff. de pignorib.* actio revocatoria inſtitui, *l. ait Prætor. §. ſi conditionalis ff. his qui in fraud. credit.* pignus vel fidejuſſor accipi, *l. res hypothecæ. & l. grege. §. ſub conditione. ff. de pignorib.* Ceſsio bonorum, *Bald. l. cum. filiusfamil. C. qui bonis cedere poſſunt.* Novatio, *l. ſi Stichum §. legata ff. de novationib.* Solutio, *l. ſub conditione. ff. de ſolutionib.* Et acceptilatio fieri, *l quod in diem. ff. de acceptilationib.*

Ad hanc ſententiam confirmandam etiam facit, quod ſicut juri quæſito nemo abſq; facto ſuo privari poteſt, *l. id quod noſtrum & ibi Dec. ff. de reg. jur.*

Ita quoq; & jus quærendum ſpe certa, probabili & radicata nemini abſque facto ſuo auferri poſſit, *l. in diem. verſ. non autem. ff. de aqua pluvia. arcend. Bald. l. ſi conſtante. arg. ill text. C. de donat. ante nupt. Franc. Aretin. conſ. 7. & conſ. 74. Iaſ. l. fin. num. 2. ff. de pact. Tiraq. in tract. de utroq. retr. part. 2. §. 1. gloſ. 7. num. 20.* Quodq; ſicut neque reſtitutio principis neque nova conſtitutio ſive lex extenditur ad jus alteri quæſitum reipſa. Ita quoq; ad jus quæſitum alteri ſpe radicata non extendatur neq; reſtitutio principis, *c. quamvis de reſcript. lib. 6.* neque nova conſtitutio vel lex, *Petr. de Anchor. c. l. quæſt. 13. extr. de conſtit.*

Et ſicut in impetratione beneficii debet fieri mentio de jure alteri reipſa cõpetenti. Ita quoq; in impetratione beneficii mentio fieri debet de jure alteri ſpe tantum competenti. *Dominic. conſ. 107.* Et ſic ex prædictis liquet, quod jus quærendum ſpe probabili & radicata de præſenti in omnibus & per omnia æquiparetur juri jam quæſito. Quod uſq; adeo verum eſt, ut illud etiam in ſtatutis locum habeat. *Bart. Alex. & Aretin. l. ir poteſt & ibi Iaſ. nu 48. 49. & 50. ff. acquir. hæredit.*

Et prædicta potiſsimum in hac materia præſcriptionis procedunt. Ubi agitur de † ſalute animæ & evitando peccato. Et 240
certi juris eſt, quod diſpoſitio reſpiciens ſalutem animæ & evitationem peccati latiſsimè intelligenda ſit, etiamſi illa ſit correctoria juris communis, *Ioan. Andr. & Ant. de Butr. c. ex tenore. extr. qui filij ſint legitimi. Abb. c. quæſivit. extr. de divort. Ant. de Butr. c. ad eminentiam. in fin. extr. de ſentent. excommunic. Geminia. c. pro humani. §. 1. col. 1. de homicid. lib. 6. Bart. & Dd. authent. Sacramenta puberum. C. ſi advers. vendit. Iaſ. authent. quas actiones. num 25. C. de SS. Eccleſ* vel pœnalis, *gloſ. c. ſciant cuncti. de elect. lib. 6. Abb. conſil. 113. lib. 2.* Et ſic liquet, quoad impediendam præſcriptionem omnem illum in mala fide cenſeri, qui habet ſcientiam rei alienæ, ſive illa res aliena ſit corporalis, ſive res incorporalis, Item, ſive ſit actio realis nempe vel perſonalis ſive officium Judicis ſive facultas aliqua. Item, ſive illa res ſit jus quæſitum ſive jus quærendum. Item, ſive illa res conſiſtat in mero jure, ſive in mero facto, ſive ſit mixta ex jure & facto, nec non etiam ſive illud factum vel facultas competat per modum juris ſive per modum merè facti. Item, ſive ex exercitio alicujus facultatis oriatur jus deducibile in judicium ſive non.

Ulterius annotandum eſt, quod † jus 241
Canonicum *in d. c. fin.* ſancit, ſolam conſcientiam rei alienæ cauſare malam fidem ad impediendam præſcriptionem ſufficientem, nec ultra hoc requirit, ut præſcribens

ſive is, qui aliquid præſcribere vult, ſit in culpa mera vel alio peccato.

Igitur ſequitur, eum, qui habet ſcientiam rei alienæ, nullius temporis præſcriptione ſe juvare poſſe, quoad illam rem acquirendam, etiamſi ipſe ultra ſcientiam rei alienæ non ſit in alia ulla mera culpa vel peccato. Cum illud, quod lex non dicit, nec requirit, nec nos quoque dicere vel requirere debeamus, *l. ſi ſervum. §. non dicit Prætor. ff. de acquir. hæredit. cum multis ſimilib. allegat.*

Atque lex generaliter, univerſaliter & indiſtinctè loquens, generaliter, univerſaliter & indiſtinctè intelligenda, nec à nobis diſtinguenda vel reſtringenda ſit, per jura ſuperius allegata. Nec non etiam omnis ſubauditus intellectus reprobetur, *gloſ. cap. cupientes. §. quod ſi per viginti. de electio. lib. 6.*

Cum itaque creditor ſciat, debitori competere jus & facultatem offerendi debitum, & per illam oblationem conſequendi actionem pignoratitiam & illud impetrandi, ut creditor cogatur ipſi pignus cum omnibus fructibus inde perceptis & percipiendis reſtituere, vel ſi ipſe non habeat illius pignoris reſtituendi facultatem, id quod intereſt, præſtare, ſequitur, creditorem contra hoc jus ſive facultatem offerendi, ſe ſecundum diſpoſitionem juris Canonici nullius temporis præſcriptione tueri poſſe, ſive dicamus, illud jus offerendi debitori competere per modum juris ſive per modum facti. Item etiamſi dicamus, debitorem quoad actionem pignoratitiam agere de jure quærendo.

842 Et hæc diſpoſitio juris Canonici † ſanciens, ne is, qui habet conſcientiam rei alienæ, ullius temporis præſcriptione ſe tueri poſſit, non tantùm in foro Canonico, verùm etiam in foro civili locum habet, & jura civilia permittentia præſcriptionem cum mala fide per jus Canonicum correcta ſunt, ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam, *gloſ. Ioan. Andr. & Dd. cap. poſſeſſor. de reg. jur. lib 6. Hoſtienſ. in ſum. in tit. de præſcript. rerum immobilium. Abb. Imol. Felin. & Dd. c. fin. extr. de præſcript. Bart. l. privilegia. C. de SS. Eccleſ. Bald. & Ang. l. ſuper. long. C. de præſcript. long. temp. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 2. part. 3. partis princip. quæſt. 7. nu. 4. Roman. conſ. 275. in fin. Alex. conſ. 185. lib. 2. Decius conſil. 144. num. 4. Calcan. conſ. 74. Aymon Cravett. in tract. de antiquit. temp. 4. part. §. materia iſta. num. 10. Cardin. Pariſ. conſ. 92. num. 30. lib. 3.*

Octavò, hanc ſententiam comprobat,
Namque non † tantùm per text. *in d. c. fin.* 843
extr. de præſcripi. ſed etiam per multos alios textus probatur, eum, qui habet ſcientiam rei vel juris alieni, in mala fide eſſe, *c. ſi virgo. & ibi gloſ. 34. q. 2. l. bonæ fidei. ff. verbor. ſignificat. l. ſi exiſtimans. & ibi Bart. ff. pro ſoluto. l. ſi quis feudum. ff. acquir. poſſeſ. gloſ. Abb. & Dd. c. ſi diligenti. extr. præſcript Dyn. & Philip. Franc. c. poſſeſſor. de reg jur. lib. 6. Bald. l. illud. ff. petit. hæredit. Bart. l. fin. C. unde vi. Bald. l. poſt ſententiam. col. pen. C. de ſentent. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 2. part. 3. partis principal. quæſt. 1. Aymon. Cravett. conſ. 146. lib. 1.* Ideoque is, qui ſcit, ſe obligatum eſſe, ex aliquo contractu in mala fide eſſe dicitur, *Franc. Balb. in tract. de præſcript. 2. part. 3. partis principal. quæſt. 14. num. 4. Card. Pariſ. conſ. 92. num. 24. & conſ. 110. num. 30. lib. 3.* Etiamſi illa obligatio non ſit pura, ſed vel ſub conditione vel ſub modo, *Bald. conſ. 342. col. 2. lib. 1. Fulgoſ. conſ. 123. col. 1. Andr. Barbat. conſ. 51. col. 9. lib. 1. Card. Pariſ. conſ. 92. lib. 3.*

Et certum eſt, nullam † omninò præ- 844
ſcriptionem procedere in favorem illius, qui eſt in mala fide, *c. vigilanti, & c. fin. extr. de præſcript. c. poſſeſſor. & ibi Dyn. Ioan. Andr. & Philip. Franc. de reg. jur. lib. 6.* Et quod hoc etiam procedat in præſcriptione actionum perſonalium, in qua non requiritur poſſeſſio, quæ ex mera negligentia non petentis currit, tradit *gloſ. Innocent. Anton. de Butrig Abb. Felin. & Dd. c. final. extr de præſcript. Alex. conſ. 85. col. antepen. lib. 2. conſ. 33. lib. 3. conſ. 63. & conſ. 99. lib. 4. Cardin. Pariſ. conſ. 92. num. 28. lib. 7. cum multis ſimilib. allegat. per Franc. Balb. in tract. de præſcriptio. 2. part. 3. partis princip. quæſt. 13.*

Neq; verò tantùm hoc locum habet in bonis allodialib. ſed etiam in bonis feudalibus. Namq; nec in illis quidem ulla præſcriptio abſq; bona fide currit, *Bald. & Præpoſ. c. 1. §. ſi quis per 30. & ibi Matth. de Afflict. 1. notabil. num. 6. ſi de feud. defuncti. contens. Abb. c. ad audientiam. num. 17. & ibi Felin. nu. 19. extr. præſcript. Franc. Balb. in tract. de præſcriptio. 4. part. 4. partis principal. 12. quæſt. principal. quæſt. 1. & 6. Aym. Cravett. in tract. de antiquitat. tempor. 4. part. §. abſolutio. num. 30. & §. materia iſta. num. 28. & 29. Dec conſ. 144. num. 4.*

Similiter hoc etiam locum habet in præſcriptione à ſtatuto, lege municipali vel conſuetudine introducta. Namque nec
245 illa quidem cum † mala fide currit, ſecundum communem atque receptam Dd. ſententiam; *Bartol. l. omnes populi. 2. quæſt. 3. quæſt. princip. ff. juſt. & jur. Angel. & Immol. l. ſequitur, §. ſi veſtra. ff. de uſucapio. Ioan. Andr. cap. 2. de except. lib. 6. Bald. & Imol. l. quibus. dieb. §. dominus. ff. de condit. & demonſtrat. Anton. de Butr. Imol. Abb. & Felin. c. fin. extr. de præſcript. Alex. conſ. 185. col. pen. lib. 2. Socin. conſ. 86. col. pen. & conſ. 166. Corn. conſ. 264. conſ. 338. lib. 1. & conſ. 55. lib. 3. Philip. Fr. c. poſſeſſor. de reg. jur. lib. 6. cum multis ſimilibus allegat. per Tiraquell. in tract. de præſcriptionib. part. 1. gl. 2.*

Et hoc uſque adeò verum eſt, ut præſcriptio introducta à ſtatuto, conſuetudine vel lege municipali non tantùm non procedat abſque bona fide, etiamſi in illo ſtatuto vel lege municipali nulla fuerit facta mentio bonæ fidei, *Fulgoſ. conſ. 64. Petrus Caſtrenſ. conſ. 296. lib. 1. Abb. conſil. 76. lib. 1. cum ſimilibus allegat. per Tiraquell. in tract. de præſcriptio. §. 1. gloſ. 2.* verum etiam ſtatutum expreſsè ſanciens præſcriptionem cum mala fide currere; ratum non ſit, prout hoc affirmant omnes Doctores ſuprà citati.

246 Nonò, Nulla præſcriptio etiam; ne illius temporis quidem, cujus in contrarium memoria non extat, abſque bona fide currit, prout hoc ſatis probatur per textum *in d. c. fin. extr. de præſcriptio ponderando videlicet verbum nulla & inducendo illum textum, prout ſuprà induximus, & idem etiam expreſsè & in ſpecie tenent Doctores communiter gl. c. 1. verſ. niſi. & ibi Philip. Franc. de præſcript. lib. 6. Angel. §. furtivæ, Inſtit. de uſufruct. Bartholom. in ſuo repert. verſ. reſcriptio quomodo cauſa. verſ. fin. Orland. de Curte inter conſilia Calcan. conſ. 6. col. penult. Bartholom. de Vulpis inter conſil. Calcan. conſ. 53. col. 2. Iaſ. conſ. 24. col. penult. lib. 3. Alexandr. conſ. 13. col. 4. in fine. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 368. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 2. part. 3. part. princip. quæſt. 6. num. 20. Aym. Cravet. conſ. 146. in fin. lib. 1. Aym. Cravet. in tract. de antiquitat. tempor. 4. part. §. materia iſta. num. 19. Capit. deciſ. 4. Cardinal. Pariſ. conſil. 26. numer. 31. conſil. 102. num. 113. lib. 1. & conſil. 66. nu. 128. lib. 3. Covar. repet. c. poſſeſſor. part. 2. §. 8. num. 4. de reg. jur. lib. 6.*

247 Decimò, Mala † fides defuncti nocet hæredi; etiamſi ipſe hæres in bona fide ſit, *l. cum hæres. ff. de diverſ. & tempor. præſcript. l. cum qui. §. in hac actione. & ibi gloſ. ff. public. in rem actor. gl. l. ſi ego. §. pactus. ff. eod. titul. gloſ. l. 2. & ibi Bart. ff. de uſucapio pro hærede.*

Et hoc uſque adeò verum eſt, ut procedat, etiamſi hæres non velit uti acceſſione ſui prædeceſſoris, ſed velit ſumere initium de ſcripto, *gloſ. l. vicia. C. acquir. poſſeſ. gloſ. l. 2. & ibi Bart. C. uſucapio pro hæred. gloſ. l. final. C. coram. de uſucapio. gloſ. l. Pomponius. §. cum quis. & ibi Bartol. & Dd. & Iaſ. num. 20. ff. acquir. poſſeſ. Franc. Balb. in tr. de præſcript. 2. part. 3. partis principal. quæſt. 12. num. 12.*

Deinde hoc procedit etiam de æquitate Canonica. Namque nec ſecundum illam hæres, qui eſt in bona fide præſcriptionem à ſe incipere poteſt, eo caſu, quo defunctus in mala fide fuit, licet ipſe nolit uti acceſſione defuncti ſecundum communem & receptam Doctorum ſententiam, *Anton. de Butr. Imol. Abb. & Felin. c. ſi diligenti. extr. de præſcription. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de præſcript. §. ult. in addit. magna. Bartol. l. Celſus. ff. uſucap. Bald. authent. ad hæc. col. 6. C. uſucap. Angel. l. cum qui. §. in hac. ff. public. in rem act. Abb. cap. 2. extr. de præſcript. Imol. cap. final. extr. eod. tit. Raph. Cuma. Ludovic. Roman. Paul. Caſtrenſ. Alex. Vincent. Herculan. Iaſ. Ioan. Crotus & Dd. l. Pomponius. §. cum quis. ff. acquir. poſſeſ. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 2. part. 3. partis principal. quæſt. 12. num. 12. Alex. conſ. 4. num. 21. conſ. 39. nu. 8. lib. 2. conſ. 63. num. 11. lib. 4. & conſ. 51. num. 7. lib. 5.* in quibus locis Doctores atteſtantur, hanc opinionem communem eſſe.

Et licet aliqui Doctores citati in rationibus dubitandi contrarium velint quoad æquitatem Canonicam. Attamen illorum opinio eſt communiter reprobata, ideoque neutiquam ſequenda.

Nec obſtat, quod aliqui Doctores citati in rationibus dubitandi dicant, hoc tantùm procedere in præſcriptione longiſſimi temporis 30. nempe, 40. vel plurium annorum. Eamq; opinionem communem eſſe atteſtetur *Socin. jun. conſ. 145. num. 73. lib. 1.*

Namque reſpondeo, Dd. communiter ad tenendam hanc deciſionem; quod mala fides defuncti noceat ſucceſſori ſive hæredi, etiamſi ipſe ſit in bona fide & moveri

veri p haſce rationes. Tum, quia hęres tenetur exonerare animā defuncti, *c. fin. ext. de ſepultura. c. in literis. & c. ſuper eo. extr. rapiorib.* Tum quia hæres & defunctus cenſetur eſſe eadem perſona, *authent. de jurejur. à defuncto præſtito.* Et factum defuncti cenſetur eſſe factum hæredis, *Dec. l. hæredem. ff. reg. jur.* Atque etiam mala fides defuncti cenſetur eſſe mala fides hæredis, *Iaſ. d. §. cum quis, num. 29.* Tum, quia omne jus hæredis cauſatur à defuncto. Quæ rationes æquè militant in præſcriptione longiſſimi temporis, prout in præſcriptione longi temporis.

Ideoque & communis deciſio Doctorum in præſcriptione longiſſimi temporis, perinde ut in præſcriptione longi temporis locum habere debet. Cum ratio legis & cujuslibet diſpoſitionis ſit & ipſa lex ſive diſpoſitio, & mens, & medulla, & anima, & ſpiritus, & eſſentia ipſius legis vel diſpoſitionis, nihilque à lege ipſa vel diſpoſitione differat. Ideoque receptum eſt in omnibus legibus & diſpoſitionibus inprimis rationem legis vel diſpoſitionis inſpiciendam, *Bart. l. contra legem. ff. de legib.*

Et ſecundum illam quamlibet diſpoſitionem extendendam, ampliandam, *l. nomen debitoris §. final. ff. legat. 3. l. regula. §. ſi quis. & §. & licet. ff. juris & facti ignor. l. cum mulier. ff. ſolut. matrimon.* & ita intelligenda eſſe, ut in omnibus caſibus, in quibus eadem ratio militat, idem quoque jus ſtatuatur, *l. illud. ff. ad leg. Aquiliam. l. à Titio. in princip. ff. verb. obligatio.* etiamſi verba legis vel diſpoſitionis deficiant, *l. 2. §. ſi mater. verſ. quid ſi curatores. & verſ. quid ſi deceſſerint. ff. ad SC. Tertullia.*

Nec eſt verum, quod *l. cum hæres. ff. de diverſ. & tempor. præſcript.* tantùm habeat locum in præſcriptione longi temporis. Namque & ratio & diſpoſitio illius legis generalis eſt, & locum habet tàm quoad verba quàm quoad rationem in omni præſcriptione, in qua bona fides requiritur.

Et licet de jure ff. præſcriptio longiſſimi temporis fuerit incognita, cum tamen de jure Codicis præſcriptio longi temporis ſit inducta, & jure Canonico expreſsè diſpoſitum, quod in præſcriptione tàm longiſſimi quàm immemorialis temporis, perinde ut in præſcriptione longi temporis bona fides requiratur, illudque jus Canonicum etiam in foro civili in materia præſcriptionis ſervari debeat.

Sequitur, illud jus Canonicum à *d. l. cum hæres*, paſſivam interpretationem recipere, ita ut mala fides defuncti etiam hæredi, qui eſt in bona fide in præſcriptione longiſſimi vel etiam immemorialis temporis obeſſe debeat.

Cum ſit clari & indubitati juris, quod leges poſteriores ſecundum priores intelligi, *l. ſed & poſteriores. ff. de legib.* & ab illis paſſivam interpretationem recipere debeant, *l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falcid. l. 1. ff. de munerib. & honorib. Bart. & Dd. l. omnes populi. ff. juſt. & jur.*

Et ſic liquet, illorum opinionem, qui volunt malam fidem defuncti in præſcriptione longiſſimi temporis hæredi non nocere & communiter reprobatam eſſe & legibus expreſſis refragari, eamq; ob cauſam nullo modo tenendā vel ſequendam.

Deinde non obſtat, quod aliqui Dd, 248
illam communem deciſionem, quod mala fides defuncti hæredi in præſcriptione noceat, ita reſtringunt, ut tantùm habeat locum in primo eodemq; mediato hærede, non autē in ſecundo vel ulteriori hærede. Namque illa opinio ſimiliter communiter reprobata eſt, cum omnes rationes communis ſententiæ, æquè militent in ſecundo & ulteriori hærede, prout in primo & immediato hærede.

Et licet forſan dici poſſet, primum hæredem, qui ignorat contractū ſive factum defuncti eſſe tantùm in ficta mala fide. Attamen in illis, quæ deferuntur à primo auctore, inſpicitur non perſona ultimi defuncti ſed primi acquirentis, cum hæres hæredis etiam per mille & plures ſucceſſiones primi acquirentis hęres eſſe cenſeatur, non fictè ſed propriè per jura ſuperius allegata. Et hoc potiſſimū ꝓcedit in præſcriptionibus requirentibus bonam fidem, in quibus ſemper ad initium ſive exordium recurrendum eſt, juxta textum expreſſum *d. l. cum hæres*, ibi nec enim rectè defendetur, cum exordium rei bonæ fidei ratio non tueatur.

Et confirmatur ex eo. Namque in omnibus rebus, omnibusque negociis præcipuè initium attendendum & ſecundum illud de tota re ſive toto negocio cenſura facienda eſt, *l. Pomponius ſcribit in negotijs. ff. negotijs geſt. l. 3. §. ſcio. ff. minoribus. l. 1. §. ſi ſervus. ff. depoſiti.*

l. ſi

liſi — curator in princip. ff. mandati. l. in ratione §. ſi filio. ff. ad l. Falcid. l. quæ cum major. §. 1. ff. bonis libertorum. l. ſequitur. §. de illo. l. ſi hominem. & l. juſto. §. etſi poſſeſſionis. ff. uſucapionis. l. clam poſſidere. in princ. & ibi Iaſ. ff. acquir. poſſeſ. Et a primordio tituli poſterior formatur eventus, *l. 1. C. impon. lucrat. deſcript.*

Præterea in tota Germania conſuetudine receptum & introductum eſt, quod juri offerendi in pignoribus competenti debitori contra creditorem indiſtinctè non præſcribatur neque ducentorum neque trecentorum annorum, neque etiam ulterius temporis lapſum. Et ſic quod mala fides creditoris non tantum primo, verùm etiam ſecundo, tertio & ulteriori hæredi non modo in præſcriptione longiſſimi, verùm etiam immemorialis temporis noceat prout hoc tradit *Henning. Geden. conſ. final. num. 314 & 315.* cui atteſtanti de conſuetudine fides adhibenda eſt. Et cum hæc opinio contraria conſuetudine Germaniæ recepta ſit, illa omninò in Germania ſervanda & ſequenda, etiamſi fides fieri poſſit, conſuetudinem contrariam magis communem eſſe.

Igitur ſequitur, cum tam ipſi creditores quam fidejuſſores fuerint in mala fide, atque ſciverint, ſe obligatos eſſe debitoribus, eorumq; hæredibus debitum ſolventibus caſtrum H. reſtituere. Sequitur, hanc malam fidem creditorum & fidejuſſorum, non tantùm primis, verùm etiam omnibus ſequentibus hæredibus ipſorum nocere & obſtare, ne ipſi ulla præſcriptione tueri vel juvare poſſint, etiamſi ipſi fidem facere poſſent, quod in bona fide ſimul fuerint.

25 † Undecimò, in † feudis præſcriptio lapſa contra prædeceſſores, ſucceſſoribus non nocet, prout hoc tradit *Andr. de Iſern. — § præterea Ducatus. num. 38. & ibi Matth. de Afflict. num. 45 de prohibit. feud. alienat. per Frederic. Matth. de Afflict. c. 1. §. quid ergò. num. 19. usq; ad nu. 22 de inveſtit. de re alien. fact. Cardin. Pariſ. conſ. 23. num. 199. lib. 1. — Neapolit. conſ. 1. num. 193. & conſ. 50. num. 22 Curt. jun. conſ. 181.* Et idem etiam tenent *Bald. conſ. 16. lib. 1 Matth. de Afflict. c. 1. §. — num. 7. ſi de feud. defunct. content. — conſbec. in tract. feud. 13. part Andr. de Iſern. Alvarot. & Præpoſit. c. 1. §. hoc quoq; de ſucceſ. feud.*

Et hanc eandem opinionem etiam tenere *Iacob. de S. Georg. Albert. Brun. & Dec.* teſtatur, *Cardinal. Pariſ. conſ. 23. num. — lib. 1.* ubi ipſe pro hac opinione has rationes adducit, quia in feudis præſertim ex pacto & providentia non datur ſucceſſio, & unus non habet cauſam ab alio, ſed omnes eam habent, à primo ut ex tunc, non ut ex nunc, & alia dicitur inveſtitura in perſonam unius, alia in perſonam alterius, eaſque rationes legibus & auctoritatibus comprobat. Idem etiam tenet *Guilhel. de Perno 3. notab. num. 4. & 5.*

Et hanc ſententiam communem eſſe atteſtatur *Arius Pinell. repet. auth. niſi tricennale. num. 49. C. de bon. matern.* ubi ipſe affirmat, hanc tandem opinionem amplecti *Roderic. Zuaref. Paul. Caſtrenſ. Dec. Rub. Giarn. Socin jun. Ioan. de Anania. Iacob de S. Georg. Crotum. Ripam. Laur. Clardinum Alciatum & Pr. Balb.* Et confirmatur hæc opinio: Tum quia feudum dicitur jus reſtitutioni ſubjectum, & defertur omnibus deſcendentibus à primo acquirente non ſimul, ſed ordine ſucceſſivo tantùm & ſequentes in gradu non aliter ad illud admittuntur jure proprio, niſi præcedentibus excluſis per mortem per jura vulgaria. Et clari & indubitati juris eſt, quod in illis juribus vel rebus, quæ non omnibus ſimul, ſed ſucceſſivè tantum graduum prærogativa ſervata deferuntur, contra illos, qui ſunt in ſequenti gradu, nulla currat præſcriptio, antequam præcedentes excluſi fuerint, *l. ſi filius. §. contra tabulas. ff. inoffic. teſtament. l. ſi filius §. cum filius ff. bonis libertorum. l. 1. § ſi enim ff. ſucceſſor. el. Cardin. Florent. Clement. 1. § ſecus. quæſt. 6. de conceſ. præbend. Cardin. Florent. conſ. 77. Tiraquell. in tract. de utroq; retract. part. 2 §. 1. gloſ. 3. num. 62.*

Tum quia poſteri & ſucceſſores feudi jure proprio feudum alienatum vel ab alio poſſeſſum repetere nequeunt, antequam præcedentes in gradu mortui fuerint. Et clari juris eſt, quod non valenti agere non currat præſcriptio, *l. in reb. C. jure dot. l. cum notiſſimi. §. illud. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum. l. 1. §. fin. C. de annal. except. Iaſ. l. centeſimis in princ. ff. verb. oblig.*

Et licet *Curt. ſen.* citatus in rationib. dubitandi velit in feudis præſcriptionem omnibus poſteris & ſequentibus in gradu nocere. Attamen illius opinio & falſa & communiter reprobata eſt, Eamq; ob cauſam nullo modo ſequenda.

Similiter & Arii Pinelli opinio, qui

vult, in feudis præſcriptionem omnibus & poſteris & ſucceſſoribus nocere, quando præſcribens & habet titulum & eſt in bona fide, eſt communiter reprobata.

Eodem modo & opinio Franciſci Balbi citati in rationibus dubitandi. Quod preſcriptio in feudis noceat poſteris & ſucceſſoribus eo caſu, quando præſcribens habet titulum à perſona extranea, vera non eſt.

Nec obſtat id, quod tradit *Bald. l. 2. n. 4. C. de uſucap. pro emptore.* quod videlicet res prohibita alienari poſſit præſcribi ab eo, qui habet cauſam ab alio quàm à prohibito alienatore vel ejus vices gerente. Namque illa doctrina Baldi non procedit in præjudicium non volentis agere, cum non volenti agere nulla currit præſcriptio.

Et ſic illa doctrina Baldi non habet locum in poſteria & ſucceſſoribus feudi, qui ante mortem illorum, qui ſunt priores in gradu, agere nequeunt.

Præterea is, qui feudum creditori oppigneratum ab eo emit vel alio titulo acquirit, illud non à creditore, ſed à debitore emiſſe ſive acquiſiviſſe intelligitur, *Cyn. & Bald. & Paul. Caſtrenſ. l. 1. C. ſi ſervus extero. Anton. Neguzant. in tract. de pignorib. 2. memorab 6 part. princip. num. 13.*

Et inſuper hoc, quod quis à quodam tertio & extraneo feudum emerit vel acquiſiverit, meo quidem judicio ex nullius temporis curſu præſumitur, ſed is, qui hoc allegat, illud tenetur probare. Tum quia omnis diſpoſitio præſupponit ſubſtantiam actus, & ante omnia oportet conſtare de ſubſtantia act⁹, antequam de qualitate quæratur, *l. Divus. & ibi Bart. ff. teſta. mil. Calderin. conſ 87. col. 2. Dec. c. conſuluit. 3. notabil. extr. appellat. Iaſ. l. ſi quando. 4. notabili. C. unde vi.* Tum quia in ſimili traditur, licet ſcriptura privata in antiquis fidem faciat. Attamen ut ſcriptura in antiquis probet, neceſſe eſſe, ut conſtet illam privatam ſcripturam privatam eſſe illius, cujus eſſe dicitur vel perhibetur. Nec hoc ex antiquitate temporis præſumi, *Aym. Cravett. in tract. de antiquitat. tempor. part. 1. verb. viſa. de verb. enunciativis. num 3. & 4.*

Duodecimò & ultimò, hanc ſenten-
251 tiam confirmat † id, quod tradit *Cardin. Pariſ. conſ. 92. num. 54. uſq. ad num. 6. lib. 3.* ubi ipſe quærit, utrum juri offerendi præſcribatur, Et reſpondet, Aut hoc jus offerendi eſt ſimplex facultas & non formatum & productum, & cum certiſsimum eſt, non poſſe præſcribi: Si verò tenemus in hoc jure offerendi fuiſſe natam & ortam actionem, & jus, cui tamen obſtabit exceptio oblationis non factæ, tunc certiſsimum erit tali actioni jam natæ & juri ineſſe deducto præſcribi non poſſe propter malam fidem, aut poſtremò conſideramus facultatem quandam, per cujus exercitium acquiritur jus deducibile in judicio, & conſequenter quod poſsit præſcribi, ſicut præſcribitur jus ad quod dirigitur, Et tunc etiam habemus intentum, quod ſtante mala fide talis facultas non poſsit præſcribi, ſicut enim mala fide non præſcribitur jus, quod per eam deducitur in judicio. Ita quoque nec mala fide præſcribi debet illa facultas, per cujus exercitium tale jus ineſſe deducitur, cum idem judicare debeamus de jure deducto, quod de jure & facultate, per quod illud deducitur, cum ſit ad illud neceſſarium antecedens. Eamq; deciſionem *Card. Pariſ ibid. & legib. & rationib.* comprobat, quas leges & rationes referre, ſupervacuum duxi. Et ſic *Cardin. Pariſ.* ibi vult, quod juri offerendi nunquam cum mala fide præſcribatur.

Et ſic ex prædictis liquet, veriſſimas eſſe noſtras deciſiones, quas ſuperius fecimus, videlicet, Primò, quod hæredes creditorum, Item & fidejuſſorum, ſe contra actionem pignoratitiam, Item & ex ſtipulatu nulla præſcriptione juvare vel tueri poſſint. Secundò, quod neque tertius poſſeſſor ſe præſcriptione aliqua juvare vel tueri poſſit, ſi videlicet H & J. die B. fidem facere poſſint, vel quod caſtrum H. fuerit feudum antiquum vel paternum debitorum, vel quod illud caſtrum ipſi tertio poſſeſſori vel prædeceſſoribus eorum pignoris titulo traditum fuerit, vel quod ipſe tertius poſſeſſor, aut prædeceſſores ſui in mala fide fuerint.

Nec obſtant huic noſtræ veriſſimæ deciſioni, ea, quæ pro rationibus dubitandi adducta fuêre. Namque ad illa omnia facilis eſt reſponſio.

Et ad primam, ſecundam & tertiam
rationem reſpondeo, † illas rationes non 252
procedere, quando vel præſcribens aut prædeceſſor ipſius, cui ipſe titulo univerſali ſucceſſit, eſt in mala fide, habet nempe vel habuit ſcientiam rei vel juris alieni, vel quando ille contractus, ex quo actio vel officium Judicis oritur, eſt juramento vel præſtatione fidei confirmatus, vel quando exce-

exceptioni præſcriptionis cum in jurejurando in genere vel in ſpecie renunciatum eſt, Vel quando actio non eſt nata, ſed ex adimpletione conditionis poteſtativæ quæ in meram & liberam voluntatem agentis collata eſt, naſcitura.

Similiter illa, quæ in illuſtrib. argumentis contrariis dicta ſunt, non procedunt in præjudicium ejus, qui non poteſt agere vel officium Judicis implorare.

Ad quartum argumentum contrarium
253 reſpondeo. Primò in hoc, quod † facultati, ex cujus exercitio oritur actio ſive aliud jus deducibile in judicium præſcribatur, contrarium tenere Dd. communiter relati in rationibus decidendi, dum videlicet ipſi concludunt, juri offerendi in pignoribus competenti debitori adverſus creditorem quoad producendam actionem pignoratitiam non præſcribi. Illaq; opinio & conſuetudine Germaniæ recepta eſt, & ſecundum illam in judicio Cameræ Imperialis pronunciatur, ideoq; illa omninò & tenenda & ſequenda.

Et ultrà Dd. in rationibus decidendi citatos, quod facultati, ex qua oritur jus deducibile, in judicium non præſcribatur, videtur tenere *Alex. conſ. 136. lib. 2. Curt. jun. conſ. 60. col. pen. Alexandrin. Rubr. conſ. 16. col. 2. Item & Franc. Balb. in tract. de præſcript. 4. part. 5. part. princ. quæſt. 2. num 3.*

Secundò reſpondeo, ea, quæ in quarto argumento contrario dicta ſunt, non procedere in facultate poſita in meram & liberam alicui jus voluntatem. Nec etiam in facultate adimplendi conditionem poteſtativam ex contractu deſcendentem, prout hoc liquet ex iis, quæ in rationibus decidendi diximus, & quod facultati adimplendi conditionem poteſtativam, ex contractu competenti nullo tempore præ[illegible]ibatur, expreſſè tenet *Bartolus l. hæc conditio. la. 2. ff. condit. & demonſtrat.*

Tertiò reſpondeo, Ea, quæ in quarto argumento contrario dicuntur, non habere locum, quando præſcribens eſt in mala fide, id eſt, ſcit adverſario competere hanc facultatem, vel quando prædeceſſores ipſius, quibus ipſe titulo univerſali ſucceſſit, in mala fide fuere, pro[illegible]c in rationibus decidendi comprobavimus.

Quartò reſpondeo, quartam rationem dubitandi non procedere in jure offerendi, competente ex actu vel contractu jurato, aut fidei præſtatione confirmare.

Nec obſtat, quod in quarta ratione dubitandi de jure † adeundi hæredi- 254
tatem immiſcendi ſe hæreditati petendi ſupplementum legitimæ: Item petendi legatum vel fideicommiſſum dictum fuit. Namque ad illa reſpondeo, talia jura non præſcribi ab eo, qui habet ſcientiam rei alienæ, qui videl. ſcit, alteri iſta jura competere, prout hoc expreſsè tradit *Dec. in c. Eccleſia S. Mariæ. n. 26. ext. de conſtit.*

Præterea in illis juribus is, contra quem præſcribitur, agit de lucro amittendo. Debitor verò, cui jus offerendi in pignoribus competit, certat de damno vitando, inter quæ maximam rationem diverſitatis militare. Eumque, qui de damno vitando certat, longè favorabiliorem eſſe eo, qui periclitatur, ne ipſe lucrum amittat, dubio omni caret, *l. Proculus. ff. de damn. infect. l. final. C. de Codicill.*

Ideoque illud, quod traditur, de jure adeundi hæreditatem immiſcendi ſe hæreditati petendi legatum vel fideicommiſſum aut ſupplementum legitimæ dicitur ad jus offerendi, quod in pignoribus debitori competit, argui nequit, cum à ſeparatis ſive diverſis non fiat illatio, *l. fin. ff. de calumniat. l. Papinianus exuli. in prin. ff. de minorib.*

Similiter nec obſtat id, quod de jure inſinuandi ſive petendi inſinuationem dicitur. Namque *Angelus & Ruin.* in locis citatis rationibus dubitandi non dicunt jus inſinuandi ſive petendi inſinuationem triginta annis exſpirare, ſed dicunt illud perpetuò durare, nec etiam ullam mentionem faciunt, quod illi juri poſſit præſcribi cum mala fide.

Et inſuper donatarius, cui hoc jus petendi inſinuationem competit, agit de lucro captando, atque hoc jus per petendi inſinuationem à jure civili inventum eſt, *Riminald. §. 1. num. 526. Inſtit. donation.* jus verò offerendi in pignoribus debitori competens à jure gentium introductum eſt. Et dubio omni caret, ea, quæ à jure gentium introducta ſunt, longè efficaciora eſſe illis, quæ à jure civili inventa ſunt.

Eodem modo non obſtat, quod de
jure petendi † executionem, reductionem, 255

ad arbitriū boni viri, Item dicendi contra actum nullum in quarta ratione dubitandi dictum fuit. Namque ultra hoc, quod nullus Dd. citatorum in quarta ratione dubitandi dicit talibus juribus præſcribi cum mala fide, illa jura omnia ſunt juris civilis & à jure civili inventa.

Præterea & jus petendi reductionem ad arbitrium boni viri & dicendi contra actum nullum eſt introductum de jure ſpeciali contra diſpoſitionem juris communis. Jus verò offerendi in pignoribus competens debitori eſt introductum, de jure gentium, & ſecundum jus commune datur. Et clari juris eſt, ea, quæ contra jus commune à jure ſpeciali introducta ſunt, facilius tolli præſcriptione quàm illa, quæ de jure gentium competunt vel dantur, *Bald. conſ. 303. num. 4. lib. 1. Fabia. de Monte in tract. de empt. & vendit. 3. quaſt. 2. quæſt. princ. Ludovic. Godzad. repet. l. 2. num. 89. & 90. C. reſcind. vendit.*

256 Ulterius non obſtat, quod de jure agendi † ad commiſſum ſive petendi rem emphyteuticam, quæ propter Canonem non ſolutum in commiſſum incidit, item, de jure revocandi rem donatam propter ingratitudinem & petendi feudum amiſſum propter culpam ſive feloniam vaſalli dictum fuit, Namq; talia jura meram perſecutionem pœnæ, ſive meram pœnam reſpiciunt & ad meram pœnam dantur.

Et certum eſt, actiones pœnales ſive jus petendi meram pœnam indiſtinctè etiam cum mala fide præſcribi, *Anton de Butr. Imol. Abb. & Felin. c. fin. ext. de præſcript. Ioan. Baptiſt. a repet. l. omnes popul. num. 65. ff. juſt. & jur. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 2. part. 3. part. principal. quæſt. 13. num. 9.* Aliud verò eſt in jure offerendi in pignoribus debitori competenti, nec non etiam in actione pignoratitia inde deſcendente. Namque tale jus non pœnæ ſed rei perſecutionem continet, ideoque illi cum mala fide non præſcribitur.

257 Ad quintam rationem dubitandi † nempe *ad text. l. in bello. §. ſi quis ſervum. de capt. & poſtl. revers.* reſpondeo, illum textum in præſcriptione juris offerendi expreſsè requirere bonam fidem, prout hoc liquet ex verbo Ignorant. Item, ex verbo Bonæ fidei emptoris; quę verba in illo textu ponuntur. Et inſuper ille textus loquitur in jure offerendi competente ad ſequelam actionis exiſtentis ſive competentis, & ſic liquet, illum textum noſtræ ſententiæ nihil reſtagari ſed potiùs opitulari.

Similiter & ea, quæ in ſexta ratione † 258 dubitandi dicta ſunt, procedunt in eo jure offerendi, quod eſt ſequela actionis jam natæ, ſive concurrit cum actione non natæ, inter quod jus offerendi competens debitori in pignoribus, quod eſt præambulum actionis naſcituræ, eſt magna differentia, prout hoc tradit *Bart. & Paul. Caſtrenſ. in l. pignori. ff. uſucapio. Bald. Rubr. extr. præſcriptionib.* Eandemque diſtinctionem ſequuntur Dd. communiter, qui concludunt juri offerendi in pignoribus debitori competenti non præſcribi.

Præterea quoq; & juri offerendi competenti poſteriori creditori contra priorem creditorem nunquam præſcribitur cum mala fide.

Ad ſeptimum argumentum contrarium reſpondeo, ea, quæ in † ſeptimo ar- 259 gumento contrario dicuntur, tunc demum procedere, quando actio eſt quidem ipſo jure nata, ſed actor impeditur facto extrinſecus accedente, illam actionem exercere vel in judicium deducere, tunc enim ſi ipſe hoc impedimentum removere poteſt, illudq; tollere negligit, contra ipſum perinde currit præſcriptio, atqui ſi nullum impedimentum ſubeſſet. Secus autem eſt, quando facultas implendi conditionem poteſtativam eſt collata in meram, liberam, abſolutam & expreſſam voluntatem actoris, itaq; conditio initium actionis reſpicit, prout hoc evenit in jure offerendi in pignoribus competenti debitori.

Deinde etiam ea, quæ in ſeptimo argumento contrario dicta ſunt, non habent locum eo caſu, quando præſcribens eſt in mala fide, & habet ſcientiam rei vel juris alieni aut facultatis alteri competentis.

Ad octavam † rationem dubitandi 260 reſpondeo, contrariam ſententiam, quod juri offerendi in pignoribus non prçſcribatur, eſſe magis communem, prout hoc in rationibus decidendi docuimus. Eamq; ob cauſam illi opinioni omninò adherendum per jura vulgat.

Et licet multi Dd. citati in octava ratione dubitandi dicunt, Eam opinionem, quod juri offerendi in pignoribus debitori competenti præſcribatur, communem eſſe, atque Doctori atteſtanti opinionem ſuam communem eſſe, fides adhiberi debeat,

Ferd,

Ferd. Loaz. repet. l. filiusfamiliâs. ſ. Divi. nu. 94. & 442. ff. legat. 1. Ioan. Neviz. Sylvul. nuptia. lib. 5. num. 2. Attamen contra illam probationem, quæ ex dicto illorum Dd. deſcendit, ſicut & contra aliam quamlibet probationem & præſumptionem, probatio contraria admittitur, *arg. l. cum precibus. C. de probationibus. cum multis ſimilibus vulgaribus.* Et in rationibus decidendi ſatis ſuperq; oſtenſum eſt, contrariam opinionem, quod huic juri offerendi non præſcribatur, magis communem eſſe.

Præterea contraria opinio, quod juri offerendi in præſenti caſu non præſcribatur, eſt in Germania & conſuetudine recepta & ſecundum illam in Camera judicii Imperialis pronunciatur. Igitur illa omninò tenenda & ſequenda, etiamſi fides fieri poſſit, alteram opinionem magis communem eſſe, & hoc per jura ſupra allegata.

Deinde etiam hæc opinio, quod juri offerendi in pignoribus debitori competenti non præſcribatur, melioribus & firmioribus rationibus nititur, prout hoc ex rationibus dubitandi, item ex traditis per illos Dd. qui huic opinioni adſtipulantur, ſatis liquet. Igitur hæc opinio omninò ſequenda & tenenda eſt. Cum ſit clari & in-
261 dubitati juris, eam † opinionem, quæ melioribus & firmioribus rationibus nititur, ſemper tenendam & ſequendam, etiamſi contraria magis communis eſſet, *l. 1. ſ. ſed neq. C. veter. juri. enucle. c. Capellanus. & ibi Abb. extr. ferijs. Ioan. Andr. Abb. Felin. & Dec. c. 1. extr. de conſtit. Abb. c. prudentiam. in princ. extr. offic. deleg. Bald. c. 1. §. judices de pace jur. firm. Alex. & Iaſ. l. cum prolatis. ff. re judicat. Iaſ. auth. noviſſimi. num. 22. C. inoffic. teſtam. Dec. conſ. 23. num. 6. & conſ. 259. nu. 1. cum multis ſimilib. allegat. per Ioan. Neviz. in Sylvul. nupt. lib. 5. num. 67.*

Similiter in dubiis opinionibus Legiſtarum & Canoniſtarum opinio Canoniſtarum Legiſtis præferenda eſt, *Innoc. cap. 1. extr. de oper. nov. nunc. Raph. Fulgoſ. l. præſcriptione. C. ſi contra jus vel utilit. publ.* Et ex dictis in rationibus decidendi ſatis liquet, Canoniſtas unanimiter & communiter hanc opinionem amplecti, quod juri offerendi in pignoribus debitori competenti, nullo tempore præſcribatur.

In dubiis quoque opinionibus illa opinio, quæ animæ favet, aliis opinionibus præferri debet, etiamſi illa ſit minus communis, *Hoſtienſ. & Abb. c. ſi vir. extr. de cognatis ſpiritualibus. Abb. c. fin. extr. ſentent. & re judic. Andr. Syculus conſ. 62. lib. 1. Felin. & Dec. c. 1. extr. de conſtit. Dec. conſ. 51. Nicol. Everhard. in loco à contrario ſenſu. col. fin. Anto. Corſet. in ſuis ſingular. verb. opinio. Alex. conſ. 73. lib. 4. Ioan. de Anan. c. in civitate. extr. de uſur. Cardin. Pariſ. conſ. 92. num. 63. lib. 3. Henning. Gœden. conſ. fin. num. 263. & 264.*

Similiter & illa opinio, quæ præſcriptionem excludit ſive vult præſcriptionem locum non habere, in dubio amplectenda & ſequenda eſt, *Aym. Cravet. in tractat. de antiquit. tempor. part. 4. §. materia iſta. num. 125.* ubi hujus ſententiæ hanc rationem adducit: Namque præſcriptio 30. vel 40. annorum vel etiam ulterioris temporis eſt odioſa & in dubio illa interpretatio capienda eſt, per quam odium ceſſat. Et confirmatur ex eo, namque præſcriptio videtur eſſe impium præſidium, *Alex. conſ. 77. col. 1. lib. 6. arg. §. habeat. col. 2. auth. 17. Eccleſ. Roman.* Ideoque arbiter, qui ſecundum æquitatem judicaturus eſt, non debet attendere præſcriptionem, *Ang. l. ſequitur. ſ. ſi tuam ff. uſucapio.*

Ultra prædicta ad illud octavum argum. reſponderi poteſt, illud nullo modo procedere, quando contractus pignoris ſive promiſſio de reſtituendo pignore à creditore facta juramento vel præſtatione fidei firmata eſt, item, quando exceptioni præſcriptionis per juramentum vel præſtationem fidei juramento æquipollentem expreſſè & in ſpecie renunciatum eſt.

Ad nonum argumentum contrarium
respondeo † jus offerendi ſive facultatem 262
offerendi competentem ex pacto de revendendo maximè differre à jure ſive facultate offerendi competenti debitori in pignoribus adverſus creditorem.

Namque hoc eſt tantùm præambulum actionis producendæ & naſcituræ. Illud verò cum actione jam nata, cui tantùm exceptio obſtat, concurrit, & eſt non actionis productivum, ſed exceptionis remotivum.

Deinde, etiam ad nonum argumentum contrarium omnes illæ reſponſiones accommodari poſſunt, quas ad præcedentem rationem dubitandi retulimus, & inter cætera illa, quod contraria opinio & in Imperio Romano conſuetudine recepta & in judicio Cameræ Imperialis approbata ſit, atque non procedat, quando pactum de retrovendendo vel juramento confirmatum

Digitized by Google

natum vel exceptioni præſcriptionis in ſpecie vel in genere cum juramento renunciatum fuit.

Et licet verba ſecundum ſubjectam ma-
263 teriam ſive † naturam contractus intelligenda ſint. Tamen hoc ita demũ procedit, ſi verba illud patiantur; alioquin v. ſecus eſt, *Bald. conſ. 132. col. fin. lib. 1. Tiraq. repet. l. ſi unquam. verb. libertis. num. 5. C. revoc. donatio.* Et eo caſu, quo verba ſecundum ſubjectam materiam ſive naturam actus vel contractus intelligi debent. Verba ſecundum naturam primordialem & originalem & non ſecundum naturam accidentalem ſubjectæ materiæ, item, contractus accipi & intelligi debent, *gloß. fin. l. certi conditio. in princip. & ibi Bart. & Dd. & Iaſ. num. 27. ff. ſi cert. petat. Bald. l. 1. §. 1. C. rei uxor. act. Angel. l. item veniunt. §. cum prædiximus ff. petit. hæreditat.*

Cum itaque primordialis & originalis natura omnium actionum illa ſit, quod nullo omnino tempore finiantur, atque præſcriptio ſit quid accidentale è jure civili introductum, ſequitur verbum *Quandocunque*, & ſimile in contractibus appoſitum ſecundum primordialem & originalem naram contractuum & actionum inde deſcendentium ita intelligendum, ne actioni ex contractu deſcendenti ullo tempore præſcribatur. Quod etiam ex eo confirmatur, quia unaquæque res facilè ad ſuam naturam redit; *l. ſi unus. §. pactus ne peteret. & ibi Iaſ. & Dd. ff. de pactis. c. ab exordio. diſt. 35.*

Præterea licet verbum, *Semper*, item *Quandocunque*, & ſimilia verba in legum diſpoſitione poſita, nonnunquam reſtrictionem accipiant, in quibus terminis loquuntur, omnia jura in nona ratione dubitandi adducta. Attamen talia verba poſita in contractibus promiſſionibus, reliquisq; diſpoſitionibus hominum nullam omninò reſtrictionem patiuntur, *Bald. l. fin. col. 2. C. ſine cenſu & reliquis. Alex. l. ſi patroni. in princip. ff. ad SC. Trebell. Iaſ. l. 2. §. Prætor ait. num. 4. ff. qui ſatiſdar. cogantur. Iaſ. l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. nov. nunciat. Iaſ. in prælud. feudo. col. 17. in princip. Curt. jun. conſ. 1. col. 2. & conſ. 183. col. fin. Ruin. conſ. 59 col. 1. num. 24. lib. 4. & conſ. 96. num. 5. lib. 1. Socin. conſ. 70. col. 2. verſ. non obſtat ſi dicatur. Roland. à Vall. conſ. 61. num. 44. & conſ. 96. num. 48.*

264 Ideoq; receptum eſt, eum, qui † vendit alteri, omnia blada non deducere ſemina, quia illud verbum, *Omnia*, prolatum ab homine prohibet omnem deductionem, quæ alias fieri potuiſſet, ſi illud verbum expreſſum non fuiſſet, *Ruin. conſ. 65. col. fin. lib. 1. Roland à Vall. conſ. 96. num. 48.* Et licet appellatione Intereſſe de propria & ſtricta ſignificatione non comprehendatur res nobis debita ſive precium illius rei, *Alex conſ. 165. lib. 2. Dec. Rubr. lectur. 1. num. 12. & lectur. 2. num. 38. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt, profer.* Attamen hoc non procedit, quando in contractu vel alia diſpoſitione eſt facta mentio de Intereſſe, adjecto ſigno univerſali, utputa, ſi quis omni vel cuicunque Intereſſe renunciet: tunc enim appellationis Intereſſe etiam res debita ſive precium illius comprehendi dicitur, *Barbat. conſ. 41. num. 14. verb. facit etiam. lib. 1. Petr. Rebuff. repet. l. 1. num. 30. C. ſentent. quæ pro eo quod intereſt, profer.*

Et hoc potiſſimùm procedit eo caſu, quando in diſpoſitione, in qua Intereſſe mentio facta eſt verba univerſalia geminata reperiuntur, prout hoc tradit is idem *Barbat. conſ. prælleg.*

Ex quo ſequitur, omnes illas deciſiones, quas Dd. exſtruunt ex verbo, *Quandocunque*, in legum diſpoſitione poſito, illasq; ad contractus ſive pacta extendunt; minimè valere & ſubſiſtere poſſe. Et fal-
ſiſſimum eſt, quod juri † redimendi ex pa- 265
cto de retrovendendi competente in mala fide præſcribatur; illudq; refragatur & verbis & rationi, *d. c. final. extr. de præſcript.*

Ad decimam rationem dubitandi re-
ſpondeo, † infinitatem tolerari & repro- 266
batam non eſſe in iis, quæ in mera & libera facultate & voluntate alicujus poſita ſunt; prout ex iis, quæ in rationibus decidendi diximus, liquet. Item, & in potentia producendi actionem per adimpletionem conditionis poteſtativæ, *Bart. l. qui bona. §. fin. num. 3. ff. de damno infect. arg. l. ita ſtipulatus. ff. verbor. obligat.*

Similiter & infinitas toleratur in præſcriptionibus, quando actus vel contractus ex quo actio deſcendit, juramento aut fidei præſtatione confirmatus eſt, vel quando exceptioni præſcriptionis cum jurejurando in ſpecie vel in genere renunciatum eſt. Similiter & infinitas in præſcriptione toleratur, quando is, qui ſe præſcriptione tueri vult, eſt in mala fide, & habet ſcientiam rei vel juris alieni, aut etiam facultatis alteri competentis, vel etiam quando illi, quibus ipſe titulo univerſali ſucceſſit, habuerunt

buerunt

buerunt ſcientiam rei, juris vel facultatis alienæ, prout hæc omnia in rationibus decidendi legibus & rationibus comprobavimus. Cum itaq; oblatio & ſolutio debiti, quoad producendam actionem pignoratitiam ſit poſita in mera & expreſſa voluntate debitoris, & illa oblatio adimpletioni conditionis poteſtativæ æquiparetur, atque creditor ſciat, debitorem habere facultatem offerendi debitum, & ita producendi actionem pignoratitiam. Et inſuper in caſu præſenti promiſſio de reſtituendo pignore quandocunque debitum ſolutum fuerit, fidei præſtatione confirmata ſit, ſequitur, in caſu præſenti infinitatem quoad jus offerendi debitoris, eorumq; ſucceſſoribus contra creditures eorumq; ſucceſſores tolerari & reprobatam non eſſe, & ſic ea, quæ de infinitate reprobata in decimo argumento contrario dicta ſunt, nobis nihil obſtare.

Similiter non obſtat noſtræ deciſioni, quod infinitas non tolleretur, eo caſu, quando agitur de obligatione conſervanda, & actor eſt in negligentia ſive jus ſuum negligit. Namq; in caſu præſenti quoad producendam actionem pignoratitiam per ſolutionem ſive oblationem debiti, non agitur de obligatione conſervanda, ſed agitur de obligatione inducenda & quidem ex voluntate ſolventis ſive debitum offerentis, quo caſu infinitatem tolerari Dd, communiter concludunt, *Bart. d. l. qui bona §. fin. n. 3. & ibi Alex. & Dd ff. de damn. infect.*

Neque etiam in caſu præſenti debitoribus eorumq; ſucceſſoribus nulla negligentia imputari poteſt, Tum quia non probat neque conſtat, ipſos à creditoribus ſive hæredibus interpellatos fuiſſe, quæ interpellatio ad conſtituendum aliquem in mora ſive negligentia requiritur, *l. ſi ex legati. & ibi Iaſ. & Dd. ff. de verb. oblig. & l. mora. & ibi gloſ. ff. uſur. Dd. l. quod te. ff ſi cert. petat.* Tum, quia debitores eorumq; ſucceſſores veriſimiliter ſciverunt, quod hoc jus offerendi debitum & producendi actionem pignoratitiam nullius temporis lapſu vel præſcriptione tollatur, Ideoque ipſis ſimiliter negligentia imputari non poteſt, prout hoc in ſimili tradit *Cardin. Pariſ. conſ. 92. num. 47. lib. 3.*

Præterea *Bart. in l. qui bona. §. fin. num. 3. ff. de damno infecto*, pro illa opinione, quod infinitas temporis non tolleretur, eo caſu, quando agitur de obligatione conſervanda, & actor eſt in negligentia, allegat text. *l. fin. C. de SS. Eccleſ. l. ſicut. & l. omnes. C. de præſcriptio 30. vel 40 annorum*, qui textus loquuntur in materia præſcriptionis, & non procedunt in iis, quæ in meram & liberam voluntatem alicujus poſita ſunt. Item, nec in obligationibus juratis, vel quando exceptioni præſcriptionis in ſpecie vel in genere cum jurejurando vel fidei præſtatione renunciatum eſt, Item, & quando is qui ſe præſcriptione tueri vel juvare vult, eſt in mala fide, & habet ſcientiam rei, juris vel facultatis alienæ: vel quando ille, cui præſcribens titulo univerſali ſucceſſit, hanc ſcientiam rei, juris vel facultatis alienæ habuit. Cum itaq; doctrina Dd. ſit intelligenda, declarãda, limitanda & reſtringenda, ſecundum text. quos is Doctor allegat, *Bart. l. non ſolùm. §. ſi liberationis. ff. de dam infect.* Sequitur, doctrinam Bartoli & ſequacium ita intelligendam & reſtringendam, ne illa doctrina in præcedentibus caſibus exceptis locum habeat, & per conſequens, ut non extendatur ad caſum noſtrum, in quo illæ exceptiones omnes vel ſaltem majori ex parte concurrunt.

Ad undecimum argumentum contrarium reſpondeo, ea † quæ in iſto undecimo argumento contraria dicuntur, à Dd. concludentibus juri offerendi in pignoribus debitori competenti nunquam præſcribi, communiter reprobari. Illaq; tantùm procedunt in illa facultate qua eſt ſequela actionis competentis, vel cum actione jam competente concurrit. Secus autem eſt in jure offerendi, quod eſt præambulum actionis competituræ & collatum in expreſſam voluntatem actoris, prout hoc declarat *Bart. & Paul. Caſtrenſ. l. pignori. ff. uſucap. Bald. Rubr. extr. de præſcript. Felin. c. cum accesſiſſent. num. 27. extr. de præſcriptio. Cardin. Pariſ. conſ. 92. num. 61. lib. 3. cum ſimilib. allegat. ſuprà.* 281

Et inſuper ea, quæ in undecimo argumento contrario dicuntur, non habent locum in facultate competente ex contractu jurato vel fidei præſtatione roborato, Item, etiam quando exceptioni præſcriptionis per juramentum vel fidei præſtationem in ſpecie vel in genere renunciatum eſt, prout hoc ex prædictis patet.

Ad duodecimum argumentum contrarium reſpondeo, Baldum citatum in duodecima ratione dubitandi non loqui in illo jure offerendi, quod in pignoribus

debi-

debitori contra creditorem competit, ſed ipſum loqui in jure offerendi, quod competit venditori ex pacto de retrovendendo, inter quæ jura maximam rationem diverſitatis militare, & dubio omni caret, & ſuprà ſæpè dictum eſt. Et ad illam opinionem Baldi poſſint accommodari omnes reſponſiones, quas dedimus ſuprà ad nonam rationem dubitandi. Et ad omnes rationes, quas Baldus quod ſua opinione ſtabilienda adducit, ſatis ſufficienterq; reſpondet *Fabian. de Monte in tractat. de empt. & vendit. 7. quæſt. princip. quæſt. 3. num. 5. 6. & 7. & Ludovic Godzad. repet. l. 2. num. 90. 91. & 92. C. de pactis inter emptorem.*

Et dicunt, primum fundamentum
268 Baldi, quod † præſcriptioni triginta annorum, renunciari nequeat, eſſe communiter reprobatum. Et inſuper illud primum fundamentum Baldi non procedit in renunciatione jurata vel fidei præſtatione roborata, prout ex ſuprà dictis liquet.

Ad ſecundum fundamentum Baldi,
269 quod † confirmatio dominii præſcribatur, eum mala fide reſpondent, illam ſententiam falſam eſſe, & textum *in d. §. ſi quis ſervum,* quem *Bald* pro ſua ſententia allegat, expreſſè contrarium probare.

270 Similiter dicunt, † falſiſſimum eſſe, quod Baldus dicit, actionem ſive jus offerendi ex pacto de retrovendendo competens de jure ſpeciali & non de jure gentium competere. Tum, quia pacta juris gentium ſunt & actio vel facultas ex pactis deſcendens ex jure gentium competere dicitur, *l. 1. & ibi gloſſ. & Dd. ff. de pactis.* Tum quia emptio atque venditio juris gentium eſt, *l. juris gentium. in princip. ff. de pactis.* Et hoc pactum ſive jus redimendi vel offerendi ex pacto competens dicitur, eſſe & pars precii, *arg. l. fundi ff. contrah. empt.* Et illud jus redimendi ex ipſo contractu venditionis competere, *l. 2. C. de pactis inter empt. & vendit.*

Eodem modo & ultimum fundamentum Baldi retorqnent contra Baldum, cum per redemptionem vigore pacti de retrovendendo factam, res revertatur ad ſuam naturam ad priorem dominum nempe.

Ad decimam tertiam rationem dubitandi reſpondeo, & naturam juris offerendi in pignoribus debitori competentis atque etiam legibus conſonum eſſe, quod tali juri offerendi nullo tempore præſcribatur.

Similiter & natura facultatis adimplendæ conditionem poteſtativam ex contractu competentis & talis eſt, atq; etiam legibus expreſſè cavetur, quod tali facultati in perpetuum non præſcribatur.

Eodem modo & actionia nec non etiam juris offerendi ex contractu ſive pacto jurato vel fidei præſtatione roborato competentis talis eſt, & inſuper etiam juri conveniens, quod illi facultati ſive actioni nullo tempore præſcribatur.

Deinde etiam legibus cautum eſt, quod neque juri offerendi neque actioni nllo tempore præſcribatur, quando exceptioni præſcriptionis interveniente juramento vel fidei præſtatione in ſpecie vel in genere renunciatum eſt.

Jure etiam Canonico, quod in materia præſcriptionis ſervandum & juri civili præferendum eſt, ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam ſuprà relatam expreſſè cavetur, quod neque is neque ſucceſſores univerſales illius, qui habet ſcientiam rei vel juris alieni, aut etiam facultatis alteri competentia, nullius temporis præſcriptione ſe juvare poſſit. Quod jus Canonicum & juri offerendi & facultati & actioni illam naturam tribuit, ne is, qui habet ſcientiam illius juris, facultatis vel actionis, ejusq; ſucceſſores univerſales ullius temporis præſcriptione ſe juvare poſſint.

Præterea etiam legibus cautum eſt,
quod † appellatione juris communis non 271
tantùm jus civile, verùm etiam jus Canonicum veniat, & illam regulam quæ vult, quod contrahentes intelligantur, ſe conformaſſe diſpoſitioni juris communis, procedere in illo jure communi, quod in iſta materia locum habet, prout hoc ſatis liquet ex iis, quæ tradit *gloſſ. in proœm Clementinarum. verb. juris. & ibi Abb. Panormit. Bald. l. illa inſtitutio in princip. ff. hæredib. inſtit. Anton. de Butr. c. Quintavallis. col. fin. extr. jurejur. Panormitan. Rubr. extr. de conſuetud. Panormitan & Felin. c. jus generale. diſtinct. 1. Paul. Caſtrenſ. l. 2. & ibi. Iaſ. num. 15. uſq; ad num. 22. C. ſi contra jus vel utilitatem publicam. Iaſ. l. ſtipulatio iſta. §. hi qui ſunt. num. 8. ff. de verbor. obligationib.*

Et ſic ſequitur, quod contrahentes quoad præſumptionem actionis ex contractu deſcendentia intelligantur, ſe conformaſſe ſecundum diſpoſitionem juris Canonici, quo cavetur, quod is, qui habet

ſcientiam

ſcientiam contractus atq; ſucceſſores ipſius univerſales ſe nullius temporis præſcriptione tueri vel juvare poſſit.

Ex quo infertur, quod & pacta & omnia verba literis reverſalibus inſerta, ſecundum naturam juris offerendi in pignoribus debitori competenti: Item, facultatis adimplendi conditionem poteſtativam, cui hoc jus offerendi æquiparatur, nec non etiam ſecundum naturam promiſſionis juratæ, ſive fidei præſtatione roboratæ atque diſpoſitionem juris communis, quo cavetur, quod juri offerendi in pignoribus debitori competenti vel deſcendenti ex promiſſione jurata vel fidei præſtatione roborata. Item, quando exceptioni præſcriptionis in ſpecie vel in genere cum jurejurando vel illo, quod jurejurando æquipollet, renunciatum eſt. Item, & facultati adimplendi cōditionem poteſtativam nullo tempore præſcribatur, quodq; is, qui habet ſcientiam rei, juris vel facultatis alienæ, ejusq; ſucceſſores nulli' tempor. præſcriptione ſe tueri vel juvare poſſunt, intelligenda & ita accipienda ſint, quod contra jus offerendi vigore illarum literarū debitorib. eorumq; ſucceſſoribus competens, atque actionem pignoratitiam inde deſcendentem, nulla unquam currat præſcriptio. Et ſic ea, quæ in decimo tertio argumento contrario dicta ſunt, pro hac ſententia & contra hæredes creditorum & fidejuſſorum retorquentur.

Præterea, originalis & primordialis natura omnium actionum omniumq; jurium, illa eſt, quod illæ actiones atque jura ſint perpetua, & nullius temporis lapſu præſcribantur vel amittantur, & ſuprà docuimus, illam regulam quæ vult, verba intelligenda eſſe ſecundum ſubjectam materiam ſive naturam rei ita intelligi, ut habeat tantùm locum in originali & primordiali natura rei.

172 Deinde etiam omnis illa † interpretatio, ex qua abſurditas vel legum correctio ſequi poſſit, vitanda eſt, prout hoc, quod illa interpretatio, ex qua abſurdum ſequi poſſit, vitanda ſit, expreſsè tradit *Baldus conſ. 29. col. pen. lib. 3. Bald. l. Pomponius. col. 3. ff. negotijs geſt. Bald. authent. ſed novo jure in fin. C. de Epiſcop. & Cleric. Nicol. Everh. in loc. ab abſurdo. ſive à vitatione abſurdi.* Et ſatis probatur per textum, *l. 1. ff. unde quæritur. ff. de publica. l. nam abſurdum. junct. l. præcedenti. ff. operis libertorum. l. obſervare. §. fin.* *ff. officio Proconſulis.* Sed ſi pactum de reſtituendo pignore ſoluto debito ita eſſet accipiendum, dummodò debitum intra 30. annos ſolvatur.

Ex eo ſequeretur, quod ſimiliter omnia pacta, omnesque conventiones ita intelligenda eſſent, dummodò debitio ex illis pactis ſive promiſſionibus intra triginta annos petatur. Quod quàm abſurdum eſſet, nemo dubitat. Cum per talem interpretationem deſtrueretur omnis diſpoſitio juris Canonici, quæ vult, quod præſcriptio longiſſimi vel majoris temporis abſque bona fide non currat, prout hoc expreſsè tradit *Cardin. Pariſ. conſ. 92. num. 31. & 32. lib. 3.* Igitur ſequitur, quod hæc interpretatio nullo modo capienda ſit.

Dubio quoque caret, † pactis contrahentium naturalibus contractus vel actioni derogari poſſe, *l. 1. §. ſi convenitur. ff. depoſiti. l. contractus. ff. de regul. juris.* Atque expreſſum facere ceſſare tacitum, *l. cum ex filio. §. filio. ff. vulgar. & pupillar.* 173

Et inſuper, omnia verba contractuum ita accipienda eſſe, ut aliquid operentur, *l. 1. in fine. ff. ad municip. l. 3. §. 1. ff. jurejur. l. ſi quando. ff. legat. Aym. Cravett. conſ. 84. num. 12. lib. 1. Felin. c. 1. num. 4. 5. 6. 7. & 8. extr. de reſcript.* Uſque adeò, ut in contractib. non debeat eſſe ſupervacuum verbum ullum, *cap. ſolita. & ibi gloſ. Abb. Felin. & Dd. extr. de majorit. & obedientia.* ullavè ſyllaba, *l. 1. & ibi gloſ. ff. quod met. cauſ.* Utque & ut verba contractus aliquid operentur, contractus extendi debet ad ea, quæ alioquin in illo contractu non comprehenderentur, *Oldrad. conſ. 300. col. fin.* & etiam ad impropriam ſignificationem trahi, *l. ſi ſtipulatus fuero per te. ff. verb. oblig. Bald. c. 1. de Capitan. qui cur. vend. Cravett. conſ. 105. n. 7. conſ. 118. num. 19. & conſ. 135. num. 24. lib. 1.* etiamſi capiendo hanc interpretationem induceretur juris communis correctio, *Cravett. conſ. 92. num. 5. lib. 1.*

Cum itaque in caſu præſenti expreſsè actum ſit, quod creditores eorumq; hæredes debitoribus eorumq; hæredib. quandocunque volentibus caſtrum H. reſtituere debeant, Quodq; creditores nulla exceptione ſe contre hoc tueri velint, illudque ſervare, per fidem ſuam promiſerint.

Sequitur, in caſu noſtro expreſsè actum eſſe, quod non obſtante præſcriptione aliqua creditores debitoribus debito ſoluto caſtrum H. reſtituere debeant,

quodq; illud pactum & natura contractus, & omni conjecturæ præferendum ſit, præſertim cum capiendo aliam interpretationem illa verba eſſent omninò ſupervacua, nihilq; operarentur.

274 Ultra prædicta ſi caperemus in † pignoribus eam interpretationem, quod intelligatur tacitè actum & conventum, quod non ſoluto debito, intra triginta annos creditor pignus loco debiti retinere poſſit, induceretur pactum legis commiſſoriæ, quod pactum legis commiſſoriæ in pignoribus reprobatum eſt, quando illud ab initio tacitè vel expreſſè opponitur, *l. final. C. pactis pignorum. c. ſignificante. extr. pignorib. Guilhel. de Cun. Bart. Bald. Salicet. & Paul. Caſtrenſ. l. Titius. ff. pignorat. actio. Bart. l. Callipodius. ff. de ſolutionib. Bart. & Salicet. l. 2. C. de pact. pignorum. Dec. l. in traditionibus. col pen. C. de pact. Ripa l. nemo poteſt. num. 74. ff. legat. 1. Stephan. Bertrand. conſ. 133. dub. 3. lib. 1. cum multis ſimilibus allegat. per Tiraquell in tractat. de utroq; retract. part. 2 in præfat. num. 7.*

Ad decimum quartum argumentum contrarium reſpondeo, Illud quod datur,
275 idem juris ſtatui † deducente ſive de facultate, per quam aliquid deducitur ad actum quod ſtatuitur, de jure jam ad actum deducto non habere locum eo caſu, quando inter deducens ſive facultatem deducentem & inter deductum ratio diverſitatis militat, vel in his diverſa juris diſpoſitio reperitur, *Alex. conſ. 193. lib. 3. Franc. Aretin. cap. juravit. & ibi Dec. nu. 4. extr. de probationib.*

Sed in caſu præſenti maxima ratio diverſitatis militat, inter jus ſive facultatem offerendi, per cujus exercitium actio pignoratitia producitur, & inter actionem pignoratitiam jam natam, cum jus ſive facultas offerendi æquiparetur potentiæ adimplendi conditionem poteſtativam ſive conditioni poteſtativæ, cui facultati adimplendi conditionem poteſtativam in contractibus in perpetuum non præſcribitur, licet actioni natæ ex implemento conditionis poteſtativæ præſcribatur.

Præterea clari juris eſt, quod creditor contra actionem pignoratitiam nulla præſcriptione ſe juvare poſſit, cum ipſe ſciat, ſe obligatum eſſe debitori reſtituere pignus.

Eodem modo & ſucceſſores univerſales ſive hæredes creditoris ſe contra actionem pignoratitiam nullius temporis præſcriptione tueri poſſunt, etiamſi ipſi ignorantiam contractus pignoris haberent, & hoc propter malam fidem creditoris, cujus ſucceſſores ipſi ſunt.

Similiter & contra actionem tam pignoratitiam quàm ſimilem ex promiſſione jurata vel fidei præſtatione roborata deſcendentem, neque principalis vel fidejuſſores ipſius neque ipſorum ſucceſſores, ſe ullius temporis præſcriptione juvare vel tueri poſſunt.

Deinde etiam præſcriptio adverſus actionem natam non habet locum eo caſu, quando exceptioni præſcriptionis cum jurejurando vel præſtatione fidei in ſpecie vel in genere renunciatum eſt.

Ex quo ſequitur, quod & juri offerendi in pignoribus debitori competenti, quod eſt præambulum actionis pignoratitiæ, & per quod actio pignoratitia in eſſe deducitur.

Similiter neq; à creditore neq; ab hæredibus ſive ſucceſſoribus creditoris ullo tempore præſcribatur, præſertim in noſtro & ſimilibus caſibus, in quibus contractus pignoris præſtatione fidei roboratus & exceptioni præſcriptionis in genere interveniente præſtatione fidei renunciatum eſt. Et ſic decimum quartum argumentum contrarium contra hæredes creditorum atque fidejuſſorum retorquetur.

Ad decimum quintum argumentum contrarium reſpondeo, veriorem eſſe illorum Doctorum ſententiam, quod neque actioni ex pacto de retrovendendo jurato, vel fidei præſtatione roborato, neq; actioni ex aliis pactis juratis vel fidei præſtatione roboratis, ullo tempore præſcribi poſſit, prout hanc retulimus & rationibus bonis comprobavimus in rationibus decidendi, & cum illa opinio melioribus rationibus nitatur, illa omninò ſequenda, nec quicquam curandum eſt de illorum opinione, qui contrarium tenent, & in decima quinta ratione contraria citati ſunt.

Nec obſtat, quod juramentum debeat intelligi ſecundum naturam actus. Namq; hoc procedit in his, quę ſunt de natura primordiali contractus, ſive actus, non autem in his, quæ ſunt de natura accidentali actus ſive contractus, *Franc. Aret. c. 1. & ibi Dec. col. 16. extr. judic. Iaſ. l. ſi convenerit. col. 13. ff. juriſdict. omn. jud. Iaſ. l. ſi pecunia. in princ. col. penult. ff. condict. ob cauſ. Hippolyt. de Marſil. ſing. 226. Corſet. in tr. de juram.*

privileg.

privileg. 16. Ripa l. ſi inſulam. col. 20. verſ. quintò quæritur. ff. verb. oblig. Cravett. conſ. 122. col. penult.

Sed certum eſt, primordialem & originalem naturam omnium actionum tàm ex pacto de retrovendendo quàm ex reliquis contractib. deſcendentium illam eſſe, quod iſtæ actiones ſint perpetuæ, & nullius temporis lapſu præſcribantur. Et præſcriptio, quæ obſtat actionibus, eſt quid accidentale à jure civili introductum.

Igitur ſequitur, juramentum interpoſitum in pacto de retrovendendo vel alio contractu ſecundùm originalem naturam actionum deſcendentium ex illo pacto ſive contractu intelligendum & ita accipiendum, ne actioni deſcendenti ex illo pacto ſive contractu ullo tempore præſcribatur.

Præterea, licet jure civili cautum ſit, actionibus perſonalibus, item & juri offerendi triginta annis præſcribi, etiam cum mala fide. Attamen jus civile in hoc per jus Canonicum correctum eſt, illudque jus Canonicum tàm juri offerendi quàm actionibus perſonalibus illam naturam tribuit, ne jure offerendi vel actionibus perſonalibus ab illo, qui ſcientiam illius juris vel actionis habet, illiusvè ſucceſſoribus univerſalibus ullo tempore præſcribi poſſit, quæ natura potiùs attendenda, nec curandum quicquam de jure civili contrario correcto.

Conſuetudinem quoque naturæ vem obtinere & actus naturam, & mutare & alterare & inducere, ſatis probat *gl. l. actor. C. probationib.* Et ſuprà comprobatum fuit, in Germania conſuetudine receptum, quod neque juri offerendi in pignoribus debitori competente, neq; juri offerendi deſcendenti ex pacto de retrovendendo ullo tempore præſcribatur; quàm naturam, ex conſuetudine illis juribus attributam, potiſſimùm attendendam, & juris communis diſpoſitioni præferendam, omni dubio caret.

277 Deinde illa regula, quod † juramentum debeat intelligi ſecundum naturam actus vel contractus procedit tunc, quando in principali diſpoſitione deficit conſenſus vel actus, eſt certo modo limitatus, *Bartol. l. ſi quis pro eo. col. penult. 8. membr. ff. de fidejuſſoribus.*

Secus eſt in aliis actibus, quia in illis juramentum non intelligitur ſecundum naturam actus, imò ei addit, & ipſum efficaciorem reddit, *Iaſon l. ſi convenerit. ff. de juriſdict. omnium judic. Iaſon l. ſi pecuniam. in princip ff. condic. ob cauſam. Aymon Cravett. conſ. 102.*

Ulterius reſpondetur, quod imò † regula ſit in contrarium, quod juramentum non debet reſtringi ſecundum naturam actus, ſed quod ſemper aliquid addat actui, *Iaſon l. ſi convenerit. col. 2. verſ. quartò moveor. Iaſ. l. ſi pecuniam. in princip. ff. condic. ob cauſ.* 278

Tum, quia licet ob non † ſolutionem cenſûs quis non privetur rei cenſuali, *c. conſtitutis. & ibi Dd. extr. de religioſ. domibus.* Tamen ſi in contractu cenſuali appoſitum fuerit juramentum; cenſuarius propter cenſum non ſolutum re cenſuali privatur *Caſſodorus tit. de jurejurand. deciſ. 2.* ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionem communem eſſe. 279

Tum, quia licet † Emphiteuta non privetur Emphyteuſi, niſi Emphyteuta privatur per triennium. Emphyteuta verò Eccleſiæ per biennium ceſſaverit in ſolutione Canonis, *l. 2. & ibi gloſ. & Dd. C. de jure Emphyteut.* Tamen ſi Emphyteuta juravit ſingulo anno Canonem ſolvere & illum non ſolverit, ipſe ſtatim & expelli poteſt, & Emphyteuſin perdit, *Baldus cap. querelam. extr. jurejur. Bald. d. l. 2. C. jure Emphyteu. Godzadin. conſ. 39. col. 3.* ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionem communem eſſe. 280

Tum, quia licet † debitor, non habens pecuniam, liberetur offerendo de bonis immobilibus & melioribus creditori ſuo, *authent. niſi debitor. C. de ſolutionib.* tamen hoc non procedit, ſi debitor juravit ſolvere debitum, *Iaſ. conſ. 9. dub. 3. lib. 1. Godzad. conſ. 27 col. 2. & conſ. 32.* 281

Tum, quia † fidejuſſor, qui alioquin conveniri non poteſt etiamſi excuſſo principali, *auth. præſente. C. de fidejuſſorib.* indiſtinctè non excuſſo principali conveniri poteſt, ſi ipſe obligationem ſuam juramenti religione firmavit, *Bald. Petr. de Anchor. & Abb. c. ex reſcripto. extr. jurejur. Alex. in addit. ad Bart. l. Marcellus. ff. fidejuſſoribus. Alex. conſ. 82. col. 4. lib. 6. Hippolyt. de Marſil. Rubr. de fidejuſſ. col. 4. verſ. alius eſt etiam caſus. Conſet. in tractat. de jurament. privileg. 12. Reverus in tractat. de virtut. jurom. num. 23. Godzadin. conſ. 32. col. 2. Baptiſta de S. Blaſio in tractat. de arbitris quæſt. 70. col. 4.* 282

283 Tum, quia † juramentum appoſitum contractui vel pacto impedit purgationem moræ etiam in illis caſibus, in quibus purgatio moræ alioquin locum habet, *Salicet. l. ſi pacto quo pœnam. col. 12. C. pactis.*

Tum, quia licet Advocatus, qui promiſit Eccleſiam defendere, non teneatur, niſi ipſe interpellatus fuerit; tamen hoc non procedit, quando hæc promiſſio de defendendo juramento roborata fuit, *Specul. in tit. de Advocato. §. 1. verſ. ſed nunquid ie. Iaſ. l. quod te. col. ff. ſi cert. petat.*

Tum, quia licet venditor non teneatur de evictione, niſi emptor ipſe litem denunciaverit; tamen ſi in contractu venditionis juramentum appoſitum fuit, venditor indiſtinctè de evictione tenetur, etiamſi hæc denunciatio facta non fuerit, *Barb. in c. fin. extr. de empt. & vendit. Alex. & Iaſ. l. 2. §. voluntate. ff. ſolut. matrim. Iaſ. l. quod te ff. ſi cert. petat Godzad. conſ 32. col. 1. & conſ. 57. col. C. Cremenſ. notab. 124.*

Et licet aliqui Dd. concludant, juramentum non excludere præſcriptionem omnem, ſed tantùm perpetuare uſque ad 40. annos: Attamen verior eſt illorum ſententia, qui volunt, juramentum in contractu appoſitum hoc operari, ne ulla præſcriptio opponi poſſit, actioni vel juri offerendi ex illo contractu deſcendenti. Cum juramentum ſit & res ſpiritualis & lex civilis ſuper actu jurato nihil diſponere poſſit, & diſpoſitio juris civilis ſimpliciter facta, ad actum juratum non extendatur.

Ad decimum ſextum argumentum
284 contrarium reſpondeo, † præſtationem fidei ſive promiſſionem ſub fide factam juramento æquiparari, illudq; in Germania conſuetudine receptum eſſe, prout hoc ſuperius indicatum fuit. Ideoque ſupervacuum eſt de illo argumento contrario ulterius diſputare.

Ad decimum ſeptimum argumentum
285 contrarium reſpondeo, † etiam poſito illam opinionem veram eſſe, quod præſcriptioni per pactum renunciare nequeat, Attamen & pactum renunciativum in contractu appoſitum hoc operari, ut præſcribens in malâ fide conſtituatur, utq; ipſe eam ob cauſam ſe nullius temporis præſcriptione juvare vel tueri poſſit, prout hoc tradunt Dd. *Rubr extr. de præſcriptionib.*

Præterea per † pactum juramento fir-
286 matum præſcriptioni indiſtinctè renunciari poteſt ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam.

Et licet aliqui Dd. concludant, hoc procedere tantùm, quando ſpecialiter cum jurejurando præſcriptioni renunciatū eſt, Attamen verior eſt illorum Dd. ſententia, qui concludunt, hoc locum habere, etiamſi generaliter tantùm cum jurejurando præſcriptioni renunciatum fuit. Imò etiam contra actionem deſcendentem ex pacto ſive contractu ſimpliciter jurato, nullam præſcriptionem currere in rationibus decidendi comprobatum fuit.

Et cum præſcriptio juris civilis ſit, & à jure civili introducta, *l. 1. ff. uſucap. Azo in ſum. C. uſucap. pro empt. in princip. Bald. rep. l. 1. col. 3. circa med. C. de emancipat. liberor. Fr. Balb. in tract. de præſcript. part. 1. q. 4. num. 8.* Dubio omni caret, præſcriptionem indiſtinctè per aliud jus civile tolli poſſe, *arg. l. de quibus. ff. de legib. §. ſed naturalia. Inſtit. de jure natur. gent. & civil.* atq; etiam ſtatutum & conſuetudinem ratam eſſe, quod ſtatutum ſive quæ conſuetudo præſcriptionem tollit, *Bald. & Salicet. l. receptitia. C. conſtit. pecun. Anton. de Butr. & Imol. c. cum nobis. extr. de præſcript. Felin. Rubr. col. pen. verſ. fallit ſextò. extr. præſcript. Fr. Balb. in tract. de præſcript. 3. part. 5. part. princ. quæſt. 7.*

Sed ultra hoc, quod juri offerendi in pignoribus debitori competenti etiam ſecundùm diſpoſitionem juris communis nullo tempore præſcribitur, in Germania conſuetudine receptum eſt, ne juri offerendi ullo tempore præſcribatur, & inſuper jure Canonico cautum eſt, ne is, qui habet ſcientiam rei juris vel facultatis alienæ, vel ſucceſſoris ipſius, ſe ullius temporis præſcriptione tueri vel juvare poſſit per jura ſuprà allegata.

Ad decimum octavum argumentum contrarium reſpondeo, licet contra ignorantem currat præſcriptio, ignoranti tamen contra hanc præſcriptionem reſtitutionem in integrum concedi, etiamſi illa præſcriptio ſit temporis longiſſimi vel immemorialis, *gloſ. l. ſi partem. §. ſi per fundum. ff. quemadmod. ſer. amitt. gl. l. ſicut. verb. militia. & ibi Rayn. de for. lib. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum. Bart. Ang. Alex. & Dd. l. 1. §. ſi quis autem hoc interdicto. ff. de itinere actuq; privat. Angel. l. annus. ff. de calumniatoribus. Imol. repet. cap. fin. extr. de præſcriptionib. Roman. conſ. 123. P. de Caſtr. conſ. 181. & conſ. 429. col. 2. lib. 2. Rapha. Comenſ. conſ. 147. Alex. conſ. 7. & conſ.*

& conſ. 84. lib. 1. Socin. conſ. 86. lib. 1. Iaſ. conſ. 118. lib. 4. Iaſ. auth. quia actiones. C. de SS. Eccleſ. Carol. Ruin. conſ. 140. nu. 17. lib. 2. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 37. Stephan. Bertrand. conſ. 31. lib. 3. Dec. conſ. 36. Franc. Balb. in tr. de præſcript. 4. part. 4. part. princip. quæſt. 20. Tiraquell. in tract. de retrog. retract. 1. part. §. 35. gloſ. 4. num. 35. & 36. Aym. Cravett. in tr. de antiquit. tempor. 4. part. §. materia iſta. nu. 84. uſq. ad num. 72.

Et hæc reſtitutio in integrum intra quadriennium permittitur non quidem à tempore præſcriptionis completæ, ſed ab eo tempore quo is, contra quem præſcriptio lapſa eſt, reſcivit hanc præſcriptionem completam, nec illi quicquam obſtat, etiamſi contra ipſum ignorantem mille vel plures anni elapſi fuerint, *Bald. l. falſam. C. ſi ex falſis allegat. Bald. conſ. 235. lib. 1. Zanzelinus & Ioan. de Lygna. Clem. 1. & ibi Cardin. Florent. quæſt. 25. de reſtitut. in integr. Alex. conſ. 72. col. fin. & conſ. 84. col. 2. lib. 1. Corn. conſ. 22. lib. 1. Socin. conſ. 30. col. fin. lib. 3. Iaſ. auth. quas actiones. col. pen. C. de SS. Eccleſ. Iaſ. §. rurſus. num. 74. Inſtit. de actionib. Franc. Balb. in tractat. de præſcript. 4. part. 4. partis principal. quæſt. 29. & 2. caſu. 1. part. 6. part. princ. Cotoll. Cotta. in memoral. incip. reſtitutionis. & in memoral. incip. tempus reſtitutionis. Stephan. Bertrand. conſ. 301. lib. 3. Dec. conſ. 36. Gerhard. à Petra. ſing. 18. Hippolyt. de Marſil. conſ. 18. conſ. 87. Hippol. l. qui ignorans. col. 2. & l. qui falſam. col. 12. ff. ad l. Cornel. de falſ. Hippolyt. ſing. 572. Ioan. Crotus repet. l. filiusfamil. §. Divi. ff de legat. 1. Aym. Cravett. in tract. de antiq. temp. part. 4. §. materia iſta. num. 63.*

288 Et licet aliqui Dd. tradant, ex † curſu temporis ſcientiam præſumi: Attamen in hoc contrarium concludit *Ægid. Bellemin. conſ. 10. col. 10.* Et hæc contraria ſententia videtur eſſe verior, eo caſu, quando quis agit de damno vitando, prout hoc ſatis probatur ex eo, quod tradunt Dd. licet alioquin in facto proprio præſumatur ſcientia, hoc tamen non habere locum eo caſu, quando quis agit de damno vitando, *l. ſed etſi me præſente. in princ. & ibi Bart. Iaſ. & Dd. ff. condict. indeb. Iaſ. l. ſi poſt deciſionem. & ibi Dd. C. iuris & facti ignor.*

Præterea in caſu præſenti ipſo jure præſcriptionem non cucurriſſe, etiamſi & debitores & ſucceſſores ipſorū ſemper habuiſſent ſcientiam contractus initi ex ſuprà dictis liquet. Eamq; ob cauſam de reſtitutione concedenda in integrum contra ignorantiam illi⁹, contra quem præſcriptio currit, diſputare, ſupervacuum eſſe duxi.

Ad decimum nonum argumentum contrarium reſpondeo; licet quælibet poſſeſſio † præſumatur eſſe juſta & legitima: 289 attamen hanc præſumptionem non eſſe juris & de jure, ſed juris tantùm, eamq; ob cauſam contra hanc præſumptionem admitti & probationem & præſumptionem contrariam.

Nec obſtat, † quòd *Bart. in l. fin. num. 17. C. unde vi.* tradit, poſt lapſum triginta 290 annorum malam fidem allegari non poſſe. Namque reſpondeo primò, illam doctrinam Bartoli & ſequacium procedere tantùm de jure civili, quo jure mala fides non nocet in præſcriptione longiſſimi temporis, ſecus autem eſſe de jure Canonico ſecundum quod jus nulla præſcriptio etiam longiſſimi vel immemorialis temporis cum mala fide procedit, illiq; juri etiam in foro civili ſtandum eſt, quoad hanc præſcriptionis materiam. Et ita ad hoc contrarium reſpondet *Aym. Cravett. conſ. 147. nu. 5. lib. 1. Aym. Cravett. in tract. de antiquitat. tempor. 4. part. §. materia iſta. num 20.*

Secundò reſpondeo; præallegatam doctrinam Bartoli tantùm procedere quoad effectum, *d. l. fin. C. unde vi.* Secus autem eſſe, quoad alios effectus; quam ſolutionem tradit *Corn. conſ. 207. col. 3. lib. 4.* & refert atq; ſequitur *Cravett. conſ. 146. num. 5. lib. 1.*

Tertiò, ad præallegatam doctrinam contrariam Bartoli reſpondeo, illam doctrinam procedere tantùm in mala fide præſumpta ex eo, quod de antiquiori poſſeſſione alterius fides fit. Illa enim per curſum longiſsimi temporis triginta annorum nempe purgatur. Eamq; ob cauſam poſt lapſum hujus temporis ulterius allegari nequit. Secus autem eſt in mala fide, vera vel etiam præſumpta aliunde quam ex antiquiori poſſeſſione alterius, illa n. poſt lapſum triginta vel plurium annorum indiſtinctè allegari & probari poteſt, *Aretin. conſ. 153. addit. ad Bart. l. fin. num. 17. verſ. triginta annorum. C. unde vi. Aym. Cravet. conſ. 146. num. 6. lib. 1. Cravet. in tract. de antiquitat. temp. 4. part. §. materia iſta. num. 20. Covarr. repet. r. poſſeſſor. 2. part. §. 8. num. 4.*

Cum itaque in caſu præſenti ex literis reverſalibus productis ſatis ſufficienterq; probetur, creditores itemq; & fide-

juſſores habuiſſe ſcientiam juris offerendi & producendi actionem pignoratitiam ex pacto literis reverſalibus inſerto competente debitoribus, eorumq; hæredibus, atque clari ſit juris, diſpoſitio, quod mala fides defuncti hærede tam mediato quam immediato in præſcriptione indiſtinctè noceat, ſequitur, præallegatam doctrinam Bartoli noſtræ ſententiæ nihil refragari.

Deinde non obſtat, quod poſt lapſum illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, non curetur de bona vel mala fide. Namque illa ſententia, communiter reprobata eſt, cum Dd. citati in rationibus decidendi communiter concludant etiam præſcriptioni illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, malam fidem obeſſe.

Similiter non obſtat noſtræ deciſioni,
291 quod † præſumptio deſcendens ex curſu illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, ſit præſumptio juris & de jure. Eamq; ob cauſam contra illam probatio contraria non admittatur.

Namque primò reſpondeo, hanc opinionem, præſertim quoad Propoſitum noſtrum, veram non eſſe. Cum omnes Dd. relati in rationibus decidendi communiter tradant, eum, qui probatur in mala fide fuiſſe, ſe etiam illius temporis præſcriptione, cujus in contrarium memoria nō extat, tueri vel juvare non poſſe, atque contra jus offerendi in actione pignoribus debitori competens, vel etiam deſcendens ex contractu jurato ex nullius temporis lapſu, præſumptio aliqua induci poſſit.

Secundò reſpondeo, illam doctrinam contrariam non procedere, quando præſcriptioni, nec non etiam omni præſumptioni ex lapſu temporis deſcendenti, in genere vel in ſpecie renunciatum eſt.

Tertiò reſpondeo, poſito, ſed tamen non conceſſo, contrariam Dd. opinionem veram eſſe. Illam tamen non procedere, niſi hic curſus temporis im̃emorialis fuerit legitimè à perſona habili impletus. Secus autem eſt, ſi conſtet, hunc curſum non eſſe legitimè nec à perſona habili completum, tunc enim ex illa non oritur præſumptio juris & de jure; *Aym. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. 4. part. §. materia iſta, nu. 13. argum. l. Divus Hadrianus. & ibi Bart. ff. de teſtam militar.* Sed ab eo, qui eſt in mala fide, curſus temporis legitimè adimpleri non potuit.

Et inſuper nullum tempus labitur in præjudicium juris offerendi in pignoribus debitori competenti, vel deſcendente ex contractu jurato, vel quando præſcriptioni in genere vel in ſpecie renonciatum fuit.

Quartò reſpondeo, contra præſumptionem juris & de jure probationem per indirectum admitti, *gloſ. Clem. 1. verb. feceſſe. & ibi Dd. de probat. Socin. conſ. 191. col. 2. & conſ. 242. col. 2. lib. 2. Felin. c. Joannes. extr. fide inſtrum. Felin. c. quanto. extr. præſumpt. Aym. Cravett in tract. de antiquitat. tempor. 4. part. §. materia iſta. num. 14.*

Quintò reſpondeo, contra præſumptionem juris & de jure, per id, quod notorium eſt, probationem admitti, *Innocent. c. cum dilectus. extr. de reſcript. Innocent. c. fraternitatis. extr. de frigid. & malef. Roman. conſ. 350. Anton. de Butr. & Felin. c. quanto. extr. de præſumptionb.*

Et ſimiliter clari juris eſt, quod inſtrumentum faciat rem notoriam certam & manifeſtam, prout hoc tradit *Bart. l. 1. in princip. quæſt. 1. & ibi Iaſ. nu. 10. ff. de oper. nov. nunc.* ubi *Iaſ.* multas auctoritates & textus pro hoc citat.

Cum itaque in caſu noſtro ex inſtrumento reverſali, quod eſt roboratum ſigillis & creditorum & fidejuſſorum liqueat atque conſtet, creditores & fidejuſſores habuiſſe ſcientiam illius pacta ſive contractus, de quo in literis reverſalibus ſit mentio. Atque legibus expreſsè cautum ſit, quod mala fides prædeceſſorum ſucceſſoribus univerſalibus noceat, ſequitur, præallegatam doctrinam in caſu noſtro locum non habere.

Ad vigeſimam rationem dubitandi reſpondeo, veriorem eſſe illorum Dd. ſententiam, qui concludunt † ſcientiam rei 292
vel juris alieni indiſtinctè impedire præſcriptionem, etiamſi ceſſet culpa & mala voluntas præſcribentis, utputa, ſi ipſe non teneatur quid ſolvere, facere, præſtare vel reſtituere ante interpellationem, oblationem vel ſolutionem ab adverſario factam, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Ioan. de Imol. c. fin. col. 24. & ibi Felin. nu. 9. extr. de præſcriptionib.* quem refert atque ſequitur *Franc. Balb. in tractat. de præſcriptin. 2. part. 3. partis princ. quæſt. 13. num. 4.*

Et idem tenent etiam illi Dd qui volunt, præſcriptionem libertatis adverſus ſervitutem non procedere in favorem illius, qui habet ſcientiam ſervitutis, licet

ipſa

ipſe ultrò ei, qui ſervitutem habet, nihil facere, præſtare, ſolvere vel reſtituere teneatur, prout hoc tradit *Anton. de Butr. c. pervenit. col. 26. extr. de cenſib. Panormit. c. de quarta. extr. de præſcriptionib. Cepoll. in tract. de ſervitut. urb præd. c. 24. Imol. c. fin. extr. de præſcription. Alex. conſ. 136. lib. 2. Fran. Balb. in tract. de præſcriptionibus. 3. part. 4. part. princip quæſt. 3. nu. 1. 2. 3. 4. & 5.* ubi ipſe affirmat, hanc opinionem eſſe veriſſimam, & in judicando & in conſulendo ſequendam.

Et confirmatur primò per textum *c. fin. extr. de præſcriptionibus.* dum videlicet in illo textu deciditur, omnem illum, qui habet ſcientiam rei alienæ, in mala fide cenſeri, & definitur, quod nulla abſque bona fide debeat currere præſcriptio, nec diſtinguitur, utrum ultra ſcientiam rei ſive juris alieni interveniat culpa vel mala mens debitoris, an verò non. Et ſic ex generalitate illius textus liquet, Eum, qui habet ſcientiam rei juris alieni nulla præſcriptione ſe tueri vel juvare poſſe, etiamſi ipſe ultra ſcientiam rei alienæ non ſit in culpa vel in mala mente, utputa ſi ipſe non teneatur quid ſolvere, præſtare vel reſtituere ante interpellationem, ſolutionem, vel oblationem ab adverſario factam.

Cum lex generaliter loquens, præſertim verò verbis univerſalibus concepta, generaliter intelligenda, ita ut omnes caſus comprehendat, nec à nobis reſtringenda, etiamſi major ratio in uno caſu quàm in alio militet.

Secundò, licet is, qui ante interpellationem, oblationem vel ſolutionem factam, nihil ſolvere, præſtare vel reſtituere teneatur, ante illam interpellationem vel oblationem factam, non dicatur eſſe in culpa vel in mala mente, quoad hoc, quod ipſe illud, ad quod tenetur, non facit, reſtituit vel præſtat. Attamen ipſe eſt, & cenſetur eſſe in peccato & mala mente, eo ipſo, quod ipſe ſcienter jus ſive rem alterius præſcribere, & ſic cum alterius jactura locupletari vult, prout hoc tradit *Immol. c. fin. col. 14. & ibi Felin. num. 3. extr. de præſcript.* Et probatur per textum in ſimili *l. 2. §. circa. ff. de except. doli mali.* Quam malam mentem ſive quod peccatum ferè nempe locupletandi cum aliena jactura Canones quoad impediendam præſcriptionem ſolùm in conſideratione habent.

Tertiò, *Abb. Panorm.* cui originaliter attribuitur contraria opinio *in d. c. fin. col. 11. extr. de præſcript.* expreſsè dicit, quod etiam is, qui non tenetur quid ſolvere vel præſtare abſque interpellatione vel oblatione ab adverſario facta, volens locupletari cum aliena injuria, poteſt denunciari in foro Eccleſiæ. Et ſic Panormitanus vult, illum eſſe in peccato. Et per conſequens, illum ſe nullius temporis præſcriptione tueri vel juvare poſſe, Cum Canones omni præſcriptioni nutritivæ peccati reſiſtant.

Et inſuper clari juris ſit, quod is, qui poteſt denunciare in foro Eccleſiaſtico, multò magis poſſit excludi exceptione malæ fidei in foro civili, *Petr. de Anchor. conſ. 5. in fin. Felin. c. fin. num. 3. extr. de præſcript.*

Præterea *Tiraquell. in repet. l. ſi unquam. verb. revertatur. num. 390. C. de revoc. donat.* illam opinionem contrariam non firmat, ſed pro veritate illius opinionis ſe remittit ad Felin. *in c. fin. num. 3. verſ. ſecundò limita. extr. de præſcriptionib.* ubi *Felin.* hanc contrariam opinionem Abbatis Panormitan. reprobat. Igitur ſequitur, etiam Tiraquel. ibidem reprobata contraria opinione amplecti opinionem Felini. Cum Doctor ſemper intelligatur, illi opinioni adhærere, quam ipſe ultimo loco refert *Liſ. l. ſi idem cum eodem. §. fin. ff. de jurisd. omn judic.*

Et ſic liquet, illam contrariam opinionem nullo modo tenendam vel ſequendam. Et illa contraria opinio abſq; omni dubio non procedit, quando promiſſio ſive contractus juratus vel fidei præſtatione roboratus aut exceptioni præſcriptionis in ſpecie vel in genere interveniente juramento vel fidei præſtatione renunciatum fuit.

Nec eſt verum, quod † præſcriptio contra jus ſive actionem quærendam ex cauſa radicata de præſenti cum mala fide currat. 293
Namque textus *in d. c. fin. extr. de præſcript.* expreſsè decidit, nullam abſque bona fide currere præſcriptionem. Nec diſtinguit inter præſcriptionem adverſus jus non quæſitum. Et inſuper in illo textu dicitur, Eum, qui habet ſcientiam rei alienæ, nullius temporis præſcriptione ſe juvare poſſe. Et certi juris eſt, quod appellatione rei non tantùm jus quæſitum, verùm etiam jus quærendum comprehendatur, præſertim in iis diſpoſitionibus, quæ favorem animæ reſpiciunt, prout text. *d. c. fin.* favorem animæ reſpicit, Quæ diſpoſitiones ſunt latiſſimè interpretandæ,

Deinde etiam ratio illius text. *in c. fin. extr. de præſcriptionib.* Quia videlicet, quicquid non eſt ex fide, peccatum eſt, eſt generalis, & æquè habet locum in jure quærendo, prout in jure quæſito. Et ſic tam ex verbis quàm ex ratione text. *c. final. extr. de præſcriptionib.* liquet, quod præſcriptio cum mala fide non currat, neque quoad jus jam quæſitum, neque quoad jus quærendum, ideoque contraria ſententia Dd. nullo modo tenenda vel ſequenda eſt. Cùm illæ opiniones Dd. quæ vel textibus expreſſis refragantur, vel rationibus evidentibus confunduntur, nullo modo tenendæ vel ſequendæ ſint, *l. 1. §. ſed neq; C. de veter. jur. enucl. Abb. Felin. & Dec. c. 1. extr. de conſtitut. Iaſ. l. cum prolatis. ff. de re judicat.*

294 Nec obſtat, quod à jure † quærendo faciliùs quis excludatur, quàm à jure jam quæſito. Namque hoc procedit tantùm interveniente voluntate illius, cui hoc jus quærendum eſt. Secus autem eſt, illo reluctante vel invito, cùm jus quærendum mihi invito perinde, ut jus jam quæſitum auferri nequeat, *l. in diem. verſ. non autem ff. aquæ pluviæ. arcend. l. 2. in fin. ff. de natalib. reſtituendo. c. 1. in fin. de ſucceſſ. feud. Bald. conſ. 431. col. 2. lib. 2. Barbat. conſ. 18. col. 6. lib. 2. Dec. c. ſicut Romana col. 3. extr. de reſcript. Præpoſ. c. 1. §. Titius filios. ſi de feud. defunct. content.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut procedat, etiamſi illud jus quærendum mihi competat, ex facto illius, qui mihi invito illud jus auferre vult, *Bald. l. ſi conſtante. arg. ill. text. C. de donat. propt. nupt. Franc. Aretin. conſ. 7. & conſ. 74. Carol. Ruin. conſ. 186. vol. 1. lib. 1.*

Secundò reſpondeo, illud contrarium non procedere in jure mihi quærendo ex contractu jam inito. Namque illud jus æquè difficile, ut jus jam quæſitum mihi auferri poteſt, *arg. l. ait Prætor. §. ſi conditionalis ff. quæ in fraud. credit.*

Tertiò reſpondeo; illud contrarium non procedere eo caſu, quando in jure quærendo & jam quæſito, eadem ratio militat, *arg. l. illud. in princ. ff. ad leg. Aquil. l. à Titio. in princ. ff. de verb. obligat.*

Cum itaque in caſu præſenti jus quærendi actionem pigneratitiam per ſolutionem vel oblationem debiti ex contractu pignoris initi deſcendat, & in utroque jure tam quæſito quàm quærendo, eadem ratio malæ fidei militet, ſequitur, hoc dictum contrarium noſtræ ſententiæ nihil obſtare.

Deinde non obſtat, quod † contra legatarium antequam ipſe acceptet legatum, præſcriptio currat, etiamſi hæres habeat ſcientiam illius legati. Namq; in hoc contrarium & forſan meliꝰ tenet *Dec. c. Eccleſia S. Mariæ. num. 26. ex conſtitut.* ubi *Dec.* teſtatur, eandem opinionem etiam amplecti *Raph. Cuman.* in loco ab ipſo legato. 295

Et licet legatario ante acceptationem factam, eo præſertim caſu, quando legatum ipſi relictum fuit ſub illa conditione, ſi ipſe hoc acceptare velit ante acquiſitionem factam, nullum jus illi quæſitum intelligatur: Attamen jus offerendi in pignoribus debitori competentis ipſi debitori ex contractu pignoris ilicò, & in continenti etiam citra ullam aliam acceptilationem vel declarationem debitoris acquiritur.

Præterea, legatarius ante acceptationem legati certat de lucro captando, debitor verò quoad jus offerendi, item ad actionem pignoratitiam per illud producendam certat de damno vitando, inter quod damnum & lucrum maximam rationem diverſitatis militare, & de lucro ad damnum argui poſſe, dubio caret, *l. fin. C. de Codicil. l. Proculus. ff. damn. infect.*

Et poſito, ſed tamen non conceſſo, veram eſſe illorum Dd. ſententiam, qui volunt, legatarium non acceptantem legatum, intra triginta annos illi legato renunciaſſe intelligi. Attamen ex eo inferri non poteſt, & debitorem non utentem jure offerendi in pignoribus intra triginta annos, intelligi renunciaſſe juri offerendi & pignoratitiæ actioni, prout hoc tradit & in ſpecie notat *Cardin. Pariſ. conſ. 92. num. 36. lib. 3.*

Et comprobatur ex eo. Namq; † renunciatio non tantùm juris quæſiti, verùm etiam juris quærendi ſpe certa & probabili radicata de præſenti donationis ſpecies eſt, & perinde, ut donatio ex nullius temporis lapſu præſumitur, prout hoc, quod renunciatio ſive remiſſio juris donatio ſit, & vim donationis obtineat, expreſſe probat text. *l. contra juris. §. ſi filius. ff. de pactis. l. ſi mulier. & ibi Bald. & Alex. ff. condict. ob cauſam. l. peculium. la. 1. in princip. & ibi Bart. ff. de peculio. l. ſicut. §. an paciſci. quib. mod. pign. l. ſi mulier. & ibi Bald. ff. legat. 3. l. ſi in ſtipulatum. l. Modeſtinus. l. quidam. in princip. l. in ædib. in princ. & l. hoc jure. §. 1. ff. donationib. l. ſi quis delegaverit.* 296

verb. ſi nationib, cum multis ſimilib. allegat. per Tiraquell. rep. l. ſi unquam. verb. donatione largitus. num. 173. C. revocat. donat. Et quod hoc habeat locum non tantum in remiſſione juris quæſiti, ſed etiam in remiſſione juris quærendi ſpe certa & probabili radicata de præſenti, tradit *Franc. Ripa repet. l. ſi unquam. num. 21. C. de revocand. donat. Roland. à Vall. conſ. 11. num. 20. & 21.* Et quod renunciatio non præſumatur, tradit *Bald. l. 3. ultimo notab. C. de edict. divi Hadrian. Guilhelm. de Monte Laudenſi, in extravaganti ſuſcepti regiminis. verb. voluerit. tit. ne ſede vacante. Imol. conſ. 49. Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Anton. de Butr. extr. de privil. Bald. l. Labeo. §. ſed etiam. col. 1. ff. de pact. Petr. de Anchor. conſ. 106. col. 3. Paul. Caſtr. conſ. 179. col. 3. lib. 1. Raph. Fulgoſ. conſ. 192. col. 1. Alex. conſ. 31. col. 8. lib. 5.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut nec ex actu quidem proximo renunciatio præſumatur, *Cardin. Florent. conſ. 90. col. 3. arg. c. ſane juncta. gloſ. verb. ſuſtinere. c. veniens. & c. ſuper hoc. extr. de renunciat.* Quod verò donatio non præſumatur, tradit *gloſ. & Bart. l. qui dotis. ff. ſolut. matrim. gloſ. Bart. & Dd. l. cum quid. ff. ſi cert. pet. facit text. l. cum de indebito. ff. de probation.*

Et hoc uſque adeò verum eſt, ut potius rem à lege prohibitam quàm donationem præſumamus, *Bald. l. fin. C. de don. prom. Socin. conſ. 73. col. pen. lib. 1.* utque potius præſumatur error juris & facti etiam in facto proprio quàm donatio, *l. ſed etſi me præſente. in princip. & ibi gloſ. Bart. Iaſ. & Dd. ff. de condict. indeb. gloſ. l. generaliter. verb. cauſa. & ibi Angel. col. 2. C. de non numer. pecun.* Utq; potius admittatur præſumptio ſtultitiæ quàm præſumptio donationis, *Bald. d. l. generaliter. col. 2. oppoſ. 4. C. de non numer. pecun. Iaſ. l. ſi à ſubſtituto. §. 1. ff. legat. 1.*

Et quod donatio ſive renunciatio vim donationis obtinens ex nullius temporis lapſu præſumatur, etiamſi præſtatio vel aliud factum hominis intervenit, tradit *Bald. l. fin. C. ne de ſtatu defunct. Iaſ. l. ſi certis annis. num. 15. limit. 12. C. de pact.*

Præterea juri offerendi in pignoribus debitori competenti nullum certum tempus præfinitum vel præſcriptum eſt. Sed illud jus ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam in perpetuum uſque non obſtante ullius temporis præſcriptione datur & competit, quæ opinio in Germania conſuetudine recepta & approbata eſt.

Et inſuper jure Canonico, quod in materia præſcriptionis etiam in foro civili ſervari debet, cautum eſt, quod is, qui habet ſcientiam rei, juris vel facultatis alienæ ejusq; ſucceſſores univerſales, ſe nullius temporis curſu vel præſcriptione tueri vel juvare poſſit.

Deinde etiam legibus expreſſe cautum eſt, quod facultati ſive potentiæ adimplendi conditionem poteſtativam nullo unquam tempore præſcribatur.

Similiter ſecundum diſpoſitionem legitimam illi actioni juri & facultati, quæ actio, jus ſive facultas deſcendit ex pacto, contractu vel promiſſione jurata nullo unquam tempore præſcribatur. Quodq; etiam nulla præſcriptio procedat, quando exceptioni præſcriptionis interveniente jurejurando vel fidei præſtatione in genere vel in ſpecie renunciatum eſt.

Et ſic liquet, illam regulam, quod is, qui poteſt intra certum tempus aliquid acceptare, exercere vel facere, & acceptando, exercendo vel faciendo ſibi jus aliquod vel actionem aliquam acquirere, illudq; facere negligit, & tempus labi patiatur, illi juri tacite renunciare cenſeatur, in caſu noſtro locum non habere. Cum in caſu præſenti nullum tempus ſit præfixum ad offerendum debitum vel actionem pignoratitiam, aut ex ſtipulatu exercendam, ſed illud tam jus quàm actio contra creditores & fidejuſſores, eorumq; ſucceſſores in infinitum detur.

Ulterius non obſtat, † quod *Socin. jun. & Hieron. Schurff.* tradit, illam regulam, quæ vult, præſcriptionem non currere in favorem illius, qui eſt in mala fide, qui nempe habet ſcientiam rei vel juris alieni, tantùm procedere eo caſu, quando obligatio eſt certa, & aliquis eſt omninò debitor ad aliquid dandum vel faciendum. Secus autem eſt, ſi obligatio dandi vel faciendi, utrum videlicet illa ſit oritura, ſit incerta, & hoc dependeat ex voluntate & arbitrio creditoris. 299

Namque primò illa limitatio Socini junioris & Schurffii nulla lege probatur, & erubeſcimus ſine lege loqui, *§. & conſideremus. auth. de triente & ſemiſſe.* Et neq; gloſſæ, *Bald. l. Reſpublica. C. ex quib. cauſ. majores.* neque Doctori, quantumvis magnæ auctoritatis eſt, credendum, niſi dictum ſuum

probet

probet lege, *Archidiac. c. nolite. 11. q. 3.* Imò paria ſunt, aliquid fieri ſine lege & fieri contra legem, *Bald. c. in genere. col. fin. extr. de elect.* Et id, quod lege non cavetur in Practica non recipitur, *Bald. c. nihil. col. fin. extr. eod. tit.*

Secundò, illa limitatio Socini junioris & Hieronymi Schurffii refragatur generalitati textus *ind. c. fin. extr. de præſcript.* in quo generaliter deciditur, nullam præſcriptionem abſque bona fide currere. Nec diſtinguitur, utrum illa obligatio, contra quam quis præſcriptione ſe tueri vult, ſit omnino certa, an verò ex futuro eventu dependeat, & inſuper ſupra legibus comprobatum eſt, diſpoſitionem *d. c. fin. extr. de præſcript.* etiam habere locum in jure quærendo, cujus videlicet acquiſitio ex futuro eventu vel futura adimpletione dependet.

Tertiò, illa opinio Schurffii & Socini junioris refragatur textui expreſſo, *in l. in bello. §. quis ſervum. ff. de captivis & poſtlim. reverſ.* Namque in illo textu deciditur, eum, qui ſervum alienum ab hoſtibus emit, non aliter obligatum eſſe, illum ſervum priori domino reſtituere niſi precio ſoluto, & ſic ex voluntate domini prioris pendere. Utrum ipſe ſoluto precio illam obligationem producere velit an verò non, & tamen nihilominus in illo textu deciditur, contra hanc ſolutionem precii & jus redimendi ſervum ab hoſtibus emptum priori domino competens emptorem non aliter præſcriptione ſe tueri poſſe, niſi is emptor in bona fide ſit. Et ſic eſt ibi textus clarus & expreſſus, quòd præſcriptio cum mala fide non currat, non tantùm contra obligationem omninò certam, ſed etiam contra obligationem incertam, atque cujus nativitas ex voluntate ſive poteſtate actoris dependet.

Quartò, huic limitationi Socini junioris & Schurffii obſtat communis Dd. opinio, quæ vult juri offerendi in pignoribus debitori competenti, item & potentia adimplendi conditionem poteſtativam nullo unquam tempore præſcribi.

Quintò, huic limitationi refragatur, quia facilius admittitur præſcriptio contra obligationem aut actionem omninò certam quàm contra obligationem aut actionem incertam cujusque nativitas ex futuro eventu dependet, *arg. l. cum notiſſimi. §. illud. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.*

Deinde etiam illud incertum dici nequit; quod † veriſimiliter incertum eſt, [illegible]
arg. l. licet imperator. ff. de legat. 1. Tiraquell. ſuper. l. ſi unquam. verb. donat. largit. num. 158. C. de revocand. donat. & veriſimile eſt, quod debitor ejusq; hæredes aliquando ſint ſoluturi debitum pignus ſuum recuperaturi, eò præſertim caſu, quando pignus plus debito valet, igitur dici non poteſt, hoc, quod creditores obligabuntur, per ſolutionem debiti ad reſtitutionem pignoris incertum eſſe.

Et ſic per prædicta eſt ſatis ſufficienterq; reſponſum ad ea, quæ in vigeſima ratione dubitandi dicta ſunt, & liquet illa non obſtare hæredibus debitorum.

Ad vigeſimam primam rationem dubitandi reſpondeo, licet † ſublata præſcri- [illegible]
ptione nunquam intelligatur ſublata præſcriptio illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat; Attamen dubio omni carere præſcriptionem illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, expreſsè per legem, ſtatutum vel conſuetudinem tolli poſſe, prout hoc ſuprà docuimus. Ideoque ea, quæ in vigeſima prima ratione dubitandi dicta ſunt, noſtris veriſſimis deciſionibus nihil obſtare.

Namque ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam legibus expreſsè cautum eſt, quod juri offerendi in pignoribus, item, potentiæ adimplendi conditionem poteſtativâ, nullo unquam tempore, nec illo quidem, cujus in contrarium memoria non extat, præſcribi.

Similiter verior eſt illorum Dd. ſententia, qui volunt actioni vel facultati deſcendendi ex pacto vel promiſſione jurata aut fidei præſtatione roborata, nullo unquam tempore, etiam nec illo quidem, cujus in contrarium memoria non extat, præſcribi.

Conſuetudine quoque Germaniæ receptum eſt, quod contra jus offerendi in pignoribus debitori competenti vel deſcendenti ex pacto de retrovendendo etiam centum vel plurium annorum lapſu non præſcribatur.

Deinde etiam ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam præſcriptio immemorialis non opitulatur illi, qui habet ſcientiam rei vel juris aut etiam facultatis alienæ, prout hæc omnia ex prædictis patent.

Secundò reſpondeo, illa, quæ in vigeſima

geſima prima ratione dubitandi dicta ſunt, non habere locum, quando præſcriptio ſublata eſt per renunciationem vel alium actum juratum. Namque illa tàm renunciatio quam actus juratus etiam ad præſcriptionem immemorialem extenditur. Eam ob cauſam, quia cum juramentum habeat vim expreſſi, perinde habetur, atque ſi in renunciatione vel alio actu jurato expreſſa fuiſſet facta mentio præſcriptionis immemorialis.

Tertiò reſpondeo, ea, quæ in vigeſimo primo argumento contrario dicta ſunt non procedere, quando ratio illius diſpoſitionis, quæ præſcriptionem tollit ſive prohibet, etiam in præſcriptione illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, locum habet, tunc enim abſque omni dubio illa diſpoſitio ſimpliciter loquens, etiam ad præſcriptionem immemorialem extenditur. Namque cum ratio legis ſit & ipſa lex, *gloſ. l. 2. verb. rationem vel legem. C. de conſuetudin.* & mens, *Dec. c. final. de reg. jur. lib 6.* & medulla, *Bald. l. 1. col. fin. ff. ſi cert. petat.* & anima, *Bald. l. ſi quis ſervum. col. final. C. de furt.* & ſpiritus, *Baldus conſ. 275. col. 3. lib. 2.* & eſſentia ipſius legis, *Bald. c. 1. §. & quia vidimus. col. pen. de his qui feud. dar. poſſunt.* nihilq; à lege differat, *Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa. part. 1. nu. 135.* receptum eſt in diſpoſitione, lege vel ſtatuto, aliiſq; diſpoſitionibus potius rationem ſive mentem quàm verba eſſe inſpicienda, *l. pen. ff. ad exhibendum. l. credendum. ff. qui pet. tutor.* illudq; non cenſeri commiſſum, quod eadem ratione concluditur, *Bald. l. per diverſas. col. 1. C. mandati.*

Atque in omnibus illis caſibus, in quibus eadem ratio militat, idem quoque jus ſtatuendum, *l. illud. in princ. ff. ad leg. Aquil.* etiamſi verba legis deficiant, *l. 2. §. ſi mater. verſ. ſi quid curatores. & verſ. quid ergò ſi non fuerunt. ff. ad SC. Trebellian.* Uſque adeò, quod in omnibus illis caſibus, in quibus eadem ratio militat, non dicatur fieri extenſio, ſed illi caſus omnes ſecundum proprium intellectum, ſub illa lege, ſive conſtitutione comprehendantur, *Petr. & Cyn. l. jura non in ſingulas. ff. de legib. Petr. Cyn. & & Bald. l. quod verò. ff. eod. tit. Bald. l. omnes populi. col. fin. ff. juſt. & iur.*

Et prædicta eouſque procedunt, ut ex ratione expreſſa etiam in exorbitantibus & correctoriis fiat extenſio ad omnes caſus ſub illa ratione comprehenſos, *Bald. authent. quas actiones. & ibi Iaſ. num. 22. C. SS. Eccleſ. Raph. Cuman. l. cum mulier. arg. ill. text. ff. ſolut. matr. Paul. Caſtrenſ. l. quamvis. C. de fideicommiſſ.*

Et idem eſt in ratione unica & tacitè conjecturata. Namque ex illa etiam in correctoriis & exorbitantibus ſimiliter fit extenſio, *Paul. Caſtr. & Raph. Cuman. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolut. matr. Alex. conſ. 50. lib. 2. Iaſ. auth. quas actiones. num. 22. C. de SS. Eccleſ. cum multis ſimilib. allegat. per Tiraquell. in tractat. ceſſante cauſa. part. 1. num. 153.* potiſſimùm verò hoc locum habet in materia præſcriptionis & in ſimilibus materiis, in quibus agitur de ſalute animæ vel peccato vitando.

Namque in illis in correctoriis ſemper ex ratione vel ſimili vel majori fit extenſio, etiamſi illa ratio non ſit expreſſa, prout hoc tradit *Ioan. Andr. & Anton. de Butrig. c. ex tenore. extr. qui filij ſint legit. Iaſ. auth. quas actiones. num. 25. C. SS. Eccleſ.* ubi ipſe multos alios Dd. ad hoc citat.

Sed certum eſt, quod ratio expreſſa *in c. fin. extr. de præſcript.* quare videlicet is, q vel eſt in mala fide, vel habet ſcientiã rei vel juris alieni, ſe nulla præſcriptione tueri poſſit, etiam habeat locum in præſcriptione illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat.

Similiter & omnes rationes, quæ adducuntur pro illa ſententia, quod juri offerendi in pignoribus debitori competenti, item potentiæ adimplendi conditionem potestativam non præſcribatur, æquè habent locum in præſcriptione longiſſimi temporis. Igitur &c.

Quartò reſpondeo, ea quæ in vigeſima prima ratione dubitandi dicuntur, non habere locum eo caſu, quando præſcriptio ideò tollitur, quia deficiunt requiſita ad præſcriptionem illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, utputa, ſi vel perſona efficiatur inhabilis ad præſcribendum, vel res non ſit apta præſcriptioni, vel forma præſcriptionis deficiat, *arg. l. Divus Trajanus. & ibi Bart. ff. teſtam. militar.*

Sed ad formam atque eſſentiam cujuſlibet præſcriptionis requiritur bona fides, at is, qui non eſt in bona fide, eſt inhabilis & incapax ad præſcribendum, & jus offerendi in pignoribus debitori competens, item potentiæ adimplendi conditionem poteſtativam, item, actio vel facultas deſcendens ex promiſſione vel pacto

jurato

jurato aut fidei præſtatione roborata, non eſt res talis, quæ præſcribi poſſit,

Et ſic liquet, vigeſimam primam rationem dubitandi nobis nihil refragari, nec in caſu præſenti locum habere poſſe. Et ſequitur, falſam eſſe *Hieronymi Scurffii in conſ. 99. num. 41. cum duob. ſeqq. lib. 3. collectionem*, dum videlicet ipſe dicit, conſuetudinem Cameræ Imperialis, quod juri offerendi in pignoribus non præſcribatur, ita reſtringendam eſſe, ut non procedat in præſcriptione 100. annorum vel majoris temporis.

300 Nec obſtat, quod † curſus illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, habeat vim tituli conceſſionis ſive privilegii. Namque hoc non procedit in iis caſibus, in quibus præſcriptio illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, à lege, ſtatuto vel conſuetudine reprobata aut ſublata, vel etiam illi præſcriptioni interveniente jurejurando vel fidei præſtatione in ſpecie vel in genere renunciatum eſt, prout hoc ex ſupra dictis liquet.

Deinde etiam illud non habet locum, quando in lapſu illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, non intervenit ſimul habilitas perſonarum & rerum & formalia ad præſcriptionem requiſita.

301 Ad † vigeſimam ſecundam, vigeſimam tertiam & vigeſimam quintam rationem dubitandi circa rationes decidendi reſpondimus & oſtendimus, ea, quæ in illis rationibus dubitandi dicta ſunt, & communiter reprobata eſſe, & noſtræ ſententiæ non refragari.

Ad vigeſimam quartam rationem du-
302 bitandi reſpondeo, † veriorem eſſe illorum Dd. ſententiam, qui volunt, Malam fidem defuncti hæredi indiſtinctè nocere quoad præſcriptionem, etiamſi ipſe confecto Inventario hæreditatem defuncti adiverit, prout hanc opinionem tenet *Covarr. repet. c. poſſeſſor. part. 2. §. 9. nu. 5. de reg. jur. lib 6.* ubi ipſe hanc opinionem multis firmiſſimis rationibus comprobat. Et ſimul reſpondet ad omnia fundamenta opinionis contrariæ. Ideoque hæc opinio, utpote, quæ melioribus & firmioribus rationibus munita eſt, omninò ſequenda & contrariæ opinioni præferenda eſt per jura vulgaria ſupra citata.

303 Deinde reſpondeo, † Inventarium factum ſive conſcriptum ab hærede, nunquam præſumi, cumque, qui Inventarium factum vel conſcriptum prætendit, hoc probare cogi, *Sigiſm. Neapol. conſ. 14. nu. 46.* Et comprobatur evidenti ratione. Namq; confectio Inventarii facti eſt, & in facto conſiſtit, & facta non præſumuntur *l. denique. ff. ex quibus cauſis major. l. quæcunq. ff. de publ. in rem act. l. in bello. §. factæ. ff. capt. & poſtlim. reverſ. l. unica. C. de mandat. princ. l. 1. C. de probat. l. aſſeveratio. C. de non numer. pecun. l. ſi emancipati. C. de collatio. c. cum in jure peritus. extr. offic. deleg. c. in præſentia. extr. de probat. Bart. conſ. 17. incip. accuſatio. Abb. conſ. 1. lib. 1. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 1. §. propoſitum noſtrum. nu. 75.*

Nec obſtat, quod confectio Inven-
tarii ſicut † ſolennitas extrinſeca in actu 304
aliquo requiſita, ex lapſu ſive curſu tempor. præſumi debeat. Namque reſpondeo, Illud quod traditur, ſolennitatem extrinſecam ex lapſu ſive curſu temporis præſumi, tantum procedere in illa ſolennitate extrinſeca, ſive qua actus non valet & expediri nequit, prout patet ex omnibus, & auctoritatibus Dd. decidentibus ſolennitatem extrinſecam ex curſu longi vel longiſſimi temporis præſumi, quæ tam auctoritates Dd. quam jura loquuntur, in illa ſolennitate extrinſeca, cujus omiſſio actum viciat. Secus autem eſt in illa ſolennitate, cujus omiſſio actum non viciat, atque ſine qua actus & expediri & ſubſiſtere poteſt.

Sed certum eſt, aditionem hæreditatis ſine Inventario factam valere, imò efficaciorem eſſe, atque ſi hæres Inventario conſcripto hæreditatem adiiſſet, cum is, qui Inventarium conſcripſit, ultra vires hæreditatis non teneatur, neque perſonam defuncti repræſentet. Is verò, qui Inventarium non conſcripſit, & in ſolidum ac ultra vires hæreditatis obligatus ſit, & in omnibus & per omnia perſonam defuncti repræſentet.

Igitur ſequitur, ex nullius temporis lapſu vel curſu præſumi poſſe, eum, qui hæreditatem alicujus adivit, Inventarium confeciſſe. Eamq; ob cauſam hæredes creditorum vel fidejuſſorum, ſi ipſi allegaverint, ſe vel anteceſſores ſuos in aditione hæreditatis debitorum & fidejuſſorum Inventarium legitimè conſcripſiſſe, hoc probare tenentur. Nec ad hoc probandum lapſum longiſſimi vel immemorialis temporis adducere poſſunt.

Ad vigeſimam ſextam & ultimam
rationem dubitandi reſpondeo, † credi- 305
torem

torem debitori ad id, quod intereſt, indiſtinctè teneri, ſi ipſe non fecerit fidem, ſe abſque dolo & culpa pignus perdidiſſe. Illamq; actionem non perſonalem eſſe. Nec in illa conſiderari, quid de pignore evenerit vel factum fuerit, cum in actionibus perſonalibus nullus habeatur reſpectus, ad rem ſive quid de re debita contingat, *arg. l. 1. §. ſi hæres. ff. ad SC. Trebell. l. fin. §. fin. ff. contrahend. empt.*

Si itaque hæredes creditorum & fidejuſſorum fidem facere non poſſint, quibus mediis Caſtrum H. majoribus ſuis oppignoratum ad tertium poſſeſſorem pervenerit, ſeq; vel majores ſuos illud Caſtrum perdidiſſe abſque dolo vel culpa ſua, ipſi indiſtinctè ad id, quod intereſt, conveniri poſſent, etiamſi illud caſtrum H. à modernis poſſeſſoribus eſſet præſcriptum.

Et licet textus *l. 2. C. ſi vendito pignore agatur*, decidit, ſi pignus nullo jure a creditore diſtractum, uſucaptum vel præſcriptum fuit, ab emptore debitori contra creditorem actionem ad precium competere: tamen ille textus non negat, quin debitor, ſi hanc viam elegerit, contra creditorem ad id quod intereſt, experiri poſſit.

Et clari juris eſt, quod ſtatim, atque creditor pignus nullo jure venit, debitori contra creditorem naſcatur actio pignoratitia contra crediorem ejusq; hæredes ad id quod intereſt, *l. 1. & l. cum contra. C. ſi vendito pign. agatur.* Eamq; actionem ordinariam eſſe, dubio omni caret.

Et ſimiliter legibus ſancitum eſt, quod
per † ſupervenientiam novi juris ſive re- 306
medii vel actionis vetus jus, remedium vel actio ordinaria non tollatur neque impediatur, *l. 3. §. ex hoc indicto. ff. naut. caupones tabell. l. 1. §. quoties quæritur. & ibi Bart. ff. de Publit. gloſ. l. 2. & ibi Iaſ. num. 143. C. de jure Emphyteu. Bart. Alex. Iaſ. & Dd. l. improvinciali. §. 1. ff. de oper. nov. nunciat.*

Et in poteſtate actoris eſt, qua actione ipſe experiri, vel actione intentari velit, *l. qualem hæredi. §. eligere. & ibi gl. & Bart. ff. de publ. in rem act. l. cum filius. §. varijs. ff. de legat. 2. l. nemo ex his. §. quoties. & ibi Dec. & Angel. ff. de reg. jur.*

Quinimò, etiamſi actor plures actiones habens, & in cauſa actionem in judicium deduxerit, & ex unica actione egerit, ipſe non prohibetur aliis actionibus, quatenus in illis plus continetur experiri, *l. 1. & ibi gl. & Bart. ff. in bonor. rapt. cum ſimilib. ibidem allegat. per gloſ.*

Et ſic per prædicta ſatis ſuperq; reſponſum eſt, ad omnia adducta contra noſtras veriſſimas deciſiones, & oſtenſum noſtras deciſiones non obſtantibus rationibus dubitandi veriſſimas eſſe.

Digitized by Google

CONSILIUM TRICESIMUM TERTIUM.

Contra Duces P. pro Nobilibus O. In quo diſſeritur, utrum Duces ipſos Nobiles de bonis patrui ipſorum defuncti, de quibus controvertitur, Domino num aperta ſint nec ne, inveſtire cogantur.

SUMMARIA.

1. *Vaſallus intra annum ſub pœna privationis feudi inveſtituram petere cogitur.*

2. *Adeò ut poſt annum moram purgare nequeat.*

Declaratur nu. 28. & 31. 32. 33. & ſeq. & nu. 41.

3 *Vaſallus inveſtituram ſibi oblatam recipere & domino fidelitatem jurare recuſans, feudum amittit.*

Declaratur num. 35. & 41.

4. *Non petentem vel recipientem inveſtituram intra tempus legitimum, à pœnà privationis nec juris nec alia craſſa ignorantia excuſat. Contrarium 35. 36. & 42.*

5. *Lata culpa, dolo æquiparatur in pœnis pecuniarijs. Declaratur num 33. & 43.*

6. *Error juris non prodeſt in evitando damnum, quod à lucro initium habet. Contrarium verius num. 44.*

7 *Dominus vaſallum de parte feudi controverſi inveſtire non tenetur, licet idem vaſallus aliud feudum non controverſum ab eodem domino habeat. Contrarium verius & communius num. 20. & 49.*

8. *Dominus contra vaſallum de felonia excipiens vaſallum de feudo inveſtire non cogitur. Contrarium verius niſi notoria ſit, feloniam & incontinenti probari poſſit. num. 25. & 50.*

9. *Vaſallus propter non petitam inveſtituram feudum ipſo jure amittit. Firmatur hoc multis, num. ſeqq. & contrarium, ut verius ſtabilitur, num. 51. & ſeqq.*

10. *Verba præſentis Temporis denotant ipſo jure quid fieri. Declaratur num 52.*

11. *Itemq́; verba futuri Temporis, Perdat, Amittat,* Contrarium num. 53.

12. *Idem eſt ſi verbum futuri Temporis geminatum ſit. Declaratur num. 55.*

13. *Quid ſi verba Legis, partem non judicem reſpiciant & num. 56.*

14. *Quibus caſibus vaſallus feudum ipſo jure amittit, quomodo is à ſucceſſore domini feudo privari poſſit, etiamſi dominus de hac felonia vitæ ſuæ tempore nunquam conqueſtus ſit. & numer. 57. & 58.*

15. *Dominus feudi, ſi ſe præparaverit ſaltem ad agendum contra vaſallum ob feloniam commiſſam, ſucceſſori ejus permittitur vaſallum propter feloniam feudo privare, improbatur numer. 40. & 59. 60. 61. 62.*

16. *Actio vel querela competens donatori ad revocandum rem donatam, propter ingratitudinem, donatarij æquiparatur querelæ inofficioſi Teſtamenti, improbatur num 63.*

17. *Argumentum ab æquiparatis quando procedat, & num. 64.*

18. *Quibus caſibus propter feloniam non delinquens ſolùm, ſed & hæres ejus punitur, contra hæredem indiſtinctè agi poteſt, etiamſi vivo delinquente querela nec mota nec præparata fuiſſet, ſecundùm Laur. Sylvan. cujus ſententia declaratur num. 65.*

19. *Ius revocandi rem aliquam propter pacta non ſervata an & quando indiſtinctè & activè & paſſivè ad hæredes tranſeat. & num 66.*

21. *Diſpoſitum de vaſallo quomodo in domino feudi obtinere debeat, ubi de æqualitate inter utrumq́; per omnia ſervanda pulchrè.*

22. *Nemo tenetur particularem ſolutionem vel recipere vel facere.*

23. *Nihil & imperfectum æquiparantur.*

24. Domino

25. *Domino fidem non ſervanti, vaſallus viciſſim fidem licitè frangit.*

26. *Exceptio feudi vel finiti, vel domino aperti, vaſallo inveſtituram petenti quando objici nequeat.*

27. *An dominus feudi teneatur feudum ſibi apertum propter generationem finitam agnatis ultimi vaſalli petentibus iterum concedere.*

28. *A dolo & pœna quid excuſet, & nu. ſeqq. & nu. 31. 32. 33. 34. 35. 36.*

29. *Bona hominis & vita æquiparantur.*

30. *Injuſtus in uno, etiam injuſtus in altero præſumitur.*

31. *Bona fides etiam ex rationibus temerariis & injuſtis cauſatur.*

36. *Fuius excellentis Doctoris opinio à dolo excuſat.*

37. *Imprimis gloſſæ opinio quæ major eſt.*

38. *Odioſa reſtringenda ſunt.*

39. *In feudis æquitas ſervanda.*

45. *Inſtrumentum inter alios confectum, quoad tertium ſaltem titulum probat.*

46. *Aſſertio meritorum generalis, an merita probet & qualiter. & num. ſeq.*

47. *Curſus longiſſimi temporis juſtam præſumptionem inducit.*

49. *Ob merita vel ſervitia præcedentia quod fit, ex cauſa onoroſa fieri intelligitur.*

54. *Verba communia in dubio ſic intelligenda ut denotent, quid non ipſo jure ſed per ſententiam fieri.*

60. *Actio quando ad vindictam tantùm competat.*

61. *Actiones ad vindictam competentes qualiter ad hæredem tranſeant.*

65. *Felonia in omittendo conſiſtens à vaſallo commiſſa, hæredi ejus non nocet.*

67. *Taciti & expreſſi quando non eadem virtus.*

CAſus, ſuper quo juris informatio petitur, breviter ſe habet, uti ſequitur, Nobilis J. O. ſen. & in Q. Hæreditarius, è vita decedens poſt ſe reliquit egregia & nobilia bona feudalia, filiosq; prędefuncti ſui fratris R. & K. O. qui poſt obitum dicti patrui ſui inveſtituram prænominatorum bonorum omnium intra juſtum tempus apud Illuſtriſsimum Illuſtriſſimiq; generis Principem ac Dominum, Dominum P. quondam Duc. S. ac P. laudatiſs. memor. uti feudi dominum petierunt, rogando inſtantes, ut Illuſtr. S. Celſ. in omnibus ſingulisq; patrui ſui J. P. p. m. relictis bonis feudalibus clementer ipſos inveſtire velit. Ad quam petitionem ſublimè nominatus Illuſtr. Princeps ſe declaravit, Illuſtr. S. Celſ. velle dictos O. in omnibus relictis feudalib. bonis J. de O. inveſtire, exceptis iis, quæ J. de O. patruus ipſorum piè defunctus in pagis Z. L. & M. habuiſſet. Nam cum illa bona, quæ J. O. in dictis tribus pagis habuiſſet, ſint novum feudum, queq; ille de novo acquiſiviſſet. Inſuper etiam R. & K. O. in iis conjunctam manum ſeu ſimultaneam inveſtituram non haberent, Illuſtr. S. Celſ. exiſtimare ſe non teneri R. & K. O. illa bona in feudum concedere. Ad quod dicti Nob. O. reſponderunt, negantes hæc ita ſe habere, uti perhiberetur, ac de novo inſtanter petierunt, Illuſtr. S. Celſ. velle ipſis J. de O. patrui ipſorum relicta bona feudalia omnia penitùs concedere: Et ſi S. Illuſtriſs. Celſitud. iſtius voluntatis eſſet, ipſis ex parte horum bonorum litem movere, ut S. Illuſtriſs. Celſitud. poſt factam inveſtituram ordinaria via illam inſtitueret. Cum itaque dicti Nobiles O. non conſideratis ipſorum multifariis petitionibus ac inſtantiis inveſtituram illorum bonorum feudalium (quæ Illuſtriſſima Celſitudo pro novis feudis reputavit) acquirere non potuerunt dicti O. econtrà oblatam inveſtituram cæterorum J. O. patrui relictorum bonorum feudalium accipere, etiam denegarunt, ex cauſa, partim quod timuerunt, ſi oblatam inveſtituram acciperent, reliquorum bonorum, quæ pro novo feudo etiam haberi velint, ſe de facto privatos iri: tum etiam, quod de jure expreſsè cautum ſit, dominum feudi vaſallum ſuum, qui etiam alia bona feudalia ab eo poſſidet, non ſolummodò de illis bonis, de quibus nulla controverſia eſt, ſed etiam de illis, de quibus controvertitur, inveſtire teneri.

Quæritur igitur, num ſublimè nominatus Princeps ut dominus feudi de jure obligatus fuiſſet, fratres O. non ſolummodò de bonis, de quibus non controvertitur, verùm etiam de illis, de quibus controvertitur inveſtire:, & num O. præjudicare poſſit, quod oblatam inveſtituram cæterorum bonorum ex dictis rationibus accipere recuſarint.

Ad quam quidem quæſtionem breviter reſpondendo, exiſtimo, Illuſtr. Celſitudinem in S. & P. de jure obligatam fuiſſe ſæpedictos fratres R. & K. Nobiles de O.

Digitized by Google

de omnibus & ſingulis J. de O. ſenioris relictis bonis feudalibus, & non ſolùm de illis, quæ extra controverſiam, ſed etiam de quibus controverſum fuit, inveſtire. Et cum ſua Illuſtriſſ. Celſitud. hoc facere recuſarit, Nobiles O. de bonis controverſis inveſtire, quod O. oblatam inveſtituram cæterorum bonorum accipere, etiam jure recuſarint, neq; hoc ipſis ullum damnum præjudiciumvè adferre poſſe.

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QUO NIHIL FELIX FAUSTUMQVE.

CUM IS QUI PER contraria procedit, quaſi ferro viam veritati aperiat: ut hujus quæſtionis veritas magis elucescat, ego imprimis omnia illa, quæ pro contraria ſententia adduci poſſunt, allegabo; deinde hanc noſtram deciſionem & legibus & rationibus confirmabo, & ad ea primò, quæ pro contraria ſententia adducta ſunt vel adduci poſſunt, reſpondebo.

Et primò pro contraria ſententia facit,
1 quod † vaſallus intra annum ab eo tempore computandum quo caſus petendæ inveſtituræ evenit, ſub pœna privationis feudi inveſtituram petere cogatur, *c. 1. in pr. & ibi And. de Iſer. Bald. Alvar. Præpoſ. & M. de Aſſl. quo temp. mil. c. 1. in pr. & ibi Dd. quæ fuit prima cauſ. c. 1. in pr. de Capit. Corrad. c. 1. §. præterea de prob. feud. alien. per Frid. Bald. conſ. 466. col. lib. 1. Ioan. de Ana. conſ. 32. & ibi Bologn. in add. Dec. conſ. 144. n. 1. Iac. de S. Georg. ver. dictiq; vaſalli. n. 2. Curt. in tr. feud. 4. part. n. 54. Zaſ. in tr. feud. 10. part. n. 16. Card. Pariſ. conſ. 23. n. 226. lib. 1.*
2 Quod uſq; adeò verum eſt, ut † vaſallo, qui intra ann. & diem inveſtituram non petiit, moram purgare nõ permittatur, *And. de Iſer. & Alvar. c. 1. in pr. & ibi M. de Aſſl. n. 13. quo temp. mil. Bald. & Alvar. c. 1. in pr. quæ fuit prima cauſa. Iac. de S. G. in tr. feud. ver. qui quidem inveſtit. nu. 37. Ioan. And. c. mora. de regul. jur. lib. 6. Salic. l. 2. quæſt. 3. C. de jur. emphyteu. M. de Aſſl. c. 1. §. nulla. col. 3. verſ. dico ibi annum, per quos fiat inveſtit.* Cum itaq; Nobiles R. & K. O. inveſtituram illorum bonorum, de quibus nulla lis mota fuit, intra annum & diem recipere noluerint, videtur dicendum, ipſos feudo privatos, nec ulterius purgandò moram ad petitionem inveſtituræ admittendos eſſe.

Secundò, pro hac ſententia confirmanda
3 facit, quod is † vaſallus, qui inveſtituram ſibi oblatam recipere, & fidelitatem domino feudi præſtare recuſat, feudum amittat, *c. 1. §. 1. & ibi Dd. quæ fuit prima cauſ. Curt. in tr. feud. 4. part. n. 53.* Sed Nobiles O. recuſaverunt & oblatam ſibi inveſtituram recipere & domino fidelitatem præſtare de illis bonis, de quibus nulla lis mota fuit. Igitur videtur dicendum, Nobiles O. illis bonis privatos eſſe.

Tertiò, pro hac opinione adduci poteſt,
quod non † petentem vel recipientem inveſtituram intra tempus legitimum, ignorantia juris non excuſat à pœna privationis feudi, *Matt. de Aſſlict. c. 1. in pr. n. 10. quo tempor. mil. fac. gloſ. c. 1. verſ. ignorant. & ibi Alvarot. & Dd. de controverſ. inter domin. & emptor.* Sicut quoq; nec ſupina nec craſſa ignorantia vaſallo patrocinatur, *gl. c. 1. §. ſimiliter. ver. ſpecus. quib. mod. feud. amitt. gl. c. 1. in pr. quo tempor. mil. gl. c. 1. verb. ignorans. & ibi Dd. de controver. inv. do. & empt.* Cum itaq; Nobil. R. & K. O. oblatam ſibi inveſtituram bonorum, de quib. nulla eſt controverſia, recipere & fidelitatem præſtare recuſaverint, videtur dicendum, ipſos pœnam privationis horum bonorum incurriſſe, etiamſi ipſi ignorantia juris, vel alia craſſa & ſupina lapſi hanc inveſtituram recipere noluerint. 4

Quartò, pro hac ſententia confirmanda
facit, quod lata † culpa æquiparetur dolo in omnib. illis caſibus, in quibus non de pœna corporali, ſed de pœna pecuniaria agitur, *l. 1. §. 1. ff. ſi menſor falſum mod. dixer. l. quod Nerva. & ibi gl. & Bart. n. 20 ff. depoſ. l. ſi mulier. §. ſi heres. ff. ad SC. Trebell. l. 1. §. 1. & ibi Bart. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe juſſ. fue. l. magna negligentia, & ibi gl. & Alcia. ff de verb. ſignif. gl. l. in actionib. & ibi Bart. Alex. Iaſ. Dec. & Dd. ff. de in litem jurand.* Cum itaq; pœna privationis feudi ſit pœna pecuniaria, videtur dicendum, non tantùm illum vaſallum, qui per dolum, ſed etiam eum, qui per latam culpam inveſtituram oblatam recipere neglexit, feudum perdere. 5

Quintò,

Digitized by Google

6 Quintò, Error † juris non prodeſt in evitando illud damnum, quod initium à lucro habet, *gloſ. l. ſi duo. & ibi Imol. & Aret. ff. de acq. hæred. Ang. Imol. & Aretin. l. Clodius. de acq. hæred.* Cum itaq; veriſimile ſit, hæc feuda, de quibus hic agitur, originem à lucro traxiſſe, ſicut regulariter omnia feuda à lucro originem traxerunt, *c. 1. in princ. de feud. in vicem legis commiſſor.* videtur dicendum, Nobiles R. & K. O. propter non petitam inveſtituram à pœna privationis feudi ſe ignorantia juris excuſare non poſſe. Sicut hoc expreſsè, quod feudum, quod à lucro initium habuit, tenet ac decidit *Laur. Sylvan. in T. de recognitione feud. q. 64.*

7 Sextò, Dominus feudi † vaſallum, de parte feudi controverſi inveſtire non tenetur, etiamſi ille vaſallus aliud feudum non controverſum ab eodem domino haberet. Sicut hoc expreſsè atq; in ſpecie tradit *Iac. de Belviſ. Andr. de Iſern. Bald. & Matth. de Afflict. c. 1. de controverſ. inter vaſallum & Epiſcopum.* Cum itaque illa bona, quæ dominus feudi nova feuda eſſe allegavit, controverſa & fuerint & ſint, videtur dicendum, dominum feudi non fuiſſe obligatum Nobiles O. de dictis bonis inveſtire, & per conſequens ipſos, ſe contra pœnam aliorum bonorum propter non receptam inveſtituram ſæpius oblatam, juvare atque tueri non poſſe, ex illo capite, quod dominus feudi recuſavit, ipſos de bonis controverſis inveſtire.

8 Septimò, Si dominus † feudi contra vaſallum petentem inveſtituram ſive renovationem inveſtituræ excipiat, de felonia a vaſallo commiſſa, dominus feudi ipſum vaſallum inveſtire non cogitur, *Iac. de Belviſ. Andr. de Iſern. Bald. Alvarott. Præpoſ. & Matth. de Afflict. c. 1. §. inſuper. de probib. feud. alienat per Frider. Iacob. de S. Georg. verb. dictiq; vaſalli. num. 57. Zaſ. in tract. feud. 10. part. num. 78. & 79.* Cum itaque inter hoc, utrum feudum propter feloniam vaſalli, an verò propter generationem finitam, vel aliam cauſam, ad dominum feudi reverſum ſit, nulla ratio diverſitatis aſſignari poſſit, ſequitur, quod ſicut dominus feudi excipiens de felonia, à vaſallo perpetrata, vaſallum inveſtire non tenetur, ita quoq; nec illum dominum feudi vaſallum inveſtire cogi, qui contra vaſallum excipit, feudum ſibi apertum vel propter generationem finitam, vel ob aliam cauſam.

Octavò, Vaſallus propter non petitam inveſtituram † feudum amittit ipſo jure, 9 *Bald. c. 1. in pr. & ibi Præpoſ. num. 3. quo tempor. mil. Bald. conſ. 301. nu. 1. 2. & 3. conſ. 466. col. 2. lib. 1. & conſ. 439. eod. lib. Ioan. Calder. Rubr. de feud. conſ. 6. Ioan. de Ana. conſ. 32. & ibi Bologn. in add. Præpoſ. c. 1. in pr. quib. mod. feud. amitt. Felin. c. ex tenore. num. 17. & c. Rudolphus. num. 24. extr. de reſcript. Iacob. de S. Georg. verb. qui quidem inveſtiti. n. 62. Curt. in tract. feud. 4. part. nu. 155. in fin. Ang. conſ. 381. incip. illuſtriſſimus & magnificus.* Et hæc ſententia probari videtur per *text. c. 1. in pr. quæ fuit 1. cauſ.*

Namque cum textus ibi dicat, vaſallus, qui non petit inveſtituram intra annum & diem, feudum amittit, ex illo textu ſequitur, vaſallum non petentem inveſtituram, feudum ipſo jure amittere, eam ob cauſam, quia hoc verbum, *Amittit*, eſt verbum præſentis Temporis, & verba præ- 10
ſentis Temporis regulariter denotant, pœnam ipſo jure irrogari, *gl. l. ſi quis major. & ibi Bart. Bald. Salic. Paul. de Caſtr. & Dd. C. de tranſact. gl. l. 1. §. aſſiceretur, ne liceat potentioribus. gl. l. ſicut. ver. minimè. C. de milit. teſta. gl. l. ſi quis in tantam. ver. magnam. & ibi Bart. & Ang. C. unde vi. Bart. l. jubemus. §. ſanè. nu. 11. C. de SS. Eccleſ. Bart. auth. at qui ſemel. nu. 20. C. quomod & quando judex. Bald. l. 2. in add. q. 3. & ibi Salic. q. 3. C. de jur. emphyteu. Bald. cap. 1. §. ſi quis miles. verb. amittat. de feud. ſine culpa non amitt. Bald. conſ. 4. col. 3. lib. 1. Salic. l. cum poſteaquam. & ibi Iaſ. 3. notab. C. de pact. Alex. in addit. ad Bart. l. Imperator. ff. de jure fiſci. Felin. c. Rudolphus. ext. de reſcript. cum multis ſimilib. alleg. per Tiraquell. in tract. l. ſi unquam. verb. revertatur. num. 17. C. de revocand. donat.*

Similiter hæc ſententia probari videtur per textum, *c. 1. in princ. de Capitul. Corradi.* Quia in illo textu dicitur, vaſallus, qui inveſtituram non petit, feudum perdat. Quod † verbum, *Perdat*, eſt verbum latæ 11
ſententiæ, atque denotat pœnam ipſo jure irrogari, *gl. c. inolita 11. q. 1. Ang. conſ. 371. incip. hoc capite. Petr. de Anchor. inter Conſilia Calderin. conſ. 6. tit. de feudis. Barbat. conſ. 11. col. 8. lib. 2.* Eodem modo hanc ſententiam probare videtur, *text. c. 1. §. præterea ſi quis. de probibit. feud. alien. per Frider.*

Namque cum in illo textu dicatur, feudum amittat, & ad dominum redeat; ex illo textu videtur inferri, vaſallum non petentem inveſtituram intra tempus legitimum, ipſo jure feudum perdere: cum

quia ille textus utitur verbis *Amittat* & *Redeat*. Quod tùm verbum *Amittat*, *gl. l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de capit. diminut. Hoſtienſ. c. 1. in fine. extr. ne vices ſuas alteri. Bald. l. 1. col. 1. C. ſi ſecundò nupſerit. Abb. cap. cum in cunctis. §. fin. col. fin. extr. de elect. Abb. c. cum in quibuſdam. ante fin. extr. de pœnis. Præpoſ. c. 1. §. callidis. col. 2. de prohibit. feud. alienat. per Frider. arg. auth. licet. C. de Epiſcop. & Cleric.* quàm verbum *Redeat*, eſt verbum latæ ſententiæ, & denotat pœnam ipſo jure irrogari, *Ang. conſ. 371. col. fin.*

Tum, quia ille textus utitur duplici verbo futuri Temporis, videlicet verbo *Amittat*, & verbo *Redeat*. Et certum eſt,
12 quod verba futuri † Temporis geminata ſint latę ſententię, ac denotent ſententiam ipſo jure irrogari, *Bald. in tit. de pace conſtan. verſ. hoc quod nos. verb. cenſentur. Roman. ſing. 5. Roman repet. l. ſi. verò. §. de viro. 13. fallen. ff. ſolut. matr. Cornel. conſ. 67. col. 1. conſ. 208. col. pen. lib. 1. conſ. 59. col. 2. lib. 2. conſ. 208. col. pen. lib. 1. conſ. 59. col. 2. lib. 2. conſ. 86. col. 2. 93. col. pen. lib. 3. & conſ. 158. col. ult. lib. 4. Alexin addit. ad Bart. l. Imperator ff. de jure fiſci. Alex. conſ. 116. col. fin. lib. 6. Cæpoll. cautel. civil. conſ. 66. Curt. ſen. conſ. 3. & conſ. 9. Socin. conſ. 249. col. 10. lib. 2. & conſ. 101. col. 12. lib. 4. Præpoſ. c. 1. § callidis. col. 2. de prohibit. feud. alienat. per Frider. Præpoſ. c. quoniam. diſtinct. 19. Iaſ. l. 1. in princip. ff. de officio ejus cui man. eſt jurisdict. Iaſ. l. non dubium. 10. notab. C. de legib. Iaſ. l. cum poſtea quam. 3. notab. C. de pact. Felin. c. ult. extr. de offic. deleg. Dec. auth Caſſa. col. 1. C. de SS. Eccleſ. Hippol. conſ. 2 lib. 1. Caſtell. Cotta in memorab. incip. geminatio verborum. Curt. jun. l. mora. num. 95. ff. de jurisdict. omn. jud.*

Tum, quia hoc verbum, *Redeat*, partem reſpicit, & non exprimit, quod Judex
13 adiri debeat. Et multi Dd. tradidêre, † diſpoſitionem legis, quæ partem reſpicit nec exprimit, quod Judex adiri debeat, eſſe latæ ſententiæ, & donatare, pœnam ipſo jure irrogari, *Roman l. admonendi. col. pen. & ibi quoq; Raph. Fulgoſ. & Baptiſta Caccialupus in repetit. col. 3 verſ ex quo dicto inferunt. Curt. ſen. col. 9. verſ. 2. nota & Iaſ. in repetit. col. 3. verſ. eand. opin. tenet. ff. de jurejur.*

Et ſic ex prædictis videtur liquere, quod vaſallus propter inveſtituram non petitam, feudum ipſo jure amittat. Et cer-
14 ti juris eſt, quod in iis † caſibus, in quibus vaſallus feudum ipſo jure amittit, vaſallus ab hærede ſive ſucceſſore domini indiſtinctè feudo privari poſſit, etiamſi dominus de hac felonia toto tempore vitæ ſuæ conqueſtus non fuerit, *Præpoſit. c. 1. §. porrò. quæ fuit 1. cauſa. Bald. Præpoſ. & Matth. de Afflict. c. 1. §. inſuper de prohibit. feud. alienat. per Frider. Card. & Abb. c. fin. extr. de donatio. Paul. de Caſtr & Iaſ. l. omnimodò. in princ. C. de inoffic. teſtam. Iacob. de S. Georg. verb. dictiq; vaſalli. col. 13. Franc. Aretin. conſ. 24. incip. viſo & diligenter conſiderato. Bald. c. 1. de feud. ſine culpa non amitten. arg. gl. l. 3. §. quod autem, & ibi Dd. ff. quod quisq; jur. Bart. l. 1. ff. de privat. delict. Bart. l. ex judiciorum. ff. de accuſat. Bart. l. Imperatores. ff. de jure fiſci.*

Quare cùm in caſu noſtro R. & K. O. propter inveſtituram non petitam, ipſo jure feudo privati ſint, videtur dicendum, ipſos ab illuſtribus modernis Ducibus S. feudo privari poſſe, etiamſi pater ipſorum de hac re nullam controverſiam ſive querelam moviſſet.

Nonò, Si dominus † feudi de felonia 15
ſive delicto vaſalli ſaltem extra judicialiter conquaſtus fuerit, hæredi ſive ſucceſſori ipſius permittitur propter feloniam perpetratam vaſallo feudum auferre.

Tum, quia Dd. in ſimili tradunt, hæredi donatoris permitti, rem donatam propter ingratitudinem in donatorem commiſſam, donatario auferre, etiamſi donator de hac ingratitudine tantùm extra judicium conqueſtus fuiſſet. *Roman. conſ. 284. incip. triplici ex capite. in fin. Cornel. conſ. 58. incip. videtur primò dicendum. col. 7. lib. 3. Fran. Ripa repet l. fin. num. 208. C. de revocan. donat. arg. l. ſi maritus. la. 2. C. de donat. inter vir. & uxor.*

Tum, quia hæres mariti poteſt accuſare uxorem de adulterio, ſi de eo maritus vel in vita conqueſtus fuerit, vel propter adulterium uxorem de domo ſua expulerit, *Iacob. de Belviſ. §. quia verò plerimos. col. 8. auth. ne liceat mat. & aviæ. Alex. l. rei judicatæ col. 1. ff. ſolut. matr.*

Tum etiam, quia ſola præparatio querelæ revocandi feudum propter feloniam perpetratam, facit, ut hæc querela & ad hæredes & contra hæredes tranſeat, *Iacob. de S. Georg. dictiq; vaſalli. num. 53. Zaſ. in tr. feud. 10. part. num. 66.* Si itaque dominus feudi, ſaltem extra judicialiter vel conqueſtus fuiſſet, vel ſe ad conquerendum de felonia non petitæ inveſtituræ, videtur dicendum, hæredes domini dictos Nobiles O. propter inveſtituram non petitam feudo privare

vare poſſe, etiamſi dominus feudi vivus nullam querelam judicialem inſtituiſſet.

16 Decimò, querela † revocandi rem donatam propter ingratitudinem donatarii, datur ad ſimilitudinem inofficioſi teſtamenti, *Hoſtienſ. in ſumma de donatio. ad fin. Imola cap. final. extr. de donat. Salicet. l. final. C. ad leg. Iuliam. de adult.* uſque adeò, ut aliqui Dd. tradiderint, ſicut querela inofficioſi teſtamenti etiam non præparata in judicio vel extra, ad hæredes ſuos transmittitur, *l. ſi quis filium. C. de inoffic. teſtam.* ita quoque & querelam revocandi rem donatam propter ingratitudinem, etiam non præparatam, transmitti ad ſuos hæredes donatoris, *Franc. Ripa in repetit. l. fin. nu. 28. C. de revocand. donat.*

Ex quo ſequitur, cum querela revocandi feudum propter ingratitudinem ſive feloniam à vaſallo commiſſam, æquiparetur querela revocandi rem donatam propter ingratitudinem donatarii, *c. 1. §. ſed*

17 *quid, quæ fuit 1. cauſa.* atq; † diſpoſitum de uno ex æquiparatis, etiam in alio æquiparatorum locum habeat, *gloſſ. l. final. l. ſi quis ſervo, C. de furt.* Et querelam revocandi feudum propter ingratitudinem vaſalli etiam non præparatam, ad hæredes ſuos Domini, filios nempe transmitti, & per conſequens, cum in caſu noſtro illuſtri Duci P. filii hæredes & ſucceſſores feudi extiterint; videtur dicendum, ipſos filios Principis P. Nobiles O. propter inveſtituram non petitam feudo privare poſſe, etiamſi parens ipſorum non præparata hac querela deceſſiſſet.

Undecimo, in illis caſibus, in quibus

18 propter † feloniam præparatam non tantùm ipſe delinquens, ſed etiam hæres illius punitur contra hęredem propter feloniam a defuncto commiſſam, indiſtinctè agi poteſt, etiamſi vivo delinquente hæc querela neque mota neque præparata fuiſſet, *Laurent. Sylvan. in tit. de feud. recognitio. quaſt. 29. lib. 3. limita. 4.* Sed propter inveſtituram non petitam, non tantùm ipſe vaſallus, qui non petivit inveſtituram, ſed etiam filii atque agnati ipſius pœna privationis feudi puniuntur, *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de feud. in add. incip. directè tradit. Bald. c. 1. num. 3. verſ. item poteſt poni exemplum ſi vaſal. feud. privetur. Paul de Caſtr. l. patronum. §. adoptivum. ff. de in jus vocand. Alvarot. cap. 1. §. præterea ſi quis infeudatum. col. 1.* & ibi Ioan. Raynal. de prohibit. feud. alien. per Frideric. Odofred. in ſumma in Rubric. ad quos feud. revert. quand. amit. Alex. conſ. 10. num. 6. & 7. lib. 3. Curt. ſenior conſ. 47. col. 5. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. ver. qui quidem inveſtit. col. 12. verſ. rurſus quæro Socin. jun. conſ. 115 nu. 1. lib. 2. fac. id, quod tradit Bart. l. eum qui. num. 3. ff. de interdict. & releg. Alexand. conſ. 13. num. 16. lib. 6.*

Igitur videtur dicendum, dominum feudi contra hæredem vaſalli propter inveſtituram à vaſallo non petitam agere poſſe, etiamſi hæc actio, vivo vaſallo neque mota neque præparata fuiſſet. Et per conſequens, cum vaſallus & dominus ſint correlativa, & diſpoſitum de uno ex correlativis etiam in alio correlativorum locum habeat, *l. 1. & ibi Dd. C. de in jus. vocan. l. fin. & ibi Bart. Iaſ. & Dd. C. de indict. viduit. tollen. l. 1. & ibi Bart. C. de Cupreſſ. lib. 10.* Videtur dicendum, & hæredib. domin. feud. permitti contra vaſallum propter inveſtituram non petitam, ad pœnam privationis feudi agere, etiamſi hæc actio vivo domino neque mota neque præparata fuiſſet.

Duodecimò, jus † revocandi rem aliquam propter delictum, ad hæredes & contra hæredes etiam non præparatum indiſtinctè tranſit eo caſu, quando vel hoc jus competit propter pacta non ſervata, *Bald. & Salicet. l. final. C. de revoca. donatio.* vel, quando delictum commiſſum, propter quod jus revocandi competit; purgatur per actionem deſcendentem ex contractu, *Bart. l. 1. ff. de privatu delict. Angel §. non autem omnes, Inſtit. de perpetu. & tempor. actio.* Sed in noſtro caſu videtur hoc jus revocandi feudum propter Inveſtituram non petitam dari propter promiſſa non ſervata. Namque is, qui feudum recipit, quodammodo tacitè permittere videtur, quod velit inveſtituram petere, *arg. cap. 1. in princip. quo tempor. miles.* 19

Et ſimiliter videtur dicendum, hoc delictum inveſtituræ non petitæ purgari per actionem deſcendentem ex contractu condictionem nempe ex moribus. *Iaco. de Belviſ. & Alvarot. cap. 1. §. item qui domino, quæ fuit prima cauſa.* Quæ condictio abſque dubio ex contractu feudi deſcendit, *Bald. cap. 1. in princip. col. 3. de controverſ inveſtit. Bald. Rubr. ff de condict. ex lege. Angel. & Iaſon l. 1. ff. eod. tit. Iaſon in prælud. feudor.*

Igitur ſequi videtur, jus auferendi feudum vaſallo propter inveſtituram nonpetitam & ad hæredes & contra hæredes, tranſire, licet hoc jus motum vel præparatum non fuerit, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie tradit *Laur. Sylvan. in tract. de recognit. quæſt. 28.* Quinimò in fortioribus terminis tradunt aliqui, jus revocandi feudum alienatum propter feloniam, indiſtinctè tam ad hæredes quàm contra hæredes tranſire, *Andr. de Iſern. c. 1. in princip. quo tempor. mil. Andr. Barbat. c. fin. extr. de revocand. donatio.* Et licet hæc & ſimilia, quæ pro hac opinione adduci poſſent, prima fronte fortiter urgere videantur. Ego tamen his & ſimilibus rationibus non obſtantibus veriſſimum judico, Illuſtrem Principem & Dominum, Dominum P. Ducem S. obligatum fuiſſe dictos Nobiles R. & K. O. etiam de bonis controverſis inveſtire. Et cum prædictus Illuſtris Princeps recuſaverit R. & K. O. de bonis controverſis inveſtire, ipſos licitè recuſaſſe reliquorum bonorum inveſtituram recipere.

Namque certi juris eſt, quod non eò
20 caſu, quando † vaſallus aliud feudum propter feudi feudum controverſum à domino habet ſive poſſidet, dominus feudi teneatur atque obligatus ſit, vaſallum etiam de feudo controverſo inveſtire, prout hæc ſententia ſatis probatur per textum, *c. 1. de controver. inter vaſal. & Epiſc. c. 1. §. ſi inter. de alienat. feud. pater.* Et hos textus ita intelligit *gloſſ. in d. c. 1. ver. ſuo recto feudo. & ver. aliquid aliud. de controverſ. inter vaſall. & Epiſcop.*

Namq; gl. in dicto verbo ſuo recto feudo, intelligit rectum feudum, de quo ibi fit mentio, eſſe feudum controverſum, ut gl. in dicto verbo, aliquid aliud dicit, nota, ratione adjuncti illud admitti, quod alioquin non admitteretur. Quare cum *text. in d. c. 1. in fin. de controverſ. inter vaſall. & Epiſcop.* expreſsè dicat: Si conſtiterit vaſallum aliquid aliud præter id, de quo quæritur, ab eodem domino teneri pro feudo; tunc, quin ipſe debeat de ſuo recto feudo inveſtituram accipere, & fidelitatem jurare: & ſic ad principalem cauſam accedere non eſſe dubitandum.

Ex illa gl. juncto textu liquet, illam gloſſam velle dominum feudi cogi & obligatum eſſe vaſallum, qui aliud feudum propter feudum controverſum ab ea habet, etiam de feudo controverſo inveſtire,

Eandem ſententiam etiam amplectitur *Iacob. de Ardizo. in ſumm. tit. qualiter jura. deb. vaſall. ſub Rubr. de his, qui non debent jurare fidelitatem. Odofred. in ſumma. in tit. qui poſſ. de feud. cognoſc. Alvarot. Martin. Laudenſ. & Præpoſ. c. 1. de controverſ. inter vaſall. & Epiſcop. Alvarot. & Præpoſ. c. ſi inter. de alien. feud. pater. Zaſ. in tract. feud. 11. part. nu. 26. & 27.*

Et ſic ſatis liquet, hanc ſententiam, quæ vult, dominum feudi eo caſu, quo vaſallus aliud feudum præter feudum controverſum ab ipſo habet, obligatum eſſe, vaſallum etiam da feudo controverſo inveſtire, veriorem & communiorem eſſe eamq; ob cauſam illam ſententiam, & in judicando & in conſulendo ſequendam eſſe.

Clari enim juris eſt, communes opiniones Dd. & in judicando & in conſulendo ſequendas eſſe, *Bal. l. 1. arg. ill. text. ff. de ſenato. Abb. Felin. & Dec. c. 1. extr. de conſtit. Abb. c. novimus. arg. ill. text. extr. de verbor. ſignificat. Alex. conſ. 51. lib. 5. fac. text. l. 1. ff. de offic. Quæſtoris. l. athletas. in princ. ff. de his qui notan. infam.* Uſque adeò, ut is Judex, qui contra communem opinionem judicat, & imperitus præſumatur, *Alex. conſ 95. num. 6. lib. 2.* & faciat litem ſuam, & parti læſæ ad id, quod intereſt, condemnetur, *Bart. l. final. C. de pœna jud. qui mal jud. Ang. l. terminato. C. de fruct. & lit. expenſ. Abb. c. prudentiam. in princip. extr. de offic. deleg. c. 1. extr. de ſent, & re jud. Abb. c. 1. ext. de decimis. Petr. de Anchor. Clement. ne Romani de electio. Anton. de Butr. c. ex literis. el. 1. extr. de ſponſalib. Felin. c. 1. nu. 54. extr. de conſtitut. Iaſ. l. cum prolatis. ff. de ſent. & re judic.*

Cum itaque in caſu noſtro Nobiles O. præter bona controverſa multa alia bona ab eodem domino feudi habuerint, ſequitur, dominum feudi obligatum fuiſſe Nobiles O. non tantùm de illis bonis, quæ abſque controverſia fuerunt, ſed etiam de bonis controverſis inveſtire, & per conſequens, cum ducuimus feudi recuſaverit, ipſos Nobiles O. de bonis controverſis inveſtire, ipſos licitè & jure permittente recuſaſſe aliorum bonorum inveſtituram oblatam recipere.

Namq; cum dominus & vaſallus † ſint 21
correlativa, & diſpoſitum denuo ex correlativis, etiam in alio correlativorum locum habeat, *l. fin. & ibi Bart. Iaſ. & Dd. C. de indicta viduitat. tollen. l. 1. & ibi Bart. C. de Cupreſſ. lib. 10. l. fin. & ibi Bart. ff. de acceptel.*

gloſſ.

gloſ. c. 1. de conſeſ. lib. 6 gl. l. per intervallum. ff. de judic. receptum eſt, quod inter dominum & vaſallum æqualitas ſervari debeat, quodq; dominus vaſallo in omnibus vices reddere cogatur, atque ſtatutum in uno etiam in alio pariter ſtatutum cenſeatur, cap. 1. in fin. de form. fidelit. cap. de forma. & ibi gloſ. 22. quæſt. ult. c. 1. item qui domino. & ibi Matth. de Afflict. num. 19. ſi de feud. defunct. conten. c. 1. qual. dom. proprietate privet. gloſ. c. 1. §. fin. per quos fit inveſtitur. gloſ. pen. c. 1. §. fin. de prohibit. feud. alienat. per Frieder. Alex. conſ. 15. num. 4. lib. 5. Zaſ. in tract. feud. 2. part. num. 26.

Ideoque ſicut vaſallus non petens inveſtituram intra annum & diem, omne jus, quod in feudo habet, amittit, ita quoque & dominus feudi recuſans vaſallum petentem inveſtituram inveſtire, omne jus, quod in feudo habet, amittere debet, gloſ. cap. 1. §. fin. & Iacob. de Belviſ. Nicol. de Neapol. Bald. Alvarot. Præpoſit. Matth. de Afflict. & Dd. per quos fiat inveſtitur. Bald. c. 1. §. porrò. col. 1. quæ fuit prima cauſa. Alvarot. Præpoſ. & M. de Affl. c. 1. in pr. quo temp. mil. Alvar. c. 1. §. 1. eo. tit. Alvar. & Præpoſ. c. 1. §. domino, ſi de feudo defunct. content. Alvarot. c. 1. §. fœminam, col. 6. verſ. quæro ſubſequenter per quos fiat inveſtitura. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. quæ quidem inveſtitit. Guido Pap. deciſ. 168. M. de Afflict. deciſ. 165. & ſicut vaſallus privatur feudo, ſi domino juſtitiam non faciat, ita econtrà, ſi dominus vaſallo juſtitiam non fecerit, jure ſuo, quod in feudo habet, privatur, gloſ. c. 1. §. illud tamen. & ibi Dd. quæ fuit prima cauſa. & ſicut vaſallus permittens perire dominum feudi, omnem ejus gratiam perdit, ita quoque & dominus permittens perire vaſallum, omne jus vaſalli amittit, Bald. a. arg. ill. text. C. de infant. expoſit.

Similiter, ſicut vaſallus domino tenetur præſtare auxilium, eumq; in bello non relinquere; ita quoque & dominus vaſallo auxilium præſtare, eumq; non relinquere obligatus eſt, Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & promiſerunt. num. 29. & ſicut vaſallus dominum contra omnem hominem, etiam contra parentes filios & fratres adjuvare tenetur, ita quoque & dominus vaſallum contra omnem hominem etiam contra parentes, filios & fratres adjuvare tenetur. gl. & Dd. c. 1. §. contra omnes hic finit. lex. Pract. Papienſ. in form. libell. ad revocat. feu. num. 5. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. & promiſerunt. num. 15. Zaſ. in tr. feud. 7. part. num. 56. Eodem modo ſicut vaſallus dominum etiam injuſtè præliantem quoad defenſionem adjuvare tenetur, c. 1. in princip. hic finitur lex. ita quoq; & dominus vaſallum injuſte prælianteim quoad defenſionem adjuvare obſtrictus eſt, Bal. c. 1. §. conventicula; de pace. juram. firman. Afflict. deciſ. Neapolitan. 165. Et ſicut vaſallus in cauſa criminali non debet dominum accuſare: contra eum accuſatorem ſubornare: teſtimonium perhibere: advocare vel injuſtam ſententiam proferre, Alvarote. Præpoſit. & Matth. de Afflict. c. 1. §. ſed & qui delator quæ fuit prima cauſa. Curt. in tract. feud. 4. part. num. 62. uſq; ad num. 74. ita quoque & dominus feudi econverſò ab his omnibus abſtinere debet, Præpoſit. c. 1. de form. fidelitat.

Huc accedit, quod ſicut vaſallus abſtinere debet ab illicita conſuetudine cum uxore & filia domini, c. 1. §. 1. quib. mod. feud. amit. ita quoque & dominus feudi abſtinere debeat ab illicita conſuetudine cum uxore & filia vaſalli, Matth. de Afflict. deciſ. Neapolitan. 265. Et ſicut ſententiæ reſpectu feudi latæ contra vaſallum nocet domino, ita quoque & ſententia reſpectu feudi lata contra dominum, vaſallo præjudicet, Alex. repet. l. ſæpè. num. 109. ff. de re judicat. Afflict. deciſ. 396. num. 6.

Cum itaque inter dominum & vaſallum in omnibus & per omnia æqualitas ſervari debeat, ſequitur, ſi dominus feudi injuſtè recuſaverit vaſallum de omnibus bonis ſuis, & inter cætera de bonis controverſis inveſtire, ipſum vaſallum licitè & omni jure recuſare inveſtituram particularem de quibuſdam tantùm bonis ſibi à domino oblatam recipere.

Secundò, hanc ſententiam confirmat, Quia † nemo tenetur particularem ſolu- 22
tionem recipere, l. tutor. §. Lucius. ff. de uſuris. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. l. qui pignori. ff. de pignorib. Quod uſque adeò verum eſt, ut procedat, etiamſi ſolutio deberet fieri in diverſis rebus, dummodò tamen obligatio ex eadem cauſa deſcendat, l. 3. §. ſi reddita. ff. commodati. gl. l. eleganter. §. non ſolùm. ff. de dolo.

Similiter clari juris eſt, quod nemo teneatur particularem ſolutionem facere, l. Celſus. §. item Celſum. & ibi Bald. ff. ad exhiben. Aretin. l. ſcire debemus. col. 5. in fin. ff. de verb. ſignific. Iaſ. l. quidam exiſtimaverunt. n. 4. in fin.

in fin. ff. ſi cert. petat. Cum itaque in caſu noſtro dominus feudi obligatus fuerit, Nobiles O. non tantùm de feudis non controverſis, ſed etiam de feudis controverſis inveſtire, eaq; obligatio deſcenderit ex una eademq; cauſa. Quia videlicet dicti Nobiles O. aliqua feuda non controverſa poſſederunt, ſequitur, quod Nobiles O. particularem ſolutionem illius obligationis, particularem nempe inveſtituram recipere, optimo jure recuſare potuerint, eamq; ob cauſam in nullam pœnam vel privationis feudi vel ſimilem inciderunt. Namque id, quod lege permittente fit, nullam pœnam meretur, *l. Grachus. C. ad leg. Iul. de adult.*

23 Tertiò, nihil & † imperfectum æquiparantur, iſque, qui imperfectè aliquid facit, nihil feciſſe cenſetur, *l. 1. §. edere. & ibi Bart. Bald. Iaſ. & Dd. ff. de eden. l. cum Syllejan. & ibi Bald. Alex. Iaſ. & Dd. C. de his, quibus ut indig. Aym. Cravett. in tract. de antiquit. tempor. 3. part. §. vidimus. in genere num. 25.* Et is, qui unum ex pluribus requiſitis faceſe vel adimplere recuſat, nihil feciſſe vel impleviſſe intelligitur, *l. cum hi. §. ſed etſi non de omnibus ff. de tranſaction. c. quæ ipſis. & ibi gl. diſtinct. 38.* Quæ ſententia ex eo confirmatur; quod inſtrumenta vel acta minùs perfectè edita, nullam fidem nullamvè probationem faciant, *Bart. & Alex. Rubr. ff. oper. nov. nunc.* quodq; ſtante ſtatuto, ut omnia inſtrumenta lucrativa inſinuentur, ſi ſi pars tantùm inſtrumenti lucrativi & non totus ejus tenor inſinuatus fuerit, hoc inſtrumentum in nullo, etiam quoad partem inſinuatam fidem facere, *Bald. d. §. edere. arg. ill. text.*

Huc accedit, quod ſtante ſtatuto, quod laudum latum in abſentia, debeat notificari intra 10. dies, aliàs non valeat, ſi aliquid omiſſum ſit in illa notificatione, iſta notificatio non valeat in aliquo, *Bald. d. §. edere.* quodq; alibi tradit *Bald. in l. inutile. ff. de legib.* ubi inquit, Totum inſtrumentum debet legi non ſolùm ipſum, ſed etiam id, quod continuatur cum ipſo, non ergò ſufficit principium ſine fine, nec finis, ſine principio. Quam doctrinam refert atque ſequitur *Dec. c. 1. num. 62. extr. de probat.*

His adde, quod teſtis non plenè narrans factum, nihil probet, *gl. & Bald. l. Lucius. ff. de his, qui not. infam. Alex. conſ. 33. n. 21. lib. 3 & conſ. 94. num. 1. lib. 6. Iaſ. l. eleganter. in princ. num. 2. ff. de condict. indeb. Alex. l. 1. §. ſtipulanti. ff. de verbor. obligationib.* Quodq; teſtibus inſtrumentum neq; probari neq; reprobari poſſit, niſi illi teſtes de toto tenore Inſtrumenti, deq; omnib. contentis in illo Inſtrumento, *Bald. conſ. 21. incip. punctus quæſtionis vertentis. col. 2. lib. 4. Aym. Cravet. conſ 25. num. 18. lib. 1.* Cum itaque is, qui id, ad quod obligatus eſt, non integrè neque perfectè adimplere paratus eſt, perinde habeatur, atque ſi ipſe nihil adimplere vellet. Atque in caſu noſtro dominus feudi Illuſtris Princeps S. obligatus fuerit Nobiles O. tàm in bonis controverſis, quàm de bonis non controverſis inveſtire, ipſeq; Illuſtris Princeps recuſaverit ipſos de bonis controverſis inveſtire, & ſic non fuerit paratus toti obligationi ſatisfacere, ſequitur, in caſu noſtro perinde habendum, atque ſi Illuſtris Princeps S. dominus feudi ipſos Nobiles O. de nullis bonis inveſtire voluiſſet, & ipſos Nobiles O. de nullis bonis inveſtire voluiſſet, & ipſos Nobiles O. perinde extra omnem culpam eſſe, atque ſi dominus feudi ipſos de nullis bonis inveſtire voluiſſet.

Quartò, cum in noſtro caſu dominus feudi recuſaverit obligationem, qua ipſe Nobilibus O. fuit obſtrictus ad hoc; ut eos de bonis controverſis inveſtiret, ex ſua parte adimplere, ſequitur, Nobiles O. lege & jure permittente recuſaſſe etiam ex ſua parte obligationem, qua domino feudi obſtricti erant, adimplere. Quia clari juris eſt, quod † domino feudi non ſervanti fidem vaſallo, vel non adimplenti obli- 24 gationem ex parte ſua, vaſallus fidem ſervare vel obligationem ex parte ſua adimplere non teneatur, *gl. c. 1. ver. utilitatem. de nov. form. fidelit. Iaſ. l. cum proponas. la. 2. arg. ill. text. C. de pact. ſat. text. l. quæro. §. inter locatorem & ibi Bart. ff. locati. c. 3. & ibi Abb. & Felin. extr. de jureiur. c. ſicut. el. ult. & ibi Abb. extr. eod. tit. l. pollicitationem. C. de jure dotium. Imol. conſ. 15. conſ. 81. Roman. conſ. 158. & conſ. 244. Bald. conſ. 316. lib. 3. Alex. conſ. 32. col. fin. lib. 2. Alex. conſ. 103. col. 5. lib. 8.* Quod uſque adeò verum eſt, etiamſi dominus feudi datam fidem in minimo non adimpleverit, *Alex. l. in executione. §. item ſi ita. ff. de verbor. obligat. Dec. l. cum proponas. la. 2. num. 5. amplias. 4.* Quinimò etiam vaſallum, qui eo caſu, quo dominus ex parte ſua obligationem, qua vaſallo obſtrictus fuit, non adimplevit, obligationem ex ſua parte non adimplet, nihil contra fideli-

tatem

entem domino debitam delinquere, nec ullam pœnam mereri, ſatis ex eo probatur, quod Dd. tradunt, ſi duo inimici fecerint pacem & promiſſionem de non offendendo ſub pœna certa, eum, qui primò offendit, incidere in pœnam, alium verò poſtea licitè & impune eum, qui ipſum primò offendit, offendere poſſe, *Ioan. Andr. c. fruſtra. de reg. jur. in 6. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de treug. & pac. in pr. Bart. l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quad. paup. fec. dic. Bart. & Dd. l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. 2. Abb. c. bonæ memoria. cl. 1. extr. de electionib. idem c. 1. extr. de treug. & pac. & in c. quemadm. ext. de jurejuran. Bald. c. 3. extr. eo tit. Roman. conſ. 155. col. 2. conſ. 183. col. 1. & conſ. 258. Ioan. Anan. c. fin. in princ. extr. de adulter. Alex. conſ. 32. in fin lib. 2. & conſ. 115. lib. 4. Alex. Iaſ. & Dd. l. cum propoinas. la. 1. C. de pactis.*

25 Quintò, hæc ſententia ex eo confirmatur, quod Dd. communiter tradunt, † dominum feudi propter exceptionem feloniæ, quam ipſe vaſallo petenti inveſtituram opponit, vaſallo inveſtituram petitam denegare non poſſe, niſi vel hæc felonia ſit notoria, vel dominus feudi eam in continenti probare poſſit, *Iac. de Belviſ. And. de Iſer. Bal. Præpoſ. & M. de Afflict. c. 1 §. inſuper. de prohib. feud. alien. per Frid. Iac. de S. G. in tr. feud. verb. deniq; vaſalli promiſerunt. n. 17. Zaſ. in tr. feud. 10. part. n. 78. & 79.* Ex quo ſequitur ſimili modo, & propter exceptionem generationis finitæ dominum vaſallum inveſtituram petitam denegare non poſſe, niſi vel notorium ſit generationem finitam, vel dominus feudi hoc in continenti probare poſſit. Cum itaq; in caſu noſtro neq; notorium fuerit, generationem finitam, neq; domin⁹ feudi hoc in continenti probare potuerit, ſequitur, in caſu noſtro domin. feudi obligatum fuiſſe, Nob. O. de bonis controverſis inveſtire, & per conſequens, cum dom. feudi hoc recuſaverit, & ipſos Nob. O. & licitè & jure permittente recuſare potuiſſe, aliorum bonorum inveſtituram accipere.

26 Sextò, exceptio † feudi vel finiti, vel domino aperti vaſallo petenti inveſtituram objici non poteſt, eo caſu, quo vaſallus eſt in poſſeſſione feudi controverſi, *And. de Iſer. c. 1 §. inſuper. n. 60. de prohib feud. alien. per Frid.* Quare cum in caſu noſtro Nobiles O. ſint in poſſeſſione bonorum controverſorum, ſequitur, dominum feudi ipſis petentibus inveſtituram horum bonorum exceptione feudi vel finiti, vel aperti objicere, ac eo prætextu ipſis inveſtituram denegare nullo jure potuiſſe, & per conſeq. cum domin. feudi contra hoc deliquerit, Nob. O. licitè & jure permittente recuſare potuiſſe, aliorum bonorum inveſtituram ipſis a domino feudi oblatam recipere.

Septimò, vaſallo petenti renovationem inveſtituræ veteris, exceptio feudi aperti vel finiti objici non poſſit, & domin. feudi non obſtante hac exceptione vaſallum inveſtire cogitur, *Matt. de Afflict. c. 1. §. inſuper. n. 38. de prohib. feud. alien. per Frid.* Quare, cum in caſu noſtro Nobiles O. petaverint renovationem inveſtituræ antiquæ, ſequitur, dominum feudi finiti objeciſſe, eamq; ob cauſam & ipſos Nobiles O. licitè recuſaſſe aliorum bonorum inveſtituram recipere.

Octavò, non eſt expetendum illud, cujus eventus nihil operatur, *l. Iulianus. & ibi Iaſ. & Dd. ff. de condict. indeb. l. aliquando. §. fin. ff. ad SC. Vellejan.* Sed in caſu noſtro eventus ſive deciſio litis inſtitutæ vel controverſiæ motæ, nihil operatur, eam ob cauſam, quia utroque caſu ſive dominus feudi probet feudum finitum ſive non, dominus Nobiles O. de feudis controverſis inveſtire obligatus fuit. Igitur ſequitur, quod in caſu noſtro finis litis ſive controverſiæ expetendus non fuit, ſed quod dominus obligatus fuerit etiam petente lite ſive controverſiæ, Nobiles O. de bonis controverſis inveſtire.

Et quod domin. feudi obligat⁹ ſit, Nob. O. de bonis controverſis inveſtire, etiamſi ipſe dom. † feudi probet feuda controverſa propter generationem H. O. finitam ſibi apertra fuiſſe, ſatis ex eo probatur, quod 27
Dd. communiter tradunt, domin. feudi obligatum eſſe, feudum propter generationem finitam, ſibi apertum, agnatis vaſalli defuncti iterum concedere, ſicut hoc expreſsè atq; in ſpecie tradunt Dd. communiter *gl. Bart. & Ang. l. 1. §. permittitur arg. ill. text. ff. de aqu. quotid. & æſt. Bart. l. 1. ff. de privil. cred. Bart. Alex. & Fr. Aret. l. ſi mihi & Titio. in pr. ff. de verb. oblig. Bal. c. in præſentia. col. 4. extr. de probat. Bald. M. Laud. & Præpoſ. c. 1. quemad. feud. ad filiam pertineat. Bal. Rubr. ext. de appell. Bald. in cus. C. de locatione. Bal. in add. Spec. tit. de locat. col. 11. Bal. conſ. 351. lib. 1. Ang. conſ. 184. ex forma. col. pen. Ant. de Butr. & Gofred. c. 1 ext. de locat. Imol. c. 1. col. 4. ext. de feud. Imol. conſ. 27. conſ. 38. & conſ. 63. Cardin. Flor. c. penult. extr. de poſtu. Prælat. Panor. c. bona.*

el. 2. nu. 28. & ibi Card. Petr. de Anch. & Corſet. in add. Panor. ext. eo. tit. Petr. de Anch conſ. 134. conſ. 171. & conſ. 174. Raph. Fulgoſ. conſ. 4. conſ. 218. & conſ 220. Raph. Comenſ. conſ. 166. Roman l. 2. in princip. ff. ſolut. matrim. l. Prætor. §. final. ff de oper. nov. nunciat. repetit. Rubric. col. 15 ff. de arbitr. & conſ. 22. Martin Laudenſ. & Præpoſit. cap. 1. qual. feud. olim. Ioan. de Ana. conſ 84. col. 2. Paul. de Caſtro. conſil. 32. lib. 1. conſil. 159. & conſ. 417. lib 2. Alex conſ. 80. lib. 1. conſ. 93. lib. 2. conſ. 10. lib. 3 conſ. 83. & conſ. 161. lib. 7. Barbat. conſ. 22. Franc. Curt. ſenior conſil. 48. & conſil. 50. Curt. junior in tractat. feud. 1. part. 2. part. principal. quæſtio. 15. Socin. conſil. 99. num. 7. lib 1. Iaſon l. 2. num. 20. 21. 22. & 23. C. de jur. emphyteu. Iaſon l. final. num. 11. C. eo. tit. Iaſon. l. petens. num. 10. C. de pact. Dec. conſil. 78. conſil. 131. & conſil. 328. Card Ruin. conſil. 5. conſil. 45. conſil. 151. num. 16. conſil. 161. numer. 35. lib. 1. & conſ. 47. numer. 6. lib. 3. Matth de Afflict. deciſ. Neapolitan. 238. Hippolyt. de Marſil. ſingula 419. Nicolaus Everhard. in loc. legalib in loc à feudo ad Emphyteuſin. Gozad. in conſil 71. & conſ. 86. num. 23. Franc. Ripa l. 1 ff. de privileg. credit. & in tractat de peſte charta 48. num. 234. Andr. Tiraquell. in tractat de utroq; retract. in præfat. num. 41. Cardinal. Pariſ. conſ. 28. lib. 1. Socin. junior conſ. 109 num. 51. lib 2. & conſil. 9. lib. 3. Et licet quoad hanc deciſionem contrarium teneat *Immola l. ſi mihi & Titio. ff de verborum obligationib. Immola cap. penult. extr. de poſtul. Prælat. Roman conſil. 70 Barbat. c. 1. col. penult extr. de locatio. Matth. de Afflict. deciſ. Neapolitan. 292. num. 20.* Tamen præcedens opinio & verior, & æquior, & communis eſt.

Quæ ſententia procedit non tantùm, ſi agnati petentes renovationem feudi aperti domino ſint deſcendentes, ſed etiam ſi ipſi ſint tranſverſales vaſalli ultimi defuncti, *Roman. conſ. 22. Imola conſ. 27. & conſ. 38. Dec. conſ. 131. num. 3. Carol. Ruin. conſil. 45. num 8. conſ. 151. num. 18. lib. 1. Roland. à Vall. conſ. 3. num. 151.* Et licet in hoc contrarium teneat *Petr. de Anchor. conſil. 134. Ioan. Stephan. in tractat. de Grat. & expect. ſub tit. de mod. proviſivis poſt princip. Add. ad Abb. c. bonæ. el. 2. extr. de poſtulat. Prælat. Socin. jun. conſ. 9. num. 11. lib. 3.* Tamen præcedens opinio & verior & communior eſt, namque ab cauſam, & in conſulendo & in judicando ſequitur. Similiter hoc locum habet, etiamſi dominus feudi fudum ſibi apertum pro ſe retinere vellet. Namq; ipſe nihilominus cogitur agnatis ultimi vaſalli petentibus iterum hoc feudum concedere, *Dec. conſ. 131. num. 3. & conſ. 328. n. 6. Ruin. conſ. 151. num. 20. lib. 1.*

Et licet in hoc contrarium teneat *Abb. c. bonæ el. 2. n. 28 & ibi Corſet. in add ext. de poſtul. Prælat. Ripa l. 1. ff de privil. credit. Socin. jun. conſ. 9. n. 26. lib. 3.* Tamen præcedens ſententia melioribus & firmioribus rationibus nititur, eamq; ob cauſam ſequenda erit, *arg. l. 1. §. ſed neq;. ff. de veteri jur. enucl. c. Capellanus. extr. de ferijs.*

Et hoc, quod diximus, dominum feudi obligatum eſſe feudum ſibi apertum propter generationem finitam agnatis ultimi vaſalli petentibus iterum concedere, uſque adeò verum eſt, ut dominus feudi recuſans feudum ſibi apertum agnatis ultimi vaſalli rurſus concedere, ipſis gravem & atrocem injuriam inferre dicatur, eamq; ob cauſam ab ipſo ad ſuperiorem appellari poſſit, *Bart. & Franc. Ripa l. 1 ff. de privileg. cred. Bart. l. 1. §. permiſtum. ff de aqua quotidian. & æſtiv. Abb. c. bonæ. el. 2. num. 28. extr. de poſtulat. Prælat. Anchor. conſ 171. num. 6. Alex. conſ. 80. num. 11. lib. 1. & conſ. 161. num 2. lib. 7. Præpoſ. c. 1. quemadmodum feudum ad Fil. pertin. Iaſ l. 2. num. 21. C. de jure emphyteu. Dec. conſil. 131. num. 2. Ruin. conſil. 151. num. 16. lib. 1. conſil. 161. num. 35. lib. 1. Hippolyt. ſingul. 419. Nicolaus Everhard. in ſuis top. in loc. à feudo ad emphyteuſin.*

Nonò, vaſallus † qui propter quamcun- 28
que juſtam cauſam non petiit vel non recepit inveſtituram intra annum & diem à pœna privationis feudi excuſatur, *Alvarot. cap. 1. in princip. num. 4. quo tempor. miles. Dec. conſ. 144. Socin. junior conſil. 115. nu. 14. lib. 1. Laurent. Sylvan. in tract. de recognitio. feud. quæſt. 83.* Sed in noſtro caſu narratur Nobiles R. & H. O. propter juſtam cauſam, nempe propter metum amiſſionis bonorum noluiſſe recipere oblatam inveſtituram aliorum bonorum, igitur ſequitur, Nobiles O. in caſu noſtro, propter hoc, quod oblatam inveſtituram recipere noluerunt, feudo privari non poſſe. Et quod periculum amiſſionis bonorum ſit juſta cauſa vel non petendi inveſtituram vel non recipiendi inveſtituram oblatam, ſatis ex eo probatur, quod in ſimili legib. expreſſe cautum eſt, periculum vel mortis vel cruciatus corporis eſſe juſtam cauſam non petendi vel non recipiendi inveſtituram,

turam, *c. 1. in princ. & ibi Dd. quo tempor. mil. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud, verſ. qui quidem inveſtiti. num. 21. Zaſ. in tractat. feud. 7. part. num. 5. Laur. Sylvan. in tract. de recognitio feud. quæſt. 42. 50. & 62.*

29 Quare cum † pecunia ſive bona dicantur vita hominis, *gloſ. & Bald. l. Advocati. C. de advoc. diverſ. judicum.* Et metus amiſſionis bonorum æquiparetur metui mortis, *c. 2. & ibi gloſ. & Dd. extr. de his, quæ vi metus cauſ. fiunt.* Sequitur, & eum, qui propter metum amiſſionis bonorum vel inveſtituram non petiit, vel oblatam non recepit, perinde excuſari, ſicut excuſatur is, qui propter quamlibet aliam juſtam cauſam inveſtituram non petiit, vel oblatam non recepit. Et hoc, quod ipſi fuerint in periculo amittendi alia bona, ſi ipſi inveſtituram oblatam recepiſſent, Nobiles O indiciis & probationibus probare poſſunt.

Et hæc præſumptio adjuvatur ex eo, quod domin. feudi injuſtè recuſavit, ipſos de bonis controverſis inveſtire. Namque
30 dominus feudi † injuſtus in uno, etiam in alio injuſtus præſumitur, *Bald. c. 1. §. ſi qua controverſia. num. 3. de pac. conſtant.*

Decimò, pro hac ſententia confirmanda facit, quod ille dominus, qui non vult inveſtire vaſallum de recto feudo, de alio feudo cognoſcere non poteſt, quia injuſtus in uno, præſumitur injuſtus & ſuſpectus in alio, *Bald. Dec. §. ſi qua controverſia. num. 3. Prapoſ. c. 1. § ſi inter. de alien. feud. pater. Laur. Sylvan. in tr. de recognit. feud q. 30. & num. 2.*

31 Undecimò, † vaſallus propter non petitam inveſtituram non aliter feudo privari poteſt, niſi ipſe dolo malo non petierit inveſtituram, *c. 1. §. fin. de prohibit. feud. alien. per Loth. Bald. l. ſolennib. in fin. C. de rei vendic. Roland à Vall. conſ. 18. num. 18. Laur. Sylvan. in tract. de recog. feud. quæſt. 64. quæſt. 66. & q. 83.*

Ex quo ſequitur, quamlibet cauſam non tantùm juſtam, ſed etiam injuſtam excuſare vaſallum, qui inveſtituram vel non petiit vel non recepit, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie tradit *Dec. conſil. 690. n. 14.* Clari enim juris eſt, quamlibet cauſam etiam injuſtam à dolo excuſare, *l. igitur. verſ. & generaliter. ff. de lib. cauſ. gloſ. l. 1. in fin. ff. de abigeis. gloſ. l. plagij. la. & ibi Ang. C. ad l. Flavi. de plagiar. Bart l. 1. §. non aut. col. fin. verſ. ſi acceſſores. ff ſi quis teſtam lib eſſe juſſ. fuer. Bart. l. juſtè poſſidet. in fin. ff. de acquir. poſſeſ. Bald. l. noviſſimè. §. ſi quis compulſus. ff. quod falſo tutor. auth. Bald. l. criminis. C. qui accuſ. non poſ. Bald. l. qui non probaſſe. C. de calumniator. Bald. l. 1. C. de pen. Bald. conſ. 401. col. 2. lib. 1. conſ. 140. conſ. 345. conſ. 431. lib. 4. conſ. 58. ante finem lib. 5. Alberic. de Roſat. in parte Statutor. q. 30. Ang. l. fin. ff. ad leg. Iul. de adult. Angel. l. Prætor §. hac actione. ff. vi bon. rap. Card. Flor. Clem. 1. & ibi Pet. de Anchor. 2. notab. de ſepult. P. de Anch. conſ. 391. Ioan. de Ana. c. 2 de Cler. pugn. in duel. Paul. de Caſtr. conſ. 199. lib. 1. Roman. conſ. 224. Raph. Com. conſ. 234. Alex. l. qui Romæ. §. duo fratres. col. 9. ff. de verb. obligat. Alex. conſ. 37. conſ. 92. lib. 1. conſ. 75. lib. 5. conſ. 106. lib. 4. & conſ. 233. lib. 6. Corn. conſ. 7. conſ. 62. conſ. 257. conſ. 313. conſ. 329. lib. 1. conſ. 205. conſ. 211. conſ. 243. lib. 2. & conſ. 280. lib. 2. Socin. conſ. 188. lib. 1. Curt. ſenior conſ. 56. Curt. jun. conſ. 19. Iaſ. l. ſi quis id quod 8. notab. ff. de juriſdict. omn. jud. Iaſ. l. 1. §. fin. ff. ſi quis jus dicen. non obtemp. Dec. conſ. 178. & conſ. 192.*

Huc accedit, quod ubi requiritur dolus, non ſufficiat nimia credulitas, *Angel. l. mariti. §. plactiut. ff. ad leg. Iuliam. de adult.* Quodque quælibet credulitas etiam fatua excuſet à dolo & pœna, *argum. l. 1. in prin. ff de eo, per quem fac. fuit. Franc. Aretin. conſ. 80. incip. ſicut decet. col. 1. verſ. pro his.*

His adde, quod tàm temeritas, *Angel. l. Plagij. la. 2. C. ad l. Flav. de Plagiar.* quàm credulitas etiam beſtialis à dolo excuſet, *Immola l. ſi Inſula. ff. de verbor. obligationibus.* Pro hac ſententia confirmanda facit, quod quælibet tàm levis occaſio, *Bald. c. ſi qui teſtium. col. 1. extr. de teſtib.* quàm cauſa injuſta & beſtialis à dolo excuſet, *Socin. conſil. 103. incip. in has conſultatione. col. 7 lib. 1.*

Ad hanc ſententiam confirmandam adduci poteſt, quod † bona fides cauſetur 32
non ſolùm ex juſtis, ſed etiam ex injuſtis & temerariis rationibus, *Bald. l. 1. in fin. C. ubi cauſa ſtatus. Barbat. conſil. 18 lib. 2. conſil 45. col. 1. lib. 4. conſil. 67. lib. 2. & conſil. 51. lib. 4. Socin. conſil. 71. col. final. conſ. 38. col. 2. & conſil. 66. col. 8. lib. 3. Paulus de Caſtr. conſil. 98. ante finem lib. 2. Iaſon l. ſi quis id quod 8. notab. ff de juriſdict. omn. jud. Iaſ. l. ſi quis major. C de tranſact.*

Et cum lex expreſsè requirat, † do- 33
lum quoad pœnam privationis feudi propter inveſtituram non petitam, ergò cenſeo latam culpam ad hoc non ſufficere, ſicut hoc expreſsè decidit *Laurentius Sylvan in*

tract. de recognitio feud. quæſt. 66. Et probatur evidenti ratione.

Namque certum eſt, quod in illis caſibus, in quibus lex expreſsè dolum requirit, lata culpa non ſufficiat, etiamſi de pœna pecuniaria imponenda agatur, *gloſ. l. in lege. ff. ad l. Cornel. de Sicar. gloſ. l. 1. §. ſi quis. ff. nè vis fiat. gloſ. l. magna. & ibi Alciat. ff. de verbor. ſignificat. Bart. l. in princip. ff. de legib. Bart. l. quod. Nerva. num. 20. ff. depoſiti. Bald. conſ. 277. lib. 5. Abb conſ. 4. & conſ. 81. col 2. lib. 1. Ioan. de Ana. cap. Præsbyter. 1. notab. extr. de homicid. Hippolyt l. in lege. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Hippol. ſingul. 276.*

34 Similiter nec ignorantia † craſſa nec ſupina videtur ſufficere quoad hoc, ut vaſallus propter inveſtituram non petitam feudo privetur. Namque certum eſt, quod ignorantia etiam craſſa & ſupina à dolo excuſet, *Bald. conſil. 98. incip. ego præſuppono. ante finem lib. 3.* Et quoad propoſitum noſtrum, quod ignorantia etiam craſſa & ſupina patrocinetur vaſallo, ne ipſe propter inveſtituram non petitam feudo privari poſſit, expreſsè tradit *Laur. Sylvan. quæſt. 66.* Eodem modo & juris ignorantia excuſat vaſallum à pœna privationis feudi propter inveſtituram non petitam, ſicut hoc expreſsè tradit *Laurent. Sylvan. in tract. de recognitione in feudum. quæſt. 64.* & ſentit *Andr. de Iſern. cap. 1. in princip. & ibi Præpoſ. num. 12. quo tempor. miles. Matth. de Afflict. deciſio. 261.* quia ibi dicunt, vaſallum in regnum Siciliæ ex ignorantia juris non petentem inveſtituram, feudum non amittere: Eam ob cauſam, quia Rex eſt munificus & liberalis. Quæ ratio, cum non tantùm habeat locum in regno Siciliæ; ſed etiam in aliis locis dicendum & concludendum eſt, illam doctrinam non tantùm in regno Siciliæ, ſed etiam in aliis locis locum habere, *argum. gloſ. cap. 1. verb Italia. de temp. ordinat. lib. 6.* Et hæc ſententia evidenti ratione probatur. Namque clari juris eſt, quod ignorantia juris a dolo excuſet, *gloſ. l. Plagij. la 2. C ad leg. Flav. de Plagia. gloſ. final. l. 1. ff. de abigeat. gloſ. l. venditore. ff. de uſucap pro emptore. Petrus de Anchar. & Cardinal. Florent. Clem. 1. princip. de ſepultur. Paulus de Caſtr. conſil. 277. col. 2. conſil. 292. & conſ. 430. lib. 2. Ioan. de Platea. l. 1. in fin. C. ut dignitat. ordo ſervetur. lib. 12. Ioan. de Ana. cap. per tuas. col. 8. & ibi Felin. 3. notabil. extr. de Symonia. Dec. conſil. 87. col. 4. Alex.* *in addit. ad Bartol. l. Clodius. ff. de acquirit. hæred.*

Et ſic ex prædictis liquet, Nobiles [illegible] propter quamcunque cauſam & occaſionem etiam levem, temerariam, injuſtam, beſtialem, nec non etiam propter ignorantiam juris, item craſſam vel ſupinam, à pœna privationis feudi propter inveſtituram non petitam excuſari, nec ipſos feudo privari poſſe propter inveſtituram non petitam, vel oblatam non receptam, etiamſi illi fuiſſent in lata culpa.

Duodecimò, error † juris dubii à pœna privationis feudi propter inveſtituram non petitam vel non receptam excuſat, *Matth. de Afflict. cap. 1. in princip. quo tempore miles Laurentius Sylvan. in tractat. de recognit. feud. quæſt. 64.* 35

Eam ob cauſam, quia error juris dubii æquiparatur errori facti, *Anton. de Butr. Imol. Cardin. Florent. Petr. de Anchar. & Abbas c. cum dilectus. argum. illius text. extr. de conſuetud. Cardin. Florent. Clem. 1. quæſt. 4. de regularibus. Cardin. Clem. 1. §. ſane. 3. oppoſ. de uſuris. Cardin. Clem. 1. quæſt. 25. de rebus Eccleſ. non alien. Specul. tit. de expenſ. §. nunc videndum. col 1. Ioan. Andr. c. ut debitum. extr de appellationibus. Ioan. Andr. c. 1. de poſtulat. Prælator. lib. 6. Bald. in princip. ff. col. fin. verſ. ſextò dicunt. Angel. l. deſtitiſſe. ff. de judic. Ang. l. properandum. §. fin. autem alterutra. C. de judiciis. Ant. de Butr. c. de quarta. & ibi Abb. col. 3. extr. de præſcript. Imol. c. ſi diligenti. & ibi Abb. extr. eod. tit. Imol. rep. c. fin. col. fin. ext. d. tit. Abbas c. fin. 2. notab. extr. de conſtitut. Abb. c. dudum. col. 5. extr. de decimis. Roman. conſ. 123. col. 5. Alex. conſ. 92. col. fin. lib. 1. Corn. conſ. 290. col. 4. conſ. 328. in fin. lib. 1. conſ. 127. col. antepen. conſ. 147. col. 2. & conſ. 148. col. 3. lib 2. conſil. 151. lib. 38. & conſ. 189. lib. 4. Socin. conſ. 34. col. fin lib. 4.*

Et certi juris eſt, ignorantiam facti probabilem excuſare vaſallum à pœna privationis feudi, *gloſ. c. 1. in pr. verſ intra annum. & ibi Dd. quo tempore miles. Bald. l. fin. C. ſi penden. appell. mors interven. idem conſ. 428. lib. 1. & conſ. 361. lib. 3. Bal. c. in pr. de Capit. Corradi. Petr. de Anch conſ. 174. Sabarell. conſ. 126. col. 2. Iac. de Ardiz. in ſumma, quib. mod. feud. amitt. ſub Rubric. qua tempore currit annus, Cardin. c. 2. ext. de feud. Bald. Alvar. & Præpoſ. c. 1. in pr qua fuit prima cauſa. Alvarot. c. 1. §. fin. & ibi Præpoſ. & Dd. de prohib. feud. alienat. per Lothar. Alex. conſ. 79. n. 81. lib. 1. & conſ. 1. num. 4. lib. 2. Iacob. de S. Georg. verb. ita quod*

ipſi

Digitized by Google

ipſi inveſtiti. num. 14. & verb. qui quidem inveſtiti. num. 41. Curt. in tract. feud. 4. parte. nu. 54. Curt. jun. conſ. 142. Socin. jun. conſ. 115. num. 15. lib. 2. Cum itaq; illud jus, utrum dominus feudi teneatur vaſallum etiam de feudis controverſis inveſtire, eo caſu, quo ipſe vaſallus feuda alia non controverſa ab eodem modo poſſidet, dubium ſit: Imò Dd. magis communiter velint, dominum feudi obligatum, vaſallum hoc caſu de bonis controverſis inveſtire, ſequitur, vaſallum, qui hac opinione ductus bonorum controverſorum inveſtituram ſibi oblatam, recuſar recipere, ab eodem domino feudi, qui denegar ipſum inveſtire de bonis controverſis, à pœna privationis feudi excuſari.

Decimò tertiò, etiam unius Doctoris
36 excellenris opinio † à dolo excuſat, *Paul. de Anchor. Clem. ne Romani. in princip. de electio. Card. Clem. 2. de Magiſtris. Bald. auth. generaliter. C. de Epiſc. & Cler. Abb. c. calumnia. ext. de pœnis. Iaſ. l. properandum. § ſin autem alterutra. num. 8. C. de judicijs.* Quod præcipuè locum
37 habet in opinione gloſſæ, cujus † opinio eſt majoris autoritatis, quàm ullius alterius Doctoris, *Bart. l. ut vim. & ibi Iaſ. n. 34. ff. de juſt. & jur. Bald. l. cum hæreditas. C. depoſ. Ioan. Neviſ. in ſylv nuptial. lib. 5. n. 25.* Cum itaque Nobiles O. habeant pro ſe & opinionem gloſſæ, *in c. 1. de controv. inter vaſall. & Epiſcop.* quæ vult, dominum feudi obligatum eſſe, vaſallum etiam de bonis controverſis inveſtire eo caſu, quando is vaſallus alia feuda non controverſa ab eodem domino poſſidet.

Quam gloſſam ſuprà relatam Dd. magis communirer ſequuntur; & opinionem gloſſæ *in c. 1. §. inſuper. de prohibit. feud. alienat. per Frid.* quæ vult, vaſallo petenti inveſtituram exceptionem feudi vel finiti, vel domino aperti objici non poſſe, ſequitur, Nobiles O. & omni dolo caruiſſe, eamq; ob cauſam feudo privari non poſſe.

38 Decimò quartò, pro hac ſenrentia confirmanda facit illud, quod † vaſallus propter inveſtituram non petiram vel non receptam feudo privari debeat, & iniquum & odioſum eſſe, illudq; quantum fieri poteſt, reſtringendum, *Iaſ. conſ. 64. col. 4. lib. 3. conſ. 117. col. 8. lib. 4. Soc. jun. conſ. 115. n. 16. lib. 2.*

Decimò quintò, dominus cum vaſallis debet agere non tanquam cum infeſtis, ſed
39 benignè, & † æquitas in feudis ſervanda. quæ Nobiles O. illæſos conſervare debet, ſicut hoc in ſimili tradit *Bald. conſ. 419. lib. 1.* & refert atq; ſequitur *Socin. jun. conſ. 115. num. 15. lib. 2.*

Decimò ſextò, ſi dominus feudi de felo-
nia, quæ ipſum à vaſallo perpetrara in vita 40
ſua conqueſtus non fuerit, atq; contra vaſallum propter hanc non egerit ad pœnam privationis feudi, hæredi domini feudi non permittitur eam ob cauſam contra vaſallum agere ad pœnam privationis feudi, illumq; propter hanc feloniam feudo privare, *gl. c. 1. §. item ſi fidelis. verb. concubuerit. & ibi Bald. Alvarot. Præpoſ. & Matth. de Afflict. quibus mod. feud. amitt. gloſ. Bald. Alvarot. & Præpoſ. c. 1. §. porrò quæ fuit prima cauſa. gloſ. Andr. de Iſern. Bald. Alvarot. Præpoſ. & Matt. de Afflict. c. 1. §. inſuper. de proh. feud. alien. per Frid. gl. & Iaſ. l. omnimodò. in pr. arg. ill. text. C. de inoffic. teſtam. gloſ. & Bald. l. fin. C. de revoc. donat. gl. Ioan. Andr. & Abb. c. fin. extr. de donat Bald. l. 1. num. 31. ff. de rerum diviſ. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. dictiq; vaſalli. n. 31. Curt. in tract. feud. 4. part. n. 56. Zaſ. in tract. feud. in 10. part. nu. 76. Ioan. Andr. in add. ad Specul. tit. de feud. §. fin. Raph. Cum. conſ. 164. Alex. l. re judicat. in princip. ff. ſolut. matrim. Ioan. Rainal. c. 1. §. inſuper. de probib. feud. alien. per Frid. Laur. Sylvan. in tract. de recog. feud. q. 29.* Igitur ſequirur, etiam poſito ſed ramen non conceſſo, Nob. O. propter hoc, quod ipſi inveſtituram bonorum non controverſorum aliquoties oblaram recipere recuſaverunt, feloniam privatione feudi dignam contraxiſſent, cum ramen propter hanc feloniam Illuſtris Dux P. nullam actionem ad privatioonem feudi contra ipſos inſtituerir, hæredibus illius Illuſtris Ducis non permitti propter hanc feloniam contra Nobiles O. agere & illos eam ob cauſam feudo privare.

Er ſic per prædicta concludo, Illuſtrem Principem P. obligatum fuiſſe Nobiles O. non tantùm de bonis non controverſis, ſed etiam de bonis controverſis inveſtire, & cum Illuſtris Dux P. recuſaverit Nobiles O. de bonis controverſis inveſtire, ipſos ſimili modo licitè & jure permittente recuſaſſe bonorum non controverſorum inveſtituram, à prædicto Illuſtri Principe recipere.

Nec eam ob cauſam privationem feudi aliavè pœna affici poſſe: Et poſito, ipſos feloniam privatione feudi dignam perpetraſſe, cum tamen dominus feudi de hac felonia toto tempore vitæ ſuæ conqueſtus

non fuerit, hæredibus domini feudi non permitti propter hanc feloniam contra Nobiles O. agere.

Nec obſtant huic veriſſimæ deciſioni, ea, quæ pro rationibus dubitandi adducta
41 ſunt. Namq; ad illa † omnia facilis eſt reſponſio. Et ad primum & ſecundum argumentum contrarium reſpondeo, illa procedere, quando vaſallus dolo malo & abſque juſta cauſa vel negligit inveſtituram petere, vel inveſtituram oblatam recipere recuſat, ſed in noſtro caſu Nobiles R. & H. O. & omni dolo caruerunt, & ex juſta & legitima cauſa recuſaverunt oblatam inveſtituram recipere, ſicut hoc ſuprà docuimus. Igitur ſequitur, prima duo argumenta contraria nihil obſtare noſtræ ſententiæ.

Ad tertium argumentum contrarium reſpondeo; primò Nobiles O. non craſſa & ſupina ignorantia lapſos, ſed ex juſta & legitima cauſa recuſaſſe oblatam inveſtituram recipere, ſicut hoc in rationibus decidendi docuimus.

Secundò reſpondeo, errorem juris dubii abſque omni dubio non recipientem inveſtituram oblatam excuſare, quare cum illud jus, de quo in caſu noſtro agitur, ſit admodum dubium, imò Nobiles O. habeant pro ſe communem atque receptam Dd. ſententiam, ſequitur, illa, quæ in tertio argumento contrario dicta ſunt, noſtræ deciſioni nihil refragari.

Tertiò reſpondeo, veriorem eſſe il-
42 lam ſententiam, quod † vaſallus indiſtinctè a pœna privationis feudi per ignorantiam tàm juris, quam craſſam & ſupinam excuſetur.

Nec obſtat huic ſententiæ, *gloſ. cap. 1. §. ſimiliter. ver. ſciens. quibus modis feudum amitt. gloſ. cap. 1. ver. ignoranti. & ibi Dd. de controverſ. inter domin. & empt.*

Namque illæ gloſſæ loquuntur in delictis conſiſtentibus in faciendo, videlicet illo vaſallo, qui dominum feudi aſſiluit, vel qui feudum abſque conſenſo domini feudi vendidit, In noſtro autem caſu agitur de delicto conſiſtente in omittendo ſive negligendo, non petendo nempe inveſtituram, igitur ex illis gloſſis dicentibus ignorantiam tàm juris quàm craſſam atque ſupinam in delictis in faciendo conſiſtentibus, puniri, inferri non poteſt, ignorantiam juris vel craſſam & ſupinam puniri in delictis in omittendo conſiſtentibus: eam ob cauſam, quia delicta in faciendo conſiſtentia, ſunt longè & majora & graviora delictis in omittendo conſiſtenſtibus, *gloſ. Bald. Immola. Paul. Caſtrenſ. Alexand. Franciſc. Aretin. & Dd. ff. ſolut. matrimon. glo 1. l. 2. ff. ad Senatuscon. Syllejan. gloſ. l. ſi ſervum: ff. de verbor. obligationib. Bal. l. legis metus. ff. de legib. Bald. l. Imperator. lectur. 1. col. penult. ff. de ſtatu homin. Bald. l. 1. in prinsip. ff. de eo per quem factum fuit. & in l. omnes. col. 4. C. de decurio. lib. 10. Idemq́ in Rubr. extr. de treug. & pac. Petrus de Anthora in rep. c. peccatum. oppoſit. de reg. jur. lib. 6. Pet. de Auch. conſ. 158. & conſ. 411. Bald. l. 2. col. 2. & ibi Paulus de Caſtr. col. final. C. de libert. & cor. lib. Paulus de Caſtr. l. 1. C. de repudiand. bonor. poſſeſ. Roman. conſil. 330. col. final. Corn. conſil. 15. & conſil. 178. lib. 1. conſil. 38. col. penult. & conſil. 40. col. 2. lib. 2. Decius l. poſthum. col 5. C. de bonor. poſſeſ. contra tabul. Decius conſil. 37. col. 5. & conſil. 192. col. 2. Iaſ. authent. quirem. col. 2. C. de SS. Eccleſ. & l. 2. col. 4. & l. final. col. 33. C. de jur. emphyteu. Idem Iaſ. l. ſi quis §. ſi filius meus. ff. ſi quis cautio. Idemq́ in l. nemo. col 2. ff. de verb. obligat.*

Et certum eſt, de majori ad minus non procedere argumentum affirmativum *gloſ. cap. tum in cunctis. in princip. extr. de electio.* Similiter non obſtat nobis, *gloſ. cap. 1. in princ. quo tempor. miles.*

Namque licet illa gloſſa dicat craſſam & ſupinam ignorantiam non prodeſſe illi, qui inveſtituram intra tempus legitimum non petiit, tamen illa gloſſa manifeſtè falſa eſt, & refragatur textui expreſſo, in *d. cap. 1. §. final. de prohib. feud. alienat. per Lotha.* qui textus expreſſè requirit dolum, ad hoc, ut vaſallus propter inveſtituram non petitam feudo privetur: à quo dolo etiam craſſa & ſupina ignorantia excuſat. Ideoque hæc gloſſa nullo modo tenenda vel ſequenda eſt.

Namque clari juris eſt, quod neque gloſſæ neque communis Doctorum opinio, quæ vel lege non probatur, *Iaſon l. illam. C. de collatio.* vel lege aut firmis rationibus convincitur, ſequenda ſit, *l. 1. §. ſed neq́. C. de veter. jur. enucl. l. Æmilius. ff. de minoribus. c. Capellanus. & ibi Abb. extr. de feriis. Ioan. Andr. Abb. Felin. & Dec. cap. 1. extr. de conſtitut. Abb. c. prudentiam. in princip. extr. de offic. delegat. Abbas cap. extr. de cenſibus. Abbas c. ex literis. el. 1. ext. de ſponſalib. Abb. c. tuanos. ext. de uſur. Abb. conſ. 1. lib. 1. Bal. c. 1. §. judices. de pa. juramenti. firman. Alex. & Iaſon*

l. cum

l. eam prolatu. ff. de re judic. Iaſ. auth. noviſſima. num. 22. C. de inoffic teſtam. Dec. conſil. 23. num. 6. conſ. 259. num. 1. & conſ. 481. n. 12.

Eodem modo non obſtat noſtræ deciſioni opinio, *Math de Afflict. c. 1. in princip. quo tempore miles.* Namque Afflictus ibidem expreſsè dicit, errorem juris dubii excuſare non petentem inveſtituram. Et licet Afflictus ibidem velit, errorem juris non dubii non prodeſſe ei qui inveſtituram non petiit, tamen illa ſententia Matth. de Afflict. vera non eſt. Namque conſuetudinibus feudorum expreſsè cautum eſt, vaſallum propter inveſtituram non petitam non privari feudo, niſi ipſe fuerit in dolo, ſicut hoc ſuprà docuimus: & ſimili modo clari juris, quod quælibet ignorantia juris etiam non dubii a dolo excuſet, ſicut hoc tradunt Dd. communiter in rationibus decidendi citatis.

Ad quartum argumentum contrarium reſpondeo, illam regulam, quæ vult, in pœ-
43 nis † pecuniariis latam culpam dolo æquiparari, non procedere, quando lex vel Statutum expreſsè dolum requirit, ſicut hoc in rationibus decidendi latè docuimus. Quare, cum in caſu noſtro lex expreſsè dolum requirat, ad hoc, ut vaſallus propter inveſtituram non petitam feudo privari poſſit, ſequitur, hoc quartum argumentum contrarium nobis nihil obſtare.

Ad quintum argumentum contrarium reſpondeo, veriorem eſſe illorum
44 Dd. ſententiam, qui volunt † errorem etiam in illo damno, quod originem à lucro habet, prodeſſe, *l. quæ fideicommiſſum. & ibi gloſ. & Bart. ff. de legat. 2. Bart. l Clodius. ff. de acquir. hæred. Iaſon l. non amplius. §. 1. ff. de lega. 1. Iaſ. l final. C. de Codicill.* Quæ ſententia evidenti ratione probatur: namque certum eſt, quod amiſſio lucri jam radicati ſive jam acquiſiti, & damnum ſit, & damnum reputetur, *gloſ. l. 1. §. ſi quis autem propter inundationem. ff. de itiner. actuq. pri. gloſ. l. ſi quis uxori. §. penult. ff. de furt. Cyn & Bald. l. cum te ſponſæ. C de donatio. ante nupt. Bald. Angel. Iaſ. & Dd. l. non amplius. §. 1. ff. de lega. 1 Paul de Caſtr. l. 2. §. fin. & ibi Alex. ff. qui ſatiſdar. cogan. Imol. l. procluſ. ff. de damno infect. Alex. l. cum emptor. ff. leg. Falcid.*

Secundò reſpondeo, Bona feudalia de quibus in caſu noſtro agitur, non eſſe acquiſita titulo lucrativo, ſed oneroſo, ſicut hoc ſatis probatur, primo ex inſtrumento emptionis quorundam bonorum ſitorum in pago Z. Quia in iſto inſtrumento dicitur, bona illa eſſe vendita a N. B. Nobilibus O. Et licet illud Inſtrumentum ſit confectum inter Nobiles O. & N. B. tamen illud Inſtrumentum quoad emptionem ſive titulum oneroſum probandum, etiam contra Illuſtres Duces P. plenam fidem facere debet.

Clari enim juris eſt, † inſtrumentum 45
inter alias perſonas confectum quoad alium titulum plenè probare, *Bald Rubric. n. 6. de fide inſtrument. Iaſ. repet. l. admonendi. ff. de jurejur.*

Deinde hoc probatur ex inſtrumento inveſtituræ ab Illuſtri Duce B. factæ Nobilibus O. anno 1485.

Namque in illa inveſtitura dicitur,
Illuſtrem † Ducem B. Nobiles O. de illis bo- 46
nis, de quibus fit mentio, in iſto inſtrumento inveſtiviſſe propter ipſorum ſervitia & benemerita. Quæ aſſertio generalis meritorum ſive ſerviriorum inter perſonas non probibitas plenam fidem ſive probationem de meritis ſive ſervitiis facit, *Bart. l. ſi fortè ff. de caſtr. pecul. Iaſ. & Dec. l. ſi donatione. C. de collat. Iaſ. conſ. 154. lib. 2. Dec. conſil. 20. Ioan Petr. & Lancel. Dec. d. l. ſi donatione. Thom. Ferr. caut. 33 Fr. Ripa rep. l. ſi unquam, q. 15. de revoc. donat. Card. Pariſ. conſ. 73. nu. 63. 64. 65 & 66. lib. 1.*

Nec obſtat huic noſtræ ſententiæ, quod aliqui Dd. volunt, aſſertionem generalem non probare merita, *Oldrad. conſ. 5. Bald. l. illud. 4. quæſt. C. de SS. Eccleſ Paul. de Caſtr. conſil. 105. col 2. Socin. conſ. 295. lib. 2. Alex. l. ſi donatione. C. de collat. Dec. conſil. 366. nu. 10. Card. Ruin. conſ. 173. lib. 1. Tiraq. rep. l. ſi unquam. verb donatione largitus. num. 85. C. de revoc. donat.* Namque illorum Dd. ſententia procedit tantùm in illis actibus, quos quis liberè expedire non poteſt. Secus autem eſt in illis actibus, quos quis liberè expedire poteſt. Quare, cum Dux B. Nobiles O. liberè inveſtire potuiſſet de bonis feudalibus in illa inveſtitura contentis, etiamſi ipſi Nobiles O. nullum jus ante ipſum in illis bonis habuiſſent, ſequitur, aſſertionem generalem de meritis factam in caſu noſtro, plenam fidem facere.

Deinde quoque confeſſio generalis meritorum de meritis, etiam inter perſonas prohibitas, & in tali actu, qui non pendet ex libera voluntate confitentis, plenam fidem facit, quando illa confeſſio aliqua pro-

probabili præſumptione adjuvatur, *Decius d. l. ſi donationi. num. 31. Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. donatione largitus. num. 88. C. de revoc. donat. arg. ejus quod tradit Salicet. l. ſi mater. C. contrah. empt. Alex. conſ. 18. num. 2. lib. 3. Aymon Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. 1. parte. §. Præpoſ. num. 68.* præſertim ſi is, qui talem confeſſionem emiſit, ſit in magiſtratu poſitus, atque juriſdictionem habeat. Namque in magiſtratibus facientibus generalem mentionem de meritis facilius creditur, *Alber. & Alex. l. 1. in princip. ff. de offi. ejus cui mandata eſt juriſdict. Signorol. conſil. 104. incip. in quæſtione vertenti. col. final.* Sed in caſu noſtro hæc aſſertio generalis meritorum in inveſtiura poſita ſunt facta, & à magiſtratu, nempe à Duce P. & adjuvatur probabili conjectura eam ob cauſam, quæ poſt illam inveſtituram factam 75. anni elapſi ſunt.

47 Et certum eſt, curſum † longiſſimi temporis juſtam præſumptionem inducere, *Ang. Immbl. Raph. Cuman. & Alex. l. ſciendum, & ibi Iaſ. num. 16. ff. de verbor. obligat. Ang. Alex. & Iaſ. l. qui in aliena. verſ. ſed etſi non adierint. arg. ill. text. ff. de acq. hæred. Hoſtienſ. Ioan. Andr. Felin. & Dd. c. illud. extr. de præſumpt. Hoſtienſ Ioan. Andr. Felin. & Dd. c. Albericus. extr. de teſtib. Felin. c. ſicut. extr. de ſentent. præjud. cum ſimilibus allegatis per Aymon. Cravett. in tractat. de antiquit. temp. 3. part. §. 1.* Quæ ſententia etiam ex eo probatur, quod traditur, licet alioquin mandatum non præſumatur, mandatum tamen præſumi, ſi & in inſtrumento aliquo fuerit facta mentio de mandato & poſt illud inſtrumentum confectum, longiſſimum tempus elapſum fuerit, *Bald. conſ. 112. incip. quæritur, qui intelligantur. col 2. lib. 1. Cæpoll. conſ. 26. in ſecundo dubio. Dec. conſ. 36. col. 5. Godzad. conſ. 11. col 4. Purpurat. auth. ſi quis in aliquo. in fin. C. de edendo.* Quodq; verba enunciativa, quę alioquin plenam fidem non faciunt, in antiquis plenè probent, *Ant. de Butr. c. fin. extr. de ſucc. ab inteſt. idem Ant. de Butr. Clem. 1. de probat. & in Clem. ſummus Pontifex. de ſentent. excommun. Alex. conſ. 6. lib. 1. Alex. conſ. 72. lib. 4. & conſ. 90. lib. 6 Iaſ. l. ex his verbis. n. 2. limit. 4. & ibi Dec n. 24. C. de teſtam. mil.*

Igitur ſequitur, in caſu noſtro etiam generalem acceſſionem meritorum ſive ſervitiorum de meritis vel ſervitiis plenam fidem facere, & per conſequens, in caſu noſtro conceſſionem feudalem bonorum, de quibus in caſu noſtro agitur, ob merita præcedentia, & ſic non ex cauſa lucrativa, ſed ex cauſa oneroſa facta, eam ob cauſam, quia illud quod fit ob † merita ſive ſervitia pręcedentia, non intelligitur fieri ex cauſa lucrativa, ſed potiùs intelligitur fieri ex cauſa oneroſa, *l. Attilius Regulus. & ibi Bart. ff. de donat. l. ſed etſi. §. conſuluit. & ibi Bald ff. de petit. hæred. Bart. in superſcript. proœmij Digeſt. col. fin. Burt. l. per diverſas. nu. 14. c. mandati. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de inſtrument. editione. §. porrò. col. final. Alberic. in 1. parte ſtatu. quæſt. 122. cum multis ſimilibus allegatis. per Franc. Ripam in repet. l. ſi unquam. num. 29. 30. & 31. C. de revocan. donat. Tiraquell. d. l. ſi unquam. verb. revertatur. num. 11.* 48 Et ſic ex prædictis liquet, ea quæ in quinto argumento contrario dicta ſunt, nobis nihil refragari.

Ad ſextum argumentum contrarium reſpondeo, illorum Dd. opinionem, qui nolunt, † dominum feudi non cogi vaſallum de feudo controverſo inveſtire, eo caſu, quando is vaſallus aliud feudum ab eodem domino habet communiter, reprobatam eſſe, ſicut hoc in prima ratione decidendi docuimus, eamq; ob cauſam illorum Doctorum opinionem minimè ſequendam. 49

Ad ſeptimum argumentum contrarium reſpondeo, † primò illorum Dd. ſententiam 50 quæ vult, dominum feudi contra vaſallum excipientem de felonia non cogi ipſum vaſallum de feudo inveſtire, non procedere eo caſu, quando vel felonia allegata non eſt notoria, vel dominus de illa in continenti fidem facere non poteſt, prout Dd. expreſsè in locis ibidem citatis tradunt. Quare, cum in noſtro caſu neq; notorium fuerit, neq; dominus feudi in continenti probare potuerit, feuda controverſa per generationem finitam domino feudi aperta fuiſſet, ſequitur ea, quæ in ſeptimo argumento contrario dicta ſunt, nobis nihil refragari.

Secundò reſpondeo, ea, quæ in ſeptimo argumento contrario dicta ſunt, non habere locum, quando is, qui inveſtituram petit, eſt in ſucceſs. feudi controverſi,

Tertiò reſpondeo, ea, quæ in ſeptimo argumento contrario dicta ſunt, non procedere in vaſallo petente renovationem inveſtituræ veteris.

Quartò reſpondeo, ea quæ in ſeptimo argumento contrario dicuntur, non habere locum, quando dominus feudi de feudo

aperto

apetto petentem renovationem inveſtituræ, iterum inveſtire obligatus eſſet. Cum itaque in caſu noſtro & Nobiles O. ſint & in poſſeſſione feudorum controverſorum, & petant renovationem veteris inveſtituræ, & ultra hoc horum bonorum ſit illa conditio, ut dominus feudi obligatus eſſet illis Nobilibus O. iſta bona iterum in feudum concedere, etiam poſito illa bona ipſi domino aperta fuiſſe, ſequitur, domino feudi non licuiſſe ipſis petentibus inveſtituram horum bonorum objicere exceptionem feudi finiti.

Ad octavum argumentum contrarium reſpondeo, veriorem atq; communiorem
51 Dd. ſententiam eſſe, quod † vaſallus propter inveſtituram non petitam feudum nõ ipſo jure, ſed demum per ſententiam amittat, ſicut hoc expreſſè atq; in ſpecie tenet *And. de Iſer. c. 1. in pr. nu. 10. verb. damnetur. & ibi Alvar. in expoſ. text. verb. damnetur. & ibi Matt. de Afflict. n. 29. quo temp. miles. Paul. de Caſtr. conſ. 85. incip. quæſtio iſta vertitur. lib. 2. & conſ. 159. col. 2. Card. conſ. 74. col. 2. conſ. 92. col 4. & conſ. 128. col. fin. Signorol. de homod. conſ. 10. col. 3. Socin. conſ. 66. lib. 3. Guido Papæ deciſ. 164. Alvar. c. 1. §. fin. verſ. quæro. ſub ſeq. per quos inveſtitura fiat. Dec. conſ. 144. Rum. conſil. 37. col. 2. lib. 1. Alex. conſ. 29. lib. 1. & conſ. 92. in fin. lib. 6. Curt. jun conſ. 141. col. 4 in fin. M. de Afflict. c. 1. §. 1. 3. notab. de Capit. Corradi. Socin. jun. conſ. 115. nu 22. lib 2. Roland. à Vall. conſ. 18. Laur. Sylvan. in tr. de recog. feudi. q. 22.* Nec obſtat huic communi ſententiæ, quod text. *in c. 1. in pr. quæ fuit prima cauſa*, utatur verbo *Amittit*, & ſic
52 verbo præſentis Temporis. Quodq; † verbi præſentis Temporis ea natura ſit, ut denotet aliquid ipſo jure fieri. Namq; hoc non procedit, quando aliis legib. aliud declaratum reperitur, tunc n. verbum præſentis Temporis & naturam ſuam amittit, & ita interpretatur, ut denotet aliquid non ipſo jure ſed per ſententiam fieri, *gl. c. ſi quis. ext. de Cler. de vita & honeſtate Cler gl. 1. ſi quis ex Clericis. diſtinct. 23. Abb. c. 2. in fin. ext. de for. compet. Abb. c. ſi diligenti colum. 7. & ibi Imol. extr. eo. tit. Dec. l. 1. num. 4. C. de ſecundis nuptijs. Alciat. l. cum poſteaquam. C. de pact. Tiraquell. rep. l. ſi unquam. verb. revertatur. num 30. & 56. C. de revoc. donat.* Quare cum in caſu noſtro aliis capitulis conſuetudinum feudalium ſatis declaratum & ſancitum reperiatur, vaſallum propter inveſtituram non petitam, feudum non ipſo jure, ſed demum per ſententiam amittere, ſicut hoc ſatis probatur per textum *in c. 1. in princip. verb. damnetur, quo tempor. miles. & textus c. 1. in princ. verb. carebit, quæ fuit prima cauſa.* ſequitur hanc rationem contrariam nobis nihil obſtare.

Similiter nihil obſtat noſtræ ſententiæ, quod textus *in c. 1. in princ. de Capit. Corradi*, utatur verbo *Perdat*, quodq; verbi † 53
Perdat, illa natura ſit, ut denotet aliquid ipſo jure fieri. Namque contraria ſententia, quod verbum *Perdat*, non ſignificet aliquid ipſo jure fieri, ſed requirat ſententiam judicis & verior & communior eſt, ſicut hoc expreſſè atque in ſpecie tenet *gloſ. Hoſtienſ. Ioan. Andr. Immol. Panormitan. & Socin. cap ſi diligenti. extr. de foro compet. Archidiac. & Præpoſit. c. inolita. 11. quæſt. 1. Bart. l. 1. §. ſed & conſtitut. ff. de calum. Bald. l. 1. §. ſi pecun. ff. depoſ. Cardin. Florent. conſ. 74. & conſ. 123. Paul. de Caſtr. conſ. 84. col. final lib. 2. Roman. conſ. 262. ult. dub. Dom. conſ. 23. Belem. conſ. 9. Ioan. de Ana. conſ. 32.* Ideoque illa & in judicando & conſulendo ſequenda erit.

Eodem modo non obſtat huic ſentent. quod text. *c. 1. §. præterea ſi quis. de prob. feud. alien.* utatur verbo *Amittat*. Namq; & hoc verbum *Amittat*, ſecundum communem atq; receptam Dd ſententiam non denotet aliquid ipſo jure fieri, ſed ſententiam Judicis requirit, *gl. Petr de Bellapert. Bart. & Dd. l. ſi quis in tantam. C. unde vi. gloſ. l. ſi qua ex fœmina. & ibi Bald. C. de ſecund. nupt. gloſ. c. ſi quis diligenti. verb. cauſam perdant. poſt princip. ext. de for. comp. Archid. c. 2. poſt pr. de præſcrip. lib 6. Hoſtienſis. c. in quibuſdam. verb. amittant. & ibi Abb. col. fin. ext. de pœn. Hoſt c. de multa. col. 1. verb amitteret. extr de praben. Bart. l. Mævius. §. duob. col. fin. ff. de legat. 2. Bart. l. 1. col. 2. & ibi Ang. C de pœn. jud. qui malè judicavit. Bald. l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de capt. diminut. Cyn. auth. qui ſemel quæſt. 5. C. quomodo & quando jud. pet. Iacob. in tit. de condict. ex lege ſcripta. col. 1. Domin. conſ. 23. Abb. & Ioan. de Ana. c 1. extr. ne Prælati vices ſuas alteri. Immol. c. ſi diligenti. col 2 extr. de foro compet. Card. Flor. conſil 92. & conſ. 128. Raph. Comenſ. conſil. 165. Roman. conſ. 212. Bellem. conſ. 9. & conſ. 29. Franc. Ripa c. ſæpè. col. pen. extr. de reſtit ſpoliatorum.*

Idem eſt & in verbo *Redeat*. Namq; illud † 54
verbum ſecundum communem atque receptam Doctor. ſententiam, non eſt verbum directum ſed eſt verbum commune,

Bart. l. Centurio, num. 51. ff. de vulg. & pupil. Bald. l. fin. C. de SS. Eccleſ. Bald. c. ſi pater. & ibi Philip. Francus col. 31. de teſtament. lib. 6. Immola cap Raynutius, cart. a pen. & ibi Guilhel. Benedict. in recep verb. eidem impuberi ſuccederent. ex de teſtam. Angel. l. precibus, col. pen. & ibi Corneus C. de impub. & alijs ſubſtit.

Eamque ob cauſam illud verbum ita intelligendum, ut illud verbum denotet aliquid fieri non ipſo jure, ſed demum per ſententiam.

Clari enim juris eſt, quod verba communia in dubio ita interpretari debeant, ut denotent aliquid fieri non ipſo jure, ſed per ſententiam, *gloſ. c. in pœnit. & ibi Phil. Franc. de reg. jur. lib. 6 gloſ. c. cupientes. §. ſi verò. verba priventur de elect. lib 6. gloſ. c. 2. §. inhibemus. verb. annotetur. de hæret. lib. 6. gloſ. §. 1. verb imminere. authen. de inceſt nupt. gloſ. c. 1. verb. ſuſtinere. 2. quæſt. 3 Pet. Cyn. & Bald. l. quæ ex relationibus. in fine. C. de legib. per l. ſi quis in tantam. col. pen c. unde vi. Cyn l in crimine. C. de jurisdict. omn. judic. Cyn. & Bald. authen. qui ſemel. C. quomodo & quando judex. Ioan. Andr. c 2. de hæret. lib. 6. Bart. l. Mævius. §. duobus. col. fin ff. de legat. 2. Bald. l. c. 2. oppoſ. & ibi Iacob. de S. Georg. 2. notab. c. ne liceat potentior. Bald. conſ. 301. col. 1. lib. 1. Anton. de Butrig. Immol. Abb & Franc. Aretin. c. ſi diligenti. extr. de foro compet. Alex. conſ. 103. & conſ. 124. lib 1. Iaſ. l rem quæ nobis. col. pen. ff. de acquir. poſſeſ. Dec. conſ. 166. col. 2. Dec. l. cum poſteaquam. C. de pact.* Et ſic liquet, ea quæ de verbo *Amittet*, & verbo *Redeat*, dicta ſunt, nihil nobis obſtare.

Præterea, non obſtat noſtræ ſententiæ, quod text. *in d. §. ſi quis*, utatur duplici
55 verbo † futuri Temporis, videlicet verbo, *Amittat* & *Redeat*. Quodq; illius legis, quæ utitur duplici verbo futuri Temporis, illa natura ſit, ut denotet aliquid ipſo jure fieri. Namque hoc non procedit, quando aliis legibus aliud ſancitum ſive declaratum reperitur, ſicut hoc ſatis probatur ex eo, quod in ſimili traditur, hoc verbum præſentis vel præteriti Temporis, denotet aliquid ipſo jure fieri. Hoc tamen non procedere eo caſu, quando aliis legibus aliud declaratum ſive ſancitum reperitur, *gloſ. d. c. ſi quis ex Cleric. & ibi Immol. extr. de vita honeſt. Cler. cum ſimilibus alleg. ſuprà.* Cum itaque in caſu noſtro per textum *in cap. 1. in princip. quo tempor. miles.* ſatis declaratum reperiatur, quod vaſallus propter inveſtituram non petitam feudum non ipſo jure, ſed demum per ſententiam amittat, ſequitur, ea quæ de geminatione verbi futuri Temporis a Dd. traduntur, nihil nobis refragari.

Deinde quoque nihil refragatur no-
ſtræ ſententiæ, quod verbum † *Redeat*, 56
partem & non judicem reſpiciat. Quodq; illa verba, quæ non judicem ſed partem reſpiciunt, denotent aliquid ipſo jure fieri. Namque reſpondeo primò, negando hoc verbum recipere partem: imò, cum hoc verbum ſit commune, illud tàm partem quam judicem reſpicere poteſt: ideoque illud ita interpretandum, ut potiùs judicem quàm partem reſpiciat, uſque denotet aliquid fieri potiùs per ſententiam, quam ipſo jure, ſicut hoc ſatis patet ex proximè dictis.

Secundò reſpondeo, etiam verba, quæ partem reſpiciunt, non ipſo jure aliquid fieri, ſed ſententiam requiri, denotare eo caſu, quando in aliis legibus hoc ita declaratum ſive ſancitum eſſe reperitur: ſicut hoc ſatis probatur per id, quod proximè diximus de verbis præſentis & præteriti Temporis.

Et ſic per prædicta liquet, quod non obſtantibus illis, quæ pro contraria ſententia dicta ſunt, verior & communior communis Dd. ſententia ſit, quæ vult, vaſallum propter inveſtituram non petitam feudum non ipſo jure ſed demum per ſententiam amittere.

Cum itaque in omnibus illis caſibus,
in quibus vaſallus propter † feloniam per- 57
petratam feudum non ipſo jure ſed demum per ſententiam amittit, hæredibus domini non permittatur propter feloniam vaſallum feudo privare, ſi is dominus propter quem felonia commiſſa fuit, de hac felonia toto tempore vitæ ſuæ conqueſtus non fuerit, atque Illuſtris Dux P. de hac prætenſa felonia toto tempore vitæ ſuæ conqueſtus non ſit: Sequitur, hæredibus Illuſtris Ducis P. non permitti Nobiles O. propter inveſtituram non petitam feudo privare, etiamſi Nobiles O. pro hoc, quod ipſi inveſtituram oblatam recipere noluerunt, commiſiſſent feloniam privatione dignam.

Quinimò, multi Doctores voluerunt, etiam in illis caſibus, in quibus vaſallus propter feloniam ipſo jure feudum amit-
tit, † hæredem domini propter feloniam 58
commiſſam vaſallum feudo privari non

poſſe,

poſſe, ſi dominus deceſſerit, antequam vaſallus propter illam feloniam per ſententiam feudo privatus fuerit, *Bald. l. fin. & ibi Franc. Ripa in repet. num. 237. C. de revoc. donat. Petr. de Anchor. c. 2. col. final. de confeſſis. lib. 6. Iaſ. l. 3. §. quod autem. ff. quod quisq; jur. Curt. in tract. feud. 4. part. q pen.* eam ob cauſam, quia in illis caſibus, in quibus vaſallus ipſo jure feudum amittit, ſaltem ad hoc, ut vaſallus feudo privari poſſit, ſententia declaratoria requiritur, *Andr. de Iſern. Alvarott. Præpoſ. & Matth. de Afflict. num. 29. quo tempore miles. Bald. Alvarot. Præpoſ. & Matth. de Afflict. c. 1. §. 1. quibus modu feud. amittat. Bald. c. quæ in Eccleſ. extr. de conſtitut. Bald. authent. qui ſemel. C. quomodo & quando judex. Cardin. Florent. conſ. 127. Alex. conſ. 103. & conſil. 124. lib. 1. Iacob. de S. Georg. verb. & promiſerunt. num. 32. Felin. c. Rudolphus. extr. de reſcript. Felin. cap. cum non ab homine. extr. de judiciis. Iaſ. l. 3. §. quod autem. num. 5. ff. quod quisq; juris. Curt. in tract. feud. 4. part. num. 155. & 156. Zaſ. in tract. feud. 10 part. num. 53. Cardin. Pariſ. conſ. 1. & conſ. 101. lib. 1.*

Et certi juris eſt, quod in illis caſibus, in quibus ſententia declarativa requiritur, pœna ante ſeotentiam declaratoriam latam, ad hæredes non tranſeat, *l. ejus qui delatorem. & ibi Bart. ff. de jure fiſci.*

Deinde pro hac ſententia Dd. adducunt, quod etiam in illis caſibua, in quibus vaſallus ipſo jure feudo privatur, vaſallus non aliter feudo privetur, niſi dominus & velit & declaret, ſe velle vaſallum feudo privatum, illudq; feudum petat, *Bald. l. fin. C. de revoc. donat. Ioan. de Imol. c. fin. extr. eod. Bald. conſ. 302. lib. 1. Alex. conſ. 79. num. 13. conſ. 103. num. 6. lib. 1. & conſ. 173. nu. 7. lib. 2. Dec. conſil. 135. num. 5. & conſ. 185. num 9. Iaſ. l. omnimodò. in princip. num. 10. C. de inoffic. teſtament. Iaſ. l. 2. num. 8. arg. illius text. C. de jure emphyteu. Iaſ. l. poſthum. num. 25. C. de bonorum poſſeß. contra tabul. Iacob de S. Georg. verb. qui quidem inveſtiti. num. 42. Curt. in tract. feud. 4. part. num. 156.* Quod jus declarandi voluntatem defuncti, regulariter ad hæredes non tranſit, *gloß. & Bart. l. idem Pomponius. §. fin. de rei vend. gloß. Bart. Alex. & Iaſ. l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verb. obligat. Bart. Bald. & Angel. l. ſi quis intentionem. ff. de judic. Bald. & Dd. l. ſi quis à filio. §. ſi quis plures. ff. de legat. Iaſ. l. centeſimis. §. fin. argum. illius textus. ff. de verb. obligat.*

Igitur videtur dicendum, hæredi domini feudi non permitti vaſallum propter feloniam contra dominum feudi defunctum, commiſſam, feudo privare, etiam in illis caſibus, in quibus vaſallus propter feloniam feudum ipſo jure amittit, ſi ipſe dominus feudi, contra quem felonia commiſſa fuit, deceſſerit, antequam ipſe declaret, ſe velle vaſallum propter feloniam perpetratam feudo privatum eſſe. Et per conſequens, cum Illuſtris Dux P. in vita ſua non declaraverit, ſe velle, ut Nobiles O. propter inveſtituram oon acceptam feudo ſint privati.

Sequitur, hæredibus Ducis P. non permitti Nobiles O. propter inveſtituram non acceptam feudo privare, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, Nobiles O. per hoc, quod ipſi inveſtituram oblatam recipere recuſaverunt, & feloniam privatione feudi dignam perpetraſſe, & hanc feloniam illius naturæ eſſe, ut propter illam vaſallus feudum ipſo jure amittat.

Ad nonum argumentum contrarium
reſpondeo, hæredi ſive ſucceſſori † domi- 59
ni non permitti, vaſallum propter talem feloniam contra dominum feudi perpetratam, propter quam vaſallus feudum non ipſo jure, ſed demum per ſententiam amittit, feudo privari, niſi dominus feudi contra vaſallum propter hanc feloniam contra vaſallum egerit, & litem conteſtatus fuerit. Nec hoc caſu ſufficere, quod dominus feudi, vel extra judicium conqueſtus fuit de illa felonia perpetrata, vel ſe præparárit ad agendum contra vaſallum propter hanc feloniam.

Namque certum eſt, hanc actionem quæ competit domino feudi propter feloniam perpetratam, competere ad meram viodictam, eam ob cauſam, quia illa actio datur tantùm ad pœnam nollo habito reſpectu damni vel intereſſe.

Et certum eſt, illam actionem quæ
competit ad pœnam nullo habito reſpectu
ad damnum vel intereſſe ad † vindictam 60
tantùm competere, *gloß. l. pro hærede. §. fin. & ibi Angel. Iaſ. & Dd. ff. de acquir. hæredi. gloß. l. cum emancipati. §. emancipatus ff. de collationibus. Bart. l. Prætor edixit. §. 1. ff de injur. Bart. l. 1. C. quando actio civilis criminali præjudicet. Alex. l. pœnales. num. 4. ff ad leg. Falcid. Salicet. l. qui ſepulchra. C. de ſepul. viol.*

Quare, cum actiones competentes
ad † vindictam non aliter ad hæredem 61
tranſeant niſi lite conteſtata, nec ſufficiat in

iis,

iis, vel extra judicium quæſtionem motam vel præparamenta ad agendum facta, *§. non autem omnes. & ibi Ioan. Fab. & Angel num. 9. Inſtit de perpet. & temporal. actionib. l. 1. §. hæredem. & ibi Bart. ff. de privat. delict. l. ſi eum. §. qui injur. & ibi Iaſon & Dd. ff. ſi quis caution Bald. l. 1. num 12. C. ex delict. defunctorum. Alex d. l. pœnales. num. 4.*

Igitur ſequitur, hanc actionem competentem domino feudi ad privationem feudi propter feloniam à vaſallo perpetratam, non aliter ad hæredes tranſire, niſi in illa actione fuerit lis conteſtata à defuncto, nec ſufficere, quod dominus feudi de hac felonia vel extra judicium conqueſtus fuit, vel ſe præparavit ad agendum contra vaſallum.

Nec obſtat huic ſententiæ, quod Do-
ctores citati in nono argumento contrario
62 concludunt, ſi † dominus feudi ſe præpa-
ravit ad agendum contra vaſallum ob fe-
loniam commiſſam, hæredi ipſius domini
permitti vaſallum propter feloniam commiſſam feudo privare. Item, quod hæredi donatoris permittatur donatarium propter ingratitudinem contra donatorem commiſſum re donata privare, ſi donator ſaltem extra judicium de illa ingratitudine conqueſtus fuiſſet, necnon, quod hæredi mariti permittatur, uxorem de adulterio accuſare, ſi de eo maritus vel in vita conqueſtus fuerit, vel propter adulterium uxorem de domo ſua extruſerit.

Namque hæ deciſiones videntur planæ falſæ, cum illæ actiones omnes ad vindictam tendant, eamq; ob cauſam illæ deciſiones nullo modo ſequendæ, juxta textum *l. 1. §. ſed neq. C. de veteri jure enucl.*

Ad decimum argumentum contra-
rium reſpondeo, licet Doctores relati in
63 illo argumento contrario † velint, illam
actionem, quæ competit donatori propter ingratitudinem donatarii æquiparari querelæ inofficioſi teſtam. Tamen illorum Doctorum ſententiam veram non eſſe. Namque actio competens donatori contra donatarium propter ingratitudinem commiſſam competit propter ingratitudinem donatarii ad ſolam vindictam nullo habito reſpectu ad damnum vel intereſſe.

Querela verò inofficioſi teſtamenti competit filio non ad meram vindictam, ſed tantùm ad hoc, ut ipſe hæres patris efficiatur, tum ad conſequendam portionem hæreditatis ſibi à patre debitam, quod filio omni jure tàm naturali quàm civili debetur, *§. præcipuum itaq. authent. de hæred. & Falcid. l. ſi emancipati. & ibi Iaſ. lib. 4. C de juris & facti ignorant. l. final. §. Senat. perpet. C. de Curat. furioſi. l. in ſuis. & ibi Iaſ. & Dd. C. de liber. & poſth. gl. l. 1. §. ſi ut ſe abſtineant.*

Igitur ſequitur, quod de una actione
ad aliam argui non poſſit. Namque certi
juris eſt, argumentum ab † æquiparatis 64
non procedere nec locum habere, niſi illa
in omnibus & per omnia conveniant, *Mathesil. in tract. extenſ. col. 6. Iaſ. authent. quas actiones. num. 19. C. de SS. Eccleſ.*

Ad undecimum argumentum con-
trarium reſpondeo, veriorem eſſe illorum
Doctorum ſententiam, qui nolunt † ne- 65
que negligentiam petendi inveſtituram
neque aliam feloniam in omittendo conſiſtentem à vaſallo commiſſam, hæredi ipſius vaſalli nocere, ſicut hòc expreſsè tradunt *Andr. de Iſern. cap. 1. in princip. & ibi Alvarott. & Præpoſ. num. 15. quo tempore miles. Andr. de Iſern. cap. 1. §. final. & ibi Alvarot. concluſ. 20. & Præpoſ. num. 4. quæ fuit prima cauſa. Alvarot. cap. 1. §. domino, ſi de feudo fuerit. controverſia. Andr. de Iſern. cap. 1. qualiter dominus proprietate feudi privetur. Martin. Laudenſ. l. Imperialis. §. præterea ſi quis. de probibit. feud. alienat. per Frider. Socin. conſ. 66. nu. 18. lib. 3. Matth. de Afflict. cap. 1. col. 2. quo tempore miles. Curt. in tractat. feud. 5. parte. num. 12.*

Et hæc ſententia confirmatur evidenti ratione. Namque actiones deſcendentes ex delicto in omittendo ſive in negligendo conſiſtente, non ita ad hæredes tranſeunt, ſicut illæ actiones ad hæredes tranſeunt, quæ deſcendunt ex delictis faciendo conſiſtentibus, *Ioan. Fab. §. non autem omnes. Inſtit. de perpet. & temporal. actionibus. Tiraquell. in tractat. de pœn. cauſ. 44. num. 26.*

Igitur ſequitur, ea, quæ in undecimo argumento contrario dicta ſunt, nobis nihil obſtare: Secundò reſpondeo, opinionem *Laurentij Sylvani* tantùm procedere in illis caſibus, in quibus hæres propter delictum defuncti punitur, ipſo jure, ſecus autem eſt in illis caſibus, in quibus hæres propter delictum defuncti non ipſo jure, ſed demum vel ſententia lata vel lite contra defunctum conteſtata punitur, ſicut hoc evenit in illis actionibus, quæ ad veram vindictam competunt.

Namque in illis propter delictum defuncti hæres puniri nequit, niſi lite contra defun-

defunctum conteſtata, ſicut hoc ſuprà docuimus. Et ſi aliter intelligeremus opinionem *Laurent. Sylvani*, ipſius opinio nonmodò lege nulla probaretur, ſed legibus expreſſis reſtringeretur, ideoque illius opinio ſequenda non eſſet.

Namque certum eſt, quod ullius Doctoris quantumvis magnæ authoritatis opinio legibus non ſuffulta, non ſequenda *ſit, Iaſ. l. illam. arg. ill. textus. C. de collation.* quodq; etiam communis Dd. opinio, quæ vel lege vel rationibus urgentibus reprobatur, minimè amplectenda vel ſequenda *ſit. l. 1. §. ſed neq. C. de veter. jur. enucl.* cum ſimilibus allegatis ſuprà. Nec obſtant textus *in c. 1. §. ſi vaſallus culpam. ſi de feud. defunct. content. & c. 1. ſi vaſallus. feud privet.* quos textus *Sylv.* pro ſua opinione confirmanda allegat.

Namque licet in illis textibus dicatur, feudum amiſſum propter feloniam vaſalli, interdum non ad filios ſed ad agnatos, interdum verò neq; ad filios neq; ad agnatos, ſed ad dominum devolvi; tamen in illis textibus nulla fit mentio, quod propter delictum vaſalli filius vel agnatus ipſius feudo privari poſſit: ſi ipſe vaſallus deceſſerit antè litem cum ipſo conteſtatam.

Quare, cum jura viribus concordare, *l. 1. C. inoffic. don. c. cum expediat. de elect. lib. 6.* & unam legem ſecundum aliam intelligere, declarare, extendere & reſtringere expediat, *l. non eſt novum. l. ſed & poſteriori ff. de legib. §. quibus. in prima Conſtitut. Codicis. gloſſ. Bart. Iaſ. & Dd. l. ſciendum. in princip. ff. qui ſatisdar. cogant.* Sequitur, prædictos text. ſecundum alia jura, quę volunt, actionem ad vindictam competentem ad hæredes neque activè neque paſſivè tranſire, niſi lite conteſtata, in iis caſibus, in quibus pœna non ipſo jure, ſed per ſententiam irrogatur, intelligendos atque ita interpretandos, ut cum hæc pœna meram vindictam reſpiciat, filio vel agnato vaſalli propter feloniam vaſalli non aliter feudū auferri poſſit, niſi lite contra defunctum conteſtata. Similiter nō obſtat huic noſtræ ſententiæ, quod negligentia in agendo commiſſa contra unum, alteri non proſit, *arg. l. ſi unius. §. ante omnia. ff. de pact. l. jubemus. C. ad SC. Vellejan cum ſimilib. allegat. per Sylvan.* Namque hoc non procedit in illis caſibus, in quibus contra alterum non aliter agi poteſt, niſi contra unum actum fuerit, ut patet in actionibus ſpecialibus ex delicto deſcendentibus, quæ non aliter contra hæredem competunt, niſi lite cum defuncto conteſtata. In illis n. negligentia in agendo commiſſa, contra delinquentem hæredib. ſive ſucceſſoribus illius prodeſt, ut propter delictum defuncti puniri nequeant, ſi ipſe deceſſerit ante litem cum ipſo conteſtatam *l. 1. & ibi Bart. ff. de privat. delict. §. non autem omnes. & ibi Ioan. Fab. & Angel Inſtit. de perpet. & temporal. action. Abb. c. fin. ext. de ſepult.* Et ſic liquet, ea, quæ in undecimo argumento contrario dicta ſunt, nobis nihil obſtare.

Ad duodecimum argumentum contrarium reſpondeo, † illorum Dd. ſenten- 66
tiam, qui volunt, jus revocandi rem aliquam ꝑpter pacta non ſervata indiſtinctè & activè & paſſivè ad hæredes tranſire, procedere tantùm in illis caſibus, in quibus propter pacta non ſervata res aliqua condictione ob cauſam repetitur, ſecus autem eſſe in illis caſibus, in quibus propter pacta non ſervata res aliqua condictione vel ex lege, vel ex moribus revocatur. Namque in illis jus revocandi, rem aliquam propter pacta non ſervata ad hæredes non tranſit, ſicut prædictam communem Dd. ſententiam illa reſtringit & diſtinguit præclariſs. noſtræ ætatis JCtus *Franc. Ripa repet. l. fin. num. 209. & 210. C. de revoc. donat.* Sed certum eſt, quod propter inveſtituram non petitam, feudum à vaſallo non per condictionem ob cauſam, ſed per condictionem ex moribus revocatur, *Iaſ. Rubr. num. 38. de feud. arg. notum, quæ tradit Bart. & Dd. l. fin. ff. de condict. ob cauſam.* Igitur ſequitur, illorum Dd. ſententiam, qui volunt, jus revocandi rem aliquam propter pacta non ſervata ad hæredes tranſire, in caſu noſtro [illegible] non habere, etiam poſito, ſed tamen [illegible] jus revocandi feudum alie[illegible] propter inveſtituram à vaſallo non [illegible] competere, propter pacta non ſervata. [illegible] reſpondeo, contrariam Dd. ſententiam allegatam in duodecimo argumento [illegible] procedere tantùm in pactis expreſſis, [illegible] habere locum in iis, quæ inter [illegible] tacitè geſta ſive conventa intelliguntur. Namq; licet alioquin taciti & † expoſiti ſit eadem virtus, tamen 67
hoc non procedit in illis, quæ annulationem ſive reciſionem actus reſpiciunt: eam ob cauſam, quia expreſſa ſunt efficaciora ad annulandum ſive reſcindendum actum, quàm tacita. *l. expreſſa. & ibi Dec. ff. de regul. jur. l. actus legitimi. ff. eo. tit. l. & ex diverſo.*

§. ſi

ff. ſi in judicio. & ibi gloſ. & Dd. ff. ſolut. matr. Bald. l. eleganter. §. ſi quis poſt col. 5. ff. de condict. indeb. Iaſ. l. cum quid lectur. 2. nu. 17. ff. ſi cert. petat. Cum itaq; in caſu noſtro agatur de reſcindendo ſive annulando actu, ſequitur, in noſtro caſu efficaciora eſſe pacta expreſſa, quam pacta tacita, & per conſequens, licet jus revocandi feudum à vaſallo propter pacta expreſſa non ſervata ad hęredes & activè & paſſivè indiſtinctè tranſeat, jus tamen revocandi feudũ propter pacta privata nõ ſervata, ad hęredes non tranſire. Quia, ſi aliter dicerem[9], ſequeretur, jus revocandi feudum propter quamcunq; feloniam ſive ingratitudinem à vaſallo commiſſam, cum vaſallus recipiens feudum, ſemper tacitè obligetur, feloniam ſive ingratitudinem non committere, indiſtinctè ad hæredes tam activè quàm paſſivè tranſire, quod tamen manifeſtè falſum, & à Dd. communiter reprobatum eſt.

Similiter non obſtat huic noſtræ ſententiæ, quod jus petendi pœnam indiſtinctè ad hæredes tranſeat, quando illa pœna petitur per actionem deſcendentem ex contractu; quodq; cum condictio ex moribus, ex contractu feudi deſcendat, eaq; detur domino feudi contra vaſallum propter inveſtituram non petitam, videatur dicendum, hanc condictionem ex moribus, quæ competit contra vaſallum propter inveſtituram non petitam, indiſtinctè & activè & paſſivè ad hæredes tranſire.

Namque ad hoc reſpondeo, aliam eſſe condictionem, quæ ex contractu, aliam verò, quæ ex ingratitudine ſive delicto propter inveſtiturum non petitam, aut non acceptam, aut ſimili deſcendit, ſicut hoc ſatis probatur ex iis, quæ tradit *Iaſ. in prælud. feud. num. 36. 37. & 38.* Ideoque licet illa condictio, quæ deſcendit ex ipſo contractu feudi ad hęredes tranſeat, illa tamen quæ deſcendit ex negligentia non petendi inveſtituram, vel ex ſimili delicto, ad hæredes tranſire non debet.

Et ſic per prædicta concludo, quod non obſtantibus illis, quæ pro contraria ſententia adducta fuerunt, Illuſtris Dux P. obligatus fuerit Nobiles R. & K. O. de omnibus bonis ſuis feudalibus, & inter cætera etiam de bonis controverſis inveſtire, & cum ipſe Illuſtris Princeps injuſtè recuſaverit, Nobiles O. de bonis controverſis inveſtire: Nobiles O. licitè & jure permittente recuſaſſe oblatam inveſtituram aliorum bonorum recipere, nec eam ob cauſam vel pœna privationis feudi, vel ſimili plecti poſſe. Et poſito, ſed minimè conceſſo, ipſos Nobiles O. propter hoc, quod ipſi inveſtituram oblatam recipere recuſaverunt, feudo privari potuiſſe, cum tamen præfatus Illuſtris Dux contra Nobiles O. hujus rei nomine litem conteſtatus non fuerit: Succeſſoribus ipſius non permitti Nobiles de O. eam ob cauſam feudo privare.

CONSI.

CONSILIUM TRICESIMUM QVARTUM.

In cauſa M. contra I. Br. contra B.

An in cauſa Reviſionis liceat adducere exceptionem ſententiæ latæ in petitorio?

SUMMARIA.

1. *Sententia declaratoria dominii obſtat poſſeſſorio, experienti, etiamſi ipſe recuperandæ vel redindegrandæ poſſeſſorium inſtituat,*
Firmatur hoc n. ſeq.

2. *Sententia notorium induxit.*

3. *Exceptione quavis rejecta, notoria tamen rejecta non cenſetur, & nn. 24.*

4. *Coram reviſoribus quid, quodq́; nihil novi deducendum vel allegandum & n. 14. 19. 30. 31. 32. 33. & ſeqq.*

5. *Exceptio de novo ſuperveniens ſemper opponi poteſt etiam iis caſibus, quibus alioquin exceptiones opponi nequeunt.*

6. *Exceptio dilatoria, quando opponi poſſit etiam poſt terminum elapſum, & litem conteſtatam, etiam in cauſa appellationis.*

7. *Exceptiones, peremptoriæ quando poſt concluſionem in cauſa opponi poſſint, n. 9. & 10.*

8. *Et inſtrumenta teſteſvè produci.*

10. *Declaratur ſententia quorundam Dd. exiſtimantium exceptionem, de novo emergentem, poſt concluſionem in cauſa, opponi non poſſe.*

11. *Exceptiones de novo ortæ opponi poſſunt, etiam poſt ſententiam latam, quæ in rem judicatam tranſiit.*

12. *Sententiam eſſe latam & concluſum eſſe in cauſa à pari procedunt.*

13. *Reviſio ſuſpendit ſententiam Cameræ Imperialis.*

14. *In cauſa Reviſionis exceptiones & probationes de novo emergentes producere licet.*

15. *Ordinatio Cameræ Imperial. & cæteræ conſtitutiones à jure communi paſſivam interpretationem recipiunt.*

16. *Etiamſi juris communis correctoriæ ſint, contra Bald. Caſtr. & alios.*

17. *Idem etiamſi in ordinationibus expreſſè ſit cautum quod ſtrictè & ad literam intelligi debeant.*

18. *Exceptiones & probationes de novo ortæ in cauſa appellationis & nullitatis, indiſtinctè recipi debeant, etiamſi cautum ſit nullas admitti debere.*

19. *Reviſio appellationi in quibus æquiparetur.*

20. *Omnes conſtitutiones ſic intelligendæ ſunt, dummodo omnia in eodem ſtatu maneant.*

21. *Quæ de novo emergunt, novo indigent auxilio.*

22. *Ex cauſa ſupervenienti receditur à diſpoſitione juris civilis & ultimæ voluntatis.*

23. *Et ſtatuti.*

24. *Notorium indiſtinctè, poſt concluſionem in cauſa opponi poteſt.*

25. *Æquitas, eſt modus interpretandi leges & pacta.*

26. *Propter æquitatem regula juris communis limitatur.*

27. *Opinio æquior ſemper præferenda & n. ſeq. n. 29.*

28. *Gloſſa vel doctor plures opiniones referens ultimò relatam approbaſſe intelligitur, Fallit ibidem.*

30. *An ei cui de novo quid proponere prohibitum eſt, etiam prohibitum cenſeatur ea producere, quæ ad declarationem prius productorum tendunt.*

31. *Exceptio oriens ex ſententia declaratoria dominii impedit executionem rei judicatæ in judicio poſſeſſorio.*

32. Exceptio judicium retrò nullum red. dens ſemper, tàm poſt concluſionem, quam ſen. tentiam latam, opponi poteſt.

Idem eſt in exceptione illius juris, quod non excipiendo ſolùm, ſed & agendo in judicium de. duci poteſt, nu. 34.

33. Exceptio deſcendens ex ſententia de. claratoria dominii impedit & enervat ſententi. am omniaq; acta judicii poſſeſſorii.

35. Jus ortum ex ſententia declaratoria dominii tàm agendo quàm excipiendo in juditi. um deduci poteſt.

36. Propter præjudicium irrecuperabile receditur à regulis juris communis.

37. Ex abundanti & ad majorem caute. lam facta nihil nocent nec rei geſtæ impedium.

ILluſtriſsime, Illuſtriſsimique generis Princeps, domine clementiſsime, poſt diligentem perlectionem & ponderationẽ intervenienti dubii ac inde conceptarum motivarum pro & contrà, exiſtimamus Sereniſſ. Celſit. veſtræ conſultum eſſe, cauſæq; neceſſitatem poſtulare, eo caſu, ſi non attento incidentis quæſtionis dene-

1 QVod ſententia † declaratoria dominii obſtet illi qui poſſeſſorio judicio experitur, etiamſi ipſe poſſeſſorium recuperandæ vel redintegrandæ inſtituat, *Ang. Immol. Alex. Franc. Aret. Soc. l. naturaliter §. nihil commune & ibi Coraſ. nu. 67. & Fr. Ripa. n. 35. & 70. ff. acquir. poſſeſſ. lob. And. Ant. de But. & Abb. c. paſtoralis. ext. de cauſa poſſeſ. & propr. Dec. conſ. 191. Ang. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de vi pub. Mat. de Affl. deciſ. Neap. 303. in. cip. Dubium vulgat. Card. Pariſ. conſ. 1. n. 163. lib. 1. Nevitz. conſ. 81. nu. 32.*

2 Et confirmatur ex eo, namq; † ſententia notorium inducit, *c. veſtra & c. fin. extr. cohab. cler. & mulier. c. cum olim. exer. verb.*
3 *ſig.* Et clari juris eſt, quod † exceptio notoria ſive de eo, quod notorium eſt, cuicunq; agenti obſtet, atq; nunquam rejecta vel excluſa cenſeatur per legem, ſtatutum, vel conſtitutionem generaliter prohibentem ſive rejicientem omnes omninò exceptiones, *Bald. rub. C. probation. Bald. conſ. 370. lib. 3. Panor. conſ. 44. lib. 1. Felin. c. ex parte, el. 2. nu. 7. extr. offic. deleg. Fran. Ripa d. §. nihil commune. nu. 70.* Ideoq; exceptio notoria dominii ſive defectus dominii obſtat ei, qui conductione ex *l.*

gatæ deſignationis atq; inde ſecutæ appellationis beneficio, nihilominus Reviſio ad proximas Calend. Maij locum habere debeat, ut Seren. Celſ. V. unà cum concepta & Typis divulgata deductione gravaminum allegari & doceri faciant, in quo ſtatu interpoſita Reviſione ſtante hæc cauſa ratione ſuæ proprietatis pervenerit, nimirum quod per Pares Curiæ ſententia privatoria lata ſit, quæ in rem judicatam tranſierit, neq; de ea ad Iudicium Cameræ Imperialis appellatum ſit, neq; eò etiam pertinere, declaratum & judicatum ſit: nimirum quod B. per hoc etiam proprietate ſint privati: quæ ſententia, cum intra terminum juris de ea non appellatum ſit, ſed primum in quinto menſe poſtea, ſimiliter in rem judicatam tranſiit. Et exiſtimamus, quod ſi Illuſtr. Celſ. V. hæc coram Reviſoribus allegari vel deduci faciant, Reviſores illos ſententiam Cameræ multò minus confirmaturos eſſe. Cum ſit clari juris & ab omnibus jurium Interpretibus in commune ita ſtatuatur.

ſi quis conductionis C. locat. & conduc. agit. *Alex. l. ſi rem aliquam C. acquir. poſſ. Curt. conſ. 71. incip. ſuper controverſ. col. 6. Corraſ. rep. & §. nihil commune. nu. 87. & ibi Fran. Ripa nu. 35.*

Hoc eſt, neq; Illuſt. veſt. Celſ. contra hoc obeſſe poteſt † ordinatio Cameræ, 4
cùm in ea diſpoſitum ſit, quod coram Reviſoribus nihil novi produci vel allegari debeat: Sed ſolummodò cauſæ gravaminum, & ex adverſo refutatio earundem, & quod Reviſores ſolummodò ſecundum Acta, ad quæ judicium Cameræ ſententiam tulit, judicare habeant, an benè vel malè. Cum ſit clari juris, quod † ex- 5
ceptio de novo ſuperveniens vel noviter orta ſemper & quandocunque opponi poſſit, etiam in iis caſibus, in quibus alioquin exceptiones opponi nequeunt, prout hoc expreſſè & in ſpecie tradit *Bart. l. 1. num. 9. ff. except.* ubi ipſe formaliter inquit: Exceptio quandocunque ſuperveniens ſive facto adverſarii, poteſt quandocunq; opponi.

Et confirmatur ex eo, Namque licet
exceptio † dilatoria opponi nequeat, neq; 6
poſt terminum ad opponendas illas exceptiones elapſum, neq; poſt litem conteſtatam, neq; in cauſa appellationis exceptio tamen dilatoria de novo ſuperveniens,

niens, ſive noviter orta, opponi poteſt, & poſt terminum elapſum & poſt litem conteſtatam, *c. paſtoralis. & ibi Dd. extr. exceptionib. l. 2. & ibi Bart. & Dd. C. de conſort. ejuſd. lit. c. inſinuante. & ibi gloſ. Abb. Felin. & Dd. extr. offic. delegat. Bart. l. Pomponius. §. ratihabitationis. ff. procurat. Bald. l. nulla C. de procurat. gl. c. paſtoralis. verb. novo. & ibi Decim nu. 17. extr. exceptionib. Alex. l. ità demum. nu. 10. & ibi Iaſ. nu. 3. C. procurat. Roman. l. ſi verò. §. de viro, limitat. 51. ff. ſolut. matr. Socin. reg. 129. limitat. 2. Bart. l. excuſantur. §. munerum. ff. excuſat. Tutor. Ant. de Butr. c. cum M. Ferrarienſis extr. conſtitut. Hyppol. de Marſil. l. 1. §. ſi quis ultrò nu. 17. ff. quæſtionib.* Et in cauſa appellationis, *arg. gloſ. c. ad audientiam. & ibi Imol. & Panor. extr. reſcript. Iaſ. l. ita demum. nu. 7. limitat. 5. C. procurat.* Ideoq; receptum eſt, licet exceptio excuſsionis opponi non poſſit, niſi uſq; ad litem conteſtatam, *Bart. l. 3. ff. exceptionib. Cyn. & Bart. l. exceptionem. C. probationib. Alex. conſ. 73. lib. 6. conſ. 29. nu. 28. lib. 7. Iaſ. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. acquir. poſſeſ. idem Iaſ. §. Item ſi quis in fraudem. n. 81. Inſtit. de actionib. Card. Pariſ. conſ. 103. & conſ. 109. nu. 53. lib. 3. Anton. Neguſ. in tract. de pignor. 3. part. 1. membr. num. 34. Aymon. Cravet. conſ. 77. nu. 17.* Attamen illam exceptionem de novo emergentem ſive ſupervenientem indiſtinctè poſt litem conteſtatam opponi poſſe, *Iacob. de Belviſ. §. pen. Authen. de fidejuſſ. Reiner. de Forlucio. Authen. præſente. C. eodem. tit. Roman. l. ſtipulatio. in princip. ff. oper. nov. nunc. Alex. l. fin. in princ. & ibi Iaſ. nu. 9. ff. ſi cert. pet. Alex. conſ. 100. lib. 5. Carol. Molin. in conſ. Pariſ. §. 71. Bald. l. peremptorias. C. ſentent. reſcin. non poſſe. Hippol. de Marſil l. 1. §. ſi quis ultro. nu. 19. ff. quæſtionib. facit text. c. nulli de elect. lib. 6. cap. præſentium. extr. de teſtib.*

Secundò, jure cautum eſt, licet nullæ † exceptiones peremptoriæ poſt con-
7 cluſionem in cauſa opponi poſſint, illas tamen exceptiones peremptorias, quæ poſt concluſionem in cauſa de novo ſuperveniunt, ſive emergunt, poſt concluſionem in cauſa opponi poſſe, prout hoc expreſſe & in ſpecie tradit *Alex. l. ita demum. nu. 11. C. procurat. ubi ipſe Alex. atteſtatur, etiam Bart. hanc opinionem amplecti.*

Et confirmatur, tum, quia licet poſt
8 † concluſionem in cauſa, inſtrumenta produci nequeant, *c. cum dilectus, & ibi Abb. Felin. Dd. extr. fide inſtrumen.* Attamen hoc non procedit, in inſtrumentis de novo repertis, illa enim poſt concluſionem in cauſa produci poſſunt, ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam, *Bar. l. admonendi. nu. 2. & ibi Bald. Salic. Raph. Fulgoſ. Ang. Alex. & Iaſ. nu. 55. Ripa nu. 43. Caroſaccus nu. 18. Iacob. Petri de Ptolomeis nu. 13. Baptiſta Caccialup. nu. 32. & Fr. Curt. nu. 67. ff. jurejur. Ang. l. 1. C. ſentent. reſcind. non poſſe, Bald. l. 1. quæſt. 3. C. condict. indeb. Anton. de Curt. c. cum dilectus. & ibi Felin. nu. 16. extr. fide inſtrum. Card. conſ. 74. Hippol. de Marſil. l. 1. §. ſi quis ultrò. nu. 16. ff. quæſtionib. Fel. c. paſtoralis. num. 9. extr. exceptionib.*

Quod abſq; omni dubio & nemini penitùs diſcrepante procedit, quando illa cauſa talis eſt, in qua à lata ſententia appellare non licet, *Felin. d. c. cum dilectus. nu. 16. extr. fide inſtrum.* Tum, quia poſt concluſionem in cauſa teſtes de novo reperti, vel de novo ſupervenientes admittuntur, *Angel. & P. Caſtr. l. admonendi. & ibi Iaſ. lect. 2. nu. 59. & nu. 261. ff. de jurejur. P. de Caſtr. l. oratione. ff. de fer. Abb. c. fraternitatis. col. 4. extr. teſtib. Bald. l. 1. col. 3. C. condict. indeb. Hippol. de Marſil. l. 1. §. ſi quis ultrò. nu. 16. ff. de quæſtionib. arg. l. videamus. §. pen. ff. de in litem jur.* prout etiam renunciatio teſtium nõ impedit, quò minus teſtes noviter reperti vel noviter ſupervenientes produci & examinari poſſint, *Alex. Auth. jubemus. col. 2. C. judiciis. Hippol. de Marſil l. 1. §. ſi quis ultro. n. 29. ff. quæſtionib.*

Tum, quia probationes de novo ſupervenientes, indiſtinctè produci & opponi poſſunt, poſt terminum peremptorium elapſum ſive ille terminus ſit legalis, ſive hominis, *Ioh. Fabr. §. qui autem. Inſtit. de excuſat. tutorum. Hippol. de Marſil. l. 1. §. ſi quis ultrò. n. 27. ff. quæſtionib.* Ideoq; receptum eſt, poſt terminum probatorium à judice aſſignatum, probationes de novo ſupervenientes indiſtinctè produci poſſe, *Card. poſt Paul. de Leazar. Clem. conſtitutionem. §. cæterum. quæſtione 7. de elect. Bar. l. mancipiorum. ff. de opt. legat. Imol. c. licet cauſam. & ibi Felin. nu. 15. verſ. Limita ergò primo. extr. probat. Salicet. l. 1. C. de dilatio. Iaſ. l. fin. n. 36. verſ. 2. limita. & n. 47. ff. feriis. Ioh. Baptiſta Caccialup. rep. l. admonendi. n. 30. & ibi. Fran. Ripa. nu. 51. ff. jurejur.*

Tum quia poſt concluſionem in cauſa abſque omni dubio produci poſſunt inſtrumenta de novo fabricata, vel facta, *Roman. l. admonendi, & ibi in rep. Iacob. de*

Ptolomeus nu. 13. limit.6. Catoſaccus. num. 18. Ioh. Baptiſt. Caccialup. nu. 34. & Fr. Curt. nu.69. limitat.6. ff. jurejur. Fel. c. cum dilectus. nu. 18. extr. fide inſtrument. arg. l. 1. §. unde quæritur. ff. oper. nov. nunc.

9 Tum, quia ex † juſta & legitima cauſa exceptiones poſt concluſionem in cauſa indiſtinctè opponi poſſunt, *Abb. c. paſtoralis. nu.11. Iaſ. d. l. admonendi. nu. 58. ff. jurejur.* ſicut etiam ex juſta & legitima cauſa inſtrumenta & probationes indiſtinctè poſt concluſionem in cauſa admitti poſſunt. *Specul. tit. de renunciat. & concluſion. §. 1. verſ. & ſcias quod poſt. concluſ. §. in cauſa. Bald. l. 1. C. ſentent. reſcindi non poſſe, Ludov. Roman. l. admonendi. & ibi Iaſ. in rep. nu.58. & n. 61. limitat. 3. Catoſaccus nu.13. limitat. 3. Iac. Pet. de Ptolom. nu.13. limit.5. Iohan. Baptiſt. Caccialup. nu. 24. limitat. 4. Curt. ſenior nu. 69. limit. 5. ff. jurejur. arg. l. ubicunq;.* Et dubio omni caret, juſtiſſimam & evidentem cauſam concedendi, ut poſt concluſionem in cauſa tàm exceptiones opponi quàm probationes fieri ſive produci poſſint, eſſe, ſi illæ exceptiones vel probationes noviter ortæ fuerint, vel de novo ſupervenerint, *Iaſ. rep. l. admonendi. nu.58. ff. jurejur.*

Tum, quia poſt concluſionem in cauſa, tàm exceptiones opponi, quàm probationes fieri poſſint indiſtinctè eo caſu, quando æquitas hoc ſuadet, *Anton. de But. c. 1. extr. judic. Andr. Barb. c. 1. Card. 3. extr. exceptio. Fr. Ripa l. admonendi. nu.50. ff. jurejur.* Et dubio omni caret, æquitatem ſummam ſuadere, quod poſt concluſionem in cauſa recipiendæ ſint illæ tàm exceptiones quàm probationes, quæ de novo ſupervenerunt. Tum, quia exceptiones de novo ſupervenientes etiam poſt ſententiam latam opponi poſſunt, prout hoc infrà dicemus. Igitur ſequitur, quod multò magis permitti debeat, illas exceptiones quæ de novo ſuperveniunt, poſt concluſionem in cauſa opponere ſive objicere. Nec obſtat, quod aliqui Dd. concludunt,
10 exceptionem † de novo ortam vel ſupervenientem, poſt concluſionem in cauſa opponi non poſſe, *Iohan. And. Abb. & Ant. de Butr. c. cum dilectus. extr. de ord. cognit. Ant. de Butr. c. paſtoralis. & ibi Abb. nu.11. & Felin. nu. 8. & nu. 16. circa finem. extr. de exception. Felin. c. inſinuante. nu. 12. extr. de offic. deleg. Roman. ſingul. 356.* Namq; illi Dd. tantum loquuntur in exceptionibus dilatoriis & declinatoriis, ſecus autem eſt in exceptionibus peremptoriis, illæ enim de novo ortæ vel ſupervenientes, indiſtinctè poſt concluſionem in cauſa opponi ſive objici poſſunt, prout hoc in ſpecie tradit, & ad haſce contrarias authoritates Dd. ita reſpondet *Alex. l. ita demum. nu. 11. C. de procurat.* Et inſuper ad hanc doctrinam contrariam multas limitationes tradit Felin. in locis proximè allegatis, ex quibus unam refert & ſequitur *Ripa l. admonendi. nu. 47. ff. de jurejur.* Deinde non obſtat, quod *Hippol. de Marſil. l. 1. §. ſi quis ultrò. nu. 13. ff. de quæſtion.* videatur tenere etiam exceptionem peremptoriam de novo ortam vel ſupervenientem poſt concluſionem in cauſa opponi non poſſe. Namq; *Hippol. de Marſiliis* in prædicto loco illud ponit, non aſſertivè, ſed dubitativè. Et inſuper illa contraria ſententia vera non eſt, ſed rationibus urgentiſsimis confunditur, prout ex prædictis liquet, nec illius rationes contrariæ quicquam urgent. Namq; illud quod dicitur, poſt concluſionem in cauſa nihil dici vel allegari poſſe, non habet locum in iis, quæ de novo emergunt vel ſuperveniunt: Item, nec eo caſu, quando vel juſta cauſa vel æquitas contrarium ſuadet, prout hoc ex præcedentibus liquet. Et cum (prout inferius dicetur) exceptiones de novo ſupervenientes etiam poſt ſententiam latam opponi poſſint, ex eo, quod *Hippol. de Marſil.* pro ſua ſententia adducit, à pari procedere, concluſionem eſſe in cauſa, & ſententiā eſſe latā, non modò non opinio, *Hipp. de Marſ.* non probatur, ſed multò magis ſententia contraria, quod videlicet poſt concluſionem in cauſſa exceptiones de novo ortæ & ſupervenientes opponi poſſint, confirmatur.

Tertiò juris eſt, quod † exceptiones de 11
novo ortæ ſive ſupervenientes etiā poſt ſententiam latam, quæ in rem judicatam tranſiit, opponi poſſit, *Cyn. l. 1. nu.3. oppoſ. 3. & ibi Bald. nu.5. Paul. Caſtr. nu. 5. Salic. n. 4. Alber. de Roſat. nu.5. & Raph. Fulgoſ. n. 11. circa fin. C. de jur. & fact. ignor. arg. l. 1. C. de re judicat. l. poſt rem judicatam. ff. de tranſact. l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de condict. indeb. l. ſi fullo. ff. de condict. ſine cauſa.* Et in ſpecie, quod exceptio rei judicatæ deſcendens ex ſententia lata ſuper declaratione dominii, & ſuperveniens poſt ſententiā latam in judicio poſſeſſorio opponi poſſit atq; executionem ſententiæ latæ in judicio poſſeſſorio impediat, probat, & decidit text. *c. cum dilectus. extr. de ord. cognit.*
Ex quo ſequitur, cū à pari procedāt, † ſen- 12
tenti,

tentiam eſſe latam & concluſionem eſſe in
cauſa: imò ſententia longè efficatior ſit,
cõcluſione in cauſa per jura vulgar. multò
magis permitti, poſt concluſionem in
cauſa objicere exceptiones de novo ſu-
ervenientes, vel noviter ortas.

Hoc eſt, nunc autem patet ex Came-
13 ræ ordinatione, quod per Cæſaream †Re-
viſionem ſolummodò Cameræ ſententia
ſuſpendatur, & omnia in eum ſtatum re-
ponantur, in quo fuerunt ante ſententi-
am latam, & poſt concluſionem in cau-
ſa, ſiquidem in ordinatione Cameræ Im-
perialis diſpoſitum eſt, quod in cauſa Re-
viſionis nihil novi allegari vel produci
debeat. Prout etiam de jure communi
poſt concluſionem in cauſa nihil novi
produci vel allegari poteſt.

Ex quo ulterius ſequitur, quod ſicut
14 poſt †concluſionem, in cauſa, poſtquam
alioquin nihil novi produci vel allegari
poteſt, permittitur eas exceptiones obji-
cere illasque probationes producere, quæ
de novo ortæ ſunt ſive ſupervenerunt,
ita quoq; & in cauſa reviſionis permitta-
tur, illas exceptiones opponere illasque
probationes producere, quæ de novo ortæ
ſunt, ſive ſupervenêre.

Et quod ideò Illuſtr. Celſ. V. per-
miſſum ſit allegare & deducere, quod poſt
15 latam ſententiam, ſuper qua †Reviſio pe-
tita, in puncto proprietatis ſententia pri-
vatoria, de qua non fuit appellatum, eo
modò declarata ſit, quod B. per hoc non
ſolummodò poſſeſſione, ſed etiam pro-
prietate privati ſint, & quod ideò peti-
tioni Borck. dum petunt ipſis poſſeſſio
reſtitui, locum habere non poſſit, cum ſit
clari & indubitati juris, quod Cameræ†
ordinatio quemadmodum omnia alia ſta-
tuta, ordinationes & diſpoſitiones, ſe-
cundum jus commune ſcriptum interpre-
tetur, intelligatur, declararetur, reſtrin-
gatur & amplietur.

Omnia enim ſtatuta omnes ordina-
tiones & conſtitutiones, à jure communi
paſſivam interpretationem & declaratio-
nem recipiunt, *l. 1. §. lex Falcidia. & ibi Bar.
& Alex. ff. ad l. Falcid. l. 1 §. 1. & ibi Bart. ff.
de munerib. & honorib. l. ſi ſervi veſtri. C. de no-
xal. act. c. cum dilectus. & ibi Dd. extr. de con-
ſue. c. ad audientiam. & ibi Abb. Dd. extr. de
cler. non reſidentib. gl. & Dd. l. fin. §. in com-
putatione, C. de jure de liber. Bart. l. omnes
populi. nu. 60. ff. de juſt. & jur. Bald. l. ter-
minat. C. de fructib. & lit. expenſ. Bald. conſ.*

*58. incip. in reſtitutione dotis. col. fin. lib. 2. Alex
conſ. 50. col. fin. lib. 1. & conſ. 217. lib. 2. Corn.
conſ. 1. col. fin. lib. 2.* Ideoq; alibi dicitur,
quod ſtatuta cæteris paribus ſint inter-
pretanda ſecundum ll. juris communis.
*Bald. l. gallus. §. quid ſi is. ff. de liber. & poſth.
Corn. conſ. 11. lib. 1. Cottel. Cott. memor. incip.
ſtatutum derogans.* Quod usq; adeò verum 16
eſt, ut procedat, etiamſi illud † ſtatu-
tum, conſtitutio vel ordinatio ſit juris
communis correctoria: namq; & illa ſi-
militer paſſivam interpretationem à jure
communi recipit, *Bart. Alex. & Dd. l. 1. §.
lex Falcidia. ff. ad l. Falcid. Iob. de Imol. l. ſi
vero. §. de viro. ff. ſolut. matr. Roman. & Alex.
l. ſi quis priore. ff. ad SC. Trebell. Alex. l. inter
cætera. ff. de libr. & poſth. Alex. l. fin. §. in
computatione. C. de jur. deliber. Iaſ. Authen.
noviſſima. col. 6. t. ad fin. C. de inoff. teſtam. Iaſ.
Authen. præterea. nu. 19. C. unde vir & uxor.*
Licet in hoc contrarium ſed malè teneat
*Bald. l. maximum vitium. col. pen. verſ. ulterius
quæritur. C. de liber. præter. Bald. c. cum non
liceat. col. fin. extr. de perſcript. P. Caſtrenſ.
Authen. noviſſima. col. 1. in fin. C. de inoff. teſta.
P. Caſtr. l. fin. §. in computatione. col. 2. C. de
jure deliberat. Alex. conſ. 20. col. fin. lib. 1. &
conſ. 35. col. pen. lib. 6. Roman. conſ. 399. So-
cin. l. cum filiusfam. col. 4. ff. de verb. obligat.*

Quinimò, etiam illa † ſtatuta, in qui- 17
bus expreſſè cautum eſt, quod debeant
intelligi ſtrictè & ad literam recipiunt
interpretationem & paſſivam à jure com-
muni, *Dec. c. translato. lectur. 1. col. pen.
extr. de conſtitut.* Et intrinſecam, *Felin. c.
ſuper quaſtionum, in princ. col. 1. extr. de off.
deleg.* Et juſtam ſive legitimam, *Fr. Aret.
conſ. 108. Catell. Cotta. in memor. incip. ſtatu-
ta* debeant interpretari propriè & ſtrictè,
atq; talia ſtatuta ſive ordinationes cum
quodam temperamento juſticiæ intelligi
debent, *Bald. l. quod dicimus, arg. ill. text ff.
de ſolut.* Nec non etiam, determinatio-
nem laudabilem recipiunt, *Bald. l. omnes
populi. col. 12. ff. de juſt. & jur.* Etiamſi ſint
concepta verbis univerſalibus, gemina-
tis, *Iaſ. l. ſtipulatus ſum Damam. nu. 3. ff. verb.
obligat.*

Zum vierdten / ordnen die gemel-
nen beſchriebenen Rechte / vnd wird von
den Rechtslehrern einhellig dafür ge-
halten / quod † exceptiones & proba- 18
tiones de novo ortæ vel ſupervenientes,
in cauſa appellationis & nullitatis indiſtin-
ctè recipi debeant, etiamſi ſtatuto, conſti-

tutione, ordinatione vel etiam lege com-
muni cautum ſit, ne in tali cauſa novæ
exceptiones vel probationes admittan-
tur, prout hoc expreſſe & in ſpecie tenet
Bal. l. invitus. n. 6. C. de procur. Ubi ipſe atte-
ſtatur Dyn. ita conſuluiſſe. Et idem etiam
tenet. *Oldrad. conſ. 130. nu. 13. Bald. l. per hanc.*
C. de tempor. appell. Roman. Sing. 282. Fel.
c. cum dilectus. nu. 16. & c. cum Iohannes.
nu. 25. extr. de fide inſtrum. Felin. c. paſtor.
n. 9 ext. de except. Hipp. de Marſil. l. 1. §. ſi quis
ultro. nu. 29. ff. de quaſt. P. Ducu. reg. 47. limit. 2.

Ex quo ſequitur, quamvis in ordina-
tione Cameræ proviſum, quod in cauſa
ſive inſtantia Reviſionis nil novi produ-
ci vel allegari debeat, quod etiam Reviſo-
res ſolummodò ſuper acta præcedentia
(ſuper quæ Cameræ ſententia lata eſt) jù-
dicare & ſententiam proferri habeant:
Cum tamen Reviſio in omnibus & ſingu-
lis ſuis pertinentiis, in quibus contrari-
um expreſſe non eſt cautum, appellationi
† æquiparetur: quod in cauſa Reviſionis
19 cuilibet liberum ſit, eaſdem exceptiones
de novo allegare atque opponere, quæ de
novo ſupervenerunt, ſicut hoc in caſu
Appellationis facere permiſſum eſt, et-
iam eo caſu, quo ſtatuto vel conſtitutio-
ne cautum eſt, ne novæ exceptiones vel
probationes recipiantur.

Quintò, ſecundum diſpoſitionem juris
20 communis, omnes † ordinationes & con-
ſtitutiones, omnesq; aliæ diſpoſitiones
ita interpretari, intelligiq; debent, dum-
modò omnia in eodem ſtatu permane-
ant, *l. quod Servius. & ibi gloſſ. Iaſ. & Dd.*
ff. de condict. ob cauſam. l. quaro. §. inter loca-
torem. ff. de locat. & conduct. l. ex facto. in pr.
ff. de vulgar. & pupil. l. cum quis. in prin. ff. de
ſolut. l. fin. C. de ſponſal. c. pen. & ibi Panor. notab.
2. extr. de cler. non reſident. c. ne quis arbitretur.
& ibi gl. fin. 22. q. 2. Bal. rubr. ext. de procur.
Bal. rubr. ext. de ſumma Trin. & fid. Cat. Bal.
conſ. 104. lib. 1. conſ. 396. col. 2. lib. 3. Alexand.
conſ. 85. col. 2. lib. 5. Barbat. conſ. 20. colum.
lib. 2. & conſ. 73. col. 13. lib. 3. Iaſ. l. ù putat.
col. 2. ff. de liber. & poſth. Iaſ. conſ. 60. lib. 2.
Anton. rubr. conſ. 147. col. 1. Ideoq; & illa,
21 quæ de novo † emergunt novo indigent
auxilio, *l. de ætate. §. ex cauſa. & ibi Bart.*
ff. de interrog. act. l. 1. in prin. ff. de ventr. inſpic.
l. planè ff. ut in poſſeſſ. legator. c. cæterum. ext.
de juram. calum. c. paſtoralis. extr. de except.
22 Et ex cauſa † ſupervenienti receditur, &
à diſpoſitione juris communis. *Iaſ. d. l. quod*
Servius. n 8. ff. de condict. ob cauſam. Et à pri-
vilegiis, *c. pen. ext. de cler. non reſidentib. c.*
ſuggeſtum. ext. de decimis. Item à diſpoſitio-
ne ultimæ voluntatis, argumento. *l. Paulo*
Callimacho. §. 1. ff. de legat. 3. l. Mavia. §. fin. ff.
de annuis legat. l. in confirmando. ff. de confirm.
tutor. l. contractus. l. quaro. §. inter locat. ff. de lo-
cat. & conduct. l. ſi fuerit, pro ſocio Etiam jura-
ta, *l. fin. in prin. ff. ad Municip. l. fin. & ibi Iaſ. ff.*
qui ſatisd. cog. c. 2. & ibi gl. Ant. de But. & Abb.
extr. de renunc. c. venerabilem. in fin. ext. de el.
gl. Innoc. & Dd. c. quemadm. ext. de jurejur. cum
multis. ſimilib. alleg. per Tiraq. rep. l. ſi unquam.
en præf. n. 166. C. de revocand. donat. Nec non 23
etiam ex cauſa ſupervenienti † receditur à
diſpoſitione ſtatuti: Conſtitutionis vel
ordinationis, *Bald. l. ſi hominem. ff. mandati.*
etiamſi illa diſpoſitio ſtatuti ſit jurata,
Bal. l. clari juris. C. de fideicom. Iaſ. l. quod Servius
n. 9. ff. de condict. ob cauſam. vel tranſivit in
contractum, *Bal. d. l. fin. ff. de ſenatorib. Hipp.*
de Marſ. l. 1. §. ſi quis ultro. n. 29 ff. de quaſt. Ex
quo de novo ſequitur, quod diſpoſitio or-
dinationis Cameræ, quod in cauſa reviſi-
onis nihil novi allegari debeat, nequaquã
extendenda ſit ad illa, quæ de novo ori-
untur vel emergunt. Et quod ideo Ca-
meræ ordinatio in præſenti caſu nihil re-
morare vel impedire poſſit, quo minus
deduci & allegari poſſit id, quod interim
ratione proprietatis accidit, & à Paribus
curiæ declaratum fuit. Cum pro ſextò, 24
unicuiq; de jure permiſſum ſit, illas † ex-
ceptiones quæ ſunt notoriæ ſivè de eo
quod eſt, notorium, indiſtinctè poſt con-
cluſionem in cauſa opponere, *Ant. de But.*
c. dudum. el. 1. col. 2. verſ. 4. not a. ext. de elect.
Lap. c. judex de off. delegat l. 6 F. l. c. inſinuante.
nu. 3. verſ. 2. extr. de off. deleg. Fel. c. paſtoralis.
nu. 18 extr. de except. Et conſtitutio, ordi-
natio vel ſtatutum ſimpliciter rejiciens o-
mnes exceptiones vel allegationes novas
nunquam intelligitur rejicere vel repro-
bare illas exceptiones ſive allegationes,
quæ notoriæ ſunt, prout hoc ſuperiùs le-
gibus comprobatum eſt, jam verò hæc ex-
ceptio defectus proprietatis B. & quod
Illuſt. V. C. proprietas bonorũ in jus voca-
torum, adjudicata ſit notoria, cum illa ex-
ceptio deſcendat ex ſententia Pariũ curiæ,
quæ ſententia & in rem judicatã tranſivit
& nototorium inducit per jura vulgaria
ſupra citata. Atq; ideò ex jam adductis ra-
tionib non poteſt accipi ordinationi Ca-
meræ contrarium eſſe, ſi coram Reviſorib.
allegetur & deducatur, quid interim rati-
one proprietatis acciderit, & quod prima
ſententia privatoria, de qua non fuit ap-
pellatum, à Parib. curiæ eo modo declara-
ta ſit, quod B. per hanc non ſolum poſſeſſi-
one, ſed etiã proprietate privati ſint.

25 Septimò, eſt clari juris, quod † æquitas
ſit modus interpretandi omnes leges, con-
ſtitutiones, ordinationes, nec non etiam
pacta, *Bald. l. ſi defunctus. C. de ſuis & legit.
hæred. Dec. l. in omnib. quidem. ff. de reg. jur.*
Et quod propter æquitatem recedatur, &
à regulis juris communis, *l. ſi me & Titium.
in fin. ff. ſi cert. per. l. ſi quis mancipii. §. fin. ff. de
inſtit. act. l. 2. §. item Varus. ff. de aqua. pl. ar-
cend. c. ſicut 7. q. 1. Bald. l. 2. in fin. C. quod
met. cauſa. Fran. Rip. l. admonendi. nu. 50. ff. de
jurejurand.* & à ſolennitatib. juris, *l. Divus.
ff. de reſtit. in integr.* & ab eo quod uſitatum
eſt, *l. Imperatores. in fin. ff. de appell.* & à ver-
bis cujuslibet diſpoſitionis, *l. qui filium. §.
fin. ff. ad SC. Trebell.*

26 Nec non etiam propter † æquitatem
& regula juris communis limitatur, *gloß. in
Auth. ut ſine prohibitione matres. & au. in pr.
verb. exiſtimamus.* & diſpoſitio, quantum-
vis univerſalis ſive generalis reſtringi-
tur, *Bald. conſ. 434. lib. 1. Socin conſ. 44. col. 4.
ad fin. lib. 1.* Sive illa diſpoſitio univerſalis,
ſit affirmativa, ſive negativa, *Laur. Sylvan.
conſ. 56. nu. 20.* Imò etiam verba præciſa
non aliter nec alio modo reſtringuntur,
quàm propter æquitatem, *Socin. conſ. 44.
col. 4. lib. 1. Laur. Sylvan. conſ. 56. nu. 21.* Et
arbitrium liberum alicui permiſſum, intel-
ligitur, ſervata æquitate, *Bald. conſ. 177.
col. 2. lib. 1. Laur. Sylvan. conſ. 56. nu. 22.*

27 Huc accedit, quod † lex erubeſcit recedere
ab illo quod æquum eſt, *l. ſi. quis in ſuo §.
legis. C. de inoff. teſtam. l. fin. §. cum autem.
C. de furt.* Quodque & illa interpretatio
amplectenda ſit, quæ æquitati convenit.
*Ioh. Nev. in Sylva nupt. lib. 5. nu. 68. Dec. & Cag. l.
in omnib. quidem. ff. de reg. jur.* Et opinio æ-
quior ſemper amplecti debeat: licet con-
traria opinio communis ſit, *Curt. ſen. conſ. 51.
col. 10. Corſ. Sing. 206. Ioh. Lup. c. per veſtras, notab.
3. extr. de donat. inter virum & uxor. Socin. l. qui
agnitis. col. 3. ff. de except. Hipp. rubr. col. 37. C.
de probat. Ioh. Nev. in ſylv. nupt. lib. 5. nu. 68.*

28 Et licet gl. † vel Doctor, referens plures o-
piniones, nec unam expreſſè approbans,
intelligatur ultimã approbaſſe & ſequi: at-
tamen hoc non procedit, quando præce-
dens opinio eſt æqua, ſive æquitatem ſa-
pit, ſecunda verò rigoroſa, *Franc. Aretin.
con. 164. col. 5. Iaſ. l. ſi idem, cum eodem. §.
fin. ff. de juriſdict. omnium judic. Iaſon. l. ſi
vi. col pen. ff. ſi cert. per. Iaſon l. cum fundus.
§. ſervum cuum imprudens. col. 3. ff. eod.
tit. Iaſon l. filio pater 2. notab. ff. de legat.
1. Iaſ. l. ſi ſervum. §. ſequitur. ff. de verb. obli-
gat. Iaſon l. placuit. C. de judic. Iohan. Nevizz.
in ſylv. nupt. lib. 5. nu. 33.*

His adde, quod tàm † Prætor quàm 29
Judex ſemper debeat habere æquitatem
ante oculos, *l. quod ſi Epheſi. §. 1. & ibi
Iaſon ff. de eo, quod certo loco. c. 14. quæſt. 4.
cap. fin. extr. de tranſact.* Eamque & obſer-
vare & ſequi, *l. in omnibus quidem. & ibi
Dec. Cagn. & Dd. ff. de reg. jur. l. 2. §. item
Varus. ff. de aqua plu. arcend.*

Et ſi ipſe aliter fecerit illud ab ipſo o-
culo caligante & contra jus factum cen-
ſetur, *gloß. l. inter filios. & ibi Bald. C. fam.
hercíſ. Iaſon l. placuit. C. de Iudic. Iaſ. l. quod
ſi Epheſi. §. 1. ff. de eo, quod certo loco.*

Præterea æquitas rigori præferenda
eſt, *l. placuit. & ibi Iaſ. C. de judic. l. ſi tibi. ff.
cert. petat. c. fin. extr. de tranſact.* non tan-
tùm in judiciis verum etiam in contracti-
bus, *Bald. l. 2. Notab. 1. arg. ill. text. C. de
tranſact.* Ideoq; & per ſemitam æquitatis
procedendum, *c. quærenti, extr. de off. leg.* Et
quælibet diſpoſitio ad æquitatem redi-
genda, *l. 1. in fin. C. de interdict.* Nec non
illud tantùm licitum cenſendũ eſt, quod
æquitas ſuadet, *c. magna. extr. de voto.*

Jam verò omni æquitati conſonum eſt,
quod cuilibet ſit permiſſum in cauſa Re-
viſionis, exceptiones & probationes de-
ducere & allegare, quæ de novo ſuper-
venerunt ſive ortæ ſunt. Cum nulla cul-
pa imputari poſſit parti, quæ illas ideò
prius opponere impetita fuit, quia illarum
copiam non habuit.

Ideoq; ordinatio Cameræ ſecundum
æquitatem ita interpretanda & reſtringen-
da eſt, ut permittatur in cauſa reviſionis
opponere illas exceptiones, quæ de novo
ortæ ſunt ſive ſupervenerunt, & produ-
cere probationes de novo ortas.

Octavò, eſt clari juris, quod is cui
† interdictum eſt aliquid de novo pro- 30
ponere, objicere, allegare vel producere,
non intelligatur prohibitus ea producere
vel allegare, quæ ad declarationem eorũ,
quæ prius producta, objecta vel allegata
ſunt, tendunt. Prout hoc ſatis probatur ex
eo, quod Dd. communiter tradunt, licet
poſt terminum datum ſive aſſignatum
ad articulos vel probationes producen-
das, novi articuli vel novæ probationes
produci nequeant: Attamen poſt illũ ter-
minum elapſum ea produci & allegari poſ-
ſe, quæ tendũt ad declarationẽ eorũ, quæ
in termino allegata ſive producta fuere.

Iohan. Andr. in addit. ad Spec. tit. de teſte. §. nunc videndum. verſ. hic etiam notá. Dominic. in proœm. 6. per. ill. text. verbo antiquorum declaratione, Dominic. c. ſi quis viduam diſtinct. 34. Oldr. conſ. 117. Archid. 3. q. 2. in ſumma. Bald. l. 1. §. hujus ſtudii. ff. de juſt. & jur. Ant. de Butr. c. licet cauſam. & ubi Felin. nu. 18. verſ. limita. decimò extr. de probat. Anton. de Butr. c. paſtoralis. col. 8. extr. de except. Felin. cap. cum dilectus. n. 11. extr. de fid. inſtrum. Fel. cap. qualiter & quando el. 1. num. 24. extr. de excuſat. Ideoque receptum eſt, licet poſt concluſionē in cauſa nihil novi allegati, dici vel ptoduci poſſit: Attamen poſt concluſionem in cauſa indiſtincte allegari & produci poſſe ea, quæ tendunt ad declarationem anteà ptoductorum, *Iaſ. rep. l. admonend. n. 61. & ibi Iac. Petr. de Ptolomeis. n. 13. lim. 2. & Curt. ſen. n. 69. lim. 3. ff. de jurejur. Felin. c. cum dilectus. nu. 11. extr. de fide inſtr:* licet in hoc contratium ſed malè teneat *Roman. l. admonendi. numi. 16. Et ibi Catoſacius in rep. nu. 18. & Baptiſt. Caccialup. nu. 33. ff. de jurejur.* Et confirmatur ex eo, namque & is qui aliquid declarat, nihil novi facere intelligitut, *l. hæredes palàm. §. ſed et ſi notam. & ibi Bart. ff. de teſtam. cum multis ſimilibus allegat. per Felin. d. cap. qualiter. & quando extr. de excuſat.* Et ea, quæ declarationem reſpiciunt, retrotrahuntur ad tempus diſpoſitionis declaratæ, *Baldus Imol. & Fran. Aret. l. hæredes palam. §. ſi quid poſt. ff. de teſtam. Baldus l. non dubium. 3. notab. C. de legib. Iohan. Andr. c. fin. de verb. ſignif. lib. 6.* Et diſpoſitioni declaratæ ineſſe cenſentur, *P. Caſtr. l. hæredes palam. verſ. ſi quid poſt. col. 2. ff. de teſtam. Card. Pariſ. conſ. 65. n. 6. lib. 1.* Nunc verò mihi refertur, quod apud priora acta, (quæ ad petitionem reſtitutionis B, primò coram Paribus curiæ, & deinde coram Cameta Imperiali producti fuerunt) Principis Procuratores contra attentatam petitionem B. ſe cum prima ſententia privatoria defenderint ac prætenderint, quid B. per hanc ſententiam non ſolummodò poſſeſſione, ſed etiā proprietate privati ſint. Et quod ſententia illa quæ in puncto proprietatis poſtmodum à Paribus curiæ ſecuta eſt, ſit ſolummodò declatatoria primæ illius ſententiæ privatotiæ.

Ex quo ulterius ſequitur, quod etiam ex hac cauſa Principis Procuratoribus vel ipſius nomine agentibus permiſſum & conceſſum ſit cum deductione gravaminum etiam hoc allegare, quòd prima privatoria ſententia per Pares cutiæ eo modo declarata ſit, quod B. per hanc non ſolùm poſſeſſione, ſed etiam proprietate privatos eſſe judicatum ſit, & quod ideò ſententia Cameræ nullo modo confirmari queat.

Nonò clari juris eſt, quod exceptio ori-
ens † ex ſententia declaratoria dominii, 31
impediat executionem rei judicatæ in ju-
dicio poſſeſſorio, juxta text. *c. cum dilectus.*
extr. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Et ſimili mo-
dò clari juris, quod ea quæ tollunt jam
facta, multò magis impediant aliquid fi-
eri, juxta text. *l. patre furioſo. & ibi Iaſ. &*
Dd. ff. de his qui ſunt ſui vel ali. jur. Ex quo ſe-
quitur, quod exceptio rei judicatæ ex ſen-
tentia declaratoria dominii deſcendens,
multò magis impedire debeat, confirma-
tionem ſententiæ reſtitutoriæ ſive reſti-
tutionis declarandæ vel decernendæ à re-
viſoribus. Decimò, de jure proviſum eſt,
quod illa exceptio quæ judiciū † ſive acta 32
judicii rettò nullum reddit, ſemper & quā-
docunq; tàm poſt concluſionem in cauſa,
quam poſt ſententiam latam opponi poſ-
ſit, atq; nunquā excluſa intelligatur, *Bart.*
& Dd. l. 1. C. de jur. & fac. ign. Bal. & Dd. l. licet.
C. de procur. Bal. l. 2. ff. ſi quis in jus. voc. non ierit.
Alex. l. 1. §. ſublata. ff. ad SC. Trebell. Fel. c. inter
monaſterium. col. 6 verſ. 10. declaratio. ext. de ſen-
tent. & re jud. Sebaſt. Vant in tract. de nullit. ſub
rubr. quib. mod. ſententia nulla repar. poſ. n. 57.
Sed certum eſt, exceptionem† deſcenden- 33
tem ex ſententia declatatotia dominii, il-
lius naturæ eſſe, quod illa exceptio impe-
diat & penitus enervet & ſententiam & o-
mnia acta judicii poſſeſſotii, igitut ſequi-
tut, per ordinationem Cameræ Imperia-
lis diſponentē, ne in cauſa reviſionis quid
novi allegari, dici vel produci poſſit non
intelligi prohibitum cotam reviſotibus
opponere exceptionem rei judicatæ ex
ſententia declaratoria dominii deſcenden-
tem, contra eum qui teſtitutionem, recu-
perationem vel redindegrationem poſ-
ſeſſionis petit. Undecimò eſt indubitatum,
exceptionem † de illa jure ſive illius 34
juris, quod non tantùm excipiendo, verū
etiam agendo in judicium deduci poteſt,
ſemper & quandocunq; tàm poſt conclu-
ſionem in cauſa, quàm poſt ſententiam la-
tam, nec non etiam in omnibus illis actib.
in quibus exceptionem alioquin oppo-
nere prohibitum eſt, opponi poſſe, *addit.*
ad Salic. l. 1. nu. 4. verb. an poſt ſententiam. C.
de jur. & fac. ignor. Bal. in Marg. verb. exce-
ptio. verſ. 31. Innoc. c. fin. extr. de ord. cognit.

Sed

35 Sed certum eſt, jus † ortum ex ſententia declaratoria dominii tale eſſe, quod illud jus non tantùm excipiendo, verùm etiam agendo in judicium deduci poſſit per jura vulgar. Igitur ſequitur, illam exceptionē deſcendentem ex illa ſententia ſemper & quandocunque opponi poſſe, nec per ordinationem Cameræ Imperialis diſponentem, ne quid novi allegari vel produci poſſit, in cauſa Reviſionis ſublatum intelligitur.

Duodecimò, Veſtræ Illuſt Celſ. præjudicium irrecuperabile exiſtere poſſet ex eo, ſi V. I. C. non deberet concedi in cauſa Reviſionis allegare & deducere ea, quæ interim ratione proprietatis evenerunt; Et quòd Borck. non ſolummodo poſſeſſione, ſed etiam proprietate privatos eſſe, adjudicati ſint.

36 Et eſt clari juris, quod propter † præjudicium irrecuperabile recedatur à regulis juris communis & permittatur id, quod alioqui prohibitum eſt, *Bart. & Dd. l. 2. ff. de appellat. recipiend. Alex. Franc. Rip. & Dd. l. 4. §. condemnatum. ff. de re jud. Fr. Rip. l. admonendi. nu. 48. ff. de jurejur.* Ex quo denuò ſequitur, ordinationem Cameræ V. I. C. obſtare non poſſe, quò minus V. C. I ea, quæ intereà in puncto proprietatis declarata ſunt & extiterunt, deducant & proponi faciant. Atq; tantùm ex hoc appatet, quod priores duæ rationes dubitandi, quæ ex ordinatione Cameræ fundatæ ſunt, V. Illuſt. C. obſtare nihil poſſint.

Simili modo in actis petitæ declarationis ſententiæ immiſſionis deductum & demonſtratum eſt, quod petitio declarationis atque inde ſecuto proceſſu & ſententia pro nullo attentato accipi, vel interpretari poſſit: Ad quæ acta, cum hæc dilucide & ſuperfluè in iis deducta & diſputata ſunt, nos brevitatis ergò referemus.

Simili modo V. I. C. quarta objectio nimirum, quod ad V. I. C. inſtantiam ſententia declaratoria executioni ſit mandata, parùm obeſſe poterit. Namq; illud ex abundanti, vel ad majorem cautelam factum eſt.

Et clari juris eſt, ea, quæ ex † abundanti & ad majorem cautelam fiunt, nihil obeſſe, nocere, nec etiam ea, quæ alioquin ritè & legitimè geſta ſunt, impedire vel annullare. 37

Et quamvis nos certo ſtatuamus V. I. C. tàm vigore juris communis ſcripti, quā ex ordinatione Imperialis Cameræ permiſſum eſſe pendente Reviſione primam ſententiam privatoriam eo modo declaratam, nimirùm quòd Borck. per eam & poſſeſſione & proprietate privati ſint, unà cum concepta & typis divulgata deductione gravaminum in cauſa Reviſionis deducere: neq; hoc V. I. C. ullo jure denegari poſſe: tamen V. I. C. conſulere volumus, ut V. I. C. unà cum concepta deductione gravaminum, ea quæ interim pendente nimirum judicio Reviſionis ratione proprietatis evenerunt & declarata ſunt, in ſingulari quodam ſcripto unà cum clauſula & proteſtatione, quatenus hæc de jure & ſecundum ordinationem Cameræ produci poſſint, unà cum allegatione gravaminum, & quod Camerali ordinationi non ſit contraria, exhibeat: Et ſi hæc ſcriptura non deberet admitti, ad minimum cum proteſtatione de gravamine oretennus allegari faciat, quid ratione proprietatis pendente judicio Reviſionis intervenerit, & quod V. I. C. de hoc ſuo acquiſito jure recedere non poſſit. Quæ quidem V. I. C. ad clementem inſtantiam nos in debita ſubjectione celare non debuimus: Ea autem omnia V. I. C. ipſiusq; & reliquis Conſiliariis ulteriori deliberationi committentes.

Illuſtriſ. T. Celſ. ſubectiſ.

Ludolphus Schrader Ordinarius,

&

Joannes de Borcken, ambo J. U. Doctores.

CONSI-

CONSILIUM TRICESIMUM QUINTUM.

In cauſa March. J. contra B. in quo deciditur,

Exceptiones pendentis appellationis & reviſionis, nullitatis & incompetentiæ contra proceſſum Cameræ opponi poſſe, non obſtante, quod illæ prius oppoſitæ, rejectæ fuerint.

SUMMARIA.

1. Appellatione pendente executio ſententia à quo, non poteſt fieri.

2. Idem eſt pendente Reviſione in Camera.

3. Appellatio interpoſita à deffinitiva, præſenti ſtatu inſpecto ſententiam penitùs extinguit.

4. Idem operatur Reviſionis petitio. Ratio ibidem.

5. Appellatio, quo caſu dubitatur, utrum deſerta ſit nec ne, an non judex à quo, ad executionem procedere poſſit, niſi prius pronunciet ut appellationem eſſe deſertam, & n. 7. & ſeqq.

5. Et an hæc pronunciatio & cognitio ſpectet ad Judicem, ad quem. & n. ſeqq.

8. Doctorum opiniones quomodo reſtringendæ & intelligendæ.

9. Doctoris opinio magis diſtinctè loquens, præ communi indefinitè loquenti, tenenda.

10. Ad ſententiam quæ pronunciatur à judice ad quem, appellationem deſertam eſſe, an citandus is, qui appellationem deſeruit.

11. Exceptio incompetentiæ judicis, ſive nullitatis inde deſcendentis ſemper opponi poteſt, & nunquam ſublata intelligitur.

12. Quod pulchrè extenditur, & n. ſeq.

13. Exceptione ſublata, nullitatis exceptio nunquam ſublata intelligitur.

14. Exceptionem aliquam opponere prohibitus, notoriā opponere prohibitus non cenſetur.

15. Exceptio incompetentia judicis non tollitur per hoc, quod judex ad ulteriora procedit.

16. Judex quo caſu nec tacitè, nec expreſsè ſe competentem eſſe declarare poſſit.

17. Exceptio Nullitatis qua ſententia lata rejecta fuit, quo caſu iterum poſt ſententiam latam opponi poſſit.

EGo exiſtimo, quòd in cauſa clementiſſimi Principis ac Domini me M. I. contra M. B. & in ſpecie contra arctiores Executoriales, Exceptiones pendentis tàm Reviſionis, quàm Appellationis, nullitatis & incompetentiæ Judicis, jure

1 NAmq; primo clari & indubitati juris eſt, quod pendēte † appellatione executio ſententiæ à judice à quo fieri nequeat, *l. 1. ff. nil novari appell. pend. Dec. conſ. 97. n. 1.* Similiter dubio omni caret, quod pen-
2 dente † Reviſione executio illius ſententiæ, cujus reviſio petita eſt, à Camera Imriali fieri nequeat, cum in ordinatione Cameræ Imper. *part. 3. c. 53.* expreſſè cautum atq; diſpoſitum ſit. Verum aliàs, cùm lata ſententia ratione judicum, à quo uti cum cæteris inferioribus judicibus, à quorum ſententia ſupplicatur vel appellatur, ſervari debet. Et ſic ex illo textu expreſſè liquet, quod pendente Reviſione Judices Cameræ Imperialis, perinde ſententiam à qua reviſio petita fuit, exequi nequeant, ſicut Judices inferiores ſententiam à qua appellatum fuit, executioni mandare non

opponi poſſint, non attento, dictas Exceptiones jam antea in hoc præſenti proceſſu contra executoriales oppoſitas contraque illas ſententiam prolatam eſſe, atq; in Camera Imperiali ita obſervetur, quòd illud, quòd ſemel productum contraque decretum eſt, poſtea produci non poſſit.

poſſunt. Secundò ll. expreſſe cautum & à Dd. communiter traditū eſt, per † appella- 3
tionē interpoſitam à ſententia diffinitiva, ſententiā inſpecto præſenti ſtatu penitùs extingui, & jurisdictionem judicis à quo, quantum ad illam cauſam ipſo jure enervari, *l. 1. §. fin. & ibi Bart. & Dd. ff. ad SC. Turp. Bald. rubr. C. de appell. Bald. & Ang. l. tale pactum. §. qui provocavit. & ibi Iaſ. n. 5. ff. de pact. Ant. de Butr. & Dd. c. venientes. extr. de jurejur. Rom. l. 1. & ibi Iaſ. n. 9. ff. de re jud. Imol. c. paſtoralis. §. præterea. & ibi Fel. n. 4. ext. de off. deleg. P. de Anch. c. ſi à judice. ſolum. 2. de appell. lib. 6.*

Et cum † Reviſio quoad judicem à 4
quo, nec non etiam quoad ſententiam à qua illa petita fuit, in omnibus & per omnia idem operetur quod appellatio, dubium non eſt, per petitionem Reviſionis inſpecto præſenti ſtatu & ſententiam ſive vires ſententiæ penitus extingui & juris-

dictio.

dictionem Judicis, à quo; quantum ad illam cauſam penitus enervari.

Tertiò, dubio omni caret, quod eo
5 caſu, quo dubitatur, utrum † appellatio ſit deſerta vel non, judex à quo ad executionem procedere nequeat, niſi prius pronuncietur appellationem deſertam eſſe, *l. ſi præſes C. quomodo & quando judex. Bart. l. eos in pr. nu. 8. & ibi Bald. nu. 7. C. de appellat. Bald. conſ. 390. lib. 3. Chilian.* König in ſuo *proceſſu cap. 126.* Quod potiſſimum & nemine penitus diſcrepãte procedit eo caſu, quando tempora appellationis ex diſpoſitione ſtatuti vel conſtitutionis ſunt utilia; quæ videlicet impedita ipſo jure non currunt. Tunc enim nunquam ad executionem procedi poteſt, niſi prius pronunciatum fuit, appellationem deſertam eſſe, *Bald. d. l. eos in pr. nu. 10. C. de appellat. Phil. Franc. c. ex ratione prope finem extr. de appell. Ang. l. ſi expreſſum col. penult. ff. de appell. Fel. c. ex parte. cl. 2. nu. 10. verſ. ſecundò nota. ext. de reſcript.*
6 Itaque & cognitio & † pronunciatio utrum videlicet appellatio deſerta ſit, vel non ſpectat ad judicem ad quem, *Bart. d. l. eos in pr. nu. 8. & ibi Baldus nu. 7. Chil.* König *in ſuo proceſſu. cap. 126.* Quod abſque omni dubio procedit, quando appellationis cauſa fuit devoluta ad judicem ad quem. Tunc enim abſq; omni dubio, cognitio & pronunciatio illius dubii, utrum appellatio ſit deſerta, an verò non, ad judicem ad quem ſpectat, prout hoc expreſſe tradit *Bald. & Chil.* König *in locis proximè citatis, & ibi Chil.* König *atteſtatur, eandem oppinionem amplecti. Ioan. Ant. c. 1. de appellat. libr. 6.* Et ſi judex à quo ad executionem proceſſerit, antequam hæc pronunciatio à judice ad quem facta fuerit, & ipſa executio & totus proceſſus executionis per ſe & ipſo jure nullus & invalidus eſt, prout hoc notabiliter & in ſpecie decidit *Bald. conſ. 390. lib. 3.*

Nec obſtat, quod aliqui Dd. volunt,
7 † appellatione deſerta judicem à quo ad petitionem appellati, appellante ad hoc citato, ſententiam à quâ appellatum fuit, exequi poſſe, nec requiri ad hoc, ut judex ad quem prius pronunciet appellationem deſertam eſſe, quodq; illius rei cognitio ad judicem à quo ſpectet, *Ang. l. ſi contra majores, arg. illa text. C. de appell. Ang. & Imol. l. præſes. ff. de re jud. Ang. conſ. 126. & conſ. 136. Phil. Franc. c. ex ratione nu. 99. extr. de appell. Felin. c. ex parte. cl. 2. nu. 9. extr. de reſcript. Et idem eſt de mente Dec. & Dd. in d. c. ex ratione.* Namque omnes illi Dd. moventur per text. *d. l. contra majores. qui text. loquitur tantum in illis terminis, quando appellatio judici ad quẽ præſentata non fuit,* ſecundum quem text. illæ doctrinæ intelligendæ, reſtringendæ, & ita accipiendæ ſunt, ut tantum procedant eo caſu, quando appellatio judici ad quem præſentata non fuit, nec ullo modo extẽdenda ad illum caſum, quando appellatio judici ad quẽ præſentata vel intimata fuit. Cum ſit clari & indubitati juris, quod † doctrinæ & opiniones Dd. ſemper intelligẽdæ, limitandæ, & reſtringendæ ſint, ſecundum text. quem allegant *Bart. l. non ſolum. §. ſi liberationis. ff. de lib. legata.* Et ita in ſpecie inter appellationem nondum intimatã vel repræſentatam; & inter appellationem repræſentatam diſtinguit *Chilian.* König *in ſuo proceſſu. c. 126. & idem eſt de mente Bald. in locis ſuperius citatis.* Illiq; diſtinctioni omninò inhærendum eſt, cum ſit clari & indubitati juris, quod illa opinio † Doctoris, quæ magis diſtinctè ſive ſpecificè loquitur, omnino tenenda & ſequenda ſit, etiamſi communis opinio Dd. quæ generaliter & indefinitè loqueretur, contrariũ decideret, *Alex. l. ſed et ſi quis. §. quæſitum ff. ſi quis caut. Iaſ. l. 1. §. ſed et ſi mihi. ff. de verb. obl. Nev. in ſylva nupt. l. 5 n. 72.* Et hoc potiſſimũ & nemine penitus diſcrepante procedit, quando tempora appellationis per ſtatutum vel conſtitutionem aliquam ſunt facta utilia, nempe, ſi vel in conſtitutione vel ſtatuto diſpoſitum ſit, quod tempora deputata ad appellationem proſequendã impeditis non currant, *arg. l. 1. ff. de diverſ. & temp. præſcript.* Tunc enim abſq; omni dubio judex à quo, ſententiam à qua appellatum fuit, propter prætenſam deſertionẽ executioni mandare non poteſt, niſi à judice ad quem, pronunciatum fuerit, appellationem deſertam eſſe, prout hoc tradunt omnes Dd. communiter, nullo penitus diſcrepante in locis ſuperius citatis.

Et licet aliqui Dd. velint, ad illam ſententiam qua pronunciatur à judice ad quem,
† appellationem deſertam eſſe, eum, qui appellationem deſerit, citandum non eſſe, *Felin. c. ex parte. cl. 2. nu. 10. verſ. ſecundò declara. extr. de reſcript.* Attamen ego in hoc contrariam ſententiam veriorem eſſe indico. Tum per text. *l. ſi præſes C. quomodo & quando judex.* Tum quia regulariter ad quẽlibet actum judiciarium quis citari debet. *Bart. in conſtit. ad reprimendum. verb. ſuper dicto crimine. Ioan. And. in addit. ad Spec. §. viſo. verb. incumbit, t. de cit. P. de Caſtr. l. ad peremptor. ff. de jud. Ioan. de Milis in ſuo repet. verb. citatus ſpecialiter, & in verb. Citatio generalis*

Anton.

Google

*Anton. de Butr. Imol. & Felinus. c. licet tamen
extr. de teſtib. Bart. & Dd. l. qui ante Calen-
das. ff. de verb. obligat. Abb. c. fin. col. 3. extr.
de dilat. Sebaſt. Crantius in tr. de nullitat. ſub
rubr. de nullitat. ſententia ex defectu citationis
nu. 112. tum ſeq. arg. de unoquoq; ff. de re judic.*
Tum quia etiam factus contumax ad au-
diendam ſententiam citari debet, *Abb. De-
cius. Ripa. & Auguſt. Berous. c. 1. extr. de ju-
dit. Cyn. & Iaſ. l. cenſemus C. eod. tit. Oldrad.
conſ. 65. Bart. l. ſ. ſinita. §. Iulianus. ff. de dam.
infecto. Iaſ. l. necquicquam §. ubi decretum ff.
de offic. preconſulis cum ſimilib.* Tum quia
Dd. magis communiter tradunt, Iudi-
cem à quo, ſententiam à qua appellatum
fuit appellatione deſerta exequi nō poſſe
niſi citatione præcedente, *Bart. l. 1. in pr.
circa fin. ff. nil novari appell. pend. Baldus &
Angel. l. ſi contra majorem. C. de appell. Bald.
l. 2. §. fin. argum. ill. text. C. de tempor.
appellat. Card. Clem. ſicut. 2. queſt. de appell.
Salic. l. eos. in pr. C. eod. tit. Decius. c. ex ra-
tione. num. 17. extr. de appell. Ang. l. ſi expreſ-
ſum ff. eod. tit.*

Sed & ex ordinatione Cameræ Impe-
rialis, *parte 3. cap. 53.* liquet tempus pro-
ſequendi Reviſionem petitam utile eſſe,
eam ob cauſam, quia in illo textu expreſ-
sè ſancitur, tempus proſequendi reviſio-
nem petitam non currere, nec hoc quod
reviſio petita proſecuta non fuit, non ob-
ſtare illis, de quorum negligentia non
conſtat.

Et ſimiliter certum eſt, quod in caſu
præſenti neque à viſitatoribus, neque et-
iam à Reviſoribus fuerit pronunciatum,
petitionem reviſionis deſertam, & inſuper
certum eſt, quod appellatio à viſitatori-
bus à gravamine circa proceſſum inter-
poſita judici ad quem Imperatori nempe
& Electoribus Imperii intimata repræſen-
tata, & ab iis nondum pronunciatum
ſit, illam appellationem vel injuſtam vel
deſertam eſſe.

Ideò ſequitur, quod judicibus Came-
ræ Imperialis nullo modo liceat ante hāc
pronunciationem, quod videlicet appel-
latio à viſitatoribus interpoſita, nec non
etiam reviſio petita deſerta ſit illam ſen-
tentiam à quâ reviſio petita fuit, execu-
tioni mandare, quodq; ipſi, hoc tempore
quoad hanc executionem ſint judices in-
competentes, quodque & decretum &
totus proceſſus executionis per ſe & ipſo
jure nullus ſit.

Quartò, legibus expreſſè cautum eſt,
quod exceptio † incompetentiæ judicis 11
ſive nullitatis deſcendentis ex incompe-
tentiâ judicis, ſemper & quandocunque
opponi poſsit, quodque illa exceptio,
nunquam ſublata intelligatur, *gloſſ. Clem.
1. de ſequeſt. poſſ. & fruct. Bald. l. exceptionem
circa finem. C. de probat: Bald. l. ſi quis filio
§. ſi quid. ff. de injuſto rupto irritoq; fact. teſt.
Angel. Imol. Roman. & Alex. l. de pupillo. §.
qui opus. ff. de oper. novi nunc. Ant. de Butr. &
Imol. c. ex parte el. 2. & ibi Felin. num. 16.
limit. 18. & Decius Colum. penult. extr. de offic.
delegati.*

Etiamſi † lex, conſtitutio vel ſtatu- 12
tum expreſsè ſanciat exceptionem nulli-
tatis opponi non poſſe, *gloſſ. Clem. 1. de ſe-
queſt. poſſ. & fruct. Bald. l. ſine oportet. §. fin.
arg. ill. text. ff. de excuſ. tut. Fran. Ripa. l. 4.
§. condemnatum. nu. 23. ff. de re judic.* Item
etiamſi ſtatutum vel conſtitutio ſit con-
cepta cum verſalib. *Socin. conſ. 83. lib. 4.*
vel geminatis *Petr. de Anchor. conſ. 271.
Decius conſ. 8. col. 5.* uſque adeò ut contra
executionem trium ſententiarum confor-
mium exceptio incompetentiæ judicis
nec non etiam nullitatis ex ea deſcenden-
tis opponi poſsit, *Imol. l. ſi expreſſum. ff.
de appellat. Imol. Clem. ut calumniis de re ju-
dic. Alexand. conſ. 77. lib. 2. Dd. l. 1. §. condem-
natum & ibi Fr. Ripa. num. 4. ff. de re judic.*
Illaque exceptio perpetuò datur & op-
poni poteſt, *Dec. conſ. 38. colum. penult.* Et-
iamſi illa exceptio altiorem indaginem
requirat, *gloſſ. Clem. 1. de ſequeſt. poſſ. & fr.
Ripa. d. §. condemnatum. nu. 23.*

Præterea quoque clari juris eſt quod † 13
ſublata omni exceptione nunquā intelli-
gatur ſublata exceptio nullitatis, *Angel. l.
non tut. §. dare. ff. de jurejur. Bald. l. ſine opor-
tet. §. hac de his. ff. de excuſ. tutor. Phil. Fr. c. di-
lecto. extr. de appell. Roman. conſ. 42. Felinus c.
ex parte el. 2. num. 17. & ibi Dec. col. per limit.
20. extr. de offic. deleg.* Et confirmatur ex
eo, quia nunquam intelligitur ſublata
defenſio licet per ſtatutum omnis omni-
nò allegatio ſive exceptio ſublata ſit,
*Domin. c. 1. de lit. conteſt. lib. 9. Dec. c. ex par-
te el. 2. limit. 21. extr. de offic. delegati.* Et
clari juris eſt, quod exceptio nullitatis,
ſit quaſi quædam defenſio ſive defenſionis
ſpecies, prout hoc latè comprobat *Sebaſt.
Crantius in tractatu de nullitat. rubr. quid ſit
nullitas, nu. 18.*

Quintò

Quintò, legib. expreſsè cautum eſt, 14 quod † prohibitus opponere vel deducere aliquam exceptionem vel allegationem, nunquam intelligitur prohibitus deducere vel opponere exceptionem vel obligationem notoriam, *Franciſc. Aretin. l. naturaliter. §. nihil commune. col. 4. ff. de acquir. poſſeſſ. Abb. conſ. 44. Bald. Rubr. C. de probat. Calcan. conſ. 8. tit. de teſtam. Petr. de Anchar. conſ. 212. Alex. conſ. 113. col. 2. lib. 5. Felin. c. ex parte. num. 7. & ibi Dec. num. 5. limit. 5. extr. de offic. deleg.* Uſque adeò ut contra executionem etiam ſententiarum conformium exceptio de notoria nullitate & admittatur & opponi poſſit, *Oldrad. conſ. 106. Bald. l. 1. col. 1. C. ne liceat tertiò provoc. Andr. de Iſern. c. 1. ad finem de controverſ. inter vaſall. & alium de benef. Alex. d. §. condemnatum. Dec. d. c. ex parte. num. 5. limit. 5.*

Utq; nullius termini lapſus allegationem vel exceptionem notoriam aut evidentem excludere poſſit, *Azo in ſumma. C. ad leg. Aquil. Bald. l. contra negantem. in fin. C. eod. tit. Bald. Rubr. col. 2. C. de probat. cum multis ſimilib. allegatis per Tiraquell. part. 1. §. 4. gloſ. 8. num. 36.* Eaq; exceptio etiam poſt ſententiam opponi poſſit, *Bald. l. 1. in fin. C. ſent. reſcindi non poſſe.*

Sextò, Dd. communiter concludunt, 15 quod † exceptio incompetentiæ Judicis non tollatur per hoc, quod Judex ad ulteriora procedit, ſed requiritur, ut Judex expreſsè pronunciet, ſe competentem eſſe, *gloſ. c. diſpendia. verb. proceſſus. de reſcript. lib. 6. gl. c. 2. verb. quorum eodem. tit. lib. 6. Ant. de Butr. c. ſuper literis. & ibi Felin. extr. de reſcript. Imol. l. ſi quæramus. col. 4. verſ. tertiò fallit. ff. de teſtam. Bald. l. 1. col. pen. C. de ordin. judic. Felin. c. ſuborta. num. 6. extr. de ſentent. & re judic.*

16 Septimò, Dd. tradunt, † Judicem non poſſe neq; tacitè neq; expreſsè declarare, ſe competentem eſſe eo caſu, quando notoriè conſtat de incompetentia Judicis, *Felin. c. ſuper literis. num. 25. extr. de reſcript.*

Octavò, legibus cautum & à Dd. traditum eſt, † exceptionem nullitatis, de qua 17 & ſemel cognitum quæq; ſententia lata, rejecta & reprobata fuit, nihilominus iterum poſt illam ſententiam latam opponi poſſe, eo caſu, quando illa ſententia eodem vitio nullitatis laborat, *Ioan. de Imol. l. ſi expreſſim. num. 9 ff. de appellat. Alex. conſ. 53. nu. 16. lib. 5. Ant. de Butr. c. 2. & ibi Dec. n. 9. ext. de confirm. util. vel inutil. Ant. de Butr. repet. c. ſuper literis. carta 15. extr. de reſcript. Philip. Peruſ. c. dilecto. extr. de appellat.*

Sed in caſu præſenti certum & notorium eſt, & ex actis conſtat, quod à ſententia in cauſa principali lata à Camer. Imper. reviſio petita, & ſic ipſorū jurisdictio quoad hanc cauſam inſpecto præſenti ſtatu penitùs extincta ſit, quodq; illa reviſio adhuc pendeat, nec fuerit deſerta, nec pronunciata quod deſerta ſit.

Similiter notorium & certum eſt, quod à gravamine circa proceſſum in præparatoriis reviſionis appellatum ſit, illaq; appellatio & intimata & præſentata & Imperatori & Electoribus Imperii Romani, & ſic Judici ad quem.

Et ſic ſequitur, quod Judices Cameræ Imperialis neque tacitè neque expreſsè pronunciare potuerint, ſe in hac cauſa executionis, judices competentes eſſe, quodq; omnia decreta & præſumpta in hac cauſa executionis per ſe & ipſo jure nulla ſint, & eodem vitio laborent. Et ſic quod non obſtantibus omnib. decretis in cauſa executionis factis à Camera Imperiali nihilominus contra arctiores Executoriales exceptio pendentis reviſionis, appellationis, incompetentiæ & nullitatis opponi poſſit.

CONSILIUM TRICESIMUM SEXTUM.

In eadem cauſa March. J. contra B. quod petita Reviſio non ſit deſerta.

SUMMARIA.

1. *Intellectus ordinat. Camer. 3. part. cap. 33. & num. ſeq. & num. 3.*

2. *Natura dictionis,* Jedoch/ *ſine, ita, tamen.*

Itemq; dictionis, Ander geſtalt nicht/ *vel non aliter.*

4. *Appellare ab omnibus omninò judicijs, in omnibus omninò cauſis regulariter licet, & num. ſeq. & num. 10.*

5. *Defenſio nemini deneganda.*

6. *Appellatio quælibet permiſſa eſt, niſi expreſſè prohibita reperiatur.*

7. *Statuta porhibentes appellationem odioſa ſunt & reſtringenda.*

8. *Prohibita appellatione à ſententia intelligitur tantùm prohibita appellatio à definitiva.*

9. *Quid verò ſi apellatio ſimpliciter ſit prohibita.*

11. *Appellatio quando permiſſa ſit etiam in ijs cauſis, in quibus illa alioquin non admittitur.*

12. *Perſona judicis ante omnia certa eſſe debet.*

13. *Per appellationem interpoſitam, judicis à quo, opinio & reputatio non læditur.*

14. *Tempus ad proſequendam reviſionem, appellationem, cauſamvè principalem, in prima inſtantia non labitur, quamdiu de præparatorijs vel incidenti diſputatur, & num. ſeq. & num. 16. 17. 18. 19.*

15. *Idem eſt in termino aſſignato ad probandum.*

16. *Tempus inofficioſi querelæ non labitur, cùm diſputatur, utrum teſtamentum conditum ſit nec ne, vel num ipſo jure valeat nec ne.*

17. *Tempus anni præfixum ad promotionem ordinis ſacerdotalis quando non currat ei, qui beneficium curatum obtinuit.*

18. *Vt nec tempus executionis teſtamenti.*

19. *Nec tempus anni & diei præfixum vaſallo ad petendam inveſtituram.*

20. *Nec tempus anni de ſtatuto vel conſuetudine agnatis proximioribus rem immobilem ab agnato ſuo, venditam, pro æquali precio redimere.*

21. *Excluſio à jure proſequendi appellationem interpoſitam vel reviſionem petitam, pœna eſt.*

Vt & quævis alia privatio juris reivè ſuæ, num. 23.

22. *Pœna quid, & num. ſeq. & num. 24.*

25. *Pœna privationis juris nunquam locum habet, niſi in caſibus in jure expreſſis, & numer. 32.*

26. *A pœna, dolo & delicto quid excuſet.*

27. *Appellationem deſertam eſſe in dubio non cenſendum.*

28. *De reviſione idem dicendum.*

29. *Propter deſertionem quando judex à quo, ad executionem ſententiæ à qua, appellatum fuit, procedere non poſſit.*

30. *Tempus proſequendi reviſionem petitam, utile eſt.*

31. *Quid requiratur ad hoc, ut reviſio deſerta cenſeatur, & num. ſeqq.*

33. *Pœna omnis regulariter judicis ſententiam requirit.*

34. *Omnis conſtitutio ita interpretanda, ut ea non ſit non latæ ſed ferendæ ſententiæ.*

35. *Pœna privationis quibus caſibus ipſo jure irrogatur, etiam ſententia declaratoria requiritur.*

36. *Procurator ad cauſam aliquam agendam conſtitutus à ſententia definitiva qualiter appellare,*

lationem interpoſitam proſequi debeat & poſſit.

37. *Quodq́ etiam à gravamine illato circa proceſſum appellare præciſè debeat, & cauſam appellationis proſequi, etiamſi hoc in procuratorio ipſim expreſſum non ſit.*

38. *Appellatio interpoſita ab eo, qui nec ad agendum cauſam nec ad appellandum, mandatum habet, quando nihilominus valeat.*

39. *Apellatio legitimè interpoſita, transfert jurisdictionem & totam negotium ad ſuperiorem, ad quem appellatur.*

40. *Appellatione pendente nihil innovandum à judice à quo.*

41. *Innovata præſumpta & attentata à judice à quo, poſt appellationem interpoſitam per ſe & ipſo jure nulla ſunt.*

42. *Extenditur hoc pulchrè.*

43. *Effectus appellationis.*

44. *Intellectus ordinat. Cameræ part. 2. cap. 29.*

45. *Conſtit. Imperij recentiores ſecundum jus commune antiquius intelligendæ, reſtringendæ & limitandæ.*

46. *Sequentia per præcedentia declarantur & reſtringuntur.*

47. *Ad omnes actus judiciarios citandi illi, quorum principaliter intereſt.*

48. *Cognitio, utrum appellatio ſit recipienda vel non, pertinet ad judicem ad quem.*

49. *Iudex quæſtionis principalis etiam habet cognitionem incidentium.*

EGO EXISTIMO, quod à parte Illuſtriſſimi Principis March. interpoſita appellatione, ꝓpter denegatam deſignationem perſonarum, quam petiti Reviſores ſententiæ (quæ in Camera Imperiali in cauſa ſuæ Illuſtriſſimæ Celſitudini contra Borkones in Panſen anno 58. publicata eſt) examinare debent; prælibata reviſio non ſit deſerta: quod etiam ad hunc finem, ut petita reviſio habeatur pro deſerta, ſententia Judicis ad quem, requiratur.

Primò, quamvis in ordinatione Cameræ Imperialis parte 3. cap. 53. verſ. Ob auch die Reviſion, cautum & proviſum, ſi Reviſio inter terminum præfixum non fuerit proſecuta, quod tunc Judex Cameræ cum Executione prius publicatæ ſententiæ abſque omni mora vel impedimento procedere deberet: tamen in continenti eademque diſpoſitione ſequitur, non tamen alio modo, quàm ſi manifeſtè & probabiliter demonſtrari poſſit, partem petentem Reviſionem, in debita diligentia omnibusque neceſſariis inſtantiis ad convocationem Commiſſariorum pertinentibus non fuiſſe: per quam clauſulam præcedens diſpoſitio generalis de jure ita interpretatur reſtringiturque, quod illa in nullo alio caſu locum habeat, quàm ſi apertè probabiliterque appareat, partem petentem Reviſionem in meliori diligentia aliisque neceſſariis inſtantiis convocationem Commiſſariorum Conſiliariorumque concernentem non, ſed ſocordem & negligentem fuiſſe.

Namque clari & indubitati juris
eſt, hanc dictionem, † Doch/ ſive ita ta- 1
men, habere naturam limitativam ſive reſtrictivam, atque præcedentem diſpoſitionem generatem ita reſtringere, ut tantùm habeat locum in caſu ſpeciali poſtea expreſſo, *Carol. Ruin. conſil. 74. num. 17. lib. 2. facit text. l. ita tamen. in princip ff. ad SC. Trebell.*

Similiter & dictio, Ander geſtalt nicht/ ſive non aliter, vel non alio modo, habet vim limitativam, reſtrictivam, atque hoc operatur, ut præcedens diſpoſitio generalis non aliter locum habeat, niſi concurrentibus omnibus qualitatibus poſtea expreſſis, atque etiam non niſi in caſu poſtea expreſſo, *gloſ. & Baldus l. ſiquidem. C. de exception. gloſ. l. idem Labeo. §. 1. ff. famil. hercifcund. Alexand. conſil. 111. num. 30. lib. 6. Decius conſil. 61. num. 2. & conſil. 85. num. 4. Cardinal. Pariſ. conſil. 18. num. 6. & 7. lib. 1. conſil. 19. num. 15. & 16. lib. 2. & conſil. 10. num. 18. lib. 4. Bald. cap. 1. §. final. & ibi Præpoſ. in fin. quæ fuit prima cauſa. Abbas c. 2. num. 10. extr. de feud. Alvarott. cap. 1. in pr. num. 15 & ibi Præpoſit. num. 6. de prohib feud. alien. per Frider. Felin. cap. quæ in Eccleſiarum. num. 86. extr. de conſtitut. Iaſ. l. fin. num. 142. C. de jure emphyteu. Franc. Alvarott. inter Conſil. Albert. Brun. conſil. 121. num. 25. Thomas Gram. deciſ. 49. num. 3. & 4. facit text. l ſancimus. C. de judic. l. contractus. C. de fide inſtrum. l. non aliter. in pr. ff. de legat. 3.*

Et hoc potiſſimùm procedit, quando

hæ duæ dictionea, Doch/ Nicht ander geſtalt/ ſive ita tamen, & non aliter, conjunguntur, & in una eademque diſpoſitione ponuntur. Tunc enim ex hac geminatione ſive conjunctione illarum duarum dictionum reſtrictivarum colligitur præciſa & enixa mens diſponentis, q ipſe diſpoſitionem ſuam in nullo alio caſu locum habere velit, *Cardin. Pariſ. conſ. 18. nu. 7. lib. 1. arg. l. Baliſta., cum ibi notatis. ff. ad SC. Trebell. Bart. l. cum ſcimus. C. de agric. & cenſit. lib. 11. cum multis ſimilibus allegatis per Nicol. Everhard. in loco à locutionis geminatione, ſive altius reiterata multiplicatione.*

Ex quo ſequitur, cum Illuſtriſſima Principia Celſitudo, vel S. Illuſtr. Celſitud. conſtitutus locum tenens in petendo convocationem Commiſſariorum Conſiliariorumque negligens vel culpabilis non fuerit: quod etiam nequaquam dici poſſit, petitam Reviſionem in præſenti caſu deſertam eſſe. Quod etiam confirmatur ex eo, quia affirmatum de uno, de omnibus aliis cenſetur eſſe negatum, *l. cum Prætorè. in prin. ff. de judic. c. nonnè. & ibi Felin. extr. de præſumpt.* & exceptio facta in uno vel certis caſibus, confirmat regulam in omnibus caſibus non exceptis, *§. ut autem. auth. de non alienand. vel permutand. rebus Eccleſ. Decius & Cagnol. l. 1. ff. de regul. jur.*

3 Secundò, in ordinatione Cameræ † Imperialis part. 3. cap. 53. verſ. Im fall aber/ ſpecificatur, in quibus appellatio à Reviſoribus prohibitum, nimirum, ſi ſententiæ in Camera Imperiali pronunciatæ, fuerint confirmatæ: ac nullibi in dicta ordinatione reperitur, quod illi, qui à Viſitatorib. circa præparatoria Reviſionis vel alio modo gravatur, appellare interdictum ſit: Et in jure apertè diſpoſitum eſt.

4 Quod regulariter permiſſum ſit † appellare ab omnibus omninò Judicibus tàm ordinariis quàm delegatis, nec non etiam in omnibus omninò cauſis tàm majorib. quàm minoribus. Item, tàm ordinariis quàm extraordinariis, prout hoc quod ab omnibus omninò judicibus appellare permiſſum ſit, probat text. *c. omnes & c. ad Romanam 2. q. 6 & tradit Specul. in tit. de appell. §. videndum. circa princ. Robert. Marant. in ſuo Specul. aureo. part. 6. num. 2. actu ſive ſub Rubr. de appellat. num. 255. cum multis ſeqq. Petr. Duen reg. 45.*

Quod verò in omnibus omninò cauſis appellare licitum ſit, probat text. *l. & in majoribus. C. de appell. l. non tantùm & l. final. §. juſſus. ff. eodem tit. & gloſ. l. qui reſtituere. ff. de rei vendic. Phil. Franc. Rubr. extr. de appellat. Robert. Marant. in ſuo Specul. aureo part 6. actu 2. qui eſt de appellatione. n. 265. Bernbar. Diaz. regul. 35.*

Et quod etiam in cauſis ſive remediis extraordinariis appellare permiſſum ſit, probat text. *l. 1 juncta. gloſ. verb ſententia. C. ſi ſæpè in integr. reſtit. pet.* In quo textu juncta gl. expreſsè deciditur in cauſa reſtitutionis in integrum appellare licitum eſſet, & tamen dubio omni caret, reſtitutionem in integrum remedium extraordinarium eſſe, *l. in cauſæ. la. 2. ff. de minorib*

Neque verò tantùm à ſententiis diffinitivis, verùm etiam à ſententiis interlocutoriis, per quas quis gravatur, circa proceſſum nec non etiam ab omni gravamine circa proceſſum appellare licet etiam de jure civili, prout hoc expreſsè & in ſpecie decidit *Bar. l. 2. num. 17. ff. de appell. recip.*

Et hoc uſque adeò verum, ut à facto Judicis, qui ſpreta exceptione legitima & inter omnia diſcurienda ad ulteriora procedit vel procedi pronunciatur, appellari poſſit, licet ipſe partibus & exceptionem oppoſitam; & omnes alias exceptionas poſtea opponebat, referunt *Abb. c. ex parte. & ibi Felin. num. 12. & 13. extr. de teſtib.* Et utrum illa appellatio ſit infra ſuperior, cognoſcit *Felin. d. c. ex parte, n. 13. ext. de teſtib.*

Quinimò etiam à gravamine extrajudiciali appellare licet, ſive illud gravamen inferatur à Judice ſive à parte, *c. bona memoriæ. & ibi Abb. Philip. Franc. Dec & Dd. extr. de appellat. c. cum ſit Romana. extr. eod. tit. Robert. Marant. in Specul. aur. part. 6. actu 2. numer. 277.*

Et hæ deciſiones comprobantur ex eo. Namq; † appellatio eſt quaſi quædam de- 5
fenſio, quæ defenſio nemini omninò denegenda eſt, ſicut hoc, quod appellatio quædam defenſio ſit, probat text. *l. 1. ff. de appellat. c. ad Romanam. 2. q. 6 c. cum ſpecialis. §. porrò. extr. de appell.* Et quod appellatio nemini deneganda ſit, etiam nec Diabolo quidem, tradit *Rota rit. de appellat decis 16. Card. Pariſ. conſ. 28. num. 11. lib. 4.* Et probatur per text. *c. cum inter. extr. de except. Robert. Marant. in Specul aureo part. 6. actu 2. n. 267. Petr. Duen. Regul. 45.*

Zum dritten iſt es klares Rechtens/ quod 6
regulariter quælibet appellatio ſit permiſſa, niſi expreſsè prohibita reperiatur, *gl. fin l qui reſtituere. & ibi Bal. & Ang. ff. de rei vend gloſ.*

§. audi-

§. audiunt. verb.perimendis.arg.ill.text. auth. de judicib. B. l. 2. col. 2. verſ. quæro quæ eſt ratio. C.de appell.recip.Bald.l.1. col.3.verſ.& nota quod in materia. C. ſi de moment. poſſeſ. appell. fuerit. Imol. conſ. 142. col. 1. Socin. conſ. 195. num. 1. lib. 2. & conſ. 39. in pr. lib. 4. Iaſ. conſ. 187. col. 3. lib. 1.

Et in dubio ſemper pronunciandum eſt, appellationem eſſe admittendam, *gl. c. ut debitus, verb. rationabili cauſa. ext. de appell. Imol. c. dilectus, el. 2. ext. de reſcript. Bald. l. 1. col.2. ff. nil novari appell. pend. Bal. l. properandum. §. ſin autem reus.col. 2.C.de judic. Angel. l. quoniam judices. C. de appell. Card.Flor.Clem.1. quæſt. 2. de dolo & contum. Dec. conſ. 49. circa fin.*

Atq; in dubio cuilibet appellationi deferendum eſt, *Spec. §. nunc dicamus.verſ. 1. & verſ. dicunt autem quidem. tit. de appell. Archid. c. cord. & c. ſi à judice de appell. lib. 6. Ioan.And. Ant. de Butr.& Dd. d.c. ut debitus.ext de appell. Ioan. And. c. Paſtoralis. & ibi Bald. §. præterea. col. 1. ext. de off. deleg. Bald. l. de ſtatu. ff. de teſtament.Bald. l properandū. §. ſi reus. C.de jud. Cardinal. Clem. 1. col. 5. de dol.& contum. Alex. conſ. 183. col. 1. lib. 5. Iaſ. l.1. num. 17. ff. ſi quis cautionib.*

7 Zum vierdten / iſt es klares Rechtens / q † ſtatuta ſive conſtitutiones vel ordinationes prohibentes appellationem, ſint odioſæ, & quantum fieri poteſt, reſtringendæ, nec ultra terminos ſuos extendendæ, *And.de Iſer.c.1.verſ.& bona.tit. quæ ſunt Regalia. Rob. Marant. in ſuo Specul. part. 6. actu. 2. num. 356.*

Zum fünfften / iſt es zu Recht verſehen /
8 quod prohibita † appellatione à ſententia intelligatur, tantùm prohibita appellatio à ſententia definitiva, non autem ab interlocutoriis vel gravaminibus circa proceſſum *Ang. conſ.46. n. 6. & conſ.183. Abb. c. Paſtoralis. in pr. & ibi Phil.Fr. ext.de appell. Rob. Maran. in ſuo Spec. part. 6. actu 2. n. 355. Ioan. Maria. Rimin.l. 1. n.2. C. de bon. poſ. ſecund. tab. Dec.l. penult. num. 35. C. de pact. Duen. reg.44. limit. 3.*

Quinimò Dd. magis communiter tra-
9 dunt, quod † prohibita appellatione ſimpliciter intelligatur tantùm prohibita appellatio à ſententia definitiva, non autem à gravamine circa proceſſum, *Archid.Ioa. And. & Domin.c. ut inquiſitionis .in pr.& ibi Phil. Fr. de hæretic.lib.6.Phil.Fr. c.Paſtoralis.in pr. ext. de appell. Dec. l.pen.n. 36. C. de pact. & idem tenet Bald.in c. ex conquæſtione. ext. de reſtit. ſpoliat.* ubi *Bald.* concludit, licet in poſſeſſoriis judiciis regulariter appellare non liceat, ab inordinato tamen proceſſu ſive gravamine circa proceſſum in poſſeſſoriis judiciis appellationem conceſſam eſſe, quam deciſ. *Bald. refert atq; ſequitur Iaſ. l. 1. C. de bon. poſ. ſecun.tab.* Idem etiam tenet *Guilh. de Cun. & Bald. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. arg. ill.tex. ff. de minor.* ubi *Bal.& Guil. de Cun.* decidunt, quod prohibita appellatione ſimpliciter & generaliter nunquam intelligatur prohibita appellatio à gravamine ſive interlocutoria circa aliquod incidens vel emergens, quod dictum Baldi refert atq; ſequitur *Philip Franc. cap. Paſtoralis.in princip. n. 22. ext. de appellat. Dec. l. pen. n. 35. C. de pact. Ioan. Maria. Riminald. l. 1. n. 3. C. de bonor. poſ. ſecund. tabul.*

Zum ſechſten / iſt es klares Rechtens /
quod in † qualibet cauſa mundi, in qua mo- 10
dus exceditur, ſit permiſſa appellatio, *Bald. c. licet. ext. de offic. ordinar. Bald. conſ. 360. lib. 3. Dec. c. novit. notab. ult. ext. de appell. Card. Pariſ. conſ. 28. nu. 22. lib. 4.*

Zum ſiebenden / wird es von den Rechts-
lehrern darfür gehalten / quod in † illis cau- 11
ſis, in quibus alioquin appellare non licet, appellatio permiſſa ſit eo caſu, quando ſententia verbis negativis concepta eſt, ſive quando alicui id, quod ab ipſo petitum eſt, denegatur, ſicut hoc ſatis probatur ex eo, quod Dd. in ſimili tradunt, licet in judiciis poſſeſſoriis appellatio prohibita ſit, à ſententia tamen negativa, qua Judex pronunciat, actorem non eſſe immittendum in poſſeſſionem, appellationem permiſſam eſſe, *Ang. l. quiuqnis. C. quorum appell. non recip. Iacob. de S. Georg. l. fin. nu. 56. C. de edict. div. Hadr. toll. Petr. Duen. 44. limit. 1.*

Zum achten / iſt es zu Recht verſehen / quod in iis cauſis, in quibus appellatio prohibita eſt, ex cauſa juſta in appellatione expreſſa appellare liceat, *Ioan. Andr. c. 1. extr. de offic. delegat. B. l. fin. col. 1. ff. de appell. recip. Bald. l. quiuqnis. C. quorum appell. non recip. Bald. l. 1. col. 2. verſ. demù quæro cum quid. C. ſi de moment. poſ. appell. fur. Bald. conſ. 217. col. fin. lib. 2. & conſ. 143. in fin. lib. 3. facit id id quod tradit Abb. conſ. 55. lib. 2. Duen. reg. 44. limit. 5.*

Ex quo ſequitur, quod Illuſtr. Prin-

cipis Mandatarii in præſenti caſu juſtè egerint, quod à gravamine ipſis illato a Viſitatoribus, circa proceſſum nempe à denegatione deſignationis perſonarum appellarint, quodque etiam ipſa appellatio juri communi ſcripto, ordinationiq; conſentanea ſit, præſertim cum Viſitatores valdè exceſſerint in eo, quod ante realem depoſitionem taxatæ ſummæ, Principis Procuratori deſignationem perſonarum denegarint.

Et Judicis perſona ante omnia debeat
12 eſſe certa, † quodque juſta cauſa gravminis ſit, ſi quis cogatur coram Judice ignoto, ſive de cujus perſona nondum conſtat, cautionem judicio ſiſti, vel ſimilem exponere. Neque hoc ita accipi poterit, quod per hoc, quod Ducales Brandenburgici Procuratores ſive Mandatarii de illo gravamine appellarint, Cameræ Imperialis Viſitarorum vel etiam communium ordinum Imperii reputationem læſerint vel gravarint.

Cum ſit clari & indubitati juris, quod
13 per † appellationem interpoſitam nulla infetatur injuria Judici a quo, nec illius opinio vel reputatio lædatur; *l. & in majoribus. C. de appellat.*

Nonò, ſequitur hinc ulterius, cum ſacra Cæſarea Majeſtas interpoſitam appellationem ad comitia Imperii ſententiamque communium ſtatuum ſacri Romani Imperii diſtulerit, atque ideò cauſa illa appellationis in hodiernum uſque diem indeciſa adhuc pendeat, nullo modo exiſtimari poterit reviſionem eſſe deſertam.

14 Cum juris ſit, quod tempus ad † proſequendam reviſionem, appellationem vel etiam cauſam principalem in prima inſtantia non labatur neque currat, quamdiu de præparatoriis vel incidenti diſputatur, aut appellatio à præparatoriis incidenti, vel gravamine circa proceſſum pendet, ſicut hoc ſatis probatur per id, quod tradit *Cardinal. Pariſ. in addit. ad Bartol. l. properandum. in princip. verb. functionem. C. de judic.* ubi ipſe concludit, tempus inſtantiæ non currere, quamdiu vel donec pendet appellatio interpoſita à ſententia interlocutoria ſive gravamine circa proceſſum vel aliud incidens, atque ibidem atteſtatur, eandem opinionem amplecti *Paulus Caſtrenſ. in loco ab ipſo citato.*

Idem etiam probat id, quod tradit *Caſſadorus deciſio. 9. numer. 5.* ubi ipſe expreſsè concludit, tempus ad proſequendam appellationem non currere, quamdiu appellatio ab interlocutoria vel gravamine circa proceſſum aut aliquod incidens pendet, hujusque deciſionis aſſertorem Decium eſſe affirmat.

Eandem ſententiam comprobat id, quod tradit *Cardinal. Pariſ. in additio. ad Bartol. l. contra majores. C. de inoffic. teſtam.* ubi ipſe formaliter inquit, quod pendente judicio ſuper incidenti non currat tempus in principali cauſa.

Pro hac eadem ſententia comprobanda etiam adduci poteſt id, quod Dd. tradunt, Tempus ad proſequendam appellationem a LL. præfixam non currere, quamdiu diſputatur de revocandis attentatis, *Rota deciſ. 13. tit. de appellat. in noviſ. & deciſ. 73. eod. tit. in antiquis. Felin. cap ex ratione. num. 4. & 5. extr. de appellat.* Et idem probat id, quod Doctores tradunt, quod tempus ad proſequendam appellationem à legibus præfinitum, non currat nec dilabatur, donec diſputatur ſuper aptitudine Libelli juſtificatorii appellationis, *Baldus authent. ei qui. C. de temp. appellat. Felin. c. ex ratione. num. 5. extr. de appellationib.*

Huc accedit, quod † terminus præfi- 15
xus ad probandum exceptiones non currat, quamdiu diſputatur de præparatoriis, utrum videlicet exceptiones admittendæ ſint an verò non, *gloſ. Clem. ſæpè. verb. poſt dationem. de verbor. ſignificatione. Speculat. in tit. de dilat. §. 1. verſ. ſed nunquid currit. Baldus l. ſi cum ipſe ff. de excuſ. tutor. Bald. & Dd. l. contra majores C. de inofficioſo teſtam. Angel. l. Paulus. § hæres. ff. de uſuris. Bald. Salicet, & Dd. l. 1. & ibi Franc. Curt in repetit. nu. 6. C de jurament. calum. Cyn. Bald. & Salicet. l. fin C. ad leg. Iul. de adult.*

Quodque terminus aſſignatus ad probandum non currat, quamdiu diſputatur de præpararotiis, utrum videlicet capitula producta admittenda ſint an verò non, *Bald. Imol. & Roman. l. quamdiu. la. 3. ff. de acquir. hæred. Franc. Curt. repetit. l. 1. numer. 6. C. de juram. calum. Cardinal Pariſ. in addit. ad Bartol. l. contra majores. C. de inoffic. teſtam.*

His adde, ſi ſtatuto cautum ſit, ut condemnato pro vulnere, non ſolventi conde-

condemnationem intra decem dies, ma-
nus amputetur. Hoc tempus decem die-
rum, ſi ab illa ſententia appellatum ſit,
non currere, niſi ab illo die, quo in cau-
ſa appellationis iſta ſententia confirmata
fuit, *Bald. in addit. ad Specul. tit. de ſenten-
tia. col. 14. verſ. dicit ſtatutum. Bald. l. 2. ar-
gum. illius text. C. de uſur. rei judicatæ. Alex.
conſ. 36. lib. 4.*

Præterea hanc ſententiam confirmat,
16 quod † tempus querelæ inofficioſi teſta-
menti non labatur, quamdiu diſputatur,
utrum teſtamentum conditum ſit, Item,
utrum teſtamentum conditum per ſe &
ipſo jure valeat an verò non, *l. contra ma-
jores. C. de inoffic. teſtam.*

Quodque tempus ad proſequen-
dam appellationem præfixum, non laba-
tur, quamdiu diſputatur de hoc, utrum
ſententia lata ſit. Item, utrum ſenten-
tia lata per ſe & ipſo jure valeat, *Iacob.
de Aren. Cyn. Alber. Paulus Caſtrenſ. & Dd.
contra majores. Cyn. Bart. & Alber. l. quam-
diu. C. qui admitt. Bartol. l. ſi expreſſum. col.
5. ff. de appellat. Bartol. l. 1. C. quando pro-
voc. non eſt neceſſe. Bald. l. qui teſtamento. arg.
illius text. ff. de excuſ. tutor. Angel. l. Paulus. §.
1. ff. de uſuris. Raph. Comenſ. conſ. 36. Hippol.
ſingul. 152.*

17 Deinde pro hac ſententia compro-
banda facit, quod Doctores tradunt, tem-
pus † anni præfixum, ad promotionem or-
dinis ſacerdotalis ei, qui beneficium cura-
rum obtinuit, non labi, quamdiu pendet
lis ab initio ſuper hoc beneficio mota, *cap.
commiſſa. & ibi gloſ. verb. pacificam. & Dd. de
electione. lib. 6.* Quodque tempus electioni
præfinitum non currat pendente lite ſuper
poteſtate eligendi, & ſic ſuper præparatoriis
electionis, *Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Abb. c. quo-
niam. extr. de jure patronatus.*

Eodem modo pro hac ſententia cor-
18 roboranda facit, quod traditur † tempus
executionis teſtamenti nun currere quam-
diu diſputatur de viribus teſtamenti inter
hær. des ſcriptos & venientes ab inteſtato,
*Petr. Verrat. in form. libelli, quo agitur ad red-
dendas rationes tutelæ. verb. ac executores. col.
5. verſ. ulterius quæritur.*

19 Quodq; † tempus anni & diei præfi-
xum vaſallo ad probandum inveſtituram
non labatur quamdiu pendet lis de præpa-
ratoriis, utrum videlicet ipſe ſit vaſallus an
verò non. Item, utrum feudum, cujus in-
veſtitura petenda eſt, ad ipſũ pertineat, an
verò non, *Iacob. de Ardizo. in ſum. tit. quibus
mod. feud. amitt. §. quid ſi vaſallus. Matth. de
Afflict. c. 1. in pr. num. 6. quæ fuit prima cauſa.
Guilbel. de Cun. Bald. Salic. Raph. Fulgoſ. & Ca-
ſtrenſ. l. ſolennibus. C. de rei vendic. And. de Iſer.
& M. de Afflict. c. 1. in princ. de Capit. Corrad.
Bald. Alvar. & Præpoſ. & M. de Affl. c. 1. in pr.
quæ fuit prima cauſa. Pet. de Anch conſ 164. n.
6. Alex. conſ. 71. col. fin. lib. 1. Dec. conſ 144.
n. 6. M. Laud. c. 1. in pr. quib. mod. feud. amit.
Curt. in tr. feud. part. 3. nu. 53. Guid. Pap. deciſ.
Delphin. 165. Alb. Brun. conſ. 38. col. 2. Iac. de
S. G. in tr. feud verb. qui quidem inveſtit. n. 32.
M. de Affl. c. 1. in pr. n. 63. quo tempor. miles.
Steph. Bertr. conſ. 104. n. 6. lib. 2. & conſ. 15. n.
13. lib. 4.* prout etiam emphyteuta non
cenſetur eſſe in mora ſolvendi Canonem
emphyteuticum, quamdiu alius ipſi quæ-
ſtionem de Emphyteuſi movet, *Abb. conſil.
94. col. 4. lib. 2.*

Ultra prædicta hanc ſententiam com-
probat, quod † ſtatutum vel cõſuetudo per- 20
mittens agnatis proximioribus rem im-
mobilem ab agnato ſuo venditam intra an-
num pro æquali precio redimere. Ita intel-
gendum ſit, ut illud tempus anni non cur-
rat pendenti lite ſuper illa venditione mo-
ta, *Iacob. de Raven. Petr. de Bellapert. Bald. &
Salic. l. contra majores. C. de inoff. teſtam. Bald.
in tr. de jur. protimiſ. col. 5. verſ. ſed pone quod
Titius. collect. c. conſtitutus. col. pen. verſ. ſed ut
perfectius. ext. de reſtit. in integr. Maſuer. in tit.
de retract. col. fin. verſ. item pone emptor agit.
Guid. Pap deciſ. 257. in pr.* Quodq; penden-
tia judicii excuſat à mora, *Bald l. per diver-
ſas. col. 6. C. firmand. Socin. conſ. 76. n. 7. lib. 1.*

Zum zehenden / iſt es vngezweiffeltes
Rechtens / quod † privatio vel amiſſio ju- 21
ris ſive excluſio à jure proſequendi appel-
lationem interpoſitam vel reviſionem pe-
titam pœna ſit, & pœnale cenſeatur, prout
hoc ſatis probatur ex eo, tum quia excluſio
ab onere probandi pœna dicitur, *Gemin.
cap. cupientes. §. inſuper. argum. illius textus. de
elect. lib. 6. Zaſ. l. in ſuis. num. 19. ff. de liber.
& poſthum.*

Tum quia † pœna dicitur omnis læſio, 22
quæ punit & vindicat id, quod quis com-
miſit vel neglexit, *c. in pœnitentia. de pœnit.
diſtinct. 3. Geminian. c. fin col. 7. de elect. lib.
6. Zaſ. l. in ſuis. num. 19. ff. de lib. & poſthum.*
Tum quia amiſſio feudi pœna cenſetur,
*Aymon Cravet. in tract. de antiq. temper. part.
4. §. tranſeo nunc ad quartam. num. 152.* pro-
ut etiam privatio ſive amiſſio Emphyteuſis

pœna eſſe cenſetur, *Bald. l. 2. num. 23. & ibi Iaſ. num. 8. circ. fin. C. de jure emphyteut.*

23 Tum quia omnis privatio † juris ſui vel rei ſuæ dicitur eſſe pœna, *l. in criminali C. de jurisdict. omnium judic. gloſ. Clem. 1. verb. in pœnam. argument. illius text. de jure patronatus. Barbat. conſil. 24. in princip. lib. 1. Decius authent. qui rem. num. 3. C. de SS. Eccleſ. Barbat. conſ. 51. num. 18. lib. 1. Zaſ. l. ſi inſulam. col. 11. ff. de verb. obligat. Iaſ. l. venia. col. 4. de in jus vocan. Phaunuc. in tr. de litem juran. part. 2. §. ſequendo. num. 10.*

24 Etſi illud jus † merum lucrum contineat, *l. 1. C. de his quæ pœnæ nomine.* Tum quia pœna dicitur, quando alicui quid abeſt vel abfuturum eſt, *Oldr. conſ. 26.* Tum quia pœnale dicitur ſtatutũ ex eo ſolùm, quod patrimonium alicuj⁹ diminuerit, *Ioan. And. c. 1. de elect. lib. 6. Abb conſ. 1. col. 2. conſ. 67. col. 3. & conſ. 79. circa princ. lib. 1.* Tum quia annulatio actus pœna eſt, & appellatione pœnæ venit, *l Senatus: ff. de contrah. emptio. Bart. l. turpia. ff. de legat. 1. Bart. l. Prætor ait. ff. de oper. nov. nunc. Bar. l. 1. ff. de his quæ pro non ſcrip. habentur. Bald. l. nemo Martyris. C. de SS. Eccleſ. Felin. cap. 2. col. 1. extr. de teſtibus. Sebaſt. Vantius in tract. de nullitat. ſub Rubr. quid ſit nullitas. num. 15. & 28. Geminian. cap. diſpendia. §. rem quoq;. de reſcript. lib. 6. Zaſ. l. in ſuis. num. 19. ff. de liber. & poſthum.*

Præterea quoque legib. expreſsè cau-
25 tum eſt, quod pœna privationis rei vel juris nunquam habeat locum, niſi in caſibus in jure expreſſis, *§. cum igitur. authen. de non eligendo ſecundò nubentes. gloſ. c. fin. & ibi Abb. extr. de jure patronatus. gloſ. 2. c. cum vos. extr. de offic. ordinarij. gloſ. Clem. 2. verb. ſuſpenſus de vita & honeſt. Clericor. Panorm. c. bonæ. el. 2. col. 3. extr. de elect. Panorm. c. cum venerabilis. col. 8. extr. de exception. Baldus authent. ex teſtamento. col. pen. C. de ſecundis nuptijs. Alex. conſil. 103. lib. 1. & conſil. 92. lib. 6. Iaſon l. 1. col. final. C. de Tranſactio. Decius cap. 1. & ibi Felin. extr. de reſcript. Felin. cap. at ſi Clerici. in princip. col. 2. extr. de judicijs. Decius Rubric. col. 1. & ibi Fancisc. Ripa col. 3. extr. eod. tit. facit textus. l at ſi quis. §. idem Labeo. ff. de religioſ. & ſumpt. fun. l. 3. §. non perpetuè. ff. de ſepulchro violatò.*

Cum itaque in ordinatione Cameræ Imperialis cautum non reperiatur, quod is, qui appellat, à gravamine illato circa præparatoria reviſionis, vel à Viſitatoribus vel à Reviſoribus privari debeat jure proſequendi ſuam reviſionem, ſequitur, quod propter appellationem interpoſitam à gravamine circa præparatoria reviſionis, nec reviſio pro deſerta haberi, nec quiſquam jure proſequendi reviſionem privari poſſit.

Zum eilfften / ordnen die beſchriebenen Rechte / quod † juſta cauſa excuſet ab 26
omni pœná juris & Canonis *Ioan. Andr. c. 1. §. fin. de elect. lib. 6. Bald. l. properandum. §. ſin autem alterutra. C. de judicijs. Bald. auth. generaliter. oppoſ. 5. C. de Epiſcop. & Cler. Dec. c. ex ratione. nu. 10. extr. de appellat.*

Quinimò cauſa quælibet etiam injuſta excuſet à dolo, delicto & pœna, *l. igitur. verſ. & generaliter. ff. de liberal. cauſ. l. inter omnes. §. rectè. ff. de furtis. l. clam poſſidere. in princip. & ibi Francis. Aretin. & Iaſ. ff. de acquir. poſſeß. gloſ. l. 1. in fin. ff. de abigeis. gloſ & Angel. l. Plagij. el. 2. C. ad leg. Flav. de plagiar. Bart. l. 1. §. non autem. col. final ff. ſi quis teſtament. liber eſſe juſſus fuer.* prout etiam à dolo, delicto & pœna excuſat cauſa etiam beſtialis, *Socin. conſ. 108. lib. 2.* Temeritas, *Angel. d. l. Plagij. la2. C. ad leg. Flav. de Plagiar.* Item, Credulitas nimia, *Angel. l. mariti. §. plectitur. ff. ad leg. Iuliam de adult.* Fatua, *Ang. l. 1. in princip. ff. de eo per quem fact. fuit.* Et beſtialis, *Imol. l. ſi inſula. ff. de verb. obligat.*

Similiter & à contumacia ſive negligentia quæ & ipſa delictum eſt, *l. omne delictum. in princip. ff. de re militari.* nec non etiam à pœna contumaciæ ſive negligentiæ quælibet cauſa etiam modica & injuſta excuſat, *gloſ. fin. l. 1. §. fin. & ibi Bart. Bald. Salicet. Aug. Paul. Caſtr. & Dd. ff ſi quis jus dicenti non obtemp. gloſ. l. ex conſenſu. & ibi Angel. Raph. Cuman. & Dd. ff. de appellat. Bald. l. 1. ff. ſi quis jus dicenti non obtemp. Bald. l. ea quæ circa fin. C. quomodo & quando judex. Bald. l. deberi. C. de fideicommiß. Angel. l. Imperator. ff. de ſtatutum Roma. conſ. 224. Barbat conſ. 77. col. 2. lib. 4.*

Cum itaque Mandatarii Illuſtriſſimi Principis M. Joannis cauſam non tantùm injuſtam vel temerariam, verùm etiam juſtiſſimam habuerint appellandi à gravamine denegatę deſignationis perſonarum, dubio omni caret, quod Illuſtriſſimus Princeps M. Joannes nullo modo propter hanc interpoſitam appellationem in hoc puniri poſſit, ut petitio reviſionis habeatur pro deſerta.

Duo-

27 Duodecimò, in dubio nunquam † judicandum vel cenſendum eſt, appellationem interpoſitam vel reviſionem petitam deſertã eſſe, prout in appellatione hoc expreſsè tradit *Paul. Caſtr. Roman. & Alex. l. 1. arg. illius text. & ibi Iaſ. nu. 17. ff. ſi quis cantion. Dec. conſ. 28. col. 2. conſ. 83. conſ. 356. conſ. 445. n. 45. conſ. 524. & conſ. 677. in pr. Sebaſt. Vant. in tr. de nullit. ſub rubr. quib. mod. ſententia nulla reparari poſſit. nu. 128.*

28 Et cum † reviſio appellationi æquiparetur, dubio omni caret, quod in dubio cenſendum & judicandum ſit, reviſionem non eſſe deſertam, cum diſpoſitum de uno, ex æquiparatis etiam in alio æquiparatorum locum habet. *gl. fin. l. ſi quis fundo. C. de furt.*

Ex quo infertur, etiamſi in caſu præſenti probabiliter dubitari poſſit, utrum reviſio petita deſerta ſit an verò non, attamen & cenſendum & judicandum eſſe reviſionem petitam minimè deſertam.

29 Decimò tertio, leges ſanciunt, † quod propter deſertionẽ prętenſam Judex à quo, ad executionem ſententiæ à qua appellatum fuit, ꝓcedere nequeat, eo caſu, quando appellatio interpoſita Judici ad quem, intimata fuit, niſi Judex ad quem, pri⁹ declaraverit & pronunciaverit appellationem deſertam eſſe, *Bart. l. eos. in pr. n. 8. & ibi Bald. n. 7. C. de appellat. Chilian. König in ſuo Proceſſu. c. 126.* quod uſque adeò verum eſt, ut executio facta non præcedente hac pronunciatione per ſe & ipſo jure nulla ſit, *Bald. conſ. 390. lib. 3.* Quod potiſſimùm procedit eo caſu, quando dubitatur, utrum appellatio interpoſita deſerta ſit an verò non, *Bald. d. l. eos. num. 7. Bald. conſ. 390. lib. 3. Chilian. König in ſuo Proceſſu cap. 126.* Et abſque omni dubio hoc locum habet eo caſu, quando tempora appellationis ſunt facta utilia, ex diſpoſitione nempe ſtatuti vel conſtitutionis, utpura ſi ſtatuto vel conſtitutione cautum ſit, ut illa tempora impeditis currant. Tunc enim Judex à quo, nunquam ad executionem procedere poteſt, niſi Judex ad quem, prius pronunciaverit appellationem deſertam, *Bald. l. eos. in prin. num. 10. C. de appellat. Philip. Franc. cap. ex ratione. circa fin. extr. de appellat. Angel. l. ſi expreſſum. col. penult. ff. de appellat. Felin. cap. ex parte. el. 2. num. 10. verſ. ſecundò nota. extr. de reſcript.*

Sed in caſu præſenti petitio reviſionis fuit intimata ſive præſentata Archiepiſcopo Moguntinenſi ſtatibus Imperii, nec non etiam Viſitatoribus, ex quorum numero Reviſores eligi ſolent, & inſuper in ordinatione Cameræ Imperialis *parte 3. cap. 53. verſ.* Ob auch die *Reviſion.* expreſsè cautum eſt, quod tempus † proſequendi reviſionem petitam non currat, niſi negligentibus, & ſic quod illud tempus utile ſit, *argum. l. 1. ff. de diverſ. & temporal. præſcript.* 30

Nec etiam in caſu pręſenti liquidum eſt, petitionem reviſionis deſertam eſſe. Imò contrarium, quod videlicet reviſio deſerta non ſit, manifeſtiſſimè patet ex ijs, quæ ſuprà diximus, aut ſaltem de hoc probabiliter dubitatur.

Igitur ſequitur, quod Judicibus Cameræ Imperialis propter prætenſam deſertionem reviſionis, minimè permiſſum fuerit ad executionem illius ſententiæ à qua reviſio petita fuit, procedere, antequam à Judice ad quem, declaratum fuit, illam reviſionem deſertam eſſe, quoque omnia decreta & præſumpta, nec non etiam decernenda, ſtatuenda & præſumenda ab ipſis in cauſa executionis ante hanc pronunciationem factum per ſe & ipſo jure nulla ſint & viribus careant.

Decimò quartò, neque † in ordinatione reperitur, quod pars petens propter deſertionem ipſo jure reviſionem amiſerit. Et aliàs in ordinatione parte 3. cap. 53. verſicul. Ob auch die Reviſion, expreſsè cautum eſt, quod nullus reviſionem amittat, niſi apertè probabiliterque doceatur, partem petentem in inſtanter petendo congregationem Commiſſariorum Conſiliariorumque fieri, negligentem fuiſſe. 31

Et ſic ille text. requirit cauſæ cognitionem ad hoc, ut reviſio deſerta cenſeri vel reputari poſſit.

Ex quo ſequitur, quod juxta diſpoſitionem ordinationis reviſio nullo caſu ipſo jure & abſque præcedenti cognitione deſerta fiat: ſedq; ad hoc requiratur & ſententiæ & cauſæ cognitio.

Namque legib. expreſsè cautum eſt, quod † pœna privationis, amiſſionis vel deſertionis alicujus rei vel juris, nunquam irrogetur, ipſo jure, niſi hoc legib. expreſsè 32

cautum

cautum fuerit, *Innocent. c. bonæ. el. 2. col. fin. extr. electione. Imol. Panormit. & Felin. c. querelam. extr. de jurejur. Panorm. c. fin. extr. de Clericis non reſident. Dominic. c. quo jure. col. fin. diſtinct. 8. Roman. conſ. 325. Barbat. Felin. & Dec. c. 2. extr. de reſcript. Felin. cap. inquiſitionis. col. 2. extr. de accuſ. Præpoſ. cap. 1. col. 1. & §. item ſi fidelis. col. pen. quib. modis feud. amitt. Parpal. repet. l. ſi quis major. notabil. 17. q. 3. & ibi Hieron. Cagnol. in repet. num. 121. C. de Tranſact.*

33 Atque omnis † pœna regulariter ſententiam Judicis requirit, *Bald. l. cum ancillis. num. 1. arg. ill. text. C. de inceſt. nupt. Bald. authent. qui ſemel. num. 2. C. quomodo & quando judex. Barbat. conſ. 51. num. 17. lib. 1. Alex. conſ. 124. num. 1. lib. 2.*

Quæ deciſio ex eo comprobatur. Tum quia omnis † lex omnisq; conſtitutio ita
34 interpretari debet, ut ſit Canon non latæ ſed ferendæ ſententiæ, ut videlicet ſignificet aliquid fieri non ipſo jure, ſed demum ſententia interveniente, *gloſ. c. in pœnis. & ibi Philip. Franc. de reg. jur. lib. 6. gl. c. cupientes. §. ſi verò verb. priventur. de elect. lib. 6 gloſ. c. 2. §. inhibemus. verb. immodetur. de Hæret. lib. 2. Petr. Cyn. & Bal. l. quæ ex relationibus. C. de legib. Petr. repet. l. ſi quis in tantam. col. pen. & ibi Bald. C. unde vi. Cyn. l. in criminali. C. de jurisd. omn. jud. Bart. l. Mævius. §. duobus. col. fin. ff. de legat. 2. Petr. de Anch. c. 1. col. 1. de reſcript. lib. 6. Panorm. c. querelam. col. 3. extr. de jurejur. Iaſ. l. item quæ nobis. col. pen ff de acq. poſſ. Dec. 166.* Tum quia conſtitutio concepta per verba futuri Temporis, quæ verba ſunt apta omnia tempora comprehendere, *gl. Bart. & Dd l. 5. §. ſtipulatio. verb. daturum. ff. de verb. oblig.* ita interpretanda eſt, ut intelligatur pœna irrogata nō ipſo jure, ſed tantùm per ſententiam, ſive demum ſententia ſecuta, *gl. c. 1. verb. ſuſtinere 2. q. 3. Præpoſ. c. 1. in pr. quib. mod. feud. amitt. Præpoſ. c. 1. §. domino. col. 2. ſi de feud defunct. content.* Tum quia verba legis ſive conſtitutionis pœnalis, quæ habent ſignificationem præteriti & futuri Temporis, ita debent accipi, ut ſint futuri Temporis, & denotent pœnam non ipſo jure, ſed demum per ſententiam irrogari, *Ant. de Butr. Imol. Panor. & Franc. Aretin. c. ſi diligenti. ext. de foro compet.*

Præterea clari & indubitati juris eſt, quod lex requirens cauſæ cognitionem, eam interpretationem habeat, quod nunquam quid ipſo jure fiat, ſed ſemper ſententia neceſſaria ſit, etiamſi lex utatur verbis præſentis vel præter. Temp. vel expreſsè dicat pœnam ipſo jure infligi, prout hoc expreſsè & notabiliter decidit *Alex. conſil. 124. num. 2. lib. 1.* ubi *Alexand.* affirmat, *Bald.* hujus opinionis aſſertorem eſſe.

Zum funffzehenden / iſt es zu Recht 35
ausdrücklich verſehen / quod etiam in † illis caſibus, in quibus pœna privationis ipſo jure irrogatur, ſententia declaratoria requiratur, antequam ad executionem procedi poſſit, *cap. cum ſecundum. de Hæret. lib. 6. l. defenſionis facultas. C. de jure fiſci. lib. 10. gloſ. §. 1. authent. de inceſt. nupt. gloſ. l. cum duobus. §. idem reſpondes ff pro ſocio. Andr. de Iſern. & Matth. de Afflict. c. 1. §. fin. quo tempore miles. Andr. de Iſern. cap. 1. in princip. & ibi Matth. de Afflict. notab. 13. de prohibit. feud. alienat. per Frider. Andr. de Iſern. cap. 1. in princip. & ibi Matth. de Afflict. num. 29. quo tempore miles. Bald. Alvarott. Præpoſ. & Matt. de Afflict. cap. 1. §. 1. quibus mod. feud. amitt. Bald cap. quæ in Eccleſiarum. extr. de Conſtit. Bald. authent. qui ſemel. C. quomodo & quando judex, Alex. conſ. 103. & conſ. 124. lib. 1. Iacob. de S. Georg ver. & promiſerunt. num. 32. Felin. c. Rudolphus. num. 35. extr. de reſcript. Felin. cap. cum non ab homine. extr. de judic. Curt. in tract. feud. 4. part. num. 155. & 156. Cardinal. Pariſ. conſil. 1. & conſil. 101. lib. 1. Zaſius in tract. feud. 10. part. num. 73. Iaſon l. 3. §. quod autem. num. 5. ff. quod quisq; jur. Barbat. conſ. 51. num. 17. lib. 1.*

Ex quo ſequitur, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, reviſionem ipſo jure pro deſerta habendam & reputandam, propter non factam proſecutionem debito tempore & modo. Judicem tamen à quo, non aliter ad executionem ſententiæ procedere poſſe, niſi prius declaratum fuerit per Judicem ad quem, appellationem deſertam eſſe.

Decimò ſextò, legibus expreſsè cautum 38
eſt, quod is † Procurator vel Mandatarius, cui cauſa agenda commiſſa eſt, vel qui eſt conſtitutus ad cauſam ſive litem aliquam expediendam à ſententia definitiva lata in illa cauſa vel lite; appellare poſſit, & cogatur, etiamſi hoc in mandato ſpecialiter expreſſum non ſit, licet ipſe appellationem interpoſitam proſequi obligatus non ſit, niſi hoc ei expreſsè mandatum vel commiſſum fuerit, *l. invitus. & ibi*

Bart.

Bart. Bald. Alex. Iaſ. & Dd. C. de procur. l. ſi actor. & ibi Dd, C. de appellat. c. non injuſtè. & ibi Anton. de Butr. Panormitan. & Dd. extr. de procurat.

37 Similiter clari juris eſt, quod † Procurator ſimpliciter conſtitutus ad agendam, ſive defendendam cauſam in judicio, non tantùm a ſententia interlocutoria ſive gravamine illato circa proceſſum vel incidens aliquod, appellare poſſit, & appellatio ab ipſo interpoſita valeat & rata ſit, ſed ipſe præcisè cogatur ab interlocutoria ſive gravamine illato circa proceſſum appellare, & cauſam appellationis proſequi, etiamſi hoc in mandato ſive procuratorio ipſius expreſſum non fuerit, *Bald. Alex. Iaſon & Dd. l. invitus. C. de procurat. Bart. l. non cogendum. ff. eod. tit. Bald. l. cum procurator. in princip. ff. oper. nov. nunt. Dd. d. c. non injuſtè.*

38 Præterea clari & indubitati juris eſt † appellationem interpoſitam ab eo, qui nullum omninò mandatum habuit, neque ad cauſam agendam, neque ad appellandum valere & ratam eſſe, ſi modò dominus illam appellationem intra tempus legitimum, nempe intra decem dies ratam habuerit, *l. 1. & ibi gloſ. & B. ff. de appel. recip. c. non ſolent. & ibi Archidiac. Bellem. & Dd. 2. quæſt. 6. facit text. l. liberto. §. fin. ff. de negot. geſt.*

Cum itaque Illuſtris Princeps Marchio Joannes Procuratoribus ſive mandatariis ſuis dederit mandatum expediendi ſive agendi cauſam reviſionis, ſequitur, ipſis mandatariis licuiſſe à gravamine illato circa præparatoria reviſionis appellare, & appellationem ab illis interpoſitam valere, etiamſi hoc in mandato ſive procuratorio ipſorum expreſſum non fuiſſet.

Decimò ſeptimò, legibus expreſsè cau-
39 tum eſt, quod † appellatio legitimè interpoſita transferat juriſdictionem & totum negocium ad ſuperiorem, ad quem appellatur, *Rota in noviſ. tit de offic. deleg. deciſ. 11. & tit. de appell. deciſ. 49. Cardin. Pariſ. conſil. 28. num. 22. lib. 4.* & appellantem in omnibus & per omnia eximat à juriſdictione Judicis a quo, *Rot. deciſ. 15. tit. de appell in antiq.* & protegat non tantùm appellantes, verùm etiam omnes adhærentes, *Rota. deciſ. 5. tit. de ſentent. excommun in noviſſimis. Card. Pariſ. conſ. 28. num. 24. & 25. lib. 4.*

Similiter clari & indubitati juris eſt,
40 quod † appellatione pendente à Judice à quo, nihil omninò innovari debeat, *l. appellatione. C. de appellat. l. ſciendum ff. de appellat. recip. l. 1. & ibi Dd. ff. nil novari. appell. pend. l. ſi quis filio exhæredato. §. hi autem omnes. ff. de injuſt. rupto irritoq́ facto teſt. c. non ſolùm. de appell. lib. 6. c. poſt appellationem. §. ante appellationem 2. q. 6. Alex. Iaſ Dec. & Dd. l. 1. C. de bon. poſſeß. ſecundum tabul.*

Quod uſque adeò verum eſt, quod † 41
omnia attentata, innovata vel præſumpta à Judice à quo, poſt appellationem interpoſitam per ſe & ipſo jure nulla ſunt, *Anton. de Butr. Panormitan. Phil. Franc. & Dd. c. conſuluit. el. 2. extr. de appellat. Lapus allegat. 1. Rota deciſ 20. tit. de appell in noviſ. Bald conſ. 113. lib. 1. Iaſ. l. 1. num. 1. & ibi Dec num. 2. C. de bon. poß. ſecund. tab. Alex. conſ. 89. lib. 1. facit text. c. quoties Epiſcopi 2. q. 6.*

In tantum, ut † innovata, attentata vel 42
præſumpta à Judice a quo, appellatione pendente non reconvaleſcant, licet appellatio poſtea fuerit facta, deſerta vel ei renunciatum ſit, *c. cum veniſſent. & ibi Ant. de Butr. Imol. & Dd extr. de eo qui mitt. in poß rei ſer. cauſ. Card. conſ. 150. Phil. Franc. c. conſuluit. el. 3. num. 10. extr. de appellat. Iaſ. l. 1. n. 1. & ibi Dec. num. 2. C. de bonor. poſſeß. ſecundum tabul.*

Et hoc locum habet, non tantùm quando appellatio à ſuperiore admiſſa eſt; verùm etiam pendente dubio, an appellatio admittenda ſit, vel ne, *gloſ. & Bald. l. 4. C. de appellat. Iaſon l. 1. num. 1. C. de bonor. poſſeß. ſecund tab.*

Similiter prædicta locum habent, etiamſi Judex à quo, appellationi non detulerit, ſed tàm expreſsè rejecerit ſive repudiaverit, namque nihilominus omnia attentata & innovata poſt appellationem interpoſitam, per ſe & ipſo jure non valent, *l. appellatione. C. de appellat. l. ſi quis filio exhæredato. §. hi autem omnes. ff. de injuſt. rupt. irritoq́ facto teſt l. ſciendum. ff. de appellat. recip. l. 1. ff nil novari appell. pend.*

Præterea quoque clari juris eſt, quod omnia innovata, præſumpta & attentata à Judice à quo, poſt appellationem interpoſitam per ſe & ipſo jure nulla ſint, non tantùm ſi Judex a quo, detulerit appellationi, vel ei inhibitio facta fuerit, quibus caſibus abſque omni dubio omnia innovata, attentata & præſumpta à Judice à quo, per ſe & ipſo jure nulla ſunt, prout hoc, quod innovata, attentata & præſumpta poſt appellationem interpoſitam & inhibi-

tionem

tionem ſubſecutam, per ſe & ipſo jure nulla ſint, probat textus *l. non ſolùm. §. 1. & ibi Bart. de nunc. Genin. Philip. Franc. & Dd. de appellat. lib. 6.* & tradit *Alex. conſ. 39. lib. 1.* Quod verò omnia præſumpta, attentata & innovata à Judice à quo, poſt appellationem interpoſitam, cui Judex detulit indiſtinctè, ipſo jure nulla & retractanda ſint, ſive illa appellatio fuerit interpoſita, à ſententia interlocutoria ſive definitiva, nec non etiam quoad totam illam cauſam, à qua appellatum eſt, licet fuerit appellatum à gravamine vel incidenti non connexo, neque quicquam habente commune, cum cauſa principali, eam ob cauſam, quia Judex deferens appellationi intelligitur, quoad illam totam cauſam juriſdictionem quoad ſe abdicaſſe, expreſsè probat textus *c. cum appellationib. & tit. ibi Dd. de appell. lib. 6. l. 1. in princip. ff. nil novari app. pend. l. intra utilem. ff. de minor. Ant. de Butr. c. ſuper eo. & ibi Philip. Franc. num. 4. extr. de appellat. Alex. conſ. 39. lib. 1.*

Verùm etiam hoc locum habet, licet Judex à quo, non detulerit appellationi interpoſitæ neque ei à ſuperiore inhibitio facta fuerit, eo videlicet caſu, quando appellatum fuit, vel à ſententia definitiva, quoad totam cauſam, vel à ſententia interlocutoria quoad illum articulum, à quo appellatum fuit, nec non etiam omnia connexa. Item, quoad totam cauſam, quando videlicet cauſa principalis ſine illo articulo expedire nequeat, prout hoc, quod omnia innovata, attentata & præſumpta à Judice à quo, poſt appellationem interpoſitam à ſententia diffinitiva, etiamſi Judici à quo, nulla fuerit facta inhibitio à ſuperiore, per ſe & ipſo jure nulla ſint, tradit *Lapus allegat. 1. Phili. Franc. c. conſuluit. el. 2. num. 10. extr. de appellat.* & ſatis probatur per textum *cap. non ſolùm. de appellat. lib. 6.*

Tum, quia ille textus generaliter decidit, attentata & præſumpta à Judice à quo, poſt ſententiam diffinitivam interpoſitam & nulla & retractanda eſſe, nec diſtinguit, utrum inhibitio facta fuerit vel non.

Et certum eſt, quod lex generaliter & indiſtinctè loquens, generaliter intelligenda, nec à nobis diſtinguenda ſit, *l. 1. ff. legat. præſtand. l. 1. §. fin. ff. quæ in fraud. credit. l. 3. ff. de offic. præſid.* Tum quia in illo textu deciditur, præſumpta & innovata à Judice à quo, non tantum poſt appellationem interpoſitam, verùm etiam ante appellationem interpoſitam intra tempus appellandi decennium nempe, & ſic illo tempore, quo abſque omni dubio inhibitio neque facta fuit neque fieri potuit, nulla & retractanda eſſe. Tum quia ille textus in *§. illa verò.* in præſumptis ſive attentatis poſt appellationem interpoſitam à ſententia interlocutoria diſtinguit, utrum inhibitio facta fuerit an verò non, & ſic liquet, ſummum Pontificem noluiſſe illud diſcrimen ſive diſtinctionem habere locum in præſumptis poſt appellationem à diffinitiva ſententia interpoſita, ſed voluiſſe illo caſu, quod attentata & præſumpta indiſtinctè nulla ſint & retractari debeant, etiamſi inhibitio nulla facta fuerit, ſicut hoc ſatis probatur per text. *c. inter corporalia poſt medium. extr. de translat. prælat.* ubi licet verba aſcribuntur, unde ſi circa translationem idem fieri voluiſſet, quod de ceſſione dixerat, & de translatione poterat expreſſiſſe, & idem probat textus *c. ad audientiam. extr. de decimis. l. 1. §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. toll.* cum multis ſimilibus *allegat. per Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. libertis. num. 3. C. de revoc. donat.*

Eandem ſententiam, quod videlicet poſt appellationem à diffinitiva ſententia interpoſitam à Judice à quo, etiam ante inhibitionem à ſuperiore factam, nihil præſumi vel innovari poſſit, expreſsè probat tex. *l. ſi quis filio exhæredato. §. hi autem omnes. ff. de injuſt. rupt. irr. fact. teſt. ponderando videl. tex ibi quoad Princeps reſcripſerit ad literas præſidis & libellum Rei.*

Idem etiam probat text. *l. ſciendum. ff. de appellat. recip. l. 1. ff. nil novari appell. pend. l. appellatione. C. de appell.* Tum ponderando generalitatem illorum textuum. Tum quia in *d. l. 1. & d. l. appellatione*, deciditur, appellatione pendente nihil innovandum eſſe, non modò poſt illud tempus, quo illa appellatio admiſſa eſt, verumetiam eo tempore, quo Judex ad quem, adhuc deliberat, utrum appellationem interpoſitam recipere velit an verò non.

Quod verò omnia innovata, attentata & præſumpta à Judice à quo, etiam nulla interveniente prohibitione ſuperioris poſt interpoſitam appellationem a ſententia interlocutoria vel gravamine circa proceſſum vel aliud incidens, quoad illum articulum, à quo appellatum eſt, nec non etiam omnia connexa dependentia & ſequelas. Item etiam quoad cauſam principalem,

palem, eo caſu, quando ille articulus talis
eſt, ut ſine illo in cauſa principali procedi,
vel cauſa principalis oxpediri nequeat, tra-
dit *Alex. conſ. 89. num. 9. lib. 1.* Et idem tenet
Anton. de Butr. cap. dilectus. el. 2. notab. ult. & ibi Ioan. de Imol. extr. de reſcript. Et ſatis pro-
batur per textum *c. ſuper eo. in princip. el. 1. & ibi Anton. de Butr. Abb. Dec. Philip. Franc. & Dd. extr. de appellat.*

Et confirmatur ex eo, quia per appel-
43 lationem † inſpecto præſenti ſtatu penirus
extinguitur tàm ſententia, *l. 1. §. fin. & ibi Bart. & Dd. ff. ad SC. Turpill. Bald. & Angel. l. tale pactum. §. qui provocavit. & ibi Iaſ. num. 5. ff. de pact. Anton. de Butr. & Dd. c. venientes. extr. de jurejur. cum ſimilib. à me citatis*, in mei-
nem vorigen Bedencken / quàm omnes ejus
appendices omniaq; ejus conſecutiva, *Socin. conſ. 66. num. 8. ver. quinimò. lib. 1.* nec non
etiam connexa, *Bald. c. 1. in fine de contr. apud pares term. Dec. l. 1. c. 3. de bonor. poſſeß. ſecund. tabul.* Sed certum eſt, illam ſenten-
tiam, a qua reviſio petita eſt, eſſe ſenten-
tiam diffinitivam.

Similiter certum eſt, ſine illo articulo
à quo fuit appellatum à Viſitatoribus, in
præparatoriis reviſionis in cauſa principali
procedi non poſſe; igitur ſequitur, quod
non fuerit neceſſe, ullam inhibitionem fa-
cere, vel judicibus Cameræ Imperialis, vel
etiam Viſitatoribus, quodq; omnia præ-
ſumpta vel attentata à Camera Imperiali
poſt reviſionem petitam & appellationem
à Viſitatoribus interpoſitam nulla ſint.

44 Neque huic obſtat textus † ordinatio-
nibus Cameræ in 2. part. cap. 29. §. item,
So ſol einem ſeden / verſ. Doch ſol der Un-
terrichter / quia ille textus loquitur ſolum-
modò in illis terminis, quando appellatio
interponitur in abſentia judicis coram No-
tario & teſtibus & judici à quo, fuit appel-
latum, poſtea non ſit inſinuata: atq; ita ver-
ſiculus trahi non poterit ad præſentem ſi-
milemq; caſum, quando appellatio vel eſt
facta in præſentia judicis vel judici eſt inti-
mata. Cum ſit clàri & indubitati juris, quod
omnia ſtatuta omnesq; conſtitutiones præ-
ſertim juris communis correctoriæ ſint
ſtricti juris, ſtrictè intelligendæ, nec extra
terminos, in quibus expreſsè loquuntur,
extendendæ, juxta textum clarum & ex-
preſſum *l. præcipimus §. fin. & ibi B. & Dd. C. de appellat gl Bart Iaſ. & Dd. authent. quas actiones. C. de SS. Eccleſ.*

Præterea omnes omninò conſtitutiones
Imperial. † recentiores ſecundum jus com- 45
mune antiquius intelligendæ, reſtringendæ
& limitandæ ſunt, *l. ſed & poſteriores. ff. de leg. fac. text. l. 2. C. de noxal. act.* etiamſi neceſſe
ſit, verba ad ſignificationem impropriam
detorquere, *c. cum dilectus. & ibi Anton. de Butr. Imol. & Dd. extr. de conſuet.* Item, et-
iamſi illæ conſtitutiones ſint juris commu-
nis correctoriæ, *Imol. l. ſi vera. §. de viro. ff. ſolut. matrim. Roman. & Alex l. ſi quis priore. ff. ad SC. Trebell. Iaſ. authent. præterea. num. 14. C. unde vir & uxor.*

Ulterius, neq; contra hoc quicquam
facit, quod forſan allegari poſſet, Viſitato-
res decreviſſe, quod Principis Mandatarii
reviſionem deſeruerint. Nam quamvis in
decreto anno 60. 22. Junii promulgato in-
ter alia verbum, deſeruerunt, invenitur,
tamen in illo decreto mentio ſit, quod
Principis Mandatarii a Viſitatoribus ad
Sacram Cæſaream Majeſtatem appellave-
rint, atque ita diſceſſerint, reviſionemque
deſeruerint: Atque ideò ſequentia verba
ad præcedentia neceſſariò eo modo inter-
pretari intelligiq; debent, quod Principis
Mandatarii reviſionem non in perpetuum
deſeruerint, ſed quod illam ad tempus
protraxerint, donec penderet appellatio à
gravamine circa proceſſum ſive circa præ-
pararoria reviſionis. Cum ſequentia per † 46
præcedentia declarentur, reſtringantur &
ſecundum illa intelligantur, *l. ſi ſervus plurium. §. fin. ff. de legat. 1. l. qui filiabus. in princ. ff. eod. tit. l. nummis. ff. de legat. 3.*

Secundò, allegatum decretum in ab-
ſentia Principis Mandatariorum publica-
tum fuit, neque Illuſtriſſimus Princeps, ne-
que mandatarii ipſius ad illud non fuerunt
citati. Et eſt manifeſti juris, quod ad o-
mnes actus † judiciarios omnes illi quo- 47
rum principaliter intereſt, citandi ſint,
quodq; omnis actus judiciarius factus vel
præſumptus citatione non præcedente per
ſe & ipſo jure nullus & invalidus ſit, prout
hæc omnia & præcipuè quod illa ſententia,
in qua judicatum eſt, appellationem deſer-
tam eſſe de jure nulla & invalida ſit eo ca-
ſu, ſi partes ad hoc non ſint citati, in præce-
denti meo conſilio deduxi.

Zum dritten iſt es klares Rechtens / quod
illius rei † cognitio, utrum appellatio ſit 48
recipienda vel non, non ad judicem à quo,
ſed ad judicem ad quem, pertineat, *l. appellatione. & ibi gloſ. verb. deliberationis. C. de appellat.*

Similiter illius rei cognitio, utrum propter appellationem temerè interpoſitam vel non recipiendam quis plecti vel puniri debeat, tanquam acceſſorium illius quæſtionis, utrum appellatio recipienda ſit an verò non, ad Judicem ad quem, ſpectet, Cum regulariter is, qui eſt Judex quæſtionis principalis, etiam habeat cognitionem omnium incidentium & acceſſoriorum, *l. quoties. & ibi Dd. C. de judic.*

Quartò, cum incidens quæſtio deſignationis perſonarum ita ſit qualificata, quod ante determinationẽ iſtius, in cauſa principali procedi nequeat, eſt juris indubitati, quod per illam interpoſitam appellationem omnis juriſdictio viſitatorum quoad cauſam reviſionis perempta ſublataq; ſit: Et quod ideò Viſitatoribus non decuit poſt interpoſitam appellationem ullum decretum dare, præſertim in eum finem, quod per hoc interpoſitæ appellationi, vel cauſæ principali præjudicetur.

CONSILIUM TRICESIMUM SEPTIMUM.

In cauſa Nobilis Domini A. de S. contra Nobilem C. de W. in quo inter alia diſſeritur: An & quando citatus à Sacr. Cæſar. Majeſt. Commiſſario delegato, in dubio comparere teneatur & exceptiones ſuas proponere: Item, Summario proceſſui quando locus non ſit, ſed ordinarius judicii proceſſus requiratur: Item bella movere & adempta recuperare, quibus & quomodo liceat.

SUMMARIA.

1. Citatus in dubio comparere tenetur & exceptiones ſuas opponere.

2. Quando idem obtineat, etiamſi quis à delegato ſit citatus.

3. Commiſſio & citatio à Commiſſario facta, quam quis ultra unam diætam extra territorium in quo habitat, trahitur, an & quando ipſo jure nulla ſit.

4. Notoria exceptione tutus quando in judicio comparere, eamq; exceptionem opponere non teneatur.

5. Nemo vigore reſcripti vel commiſſionis extra provinciam in qua habitat, trahi debet.

6. An verò ne tunc quidem ſi quis non ultra unam diætam extra provinciam traheretur. & n. ſeqq.

7. Canones ſi legibus contradicunt, hi in Eccleſiaſtico, illa in civili foro ſervandæ.

8. Verba Von Röm. Kay. Macht, *de qua poteſtate intelligenda & num. 18.*

9. Commiſſio Principis qua quis extra provinciam trahitur, rata eſt, ſi ei clauſula Non obſtante, inſerta ſit.

10. Clauſulæ Non obſtante, æquipollet clauſula De plenitudine poteſtatis.

Declaratur num. 23.

De vi utriuſq; clauſulæ, ibidem, & num. 18. 19. 20. 23. 87.

11. Princeps in dubio non præſumitur velle uti plenitudine poteſtatis, ſed ordinaria.

12. Princeps judicia plenus præſumitur.

13. Princeps præſumitur, ſe voluiſſe conformare juri communi.

Etiam

15. *Etiam in privilegiis.*

16. *Actus à Principe geſtus, qui valere de jure communi non poteſt, quomodo accipiendus ut valeat.*

17. *Papa & Imperator quomodo plenitudinem poteſtatis etiam per legatos & vicarios ſuos exercere poſſint. & num. 19.*

18. *In generali mandato quando etiam veniant Principi reſervata.*

19. *Inſtrumenti paroma per aliam declaratur.*

21. *Quibus caſibus quis per commiſſ. principis extra provinciam habitationis trahi poteſt, quando etiam ultra dietam vigore hujus commiſſionis citari poſſit.*

22. *Reſcriptum contra legem habentem clauſulam derogatoriam qualiter ratum ſit.*

24. *Computatio dietæ.*

25 *Vxor dignitatem & forum & domicilium mariti ſortitur.*

26. *Commiſſio delegationis ſub & obreptitiè impetrata, nulla eſt.*

27. *Clauſula De plenitudine poteſtatis, reſcripto Imperatoris inſerta, an tollat omnes ſub & obreptationis defectus.*

28. *Super exceptionibus reſpicientibus fundamentum juriſdictionis judicis, antequam ad ulteriora procedatur cognoſcendum.*

29. *A gravamine illato per ſententiam interlocutoriam prolatam ſuper exceptione fori declinatoria vel ſimili ad proceſſum oppoſita appellare licet etiam de jure civili.*

30. *Summario proceſſu quando locus non ſit ſed ordinarius judicij proceſſus requiritur.*

31. *Cauſſa ſpolij ſummaria eſt. Fallit ibid.*

32. *Imperator an & quomodo poſſit delegare cauſſam, ut ſummariè procedatur.*

33. *Bona ſufficientia, immobilia in loco judicij non poſſidens cautionem judicio ſiſti item de expenſis & damnis ſolvendis præſtare cogitur.*

34. *Bella movere ſolius Imperatoris eſt.*

35. *Bellum ſine licentia Imperatoris motum injuſtum eſt & num. 69.*

36. *Creditor pignus ſibi traditum naturaliter & civiliter poſſidet.*

37. *Spoliatus ſpoliatorem dejicere non niſi in continenti poteſt.*

Declaratur num. 57. & 70. 89.

38. *An verò ſic tertium qui cauſam à ſpoliatore habet. & num. 54. 55. 56. & 71.*

39. *Poſſeſſor etiam injuſtus ſine cauſæ cognitione è poſſeſſione expelli nequit. Fallit num. 72.*

40. *Spoliatorem non excuſat, quod vim fecerit ad mandatum alterius. Fallit num. 73.*

41. *Spoliato non licet ſpoliatorem per alium etiam in continenti expellere. Improbatur num. 59. 60. 74.*

42. *Rem meo nomine poſſidens, ſi illam alteri tradat, me poſſeſſione privat.*

43. *Defenſio rerum noſtrarum quàm licita & aliquot num. ſeq.*

44. *Et quando pro ea aliquem occidere permiſſum ſit.*

45. *Civilem poſſeſſionem habens, naturalem poſſeſſorem injuſtum per vim propria auctoritate expellere poteſt, ſecundum commun. Firmatur n. ſeqq. & n. 68.*

46. *Pignus rei alienæ abſque domini conſenſu conſtitui nequit.*

47. *Creditor ſolvens alteri creditori debitum ſuum in jus pignoris ſuccedit.*

48. *Niſi contrarium actum vel conventum fuerit.*

49. *Vel novatio debiti facta ſit à creditore, qui alteri ſolvit.*

Vel, niſi debitor ſit Chyrographarius n. 52.

50. *Notatur Bart.*

51. *Opinionibus quando non innitendum.*

53. *Vaſallus recognoſcens feudum ab alio quàm vero domino, ipſi civilem feudi poſſeſſionem intervertit, & ideò feudum perdit.*

54. *Poſſeſſione civili quovis modo ſpoliatus, etiam tertium poſſeſſorem expellere poteſt. Confirmatur num ſeqq.*

56. *Doctorum deciſiones ſecundum textus intelligendæ quos allegant.*

57. *Spoliato ſpoliatorem ex intervallo dejicere quando liceat.*

58. *Pro defenſione vel recuperatione poſſeſſionis exercitus conſcribi poteſt.*

60. *Spoliatus an alteri jus ſuum cedere poſſit.*

61. *Spoliatis & offenſis, non amici ſolùm, ſed & extranei non vocati ſuccurrere poſſunt.*

62. *Violentis invaſoribus juramentum fidelitatis & obedientiæ præſtans, imò hoſpitio illos recipiens, pœnam fractæ pacis incurrit.*

63. *Crimen fractæ pacis publicum eſt.*

64. *Quæ conſtitutiones pœnales favorabiles ſint & extendendæ, & num. 67.*

65. *Appellatione ſuorum, qui largè ſaltem comprehendantur.*

66. *Vaſallus ſaltem adhærens inimicis domini feudo privatur.*

70. *In continenti dejicere quis dicatur.*

75. *Quibus caſibus offenſio iiſdem & defenſio licita eſt.*

76. *Violentus invaſor jus quod in re habet, amittit.*

77. *Etiamſi rurſus in continenti dejectus ſit.*

Quod multis firmatur, refutatis contrariis. ibid.

78. *Quodq́; hoc caſu locum habeat, pœna fractæ pacis. Firmatur num. ſeqq.*

79. *Conatus in quibus delictis puniatur.*

80. *Defenſio injuſta appellatione maleficij an & quando contineatur; & num. 82.*

81. *A pœna, l. ſi quis in tantam. C. unde vi. quid excuſet. & num. 83.*

84. *An per pœnam juris Saxonici violentis invaſoribus irrogatam, intelligatur ſublata pœna juris communis.*

85. *Declaratus in pœnam fractæ pacis impunè offendi poteſt tàm in bonis quàm in perſona, etiam quoad vindictam, num. 99.*

86. *Cui ex Imperatoris permiſſu poſſeſſionem propria auctoritate occupare licet, is impunè eam non ſervato juris proceſſu occupare poteſt.*

87. *In primis ſi reſcripto Principis ſit inſerta clauſula ex certa ſcientia vel plenitudine poteſtatis.*

88. *De harum clauſul. efficacia.*

90. *An bannito ſalvus conductus ſine conſenſu offenſi ab Imperatore concedi poſſit, num. ſeqq. & n. 93. 96. 98. 99. 100. 102. & ſeq. 107. 108. 109.*

91. *De verbis generalibus.*

92. *Ex rubricis an & quando argumentari liceat.*

94. *Ex præfatione Statuti mens & cauſa finalis conſtitutionis colligitur.*

95. *De ratione legis.*

97. *Imperator ex contractibus ut privatus obligatur.*

100. *Reſcriptum Imperatoris quo ſpoliatoribus confirmatur poſſeſſio rei violenter occupatæ ipſo jure nullum eſt.*

101. *Confirmatur hoc.*

103. *Pœna debita parti ex delicto per reſcriptum Principis tolli nequit.*

104. *Reſcripta omnia cum juſtitia intelligenda ſunt, & ſalvo jure tertij.*

105. *Reſcriptum contra jus commune qualiter ratum ſit.*

106. *Reſcriptum ſub & obreptitiè impetratum, ipſo jure nullum eſt.*

107. *Declaratur Ordinatio Cameræ Imperial. facta Auguſtæ Anno 48. part. 2. cap. 22.*

108. *Literas ſine contraria proteſtatione recipiens, omnia in illis contenta approbare intelligitur.*

109. *Pœnæ quæ non ipſo jure ſed per ſententiam tantùm irrogantur, quando ab heredibus exigi poſſint.*

110. *Delinquens contra Conſtitut. de pac. publ. tene. num jura ſua ipſo jure amittat, an verò ſententia declaratoria requiratur.*

111. *Spoliatus conventus quando demum ſpoliatori reſpondere cogatur.*

112. *An & quando quis ad tranſigendum compelli poſſit.*

113. *Actiones criminales ad vindictam competentes contra heredes quando non dentur.*

114. *Actio in factum ad recuperand. poſſeſſ. vel ad damna & intereſſe competens, 30. annos durat & ad heredes tranſit.*

115. *Privatio non eſt ſine habitu.*

116. *Iudex etiam delegatus de exceptionibus fori declinatorijs coram ſe oppoſitis cognoſcere poteſt.*

117. *Contra eum, qui quid ad ſuam defenſionem fecit, ne ad æſtimationem quidem vel Intereſſe agi poteſt.*

CASUS SUPER QUO conſilium petitur, ſe habet, uti ſequitur: Poſtquã Illuſtr. Illuſtriſſimiq́; generis Princeps ac Dominus Dn. Henr. junior Dux B. ac L. an. 42. à confœderatis Schmalcaldicis Electoribus, Principibus, cæteriſq́; ordinib. totius ſui Ducatus, atq; ita etiam arcis ſive caſtri H. nullo ſervato juris ordine de facto & contra jus, contraq́; Sacri Rom. Imp. conſtitutionem de pace publica cum exercitu valido ſpoliatus fuit, Illuſtris Dominus Comes de R. ſummam pecuniæ quam ſublimè nominatus Princeps illi ex mutuo debuit, à Smalcaldicis confœderatis & tunc temporis violentis occupatorib. Ducatus B. poſtulavit, & à ſublimè nominato Ducis Henrici literis obligatoriis receſſit, novationem iniit, illudq́; debitum cum alia quadam ſpecificata ſumma (quam Cunradus ab W. dicto Comiti mutuò dederat, & de qua Cunradi de S. viduam ratione ſuæ hypothecæ, quam in dicta arce H. habuerat, contentarat) à Smalcaldicis in ſæpedictum caſtrum H. aſſecurari fecit: & Cunradum de W. tanquam Præfectum in illud caſtrum collocavit, quiq́; ita per hoc violentis occupatoribus, ut alius vaſallus Ducatus præſtito Homagio ſe ſubditum fecit.

Cum autem Joannes de B. apud ſublimè nominatum Principem ac Dominum ſuum in ipſius exilio fidelis permaneret, ipſiusque Illuſtriſſimæ Celſitud. ſummam quandam pecuniæ mutuò tradidiſſet, Illuſtriſſimus Princeps dicto Joanni de B.

in eum

in eum eventum, quando S. Illuſtriſ. Celſ. ipſius Ducatum recuperaret, dictum caſtrum H. promiſit literis obligatoriis deſuper datis. Et poſtmodum cum ſæpenominatus Illuſtriſſ. Princeps anno 45. conducto exercitu in Ducatum Brunſuicenſem rediiſſet & Wulferbutelam arcem obſidione cinxiſſet, ea intentione, quod S. Illuſtr. Celſ. Ducatum defenſivè recuperare vellent, dictus Joannes de B. vigore ſuarum literarum, & ex mandato Principi cum manu ſua equeſtri, quam ducebat, aliisq; ad arcem H. acceſſit, ubi Comitis de R. Præfectus arcem H. unà cum clavib. iſtius caſtri, ex mandato & conceſſione dicti domini Comitis ipſi abſque ulla tergiverſatione tradidit, annectendo, Dominum Comitem invito ſublimè nominato Principi & loco Illuſtriſſimæ S. Celſ. Joanni de B. illam arcem & territorium H. detinere non poſſe nec velle, Ideoque Joannes de B. arcem illam H. occupavit ſervos ſuos in præſidio illic relinquens, atq; per illos tribus ſeptimanis illam arcem poſſedit.

Cum autem ſæpedictus Illuſtriſſ. Princeps poſtea ad Chalfeldum à Schmalcaldicis confœderatis captus, & in Haſſiam abductus fuit, Cunradus de W. caſtrum H. rurſus de novo violenter occupavit, Joannis de B. milites. quos in præſidio illic reliquerat, cepit, illosq; per longum tempus in vinculis detinuit: illiq; ſuos equos, arma bellica, aliaq; quæ tunc temporis in illo caſtro H. habuit, diripuit, atque caſtrum illud in annum uſque 47. de facto detinuit, Ultra hoc etiam Cunradus ille de W. apud Schmalcaldicos confœderatos anno 46. & 47. pro Signifero Equeſtro militavit, & Helmſtadienſes aliosq; Illuſtriſſimi Principis ſubditos bonis ſuis ſpoliavit. Anno verò 47. cum ſublimè nominatus Princeps è captivitate ſuà liberatus, ſuaq; Illuſtriſſima Celſitudo ſacram Cæſ. Majeſt. de Hala Saxonum Noribergam comitata fuiſſet, Sacra ſua Cæſ. Majeſt. ſublimè nominatum Principem reſtituit, Ipſiusq; Illuſtriſſ. Celſitud. mandatum communicavit, quo conceſſit, ut S. Illuſtr. Celſ. ademptum ſuum Ducatum abſque ulla contradictione cujusque recuperaret, prout illum S. Illuſtr. Celſ. ante violentam expulſionem poſſediſſet.

Inſuper Joannes de B. à S. Cæſ. Maj. in caſtris ad Witebergam conceſſionē quandam impetravit, illiq; ulterius præcipuè verò ab Illuſtriſſimo Principi injunctum & mandatum eſt, caſtrum H. armata manu occupare.

Ideoq; cum ſublimè nominatus Illuſtriſſ. Princeps cum aliquot centum equitibus in procinctu eſt, ut Illuſtr. Celſ. Ducatum ad dictam Cæſ. Majeſt. reſtitutionem ac mandatum rurſus occuparet Joannes de B. cum aliquibus ſibi adjunctis præceſſit, noctuq; ad caſtrum H. perveniens, pedes ſe ſub penſili ponte abſcondit, cumq; mane pons ille demiſſus fuiſſet, ille cum dictis ſuis adjunctis ſub illum reſiliit, ad caſtrum cucurrit, & Cunradum de W. in lecto dormientem reperit, vulneravit, cepit, arcem H. occupavit, omniaque, quæ ibi reperta fuerunt in bonis mobilibus, ad ſe recepit, ipſum Cunradum per aliquot annos captivum detinuit.

Et quamvis conſanguinei & amici dicti Cunradi de W. anno 48. Cæſareum mandatum ad ſublimè nominatum Principem contra Joannem de B. impetrarint ejus tenoris, quod ſublimè nominatus Princeps & Joannes de B. Cunradum de W. è captivitate dimittere, ipſiq; omnia ſingulaq; quæ illi ablata fuerant, reſtituere deberent: tamen ad Cæſareum illud mandatum nihil aliud ſecutum fuit, quàm quod Joannes de B. apud Cæſ. Majeſt. in ſcriptis ſe excuſavit: ad quam excuſationem Cæſ. Majeſt. nihil ulterius mandavit.

Poſtquam verò ſæpedictus Cunradus de W. è carcere ſuo eſt liberatus, aliquorum Electorum Principumq; interceſſiones apud Illuſtriſſimum Principem Henricum contra Joannem de B. obtinuit: Cum autem ille ad illas interceſſiones veram narrationem in contrarium faceret, cauſa hæc à Cunrado de W. in vita Joannis de B. (quamvis ille poſtea per aliquot annos ſuperſtes adhuc vixerit) ulterius non fuit agitata.

Poſt mortem v. Joannis de B. Cunradus de W. in vita filioli Joannis de B. cauſam hanc reſuſcitavit, poſt mortem verò ejuſdem relictam viduam hoc tempore Alberti de S. uxorem corā Ducali judicio Wulferbuttenſi in jus vocavit. Verùm vidua à judicio, propter exceptionem declinatoriam (quam ſuo nomine proponi fecit,) fuit abſoluta, Cunradoq; reſervatum, actionem ſuam contra Joannis de B. relictam viduam apud Judicem competentem inſtituere.

Ad hoc Cunradus de W. apud Cæſ. Majeſt. commiſſionem directam ad Reverēdiſſimum & Illuſtriſſimum Principem ac Dominum, Dominum Sigiſmundum, Archiepiſcopum M. Germaniæ Primatem, obtinuit, ejus tenoris, quod S. Reverendiſs. ac Illuſtriſs. Celſ. primò tentare deberet, num hæc cauſa per amicabilem tractationem dirimi poſſit, ſin minùs, ut tunc in ſummariſſimum Proceſſum cauſa comprehenderetur cognoſcereturq́;, & quid juris, definiretur, pmulgareturq́;: Et cum ſublimè nominatus Princeps ad hoc utramque partem coram S. Reverendiſs. & Illuſtriſs. Celſ. vel ipſius Conſiliariis Halæ comparendi 4. diem Julii præcedentis 60. anni, ad concordiam vel judicialem Proceſſum præfinivisſet, Albertus de S. nomine ſuæ conjugis (utpote uti dictum Joannis de B. viduæ) totius cauſæ ſolidam, fundamentalem ac veram narrationem in ſcriptis valdè dilucidè obtulit, demiſsè ſupplicans, illam Sacræ Cæſ. Majeſt. ulterius offerendi, idq́; in eum finem, quod ſperaret indictum illum diem per hoc iri infectum, commiſſionem caſſari, Warzdorffioq́; perpetuum ſilentium imponi debere.

Et quamvis Clementiſſimus meus Dominus Archiepiſcopus clementiſſimæ ejus voluntatis fuit, dictam narrationem unà cum Watzdoffi reſponſione ac contraria narratione Sacræ Cæſ. Majeſt. tranſmittere: tamen Cunradus de W. in hoc noluit conſentire: ſed ulterius, ut commiſſioni Cæſareæ ſatisfieret: idq́; à ſublimè nominato Clementiſſimo meo Domino perficeretur, inſtitit.

Ideoque Clementiſſimus meus Dominus conjugi Alberti de S. primò, 10. Decemb. præcedentis 60. anni, & poſtmodum Dominicam Miſericordias Domini jam inſtantem, in propria perſona vel per Subſtitutum Halæ comparendi, & vel amicabilis compoſitionis vel judicialis Proceſſus exitum expectandi, indixit.

Quæritur igitur primò, Num Albertus de S. nomine ſuæ conjugis, ad hanc Archiepiſcopi citationem ad jam inſtantem Dominicam Miſericordias Domini in perſona vel per Subſtitutum Halæ comparere teneatur.

Deinde, Num Albertus de S. exceptionem fori declinatoriam objicere, eaq́; tantùm efficere poſſit, quod ad Duces Luneburgenſes, in quorum Ducatu domicilium ſuum habet, tanquam Magiſtratum ſuum competentem remittatur.

Tertiò, poſito, quod Albertus de S. coram Cæſareis Commiſſariis comparere judicioq́; ſtare teneretur, num in ſummariſſimum Proceſſum compromittere teneatur, vel num ejus Proceſſus de jure & ex æquitate ſe exonerare poſſet.

Quartò, Num Cunradus de W. cautionem judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo præſtare teneatur.

Quintò, Num Joannes de B. arcem H. anno 45. ex mandato Illuſtriſſimi Ducis Henrici jure occupaverit.

Sextò, Num Cunrado de W. licuerit, poſtea Joanni de B. dictam arcem H. vi & violentia privare ipſiq́; eripere,

Septimò, Num Cunradus de W. per illud factum violentamq́; occupationem ſe omnium ſingulariarumq́; jurium, quæ in arce H. habuit, inhabilem fecerit, eaq́; perdiderit.

Octavò, Num Joannes de B. anno 57. ad ſuum jam anteà acquiſitum jus. Item, Cæſareæ Majeſtatis mandatum: & Ducis Henrici tanquam feudi Domini conceſſionem, & ſic juſſu Judicis ademptam ſibi arcem omni jure rurſus violenta manu recuperare & occupare potuerit, præcipuè cum Cunradus de W. criminis perduellionis reus, & in Sacri Romani Imperii banno eo tempore declaratus & proclamatus fuerit.

Nonò, Cum Joannes de B. non ſtatim & ſtante pede inflagranti poſt violentam occupationem arcis H. ſed longè poſt illud ad actum perduxerit, & tamen ſemper animum recuperandi habuerit, ideoq́; multò magis animo defendendi omnia fecerit, numnè illam mandatam atq́; in conſtitutione de pace publica omni jure permiſſam recuperationem inſtituere, atque eo modo ademptæ poſſeſſionis poſt intervallum ſemetipſum reſtituere potuerit.

Decimò, Num Cæſ. Majeſt. ſalvus conductus & reſcriptum, quod poſt recuperationem arcis H. amici Cunradi de W. apud Sacram Cæſ. Majeſt. impetrarunt, Joanni de B. obeſſe & W. tueri poſſit,

Undecimò, Numnè actor W. à ſua iniqua & injuſta actione (propter violenta & audacia ſua facinora, nimirum, quod de facto contra ſaluberrimam S. R. I. Conſtitutionem de pace publica, commune ſcriptum jus, omnemq́ue æquitatem arcem H.

Digitized by Google

cem H. violenter occuparit) ad impediendum litis ingreſſum arceri poſſit.

Duodecimò, Num Albertus de S. cum Cunrado de W. in amicabilem tractationem ſe intromittere & accordare teneatur.

Decimò tertiò, Num Albertus de S. amicabilem tractationem vel ideò recuſare vel planè denegare poſſit, quod Cunradus de W. jam antea arcem H. Subſtituto Joannis de B. violenter eripuerit, illud occupaverit, miniſtros ſuos captivos fecerit, in captivitate longè detinuerit, ipſique equos arma bellica, omnemque precioſam ſupellectilem renuerit retinueritq́; , arcem per aliquot annos poſſederit, atq; ita nollo titulo conceſſo illam retinuerit.

Decimò quartò, cum Cunradus de W. Joannem de B. piæ memoriæ, jamdudum & ante aliquot annos propter hanc cauſam ad interceſſionem aliquorum Electorum, Principumq́; apud Illuſtriſſimum Ducem Henricum Brunſuicenſem convenerit, ſed ad reſponſionem & veram ſolidamq́; narrationem totius negotii Joannis à B. ab actione ſua recederit, & per totum ejus vitæ tempus (cum tamen per longum temporis ſpacium adhuc in vita ſuperſtes fuerit) non ulterius inſtiterit, ſed paulò ante mortem relicti unius filioli Joannis, de novo cauſam reaſſumpſerit & poſt mortem iſtius, viduam Joannis nunc Alberti de S. conjugem nunc de novo in jus vocet, numne propterea ſi ullam actionem contra ſæpenominatos de B. patrem filiumq́; habuiſſet, per ſilentium perdiderit.

Decimò quintò, Cum Albertus de S. ad primam Archiepiſcopi citationem vigore Sacræ Cæſareæ Majeſtatis per W. impetratam commiſſionem, totius negotii cum omnibus circumſtantiis veram ſicmamq́; narrationem perſcripſerit, illam Sacræ Cæſareæ Majeſtati tranſmitti, humiliter petierit, ea intentione, indictum tum temporis diem propterea iri infectum, commiſſionem caſſari, Watzdorpioq; perpetuum ſilentium imponi deberet verùm narrationem illam ad Sac. Cæſ. Majeſt. nondum eſſe perlatam. Et Albertum de S. adhuc erga Archiepiſcopum Dominum ſuum Clementiſſimum, ut Cæſareum Commiſſarium ſe offerre, illam narrationem ſuæ Sacræ Cæſ. Majeſtati mittere velle, numne ſe hoc ipſo adhuc tueri poſſit, ita quod ad indictum diem propter has cauſas comparere non teneretur: neq; illi hoc in jure ſuo obeſſe poſſe, donec Sacra Cæſ. Mrjeſt. de novo clementiſſimè ſe declararet: vel num hujus non attento comparere actioniq́; præſens eſſe neceſſe habeat.

Decimò ſextò, Num Albertus de S. etiam per alia remedia amicabili Tranſactione ſe exonerare poſſit.

Decimò ſeptimo & ultimò, ſi Albertus de S. Cunrado de W. vel in amicabili tractatione vel jure reſpondere teneretur, & ſi ad Proceſſum juridicum vergere deberet, qualis ſententia diffinitiva denique ſperanda ſit.

Ad primam quæſtionem reſpondeo, Quamvis varia allegari poſſenr, quibus Albertus de S. ſuam non comparentiam ad emanatam citationem à Cæſareis Commiſſariis, defendere poſſet: Cum autem illa diſputatio valde periculoſa exiſtere poſſet: Et ad hæc, ſecurius eſt, ut Albertus ab S. ſecundum tenorem citationis coram Cæſareis Commiſſariis cum proteſtatione, quod per illam comparitionem in illorum juriſdictionem non ulterius quàm de jure teneretur, conſentire vellet, compareat, ſuadeo uti hoc faciat, ſuasq; legitimas defenſiones, quas contra amicabilem Tranſactionem vel eventualem juris Proceſſum ipſi competunt, coram illis proponi faciat.

NAMQUE CLARI JURIS eſt, quod † citatus in dubio teneatur comparere, ſuasq́; exceptiones opponere, *l. 2. & ibi Bart. Bal. Alex. Iaſ. & Dd. ff. ſi quis in jus vocat. non ier. l. ſi quis ex aliena. ff. de judic.* Quod non tantùm † locum habet in citato à judice ordinario, ſed etiam procedit in citato a judice delegato. Namque etiam citatus à judice delegato comparere, ſuasq́; exceptiones, quas ſe contra commiſſionem vel aliàs habere putat, opponere teneatur, eo caſu, quo vel copia commiſſionis citato eſt tranſmiſſa, vel tenor commiſſionis citationi inſertus, *Bald. d. l. 2. num. 8. & ibi Iaſ. num. 1. & 2. ff. ſi quis in jus voc. non ier.* 1 2

Quare cum in caſu noſtro Archiepiſcopus N. unà cum citatione Alberto ab S. tranſmiſerit copiam commiſſionis, ſequitur, Albertum à S. obligatum eſſe coram Reverendiſſimo Domino Archiepiſcopo comparere ſuasq́; exceptiones opponere.

13 Nec obſtat † huic deciſioni, quod Albertus ab S. per hanc citationem ultra diętam trahitur extra territorium Ducatus L. Quodq; & commiſſio & citatio à Commiſſario facta, qua quis ultra unam diætam extra illud territorium, in quo ipſe habitat, trahitur, ipſo jure nulla ſit, *c. ſtatutum. §. cum autem juncto. §. fin. de reſcrip lib. 6.* Uſq; adeò, ut hæc tam commiſſio quàm citatio conſenſu partium confirmari non poſſit, *Card. conſ. 73. Felin. c. nonnulli. num. 1. extr. de reſcript. Felin. c. olim. nu. 3. extr. de exceptio.* Itque & exceptionem fori decliuatoriam opponere non ſit neceſſe, *Abb. Felin. & Dec. d. c. olim. extr. de except.* & proceſſus coram tali Commiſſario factus etiam citato non comparente, & exceptione non oppoſita, per ſe & ipſo jure nullus ſit, *Abb. Felin. & Dec. c. olim. extr. de exceptio.*

Eamq; ob cauſam videatur dicendum, hanc tam citationem quàm commiſſionem per ſe & ipſo jure nullam eſſe, atque Albertum à S. non teneri vigore illius citationis coram Commiſſario Imperatoris comparere.

Namque reſpondeo primò, gloſſam tradere tàm commiſſionem quàm citationem qua quis ultra unam diętam extra fines illius territorii vel diœceſis in qua domicilium habet, trahitur, non ipſo jure nullam eſſe, ſed tantùm ope exceptionis annullari, *gloſ. c. nonnulli. in princip, ver. ultra duas dietas. extr. de reſcript.* Eamque ob cauſam Dd. magis communiter tradere, eum, qui per commiſſionem & citationem à Commiſſario factam ultra duas diętas extra fines illius territorii vel diœceſis, in quo territorio vel qua diœceſi ipſe domicilium habet, trahitur, coram Commiſſario comparere exceptionemq; ſuam objicere cogi. Sicut hoc expreſsè tenet *Specul. §. 1. num. 1. extr. de exceptio.* Et hanc ſententiam communem eſſe atteſtatur *Abb. c. olim. num. 3. extr. de exceptio.*

Secundò reſpondeo, aliquos Dd. tradere, contrariam ſententiam procedere tantùm eo caſu, quando ex tenore citationis liquet, reum ultra unam diętam extra territorium domicilii citatum. Secus autem eſſe, ſi hoc ex tenore citationis non liqueat, *Dec. d. c. olim. n. 4. extr. de exceptio.*

Cum itaque in caſu noſtro ex tenore citationis non conſtet, Albertum ab S. ultra unam diętam extra fines illius territorii, in quo ipſe habitat, citatum eſſe, ſequitur, in caſu noſtro ſaltem probabiliter dubitari, utrùm is, qui ultra unam diętam extra fines illius territorii, in quo domicilium habet, comparere, atque exceptionem opponere teneatur, eamque ob cauſam, conſultius eſt, ut Albertus ab S. coram Commiſſario Imperatoris compareat, ſuasque exceptiones alleget. Namque hæc via & tutior eſt, & in dubio ſemper tutiori viæ inhærendum.

Deinde quoque non obſtat noſtræ ſententiæ, ſi quis forſan dicere vellet, illam † exceptionem, quod actor Banno Imperiali ſubjectus ſit, eamque ob cauſam nullam actionem intentare poſſit, notoriam eſſe, ideoque non requiri, ut reus coram Commiſſariis compareat, exceptionesq; ſuas objiciat.

Cum multi Doctores teneant, tutum exceptione notoria in judicio comparere, eamque exceptionem opponere non cogi, *Innocent. cap. præterea extr. de dilatio. Hoſtienſis tit. de contumacia. §. qualiter. col. 2. Abbas Clem. appellanti. de appellatio. Abbas cap. ſi Clericus. extr. de foro competenti. Abbas cap. ex parte el. 7. extr. de appellatio. Felin. c. cum ordinem nu. 13. extr. de reſcript. Felin & Decius cap. olim extr. de exceptio. Felin. & Decius cap. ſi duobus, extr. de appellatio. Iaſon. l. 2. numer. 36. ff. ſi quis in jus vocat. non ierit.*

Namque primò reſpondeo, illam doctrinam procedere tantùm, quando judex ſcit illam exceptionem & reo competere & notoriam eſſe, alioquin verò ſecus eſt, *Cardinal. Clem. quia contingit. col. 5. oppoſit. 3. de religio. domib. Paulus de Caſtr. conſil. 39. Felin. cap. cum ordinem. numer. 14. extr. de reſcriptis. Decius cap. olim. numer. 4. extr. de exceptio. Decius c. ſi duobus, numer 8. extr. de appellatio.*

Secundò reſpondeo, contrariam ſententiam procedere tantùm eo caſu, quando ex citatione notorium eſt, reo exceptionem competere, ſecus autem eſſe, ſi aliundè quàm ex citatione compareat, reo exceptionem notoriam competere, ſicut hoc expreſsè atq; in ſpecie tradit *Iaſ. d. l. 2. num. 36. ff. ſi quis. in jus vocat. non ierit.*

Cum itaq; in caſu noſtro non liqueat, Commiſſarium Imperatoris ſcire, nec ex citatione appareat, reum exceptione notoria Banni actoris munitum eſſe, negari non poteſt, in noſtro caſu ſaltem probabiliter dubitari poſſe. Utrum Albertus ab S. co-

ram Com-

ram Commiſſario comparere, atque exceptiones ſibi competentes opponere debeat. Ideoque omninò ſuadeo, ut ipſe tutiorem viam eligat, coram domino Commiſſario compareat, ſuasq; exceptiones in judicium deducat.

Et licet non admodum neceſſarium ſit, ego tamen non inutile eſſe judico. Imò hoc ſuadeo, ut Albertus von der S. comparens coram Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo Archiepiſcopo proteſtatur, quod per hoc non velit in illum judicem conſentire, niſi quatenus & in quantum hoc de jure facere tenetur, ſecundum doctrinam *Innocent. Ioan. Andr. Bald. & Abb. in c. Camana. extr. de electio. Angel. l. non poteſt videri. ff. de judic. Iaſ. l. ait Prætor. la. 2. in princip. num. 18. ff. de jurejur.*

Secundam quæſtionem quod attinet, exiſtimo, Albertum de S. exceptionem fori declinatoriam objicere, eaq; tantùm obtinere poſſe, ut à juriſdictione Archiepiſcopi abſolvatur & ad Duces L. ſub quibus domicilium ſuum habet, tanquam competentem Magiſtratum judicemq; remittatur, illudq; ob ſequentes rationes.

Primò, cum ſit clari juris, quemlibet apud ordinarium propriumq; ſuum judicium permanere, neque ad extraneum perduci debeat: Jam verò Albertus de S. per hanc commiſſionem & citationem ad extraneum judicium, & cui ille non ſubeſt, perducitur.

Secundò, cum Albertus de S. Halam (quæ à Ducatu L. ubi Albertus domicilium habet, longius quàm iter unius longi diei diſtat) citatus eſt: & aliàs clariſſimi juris communis ſcripti, quod nullus à Commiſſario ad locum, qui ultra unius diei iter ab illo territorio, in quo citatus domicilium habet, diſtat, citari debeat.

Tertiò, cum Cunradus de W. commiſſionem oppreſſa veritate atque allegando ea, quæ in rei veritate non exiſtunt, extraxerit, in eo, quod in ſupplicatione ipſius ad Sacram Cæſaream Majeſtatem allegat, quod eo tempore, cum in Sacr. Cæſar. Majeſt. & Imperii ſingulari ſalvo conductu, tutela ac patrocinio fuerit contra promulgatam pacem publicam à Joanne de B. nocturis temporibus captus ad mortem uſque vulneratus, ac deinde in turpem teterrimumque carcerem contra conſuetudinem Nobilitatis Germaniæ detruſus, ibique in tertium uſque annum detentus: inſuper etiam demandari ſui arcis H. omniumque ſuorum bonorum de facto meraque violentia ſpoliatus ſit. Item, quod ulterius addit, ſibi per longum tempus jus contra Joannem de B. ratione hujus violentiæ denegatum fuiſſe. 5

Namque clari juris eſt, † reſcriptum vel commiſſionem, qua cauſa decidenda committitur judici vel domino alterius provinciæ, quàm illius, quàm reus incolit, non valere, neminemque vigore reſcripti vel commiſſionis extra illam provinciam, in qua habitat, trahi poſſe, ſicut hoc ſatis probatur per textum in *§. hæc conſiderantes. ver. & ultra terminos litigare. & verſ. ſi igitur. ver. nequaquam ad aliam provinciam cauſa trahatur. authent. ut omnes obed. jud. provinciæ.*

Secundò, hæc ſententia probatur per textum *§. ſi verò contigerit. authent. ut differentes judices.* ubi dicitur, ut non cogantur noſtri ſubjecti propter hujuſmodi cauſas recedere à propria patria.

Tertiò, hanc ſententiam confirmat text. *in §. ut non omnin. authent. de ſanctiſſ. Epiſcopis. ver. in eadem provincia conſtitutos.*

Quartò, pro hac ſententia confirmanda facit *cap. neminem. 3. quæſt. 6.* ubi dicitur: Neminem exire de provincia ad provinciam, vel de Comitatu ad Comitatum oportet.

Quintò, hoc expreſsè tenet *Speculat. §. 1. num. 5. verſ. item quod ſit extra provinciam, ille citatione Bart & Bald. l. 1. C. quando Imperat. inter pupill. & viduæ.*

Sextò, hæc comprobantur per ordinationem Cameræ Imperialis, quæ anno 1495. Wormatiæ erecta eſt, In der *Rubrica*, Die Unterthanen in ihren ordentlichen Gerichten bleiben zu laſſen/daſelbſt dieſe klare Wort ſtehen. Item / Ein jeder ſol ſeine Unterthanen in ſeinen ordentlichen Gerichten / Rechten vnd Obrigkeiten bleiben laſſen/ vnd halten nach eines jeden Fürſtenthumbs / Herrſchafft / Graffſchafft / Obrigkeit löblichen Herkommen vnd Gebreuchen.

Septimò, hoc comprobatur receſſu comitiorum Imperii Coloniæ anno Domini 1512 in quo hæc verba reperiuntur: Item/ Es ſollen auch alle vnſere vnd des heiligen Reichs Verwandte bey or-

dentlichen

dentlichen inländiſchen Rechten auſſerhalb der Händel/die nach laut dieſer vnd anderer vnſer vnnd des heiligen Reichs Ordnung vor vnſer Keyſerlich Kammergerichte gehören/ gelaſſen werden / alſo / daß ein jeder in dem Gericht / darein er ohne Mittel gehörig iſt/ vorgenommen werden ſol/ es were dann/ daß einem Rechte verſaget / oder jhm daſſelbe nicht volzogen werden möchte / vnd das kundig were / oder gemacht würde / wie recht iſt/ vor dem Richter / da er die Ladung begeret/ ſo ſol der Kläger des Antworters Herrſchafft / oder nechſte Obrigkeit deſſelben/ darinnen erſuchen / jhm Rechts zu verhelffen / vnnd wo jhme die auch nicht verhelffen wolte / ſo mag er ſolches an vnſer Keyſerlich Kammergerichte bringen / daſelbſt jhm förderlich geholffen werden ſol. Wo aber hiewieder jemand ein ander mit ausländiſchem Gericht vornemen / oder beläſtigen/ Ladung vnd Proceß ausbringen würde / So ſollen dieſelbigen Proceß vnnd Handlung/ vnd was darauff gefolget were/ nichtig vnd vnbündig ſeyn / vnd den Widertheil nichts pflichten oder binden.

Octavò, hæc comprobantur ordinatione Cameræ imperialis Wormatiæ anno 1521. conſtitutæ ſub Rubrica. Einen jeden bey ordentlichem Gerichte bleiben zu laſſen / ubi claris verbis reperitur: Ferner iſt auch betrachtet / daß alle des Reichs Verwandten bey ordentlichen innländiſchen Rechten auſſerhalb der Händel/ die nach laut der vor auffgerichten Ordnung an das Keyſerliche Kammergericht gehören/ gelaſſen/ alſo/ daß ein jeder in dem Gerichte/ darinn er ohne Mittel geſeſſen/ vnnd gehörig/ fürgenommen werden ſol. Item/ in der Rubricen / Rechtig Fürnemen vnd Austrag der Graffen vnd Ritterſchafft gegen Churfürſten / Fürſten vnd Fürſtmeſſigen / vnd herwiederumb charta finali, An welchem Ort klerlicher geordnet / vnnd ſol ſonſt ein jeder dem Reich nicht ohne Mittel ſondern anderer Herrſchafft vnterworffen / oder abee ſolcher Sachen halben / die eines Churfürſten/Fürſten oder Herrſchafft Gericht ohne Mittel ordentlich gehörig/ bey demſelben ſeinem ordentlichen Richter laut der Ordnung / bleiben.

Et annotandum eſt, cum in præcedentibus partibus illius conſtitutionis expreſsè ſanciatur, Comitibus & Nobilibus permiſſum eſſe, judicem delegatum ab Imperatore impetrare, atque coram illo delegato, Principes & Electores contra quos ipſi actionem habent, convenire, & poſtea ſubjungatur, quod aliæ perſonæ Imperio Romano non immediatè ſed mediatè ſubjectæ coram judice ſuo ordinario conveniri debeant, per illam conſtitutionem ſaltem tacitè derogari omnibus reſcriptis atque commiſſionibus contrariis.

Nonò, hæc comprobantur ordinatione Cameræ Anno 48. Auguſtæ promulgatæ, in ſecunda parte primi capitis, ubi clarè ponitur, Erſtlich ordnen vnnd ſetzen wir / daß alle des heiligen Reichs Verwandte vnnd Vnterthanen bey jhren ordentlichen innländiſchen Rechten vnnd Gerichten / auſſerhalb der Fälle / die nach laut dieſer Ordnung ohne Mittel an das Kammergericht gehören/ gelaſſen/ alſo daß ein jeder in dem Gerichte/ darinnen er ohne Mittel geſeſſen / vnd gehörig / vorgenommen werden ſol.

Decimò, hæc latiùs pertractantur in quinto capitulo ſecundæ partis ejusdem ordinationis Cameræ Anno 48. Auguſtæ erectæ, ubi perſpicuis verbis habetur: Vnnd ſol ſonſt ein jeder dem Reich ohne Mittel nicht / ſondern anderer Herrſchafft vnterworffen / oder aber ſolcher Sachen halben / die in eines Churfürſten / Fürſten Herrſchafft / Gericht ohne Mittel gehörig/ bey demſelben ſeinem ordentlichen Richter laut der Ordnung/ bleiben.

Undecimò, idem quoque eſt diſpoſitum in jam dicta ſecunda parte ordinationis Cameræ in octavo capite, quo loco ſequentia verba reperiuntur: Wo ſich aber zwiſchen eines Churfürſten / Fürſten oder Standes Vnterthanen / darunter beyde Parteyen geſeſſen / oder zwiſchen den Vnterthanen/ da der Kläger vnter einem/ vnd der Antworter vnter einem andern Churfürſten/ Fürſten oder Stande geſeſſen / Irrung zutragen würden / gemelter ſchlechter vnd gemeiner Spolien halben/ welche keinen Friedbruch auff jhnen tragen / die ſollen in erſter Inſtantz vor den ordentlichen Gerichten erörtert vnd ausgetragen werden / wie ſich von Rechts wegen gebühret.

Et ſic ex prædictis ſatis liquet atque patet, Alberto ab S. permiſſum eſſe ex hoc capite exceptionem fori declinatoriam Reverendiſſimo atque Illuſtriſſimo Archiepiſcopo opponere, atque ita impetrare,

mare, ut ipſe & ab hac inſtantia abſolvatur, atque ad judicem ordinarium Duces nempe L. remittatur.

Nec obſtat huic deciſioni; id quod Doctores magis communiter tradunt;
6 ſecundum † jura hodierna quemlibet per reſcriptum delegatarium Principis extra illam provinciam quam ipſe incolit, indiſtinctè trahi poſſe, dummodò ipſe ultra unam diætam extra illam provinciam non trahatur, *Compoſtellus*; *Ioannes Andr. Dominic. & Anton. de Butr. cap. nonnulli, in princip. & ibi Felin num. 33. extr. de reſcriptis. Archidiac. cap neminem. 3. quæſt. 6. Goffredus in quæſtionibus quæſt. 85. Bartol. Brixienſis & Ioan. de Plant. d. cap. neminem. Ioan. Andr. Anton. de Butr. Abbas & Andreas Siculus cap. final. extr. de judic. Petr. de Anchor. & Domin. c. ſtatutum. §. cum autem. de reſcript. lib. 6.*

Namque reſpondeo, poſito illorum Doctorum ſententiam veram eſſe, illa ſententia tantùm procederet in foro Eccleſiaſtico, & ſecundum juris Canonici diſpoſitionem, ſecus verò eſt ſecundum juris civilis diſpoſitionem, in quo jure civili expreſsè cautum eſt, neminem per reſcriptum extra illam provinciam, quam ipſe incolit, trahendum, etiamſi illud fieret intra unam diætam. Ideoque hoc jus in foro civili omninò obſervandum & ſequendum eſt.

Namque clari juris eſt, quod in iis
7 caſibus, † in quibus Canones legibus civilibus contradicunt Canones in foro Eccleſiaſtico vel Eccleſiæ ſubjecto, leges verò in foro civili Imperio ſubjecto ſervandæ ſint, *Bart. l. privilegia. C. de SS. Eccleſ. Abb. c. 1. extr. de oper. nov. nunciat.*

8 Similiter † non obſtat huic noſtræ ſententiæ, quod illa verba: Hierauff befehlen wir deiner Liebde von Römiſcher Keyſerlichen Macht / geben denſelben auch hiemit vnſere vollkommene Gewalt/ videantur æquipollere verbis, De plenitudine poteſtatis, eamq́; ob cauſam videatur dicendum, hanc commiſſionem omninò valere, atque ratam eſſe, etiamſi per illam reus extra illam provinciam, in qua ipſe domicilium habet, traheretur.

9 Namque certum eſt, † reſcriptum vel commiſſionem Principis, in qua quis trahitur extra illam provinciam, in qua domicilium habet, ratam eſſe, ſi in illo reſcripto vel commiſſione Principis, ſit inſerta clauſula, Non obſtante, *Bald. l. 1. C. quando Imperat. inter pupil. & vid.*

Eodem modo clari juris eſt, quod clauſula, De † plenitudine poteſtatis, æquipolleat clauſulæ, Non obſtante: atque habeat 10
vim clauſulæ denegatoriæ ad omnem legem contrariam; etiam clauſulam derogatoriam habentem, *Bald. poſt collectam, in proœmio decretal. col. 3. Fel. c. nonnulli. in princ. num. 13. verſ. quintò. fallit txt. de reſcript. Alex. conſ. 92. incip. perſpectis. num. 25. 46. & 48. conſ. 112. num. 4. & conſ. 155. num. 3. lib. 3. Franc. Curt. conſ. 31. col. final. conſ. 48. col. 12. conſ. 49. col 34. conſ. 65. col. 7. Dec. conſ. 198. num. 2. conſ. 269. num. 11. & conſ. 271. n. 8. Abb. Brun. conſ. 1. col. 7. Cardin. Pariſ. conſ. 46. num. 43. lib. 3. & conſ. 93. lib. 4.*

Huc accedit, quod clauſula, De plenitudine poteſtatis, omnes alias clauſulas ſuperet, *Franc. Curt. conſ. 65. col. 9. Dec. conſ. 377. num. 8. Card. Pariſ. conſ. 1. num. 68. lib. 2. conſ. 46. num. 43. lib. 3. & conſ. 1. num. 80. lib. 4. Franc. Curt. conſ. 49. col. 33. Dec. conſil. 190. num. 3. conſ. 271. num. 8. & conſ. 269. num. 18.* & habeat vim clauſulæ: Ex certa ſcientia, ac tollat omnem obreptionem, ſubreptionem, nec non & defectum intentionis, *Card. Pariſ. conſ. 1. num. 120. lib. 4.*

Eamq́; ob cauſam receptum eſt, contra tale reſcriptum, cui eſt inſerta clauſula: De plenitudine poteſtatis: nihil opponi poſſe, *Bald. in proœmio decretal. col. 4. Franc. Curt. conſ. 55. col. 9. & 15. & conſ. 49. col. 33. circa princ. Card. Pariſ. conſ. 106. num. 40. lib. 1. conſ. 15. num. 64. lib. 2. conſ. 46. nu. 43. lib. 3. conſ. 1. num. 80. lib. 4.* Nihilq́; ulterius vel quærendum, *Ang. lib. 2. C. de quadrien. præſcript. Dec. conſ. 198. num. 2. Cardin. Pariſ. conſ. 106. num. 41. lib. 1.* Vel de viribus illius diſputandum eſſe, *Oldrad. conſ. 287. Paul. de Caſtr. conſ. 231. Cardin. Pariſ conſ. 15. num. 60. lib. 2. conſ. 46. num. 43. lib. 3. conſ. 1. nu. 80. lib. 4.* Atque etiam Imperatori procedenti cum hac clauſula dici non poſſit, Cur ita facis, *Bald. in præludio feud. col. 9. verſ. ſed pauca. Cardin. Pariſ. conſ. 106. num. 40. lib. 1. & conſ. 1. num. 68. lib. 2.*

Namq́; ad hoc contrarium reſpondeo, Principem † in dubio non præſumi velle 11
uti plenitudine poteſtatis, ſed in dubio præſumi, Principem voluiſſe uti poteſtate ordinaria, *Innoc. c. innotuit. extr. de elect. Innoc. c. veniens extr. de filiis Presbyter. Innoc. c. cum ad monaſterium. extr. de ſtatu regulari. Panormit. c. illa quotidiana. extr. de electio Angel.*

l. bent

l. bene à Zenone. 1. col. C. de quadrien. præſcrip. Paul. de Caſtr. l. centurio. 1. col. & ibi Alex. Ex col. ff. de vulg. & pupill. Felin. c. cum inter. num. 6. extr. de exceptio. Specul. in tit. de leg. §. nunc oſtendendum. verſ. 18. & verſ. ſeq. Archidiac. c. Cenomanenſem. 60. diſt. Iaſ. l. quanquam. num. 2. C. de teſtam. milit. Imol. l. quidam conſulebat. ff. de re jud. Carol. Ruin. conſ. 79. num. 9. lib. 3. Carol. Ruin. conſ. 74. nu. 4. lib. 3. Carol. Ruin. conſ. 30. num. 9. lib. 4. Marcus de Mantua ſingul. 356. num. 3. Alex. conſ. 107. in fin. 3. col. & conſ. 215. incip. nec arguendi. in 3. col. lib. 2. conſ. 60. col. 7. conſ. 87. col. 3. lib. 2. Hippol. de Marſil ſingul. 84. num. 1. Roman. ſingul. 764. Marianus Soc. conſ. 134. num. 26. lib. 3. Ioan. de S. Iulia conſ. 3. nu. 6. Alex. conſ. 11. nu. 6. lib. 7. conſ. 84. num. 9. lib. 3. & conſ. 85. num. 3. lib. 3. Paulus Ocianus repet. l. 1. num. 137. ff. de offic. ejus cui mandata eſt jurisd. Lancellottus Galiaula repet. l. centurio. nu. 133. ff. de vulg. & pupill. Rol. à Vall. conſ. 86. num. 58.

22 Cum enim Princeps † juſtitia plenus præſumatur, *Bald. conſ. 395. incip. pro domino Divaldo col. 1. in fin. lib. 2.* juris præſumptio eſt Principem velle id, quod jura volunt, *§. omnes. authent. de judicib. Calcan. conſ. 2. in fin. Aym. Cravett. conſ. 172. num. 1.* Et licet ipſe legibus ſolutus ſit, ipſum tamen velle legibus vivere, *l. Princeps legibus. ff. de legib. l. digna vox. C. eod. tit. Corn. conſ. 5. num. 27. lib. 2.*

23 Huc accedit, quod voluntas † Principis in dubio præſumitur, eſſe talis, qualis de jure communi eſſe debet, *Bald. Alex & Iaſ. l. ex facto. in princip. arg. ill. text. ff. de vulg & pupill. Bald. l. omnes populi. 19 col. ff. de juſt. & jur. Bald. c. licet. extr. de offic. ord. fac. text. c. quoniam. extr. de natural liber gl. c. paratus 23. q. 1 Fr. de Curt. conſ. 49. incip. memoria recolendæ. Christi. 9. col. 2 Dec. conſ. 383. incip viſo conſilio. col. 2 & 3. Cardin. Pariſ. conſ. 51. num. 15 lib. 4 conſ. 101. num. 62 lib. 1. Bald. l. 2 C de communium rerum alienat. Bartholom. Chaſſeneus conſ. 64 num. 18. Chaſſeneus conſ. 7. num. 62. Iaſ. l. juſtitia. 2. col. ff. de juſt. & jur. Iaſ. l. fin. col. 4. ff. de conſtitut. Princip. Iaſ. l. cauſas. col. 2. C. de Tranſact. Hieron. Verus repet. l. ex facto. num. 36. ff. de vulgar. & pupill. Mart. Laudenſ. in tract. de crimine læſæ Majeſt. 4. quæſt. num. 11.*

24 Quodq; † Princeps etiam in privilegiis præſumatur, ſe voluiſſe conformare juri communi, *Card. Pariſ. conſ. 82. num 60. lib. 1. arg. c. cauſam quæ. extr. de reſcript. & eorum quæ notantur in l. ex facto. in princip. ff. de vulg. & pupill.* His adde, quod reſcriptum Principis ita interpretandum ſit, quod ipſe noluerit contra jus commune reſcribere, *Bald. l. reſcripta. C. de precib. Imperat. offeren. Bald. & Dd. l. humanum. C. de legib. Corn. conſ. 92. num. 10. lib. 2. fac. quæ habentur. in l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de leg. 3.* ſed voluerit jus commune & ſequi & imitari, *l. ex facto. in fin. ff. de vulg. & pupill. c. propoſuit. extr. de conceſ. prabend. Lancellottus Galiaula repet. l. centurio. n. 133. ff. de vulg. & pupill.*

25 Quare cum in reſcripto † Imperatoris, de quo in caſu noſtro agitur, ſint poſita illa verba: Von Römiſcher Keyſerl. Macht/ quæ verba dubia ſunt, atque tàm de poteſtate ordinaria, quàm de poteſtate abſoluta intelligi poſſunt, ſequitur, illa verba ita accipienda, quod Imper. noluerit uti plena & abſoluta poteſtate, ſed voluerit ſe conformare juris communis diſpoſitioni, & ſuum reſcriptum eatenus valere, quatenus hoc jus commune valere permittit.

Nec obſtat, quod reſcriptum, de quo in caſu noſtro agitur, de jure communi fundatum non ſit, Quodq; † omnis actus à Principe geſtus, qui de jure communi valere non poteſt, ita interpretandus, itaque accipiendus ſit, quod Princeps voluerit uti plenitudine poteſtatis, atque hic actus perinde valeat, atque ſi in illo clauſula De plenitudine poteſtatis, adjecta fuiſſet, *Paul de Caſtr. conſ. 230. incip. in facto præſenti. col. 4. Fel. d. c. cum inter. num. 7. extr. de exceptio. arg. l. ſi quando. C. de inoffic. teſtam. P. de Caſtr. l. ex imperfecto. in fin. C. de milit. teſtam. Abb. c. quoniam. col. 5. & ibi Dec. extr. de offic. deleg. Abb. conſ. 11. col. pen. poſt medium. Aym. Cravett. conſ. 75. num. 3. Card. Ruin. conſ. 23. nu. 4. lib. 2. Hippolyt. de Marſil. ſingul. 84. num. 1. Marianus Socin. conſ. 134. num. 27. lib. 3. arg. l. quoties ff. de verb. dub. l. quoties in ſtipulationib. ff. de verb. oblig. Ioan. de S. Iul. conſ. 3. num. 18. fac. text. l. centurio. in fin. ff. de vulg. & pupil. l. quidam conſulebat. in fin. ff. de re judic. Felin. c. 1. col. 8. in fin. extr. de conſtitut. Fel. d. c. cum inter. extr. de exceptio.* Quia illa præſumptio quod in dubio quis cenſeatur velle actum valere, eſt fortior quacunque alia præſumptione, *Dec. c. quoniam. Abb. col. 7 extr. de offic. deleg. Dec. conſ. 190. col. 53. Galiaula repet. d. l. centurio. num. 143. ff de vulg. & pupill. Ferdinand. Loazes repet l. filiusfamilias §. divi num. 178. ff. de legat. 1. Alciat in tractat. de præſumptio. præſumpt. 36. num. 9. & præſumpt. 34. num. 2.*

Namq;

Digitized by Google

Namque hoc ita demum procedit, ſi conſtet, Principem ſciviſſe illum actum de jure communi non valere. Secus autem eſt, ſi de hoc vel dubitetur vel nō conſtet, tunc enim non præſumitur, Principem voluiſſe uti plenitudine poteſtatis, etiamſi ille actus quem gerit, de jure communi valere non poſſit, ſicut hoc expreſſè atque in ſpecie tradit *Paul. de Caſtr. conſ. 284. incip. In Chriſti, & in facto præſenti intendo adulari. Paul. de Caſtr. l. ex imperfecto. C. de teſtament. Alex. l. 2. C. de teſtam. milit. Felin c. in cauſis extr. de re judic. Hippol. Sing. 84. Nicol. Everh. in Topic. in loco à plenitudine poteſtatis. arg. l. 3. ff. de teſtament. milita. l. ſi quando. ff. de leg. 1. l. in teſtamento. l. 1. C. de teſtament. milit. juncta l. centurio. ff. de vulg. & pupill. Car. Ruin. conſ. 23. num. 4. lib. 2. Paul. de Caſtr. conſ. 369. incip. circa primum. Card. Pariſ. conſ. 1. nu. 42. lib. 1. Dec. conſ. 655. nu. 22. lib. 5. Alexand. conſ. 123. nu. 18. & 19. lib. 4. Galiaul. reper. d. l. centurio. nu. 14. ff. de vulg. & pupill.*

Quare cum in caſu noſtro non conſtet, neque liqueat, Imperatorem ſciviſſe Albertum à S. non in Archiepiſcopatu Madeburgenſi, ſed in ducatu Luneburgenſi domicilium habere, & ſic hoc reſcriptum de jure communi valere non poſſe, imò ſit veriſimile & præſumatur, Principem hoc cū illud facti ſit ignoraſſe juxta text. in *c. 1. de conſtitut. lib. 6.* ſequitur in caſu noſtro dici non poſſe, Principem voluiſſe uti plenitudine poteſtatis, & reſcriptum comiſſionis ex plenitudine poteſtatis contra diſpoſitionem juris communis valerè.

Deinde non obſtat noſtræ ſententiæ,
17 quod † Papa & Imperator plenitudinem poteſtatis non tantū per ſe, ſed etiam per alios, nēpe per ſuos Legatos vel Vicarios exercere poſſit, *Baldus conſ. 359. incip. quemadmodum. lib. 3. & conſ. 457. col. 1. in fin. lib. 5. Ayman Gravet. conſ. 63. num. 7. lib. 1. Ludov. Roman. ſing. 465.*

18 Quodque licet alioquin in † generali mandato vel commiſſione non veniant, illa quæ Principi reſervata ſunt, hoc tamen non procedat eo caſu, quo in generali mandato vel commiſſione dictum eſt commiſſario ſive delegato, plenam vel omnimodam poteſtatam conceſſam eſſe. Namque tunc ſecundum aliquorum Dd. ſententiam in generali mandato vel commiſſione comprehendantur etiam illa, quæ Principi ſive Imperatori reſervata ſunt, *Card. Ruin. conſ. 84. num. 3. & 4. lib. 3.*

Ideoque forſan videatur dicendum in hac commiſſione de qua agimus, etiam venire illa, quæ Principi ſive Imperatori reſervata ſunt, eam ob cauſam, quia in reſcripto ſive commiſſione poſita ſunt hæc verba, Geben denſelbē auch hiemit unſern vollkommenen Gewalt/ & per conſequens, licet hoc, quod quis extra ſuam provinciam ad aliud tribunal ſive judicium trahi poſſit, ſit de reſervatis Principi, tamen dici poſſe Illuſtriſ. atq; reverendiſſ. Dn. Archiepiſcopum Albertum à S. ita citare poſſe, ut ipſe ex illa provincia in qua habitat, exire, atq; ſe coram ſuo tribunali ſiſtere cogatur.

Namq; reſpondeo primò. Licet † Imperator æquè per alios ſicut per ſemetipſum plenitudinem poteſtatis exercere poſſit, hoc tamen ita demum verum eſſe, ſi Princeps illa quæ ad plenitudinem poteſtatis ſpectant, alteri in ſpecie ſive in individuo committat. Secus autem eſſe, ſi Princeps concedat alteri generaliter plenitudinem poteſtatis, namq; is plenitudine poteſtatis uti non poteſt, prout hoc tradit *Card. Pariſ. conſ. 9. num. 33 lib. 2.* 19

Quare cum in caſu noſtro in reſcripto Imperatoris expreſſum non ſit, quod Reverendiſſ. & Illuſtriſsimus, Dominus Archiepiſcopus Albertus à S. extra provinciam ſui domicilii trahere poſſit, ſequitur Reverendiſſ. & Illuſtriſſ. Dominum Archiepiſcopum plenitudine poteſtatis uti non poſſe, quoad hoc, ut ipſe Albertum à S. extra provinciam ſui domicilii trahat. Secundò reſpondeo, veriorem atque receptiorem eſſe illorum Dd. ſententiam, qui volunt, verbum, *Plenam poteſtatem*, in reſcripto vel commiſſione Imperatoris poſitum, non operari hoc, ut illi, cui commiſſio vel delegatio facta eſt, plenitudo poteſtatis conceſſa, ipſique permiſſum intelligatur, vel juri communi derogare, vel aliquid contra juris communis diſpoſitionem facere. Ideoque ab hoc delegato cui plena & omnimoda poteſtas conceſſa eſt, perinde ut à quolibet alio delegato appellari poteſt, *Bald. l. 2. nu. 4. C. de appell.* & is cui cauſa cum plena & omnimoda poteſtate ab Imperatore commiſſa eſt, illam cauſſam appellatione remota alteri delegare nequit, *Bald. l. 2. nu. 5. C. de appell. Imol. l. 1. col. 33. ff. à quibus appell. non licet.*

Quinimò eum, cui cauſſa cum plena & omnimoda poteſtate commiſſa vel delegata eſt, nihil contra juris communis diſpoſitionem facere poſſe, expreſſè atque in ſpecie tradit, *Felin. c. 1. nu. 2. verſ. amplia ſecundo. extr. de reſcript.* Huc accedit, quod is, cui Papa vel Imperator conceſſit plenum & liberum regimen alicujus civatatis vel provinciæ, non poſſit committere cauſſas appellatione remota, *Bald. l. 1. ff. de teſtam. milit. Felin. c. 1. nu. 2. verſ. amplia ſecundò. extr. de reſcript.* Huc accedit, quod ei, cui conceditur libera poteſtas procedendi in aliquo caſu, non intelligatur cõceſſum, ut aliquid contra jus facere poſſit, *Ant. de Butr. c. irrefragabili. in pr. 3. notab. arg. ill. text. extr. de off. ordin. Abb. c. 1. pen. notab. extr. eod. tit.*

Quodq; verba: *Liberam facultatem concedimus*, intelligantur ordine juris ſervato, *Bald. c. 1. circa fin. de allodiis*, eamq; ob cauſſam poteſtas, quæ habet arbitrium in delictis, ut liberè procedere poſſit, non poteſt procedere niſi fama & indiciis præcedentibus, *Bald. c. 1. extr. de offic. ordin. Alex. conſ. 65. incip. habita ſuper contentis. lib. 1. Andr. Sicul. conſ. 48. lib 1.* Et is qui habet liberam poteſtatem eligendi, non poteſt eligere indignum.

Et ſic ex prædictis ſatis liquet, quod ei cui cauſſa cum plena & libera poteſtate conceſſa eſt, non intelligatur conceſſa plenitudo poteſtatis, quodq; ipſe nihil facere poſſit, quod juri communi refragatur, & per conſequens, cum juri communi refragetur, quod quis per reſcriptum ſive commiſſionem Imperatoris à judice delegato extra illam provinciam, in qua domicilium habet, trahatur, omninò dicendum eſt, eum cui plena & omnimoda poteſtas procedendi & cognoſcendi de cauſſa commiſſa eſt, vigore hujus commiſſionis reum per ſuam citationem extra provinciam domicilii trahere non poſſe.

20 Tertiò reſpondeo, unam partem † inſtrumenti per aliam declarari, & ſecundum aliam intelligi, *l. utrum. ff. de petit. hæred. l. ſi ſervus plurium. §. fin. & ibi Jaſ. & Dd. l. qui filiabus. in prin. & ibi Bart. ff. de leg. 1. Bart. l. 1. §. & parvi. ff. quod vi aut clam, Fr. Curt. conſ. 51. col. 6. & 7. Card. Pariſ. conſ. 38. numer. 19. conſ. 40. num. 16. conſ. 83. nu. 15. lib. 2. & conſ. 57. nu. 2. lib. 3.*

Cum itaque in caſu noſtro in fine commiſſionis Imperialis reperiantur hæc verba: Unnd ſonſten alles anders thue / fürnehme / handele / vnd gebiete / vnd verbiete / daß hierin die Notturfft erfordert / vnd ſich rechtlicher Ordnung nach gebüren würde.

Ex illis verbis præcedentia verba commiſſionis, nempè Von Römiſcher Keyſ. Macht / Item, Geben derſelben hiermit vnſern vollkommenen Gewalt / ita declarari debent, quod Illuſtriſſ. & Reverendiſſ Dominus Archiepiſcopus vigore hujus commiſſionis nihil facere poſſit, quod juris communis diſpoſitioni refragatur, atque ipſi tantum in iis, quæ ſecundum juris communis diſpoſitionem fiunt, plena poteſtas conceſſa intelligatur.

Et ſic ſatis liquet, illa verba, de quib. in caſu noſtro controvertitur, neq; habere vim clauſulæ, De plenitudine poteſtatis, neq; per illa intelligi Reverendiſſimo atq; Illuſtriſſimo Domino Archiepiſcopo conceſſam plenitudinem poteſtatis.

Deinde etiam reſponderi poſſet, clauſulã, De plenitudine poteſtatis, nihil operari in his, quæ conſiſtunt in facto, quæq; veriſimiliter à Principe ignorantur, *Abb. Dec. & Dd. c. ad hæc. extr. de reſcript. Card. Pariſ. conſ. 1. nu. 85. lib. 1.*

Cum itaque hoc, utrum Albertus à S. habitet in locis ſubjectis Archiepiſcopo M. an verò alibi, in facto conſiſtat, & veriſimiliter Imperatori ignotum ſit, ſequitur illam clauſulam, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, eam reſcripto inſertam in caſu noſtro nihil operari quoad hoc, ut ipſe extra illam provinciam, in qua habitat, judicium ſubire cogatur.

Igitur concludo, quod, non obſtantibus illis, quæ pro contraria parte adduci poſſunt, Alberto à S. permittatur exceptionem fori declinatoriam contra commiſsionem Imperatoris atque contra proceſſum Commiſſarii ſive Judicis delegati opponere, ex eo capite, quod ipſe per hanc commiſſionem ſive hoc reſcriptum Imperatoris extra illam provinciam, in qua ipſe habitat trahitur, quodq; hoc jure communi prohibitum ſit. Deinde quoque clari juris eſt, quod etiam in iis caſibus ſpecialibus, in quibus quis per † reſcriptum ſive commiſſionem Principis extra provinciam habitationis citari vel trahi poteſt, nemo ultrà unam diætam extra illam

illam provinciam in qua habitat, vigore reſcripti vel commiſſionis citari vel trahi poteſt. *c. ſtatutum. §. cum autem, & §. in nullo de reſcript. lib. 6. Abb. Fel. & Dd. c. nonnulli in princ. extr. de reſcript. Abb. Dec. & Dd. c. olim. extr. de except.* Quod uſque adeò verum eſt, ut vigore reſcripti vel commiſſionis quis extra provinciam illam, in qua habitat, ultra unam dietam, trahi vel citari non poſſit, niſi in illo reſcripto fuerit facta expreſſa mentio de conſtitutione contrarium diſponente, & ea non obſtante Commiſſario ſit injunctum, ut reum extra illam provinciã in qua habitat, ultra unam dietã citari poſſit. *c. nonnulli in prin. & ibi Abb.*
22 *Fel. & Dd. extr. de reſcript.* Namq; hæc † conſtitutio habet expreſſam clauſulam derogatoriam ad reſcripta contraria, & certũ eſt, quod reſcriptum contra conſtitutionẽ vel legem habentem clauſulam derogatoriam, non aliter ratum ſit, niſi illud reſcriptum de lege vel diſpoſitione contraria expreſſam & ſpecialem mentionem fecerit, *Ioan. And. & Domin. c. 1. de exceſſ. prælat. lib. 6. Paul. de Caſtr. conſ. 53. in prin. Domin. c. quoniam. diſt. 28. Petr. de Anchor. conſ. 255. incip. In quæſtione quæ vertitur, col. 3. Salic. l. hac conſultiſſima. §. pen. & l. Sancimus C. de teſtam.* Et hæ deciſiones etiam de jure civili locũ habere debent. Namq; cum de jure civili contrarium diſpoſitum vel ſancitum non reperiatur, ſequitur diſpoſitiones Canonum etiã in foro civili locum habere quoad hoc, ne quis in illis caſibus, in quibus per reſcriptum Principis extra territorium trahi poteſt. Vltra unam dietam extra territorium trahatur. Certi n. juris eſt, quod Canones etiam in foro civili in omnibus illis caſibus ſervandi & ſequendi ſint, in quibus jure civili contrarium ſancitum nõ reperitur, *§. ſi vero relinquens, & §. fin. Auth. de Monachis. §. ſancimus. Auth. quomodo oporteat Epiſcop. §. ſi verò. Auth. ut Clerici apud prop. Epiſcop. Auth. de Eccleſiaſt. tit. in prin.* Quare cum H. à finibus Ducatus M. in quo A. à S. habitat, longius quàm per unam dietam diſtet, ſequitur illum etiam ex hoc capite exceptionem fori declinatoriam Delegato, ſive Commiſſario opponere poſſe, quò minus ipſe illius cognitionem ſubire teneatur. Nec obſtat huic noſtræ ſententiæ,
23 ſi quis forſan prætendere vellet † commiſſioni ſive reſcripto Imperatoris eſſe inſertam clauſulam *De plenitudine poteſtatis*, illamq; clauſulam æquipollere clauſulæ, *Non obſtante*, & perinde ſicut clauſulam, *Non obſtante*, hoc operari, ut quis à Delegato ſive Commiſſario ultra duas dietas extra illam provinciam in qua habitat, citari vel trahi poſsit.

Namq; reſpondeo primò ex iis, quæ circa præcedentem exceptionem fori declinatoriam diximus, ſatis liquere in reſcripto ſive commiſsione de qua in caſu noſtro agitur, non reperiri talia verba, quæ æquipolleant clauſulæ *De plenitudine poteſtatis*.

Secundò reſpondeo Clauſulam *De plenitudine poteſtatis*, nihil operari in his quæ facti ſunt, quæq; Imperatori veriſimiliter incognita ſunt. Quare cum hoc, quod videlicet illa provincia in qua A. à S habitat, ultra unam dietam diſtet ab illo loco, ad quem à Delegato ſive Commiſſario citatus eſt, & in facto conſiſtat & veriſimiliter Imperatori incognitum fuerit, ſequitur, hanc clauſulam quoad hoc nihil operari, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, talem vel ſimilem Clauſulam ſin reſcripto delegatorio poſitam.

Tertiò reſpondeo, licet clauſula *De plenitudine poteſtatis*, æquipolleat clauſulæ *Non obſtante*, hoc tamen tantum procedere in illis caſibus, in quibus lex vel conſtitutio clauſulam derogatoriam non requirit, ſecus autem eſt in illis caſibus, in quib. lex vel conſtitutio expreſſè & pro forma clauſulam derogatoriam requirit. Namq; in illis, clauſula *De plenitudine poteſtatis* clauſulæ, *Non obſtante*, non æquiparatur, *Felin. c. nonnulli in prin. nu. 8. extr. de reſcript.* Quare cum jus expreſſè atque pro forma requirat ad hunc finem, ut quis vigore reſcripti vel commiſſionis ultra unam dietam extra illam provinciam in qua habitat, trahi poſſit, ut in iſto reſcripto ſive cõmiſſione ſit inſerta ſpecialis & expreſſa clauſula derogatoria ad illam conſtitutionem, quæ vult, ne quis ultra unam dietam extra illam provinciam in qua habitat, trahi poſſit, ſequitur clauſulam *De plenitudine poteſtatis*, quo ad hunc finem non æquipollere clauſulæ, *Non obſtante*. Sicut hoc expreſſè atq; in ſpecie tradit *Fel. c. nonnulli in prin. n. 8. extr. de reſcriptis*. Deinde non obſtat noſtræ ſententiæ, quod Caſtrum H. in quo illud factum contigit, cujus ratione C. à VV. contra uxorem A. à S agit, non ſit ultra unam dietam remotum ab Epiſcopatu H qui ſimiliter ad jus & proprietatem Archiepiſcopi M. ſpectat.

Namq; reſpondeo primò, tantum conſiderari

ſiderari illum locum, in quo ut quis compareat, citatus fuit, & ſi ille locus ultra unam dietam ſit remotus, indiſtinctè reum ſe exceptione fori declinatoria tueri poſſe, *d. c. nonnullis in prin. & ibi Abb. Felin. & Dd. d. c. olim. & ibi Abb. & Dec. extr. de exceptio. c. ſtatutum. §. cum vero. §. cum autem & §. in nullo de reſcript. lib. 6.* Quare cum Ducatus B. in quo Caſtrum H. ſitum eſt, ultra unam dietam diſtet à civitate H. ſequitur, hoc contrarium nobis nihil obſtare.

24 Secundò reſpondeo, dietam † computari, non ab illo loco, in quo actus, cujus ratione quis convenitur, geſtus vel celebratus fuit, ſed ab illo loco, in quo reus conventus domicilium habitationis habet, ſicut hoc communiter tenent *Dd. gl. C. ſtatutum. §. cum verò. verſ. unam dietam de reſcript. lib. 6. Rota deciſ. 34. incip. communiter tenet. Rota. tit. de reſcript. in antiquis Bald. l. fin. col. 21. verſ. ſed hic quæretur. C. de edict. di. Had. toll. Abb. & Domin. c. dilectus filius. el. 2. & ibi Fel. nu. 13. extr. de reſcript. Domin. d. c. ſtatutum. §. cum vere. de reſcript. lib. 6. Abb. c. ex parte. B. col. fin. extr. de foro compet. Card. Clem. c. de reſcript. Imol. c. nonnulli, in prin. extr. eod. tit.*

25 Quare cum † uxor ſortiatur dignitatem & honorem & nobilitatem & forum & domicilium, *l. fœminæ. ff. de ſenatorib. L. Cum quedam. in prin. & ibi Dd. ff. de jurisd. omn. judic. L. exigere. ff. de judiciis L. ea qua. & L. fin. §. item reſcripſerunt. & ibi Bart. ff. ad Municipal. l. fin. C. de incolis. lib. 11. l. 1. C. de mulieribus & in quo loco. lib 11. l. mulieres. C. de dignitatib. lib. 12 Bald. l. 2. C. de jurisd. omn. judic. & civitatum. l. cives, & ibi Bart. Alex. & Ioan. de Plat. C. de incolis lib. 10. Bart. d. §. item reſcripſerunt. Bald. conſ. 139. col. 2. lib. 5. & originem. gl. l. origine. C. de Municipal. & origina. lib. 10. Bart. d. §. item reſcripſerunt. Signorol. conſ. 166.* & familiam mariti, *l. Quicunq; & ibi Bart. C. re militar. lib. 12. l. pen. §. Iulianus. & ibi Alberic. de Roſ. ff. quod falſ. tut. auth.* atque A. à S. domicilium habitationis in ducatu L. conſtituerit, ſequitur, neque uxorem ipſius, neque ipſum nomine uxoris ultra unam dietam vigore reſcripti vel commiſſione Imperatoris extra Ducatum L. trahi poſſe.

Præterea quoq; legib. expreſſè cautum
26 eſt † quod reſcriptū vel commiſſio delegationis ſub & obreptitiè ab Imperatore impetrata nulla ſit, uſque adeò, ut ſurreptione probata judex delegatus ſecundū reſcriptū vel commiſſionem in cauſſa procedere non poſſit, ſi hæc ſurreptio ſit doloſa, vel cauſſam reſcripto dederit, *c. ſuper literis. & ibi Abb. Felin. Dec. & Dd. extr. de reſcript. Bart. Iaſ. & Dd. l. 2. C. ſi contra jus vel util. publ.* Quare cum C. à VV. in ſua ſupplicatione, qua reſcriptum ſive commiſſionem impetravit, multa falſa ſuggeſſerit, nempe quod Ioannes de B. contra promulgatam pacem publicam ipſum cœperit, ſauciavit, ipſiusque fideicommiſſum Caſtrum H. omniumq; ſuorum bonorum de facto vi & violentia ſpoliarit: Item, quod eo tempore in Cæſareæ Majeſt. & Sacri Imperii ſpeciali ſalvo conductu, defenſione ac patrocinio fuerit: Item quod per longum tempus jus ipſius contra Ioannem de B. protractum fuiſſet, ſicut hoc patet ex tenore reſcripti ſive commiſſionis, ſequitur hoc reſcriptum ſive commiſſionem nullam eſſe, atq; A. à S. permitti contra reſcriptum opponere, quod illud ſub & obreptitiè impetratum ſit.

Nec obſtat † huic deciſioni, ſi quis forſan dicere vellet, in caſu præſenti Clauſulam, *De plenitudine poteſtatis*, reſcripto Imperatoris inſertam, atque hanc Clauſulam tollere omnes defectus obreptionis 27
& ſubreptionis. Namq; primò reſpondeo, Ex præcedentibus ſatis liquere, reſcripto de quo in caſu noſtro agitur, non eſſe inſertam Clauſulam *De plenitudine poteſtatis*. Secundò reſpondeo, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, illorum Dd. ſententiā veram eſſe, qui volunt clauſulam *De plenitudine poteſtatis*, illius efficaciæ eſſe, ut contra illud reſcriptum, cui hæc clauſula inſerta eſt, exceptio ſubreptionis vel obreptionis opponi nequeat, hanc tamen ſententiā tantū procedere in illa ob & ſubreptione, quæ jus reſpicit, ſecus a. eſſe quoad illā ſub & ſubreptionē quæ factum reſpicit, namqs certum eſt, clauſulam *De plenitudine poteſtatis*, nihil operari in his, quæ in facto conſiſtunt, quæque Imperator veriſimiliter ignoravit, ſicut hoc ſuprà diximus. Quare cum illa per quorū falſam ſuggeſtionem C. V V. reſcriptum ſive commiſſionem ab Imperatore impetravit, & in facto conſiſtant, & veriſimiliter Imperatori incognita ſint, ſequitur, Clauſulam *De plenitudine poteſtatis*, in caſu noſtro nihil operari, non defectum ſub & obreptionis tollere, etiam poſitò, ſed tamen non conceſſo, illam Clauſulam reſcripto ſive commiſſioni inſertam.

Et ſic ex prædictis ſatis liquet, quod A. à S. triplicem exceptionem fori declamatoriam

toriam contra reſcriptum ſive commiſſionem Imperatoris coram judice delegato opponere poſſit. Primam videlicet quod ipſe per hoc reſcriptum ſive commiſſionẽ extra illam provinciam, in qua habitat, trahitur. Secundam, quod ipſe ultra unã dietam extra illam provinciam trahitur. Tertiam, quod reſcriptum ſub & obreptitiè impetratum fuerit. Et cum hæ tres exceptiones fundamentum juriſdictionis commiſſarii reſpiciant, hæ exceptiones omninò admittendæ, & ſuper iis ante omnia & cognoſcendum & pronunciandum eſt, etiamſi hæ exceptiones non eſſent liquidæ, ſed altiorem indaginem requirerent.

28 Namque clari juris eſt, quod ſuper † illa exceptione, quæ reſpicit fundamentum juriſdictionis judicis, antequam ad ulteriora procedatur, omninò & cognoſcendum & pronunciandum ſit, & ſi contra hoc factum fuerit, proceſſus ipſo jure nullus ſit, *Innoc. c. præterea. ext. de dilation. Bart. l. 2. in repet. col. 6. & ibi Paul. de Caſtr. & Iaſon n. 45. & 46. ff. ſi quis in jus voc. non ier. Ant. de Butr. c. ſuper literis. col. 21. extr. de reſcript.*

Quæ ſententia etiam ex eo comprobatur, quod Dd. communiter tradunt. Si reus neget illam qualitatem, quæ eſt fundamentum juriſdictionis judicis, antequã ad ulteriora procedatur, omninò de illa qualitate & cognoſcendum & pronunciandum eſſe, *Bald. l. præſcriptione. C. ſi contra jus vel util. publ. Ant. de But. & Abb. c. ſi clericus laicum & ibi Felin. nu. 2. ext. de foro compet. Ant. de Butr. Imol. & Domin. c. ſuper literis. extr. de reſcript. Domin. c. 1. § contrahentes. de foro comp. lib. 6. Bald. l. ſi quis ex aliena. ff. de jud. Calder. c. de illis. 4. q. extr. de raptorib. Imol. l. quidam conſulebant. col fin. ff. de re judic. Lapus allegat. 59. col. fin.*

Similiter clari juris eſt, quod licet alioquin exceptio dilatoria, quæ requirit altiorem indaginem poſt litem conteſtatam reſervetur, hoc tamen non procedat in illa exceptione dilatoria, quæ vel perſonam judicis aut actoris, vel fundamentum juriſdictionis reſpicit.

Namque illa ante omnia & diſcutienda & ſuper illa pronunciandum eſt, nec poſt litem conteſtatam reſervari poteſt, etiamſi illa altiorem indaginem requirat, *Bart. l. fin. nu. 5. ff. pro ſuo. Bart. l. quidam conſulebant. nu. 9. & ibi Alex. ff. de re judic. Bal. l. exceptionem. C. de probat. Hoſtienſ. c. cum contingat, & ibi Felinum num. 18. extr. de offic. deleg. Aretin. c. exhibita. ante. fin. extr. de judicus. Iaſon l. ait Prætor. in pr. num. 25. ff. de jurejur.*

Præterea † ſi A. à S. in ſententia interlocutoria lata ſuper hiſce exceptionibus gravaretur, ipſi permitteretur ab hac ſententia interlocutoria appellare. 29

Namque clari juris eſt, quod etiam de jure civili permiſſum ſit, appellare ab omni gravamine illato per ſententiam interlocutoriam, prolatam ſuper exceptione fori declinatoria vel ſimili, ad proceſſum oppoſita, *Bart. l. 2. num. 17. ff. de appellat. recipiend.* & in ſpecie quod quis poſſit appellare à gravamine illato per interlocutoriam prolatam ſuper exceptione de una dieta, decidit text. *in c. olim. & ibi Abb. & Dec. extr. de except.*

Quinimò, in iis caſibus, in quibus proceſſus judicis, qui ad ulteriora procedit intermiſſa cognitione & pronunciatione ſuper exceptione ad proceſſum oppoſita, proceſſus non eſt ipſo jure nullus, ab hoc, quod judex poſtpoſita cognitione & pronunciatione ſuper exceptione ad ulteriora procedit, ſecundum communem atque receptam Dd. ſententiam appellare permiſſum eſt. *Bart. l. à procedente. C. de dilation.*

Tertiam quæſtionem, quod attinet existimo, etiamſi A. à S. coram Cæſareis Commiſſariis juri ſtare oporteret, quod tamen ſecundùm qualitatem hujus cauſæ in ſummariſſimum proceſſum ſe intromittere non teneatur.

Namque clari juris eſt, quod † regulariter in omnibus illis cauſis, in quibus ſententia definitiva lata, parit tale præjudicium, quod per nullum aliud judicium ordinarium reparari vel retractari poteſt, ordinarius proceſſus judicii requiratur, *l. Iudices. & ibi Bart. Bald. Alex. Iaſ. & Dd. C. de judiciis. Bart. in conſtit. ad reprimendum. verſ. Summariè. num. 18. Lanfran. Clem. ſæpe. verſ. ſimpliciter. num. 19. de verb. ſignif.* Et ſimili modo dubio omni caret, quod illud judicium, in quo quis propter ſpolium vel violentiam illatam agit ad æſtimationem damni perpeſſi, pariat tale præjudicium, quod nullo alio judicio ordinario reparari poteſt, *Bart. l. 2. num. 5. ff. de appellat. recipiend.* 30

Quare cum in caſu noſtro, prout ex tenore commiſſionis liquet, C. à VV. agat ad reſtitutionem æſtimationis damni per-

peſſi, ſequitur, in caſu noſtro ſolennem ordinem judiciorum ſervandum, nec reũ cogi poſſe, ut ipſe patiatur hanc cauſam ſummariè cognoſci & definiri.

Nec obſtat huic noſtræ ſententiæ, quod
31 in † judiciis poſſeſſoriis ſummariè procedatur, *l. momentaneæ. & ibi Bartolus & Dd. C. unde vi gl. & Bart l. 1. C. quorum legator. Bart. d. verſ. ſummariè. nu. 12. & idem repetitum eſt in ordinatione Cameræ Imperialis facta Auguſtæ Anno 48. in 2. part. cap. 8.*

Namque reſpondeo, illam ſententiam, quæ vult cauſam poſſeſſionis vel ſpolii ſummariam eſſe procedere tantum illo caſu, quando quis agit ad reſtitutionem poſſeſſionis, ſecus autem eſſe, ſi quis propter ſpolium vel aliam cauſam agat ad æſtimationem damni reſarciendam. Tunc enim judicium poſſeſſorium, quod propter ſpolium vel aliã cauſam inſtituitur, non ſummarium, ſed plenarium ſive ordinarium eſt. Tum quia illa cauſſa, per quam petitur reſtitutio poſſeſſionis, magis privilegiata eſt illa cauſſa, per quam petitur reſtitutio damnorum vel Intereſſe. *Bart. l. ſi quis ad ſe fundum. nu. 3. C. ad l. Iul. de vi publ.*

Tum quia illius deciſionis, quæ vult, judicium poſſeſſorium ſummariũ eſſe, nulla alia ratio aſſignatur, quàm illa tantum, quia præjudicium quod infertur alicui per ſententiam latam in illo judicio reparari poteſt, per aliud judicium ordinarium, nempe per petitorium, ſicut hoc tradit *Bartolus d. verſ. Summariè. num. 12.* quæ ratio cum ceſſet in illo judicio poſſeſſorio, in quo quis propter ſpolium agit ad æſtimationem damni vel Intereſſe, cum in illo ſententia lata pariat irreparabile præjudicium, ſicut hoc tradit *Bart. d. l. 2. num. 5. ff. de appell recipiend* ſequitur, quod in illo judicio poſſeſſorio, hæc deciſio Dd. qui volunt, judicium poſſeſſorium ſummarium eſſe, ceſſet.

Namque clari juris eſt, quod ceſſante ratione alicujus conſtitutionis vel deciſionis, & ipſa quoque deciſio ſive conſtitutio ceſſet, *l. quod dictum. ff. de pactis. l. adigere. §. quamvis. ff. de jur. patronat.*

32 Similiter non obſtat, quod † in reſcripto commiſſionis, ſive delegationis, de quo in caſu noſtro agitur, ſit adjecta illa clauſula, quod Reverendiſs atq; Illuſtriſs. Dominus Archiepiſcopus ſummariè procedere debeat, quodque Imperator poſſit delegare cauſſam, ut in illa ſummariè procedatur, *Clem. ſæpe. & ibi Lanfr. in prin. num. 2. de verb. ſignif.* Uſque adeò, ut aliqui Dd. tradiderint reſcriptum Principis, quo judici delegato cauſſa committitur cum tali conditione, ut ipſe ſummariè in illa cauſſa procedat, ratum eſſe, licet illi reſcripto non ſit inſerta clauſula, *Non obſtante, Felin. c. nonnulli. in prin. num. 18. extr. de reſcript.*

Namque reſpondeo, forſan verius eſſe, quod reſcriptum, quo alicui committitur, ut ipſe ſummariè in cauſſa procedat nõ aliter ratum ſit, niſi illi reſcripto ſit inſerta clauſula, *Non obſtante.* Namq; dubio omni caret, hoc reſcriptum refragari juris communis diſpoſitioni, quæ vult, quod in omnibus cauſis regulariter, ordinariè & non ſummariè procedi debeat, *dict. l. judices. & ibi Dd. C. de judic.* & certi juris eſt, quod reſcripta, quæ juris communis diſpoſitioni refragantur, non aliter rata ſint, niſi illis ſit inſerta Clauſula, *Non obſtante, Ioan. Andreas Petr. de Anchor. & Domin. c. 1. de exceſſ. prælat. num. 6. Bartolus l. fin. C. ſi contra jus vel util. publ. Abb. c. nonnulli. in prin. & ibi Felin. num. 9. extr. de reſcript. Pet. de Anchor. repet. c. ſi propter. col. 21. de reſcript. lib. 6. Antonius de Butr. & Imol. c. quæ in Eccleſiarum. extr. de conſtitut.* Cum itaque in reſcripto, de quo in caſu noſtro agitur, non ſit adjecta clauſula, *Non obſtante,* ego credo, illud reſcriptum, non obſtante ſententia Felini, nullum eſſe. Secundò reſpondeo, hoc reſcriptum ſub & obreptivè impetratum, præſertim, quoad hoc, quod Imperatoria Majeſtas percepit, ut in hac cauſſa ſummariè procederetur.

Namq; in ſupplicatione ad quam reſcriptum conceſſum eſt, prout ex tenore reſcripti liquet, falsò ſuggeſtum fuit, quod H. ab O. injuſtè & illegitimè C. à VV. Caſtro H. aliisque bonis ſpoliaverit, ipſum ceperit, & in vinculis detinuerit. Item: quod C. à VV. eo tempore ſalvum conductum ab Imperatore atque Imperio habuerit; Nec non, quod H. ab VV. hæc contra conſtitutionem de pace tenenda perpetraverit, atque per hoc pœnam fractæ pacis meruerit.

Quare, cum in omnibus illis cauſis, in quibus agitur de pace fracta, ſummariè procedatur, ſicut hoc appar et ex conſti-

tutione

tutione Imperiali facta Coloniæ Anno 1512. veriſimile eſt, Imperatorem ad hoc, quod ſua Imperatoria majeſtas hanc cauſſam ſummariè decidendam delegavit, motum fuiſſe ex eo, quod in ſupplicatione ſua actor narravit, hoc factum propter quod ipſe actionem contra uxorem A. à S. inſtituit, contra conſtitutionem de pace tenenda perpetratum eſt. Ideoque cum hæc qualitas falſa ſit, ſicut ex infrà dicendis apparebit, ſequitur, poſito etiam, ſed tamen non conceſſo reſcriptum ſive commiſionem Imperatoris per ſe valere ad hunc finem, ut A. à S. coram Commiſſario Imperiali judicium in hac cauſſa ſubire cogatur, hoc tamen reſcriptum omninò nullum eſſe, quoad hunc finem, ut in hac cauſſa ſummariè procedatur, eamque ob cauſam in hac cauſſa non ſummariè, ſed ordinariè procedendum, ſicut hoc expreſſe atque in ſpecie tradit *Abb. c. ſuper literis. num. 2. extr. de reſcript.*

Ad quartam quæſtionem reſpondeo,
33 quod exiſtimem † juri & conſuetudini
conſonum, ſi actor in illis judiciis, in quib.
actionem ſuam contra A. à S. inſtituere vult, bona immobilia non ſatis idonea habeat, quod cautionem ratione damni expenſarumque, in quas Reum in caſu ſuccumbentiæ conjicere poſſet, præſtare teneatur Namque & legib. cautum eſt, & conſuetudine ita obſervatur, ut is qui in loco judicii ſufficientia bona immobilia non poſſidet, cautionem judicio ſiſti, item de expenſis & damnis ſolvendis præſtare cogatur, *l. ſciendum, in princ. & ibi Dd. ff. ſi quis cautio: Authent. offeratur. C. de lit. conteſtat. Specul. §. 2. tit. de ſatisdat. Specul §. ſequitur videre. verſ. ſic etiam cautio reus. tit. de libel. concept. Kilian* König *in ſua pract. cap. 46.*

Quintam quæſtionem quod attinet, exiſtimo, Joannem de B. optimo jure Caſtrum ſeu Arcem H. Anno 45 ex mandatu Illuſtriſſimi Ducis Heinrici in B. etiam vi occupaſſe.

Ut autem hujus deciſionis veritas magis eluceſcat, ego inprimis referam potiora fundamenta, quæ pro contraria ſententia adduci poſſunt.

Et primò pro contraria ſententia ad-
34 duci poteſt id, quod cum † movere bel-
lum ad ſolum Principem ſive Imperatorem pertineat, *Innoc. c. olim. el. 1. extr. de reſtit. ſpoliat, Innoc. c. ſicut. extr. de jurejur. Dd. l. ex hoc jure. ff. de juſt. & jur. Bartol. l. hoſtes. ff. de cap. & poſtl. rever. Oldrad. conſ. 70. Andr. de Iſern. in conſtitut. regni quæ incip. Comes & Baro. in tit. de cultu pacis. & ibi Matt. de Affl. num. 76.*

Omne † bellum quod ſine licentia Prin- 35
cipis movetur, illicitum ſit. *Hieron. Cag. in tract. de crim. læſæ majeſtat. quæſt. 31. nu. 3.* Et is qui tale bellum movet, crimen læſæ majeſtatis incurrat, *l. 3. ff. ad. l. Iul. majeſtat. M. de Afflict. c. 1. verb. & hen. com. crim. læſæ majeſtat. num. 79. & 80. Quæ ſunt regalia Hier. Cag. in tract. de crim. læſæ majeſt. rubr. qual. & a quib. crimen læſæ majeſt. com. quæſt. 31.*

Ex quo videtur dicendum, illud bellum, quod Dux H. pro recuperatione Ducatus ſui Anno 45. movit, cum non doceatur, illud ex permiſſione Imperatoris motum, injuſtum fuiſſe, neque Duci H. licuiſſe in illo bello per ſe vel per alium Caſtrum H. occupare.

Secundò pro hac ſententia adduci po- 3ƒ
teſt, quod † Creditor pignus ſibi traditum
non tantum naturaliter, ſed etiam civiliter poſſideat, *l. ſi de eo. in prin. & ibi Bart. ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſervi nomine. ff. de uſucap. l. ſciendum. §. crediter. & ibi Alexand. Iaſen & Dd. ff. qui ſatis. cogant. gl. l. per ſervum qui pignori. in prin. ff. de acquir. re. dom. gl. l. cum notiſſimi. §. 1. de præſcript. 30. vel 40. annorum. gl. Bartol. Alexand. & Iaſon l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſeſſ. Alexand. & Iaſ. l. 1. §. per ſervum cetpor aliter. ff. de acquir. et. poſſeſſ.*

Quodq; is creditor, qui alteri creditori pignus habenti debitum ſolvit, in locum illius creditoris, quoad obligationem pignoris ſuccedat, *l. 1. & ibi. Bart. c. qui potiores in pignore habeantur. l. fin. C. de his, qui in priorum creditorum locum ſuccedunt, l. potior. § fin. ff. qui potiores in pignor. hab. gl. & Bar. l. 1. C. de his, qui in prior. cred. loc. ſuccd. gl. & Bart. l. Ariſto. ff. quæ res pignori obligari poſſint.* Ideoq; videatur dicendum, cum Generoſus Comes à R. qui ſuit creditor Illuſtris Ducis H. B. viduæ C. à S. quæ Caſtrum H. ab eodem Illuſtri Principe pro certa ſumma pecuniæ ſibi debita pignoris jure habuit, illud debitum ſolvere, & ita poſſeſſionem illius Caſtri acquiſiverit, Comitē à R. hujus Caſtri & civilem & naturalē poſſeſſionē à prædicta vidua adeptū. Nec dici, nec prætendi poſſe, Illuſtrem Principem B. hoc Caſtro ſpoliatum fuiſſe, cum ipſe etiam eo tempote, quo ex Ducatu ſuo expulſus

eſt, illius Caſtri poſſeſſionem non habuerit, & per conſequens, nec Comitem à R. illud Caſtrum injuſtè poſſediſſe, cum illius poſſeſſionem à juſto poſſeſſore acquiſiverit, nec Duci H. licuiſſe illud Caſtrum vel per ſe, vel per alium propria autoritate occupare.

37 Tertiò † ſpoliatus ſpoliatorem ſuum propria auctoritate dejicere vel ſpoliare non poteſt, niſi illud fiat in continenti, *l. 3. § eum igitur. & ibi Bart. ff. de vi & vi armata. Iaſ. l. lecta. ff. ſi cert. petat. Aym. Cravet. conſ. 154. num. 4. lib. 1.*

Cum itaque Illuſtris Dux B. non in continenti, ſed ex intervallo, nempè poſt aliquot annos poſtquam à Ducatu ſuo expulſus fuit, in Ducatum ſuum cum exercitu animo illum Ducatum recuperandi redierit, videtur dicendum, ipſi non licuiſſe per ſe vel per alium Caſtrum H. recuperare, etiam poſito, quòd illius Caſtri poſſeſſione ſpoliatus fuit.

38 Quartò, licet † ſpoliatus ſpoliatorem in continenti propria authoritate dejicere poſſet, tamen ſpoliato non permittitur tertium, qui cauſam à ſpoliatore habet propria authoritate etiam in continenti dejicere, ſicut hoc expreſſè atque in ſpecie tenet, *Fran. Aretin. l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. poſſeſſion. M. de Affl. c. 1. in prin. 13. notab. nu. 61. de prob. feud. alien. per Frider.* Et hæc ſententia probatur per id, quod tradit *Bart. l. 1. §. neceſſariò. arg. gl. ibid. ff. ſi ventris nomine, mulier in poſſeſ. mitt.* ubi *Bart.* concludit, Eum qui civiliter & naturaliter rem aliquam poſſidet detinentem illam rem injuſtè non à poſſeſſore, ſed ab alio propria authoritate expellere non poſſe.

Idem probat id, quod docet *Bald. c. inter quatuor. nu. 4. extr. de majoritate & obedient.* ubi tradit: Eum qui civiliter rem aliquam poſſidet, poſſidentem illam eandem rem naturaliter non ab eodem poſſeſſore, ſed ab alio quodam propria auctoritate expellere non poſſe.

Hanc ſententiam confirmat etiam id, quod Dd. tradunt: Licet Dominus feudi vaſallum, qui feudum abſque ſuo conſenſu alienavit, propria authoritate ex feudo expellere poſſit, Domino tamen non permitti, eum, qui illud feudum quolibet titulo à vaſallo acquiſivit, propria authoritate expellere, *Bald. Alvar. & Prapoſ. c. 1. §. callidis. & ibi M. de Affl. 13. notab. nu. 60. de prohibit. feud. alien. per Frideric.* Quodq; licet Emphyteuta qui Emphyteuſin abſq; conſenſu directi Domini vendidit, Emphyteuſin ipſo jure amittat, Domino tamen directo non permittatur poſſeſsionem rei emphyteuticæ tertio poſſeſſori, per quem alienatio facta fuit, propria authoritate auferre. *Paul. de Caſtr. conſ. 135. incip. in caſu præſenti. Matt. de Affli. c. 1. in prin. 13. notab. nu. 61. de prob. feud. al. per Frider.* facit id quod tradit *Bald. c. inter quatuor. num. 4. extr. de majorit. & obedient.*

Huc accedit, quod excutio rei judicatæ ſecundum communem atq; receptam Dd. ſententiam non poſſit fieri contra tertium poſſeſſorem, *Bart. l. ſi quis miſſum. §. judex ff. de damno infecto. Bart. Alex. Iaſ. & Dd. l. à Divo pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re judicat. Ang. in Auth. de litigioſis, in prin. Ioan. de Imol. conſ. 112. Socin. conſ. 13. lib. 4. Guido Papa. deciſ. 81. Fran. Rip. l. 1. §. ſi heres. ff. ad SCtum. Trebell.* Quodq; alibi traditur, executionem rei judicatæ contra tertium poſſeſſorem fieri non poſſe, etiamſi ille tertius poſſeſſor rem controverſam à reo tanquam colonus poſſideat, *Bald. l. 1. nu. 12. C. de executio. rei judic.* Quare cùm neque Generoſus Comes à R. neque C. à VV. illuſtrem Ducem B. ſpoliaverit poſſeſſione dicti Caſtri H. ſed ipſi habuerint cauſam vel à ſpoliatorib. vel à vidua C. à S. videtur dicendum, Illuſtri Duci B. non licuiſſe Generoſum Comitem vel C. à VV. propria authoritate ex poſſeſſione dicti Caſtri expellere, etiam poſito, præfatum illuſtrem Principem poſſeſſione illius Caſtri per cōfœderatos Schmalcaldicos privatum fuiſſe.

Quintò etiam † injuſtus poſſeſſor non poteſt expelli è poſſeſſione ſua niſi citatione & cauſæ cognitione præcedente, *Bart. l. fin. C. de edicto div. Hadr. tollend. Innoc. c. cum olim. extr. de privileg. Alexand. conſ. 5. lib. 2. Ludovic. Rom. conſ. 158. Felin. c. fin. extr. de præſumpt.* 39

Quodusque adeò verum eſt, ut ne auctoritate quidem judicis injuſtus poſſeſſor ex poſſeſſione expelli poſſit, niſi juris ordine ſervato, *l. meminerint, & ibi Bart. Bald. & Dd. C. unde vi. Bart. Alex. Iaſ. & Dd. l. juſtè poſſidet. ff. de acquir. poſſeſſ.* Ex quo videtur inferri, Illuſtri Duci B. non fuiſſe permiſſum Caſtrum H. per ſe vel per alium propria auctoritate occupare, etiamſi illud Caſtrum vel à Generoſo Comite, vel à C. à VV. injuſtè fuerit poſſeſſum.

Sextò,

Sextò, is qui poſſeſſio ie non tantùm naturali, ſed etiam civili ſpoliatus fuit, illam poſſeſsionem non niſi in continenti recuperare poreſt. *Socin. l. Clam poſſidere, §. qui ad nundinas nu. 10. ff. de acquir. poſſeſſ.*

Cum itaq; Illuſtriſſ. Princeps B. omni poſſ. civili, quam ipſe in Caſtro H. habuir, ſpoliarus fuerit, per hoc quod Comes à R. illud Caſtrum recognovit à confœderatis Schmalcaldicis, videtur dicendum, Illuſtri Duci B. etiam ex hoc capite non licuiſſe illud Caſtrum ex intervallo poſt aliquot annos propria autoritate vel per ſe vel per alium recuperare.

40 Septimò, is qui alium † ſpoliat vel per vim expellit, non excuſatur, etiamſi id ipſe ſecerit non motu proprio ſed mandato alterius, *Alex. conſ. 36. lib. 1. Soc. l. rem quæ nobis. nu. 21. ff. de acquir. poſſeſſ. Ioan. Bertach. in repert. verb. Laboratores. Anton. de Butr. Abbas Imol. Soc. & Dd. c. quoniam frequenter. § in aliis extr. ut lite non conteſtata. Matth. de Afflict. deciſ. 217. Socin. jun. conſ. 18. nu. 33. lib. 2. per text. ex reſſum l. 1. §. dejeciſſe, & §. quoties. ff. de vi & vi armata.* Igitur videtur dicendum, H. à B. non excuſari, etiamſi fides fieri poſſit, ipſum Caſtrum H. non motu proprio, ſed ex mandato Illuſtr. Ducis B. occupaſſe.

41 Octavò, licet † ſpoliato permittatur in continenti ſpoliatorem per ſe expellere, tamen ſpoliato non permittitur ſpoliatorem etiam in continenti per alium expellere, *gl. l. cum fundum & ibi Alber. de Roſa. ff. de vi & vi armat. Dyn. cap. poteſt quis per alium. nu. 4. de reg. jur. lib. 6. Bald. conſ. 436. col. pen. lib. 5. Luc. de Penn. l. fin. col. 2. C. de pred. Curialium lib. 10. Pet. de Anch. conſ. 274. col. 2. Rom. conſ. 434. Raph. Comenſ. l. 1. §. uſufructuarius. ff. de op. nov. nunt.* Igitur videtur dicendum, etiam poſito Illuſtr. Principi B. permiſſum fuiſſe, Caſtrum H. propria authoritate per ſe recuperare, ipſi tamen non licuiſſe hoc Caſtrum per alium nempè per H. à B. recuperare.

Et licet hæc & ſimilia, quæ pro hac ſententia adduci poſſent, prima fronte fortiter urgere videantur, Ego tamen his & ſimilibus non obſtantibus veriſsimum judico H. à B. ex mandato Illuſtr. Principis licuiſſe Caſtrum H. occupare.

Et hoc abſque omni dubio procedit, ſi vel generoſus Comes, vel illi qui hoc Caſtrum nomine generoſi Comitis detinuerũt, ſecundum voluntatem generoſi Comitis Caſtrum H. à B. tradiderint, tunc enim abſque dubio juſta poſſeſſio illius Caſtri & H. à B. & per illum Illuſtri Principi B. acquiſita fuit.

Idem videtur dicendum, ſi illi qui hoc Caſtrum nomine generoſi Comitis poſſiderunt, illud etiam in juſſu Comitis tradiderint H. à B.

Namque certi juris eſt, quod † is, qui meo nomine rem aliquam poſſidet, tradendo illam rem alteri me poſſeſſione iſtius reipriv et. *l. 3. §. quod ſi ſervus, & ibi Dd. ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſi colonus. & ibi gl. & Dd. l. peregrè. §. quibus ff. eod. tit.* 42

Quinimo etiamſi H. à B. juſſu atque nomine Illuſtr. Ducis B. vi occupaſſet Caſtrum H. Ego ſtatuo, ipſum nihil deliquiſſe, ſed hoc Caſtrum juſtè & jure permittente occupaſſe.

Quæ ſententia primò probatur ex eo, quod & legib. expreſſè cautum & à Dd. 43 communiter traditum eſt, † Spoliato permitti illam rem ex qua expulſus fuit, propria autoritate recuperare. *l. 3. §. cum igitur, & ibi gl. Bart. & Dd. ff. de vi & vi armata. c. olim extr. de reſtitut. ſpoliat. c. olim. & ibi Dd. ext. de pænitent. & remiſſ. gl. & Dd. l. 1. C. unde vi. gl. & Dd. c. ſignificaſti. el. 2. extr. de homicid. Dd. l. ut vim. ff. de juſt. & jure.*

Quod uſque adeò verum eſt, pro defenſione rerum noſtrarum violentum occupatorem propria auctoritate capere, ad judicem deferre, & publicis carceribus detinere liceat, *gl. c. ſuſcepimus. extr. de homic. Bal. l. 1. n. 27. C. unde vi. arg. l. ſi quis in ſervitute, & l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis. c. 2. extr. de homicid. l. 1. C. de raptor. virg. Bart. l. cum eo ff. ad l. Iul. pecula. Bart. & Bald. l. fin. C. de exhibend. reis.*

Quinimò † violentum occupatorem 44 pro defenſione ſive recuperatione rerum noſtrarum vulnerare & occidere liceat, ſi res noſtræ aliter nobis ſalvæ eſſe non poſſunt. Et ſi res noſtras aliter recuperare non poſſumus *gloſ. l. itaq. argum. ill. text. ff. ad l. Aquil. Bartolus l. 1. nu. 7. C. unde vi. Bart. & Hippo. l. furem. arg. illuſtr. text. ff ad l. Corn. de Sicar. Ioan. de Anan. Felin. & Dd. cap. 2. arg. illius text. extr. de homicid. Angel. l. quoniam multa. argum. ill. text. C. ad l. Iul. de vi publ. Card. Clem. 1. de homic. Abb. & Ioan. de Anan. cap. Clerici el. 2. extr. de vit. & honeſt: Cleric. Abbas & Ioan. de Anan. c. ſuſcepimus. extr. de homic. Matth. de Afflict. ſing. 134. Fel. c. ſignificaſti. el. 2. extr. de homic. Iaſ. Dec. & Claud. de Seiſel. l. ut vim. ff. de juſt. & jur. Iaſon in pr. Inſtitut. de actio-*

de actionib. nu. 69. Capoll. conſ. 29. Aret. conſ. 80. Felin. c. ſi verò. extr. de ſentent. excommun. M. de Afflict. in conſtitut. Neapol. lib. 1. rubr. 13. nu. 20. Hipp. conſ. 4. n. 8. & 22. Caſſen. in conſuet. Burgundienſib. in tit. des juſtices. rubr. 1. §. 5. n. 11. Car. in tractat. de homicid. §. circa quartum. nu. 29. Pet. à Pla. in Epit. del. c. 28 nu. 31. lib. 1.

Cum itaq; Illuſtris Dux B. ex toto ſuo Ducatu & inter cætera etiam ex Caſtro H. à confœderatis Schmalcaldicis expulſus fuerit, ſequitur ipſi omni jure licuiſſe, & totum Ducatum, & etiam hoc Caſtrum propria auctoritate & vi recuperare.

Nec obſtat, quod vidua C. à S. eo tempore, quo præfatus Illuſt. Dux. ducatu ſuo ſpoliatus fuit, præfatum Caſtrum jure pignoris ab illuſtri Duce tenuit, & ſic civilem & naturalem poſſeſſionem illius Caſtri habuit, eamq; ob cauſſam forſan prætendi poſſet, præfatum Illuſtr. Ducem per occupationem & violentam invaſionem Ducatus ſui præfato Caſtro ſpoliari non potuiſſe.

Namq; reſpondeo clari & indubitati juris eſſe, debitorem illius pignoris cujus poſſeſsionem ipſe creditori tradidit poſſeſſionem civilem, quoad illos effectus, qui dominium & acquiſitionem fructuum concernunt, nec non & ſimiles retinere, ſicut hoc expreſſè atq; in ſpecie tenet *Alex. l. 1. §. per ſervum corporaliter. ff. de acquir. poſſ. Iaſ. l. 3. §. ex contrario. nu. 41. ff. eod. tit. arg. l. ſervi nomine. ff. de uſucap.* Qua poſſeſſione civili cum Illuſt. Dux per invaſionem & occupationem ſui Ducatus ſpoliatus fuerit, ſequitur ipſi permiſſum fuiſſe pro recuperatione hujus civilis poſſeſſionis Caſtrum H. propria auctoritate occupare, ſicut hoc ex iis, quæ in ſequenti argumento docebimus, clarius patebit.

45 Secundò clari juris eſt, quod ei † qui civilem poſſeſſionem alicujus rei habet, permittatur, illum qui naturalem poſſeſſionem vel detentionem illius rei quolibet modo injuſtè acquiſivit, per vim & propria auctoritate expellere, ſecundũ communem atq; receptam Dd. ſententiam, *gl. & Bart. l. 1. §. interdictum. ff. uti poſſidetis. gl. & Bart. l. 1. C. unde vi. gl. §. retinend. inſt. de interd. Bald. in ſua diſputat. incip. de vi turbativa. col. 3. Ang. l. ut vim. in fin. ff. de juſt. & jur. Angel. l. à divo pio. §. ſi poſt addictum. ff. de re judic. Innoc. c. olim. el. 2. extr. de reſtit. ſpoliat. Alex. conſ. 99. nu. 12. lib. 5. Alex. l. quemadmodum. 1. & 2. ff. de acquir. poſſeſſ. Rom. l. clam poſſidetis, §. qui ad nundinas. & ibi Iaſ. nu. 23. & 24. & Socin. nu. 12. ff. eod. tit.*

Cum itaq; generoſus Comes à R. injuſtè acquiſiverit detentionem Caſtri H. Tum, quia ipſe illud Caſtrum pignoris titulo acquiſivit à non dominis.

Et certi juris ſit, quod † pignus rei alienæ abſq; conſenſu veri domini conſtitui non poſſit, *l. 2. & l. quæ prædium. C. ſi res aliena. pigno. data fuit.* Tum, quia hoc pignus fuit conſtitutum Comiti à R. à violentis poſſeſſoribus & occupatoribus ducatus B. Et certum ſit, quod omnis actus, geſtus omnisq; contractus celebratus ab invaſoribus ſive violentis poſſeſſoribus, in præjudicium veri domini non valeat, *Bart. in tractat. de Tyrannia. nu. 21. arg. l. 1. C. ne quis liber invitus actum reipub. gerere cogatur. lib. 11. cap. 1. extr. de Schiſmaticis. c. fundamenta, in fin. de elect. lib. 6. fa. id quod tradit Bartolus l. 1. nu. 8. & ibi Bald. C. de ſervitut. & aqua.* Sequitur Illuſtr. Duci B. omni jure licuiſſe pro defenſione & recuperatione ſuæ civilis poſſeſſionis generoſum Comitem à R. etiam vi & propria auctoritate ex illo Caſtro expellere. 46

Nec obſtat, ſi † quis forſan prætenderovellet, generoſum Comitem à R. poſſeſſionem Caſtri H. juſtè & legitimè acquiſiviſſe eam ob cauſſam, quia ipſe & creditor fuit Illuſt. Ducis B. & viduæ C. à S. illud debitum, pro quo ipſi prædictum Caſtrum H. à præfato illuſtr. Duce obligatum fuit, ſolvit. 47

Cum clari juris ſit, quod creditor ſolvens alteri creditori ejuſdem debitoris debitum in jus pignoris, quod ipſe creditor habuit, ſecundum legitimas ſanctiones ſuccedat, & ſic illud pignus juſtè acquirat, ſicut hoc ſuprà diximus.

Namque reſpondeo, primò illud quod dicit † creditorem ſolventem alteri creditori debitum ſuum in jus pignoris ſuccedere, ita demum procedere, niſi tacitè vel expreſſè contrarium actum vel conventum fuerit. 48

Tum quia contractus ex conventione legem accipunt, *l. 1. §. ſi conveniat. ff. depoſiti. l. contractus & ibi Dec. & Cagu. ff. d. reg. jur.*

Tum quia pactis & conventionibus etiam legum diſpoſitioni derogari poteſt, *l. paciſci. ff. de pactis.*

Tum,

Tum, quia cuilibet permiſſum eſt renunciare illis, quæ pro ſe introducta ſunt, *l. pactum. & ibi Iaſ. ff. de pact. l. ſi judex. ff. de minorib. l. pen. & ibi Bart. Bald. Alex. Iaſ. Dec. & Dd. C. de pactis.* Sed in caſu noſtro prout in facti narratione præſupponitur actũ atque conventum fuit, ut Generoſus Comes non in locum vel jus viduæ C. à S. ſuccederet, ſed illud Caſtrum pignoris jure à confœderatis Schmalcaldicis tũ temporis violentis occupatoribus acquireret & haberet. Igitur ſequitur, in caſu noſtro locũ non habere præallegatã regulã, quæ vult, quod creditor ſolvens debitum alteri creditori in jus pignoris ipſius ſuccedat, & per conſequens ipſum Generoſum Comitem nullo jure Caſtri H. poſſeſſionem acquiſiviſſe. Tum, quia illam à vidua C à S. habere voluit. Tum quia à confœderatis Schmalcaldicis tum temporis violentis occupatoribus Ducatus B. illam poſſeſſionem juſtè acquirere non potuit. Et ſic illi obſtet regula: Quod potui nolui, quod volui adimplere negavi, juxta text. *l. multum. C. ſi quis alteri vel ſibi. l. ſi genero. C. de jure dot. c. cum ſuper. extr. de off. deleg.*

Secundò reſpondeo, illam regulam,
49 quæ vult † creditorem ſolventem debitum alteri creditori, ejuſdem debitoris in jus pignoris, quod ipſe habet, ſuccedere, non habere locũ eo caſu, quando novatio debiti facta fuit ab illo creditore, qui ſolutionem alteri fecit. Namq; clari juris eſt, quod novatione debiti facta obligatio pignoris extinguatur, nec in ſecunda obligatione novante repetita intelligatur, *l. novatione. ff. de novationibus. l. 1. C. etiam ob Chyrographariam pecu. l. novatione. C. de pignoribus. Bart. l. aliam. ff. de novat.*

Quod abſq; omni dubio etiam locum habere debet, eo caſu, quando novatio fit non ab eodem, ſed à diverſis. Cum ſit clari juris, illud, quod in una eademque perſona ſtatutum eſt, etiã in diverſis perſonis obtinere, *l. ſingularia. & ibi Dd. ff. ſi cert. petat.* præſertim in materia novationis, cum novatio debiti facilius fiat in diverſis perſonis, quàm in una eademque perſona, quare cum Comes à R. prout mihi narratum fuit, illud debitum quod ipſe viduæ C. à S. ſolvit, novaverit, ſequitur, illam regulam quæ vult, creditorem ſolventem alteri creditori ejuſdem debitoris debitum in jus pignoris ipſius ſuccedere, in caſu noſtro etiam ex hoc capite locum non habere.

Nec obſtat id, † quod tradit *Bart. l. Ariſto. nu. 1. ff. quæ res pignori obligari poſſunt.* 50
ubi concludit. Novatione debiti facta per creditorem pignus quidem extingui, quoad primam obligationem novatam, ſed creditorem quodammodo ſibi ipſi ſuccedere, atq; ita tacitè in obligatione novante pignus repeti.

Namque reſpondeo, illam ſententiam Bart non modò jure nullo probari, ſed etiam textib. expreſſis refragari, qui volunt, novatione debiti facta obligationem pignoris extingui, nec in obligatione novante tacite & expreſſè repetitam cenſeri, prout ultrà ſuperius allegata, hoc tenet idem *Bart. ſing. 209.* Eamq; ob cauſam illam ſententiam Bart. nullo modo tenendam vel ſequendam.

Namq; clari juris eſt, quod etiam
commun. Dd. † opinio neq; in judican- 51
do, neq; in conſulendo ſequenda ſit, eo caſu, quando illa vel legibus refragatur, vel evidenti ratione convincitur, *l. 1. §. ſed neq; C. de veter. jur. enucle. c. Capellanus. & ibi Abb. extr. de feriis. Ioan. Andr. Abb. Felin. & Dec. c. 1. extr. de conſtit. Abb. c. prudentiam. in prin. ext. de offic. deleg. Abb. c. 3. extr. de ſenſib. Bald. c. 1 §. judices. de pace juram. firm. Alex. & Iaſ. l. cum prolatis. ff. de re jud. Iaſ. Auth. noviſſima. n. 22. C. de inoffic. teſtam. Dec. conſ. 23. nu. 6. conſ. 259. nu. 1. & conſ. 481. nu. 12.*

Similiter dubii juris non eſt, quod nec generaliter *Bald. l. reſpublica. C. ex quib. cauſ. majores,* nec ulli Doctori, quantumvis magnæ auctoritatis ſit, credendum, niſi dictum ſuum probet, vel lege vel ratione concludenti, *Archid. c. nolite timere. 11. quæſt. 3.*

Huc accedit, quod paria ſint aliquid fieri ſine legè, & aliquid fieri contra legẽ, *Bald. c. in geneſi. col. fin. extr. de election.*

Quodq; id quod lege non cavetur in practica non recipiatur, *Bald. c. nihil. col. fin. extr. de elect.*

Tertiò reſpondeo, illam regulam
quæ vult † creditorem ſolventem alteri 52
creditori ejuſdem debitoris debitum ſuum in jus pignoris ipſius ſuccedere, procedere tantum in debitore hypothecario, Secus autem eſſe in debitore Chyrographario, ſecundũ communẽ atq; receptam Dd. ſententiã, ſicut hoc expreſſè atq; in ſpecie tenet *gl. l. cũ tibi, verb. nam Chyrograph. &*

ibi

ibi Salicet. C. qui potiores in pign. habeant. Cyn. l. 1. C. etiam ob chyrograph. pecun. Paul. de Caſtr. l. ſi res obligata. ff. de leg. 1. Alex. in add. ad Bald. l. nulla C. de ſolutionib. Anton. Neguſant. in tract. de pignor. 3. membr. 5. part. n. 6.

Quare cum generoſo Comiti à R. pro ſuo credito ab Ill. Duce B. non fuerit obligatum Caſtrum H. & ſic ipſe fuerit debitor Chyrographarius, quoad Caſtrum H. non autem Hypothecarius, ſequitur, generoſum Comitem à R. per hoc, quod ipſe ſolvit debitum viduæ E. von der S. non ſucceſſerit in jus pignoris ipſius viduæ, etiamſi novatio, quæ tamen reverà præſupponitur facta fuiſſe non intervenisset, Et per hanc rationem communiter à Dd. approbatam, confutatur etiam doctrina *Bartoli*, de qua in præcedenti reſponſione mentionem fecimus.

Quartò reſpondeo, poſito ſed tamen non conceſſo, Generoſum Comitem ſucceſſiſſe in jus pignoris quod habuit vidua E. von der S. ipſum tamen per hoc, quod ipſe Caſtrum H. recognoverit à violentis occupatorib. cōfœderatis nempe Schmalcaldicis Illuſt. Ducem B. poſſeſſione ſua civili, quam ipſe in Caſtro habuit, privaſſe, & illam poſſeſſionem intervertiſſe, tum quia Dd. in ſimili tradunt † vaſallum re-
53 cognoſcentem feudum ab alio quàm à vero domino, poſſeſſionem civilem feudi vero domino intervertere, eamq; ob cauſam ipſum feudum perdere, *Joan. Andr. Hoſt. & Dd. c. eam te & ibi Abb. nu. 5. extr. de jurejurand. Abb. conſ. 3. q. 6. lib. 2. Iacob. de S. Georg. verbo dictiq; vaſ. col. 2. n. 33. Thom. Grammat. conſ. 31. nu. 2 Hier. Gratus conſ. 51. nu 7. lib. 1. Sigiſm. Neapolit. conſ. 45. num. 16.*

Tum quia Dd. tradunt, ſi is qui rem aliquam naturaliter poſſidet, conſtituerit ſe illam rem nomine alterius poſſidere, ipſum intervertere per hoc poſſeſſionem illi, qui civilem poſſeſſionem iſtius rei habet, *Iacobus Butrigar. §. ſed iſte. Inſtit. de actionibus. Bartolus l. Celſus. col. 3. & ibi Imol. & Dd. & inter cæteros. Franc. Balb. in repet. col. 28. verſ. ſucceſſivè. ff. de uſucap. Bald. l. nullo. C. de rei vend. Petr. Ferra. in for. reſponſ. conventi. verb. præſcriptionis. col. 6. Imol. Paul. de Caſtr. & Alex. l. interdum. §. fin. ff. de acquir. poſſeſſ. Alex. conſ. 153. col. 2. lib. 6.*

Tum etiam per recognitionem jus in eum, à quo recognitio fit, transfertur, *Bal. l. ſenſualis. C. de donat. Petr. de Anchor. conſ. 310. incip. tres Domini Magnifici. col. 2. Guido Papa. q. 172. & conſ. 177. Aymon. Cravet. conſ. 154. num. 5. lib. 1.*

Igitur ſequitur Illuſt. Duci B. licitum atque permiſſum fuiſſe pro recuperatione atque defenſione ſuæ civilis poſſeſſionis vi & propria auctoritate Generoſum Comitē à R. ex caſtro H. expellere, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, ipſum Generoſum Comitem alioqui juſtam poſſeſſionem illius Caſtri habuiſſe.

Namque certi juris eſt, eum, qui in ſua civili poſſeſſione quolibet modo injuſtè ſpoliatus fuit, vel cui civilis poſſeſſio interverſa eſt, poſſeſſorem, qui juſtam poſſeſſionem naturalem habet, propria auctoritate expellere atque ita civilem ſuam poſſeſſionem recuperare poſſet.

Tertiò, principaliter hanc ſententiam confirmat id, quod Dd. magis communiter tradunt, eum † qui poſſeſſione ſua ci- 54
vili quolibet modo ſpoliatus fuit, non tantum ſpoliatorem, ſed etiam quemlibet alium tertium poſſeſſorem vi & propria authoritate licitè expellere poſſe, ſicut hoc expreſſè atque in ſpecie tenet, *gl. l. 1. §. interdictum. ff. uti poſſidetis.*

Namq; gl. ibidem expreſſè concludit, ſi dum ego eſſem abſens, & non retinebam civilem poſſeſſionem, alius intraverit, ut poſſideret, clam non à me ſed ab alio, me redeuntem illum licitè propria auctoritate expellere. Et ſic illa gl. expreſſe innuit, mihi habenti civilem poſſeſſionem alicujus rei pro defenſione vel recuperatione meæ civilis poſſeſſionis, poſſeſſorem rei propria authoritate expellere licere, etiamſi ille poſſeſſor iſtam rem non à me, ſed à quodā alio poſſideat, *Et iſtam gl. ibi ſequitur Bart. idem tenet. gl. §. de cætero. verb. licentiam damus, Authent. ut de cætero commutationes Eccleſiaſt. rerum.* ubi gl. expreſſè tradit, ei in quem res Eccleſiaſtica illicitè alienata fuit, eam rem propria auctoritate auferri poſſe.

Eandem ſententiam amplectitur *Bald. in cap. cæterum, num. 4. extr. de judic.* ubi Baldus concludit, ſi vaſallus feudum illicitè alienaverit, domino feudi permitti illud feudū propria auctoritate recuperare. Quam deciſionem Bald. refert atque ſequitur *Decius in conſ. 191. num. 9. verſ. 7.*

Et licet Bald. in præallegato loco non exprimat, utrum domino permittatur feudum illicitè alienatum ab ipſo vaſallo, an verò ab eo, in quem alienatio facta fuit, propria auctoritate recuperare, cum

tamen

tamen Bald. pro ſua ſententia citet *gloſ. in d. §. de cætero. verb. licentiam damus. auth. ut de cætero comm. Eccleſ rerum.* quæ gl. expreſsè concludit, rem illicitè alienatam ei, in quem alienatio facta fuit, propria auctoritate auferri poſſe, dubio omni caret, Bald. in illo loco velle, quod dominus feudi feudum illicitè alienatum propria auctoritate recuperare poſſit ab illo, in quem feudi alienatio illicita facta fuit.

Namque clari juris eſt, quod † doctrinæ atque deciſiones Dd. ſint intelligendæ ſecundum *gloſſ. vel text. quos allegat Bartol. l. non ſolum. §. ſi liberationis. ff. de liberat. leg.*

Ejuſdem ſententiæ eſt & *Bald. in l. certa eſt forma. num. 2. C. ut in poſſeſſionem legato.* Namq; Bald. ibidem expreſsè tradit. Eum qui alicuius rei civilem poſſeſſionem habet, pro defenſione ſive recuperatione hujus civilis poſſeſſionis non tantùm eum, qui ab ipſo cauſam habet vel ipſum ſpoliavit, ſed etiam quemlibet alium propria auctoritate expellere poſſe. Eamq; ob cauſam, ſi colonus vel inquilinus meus, quem propria auctoritate expellere potueram, rem a me conductam alteri collocaverit, vel alio titulo conceſſerit, me etiam hunc tertium poſſeſſorem propria auctoritate expellere poſſe.

Idem vult *Tiraquell. in tract. de conſtituto poſſeſſorio. 1. part. num. 60.* ubi concludit, eum, in quem per conſtitutum civilis poſſeſſio translata fuit, illum qui iſtam rem conſtituenti violenter eripuit, propria auctoritate expellere poſſe.

Eandem ſententiam confirmat id, quod Dd. communiter tradunt, jus occupandi pignus propria auctoritate & violenter competens creditori ex pacto, non tantùm contra ipſum debitorem, qui hoc pactum fecit, ſed etiam contra quemlibet alium à debitore cauſam habente exerceri poſſe, eo caſu, quo debitor per conſtitutum in creditorem tranſtulit, vel utramq; poſſeſſionem civilem nempe & naturalem ſimul vel civilem tantùm, *Bart. repet. l. 3. n. 25. & ibi Salic. col. 8. verſ. quæro octavò. C. de pignorib. Bald. conſ. 58. incip. quidam accuſatus. lib. 5. Imol. c. potuit. col. 13. extr. de locat. Paul. de Caſtr. conſ. 10. col. 2. lib. 1. Franc. Aret. conſ. 21. col. pen. in 3. dubio. Alex. conſ. 83. col. 2. & conſ. 185 col 2. lib. 6. Socin. conſ. 82. col. 2. lib. 3. Guido Pap. deciſ. 356. Albert. Brun. conſil. 93. col. 2. Godzadinus conſ. 28. col. 3. num. 15. & conſ. 42. col. 1. & 2. & conſ. 95. num. 8. & 9. Ruin. conſ. 127. lib. 3.* Quod etiam locum habet, ſi ille tertius poſſeſſor ſit Eccleſiaſt. vel alia privilegiata perſona, *Franc. Aretin. conſ. 21.*

Quinimò Dd. magis communiter tradunt, Si debitor ſimpliciter conſtituerit pignus nomine creditori indiſtinctè permitti, illud pignus apud quemcunq; exiſtentem propria auctoritate occupare & auferre, *Bal. l. 2. C de ſerv. pign. dato manumiſſo. Bald. l. pen. C. de pignor. act. Salic. l. 3. col. 4. verſ. ſed quid ſi ultra interveniſſet. C. de pignorib. Alexe conſ. 83. num. 2. & conſ. 185. num. 3. lib. 6. arg. l. ſi ſervus. C. quod cum eo, gloſ. l. cum creditorem. ff. de furtis.*

Pro hac ſententia confirmanda facit, quod Doctores tradunt, jus exequendi aliquid extrajudicialiter competens ratione juris realis contra tertium poſſeſſorem exerceri poſſe, *Bartol. repet. l. 3. num. 23. C. de pignoribus. Ioan. de Imol. conſ. 112. incip. in cauſa quæ vertitur. Franc. Ripa. l. 1. §. ſi hæret. num. 21. ff. ad SC Trebell.*

Cum itaque jus exequendi, occupandi nempe rem aliquam propria auctoritate competens ei, qui civilem poſſeſſionem habet vel habuit, competat reſpectu juris realis poſſeſſionis nempe, quæ realis eſt, ſequitur hoc jus contra quemcunque poſſeſſorem etiam tertium exerceri poſſe.

Et ſic per prædicta ſatis liquet, Doctores magis communiter velle, jus occupandi vel ingrediendi rem aliquam propria auctoritate non tantùm contra eum, qui nos ſpoliavit, vel à nobis cauſam habet, ſed etiam contra quemcunque tertium poſſeſſorem ſive ipſe cauſam habet à ſpoliatore ſive non, exerceri poſſe.

Et hoc abſque omni dubio verum eſt, quando † tertius poſſeſſor, cui iſta res à 35
ſpoliatore vel ab alio quolibet titulo conceſſa fuit, eſt malæ fidei poſſeſſor, tunc enim ipſe abſque omni dubio propria auctoritate violenter ex illa re expelli poteſt, ſicut hoc expreſsè probat text. *in cap. olim. extr. de reſtit. ſpoliat.* Et ibi hoc ex illo textu colligit *D. Abbas num. 11.* ubi Abbas concludit, licet colonus vel quilibet alius rem aliquam meo nomine poſſidens, meam poſſeſſionem intervertat, ſi illam rem alteri quolibet modo tradiderit vel conceſſerit; ſi tamen is, cui hæc res tradita eſt à colono, ſciat, illam rem ad me ſpectare,

mihi permitti in continenti illam rem propria auctoritate recuperare.

Ejuſdem ſententiæ eſt & *gl. l. 1. §. neceſſario. verb. vel manus miniſtrorum. ff. ſi mulier ventris nomine.* ubi gloſ. expreſsè concludit, prædonem ſive malæ fidei poſſeſſorem indiſtinctè propria auctoritate expelli poſſe, licet ipſe non ab expellente, ſed à quodam tertio cauſam habeat.

Idem tenet *Tiraquell. in tract. de condit. poſſeſ. 3. part. limit. 21.* ubi concludit, ſi quis illam rem, quam Titius meo nomine conſtituerat poſsidere vel vivo vel mortuo Titio, injuſtè occupaverit, mihi permitti, illam rem propria auctoritate recuperarae, non tantùm in continenti, ſed etiam quandócunque ex intervallo, eo caſu, quo vel res occupata, vel occupans talis eſſet, ut ab eo in continenti illam rem recuperare non potuerim.

Hanc eandem ſententiam confirmat id, quod Doctores tradunt, jus exequendi ex ſententia judicis competens, licet illud alioqui contra tertium poſſeſſorem non detur, indiſtinctè cõpetere contra tertium poſſeſſorem, quando ille eſt poſſeſſor malæ fidei, *Paulus de Caſtr. l. à divo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re jud. Franc. Rip. l. 1. §. ſi heredes, num. 52. ff. ad SC. Trebell.*

Igitur ſequitur, generoſum Comitem à R. ab Illuſtriſsimo Principe B. per H. à B. licitè propria auctoritate & violenter ex dicto caſtro H. expelli potuiſſe, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, ipſum neque ſpoliaſſe Ducem H. neque ſpoliatoribus opem vel auxilium tuliſſe, ſed poſſeſsionem caſtri controverſi, vel à violentis occupatoribus, vel ab alio adeptum fuiſſe, præſertim cum ipſe fuerit in mala fide, ſciverit nempe, hoc caſtrum non ad confœderatos Schmalcald. ſed ad Illuſt. Ducem H. ſpectare.

Nec obſtat nobis id, quod in rationi-
36 nibus dubitandi dictum fuit, † ſpoliatum tertium poſſeſſorem, qui cauſam à ſpoliatore vel à quodam alio habet, propria auctoritate expellere non poſſe.

Namque reſpondeo primò, illam ſententiam communiter reprobatam eſſe, Eamque ob cauſam illam neque in judicando neque in conſulendo ſequendam.

Cum ſit certi juris, quod regulariter communis Dd. ſententia & in judicando & in conſulendo ſequenda ſit, *Abb. Felin. & Dd. cap. 1. extr. de conſtitutionibus, Bald. cap. 1. §. judices de pac. juram. firm. Bald. l. 1. arg. ill. textus. ff. de Senator. Alex. conſ. 51. lib. 5. Abb. cap. novimus. arg. ill. text. extr. de verb. ſignif. fac. text. c. de inducijs. 3. q. 3. c. prudentiam. in princ. extr. de offic. deleg. l. 1. ff. de offic. quæſtor. l. athletas. in princip. ff. de his qui notant infam.* Uſque adeò, ut is judex, qui contra communem opinionem judicet, & imperitus præſumatur, *Alex. conſ. 95. num. 6. lib. 2.* & faciat litem ſuam, atque parti læſæ ad id, quod intereſt, condemnetur, *Bartol. l. final. C. de pœna judic. qui malè judicavit. Angel. l. terminato. C. de fructib. & lit. expenſ. Abbas d. c. prudentiam. in princip. Petr. de Anchor. Clem. ne Romani. de elect. Anton. de Butr. cap. ex literis. el. 1. extr. de ſponſalibus. Felin. cap. 1. num. 54. extr. de conſtit. Iaſ. l. cum prolatis. ff. de re judic.*

Secundò reſpondeo, poſito ſe tamen non conceſſo, contrariam ſententiam veram eſſe, illam tamen tantùm procedere in bonæ fidei poſſeſſore, nec ullo modo locum habere in malæ fidei poſſeſſore, ſicut hoc ex ſupradictis liquet. Et patet etiam ex eo, quod *Bald. Alvar. & Præpoſ. in d. c. 1. §. callidis. de prohibit. feud. alien. per Freder.* expreſsè loquuntur in tertio poſſeſſore, qui eſt bonæ fidei. Et cum *Matth. de Afflict.* hoc quod tertius poſſeſſor propria auctoritate expelli nequeat, ibidem colligat ex illa doctrina *Baldi*, ſequitur illam opinionem *Matt. de Afflict.* ſecundum opinionem *Baldi*, ita intelligendam, ut tantùm habeat locum in tertio poſſeſſore bonæ fidei. Similiter hoc ſatis patet ex eo, quod Dd. pro contraria ſententia allegant, *gloſ. in d. §. neceſſario.* quæ *gloſ.* expreſſam diſtinctionem facit inter bonæ fidei poſſeſſorem & prędonem ſive malæ fidei poſſeſſorem.

Deinde quoq; Dd. contraria ſententia nullo modo procedit eo caſu, quando tertius poſſeſſor vel per interverſionem vel alio quolibet modo privat eum, qui civilem poſſeſsionem habet civili ſua poſſeſſione. Tunc enim is tertius poſſeſſor indiſtinctè expelli poteſt, prout hoc tradit *Bartol. l. 1. §. neceſſario. verſ. ſed ſi poneres. ff. ſi mulier ventris nomine.*

Similiter contraria ſententia non procedit eo caſu, quando in tertium fuit tranſlata poſſeſſio tali tit. qui non ad dominium, ſed ad transferendã poſſeſsionem tantùm habilis eſt. Tunc enim tertium poſſeſſorem indiſtinctè ꝓpria auctoritate expelli poſſe, ſatis probatur per id, quod tradit *Baldus & Saliset. l. ignoti. C. de his quæ in fraud.*

credit.

credit. l. Alex. à divo Pio. §. ſi ſuper reb. nu. 12. ff. de re jud.

Cum itaq; in caſu noſtro generoſus Comes Illuſt. Ducem B. ſua civili poſſeſſione, quam ipſe in caſtro H. habuit, privaverit per hoc, quod ipſe illud caſtrum à confœderatis Schmalcaldicis tum temporis violentis occupatoribus Ducatus B. recognovit titulo pignoris, per quem titulum in accipientem non dominium ſed poſſeſſio tantùm transfertur. Sequitur contrariam doctrinam Dd. in caſu noſtro nullo modo locum habere, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo illam alioqui per ſe veram eſſe.

Quartò, principaliter hæc concluſio confirmatur ex eo, quod Dd. magis communiter tradunt, Si is, qui ab initio juſto titulo acquiſivit, detentionem vel naturalem poſſeſſionem alicujus rei aut ſolam, aut cum utili dominio interverterit ei, qui civilem poſſeſſionem habet, illam civilem poſſeſſionem ipſum ab eo, qui civilem poſſeſſionem habuit, violenter & propria auctoritate impunè expelli poſſe, ſicut hoc expreſsè tradit *Bart. l. cum fundum. ff. de vi & vi armata.* ubi concludit, colonum, qui intervertit locatori poſſeſſionẽ ſuam, à locatore vel ab alio nomine locatoris licitè & impunè expelli poſſe.

Idem tenet *Baldus l. edem. lectur. 1. numer. 14. C. de locat. & conduct.* ubi inquit: Si conductor rem conductam tanquam ſuam propriam alteri vendiderit, vel alioquin conceſſerit, & ſic vero domino interverterit poſſeſſionem ſuam, ipſum propria auctoritate à vero domino expelli poſſe.

Ejuſdem ſententiæ ſunt & illi Doctores, qui tradunt, vaſallum illicitè & abſq; conſenſu domini alienantem rem feudalem & ſic intervertentem domino feudi ſuam civilem poſſeſſionem propria auctoritate à domino ex feudo expelli poſſe, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie tradit *Bald. cap. cæterum. num. 4. extr. de judic. Præpoſit. c. 1. §. fin. de pace juram. firm. Dec. conſ. 191. num. 9. verſ. 7.*

Eandem ſententiam amplectuntur & illi Dd. qui volunt, Emphyteotam, qui interverit domino Emphyteuſis civilem ſuam poſſeſſionem Emphyteuſis, ſive qui dominum civili poſſeſſione ſpoliare nititur, propria auctoritate à domino Emphyteuſis expelli poſſe, *Imol. cap. potuit. extr. de locat. & conduct. Corn. conſ. 271. num. 2. lib. 3. Iaſ. l. 2. num. 103. verb. iſtam contrarietatem. & nu. 108. verb. non obſtat ultimum. C. de jure Emphyteu.*

Pro hac ſententia confirmanda facit id, quod ſuprà ex communi ſententia Doctorum diximus, creditorem, cui debitor civilem poſſeſſionem, quam in ipſum per conſtitutum tranſtulit, intervertit per hoc, quod ipſe pignus alteri vendit, vel illo titulo concedit, nec non & dominum feudi, & locatorem, cui vaſallus vel colonus per traditionem alteri factam poſſeſſionem ſuam intervertit, non tantùm ipſum debitorem, vaſallum vel colonum, qui poſſeſſionem intervertit, ſed etiam eum, in quem hæc alienatio facta fuit propria auctoritate expellere poſſe.

Cum itaque is, qui in jus alterius ſuccedit, cui nempe traditio rei facta fuit ab illo, qui alteri ſuam poſſeſſionem intervertit, non ſit deterioris conditionis quàm auctor ſuus fuit, *c. is qui in jus. & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6.*

Imò quoad hoc propoſitum in multis caſibus ſit melioris conditionis quam auctor ipſius fuit, ſequitur, quod multò magis illum, qui alteri poſſeſſionem ſuam civilem intervertit, propria auctoritate expellere liceat.

Et ſic ex prædictis liquet, communem atque receptam Doctorum ſententiam eſſe, quod eum, qui nobis civilem noſtram poſſeſſionem, quam in re aliqua habemus, intervertit, propria auctoritate etiam cum vi expellere poſſimus, etiamſi ipſe ab initio illius rei vel naturalem poſſeſſionem vel detentionem juſto titulo acquiſiverit. Item, etiamſi ipſe non nudam detentionem vel naturalem poſſeſſeſſionem, ſed etiam utile dominium vel aliud jus in illa re habuerit.

Nec obſtat, quod aliqui Doctores velint, eum, qui civilem poſſeſſionem alicujus rei habet, eum, qui eandem rem naturaliter & injuſtè poſſidet, propria auctoritate expellere non poſſe, eo caſu, quo is, qui poſſeſſionem naturalem injuſtam habet, illam poſſeſſionem ab initio juſtó titulo acquiſivit, *Franc. Aretin. l. clam. poſſi. §. quæ ad nundinas. & ibi Socin. num. 12. & Iaſ. num. 24. ff. de acquir. poſſeſ.* Namque illa ſententia, ut ex prædictis patet, communiter reprobata eſt.

Deinde quoque illa ſententia non procedat

cedat iſto caſu, quando is, qui naturalem poſſeſſionem vel detentionem ab initio juſtè acquiſivit, illi, qui civilem poſſeſſionem habet, juſtam poſſeſſionem intervertit.

Cum itaque in caſu noſtro generoſus Comes à R. conatus fuerit Illuſtri Duci B. ſuam civilem poſſeſſionem, quam ipſe in caſtro H. habuit, intervertere per hoc, quod ipſe illud caſtrum à confœderatis Schmalcaldicis recognovit, ſequitur, Illuſtri Duci B. omni jure licitum atque permiſſum fuiſſe, præfatum generoſum Comitem tàm per ſe quàm per alium ex poſſeſſione dicti caſtri propria auctoritate expellere.

57 Quintò, principaliter licet † legibus cautum ſit, ſpoliatum poſſeſsionem ſuam non niſi in continenti recuperare poſſe. Hoc tamen ita demum verum eſt, ſi ſpoliatus in continenti poſſeſsionem ſuam recuperare poſsit, ſecus autem eſt, ſi ſpoliatus poſſeſsionem illius rei, qua ipſa ſpoliatus fuit, propter qualitatem vel rei occupatæ vel ſpoliatoris aut propter quamlibet aliam cauſam in continenti recuperare non potuit. Tunc enim ſecundum communem atque receptam Doctorum ſententiam ſpoliato permittitur, ſpoliatorem ex intervallo & quandocunque data occaſione propria auctoritate expellere, *Bart. l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi armata. Abbas c. olim. n. 10. extr. de reſtit. ſpoliat. Abb. c. ſignificaſti. el. 2. col. pen. ext. de hom. Abb. conſ. 100. col. 2. lib. 1. & conſ. 62. col. 4. lib. 2. Salic. l. 1. q. 2. C. unde vi. Socin. jun. conſ. 68. num. 81. lib. 3.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut ſpoliato etiam poſt decennium vel longius tempus permittatur, poſſeſsionem rei ſpoliatæ propria auctoritate & cum violentia recuperare, ſi ipſe illam rem antea oportunè recuperare non potuerit, *gl. c. jus naturale. diſtinct. 1. Bald. l. fin. C. de his qui à non domino manumittuntur. Bald. c. in literis. extr. de reſtit. ſpoliat. Bald. l. 2. C. de ſer. & aq. Felin. c. ſignificaſti. el. 2. num. 13. extr. de homic. Im. l. 1. §. qui præſens. ff. de verb. obligat. And. Siculus conſ. 41. col. 6. lib. 1. Dec. conſ. 461. nu. 19. Iaſ. l. lecta. nu. 20. ff. ſi cert. petat. Iaſ. l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. num. 36. ff. de acquir. poſſeſ. Alex. in add. ad Bart. l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi armata. Aug. Arim. in add. ad Angel. in tractat. de malef. verb. & dictum Titium. num. 20. Card. in tractat. de homicid. §. circa quartum. nu. 31. Tiraq. in tract. de conſtit. poſſeſ. 3. part. limit. 21. num. 11.*

Quæ ſententia etiam ex eo confirmatur, quod in materia defenſionis realis is dicatur in continenti, rem ablatam recuperare, qui illam recuperat, tunc quando ſe offert oportunitas, *Bald. l. 1. col. 2. verſ. extra quaero. C. unde vi.*

Et hoc procedit non tantùm, quando quis naturali tantùm poſſeſsione ſpoliatus fuit, ſed etiam quando quis & naturali & civili poſſeſsione ſimul privatus fuit. Namque illi ſimili modo permittitur, poſſeſsionem ſuam quandocunque data occaſione etiam ex intervallo recuperare, ſi ipſe illam poſſeſsionem in continenti recuperare non potuerit, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie tradit *Abb. c. olim. nu. 10. extr. de reſtit. ſpoliat.* Et hoc etiam eſt de mente *Imolæ, c. potuit. col. 25. extr. de locat. & conduct. Iaſ. l. 2. num. 103. verſ. iſtam contrarietatem. C. de jure Emphyteu.*

Namque cum Imol. & Jaſ. ibid. concludunt, domino directo Emphyteuſis permitti Emphyteutam, qui ipſi civilem ſuam poſſeſsionem intervertere nititur, ſive ipſum ſua civili poſſeſsione ſpoliare, conatur propria auctoritate expellere.

Et ad hanc ſuam ſententiam allegent *text. l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi armata.* Sequitur, illorum doctrinam eſſe intelligendam atque extendendam ſecundum illum text. cum ſit certi juris, quod doctrinæ & deciſiones Dd. ſemper ſint & intelligendæ & extendendæ ſecundum texts, quos allegant *Bart. l. non ſolùm. §. ſi liberationis. ff. de liberatio. legat.*

Et per conſequens, cum Dd. communiter concludant, verbum, In continenti, *in d. §. cum igitur.* poſitum, ita accipiendum eſſe, ut is dicatur in continenti poſſeſsionem rei ſuæ recuperaſſe, qui illam quandocunq; data occaſione etiam poſt intervallum longi temporis recuperat, omnimodò & concludendum eſt, mentem Jaſ. & Imol. eſſe, quod domino directo permittatur Emphyteutam, qui ipſum conatur civili ſua poſſeſsione privare, quandocunq; data occaſione propria auctoritate expellere etiam poſt longum tempus, ſi antea occaſio oblata non fuerit.

Cum itaque Illuſtriſs. Principi ante annum 45. nunquam fuerit oblata occaſio vel oportunitas Ducat. B. & inter cætera caſtrum H. propria auctoritate recuperare,

ſequi-

ſequitur, quod ipſe anno 45. per H. à B. generoſum Comitem à R. qui ipſi civilem poſſeſſionem prius interverterat, licitè & impunè ex caſtro H. expulerit.

Sextò, principaliter pro defenſione ſive recuperatione poſſeſſionis nobis licitum
58 atq; permiſſum eſt, † amicos, vicinos nec non & alios homines congregare, atque cum illis poſſeſſionem noſtram recuperare, *Bart. l. probibitum. num. 3. arg. ill. text. C. de jure fiſc. lib. 10. Bart. l. devotum. arg. illius text. C. de metall. lib. 12. Andr. de Iſern. c. 1. de mil. Vaſ. qui contumax. Andr. de Iſern. & M. de Afflict. c. 1. §. conventicula. de pac. jur. firm. Paul. de Caſtr. l. refectionis. ff. communia prædiorum. Angel. in tractat. de maleſic. verb. & dictus Titius ſe defendendo. col. penult. Bald. l. 8. col. antepenult. verſ. ſed nunquid guerra. C. unde vi. Corſetus in ſingul. verb. defenſio. verſ. Ac Hippolyt. ſingul. 456. Hippolyt. l. 1. notab. C. de raptoribus. virg. Iaſ. l. ut vim. numer. 30. & ibi Dec. & Dd. ff. de juſt. & jur. Bonifac. in tractat. de inſultu. col. 3. Gard. in tractat. de homicid. §. circa quartum. num. 37. Petr. à Plat. in Epit. del. lib. 1. cap. 28. num. 31. Plot. repet. l. ſi quando. §. præmitto. num. 39. C. unde vi Pet. Duen. in tract. regul. reg. 191. ampliat. 3. Alex. conſ. 119. col. 2. lib. 7.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut ſpoliato pro recuperatione rei ſibi ablatæ & exercitum conſcribere & ſpoliatori bellum inferre poſſit, *Iaſ. l. hoſtes. num. 9. ff. de capt. & poſtl. reverſ. Iaſ. conſ. 16. col. 2 lib. 3. Socin. jun. conſ. 68. num. 66. lib. 3.*

Ex quo ſequitur, Illuſtr. Duci B. licitum atque permiſſum fuiſſe pro recuperatione Ducatus ſui & exercitum ſive milites congregare, & tàm H. à B. quàm alios convocare & per illos tum caſtrum H. tum alia caſtra ſita recuperare.

59 Septimò, principaliter cuilibet † ſpoliato licitum atq; permiſſum eſt, poſſeſſionem earum rerum, quibus ipſe ſpoliatus fuit, non tantum per ſe ſed etiam per alium recuperare, *Bart. & Ang. l. cum fundum. ff. de vi & vi armata. Petr. de Bellapert. l. 1. C. unde vi. Claud. de Seſell. repet. l. ut vim. n. 124. ff. de juſt. & jur.*

Quinimò Dd. magis communiter tra-
60 dunt, † ſpoliatum non tantùm per alium poſſeſſionem illius rei, qua ipſe ſpoliatus fuit, recuperare, ſed etiam alteri illud jus cedere & in alium licitè transferre poſſe; illumq; cui hoc jus quolibet modo conceſſum fuit, tàm ſpoliatorem, quàm alium poſſeſſorem rei ablatæ propria auctoritate etiam violenter impunè expellere poſſe, *Bart. Ang. Imol. Rom. Paul. de Caſtr. Alex. & Iaſon. l. 1. §. uſufructuarius. ff. de oper. nov. nunciat. Bart. l. 3. in fin. & ib. Angel. C. de pignor. Bald. cap. 1. de feudo non habente propr. natur. Bald. c. 1. §. ſi quis verò. el. 1. de pac. juram. firm. Angel. l. quod in diem. §. Iulianus. ff. de petit. hæredit. Angel. l. ſi ejus. ff. ad SC. Trebellian. Paul. de Caſtr. conſ. 59. ad fin. lib. 2. Imol. & Franc. Aretin. l. ſi ita ſtipuler per te non fieri. ff. de verb. obligat. Ang. Aretin. §. actionum. col. 10. verſ. quæro an iſtud jus. Inſtit. de actionibus. Angel. §. præterea. el. 2. col. 22. Inſtit. de except. Socin. conſ. 167. col. pen. lib. 2. Barbat. conſ. 51. lib. 1. Rain. conſ. 47. col. 4. lib. 4. & conſ. 18. num. 4. lib. 5. Dec. conſ. 191. col. pen. conſil. 449. col. fin. verſ. 1.*

Quæ ſententia etiam ex eo confirmatur, quod Dd. tradunt, jus capiendi debitorem fugientem competens creditori, à creditore alteri cedi vel demandari poſſe, *gloſ. l. 1. verb. ab his. C. ubi quis decuriali vel cohortali. Angel. l. generali. C. de decurionibus. lib. 10. Rom. l. 1. §. fin. col. 2. verſ. & per hoc ff de oper. nov. nunciat. Franc. Aretin. l. ſi ita ſtipuler. per te. in fin. ff. de verb. oblig. Alexan. conſ. 153. col. 1. lib. 6. Iacob. de Aret. & Bened. de Plombin. l. Imperator. arg. ill. text. ff. qui ſine manumiſſ. ad libert. perveniunt.*

Deinde hanc ſententiam confirmat id, quod Dd. magis communiter tradunt, non tantum jus defendendi, ſed etiam jus vindicandi per alium explicari poſſe, *Alex. l. ſi cum dotem. §. transgrediamur. num. 10. ff. ſolut. matrim. Felin. c. quæ in Eccleſiarum. extr. de conſtitutionib. Claud. de Seſell. d. repet. l. ut vim. num. 124.* Uſque adeò, ut hoc jus alteri & cedi & demandari poſſit, *Alex. l. 1. §. uſufructuarius. ff. de oper. nov. nunc. Alex. d. §. transgrediamur. num. 10. Salic. l. non ideò minus. col. 3. C. de accuſationib. Steph. Phedericus in tract. de legum interpretat. part. ultim. chart. 5. verſ. an liceat patri. Fel. d. c. quæ in Eccleſ. Aug. Arimin. in add. ad Angel. in tr. de maleſ. verb. Cheeba adulterato. num. 64. Claud. de Seſell. d. repet. l. ut vim. num. 124.*

Igitur ſequitur, in caſu noſtro Illuſtrem Ducem B. H. à B. licitè & jure permittente mandare potuiſſe, ut ipſe caſtrum H. ſuo nomine recuperaret atque H. à B. obtemperantem huic mandato, illudque exequentem licitè caſtrum H. propria auctoritate occupaſſe.

Octavò, † amicis & vicinis etiam non 61

vocatis ad hoc, item etiam abſq; mandato licitum atque permiſſum eſt, offenſo vel ſpoliato ſuccurrere, illiuſq; tam rem quàm perſonam defendere, *Iaſon conſ. 86. col. 2. lib. 3. Mart. Laudenſ. in tract. de bello. quæſt. 17. Socin. jun. conſ. 68. num. 67. lib. 3.*

Quinimò, etiam penitùs extraneis licitum atque permiſſum eſt, defenſionem tam rerum quàm perſonæ offenſi vel ſpoliati ſuſcipere, *Bart. Bald. Iaſ. Dec. Claud. & Dd. l. ut vim. ff. de juſt. & jur. Bart. l. ſi quis in ſervitutem. arg. ill. text. ff. de furtis. Bald. l. 1. num. 22. C. unde vi. Bald. c. fin. extr. de ſenten. & re judicat. Ang. in tract. de malef. verb. & dictus Titius. num. 33. Corn. conſ. 107. lib. 1. Dec. conſ. 469. in pr. Socin. jun. conſ. 68. n. 68. lib. 3. Petr. de Anchor. c. dilectus. arg. ill. text. extr. de ſentent. excomm. Card. in tract. de homicid. §. circa quartum. nu. 50. Matth. de Afflict. conſtitut. rapinas. 7. notab. fac. text. l. devotum. & ibi Bart. C. de metat. lib. 12.*

Igitur ſequitur, H. à B. licitum atq; permiſſum fuiſſe defenſionem Illuſtr. Ducis B. ſuſcipere, & pro defenſione ipſius Illuſtr. Ducis caſtr. H. propria auctoritate occupare. Etiamſi ipſe ad hoc nullum penitùs mandatum habuerit.

62 Nonò, in regali † conſtitutione anno 1495. erectæ perſpicuis verbis eſt diſpoſitum, neminem alteri bellum movere, eum ſpoliare, capere, obſidere, neq; per ſe neq; per alium debere: neq; etiam arces, civitates, caſtella, propugnacula, vicos, aulam, piſcinam, vivaria aliaq; in nihilum reddere, vel ſine alterius voluntate vi & violentia quadem de facto occupare, vel fraudulenter aliquid cremare & in cinerem vertere, aliovè modo ea ratione incommodare debere: neminemq; talibus malefactoribus conſilium, opem, aliovè modo adſiſtentiam adjumentumvè præſtare debere, ipſosq; ſcienter vel fraudulenter non in hoſpitium ſuſcipere, ædulis potuvè aliavè ratione non commodare, & ſi quis in contrarium facere præſumpſerit, ulterius in dicta regali conſtitutione de pace publica diſpoſitum eſt, quod ille ipſo facto in Cæſareæ Majeſtatis & Imperii bannum inciderit, ac vitæ bonorumq; ſuorum jacturam fecerit. Quæ conſtitutio pacis publicæ deinceps Auguſtæ anno 1500. Wormatiæ 1521. Norinbergæ 1522. & ultimò Auguſtæ 1548. renovata, confirmata, declarata & aucta fuit.

Ulterius, in conſtitutione de pace publica, quæ anno 1500. Auguſtæ promulgata fuit, expreſsè eſt diſpoſitum, ſi declaratus bannitus propter pacem publicam bona ſubſtantiamvè ſuam alicui Principi, Magiſtratui, communitati, aliisvè in tutelam aliavè ratione tradere vellet, quod illa bona ab illo Principe, Magiſtratu, communitate aliisvè nullo modo acceptari, vel pro ſe ipſis in commodum vel emolumentum Banniti ſuſcipi debeant, ſi autem hoc nihilominùs fieret, declaramus, ſententiam ferimus, ordinamus, volumusque, quod illa acceptatio & ſuſceptio, declarato Bannito & turbatori pacis publicæ nequaquam prodeſſe vel ullo modo commodari debeat: Atque illos ipſos Principes, Magiſtratus vel communitates per hoc ipſum, ipſo facto in bannum Imperii aliasque pœnas contra turbatores pacis publicæ conſtitutas, incidiſſe, atque ita denunciari & pronunciari volumus.

Cum itaque in præſenti caſu Comes de R. & Cunradus de W. Schmalcaldicis confœderatis, & tunc tempore violentis occupatoribus Ducatus B. jurejurando, aliisque multifariis modis ſe obſtrinxerint caſtrumque H. ab illis Schmalcaldicis confœderatis ſuſceperint: ſequitur, & Comitem de R. & Cunradum de W. eo ipſo pœnam fractæ pacis meruiſſe, inque Sacri Romani Imperii bannum ipſo facto incidiſſe: & vitam bonaque perdidiſſe: quodque ideò Illuſtriſſimus Dux B. & Joannes de B. optimo jure non ſolùm caſtrum H. defenſivè armata manu recuperare & de novo occupare, verùm etiam dictum Comitem & Cunradum de W. aliis modis in propriis corporibus bonisque etiam animo vindicandi, proſequi, damnumq; inferre potuerint.

In conſtitutione enim pacis publicæ anno 1521. promulgatæ, ſequentia clara verba reperiuntur: Aber dem Beſchedigten ſampt ſeinen Verwandten vnd Helffern ſol in mittler Zeit auch vor vnd ehe die Declaration folgt / gegen denſelben Thätern vnnd Friedbrechern / auch den jhren vnnd deren Mithelffern / vnnd Enthaltern ſein Gegenwehr vnnd Verfolgung zu thun / zu friſcher That / oder wenn er ſeine Freunde vnnd Helffer haben mag / ſolches auch allenthalben an Churfürſten / Fürſten / vnnd Ständen

Ständen des Reichs des wiſſens zu haben/ auszuſchreiben vnnd zu verkündigen/ vnbenemen nicht verbotten/ ſondern gentzlich vorbehalten ſeyn. Es ſollen auch dieſelben Beſchedigten jhre Verwandten vnnd Helffer durch ſolch jhr beſchehen Gegenwehr/ Verfolgung vnnd Handlung/ wo die Beſchedigung vnnd Friedbruch kundt/ wahr vnnd offenbar/ oder ſich nachmals erfindet/ in kein Pœn gefallen/ nicht gefrevelt/ noch alsdann ichts verwirckt haben.

Quæ conſtitutio deinceps in Comitiis Auguſtanis anno 1548. repetita & confirmata fuit.

Et ſic liquet tàm Comitem à R. quàm C. à W. pœnam fractæ pacis & banni Imperialis eo ipſo incurriſſe, quod ipſi præfatum caſtrum à confœderatis Schmalcaldicis recognoverunt. Quodque ipſi juramentum fidelitatis vel aliud confœderatis Schmalcald. præſtiterunt. Namque ſi is, qui violentos invaſores hoſpitio recipit, vel illis cibum vel potum præbet, pœnam fractæ pacis & banni Imperialis incurrat.

Sequitur, multò magis eum fractæ pacis pœnam incurrere, qui violentis occupatoribus juramentum fidelitatis vel 63 obedientiæ † præſtat, cum major ratio ſit, in hoc quàm in illo, & clari juris ſit, & crimen fractæ pacis publicum delictum eſſe, & conſtitutionem de pace tenenda publicam utilitatem reſpicere, namque ob cauſam, illam conſtitutionem, quantumvis pœnalem, favorabilem eſſe & extendendam.

64 Namque clari juris eſt, quod † conſtitutiones pœnales publicum delictum punientes & favorabiles ſint & extendendæ, *Bart. l. quemadmodum, circa medium, C. de agricolis & cenſitis. lib. 11. Baldus l. non ſine. circa ſin. C. de bonis quæ liberis. Paulus de Caſtro l. bona fides. ff. depoſiti. Roman. conſil. 105. Ioan. de Anania cap. 1. extr. de maleſic. Alexand. & Iaſon l. cum quidam ff. de liber. & poſthum. fac. text. l. famoſi. §. penult. ff. ad leg. Iul. majeſt. l. ſi uxor. §. 1. ff. ad leg. Iul. de adulterijs. l. 2. §. exercitam. ff. de infam.*

De hoc in caſu noſtro non eſt multum laborandum; cum ipſi tàm Comes quàm W. caſtrum H. à violentis occupatoribus & acceperint & recognoverint, atque in conſtitutione de pace tenenda, expreſsè cautum ſit, eum, qui quolibet modo aliqua bona recipit vel recognoſcit, à violentis invaſoribus, occupatoribus: pœnam fractæ pacis & banni Imperialis incurrit, ipſo jure incurrere.

Igitur ſequitur, H. à B. optimo jure licuiſſe, etiam abſque mandato Illuſtriſſimi Principis & caſtrum H. propria auctoritate & cum vi recuperare, & alio modo tàm generoſum Comitem, quàm C. à W. tàm in bonis quàm in perſonis offendere.

Namque in conſtitutionibus de pace publica tenenda, expreſsè ſancitum eſt, offenſo atque ſuis conjunctis & auxiliatoribus permitti, etiam ante ſententiam banni latam, ſe non tantùm defendere, ſed etiam vindicare adverſus eos, qui pacem fregerunt. Item & ſuos nec non & auxiliatores & receptatores ipſorum, nec diſtinguitur, utrum illi auxiliatores vel conjuncti habeant mandatum ab offenſo an verò non.

Et certum eſt, H. à B. cum ipſe ſemper adhærentiam fecerit Illuſtri Duci B. illiq; & pecuniam ſuppeditaverit, & operas obſequiaq; præſtiterit, appellatione conjunctorum comprehendi.

Similiter dubio omni caret, † tàm Comiti à R. quàm C. à W. cum ipſi con- 65 fœderatis Smalcaldicis adhærentiam fecerint, iisq; juramentum vel fidelitatis vel obedientiæ præſtiterint, ac ab illis caſtrum H. & receperint & recognoverint, ſaltem largo modo appellatione ſuorum comprehendi.

Namque clari juris eſt, quod & ſubditi & familiares & adhærentes ſaltem largo modo appellatione ſuorum comprehendantur, *c. quicunq. & ibi gloſ. de ſentent. excom. lib. 6. c. 1. § damna. & ibi Bald. & §. Opizoni. & ibi Bal. de pace conſtant. Alex. in add. ad Bart. l. hoſtes. n. 15. ff. de capt. & poſtl. reverſ.*

Eodem modo dubii juris non eſt, quod appellatione ſuorum ſaltem abuſivè & largo modo amici contineantur, *gloſ. l. 2. C. in quib. cauſ. coloni vel cenſiti. lib. 11. Andr. Barb. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. Iaſ. l. exiſtendi, num. 6. & 16. C. de procurat. Iaſ. l. Titia. in pr. nu. 15. ff. de verb. oblig. Petr. à Plac. in Epit. del. c. 28. nu. 24. lib. 1.*

Huc accedit, quod is † vaſallus, 66 qui amicitiam, conſpirationem vel confœderationem facit cum inimicis domini feudi, vel iis quolibet modo adhæret, perinde atque ſi ipſe inimicus domini feudi effectus fuiſſet, feudo privetur, *cap. 1. & ibi Alvarott. qui teſt. ſunt neceſſ.*

de actionib. nu. 69. Capoll. conſ. 29. Aret. conſ. 80. Felin. c. ſi verò. extr. de ſentent. excommun. M. de Afflict. in conſtitut. Neapol. lib. 1. rubr. 13. nu. 20. Hipp. conſ. 4. n. 8. & 22. Caſſen. in conſuet. Burgundienſib. in tit. des juſtites. rubr. 1. §. 5. n. 11. Car. in tractat. de homicid. §. circa quartum. nu. 29. Pet. à Pla. in Epit. del. c. 28 nu. 31. lib. 1.

Cum itaq; Illuſtris Dux B. ex toto ſuo Ducatu & inter cætera etiam ex Caſtro H. à confœderatis Schmalcaldicis expulſus fuerit, ſequitur ipſi omni jure licuiſſe, & totum Ducatum, & etiam hoc Caſtrum propria auctoritate & vi recuperare.

Nec obſtat, quod vidua C. à S. eo tempore, quo præfatus Illuſt. Dux ducatu ſuo ſpoliatus fuit, præfatum Caſtrum jure pignoris ab illuſtri Duce tenuit, & ſic civilem & naturalem poſſeſſionem illius Caſtri habuit, eamq; ob cauſſam forſan prætendi poſſet, præfatum Illuſtr. Ducem per occupationem & violentam invaſionem Ducatus ſui præfato Caſtro ſpoliari non potuiſſe.

Namq; reſpondeo clari & indubitati juris eſſe, debitorem illius pignoris cujus poſſeſsionem ipſe creditori tradidit poſſeſſionem civilem, quoad illos effectus, qui dominium & acquiſitionem fructuum concernunt, nec non & ſimiles retinere, ſicut hoc expreſſè atq; in ſpecie tenet *Alex. l. 1. § per ſervum corporaliter. ff. de acquir. poſſ. Iaſ. l. 3. §. ex contrario. nu. 41. ff. eod. tit. arg. l. ſervi nomine. ff. de uſucap.* Qua poſſeſſione civili cum Illuſt. Dux per invaſionem & occupationem ſui Ducatus ſpoliatus fuerit, ſequitur ipſi permiſſum fuiſſe pro recuperatione hujus civilis poſſeſſionis Caſtrum H. propria auctoritate occupare, ſicut hoc ex iis, quæ in ſequenti argumento docebimus, clarius patebit.

45 Secundò clari juris eſt, quod ei † qui civilem poſſeſſionem alicujus rei habet, permittatur, illum qui naturalem poſſeſſionem vel detentionem illius rei quolibet modo injuſtè acquiſivit, per vim & propria auctoritate expellere, ſecundũ communem atq; receptam Dd. ſententiam, *gl. & Bart. l. 1. §. interdictum. ff. uti poſſidetis: gl. & Bart. l. 1. C. unde vi. gl. §. retinend. juſt: de interd. Bald. in ſua diſputat. incip. de vi turbativa. col. 3. Ang. l. ut vim. in fin. ff. de juſt. & jur. Angel. l. à divo pio. §. ſi poſt addictum. ff. de re judic. Innoc. c. olim. el. 2. extr. de reſtit. ſpoliat. Alex. conſ. 99. nu. 12. lib. 5. Alex. l. quemadmodum. 1. & 2. ff. de acquir. poſſeſſ. Rom. l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas. & ibi Iaſ. nu. 23. & 24. & Socin. nu. 12. ff. eod. tit.*

Cum itaq; generoſus Comes à R. injuſtè acquiſiverit detentionem Caſtri H. Tum, quia ipſe illud Caſtrum pignoris titulo acquiſivit à non dominis.

Et certi juris ſit, quod † pignus rei alienæ abſq; conſenſu veri domini conſtitui non poſſit, *l. 2. & l. quæ prædium. C. ſi rec aliena. pigno. data fuit.* Tum, quia hoc pignus fuit conſtitutum Comiti à R. à violentis poſſeſſoribus & occupatoribus ducatus B. Et certum ſit, quod omnis actus, geſtus omnisq; contractus celebratus ab invaſoribus ſive violentis poſſeſſoribus, in præjudicium veri domini non valeat, 46 *Bart. in tractat. de Tyrannia. nu. 21. arg. l. 1. C. ne quis liber invitus actum reipub. gerere cogatur. lib. 11. cap. 1. extr. de Schiſmaticis c. fundamenta, in fin. de elect. lib. 6. fa. ad quod tradit Bartolus l. 1. nu. 3. & ibi Bald. C. de ſervitut. & aqua.* Sequitur Illuſtr. Duci B. omni jure licuiſſe pro defenſione & recuperatione ſuæ civilis poſſeſſionis generoſum Comitem à R. etiam vi & propria auctoritate ex illo Caſtro expellere.

Nec obſtat, ſi † quis forſan prætenderovellet, generoſum Comitem à R. poſſeſſionem Caſtri H. juſtè & legitimè acquiſiviſſe eam ob cauſſam, quia ipſe & creditor fuit Illuſt. Ducis B. & viduæ C. à S. illud debitum, pro quo ipſi prædictum Caſtrum H. à præfato illuſtr. Duce obligatum fuit, ſolvit. 47

Cum clari juris ſit, quod creditor ſolvens alteri creditori ejusdem debitoris debitum in jus pignoris, quod ipſe creditor habuit, ſecundum legitimas ſanctiones ſuccedat, & ſic illud pignus juſtè acquirat, ſicut hoc ſuprà diximus.

Namque reſpondeo, primò illud quod dicit † creditorem ſolventem alteri creditori debitum ſuum in jus pignoris ſuccedere, ita demum procedere, niſi tacitè vel expreſſè contrarium actum vel conventum fuerit. 48

Tum quia contractus ex conventione legem accipiunt, *l. 1. §. ſi conveniat. ff. depoſiti. l. contractus & ibi Dec. & Cagn. ff. d. reg. jur.*

Tum quia pactis & conventionibus etiam legum diſpoſitioni derogari poteſt, *l. paciſci. ff. de pactis.*

Tum,

Tum, quia cuilibet permiſſum eſt re-
nunciare illis, quæ pro ſe introducta ſunt,
*l. pactum. & ibi Iaſ. ff. de pact. l. ſi judex. ff. de
minorib. l. pen. & ibi Bart. Bald. Alex. Iaſ. Dec.
& Dd. C. de pactis.* Sed in caſu noſtro pro-
ut in facti narratione præſupponitur actũ
atque conventum fuit, ut Generoſus
Comes non in locum vel jus viduæ C.
à S. ſuccederet, ſed illud Caſtrum pigno-
ris jure à confœderatis Schmalcaldicis tũ
temporis violentis occupatoribus acqui-
reret & haberet. Igitur ſequitur, in caſu no-
ſtro locũ non habere præallegatã regulã,
quæ vult, quod creditor ſolvens debitum
alteri creditori in jus pignoris ipſius ſuc-
cedat, & per conſequens ipſum Genero-
ſum Comitem nullo jure Caſtri H. poſſeſ-
ſionem acquiſiviſſe. Tum, quia illam à
vidua C à S. habere voluit. Tum quia à
confœderatis Schmalcaldicis tum tempo-
ris violentis occupatoribus Ducatus B.
illam poſſeſſionem juſtè acquirere non
potuit. Et ſic illi obſtet regula: Quod
potui nolui, quod volui adimplere ne-
quivi, juxta text. *l. multum. C. ſi quis alte-
ri vel ſibi. l. ſi gener. C. de jure dot. c. cum ſu-
per. extr. de off. deleg.*

Secundò reſpondeo, illam regulam,
49 quæ vult † creditorem ſolventem debi-
tum alteri creditori, ejusdem debitoris in
jus pignoris, quod ipſe habet, ſuccedere,
non habere locũ eo caſu, quando novatio
debiti facta fuit ab illo creditore, qui ſo-
lutionem alteri fecit. Namq; clari juris
eſt, quod novatione debiti facta obliga-
tio pignoris extinguatur, nec in ſecunda
obligatione novante repetita intelliga-
tur, *l. novatione. ff. de novationibus. l. r. C. et-
iam ob Chyrographariam pecu. l. novatione. C.
de præſumptionibus. Bart. l. aliam. ff. de novat.*

Quod absq; omni dubio etiam locum
habere debet, eo caſu, quando novatio
fit non ab eodem, ſed à diverſis. Cum ſit
clari juris, illud, quod in una eademque
perſona ſtatutum eſt, etiã in diverſis per-
ſonis obtinere, *l. ſingularia. & ibi Dd. ff. ſi
cert. petat.* præſertim in materia novatio-
nis, cum novatio debiti facilius fiat
in diverſis perſonis, quàm in una eadem-
que perſona, quare cum Comes à R.
prout mihi narratum fuit, illud debitum
quod ille viduæ C. à S. ſolvit, novaverit,
ſequitur, illam regulam quæ vult, credi-
torem ſolventem alteri creditori ejusdem
debitoris debitum in jus pignoris ipſius
ſuccedere, in caſu noſtro etiam ex hoc
capite locum non habere.

Nec obſtat id, † quod tradit *Bart. l.* 50
Arſo. nu. 6. ff. qua res pignori obligari poſſint.
ubi concludit. Novatione debiti facta
per creditorem pignus quidem extingui,
quoad primam obligationem novatam,
ſed creditorem quodammodo ſibi ipſi
ſuccedere, atq; ita tacitè in obligatione
novante pignus repeti.

Namque reſpondeo, illam ſententiam
Bart non modò jure nullo probari, ſed et-
iam textib. expreſſis refragari, qui volunt,
novatione debiti facta obligationem pi-
gnoris extingui, nec in obligatione
novante tacite & expreſſè repetitam cen-
ſeri, prout ultrà ſuperius allegata, hoc te-
net idem *Bart. ſing. 209.* Eamq; ob cau-
ſam illam ſententiam Bart. nullo modo
tenendam vel ſequendam.

Namq; clari juris eſt, quod etiam
commun. Dd. † opinio neq; in judican- 51
do, neq; in conſulendo ſequenda ſit, eo
caſu, quando illa vel legibus refragatur,
vel evidenti ratione convincitur, *l. 1. §.
ſed neq. C. de veter. jur. enucle. c. Capellanus. &
ibi Abb. extr. de feriis. Ioan. Andr. Abb. Felin. &
Dec. c. 1. extr. de conſtit. Abb. c. prudentiam. in
prin. extr. de offic. deleg. Abb. c. 3. extr. de ſenſib.
Bald. c. 1 §. judices. de pace juram. firm. Alex.
& Iaſ. l. cum prolatis. ff. de re jud. Iaſ. Auth. no-
viſſima. n. 22. C. de inoffic. teſtam. Dec. conſ. 23.
nu. 6. conſ. 259. nu. 1. & conſ. 481. nu. 12.*

Similiter dubii juris non eſt, quod
nec generaliter *Bald. l. reſpublica. C. ex quib.
cauſ. majores*, nec ulli Doctori, quantum-
vis magnæ auctoritatis ſit, credendum,
niſi dictum ſuum probet, vel lege vel ra-
tione concludenti, *Archid. c. nolite timere.
11. quaſt. 3.*

Huc accedit, quod paria ſint aliquid
fieri ſine lege, & aliquid fieri contra legẽ,
Bald. c. in geneſi. col. fin. extr. de election.

Quodq; id quod lege non cavetur in
practica non recipiatur, *Bald. c. nihil. col.
fin. extr. de elect.*

Tertiò reſpondeo, illam regulam
quæ vult † creditorem ſolventem alteri 52
creditori ejusdem debitoris debitum ſu-
um in jus pignoris ipſius ſuccedere, pro-
cedere tantum in debitore hypothecario.
Secus autem eſſe in debitore Chyrogra-
phario, ſecundũ communẽ atq; receptam
Dd. ſententiã, ſicut hoc expreſſè atq; in ſpe-
cie tenet *gl. l. cũ tibi, verbum Chyrograph. &*
ibi

*ibi Salicet. C. qui potiores in pign. habeant. Cyn.
l. 1. C. etiam ob chyrograph. pecun. Paul. de
Caſtr. l. ſi res obligata. ff. de leg. 1. Alex. in add.
ad Bald. l. nulla C. de ſolutionib. Anton. Ne-
guſant. in tract. de pignor. 3. membr. 5. part. n. 6.*

Quare cum generoſo Comiti à R. pro
ſuo credito ab Ill. Duce B. non fuerit ob-
ligatum Caſtrum H. & ſic ipſe fuerit de-
bitor Chyrographarius, quoad Caſtrum
H. non autem Hypothecarius, ſequitur,
generoſum Comitem à R. per hoc, quod
ipſe ſolvit debitum viduæ C. von der S.
non ſucceſſerit in jus pignoris ipſius vi-
duæ, etiamſi novatio, quæ tamen reverà
præſupponitur facta fuiſſe non interve-
niſſet, Et per hanc rationem communi-
ter à Dd. approbatam, confutatur etiam
doctrina *Bartoli*, de qua in præcedenti
reſponſione mentionem fecimus.

Quartò reſpondeo, poſito ſed tamen
non conceſſo, Generoſum Comitem ſuc-
ceſſiſſe in jus pignoris quod habuit vidua
C. von der S. ipſum tamen per hoc, quod
ipſe Caſtrum H. recognoverit à violentis
occupatorib. cōfœderatis nempe Schmal-
caldicis Illuſt. Ducem B. poſſeſſione ſua ci-
vili, quàm ipſe in Caſtro habuit, privaſſe,
& illam poſſeſſionem intervertiſſe, tum
quia Dd. in ſimili tradunt † vaſallum re-
53 cognoſcentem feudum ab alio quàm à ve-
ro domino, poſſeſſionem civilem feudi
vero domino intervertere, eamq; ob cau-
ſam ipſum feudum perdere, *Joan. Andr.
Hoſt. & Dd. c. eam te & ibi Abb. nu. 5. extr.
de jurejurand. Abb. conſ. 3. q. 6. lib. 2. Jacob.
de S. Georg. verbo dictis vaſ. col. 2. n. 33. Thom.
Grammat. conſ. 31. nu. 2 Hier. Gratus conſ. 51.
nu. 7. lib. 1. Sigiſm. Neapolit. conſ. 45. num. 16.*

Tum quia Dd. tradunt, ſi is qui rem
aliquam naturaliter poſſidet, conſtituerit
ſe illam rem nomine alterius poſſidere,
ipſum intervertere per hoc poſſeſſionem
illi, qui civilem poſſeſſionem iſtius rei
habet, *Jacobus Butrigar. §. ſed iſte. Inſtit.
de actionibus. Bartolus l. Celſus. col. 3. & ibi
Imol. & Dd. & inter cæteros. Franc. Balb. in
repet. col. 28. verſ. ſucceſſivè. ff. de uſucap. Bald.
l. nullo. C. de rei vend. Petr. Ferra. in for. reſponſ.
conventi. verb. præſcriptionis. col. 6. Imol. Paul.
de Caſtr. & Alex. l. interdum. §. fin. ff. de acquir.
poſſeſſ. Alex. conſ. 153. col. 2. lib. 6.*

Tum etiam per recognitionem jus in
eum, à quo recognitio fit, transfertur, *Bal.
l. ſenſualis. C. de donat. Petr. de Anchor. conſ.
310. incip. tres Domini Magnifici. col. 2. Guido
Papa. q. 172. & conſ. 177. Aymon. Cravet. conſ.
154. num. 5. lib. 1.*

Igitur ſequitur Illuſt. Duci B. licitum
atque permiſſum fuiſſe pro recuperatione
atque defenſione ſuæ civilis poſſeſſionis
vi & propria auctoritate Generoſum Co-
mitē à R. ex caſtro H. expellere, etiam po-
ſito, ſed tamen non conceſſo, ipſum Gene-
roſum Comitem alioqui juſtam poſſeſſio-
nem illius Caſtri habuiſſe.

Namque certi juris eſt, eum, qui in
ſua civili poſſeſſione quolibet modo in-
juſtè ſpoliatus fuit, vel cui civilis poſ-
ſeſſio interverſa eſt, poſſeſſorem, qui ju-
ſtam poſſeſſionem naturalem habet, pro-
pria auctoritate expellere atque ita civi-
lem ſuam poſſeſſionem recuperare poſſet.

Tertiò, principaliter hanc ſententiam
confirmat id, quod Dd. magis communi-
ter tradunt, cum † qui poſſeſſione ſua ci- 54
vili quolibet modo ſpoliatus fuit, non
tantum ſpoliatorem, ſed etiam quemlibet
alium tertium poſſeſſorem vi & propria
authoritate licitè expellere poſſe, ſicut
hoc expreſſè atque in ſpecie tenet, *gl. l. 1.
§. interdictum. ff. uti poſſidetis.*

Namq; gl. ibidem expreſſè concludit,
ſi dum ego eſſem abſens, & non retine-
bam civilem poſſeſſionem, alius intrave-
rit, ut poſſideret, clam non à me ſed ab
alio, me redeuntem illum licitè propria
auctoritate expellere. Et ſic illa gl ex-
preſſo innuit, mihi habenti civilem poſſeſ-
ſionem alicujus rei pro defenſione vel
recuperatione meæ civilis poſſeſſionis,
poſſeſſorem rei propria authoritate ex-
pellere licere, etiamſi ille poſſeſſor iſtam
rem non à me, ſed à quodā alio poſſideat,
*Et iſtam gl. ibi ſequitur Bart. idem tenet. gl. §.
de cætero. verb. licentiam damus. Authent. ut
de cætero commutationes Eccleſiaſt. rerum.* ubi
gl. expreſſè tradit, ei in quem res Eccleſi-
aſtica illicitè alienata fuit, eam rem pro-
pria auctoritate auferri poſſe.

Eandem ſententiam amplectitur *Bald.
in cap. cæterum, num. 4. extr. de judic.* ubi
Baldus concludit, ſi vaſallus feudum il-
licitè alienaverit, domino feudi permitti
illud feudū propria auctoritate recupera-
re. Quam deciſionem Bald. refert atque ſe-
quitur *Decius in conſ. 191. num. 9. verſ. 7.*

Et licet Bald. in præallegato loco non
exprimat, utrum domino permittatur feu-
dum illicitè alienatum ab ipſo vaſallo,
an verò ab eo, in quem alienatio facta
fuit, propria auctoritate recuperare, cum
tamen

tamen Bald. pro ſua ſententia citet *gloſ. in d. §. de cætero. verb. licentiam damus. auth. ut de cætero comm. Eccleſ rerum.* quæ gl. expreſsè concludit, rem illicitè alienatatam ei, in quem alienatio facta fuit, propria auctoritate auferri poſſe, dubio omni caret, Bald. in illo loco velle, quod dominus feudi feudum illicitè alienatum propria auctoritate recuperare poſſit ab illo, in quem feudi alienatio illicita facta fuit.

54 Namque clari juris eſt, quod † doctrinæ atque deciſiones Dd. ſint intelligendæ ſecundum *gloſſ. vel text. quos allegat Bartol. l. non ſolùm. §. ſi liberationis. ff. de liberat. leg.*

Ejuſdem ſententiæ eſt & *Bald. in l. certa eſt forma. num. 2. C. ut in poſſeſſionem legato.* Namq; Bald. ibidem expreſsè tradit, Eum qui alicuius rei civilem poſſeſſionem habet, pro defenſione ſive recuperatione hujus civilis poſſeſſionis non tantùm eum, qui ab ipſo cauſam habet vel ipſum ſpoliavit, ſed etiam quemlibet alium propria auctoritate expellere poſſe. Eamq; ob cauſam, ſi colonus vel inquilinus meus, quem propria auctoritate expellere potueram, rem a me conductam alteri collocaverit, vel alio titulo conceſſerit, me etiam hunc tertium poſſeſſorem propria auctoritate expellere poſſe.

Idem vult *Tiraquell. in tract. de conſtituto poſſeſſorio. 1. part. num. 60.* ubi concludit, eum, in quem per conſtitutum civilis poſſeſſio translata fuit, illum qui iſtam rem conſtituenti violenter eripuit, propria auctoritate expellere poſſe.

Eandem ſententiam confirmat id, quod Dd. communiter tradunt, jus occupandi pignus propria auctoritate & violenter competens creditori ex pacto, non tantùm contra ipſum debitorem, qui hoc pactum fecit, ſed etiam contra quemlibet alium à debitore cauſam habente exerceri poſſe, eo caſu, quo debitor per conſtitutum in creditorem transtulit, vel utramq; poſſeſſionem civilem nempe & naturalem ſimul vel civilem tantùm, *Bart. repet. l. 3. n. 21. & ibi Salic. col. 8. verſ. quæro octavò. C. de pignorib. Bald. conſ. 58. incip. quidam accuſatus. lib. 5. Imol. c. potuit. col. 13. extr. de locat. Paul. de Caſtr. conſ. 10. col. 2. lib. 1. Franc. Aret. conſ. 21. col. pen. in 3. dubio. Alex. conſ. 83. col. 2. & conſ. 185 col 2. lib. 6. Socin. conſ. 82. col. 2. lib. 3. Guido Pap. deciſ. 356. Albert. Brun. conſil. 93. col. 2. Godzadinus conſ. 28. col. 3. num. 15. & conſ. 42. col. 1. & 2. & conſ. 95. num. 8. & 9. Rain. conſ. 127. lib. 1.* Quod etiam locum habet, ſi ille tertius poſſeſſor ſit Eccleſiaſt. vel alia privilegiata perſona, *Franc. Aretin. conſ. 21.*

Quinimò Dd. magis communiter tradunt, Si debitor ſimpliciter conſtituerit pignus nomine creditori indiſtinctè permitti, illud pignus apud quemcunq; exiſtentem propria auctoritate occupare & auferre, *Bal. l. 1. C. de ſerv. pign. dato manumiſſo. Bald. l. pen. C. de pignor. act. Salic. l. 3. col. 4. verſ. ſed quid ſi ultra interveniſſet. C. de pignorib. Alex. conſ. 85. num. 2. & conſ. 185. num. 3. lib. 6. arg. l. ſi ſervus. C. quod cum eo. gloſ. l. cum creditorem. ff. de furtis.*

Pro hac ſententia confirmanda facit, quod Doctores tradunt, jus exequendi aliquid extrajudicialiter competens ratione juris realis contra tertium poſſeſſorem exerceri poſſe, *Bartol. repet. l. 3. num. 23. C. de pignoribus. Ioan. de Imol. conſ. 112. incip. in cauſa quæ vertitur. Franc Ripa. l. 1. §. ſi hæret. num. 21. ff. ad SC Trebell.*

Cum itaque jus exequendi, occupandi nempe rem aliquam propria auctoritate competens ei, qui civilem poſſeſſionem habet vel habuit, competat reſpectu juris realis poſſeſsionis nempe, quæ realis eſt, ſequitur hoc jus contra quemcunque poſſeſſorem etiam tertium exerceri poſſe.

Et ſic per prædicta ſatis liquet, Doctores magis communiter velle, jus occupandi vel ingrediendi rem aliquam propria auctoritate non tantùm contra eum, qui nos ſpoliavit, vel à nobis cauſam habet, ſed etiam contra quemcunque tertium poſſeſſorem ſive ipſe cauſam habet à ſpoliatore ſive non, exerceri poſſe.

Et hoc abſque omni dubio verum eſt, quando † tertius poſſeſſor, cui iſta res à 55
ſpoliatore vel ab alio quolibet titulo conceſſa fuit, eſt malæ fidei poſſeſſor; tunc enim ipſe abſque omni dubio propria auctoritate violenter ex illa re expelli poteſt, ſicut hoc expreſsè probat text. *in cap. olim. extr. de reſtit. ſpoliat.* Et ibi hoc ex illo textu colligit *D. Abbas num. 11.* ubi Abbas concludit, licet colonus vel quiſlibet alius rem aliquam meo nomine poſsidens, meam poſſeſsionem intervertat, ſi illam rem alteri quolibet modo tradiderit vel conceſſerit; ſi tamen is, cui hæc res tradita eſt à colono, ſciat, illam rem ad me ſpectare,

mihi permitti in continenti illam rem propria auctoritate recuperare.

Ejuſdem ſententiæ eſt & *gl. l. 1. §. neceſſario. verb. vel manu miniſtrorum. ff. ſi mulier ventris nomine.* ubi gloſ. expreſsè concludit, prædonem ſive malæ fidei poſſeſſorem indiſtinctè propria auctoritate expelli poſſe, licet ipſe non ab expellente, ſed à quodam tertio cauſam habeat.

Idem tenet *Tiraquell. in tract. de condit. poſſeſ. 3. part. limit. 21.* ubi concludit, ſi quis illam rem, quam Titius meo nomine conſtituerat poſsidere vel vivo vel mortuo Titio, injuſtè occupaverit, mihi permitti, illam rem propria auctoritate recuperarae, non tantùm in continenti, ſed etiam quandocunqoe ex intervallo, eo caſu, quo vel rei occupata, vel occupans talis eſſet, ut ab eo in continenti illam rem recuperare non potuerim.

Hanc eandem ſententiam confirmat id, quod Doctores tradunt, jus exequendi ex ſententia judicis competens, licet illud alioqui contra tertium poſſeſſorem non detur, indiſtinctè cōpetere contra tertium poſſeſſorem, quando ille eſt poſſeſſor malæ fidei, *Paulus de Caſtr. l. à divo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re jud. Franc. Rip. l. 1. §. ſi hæres, num. 52. ff. ad SC. Trebell.*

Igitur ſequitur, generoſum Comitem à R. ab Illuſtriſsimo Principe B. per H. à B. licitè propria auctoritate & violenter ex dicto caſtro H. expelli potuiſſe, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, ipſum neque ſpoliaſſe Ducem H. neque ſpoliatoribus opem vel auxilium tuliſſe, ſed poſſeſsionem caſtri controverſi, vel à violentis occupatoribus, vel ab alio adeptum fuiſſe, præſertim cum ipſe fuerit in mala fide, ſciverit nempe, hoc caſtrum non ad confœderatos Schmalcald. ſed ad Illuſt. Ducem H. ſpectare.

Nec obſtat nobis id, quod in rationi-
36 nibus dubitandi dictum fuit, † ſpoliatum tertium poſſeſſorem, qui cauſam à ſpoliatore vel à quodam alio habet, propria auctoritate expellere non poſſe.

Namque reſpondeo primò, illam ſententiam communiter reprobatam eſſe, eamque ob cauſam illam neque in judicando neque in conſulendo ſequendam.

Cum ſit certi juris, quod regulariter communis Dd. ſententia & in judicando & in conſulendo ſequenda ſit, *Abb. Felin. & Dec. cap. 1. extr. de conſtitutionibus, Bald. cap. 1. §. judices de pac. juram. firm. Bald. l. 1. arg. ill. textus. ff. de Senator. Alex. conſ. 51. lib. 5. Abb. cap. novimus. arg. ill. text. extr. de verb. ſignif. fac. text. c. de inducijs. 3. q. 3. c. prudentiam. in princ. extr. de offic. deleg. l. 1. ff. de offic. quæſtor. l. athletas. in princip. ff. de his qui notant infam.* Uſque adeò, ut is judex, qui contra communem opinionem judicet, & imperitus præſumatur, *Alex. conſ. 95. num. 6. lib. 2.* & faciat litem ſuam, atque parti læſæ ad id, quod intereſt, condemnetur, *Bartol. l. final. C. de pœna judic. qui malè judicavit. Angel. l. terminato. C. de fructib. & lit. expenſ. Abbat d. c. prudentiam. in princip. Petr. de Anchor. Clem. ne Romani. de elect. Anton. de Butr. cap. ex literis. el. 1. extr. de ſponſalibus. Felin. cap. 1. num. 54. extr. de conſtit. Iaſ. l. cum prolatis. ff. de re judic.*

Secundò reſpondeo, poſito ſe tamen non conceſſo, contrariam ſententiam veram eſſe, illam tamen tantùm procedere in bonæ fidei poſſeſſore, nec ullo modo locum habere in malæ fidei poſſeſſore, ſicut hoc ex ſupradictis liquet. Et patet etiam ex eo, quod *Bald. Alvar. & Præpoſ. in d. c. 1. §. callidis. de prohibit. feud. alien. per Frider.* expreſsè loquuntur in tertio poſſeſſore, qui eſt bonæ fidei. Et cum *Matth. de Afflict.* hoc quod tertius poſſeſſor propria auctoritate expelli nequeat, ibidem colligat ex illa doctrina *Baldi*, ſequitur illam opinionem *Matt. de Afflict.* ſecundum opinionem *Baldi*, ita intelligendam, ut tantùm habeat locum in tertio poſſeſſore bonæ fidei. Similiter hoc ſatis patet ex eo, quod Dd. pro contraria ſententia allegant, *gloſ. in d. §. neceſſariò.* quæ *gloſ.* expreſſam diſtinctionem facit inter bonæ fidei poſſeſſorem & prędonem ſive malæ fidei poſſeſſorem.

Deinde quoq; Dd. contraria ſententia nullo modo procedit eo caſu, quando tertius poſſeſſor vel per interverſionem vel alio quolibet modo privat eum, qui civilem poſſeſsionem habet civili ſua poſſeſſione. Tunc enim is tertius poſſeſſor indiſtinctè expelli poteſt, prout hoc tradit *Bartol. l. 1. §. neceſſariò. verſ. ſed ſi poneres. ff. ſi mulier ventris nomine.*

Similiter contraria ſententia non procedit eo caſu, quando in tertium fuit translata poſſeſſio tali tit. qui non ad dominium, ſed ad transferendā poſſeſsionem tantùm habilis eſt. Tunc enim tertium poſſeſſorem indiſtinctè ꝓpria auctoritate expelli poſſe, ſatis probatur per id, quod tradit *Baldus & Salicet. l. ignoti. C. de his quæ in fraud. credit.*

tredit. l. Alex. à divo Pio. ff. ſi ſuper reb. num. 12. ff. de re jud.

Cum itaq; in caſu noſtro generoſus Comes Illuſt. Ducem B. ſua civili poſſeſſione quam ipſe in caſtro H. habuit, privaverit per hoc, quòd ipſe illud caſtrum à confœderatis Schmalcaldicis tum temporis violentis occupatoribus Ducatus B. recognovit titulò pignoris, per quem titulum in accipientem non dominium ſed poſſeſſio tantùm transfertur. Sequitur contrariam doctrinam Dd. in caſu noſtro nullo modo locum habere, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo illam alioqui per ſe veram eſſe.

Quartò, principaliter hæc concluſio confirmatur ex eo, quod Dd. magis communiter tradunt, Si is, qui ab initio juſto titulo acquiſivit, detentionem vel naturalem poſſeſſionem alicujus rei aut ſolam aut cum utili dominio interverterit ei, qui civilem poſſeſſiunem habet, illam civilem poſſeſſionem ipſum ab eo, qui civilem poſſeſſionem habuit, violenter & propria auctoritate impunè expelli poſſe, ſicut hoc expreſsè tradit *Bart. l. cum fundum. ff. de vi & vi armata.* ubi concludit, colonum, qui intervertit locatori poſſeſſionē ſuam, à locatore vel ab alio nomine locatoris licitè & impunè expelli poſſe.

Idem tenet *Baldus l. ædem. lectur. 1. numer. 14. C. de locat. & conduct.* ubi inquit: Si conductor rem conductam tanquam ſuam propriam alteri vendiderit, vel alioquin conceſſerit, & ſic vero domino interverterit poſſeſſionem ſuam, ipſum propria auctoritate à vero domino expelli poſſe.

Ejuſdem ſententiæ ſunt & illi Doctores, qui tradunt, vaſallum illicitè & abſq; conſenſu domini alienantem rem feudalem & ſic intervertentem domino feudi ſuam civilem poſſeſſionem propria auctoritate à domino ex feudo expelli poſſe, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie tradit *Bald. cap. cæterum. num. 4. extr. de judic. Præpoſit. c. 1. §. fin. de pace juram. firm. Dec. conſ. 191. num. 9. verſ. 7.*

Eandem ſententiam amplectuntur & illi Dd. qui volunt, Emphyteutam, qui intervertit domino Emphyteuſis civilem ſuam poſſeſſionem Emphyteuſis, ſive qui dominum civili poſſeſſione ſpoliare nititur, propria auctoritate à domino Emphyteuſis expelli poſſe, *Imol. cap. potuit. extr. de locat. & conduct. Corn. conſ. 271. num. 2. lib. 7. Iaſ. l. 2. num. 103. verb. iſtam contrarietatem. & nu. 108. verb. non obſtat ultimum. C. de jure Emphyteu.*

Pro hac ſententia confirmanda facit id, quod ſuprà ex communi ſententia Doctorum diximus, creditorem, cui debitor civilem poſſeſſionem, quam in ipſum per conſtitutum tranſtulit, intervertit per hoc, quod ipſe pignus alteri vendit, vel illo titulo concedit, nec non & dominum feudi, & locatorem, cui vaſallus vel colonus per traditionem alteri factam poſſeſſionem ſuam intervertit, non tantùm ipſum debitorem, vaſallum vel colonum, qui poſſeſſionem intervertit, ſed etiam eum, in quem hæc alienatio facta fuit propria auctoritate expellere poſſe.

Cum itaque is, qui in jus alterius ſuccedit, cui nempe traditio rei facta fuit ab illo, qui alteri ſuam poſſeſſionem intervertit, non ſit deterioris conditionis quàm auctor ſuus fuit, *c. is qui in jus. & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6.*

Imò quoad hoc propoſitum in multis caſibus ſit melioris conditionis quàm auctor ipſius fuit, ſequitur, quòd multò magis illum, qui alteri poſſeſſionem ſuam civilem intervertit, propria auctoritate expellere liceat.

Et ſic ex prædictis liquet, communem atque receptam Doctorum ſententiam eſſe, quod eum, qui nobis civilem noſtram poſſeſſionem, quam in re aliqua habemus, intervertit, propria auctoritate etiam cum vi expellere poſſimus, etiamſi ipſe ab initio illius rei vel naturalem poſſeſſionem vel detentionem juſto titulo acquiſiverit. Item, etiamſi ipſe non nudam detentionem vel naturalem poſſeſſeſſionem, ſed etiam utile dominium vel aliud jus in illa re habuerit.

Nec obſtat, quod aliqui Doctores velint, eum, qui civilem poſſeſſionem alicujus rei habet, eum, qui eandem rem naturaliter & injuſtè poſſidet, propria auctoritate expellere non poſſe, eo caſu, quo is, qui poſſeſſionem naturalem injuſtam habet, illam poſſeſſionem ab initio juſtò titulo acquiſivit, *Franc. Aretin. l. clam. poſſi. §. qui ad nundinas. & ibi Socin. num. 12. & Iaſ. num. 24. ff. de acquir. poſſeſ.* Namque illa ſententia, ut ex prædictis patet, communiter reprobata eſt.

Deinde quoque illa ſententia non procedit

cedat iſto caſu, quando is, qui naturalem poſſeſſionem vel detentionem ab initio juſtè acquiſivit, illi, qui civilem poſſeſſionem habet, juſtam poſſeſſionem intervertit.

Cum itaque in caſu noſtro generoſus Comes à R. conatus fuerit Illuſtri Duci B. ſuam civilem poſſeſſionem, quam ipſe in caſtro H. habuit, intervertere per hoc, quod ipſe illud caſtrum à confœderatis Schmalcaldicis recognovit, ſequitur, Illuſtri Duci B. omni jure licitum atque permiſſum fuiſſe, præfatum generoſum Comitem tàm per ſe quàm per alium ex poſſeſſione dicti caſtri propria auctoritate expellere.

37 Quintò, principaliter licet † legibus cautum ſit, ſpoliatum poſſeſsionem ſuam non niſi in continenti recuperare poſſe. Hoc tamen ita demum verum eſt, ſi ſpoliatus in continenti poſſeſsionem ſuam recuperare poſsit, ſecus autem eſt, ſi ſpoliatus poſſeſsionem illius rei, qua ipſe ſpoliatus fuit, propter qualitatem vel rei occupatæ vel ſpoliatoris aut propter quamlibet aliam cauſam in continenti recuperare non potuit. Tunc enim ſecundum communem atque receptam Doctorum ſententiam ſpoliato permittitur, ſpoliatorem ex intervallo & quandocunque data occaſione propria auctoritate expellere, *Bart. l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi armata. Abbas c. olim. n. 10. extr. de reſtit. ſpoliat. Abb. c. ſignificaſti. el. 2. col. pen. ext. de hom. Abb. conſ. 100. col. 2. lib. 1. & conſ. 62. col. 4. lib. 2. Salic. l. 1. q. 2. C. unde vi. Socin. jun. conſ. 61. num. 8. lib. 3.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut ſpoliato etiam poſt decennium vel longius tempus permittatur, poſſeſsionem rei ſpoliatæ propria auctoritate & cum violentia recuperare, ſi ipſe illam rem antea oportunè recuperare non potuerit, *gl. c. jus naturale. diſtinct. 1. Bald. l. fin. C. de his qui à non domino manumittuntur. Bald. c. in literis. extr. de reſtit. ſpoliat. Bald. l. 2. C. de ſer. & aq. Felin. c. ſignificaſti. el. 2. num. 19. extr. de homic. Im. l. 1. §. qui præſens. ff. de verb. obligat. And. Siculus conſ. 41. col. 6. lib. 1. Dec. conſ. 461. nu. 19. Iaſ. l. lecta. nu. 20. ff. ſi cert. petat. Iaſ. l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. num. 36. ff. de acquir. poſſeſ. Alex. in add. ad Bart. l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi armata. Ang. Arim. in add. ad Angel. in tractat. de malef. verb. & dictum Titium. num. 20. Card. in tractat. de homicid. ſ. circa quartum. nu. 31. Tiraq. in tract. de conſtit. poſſeſ. 3. part. limit. 21. num. 11.*

Quæ ſententia etiam ex eo confirmatur, quod in materia defenſionis realis is dicatur in continenti, rem ablatam recuperare, qui illam recuperat, tunc quando ſe offert oportunitas, *Bald. l. 1. col. 2. verſ. extra quaro. C. unde vi.*

Et hoc procedit non tantùm, quando quis naturali tantùm poſſeſsione ſpoliatus fuit, ſed etiam quando quis & naturali & civili poſſeſsione ſimul privatus fuit. Namque illi ſimili modo permittitur, poſſeſsionem ſuam quandocunque data occaſione etiam ex intervallo recuperare, ſi ipſe illam poſſeſsionem in continenti recuperare non potuerit, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie tradit *Abb. c. olim. nu. 10. extr. de reſtit. ſpoliat.* Et hoc etiam eſt de mente *Imola, c. potuit. col. 25. extr. de locat. & conduct. Iaſ. l. 2. num. 103. verſ. iſtam contrarietatem. C. de jure Emphyteu.*

Namque cum Imol. & Jaſ. ibid. concludunt, domino directo Emphyteuſis permitti Emphyteutam, qui ipſi civilem ſuam poſſeſsionem intervertere nititur, ſive ipſum ſua civili poſſeſsione ſpoliare, conatur propria auctoritate expellere.

Et ad hanc ſuam ſententiam allegent *text. l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi armata.* Sequitur, illorum doctrinam eſſe intelligendam atque extendendam ſecundum illum text. cum ſit certi juris, quod doctrinæ & deciſiones Dd. ſemper ſint & intelligendæ & extendendæ ſecundum texx. quos allegant *Bart. l. non ſolùm. §. ſi liberationis. ff. de liberatio. legat.*

Et per conſequens, cum Dd. communiter concludant, verbum, In continenti, *in d. §. cum igitur.* poſitum, ita accipiendum eſſe, ut is dicatur in continenti poſſeſsionem rei ſuæ recuperaſſe, qui illam quandocunq; data occaſione etiam poſt intervallum longi temporis recuperat, omnimodò & concludendum eſt, mentem Jaſ. & Imol. eſſe, quod domino directo permittatur Emphyteutam, qui ipſum conatur civili ſua poſſeſsione privare, quandocunq; data occaſione propria auctoritate expellere etiam poſt longum tempus, ſi antea occaſio oblata non fuerit.

Cum itaque Illuſtriſs. Principi ante annum 45. nunquam fuerit oblata occaſio vel oportunitas Ducat. B. & inter cætera caſtrum H. propria auctoritate recuperare, ſequi-

ſequitur, quod ipſe anno 45. per H. à B. generoſum Comitem à R. qui ipſi civilem poſſeſſionem prius interverterat, licitè & impunè ex caſtro H. expulerit.

Sextò, principaliter pro defenſione ſive recuperatione poſſeſſionis nobis licitum
58 atq; permiſſum eſt, † amicos, vicinos nec non & alios homines congregare, atque cum illis poſſeſſionem noſtram recuperare, *Bart. l. prohibitum. num. 3. arg. ill. text. C. de jure fiſc. lib. 10. Bart. l. devotum. arg. illius text. C. de metall. lib. 12. Andr. de Iſern. c. 1. de mil. Vaſ. qui contumax. Andr. de Iſern. & M. de Afflict. c. 1. §. conventicula. de pac. jur. firm. Paul. de Caſtr. l. refectionis. ff. communia prædiorum. Angel. in tractat. de maleſic. verb. & dictus Titius ſe defendendo. col. penult. Bald. l. 1. col. antepenult. verſ. ſed nunquid guerra. C. unde vi. Corſetus in ſingul. verb. defenſio. verſ. 2. Hippolyt. ſingul. 456. Hippolyt. l. 1. notab. C. de raptoribus. virg. Iaſ. l. ut vim. numer. 30. & ibi Dec. & Dd. ff. de juſt. & jur. Boniſac. in tractat. de inſultu. col. 3. Card. in tractat. de homicid. §. circa quartum. num. 37. Petr. à Plat. in Epit. del. lib. 1. cap. 28. num. 38. Plot. repet. l. ſi quando. §. præmitto. num. 39. C. unde vi Pet. Duen. in tract. regul. reg. 191. ampliat. 3. Alex. conſ. 119. col 2. lib. 7.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut ſpoliato pro recuperatione rei ſibi ablatæ & exercitum conſcribere & ſpoliatori bellum inferre poſſit, *Iaſ. l. hoſtes. num. 9. ff. de capt. & poſtl. reverſ. Iaſ. conſ. 56. col. 2 lib. 3. Socin. jun. conſ. 68. num. 66. lib. 3.*

Ex quo ſequitur, Illuſtr. Duci B. licitum atque permiſſum fuiſſe pro recuperatione Ducatus ſui & exercitum ſive milites congregare, & tam H. à B. quam alios convocare & per illos tum caſtrum H. tum alia caſtra ſita recuperare.

59 Septimò, principaliter cuilibet † ſpoliato licitum atq; permiſſum eſt, poſſeſſionem earum rerum, quibus ipſe ſpoliatus fuit, non tantum per ſe ſed etiam per alium recuperare, *Bart. & Ang. l. cum fundum. ff. de vi & vi armata. Petr. de Bellapert. l. 1. C. unde vi. Claud. de Seſell. repet. l. ut vim. n. 124. ff. de juſt. & jur.*

Quinimò Dd. magis communiter tra-
60 dunt, † ſpoliatum non tantùm per alium poſſeſſionem illius rei, qua ipſe ſpoliatus fuit, recuperare, ſed etiam alteri illud jus cedere & in alium licitè transferre poſſe, illumq; cui hoc jus quolibet modo conceſſum fuit, tam ſpoliatorem quàm alium poſſeſſorem rei ablatæ propria auctoritate etiam violenter impunè expellere poſſe, *Bart. Ang. Imol. Rom. Paul. de Caſtr. Alex. & Iaſon. l. 1. §. uſufructuarius. ff. de oper. nov. nunciat. Bart. l. 3. in fin. & ib. Angel. C. de pignor. Bald. cap. 1. de feudo non habente propr. natur. Bald. c. 1. §. ſi quis verò. col. 1. de pac. juram. firm. Angel. l. quod in diem. §. Iulianus. ff. de petit. hæredit. Angel. l. ſi ejus. ff. ad SC. Trebellian. Paul. de Caſtr. conſ. 59. ad fin. lib. 2. Imol. & Franc. Aretin. l. ſi ita ſtipuler per te non fieri. ff. de verb. obligat. Ang. Aretin. §. actionum. col. 10. verſ. quæro an iſtud jus. Inſtit. de actionibus. Angel. §. præterea. ol. 2. col. 22. Inſtit. de except. Socin. conſ. 167. col. pen. lib. 2. Barbat. conſ. 51. lib. 1. Ruin. conſ. 47. col. 4. lib. 4. & conſ. 18. num. 4. lib. 5. Dec. conſ. 191. col. pen. conſil. 449. col. fin. verſ. 8.*

Quæ ſententia etiam ex eo confirmatur, quod Dd. tradunt, jus capiendi debitorem fugientem competens creditori, à creditore alteri cedi vel demandari poſſe, *gloſ. l. 1. verb. ab his. C. ubi quis decuriali vel cohortali. Angel. l. generali. C. de decurionibus. lib. 10. Rom. l. 1. §. fin. col. 2. verſ. & per hoc ff. de oper. nov. nunciat. Franc. Aretin. l. ſi ita ſtipuler per te, in fin. ff. de verb. oblig. Alexan. conſ. 135. col. 1. lib. 6. Iacob. de Aret. & Bened. de Plombin. l. Imperator. arg. ill. text. ff. qui ſine manumiſſ. ad libert. perveniunt.*

Deinde hanc ſententiam confirmat id, quod Dd. magis communiter tradunt, non tantum jus defendendi, ſed etiam jus vindicandi per alium explicari poſſe, *Alex. l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. num. 10. ff. ſolut. matrim. Felin. c. quæ in Eccleſiarum. extr. de conſtitutionib. Claud. de Seſell. d. repet. l. ut vim. num. 124.* Uſque adeò, ut hoc jus alteri & cedi & demandari poſſit, *Alex. l. 1. §. uſufructuarius. ff. de oper. nov. nunc. Alex. d. §. tranſgrediamur. num. 10. Salic. l. non ideò minus. col. 5. C. de accuſationib. Steph. Phedericus in tract. de legum interpretat. part. ultim. chart. 5. verſ. an liceat patri. Fel. d. c. quæ in Eccleſ. Aug. Arimin. in add. ad Angel. in tr. de malef. verb. Cheche adulterato. num. 64. Claud. de Seſell. d. repet. l. ut vim. num. 124.*

Igitur ſequitur, in caſu noſtro Illuſtrem Ducem B. H. à B. licitè & jure permittente mandare potuiſſe, ut ipſe caſtrum H. ſuo nomine recuperaret atque H. à B. obtemperantem huic mandato, illudque exequentem licitè caſtrum H. propria auctoritate occupaſſe.

Octavò, † amicis & vicinis etiam non 61

Ständen des Reichs des wiſſens zu haben/ auszuſchreiben vnnd zu verkündigen/ vnbenemen nicht verbotten/ ſondern gentzlich vorbehalten ſeyn. Es ſollen auch dieſelben Beſchedigten jhre Verwandten vnnd Helffer durch ſolch jhr beſchehen Gegenwehr/ Verfolgung vnnd Handlung/ wo die Beſchedigung vnnd Friedbruch kundt/ wahr vnnd offenbar/ oder ſich nachmals erfindet/ in kein Pœn gefallen/ nicht gefrevelt/ noch alsdann ichts verwirckt haben.

Quæ conſtitutio deinceps in Comitiis Auguſtanis anno 1548. repetita & confirmata fuit.

Et ſic liquet tam Comitem à R. quàm C. à W. pœnam fractæ pacis & banni Imperialis eo ipſo incurriſſe, quod ipſi prætatum caſtrum à confœderatis Schmalcaldicis recognoverunt. Quodque ipſi juramentum fidelitatis vel aliud confœderatis Schmalcald. præſtiterunt. Namque ſi is, qui violentos invaſores hoſpitio recipit, vel illis cibum vel potum præbet, pœnam fractæ pacis & banni Imperialis incurrat.

Sequitur, multò magis eum fractæ pacis pœnam incurrere, qui violentis occupatoribus juramentum fidelitatis vel
63 obedientiæ † præſtat, cum major ratio ſit, in hoc quàm in illo, & clari juris ſit, & crimen fractæ pacis publicum delictum eſſe, & conſtitutionem de pace tenenda publicam utilitatem reſpicere, eamque ob cauſam, illam conſtitutionem, quantumvis pœnalem, favorabilem eſſe & extendendam.

64 Namque clari juris eſt, quod † conſtitutiones pœnales publicum delictum punientes & favorabiles ſint & extendendæ, *Bart. l. quemadmodum, circa medium, C. de agricolis & cenſitis. lib. 11. Baldus l. non ſine. circa fin. C. de bonis quæ liberis. Paulus de Caſtro l. bona fidee. ff. depoſiti. Roman. conſil. 105. Ioan. de Anania cap. 2. extr. de maleſic. Alexand. & Iaſon l. cum quidam ff. de liber. & poſthum. fac. text. l. famoſi. §. penult. ff. ad leg. Iul. majeſt. l. ſi uxor. §. 1. ff. ad leg. Iul. de adulterijs. l. 2. §. exercitum. ff. de infam.*

De hoc in caſu noſtro non eſt multum laborandum, cum ipſi tam Comes quàm W. caſtrum H. à violentis occupatoribus & acceperint & recognoverint, atque in conſtitutione de pace tenenda, expreſsè cautum ſit, eum, qui quolibet modo aliqua bona recipit vel recognoſcit, à violentis invaſoribus, occupatoribus: pœnam fractæ pacis & banni Imperialis incurrit, ipſo jure incurrere.

Igitur ſequitur, H. à B. optimo jure licuiſſe, etiam abſque mandato Illuſtriſſimi Principis & caſtrum H. propria auctoritate & cum vi recuperare, & alio modo tam generoſum Comitem, quàm C. à W. tàm in bonis quàm in perſonis offendere.

Namque in conſtitutionibus de pace publica tenenda, expreſsè ſancitum eſt, offenſo atque ſuis conjunctis & auxiliatoribus permitti, etiam ante ſententiam banni latam, ſe non tantùm defendere, ſed etiam vindicare adverſus eos, qui pacem fregerunt. Item & ſuos nec non & auxiliatores & receptatores ipſorum, nec diſtinguitur, utrum illi auxiliatores vel conjuncti habeant mandatum ab offenſo an verò non.

Et certum eſt, H. à B. eum ipſe ſemper adhærentiam fecerit Illuſtri Duci B. illiq; & pecuniam ſuppeditaverit, & operas obſequiaq; præſtiterit, appellatione conjunctorum comprehendi.

Similiter dubio omni caret, † tam 65
Comiti à R. quàm C. à W. cum ipſi confœderatis Smalcaldicis adhærentiam fecerint, iisq; juramentum vel fidelitatis vel obedientiæ præſtiterint, ac ab illis caſtrum H. & receperint & recognoverint, ſaltem largo modo appellatione ſuorum comprehendi.

Namque clari juris eſt, quod & ſubditi & familiares & adhærentes ſaltem largo modo appellatione ſuorum comprehendantur, *c. quicunq. & ibi gloſ. de ſentent. excom. lib. 6. c. 1. § damna. & ibi Bald. & §. Opizoni. & ibi Bal. de pace conſtant. Alex. in add. ad Bart. l. hoſtes. n. 15. ff. de capt. & poſtl. reverſ.*

Eodem modo dubii juris non eſt, quod appellatione ſuorum ſaltem abuſivè & largo modo amici contineantur, *gloſ. l. 2. C. in quib. cauſ. coloni vel cenſiti. lib. 11. Andr. Barb. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. Iaſ. l. exiſtendi. num. 6. & 16. C. de procurat. Iaſ. l. Titia. in pr. nu. 15. ff. de verb. oblig. Petr. à Plat. in Epit. del. c. 28. nu. 24. lib. 1.*

Huc accedit, quod is † vaſallus, 66
qui amicitiam, conſpirationem vel confœderationem facit cum inimicis domini feudi, vel iis quolibet modo adhæret, perinde atque ſi ipſe inimicus domini feudi effectus fuiſſet, feudo privetur, *cap. 1. & ibi Alvarot. qui teſt. ſunt neceſſ.*

ad proban. ingratit. gloſ. 61. §. item ſi fidelis. vet. contribuerit. & ibi Iacob. de Belviſ. Bald. Præpoſ. Alvarott. & Matth. de Afflict. quibus modis feud. amitt. gloſ. c. 1. §. porrò. & ibi Andr. de Iſern. Bald. Alvarot. Præpoſ. & Matt. de Afflict. quæ fuit prima cauſa gloſ. l. 2. §. cum patronus. arg. ill. text. ff. de offic. præfecti urb. gloſ. l. liberi. & ibi Bald. Salic. & Iaſ. arg. ill. tex. C. de inoff. teſtam. Iacob. de Ardizo. in ſua ſumma ſub rubr. utrum vaſalli. amitt. feud. ſi cum inimicis domini amicitiam contraxerit. Bald. l. 1. num. 33. ff. de rer. diviſ. Bald. conſ. 250. num. 1. lib. 2. Ioan. de Ana. conſ. 7. Barbat. conſ. 21. lib. 2. Socin. conſ. 87. num. 16. lib. 3. Felin. c. repellantur. nu. 2. extr. de accuſat. Dec. conſ. 544. num. 5. conſ. 604. num. 2. & conſ. 606. num. 3. Ruin. conſ. 33 num. 1. lib. 1. Cardin. Pariſ. conſ. 1. num. 13. lib. 1. Socin. jun. conſ. 134. nu. 33. lib. 3. Alber. Brun. conſ. 124. num. 63. Thom. Grammat. conſ. 24. num. 7. Hieron. Gratus conſ. 1. nu. 81. & conſ. 51. num. 3. lib. 1. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. dictiq. vaſalli. num. 14. Curt. in tract. feud. 4. part. num. 57. Zaſ. in tractat. feud. 10. part. num. 23. Quodq; filius copulans inimicitiam cum inimicis patris perinde exhæredari poſſit, atque ſi ipſe inimicus patris effectus fuiſſet, *Bald. conſ. 112. lib. 5.*

Igitur ſequitur, quod ex generalitate conſtitutionis de pace tenenda H. à B. etiam abſque mandato Illuſtr. Principis licuerit non tantùm defenſione uti contra generoſum Comitem & C. à W. ſed etiam illos tàm in rebus quàm in perſonis offendere. Namque certum eſt, quod lex generaliter & indiſtinctè loquens, generaliter intelligenda, *l. 1. §. cum urbem. ff. de offic. Præfect. urb. l. regula. §. pen. & fin. ff. de juris & facti ignor. l. 1. ff. de legat. præſtand.* Nec à nobis diſtinguenda ſit, *l. 3. ff. de offic. præſidis. l. de precio. ff. de publ. in rem act.*

67 Eodem modo clari juris eſt, quod † conſtitutio de pace publica tenenda & publicam utilitatem reſpiciat, & pœnam publicum delictum committentibus irroget, eamq; ob cauſam illa conſtitutio & ſit favorabilis cenſenda, & ad illos caſus, qui ſaltem largè vel impropriè ſub verbis dictæ conſtitutionis comprehendi poſſunt, nec in quibus par vel major ratio militatur, extendenda ſit, ſicut hoc ſuprà docuimus, & ſatis probatur per text. *l. 2. §. exercitum. ff. de his qui notant. infam. l. famoſi. ff. ad leg. Iul. majeſtat. l. ſi uxor. §. 1. ff. ad leg. Iul. de adulter.*

Decimò, is qui civilem † poſſeſſionem alicujus rei habet, illam rem indiſtinctè occupare, & naturalem poſſeſſorem, qui iſtam rem vitioſè vel injuſtè poſſidet, expellere poteſt, eo caſu, quando is reſiſtentem non invenit, *Corn. conſ. 271. lib. 3.* 68

Huc accedit, quod mihi permittatur rem meam ab alio injuſtè poſſeſſam per fraudem, calumniam vel furtivè vel alio modo abſque vi recuperare, *l. qui vas. in pr. & ibi gloſ. ff. de furt. gloſ. l. licet. C. de exceptio. Bald. l. 1. C. unde vi. Innocent. & Ant. de Butr. c. olim. el. 1. & ibi Abb. num. 7. extr. de reſtit. ſpoliat. Flor. l. itaq; ff. ad leg. Aquil. Iaſ. l. 1. n. 7. C. de teſtamen. Felin. c. quoniam. n. 13. extr. de Simonia. Paul. de Caſtr. conſ. 399. incip. primquam. lib. 1. Alexand. conſ. 135. lib. 1. & conſ. 127. num. 8. lib. 4. Ang. de Clavaſio in ſua ſumma. verb. furtum. num. 40. Hippolyt. de Marſil. ſingul. 137. Anton. Rubius conſ. 13. col. 2. Capoll. conſ. 75. Gramm. conſ. 50. Plot. repet. l. ſi quando. §. 52. num. 8. C. unde vi.* ubi Doctores etiam in fortiorib. terminis concludunt, mihi non tantùm rem meam, ſed etiam mihi debitam, vel ſi rem meam aut mihi debitam quolibet modo commodè conſequi non poſſim, rem æquivalentem poſſeſſori injuſto, vel creditori per fraudem vel furtum me ſubtrahere poſſe.

Cum itaque H. à B. volens occupare caſtrum H. nomine atque mandato Domini Illuſtriſſimi nempe Ducis B. nullum reſiſtentem invenerit. Sed illi, qui nomine Comitis eum temporis caſtrum poſſederunt, & caſtrum & claves caſtri ultrò tradiderint H. à B. ſequitur, H. à B. etiam ex hoc capite expulſo injuſto poſſeſſore licitè propria auctoritate caſtrum H. recuperare.

Et ſic per prædictas rationes concludo, quod H. à B. de mandato Illuſtr. Ducis B. Anno 45. caſtrum H. licitè atque jure permittente propria auctoritate & occupaverit, & injuſtum poſſeſſorem ex illo expulerit.

Nec obſtant † huic veriſſimæ deciſioni, ea quæ pro parte contraria dicta ſunt. Namq; ad illa omnia facilis eſt reſponſio. Et ad primum argumentum contrarium, reſpondeo, licet illud bellum, quod ſine licentia Principis movetur, injuſtum ſit, tamen omne illud bellum, quod de licentia Principis vel generali vel ſpeciali movetur, licitum eſſe, *Socin. jun. conſ. 68. nu. 92. & 93. lib. 3.* 69

Eamq;

Eamque ob cauſam, cum illud, quod leges permittunt, & Princeps, qui leges condidit, permiſiſſe intelligatur, omne illud bellũ, quod ex pmiſſione legis geritur vel ſuſcipitur, perinde juſtum eſſe, atque ſi illud ex ſpeciali & expreſsa Principis permiſſione geſtum & ſuſceptum fuiſſet, ſicut hoc tradit Socin. in præallegat conſ.

Cum itaque Illuſtris Dux B. illud bellum, quod ipſe anno 45. pro recuperatione Ducatus ſui ſuſcepit & geſſit, ex legum atque Imperialium conſtitutionum permiſſione & ſuſceperit & geſſerit, ſequitur, illud bellum perinde licitum & juſtum fuiſſe, atque ſi illud bellum ex ſpeciali permiſſione & licentia Imperatoris ſuſceptum fuiſſet.

Ad ſecundum argumentum contrarium reſpondeo, cum caſtrum H. generoſo Comiti à R. à confœderatis Schmalcaldicis tum temporis violentis occupatoribus Ducatus B. abſque conſenſu veri Domini Illuſtris nempe Ducis B. & pignori nexum & traditum fuerit, ipſum Illuſtr. Comitem per hoc factum nullum jus pignoris in prædicto caſtro conſecutum fuiſſe. Nec etiam ipſum ſucceſſiſſe in locum & jus pignoris viduæ C. ab S. ſicut hoc ſupra docuimus. Et poſito, tamen non conceſſo, generoſum Comitem jus pignoris in dicto caſtro habuiſſe, cum tamen ipſe hoc caſtrum recognoverit à confœderatis Schmalcaldicis, & ſic quantum in ipſo fuit, civilem poſſeſsionem illius caſtri vero domino Illuſtri nempe Duci B. interverterit, Illuſtri Duci B. permiſſum fuiſſe, pro defenſione ſuæ civilis poſſeſsionis Comitem à R. etiam vi & propria auctoritate ex poſſeſsione dicti caſtri expellere, ſicut hoc ex ſuperius dictis ſatis liquet.

Ad tertium argumentum contrari-
70 um reſpondeo, licet † ſpoliatus ſpoliatorem ſuum non niſi in continenti expellere poſsit, hoc tamen verbum, *in continenti*, quoad hoc propoſitum ita accipi, ut is & intelligatur, & dicatur, alium in continenti expuliſſe, qui alium expellit, quamprimum ſibi commoditas vel occaſio expellendi datur. Ideoque eum, qui tandem poſt decennium vel longius tempus ſpoliatorem ſuum expellit, intelligi, hoc in continenti feciſſe, ſi ipſe talem occaſionem vel facultatem expellendi non habuerit. Et per conſequens, cum Illuſtris Dux B. ante annum 45. non habuerit facultatem vel commoditatem Ducatum ſuum recuperandi & violentes occupatores expellendi. Sequitur, quod ipſe anno 45. recuperans dictum caſtrum, & ex illo expellens Comitem à R. hoc in continenti feciſſe dicatur.

Ad quartum argumentum contrarium reſpondeo, veriorem atque communiorem Dd. ſententiam eſſe, † etiam ter- 71
tium poſſeſſorem, qui cauſa vel a ſpoliatore vel ab alio habet, a ſpoliato vel alio ipſi mandato propria auctoritate expelli poſſe.

Secundò reſpondeo, ea quæ in quarto argumento contrario dicta ſunt, nullo modo procedere, quando tertius poſſeſſor eſt poſſeſſor malæ fidei.

Tertiò reſpondeo, ea quæ in quarto argumento contrario dicta ſunt, non procedere, eo caſu, quando tertius poſſeſſor rem vi occupatam nomine ſpoliatoris poſſidet.

Quartò reſpondeo, ea quæ in quarto argumento contrario dicta ſunt, nullo modo locum habere, quando is tertius poſſeſſor vero domino intervertit civilem poſſeſsionem.

Quintò reſpondeo, ea quæ in quarto argumento contrario dicta ſunt, non procedere eo caſu, quando verus dominus rem vi occupatam tertio poſſeſſori non vi, ſed abſque vi aufert.

Sextò reſpondeo, quartum argumentum contrarium nullo modo procedere in eo tertio poſſeſſore, qui ſcienter quolibet titulo rem vi occupatam accipit à tali ſpoliatore, qui propter ſpolium pœnam fractæ pacis commeruit, ſicut hæ ſolutiones omnes probantur ex iis, quæ circa rationes decidendi diximus.

Cum itaque generoſus Comes à R. caſtrum H. ſibi traditum ſcienter & cum mala fide acceperit à confœderatis Schmalcaldicis, qui propter violentam occupationem Ducatus B. pœnam fractæ pacis meruerant, & illud caſtrum non nomine proprio ſed nomine confœderatorum poſſederit, atque etiam Illuſtri Duci B. ſuam civilem poſſeſſionem intervertere conatus fuerit, ſequitur, Illuſtri Duci B. licitum atque permiſſum fuiſſe tam per ſe quàm per alium generoſum Comitem ex dicto caſtro propria auctoritate expellere, & illud caſtrum recuperare, præſertim cum hæc expulſio prout narratur, abſque violentia facta fuerit.

Ad quin-

Ad quintum argumentum contrarium reſpondeo, illam regulam quæ vult,
72 injuſtum † poſſeſſorem non poſſe expelli ex poſſeſſione ſua, niſi citatione & cauſæ cognitione præcedente non procedere in ſpoliato, Is enim tàm ſpoliatorem quàm quemlibet alium vel à ſpoliatore vel ab alio cauſam habentem, in continenti etiam non præcedente citatione & cauſæ cognitione expellere poteſt, ſicut hoc ſuprà docuimus.

Ad ſextum argumentum contrarium reſpondeo, licet is, qui poſſeſſione non tantùm naturali, ſed etiam civili ſpoliatus fuit, illam poſſeſſionem non niſi in continenti recuperare poſſit, Illum tamen intelligi poſſeſſionem ſuam in continenti recuperaſſe, qui quamprimum ſibi occaſio vel commoditas offertur, poſſeſſionem ſuam recuperat.

Ad ſeptimum argumentum contra-
73 rium reſpondeo, hoc quod dicitur, † eum, qui alium ſpoliat vel per vim expellit, non excuſari, etiamſi hoc fuerit factum mandato alterius, non procedere eô caſu, quando is, cujus mandato ſpolium vel expulſio facta fuit, habuit jus vel poteſtatem alium expellendi vel ſpoliandi. Tunc enim ſicut ipſe principalis excuſatur, qui alium per ſe auctoritate propria expellit, Ita quoque & is excuſari debet, qui eundem de mandato principalis ſpoliat vel expellit, ſicut hoc in rationibus decidendi latè docuimus.

Ad octavum argumentum contrarium reſpondeo, Illam ſententiam, quæ vult,
74 † ſpoliato non permitti, ſpoliatorem etiam in continenti per alium expellere, & falſam & communiter reprobatam eſſe, Eamque ob cauſam illam ſententiam non tenendam, præſertim quoad eum ſpoliatorem, qui propter ſpolium in pœnam fractæ pacis incidit. Namque ex conſtitutione de pace tenenda, ſatis liquet, ſpoliatorem ſuum non tantùm per ſe, ſed etiam per alium propria auctoritate quandocunque oblata occaſione vel commoditate expellere poſſe, Imò etiam adhærentes & adjutores ſpoliati ſpoliatorem etiam abſque mandato ſpoliati tàm ex re vi occupata expellere, quàm aliàs lædere vel offendere poſſe.

Et ſic per prædicta ſatis liquet, quod non obſtantibus illis, quæ pro contraria ſententia adducta ſunt vel adduci poſſent, noſtra concluſio veriſſima ſit, quod H. à B. anno 45. de mandato Illuſtris Ducis B. caſtrum H. licitè & jure permittente occupaverit.

Et cum igitur pro ſexto quæratur, num Cunrado de W. licuerit, deinde Joannem de B. vi & vi armata poſſeſſione ſua dejicere, caſtrumque H. occupare. Ego exiſtimo, Cunrado de W. hoc facere nullo modo licuiſſe: ſed quod illa Cunradi de W. facta ſcripta juri communi Sacrique Romani Imperii pœnali conſtitutioni ſuper pace publica è diametro contrarientur.

Namque clari juris eſt, quod in omni-
bus † illis caſibus, in quibus offenſio atque 75
expulſio licita eſt, & defenſio atque recuperatio licita ſit, *gl. l. ut vim. & ibi Bart. nu. 3. Dec. num. 1. & 23. Claud. de Seiſel. num. 27. & num. 60. verb. quintò limita. ff. de juſt. & jur. Paul. de Caſtr. conſ. 194. incip. Viſo ſuper ſcripto puncto. Bart. l. facultas. C. de jure fiſci. lib. 10. Hippol. de Marſil. in prac. crim. §. aggrediar. num. 75. uſq; ad num. 82. Alciat. in tractat. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 3. Card. in tract. de hom. §. circa quartum. num. 80. & 82. & 83. Nel. de S. Gemiliano. in tract. bannitorum. 2. part. 1. temp. quæſt. 49. n. 49. Petr. Duen. in tr. regul. jur. 192.* In quibus locis Dd. hanc ſententiam expreſſè tradunt, & ex illa inter cætera inferunt, quod illo Bannito, qui de jure communi licitè offendi poteſt, defenſio prohibita ſit.

Et hæc ſententia etiam ex eo confirmatur, quod traditur, in omnibus illis caſibus, in quibus prima vis eſſet juſta, ſecundam ſemper juſtam eſſe, *Bal. repet. l. 1. C. unde vi. Claud. de Seiſel. rep. l. ut vim. num. 26. verſic. ſunt modo. in 2. parte ff. de juſt. & jur.*

Cum itaque, prout in quinta quæſtione docuimus, H. à B. nomine atq; mandato Illuſtr. Principis B. licitè & jure permittente & caſtrum H. occupaverit, & ex illo alios quoscunq; poſſeſſores expulerit, tum quia hæc occupatio & expulſio eſt facta defenſivè, tum quia hæc occupatio & expulſio eſt facta, & illos, qui ipſo facto pœnam banni meruerant. Sequitur, C. de W. non licuiſſe illud caſtrum propria auctoritate recuperare, & de illo H. de B. qui nomine præfati Illuſtr. Principis illud caſtrum poſſedit, expellere, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, ipſum C. de W. ante occupationem illius Caſtri ab H. à B. factam aliquam poſſeſſionem in illo caſtro

habuiſſe,

habuiſſe. Sin verò ipſe Cunradus de W. prout in narratione facti dicitur, non habuerit aliquam poſſeſſionem vel detentionem caſtri H. ante occupationem illius caſtri ab H. à B. factam abhuc minùs dubitabile eſſet, ipſi non licuiſſe illud caſtrum expulſo H. à B. propria auctoritate occupare, cum etiam violentius poſſeſſor ab alio quàm à ſpoliato vel à ſpoliato mandatum habente aut negotium ſpoliati gerentis propria auctoritate expelli nequeat, *l. 1. §. qui à me. ff. de vi & vi armata.*

Septimam quæſtionem quod attinet, exiſtimo, cum Cunradus de W. caſtrum H. contra jus commune ſcriptum, contraque Sacri Romani Imperii conſtitutionem ſuper pace publica de facto, vi ac violenter & planè prohibito modo occupaverit, quod eo ipſo omnia ſingulaq; jura, poſito cum antea ulla in caſtro H. habuiſſe, perdiderit. Nam in Sacri Rom. Imperii conſtitutione de pace publica clarè diſpoſitum eſt, quod ille, qui caſtrum, civitatem, caſtellum, propugnaculũ, villam, aulam, vel piſcinam ſive vivaria vi & armata manu contra jus occupat, per illud ipſo facto Sac. Cæſar. Majeſt. Imperiiq; Romani bannum meruerit, atq; eo ipſo omnia ſingulaq; bona ac jura ſua perdiderit.

Ad hæc, ordinant communia jura, quod ille, qui caſtrum quoddam aliavè bona, quomodo illa etiam nominari poſſent, illicita violentia occoparet, per illam occupationem omnia ſingulaq; jura, quæ in occupatis bonis habuit, perdat.

16 Namque clari juris eſt, † quod is, qui rem ab alio liquidè poſſeſſam, illicitè invadit vel occupat omne jus, quod ipſe in illa vel ad illam rem habet, amittat, juxta *l. ſi quis in tantum, & ibi gl. Bart. Bald. & Dd. C. unde vi.*

17 Nec obſtat nobis, ſi quis † forſan prætendere conſtitutionem, *l. ſi quis in tantum*, non habere locum èo caſu, quando ſpoliatus poſſeſſionem ſuam in continenti recuperat, *gl. Petr. Cyn. Alber. Bart. & Salic. l. ſi quis ad ſecundam. gl. & Bart. l. qui poſſeſſionem. ff. de vi & vi armata.*

Eamq; ob cauſam C. de W. jus ſuum, ſi quod forſan habuit in caſtro H. non amiſiſſe. cum H. à B. illud caſtrum anno 47. vi recuperaverit, atque ipſe ante hoc tempus non habuerit facultatem vel commoditatem illud caſtrum vi recuperandi, atque etiam in materia defenſionis rerum illa recuperatio intelligatur in continenti facta, quæ fit, quamprimum ſpoliatus facultatem & commoditatem recuperandi nanciſcitur.

Namque reſpondeo primò, veriorem eſſe illorum Doctorum ſententiam; qui volunt, ſpoliatorem etiam in continenti à ſpoliato iterum dejectum amittere omne jus, quod ipſe in re vi occupata habuit, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie tenet *Rainer. de foro Lybio. l. ſi quis ad ſe fundum. & ibi Bald. num. 15. ff. ad leg. Iul. de vi public. Franc. Ripa. c. ſæpè. num 71. extr. de reſtit. ſpoliat.* Et hæc ſententia evidentiſſima ratione probatur. Namque certum eſt, quod textus *l. ſi quis in tantam.* violentiam invaſionem puniat, nec diſtinguat; utrum violentus invaſor in continenti vel ex intervallo expulſus foerit, Item, utrum per illam invaſionem verus poſſeſſor civilem ſuam poſſeſſionem perdiderit, an verò non.

Igitur ſequitur, quod conſtitutio *d. l. ſi quis in tantam*, indiſtinctè locum habere debeat, ſive violentus occupator in continenti, ſive ex intervallo expulſus fuerit. Namque certum eſt, quod lex generaliter & indiſtinctè loquens, generaliter intelligenda, & à nobis diſtinguenda non ſit.

Secundò, hanc ſententiam probat id, quód & legibus expreſsè cautum & à Doctoribus communiter traditum eſt, licet conatus deliqoendi nunquam pœna civili puniatur, niſi delictum ad effectum perductum & conſumatum fuerit, etiamſi ſit conatus ad actum proximum & deſtinatum ad delictum pervenerit, *Iacob. de Raven. Petr. Cyn. & Bald. l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſc. & Cler. Bart. l. vulgaris. §. qui furti. arg. ill. text. ff. de furtis. Bald. l. ſi conſtiterit. arg. gloſ. ibid. C. fin. regun. Salic. l. is qui cum telo. & ibi Hippolyt. num. 3. C. ad leg. Cornel. de Sicar. Alex. & Dec. l. 1. §. fin. arg. illius text. ff. quod quiq; juris. Felin. c. cum acceſſiſſent. num. 30. limit. 6. extr. de conſtit. Felin. in tract. de conatu. num. 7. Matth. de Afflict. c. 1. num. 29. an ille qui interfecit fratrem domini. Hippol. l. qui falſam. nu. 22. ff. ad leg. Cornel. de falſis.*

Hoc tamen non procedere eo caſu, quando lex vel ſtatutum conatum punit; tunc enim propter conatum ſolùm delicti perpetrandi delinquentem etiam pœna civili affici, licet delictum neq; conſummatum, neque conatus effectum ſortitus fuerit.

Digitized by Google

fuerit, *l. & generaliter. §. 1. & ibi Bart. ff. de calumniatorib. l. adverſus, & ibi Bald. nu. 2. C. de furtis. l. ſi quis ſervo. C eod. tit. Clem. Paſtoralis. verb. quodq; tractaverat. & ibi Card. Flor. de ſentent. & re judic. Abb. c. tua nos, num. 6. extr. de his quæ fiunt à prælato ſine conſenſ. Capituli. Alex. in addit. ad Bart. l. utrum. & ibi Hippolyt num. 7. ff ad leg. Pompejam. de parricid. Hippol. l. qui falſam. num. 9. ff. ad leg. Cornel. de falſ. Tiraq. intr. de pœn. cauſ. 37. nu. 6.*

Igitur ſequitur per argumentum à ſimili, Quod *l. ſi quis in tantam*, violentam invaſionem puniens violenta invaſione facta indiſtinctè locum habeat, etiamſi poſt illam violentam invaſionem nullus effectus ſecutus fuerit, Item, etiamſi ille violentus invaſor poſtea in continenti dejectus fuerit.

Tertiò, hanc ſententiam confirmat textus *l. ſi quis in ſervitute. & l. qui vas. in princip. ff. de furtis.* in quibus textibus apertè diſponitur, cum is, qui rem alienam invito domino contrectat pœna civili, furti puniatur, eum, qui rem alienam invito domino contrectavit, indiſtinctè pœna furti civili puniri, licet illa contrectatio nullum alium effectum ſortita fuerit, & furi res furtiva in continenti, a domino vel ab alio ablata fuerit.

Cum itaque textus *l. ſi quis in tantam*, violentam invaſionem puniat per argumentum à ſimili ex præallegatis textibus liquet; invaſionem violentam indiſtinctè pœna illius legis affici, etiamſi illa invaſio nullum alium effectum habuerit; Item, etiamſi invaſor in continenti dejectus fuerit.

Nec obſtat huic veriſſimæ deciſioni text. *l. qui poſſeſſionem. ff. de vi & vi armata.* Nam ille textus procedit tantùm in his, quæ favorem ſpoliati reſpiciunt, Igitur ille textus in odium ſpoliati detorqueri non debet, juxta *l. quod favore, C. de legibus. l. nulla ratio. ff. eod. tit.*

Similiter non obſtat, quod delictum ceptum non conſummatum, non puniatur pœna civili. Namq; reſpondeo eo ipſo, quod quis violenter invadit rem alienam, delictum invaſionis conſummatum cenſeri, etiamſi poſt illam invaſionem nihil aliud ſecutum fuerit, ſicut ad hoc contrarium reſpondet *Baldus & Rainer. d. l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad legem Iuliam de vi publ.*

Eodem modo non refragatur noſtræ ſententiæ tex. *in l. vulgaris. §. qui furti.* Namque in caſu illius Legis ideo is, qui furti faciendi cauſa conclave intravit, pœna furti non punitur, quia in caſu illius Legis contrectatio ſecuta non fuit. Secus autem eſſet, ſi contrectatio ſecuta fuiſſet, tunc enim ipſe pœna furti indiſtinctè afficeretur, etiamſi illi res furtiva in continenti erepta fuiſſet, ſicut hoc ſatis patet ex text, *l. ſi quis in ſervitute, & l. qui vas. in princ. ff. de furtis.*

Et ſic liquet, illum textum non modò non probare contrariam ſententiam Doctorum, ſed noſtram opinionem apertè ſtabilire.

Quare cum ſententia illorum Doctorum qui volunt, pœnam *l. ſi quis in tantam*, indiſtinctè locum habere, etiamſi violentus invaſor in continenti dejectus fuerit, nullis firmis rationibus nitatur, & contraria ſententia non modò nulla firma ratione probetur, ſed multis firmis argumentis refutetur, ſequitur, contrariam ſententiam nullo modo neque in judicando neque in conſulendo ſequendam eſſe. Cum etiam communis Doctorum ſententia, quæ vel rationibus nullis probatur, vel evidentibus argumentis communiter neque in judicando neque in conſulendo ſequenda ſit, ſicut hoc ſuprà docuimus.

Et hoc potiſſimùm debet habere locum in caſu noſtro, in quo Cunradus de W. ab H. à B. poſt annum cum dimidio tandem dejectus fuit. Et licet is, qui ſpoliatorem poſt duos vel plures annos dejicit vel expellit, illam dejectionem ſive expulſionem in continenti feciſſe intelligatur, ſi ipſi antea non fuerit oblata facultas vel commoditas expellendi, tamen hoc tantùm procedit in favorem ſpoliati, nec in odium illius detorqueri debet.

Præterea † poſito, ſed tamen non 78 conceſſo, pœnam *l. ſi quis in tantam*, non habere locum illo caſu, quo ſpoliator ſive invaſor in continenti rurſus dejectus vel ſpoliatus fuit. Tamen illo caſu abſq; omni dubio debet habere locum pœna fractæ pacis, ſicut hoc ſatis liquet ex conſtitutionibus de pace publica tenenda.

Et probatur etiam ex eo, quod delictum illius, qui contra conſtitutionem de pace publica tenenda delinquit, ſit atrociſſimum delictum, & pœna illius

delicti,

delicti, non tantùm ſit civilis, ſed etiam criminalis.

Ideoque ſuccedit regula, quæ vult,
79 in † delictis atrociſſimis puniri conatum, licet ille conatus effectum non habuerit, præſertim ſi agatur de pœna criminali, *l. ſi quis non dicam rapere. & ibi Bald. & Dd. C. de Epiſcop. & Cler. l. ſi qui cùm telo. & ibi Hippolyt. C. ad leg. Cornel. de Sicar. l. 1. & l. utrum. & ibi Hippolyt. ff. ad leg. Pomp. de par. l. divus. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. Felin. cap. 1. extr. de præſumpt. Felin. in tractat. de conatu. Andr. de Iſern. Iacob. de Belviſ. Alvarott. & Præpoſ. c. 1. §. ſi voluerit. de Capit. qui curiam vendidit. & Præpoſ. c. 2. §. porrò. & ibi Matth. de Afflict, quæ fuit prima cauſa.*

Deinde quoque non obſtat noſtræ
80 ſententiæ, quod † defenſio etiam injuſta, non dicatur propriè maleficium, *Præpoſ. cap. 1. in princip. num. 3. hic finitur lex. Hippol. in pract. criminal. §. aggredior. num. 82.* Quodque inde inferri poſſit, pœnam *l. ſi quis in tantam*, non habere locum in caſu noſtro, in quo factum Cuntrad. de W. ſaltem impropriè defenſio dici poſſit.

Cum † ſecundum quorundam Docto-
81 rum ſententiam pœna *l. ſi quis in tantam*, nõ habeat locum, niſi in illo, qui dolo malo rem ab alio poſſeſſam, violenter occupat, ideoque quælibet cauſa etiam injuſta a pœna hujus legis excuſat, *Socin. jun. conſil. 18. num. 7. lib. 2. argum. l. igitur. §. 1. ff. de liberali cauſa. l. ſed etſi. §. ſcire. ff. de petit. hæred.*

Namque reſpondeo, in caſu noſto factum Cuntrad. à W. neque juſtam neque injuſtam defenſionem, ſed penitùs factum violentum & prohibitum eſſe.

82 Secundò reſpondeo, † defenſionem injuſtam ita demum appellatione maleficiĩ propriè nõ contineri, quando illa defenſio non eſt conjuncta cum violentia, ſicut hoc ſatis patet ex text. *l. 1. ff. de bonis eorum. qui ante ſentent. mortem ſibi conſciver.* Qui textus tantùm loquitur eo caſu, quando defenſio juſta abſque violentia facta fuit. Quare cum illum textum *Præpoſit.* cujus hæc doctrina originaliter fuit, pro ſua ſententia confirmanda alleget, ſequitur, doctrinam *Præpoſit.* ſecundum illum textum intelligendam & ita accipiendam eſſe, in tantum habeat locum in illa defenſione, quæ abſque violentia fit, Secus autem eſt in illa defenſione injuſta, quæ cum violentia conjuncta eſt, namque illa & maleficium propriè dicitur & pœna ordinaria maleficii ſive delicti plectitur, ſicut hoc ſatis patet ex *l. 1. & tot. tit. ff. de effractoribus.* ubi is, qui pro defenſione vitæ ſuæ injuſtè carceres effregit atque aufugit, & propriè maleficium committere intelligitur, & pœna ordinaria afficitur.

Idem etiam probatur per hoc, quod Doctor. citati circa deciſionem ſextæ quæſtionis communiter concludunt, eum, qui adverſus violentiam juſtam ſe defendendo alium lædit vel offendit, pœna ordinaria puniendum eſſe.

Cum itaque hic actus, de quo in caſu noſtro agitur, cum violentia conjunctus ſit, ſequitur, illum actum pœna ordinaria afficiendum, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, illum actum defenſionem juſtam dici poſſe.

Tertiò reſpondeo; cauſam † inju- 83
ſtam non excuſare neque à pœna neque à dolo in illo actu, qui cum violentia conjunctus eſt; *Socin. junior conſil. 18. num. 33. lib. 2.* Ideoque receptum eſſe, non quamlibet cauſam, ſed juſtam tantùm à pœna *l. ſi quis in tantam*, excuſare, *Bald. l. ſi quis in tantam. num. 8. C. unde vi.*

Quinimò multi Doctores tradidere quoad pœnam *l. ſi quis in tantam*, non requiri dolum invaſoris, ſed violentiam ſufficere; Idque communiter approbatum aſſerunt, *Corn. conſil. 207. num. 109. Socin. junior conſil. 18. num. 34. lib. 2.*

Quare cum in noſtro caſu C. de W. violenter occuparit caſtrum H. atque ipſe nullam cauſam ſufficientem vel relevantem ad hoc faciendum habuerit. Sequitur, ipſum pœnam fractæ pacis & Conſtitutionis *l. ſi quis in tantam*, incidiſſe,

Deinde quoque non obſtat huic noſtræ deciſioni, quod ſecundum diſpoſi-
tionem † juris Saxonici violento invaſori 84
alia pœna ſit irrogata, quàm pœna amiſſionis juris, quod violentus invaſor in re violenta occupata habuit, *art. 43. & art. 47. Landrecht. lib. 3.*

Eamque ob cauſam dici debeat, per hanc diſpoſitionem juris Saxonici ſublatam eſſe diſpoſitionem, *l. ſi quis in tantam*, in illis locis, in quibus juris Saxonici diſpoſitio viget, cum multi Doctores

tradiderunt, per pœnam impoſitam à Statuto intelligi, & jus commune correctum, & pœnam juris communis ſublatam, *Baldus l. data opera. col. 6. C. qui accuſare poſſunt, Bald. l. 2. in fin. C. de rebus credit Baldus & Salicœtus l. qui ſepulchra. in fin. C. de ſepulchr. violato. Angel. §. final. authent. de ſanctiſs. Epiſcop. Angel. Aretin. §. quadrupli. col. 8. Inſtit. de actio Alber. de Roſat. in 1. part. ſtatutor. quæſt. 8. Paulus de Caſtro l. 1. §. dixerat aliquis. ff. de Publican. Corn. conſil. 114. lib. 2. Dec. cap. de cauſis. num. 14. extr. de offic. delegat.* Et per cunſequens videatur dicendum, cum illud factum, de quo in caſu noſtru agitur, in Ducatu B. in quo jus Saxonicum ſervatur, contigerit, pœnam *l. ſi quis in tantam*, in caſu noſtro locum non habere.

Namque reſpondeo, multos Doctores tradere, per pœnam ſtatutariam in dubio non intelligi receſſum à pœna juris communis, *Bartolus l. 1. ff. vi bono. rapto. Bald. l. in eum. C. de furtis. Roman. conſil. 117. Cæpol. conſil. 14. Cuman. conſil. 154. Angel. in tractat. de maleſic. verb. & caput à ſpatulis. & ibi Aug. Arimin. in addit. Petr. de Anchor. cap. 1. extr. de conſtit. Felin. cap. de cauſis. numer. 9. verſic. in gloſ. ibi quid ſi diverſæ ſunt pœnæ. extr. de offic. deleg.* Eamque ob cauſam per pœnam juris Saxonici irrogatam violentis invaſoribus non intelligi ſublatam pœnam juris communis, *l. ſi quis in tantam*, ſicut hoc expreſſè atque in ſpecie tradit *gloſ. art.* 43. Landrecht. *lib* 3.

Et poſito, ſed tamen non conceſſo pœnam *l. ſi quis in tantam*, in terris Saxonicis locum non habere, attamen dubio omni caret, pœnam fractæ pacis novellis Conſtitutionibus Imperialibus ſancitam, abſque omni dubio etiam in illis locis, in quibus jus Saxonicum viget, locum habere, cum illæ novellæ Conſtitutiones habeant expreſſam clauſulam derogatoriam ad omnia Statuta, privilegia atq; conſuetudines contrarias, ſicut ex tenore illarum novellarum Conſtitutionum liquet.

Et ſic per prædicta concludo, C de W. per hanc violentam occupationem caſtri H. amiſiſſe omne jus ſuum, ſi quod forſan in illo caſtro habuit.

Vnnd weil C. von W. den gemeinen beſchriebenen Rechten / vnnd des heiligen Römiſchen Reichs Landfrieden zu wider H. von B. das Haus H. erſtiegen vnnd eingenommen / vnd hierdurch in des heiligen Römiſchen Reichs Acht mit der That gefallen / auch ſich ſeines Leibs vnnd Gutes verluſtig gemacht hat. So iſt es auff die achte Frage zu antworten / vngezweiffeltes Rechtes / daß H. von B. gut Fug vnd Recht gehabt / berürtes Haus Anno 48. mit Gewalt wiederumb einzunemen / Inſonderheit weil H. von B. daſſelbige aus Römiſcher Keyſerl. Majeſtet / Vergünſtigung / vnnd Hertzogen H. als des Lehenherrn Befehlich fuegenommen wider C. von W. welcher bereit damals als ein Landfriedbrecher in des heiligen Römiſchen Reichs Acht ſol erklaret vnd ausgeruffen geweſt ſeyn.

Namque cum C. de W. illicitè & jure non permittente H. a B. expulerit ex caſtru H. dubio omni caret, H. a B. optimò jure potuiſſe C. de W. viciſſim ex poſſeſſione dicti caſtri propria auctoritate expellere, cum ſpoliato ſpoliatorem viciſſim ſpoliare, omnia jura permittant, *l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi armata.* cum ſimilib. allegatis ſuprà circa reſolutionem quintæ quæſtionis.

Deindequoq; in † Conſtitut. de pace 85
publ. tenend. expreſſe cautum eſt, quod illi qui declaratus vel pronunciatus fuit, quod inciderit in pœnam fractæ pacis, impunè à quolibet tàm in perſona quam in bonis lædi & offendi poſſit. Si itaq; C. de W. prout in narratione facti præſupponitur, fuerit pronunciatus & declaratus ipſum inc idiſſe pœnam fractæ pacis, ſequitur, ipſum etiam ex hoc capite ab H. à B. ex poſſeſſione dicti caſtri H. licitè expulſum, & ultra hoc in bonis & perſona læſum. Quinimò etiamſi C. de W. non fuiſſet pronunciatus vel declaratus, quod inciderit in pœnam fractæ pacis, cum tamen ipſe Conſtitutiones de pace publ. tenenda multifariam transgreſſus ſit, tum quia ipſe caſtrum H. à confœderatis Schmalcaldicis ſaltem immediatè recepit, Tum quia ipſe H. à B. propria auctoritate ex poſſeſſione dicti caſtri violenter expulit. Tum quia in narratione caſus dicitur eum confœderatis Schmalcaldicis Anno 46. & 47. opem & auxilium tuliſſe, Ego credo Joan. à B. qui ab ipſo offenſus fuit, tàm nomine ſuo quàm nomine Illuſtriſſimi Principis B. qui ſimiliter tàm ab ipſo quam a Comite offenſus fuit, permiſſum fuiſſe caſtrum H. propria auctoritate occupare, &c.

& Cunradum à W. tàm in perſona quàm in bonis lædere, cum in Conſtitutione de pace publica tenenda expreſsè cautum ſit, læſo ſive offenſo, item etiam adhærentibus & auxiliantibus læſi & offenſi permitti illos, item vel adhærentes & auxiliantes & receptatores illorum, qui contra Conſtitutionem de pace publica tenenda, ipſis violentiam intulerunt, non tantùm in continenti, ſed etiam quandocunque data occaſione ex intervallo lædere vel offendere.

Et cum tàm ſecundum juris communis quam ſecundum novellarum Conſtitutionum permiſſionem H. à B. licitum fuerit caſtrum H. propria auctoritate etiam violenter occupare, præſertim cum ad hoc acceſſerit juſſus & mandatum Illuſtriſſimi Principis B. ſupervacuum fuit ad hoc licentiam Imperatoriæ Majeſtatis requirere, cum ſuperfluum ſit, hoc precibus poſtulare, quod jam à lege permiſſum eſt, *l. 3. C. de Epiſcop. audien. l. quæ ſub cond. §. final. ff. de conditionibus inſtitutionum. l. 1. C. de theſauris lib. 10.* Eamque ob cauſam videtur ſupervacuum de hac licentia Imperatoris diſputare.

Illud tamen obiter admonere non
86 inutile duxi, † eum, cui Imperator permiſit poſſeſſionem aliquam propria auctoritate & non ſervato juris ordine occupare, poſſeſſionem illius rei licitè & impunè propria auctoritate & non ſervato juris ordine occupare poſſe ſecundum multorum Doctorum ſententiam, *gloſ. l. meminerint. verb. vulgato. C. unde vi: Abbas cap. 1. extr. de cauſ. poſſeſ. & proprietat.*

Et hoc abſque omni dubio proce-
87 dit, Quando † reſcripto vel mandato Principis permittentis alicui rem ab alio poſſeſſam, propria auctoritate occupare, eſt inſerta clauſula Ex certa ſcientia, vel Ex plenitudine poteſtatis. Tunc enim omni dubio carere videtur, illum, cui hoc permiſſum fuit, licitè & impunè propria illam rem ab alio poſſeſſam expulſo poſſeſſore occupare.

88 Namque contra illud, quod † Princeps ex plenitudine poteſtatis facit, nihil opponi poteſt, & Principi procedenti ex plenitudine poteſtatis dici non poteſt, Cur ita facis, *Speculat. §. nunc oſtendendum. verſic. 89. tit. de legat. Bald. in procem. feudor. 11. col. Bald. in proœm. decretal. 3. col. Alexand. conſil. 3. col. 2. lib. 6. Iaſon l. reſcript. num. 2. C. de precibus Imperat. offerendis. Decius conſil. 162. Albert. Brun. conſil. 1. col. 5. Socin. jun. conſ. 68. num. 14.*

Huc accedit, quod plenitudini poteſtatis nihil reſiſtat, *Baldus cap 1. col. penult. extr. de conſtitut.* Quodque nemo audiri debeat contra illud, quod facit Princeps ex certa ſcientia vel ex plenitudine poteſtatis, imò debeat repelli, & ei perpetuum ſilentium imponi, *Bald. c. 1. §. ſi quis autem. in princ. de pac. conſtant.*

His adde, quod Papa & Princeps ex certa ſcientia ſupra jus, contra jus & extra jus omnia poſſit, Ideoque ſacrilegium ſit, de ipſius poteſtate diſputare, *Baldus cap. cum ſuper. col. 1. extr. de cauſ. prop. & poſſeſ.* Quodque cum Princeps ſit cauſa cauſarum, de ejus poteſtate inquiri non debeat, cum primæ cauſæ nulla ſit cauſa, & id, quod primum eſt, nihil ante ſe habeat, *Bald cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. col. penult. extr. ut lite pendent.*

Pro hac ſententia confirmanda facit, quod Princeps de plenitudine poteſtatis poſſit procedere parte non citata, *Hoſtienſ. Ioan. Andr. Anton. de Butr. & Imol. cap. ad noſtram. col. penult. extr. de Procuratoribus.* Quodque Principi permiſſum ſit, alteri rem ſuam vel jus ſuum de plenitudine poteſtatis etiam ſine cauſa auferre, *Baldus l. reſcripta. col ult. verſ. tertiò quæritur. C. de precib. Imperat. offerendis. Baldus l. 2. col. 3. C. de ſerv & aqu. Bald. & Ang. l. 2. C. de quadrien. præſcript. Angel. l. item ſi verberatum. §. 1. ff. de rei vendic. Ang. l. 3. §. ſi is pro quo ff. quod quiſq; juris. Angel. l. Antiochenſium. ff. de privil. creditor. Barb. conſ. 64 pen col. lib. 4. Dec. conſ. 191. col. 2. & conſ. 198. col. 2 Alex. conſ. 2. conſ. 2. 101. col. 1. lib. 1. Iaſon l. final. num. 3 ff. ſi contra jus vel utilit. publ. Hippol. de Marſil. l. de unoquoq; num. 18. 19. & 20. ff. de re judic.*

Cum itaque illi reſcripto, in quo Imperator Carolus H. à B. permiſit, per ſe vel per alium auctoritate propria violenter vel alio modo caſtrum H. recuperare, ſit inſerta clauſula, Et ex certa ſcientia, Et de plenitudine poteſtatis, ſequitur H. à B. vigore illius reſcripti licitum atque permiſſum fuiſſe caſtrum H. propria auctoritate etiam cum violentia occupare, etiamſi non eſſemus in tali caſu, in quo H. à B. de jure communi vel per Conſtitutio-

nes de pace publica tenenda permiſſum fuiſſet.

Et ſic per prædicta concludo, occupationem caſtri H. factam ab H. à B. Anno 47. licitam & legitimam fuiſſe.

Nonam quæſtiunem quod attinet, cum Joannes de B. occaſionem non habuerit, caſtrum H. ſtatim in flagranti & ſtâte pede rurſus occupare, ſed primum illo tempore, cum Illuſtr. Dux B. è captivitate ſeu cuſtodia S. Ill. Celſ. dimiſſus, & a Cæſar. Maj. in paternum Ducat. reſtitutus, àque Cæſ. Maj. S. Ill. Celſ. conceſſum fuit Cel. S. ademptum Ducatum rurſus occupare & recuperare: & jam oceaſionem cœpit, caſtrum H. occupandi: Clari jam eſt juris, J. de B. benè potuiſſe caſtrum H. prima occaſione poſt intervallum propria vi recuperare: præcipuè cum ille J. de B. ſemper omniq; tempore animum recuperandi habuerit.

89 Clari enim & indubitati juris eſt, quod ſpoliato † permittatur, ſpoliatorem non tantùm in continenti, ſed etiam ex intervallo poſt longum tempus propria auctoritate expellere vel dejicere, eo caſu, quo ſpoliato antea non fuit oblata occaſio vel facultas ſpoliatorem ſuum expellendi vel dejiciendi, ſicut hoc ſatis patet ex illis, quæ circa deciſionem quintæ quæſt. diximus.

Et confirmatur etiam per Conſtitutionem novellam de pace publica tenenda, in qua expreſſè cavetur, quod læſo vel offenſo, nec non & adhærentib. vel adjutoribus ipſius permittatur, illos, qui per ſpolium vel violentiam in pœnam fractæ pacis inciderunt, nec non & adhærentes auxiliatores & receptatores ipſorum non ſolùm in continenti, ſed etiam poſtea ex intervallo, quando ipſi hoc commodè facere poſſunt, expellere, & ipſos tàm in bonis quàm in perſonis offendere.

90 Ad decimam quæſtio. reſpondeo, me † exiſtimare Sac. Cæſ. Maj. ſalvum conductum ac reſcriptum, quod poſt recuperationem caſtri H. amici C. de W. apud Sacr. Cæſ. Maj. impetrarunt, J. de B. ipſiusq; heredib. nullo modo obeſſe neq; W. defendere poſſe: præcipuè quantum ad occupationem caſtri H. itemq; vulnerationem ac captivitatem W. atq; illud, quod J. de B. omnia ſingulaq;, quæ in caſtro & in territorio iſtius caſtri H. in pecunia, frumento, jumentis, aliisq; bonis mobilibus ad W. pertinentem reperta fuerunt, concernunt, quæ omnia priuſquam dictum reſcriptum, ſalvumq; conductum impetrarunt, facta fuerunt: Et quod ulterius eſt, exiſtimo, quod ſi C. de W. etiam eo tempore cum J. de B. caſtrum H. occupavit, ipſumq; C. de W. cépit, Cæſareum conductum ſub forma communi habuerit, quod tamen ſalvus ille conductus Cunrado de W. parum profuiſſe, Joanniq; de B. ipſiusq; hæredibus obeſſe potuerit.

Quæ ſententia primò confirmatur ex eo, quod in Conſtitutionib. novellis Imperii expreſsè ſancitum eſt, iis, qui propter fractam pacem pœnam banni Imperialis meruerunt, nullam ſecuritatem, nullumq; ſalvum conductum abſq; conſenſu læſi vel offenſi concedi poſſe, & ſi ſecuritas vel ſalvus conductus contra hoc illi, qui pœnam banni propter fractam pacem meruit, conceſſus fuerit, tam ſecuritatem quàm ſalvum cõductum ipſo jure nullum eſſe, nec ei, qui contra Conſtitutionem de pace publica tenenda deliquit, quicquam patrocinari, ſicut hoc ſatis liquet ex Conſtitutione de pace publica tenenda, facta Auguſtæ Anno 1500. ſub Rubric. Die Friedbrecher ſollen kein Geleit haben noch gegeben / ubi hæc verba reperiuntur: Item / Als auch in gedachtem vnſerm Landfrieden begrieſſen vnd verſehen iſt / daß wir in aller Tröſtung / Sicherheiten / Vorworten vnd Geleiden / von wem die gegeben werden / ſolch Friedbruch wollen ausgenommen / vnnd darin nicht begrieſſen haben / Declariren, ſetzen / ordenen vnd wollen wir / daß alle Churfürſten / Fürſten vnd Stände des Reichs / in allen vnnd jeglichen jhren Tröſtungen / Sicherheiten / Vorworten vnnd Geleidten / erklerete Echter / auch denunciirt vnnd verkundet / Fridbrecher mit nemlichen vnnd ausgedruckten Worten ausnemen vnd ausſchlieſſen / dieſelben auch ſolcher Tröſtung / Sicherheit / Vorwort oder Geleids ſich nicht gebrauchen / frewen noch des genieſſen oder empfenglich ſeyn ſollen / noch mögen in kein weg ausgeſcheiden / ſo ſie zu Entſchüldigung / wie ob ſtehet / oder zu gütlicher Handlung oder Theitigung ſolcher Sachen halben mit Verwilligung des Widertheils beſchrieben vnd erfordert werden / Solt jhnen durch die / ſo ſie jhn anzeigen wollen / beſchreiben / oder erfordern / Geleite vnnd Sicherheit nothtürfftiglich zugeſchrieben werden mögen / vnd ſie auch deſſelben in ſolchen Sachen empfenglich vnd fehig ſeyn / vnd

vnnd des in allermaſſen mögen genieſſen / als weren ſie nicht erkleret oder denunciiret.

Ex qua conſtitutione ſatis liquet, quod illi, qui contra conſtitutionem de pace publica tenenda deliquerunt, ſe etiam illa ſecuritate vel ſalvo conductu, quem ab Imperatore acceperunt, juvare vel tueri non poſſint, ſicut hoc ſatis probatur per Rubric. illius conſtitutionis.

Namque cum in Rubric. illius conſtitutionis generaliter & indefinitè dica-
91 tur, † Die Friedbrecher ſollen kein Geleid haben / nec diſtinguatur inter ſecuritatem conceſſam ab Imperatore vel ab alio, ſequitur, illam Rubricam ita intelligendam, quod illis, qui contra conſtitutionem de pace publica tenenda deliquerunt, nec ab Imperatore quidem ſecuritas concedi debeat, & ſi contra hoc ipſis ab Imperatore ſecuritas conceſſa fuerit, quod ipſi ſe hac ſecuritate juvare vel tueri non poſſint.

Namque certum eſt, quod L. vel Rubric. L. generaliter loquens generaliter intelligenda, nec à nobis diſtinguenda ſit, *l. de precio. ff. de publ. in rem act. l. 1. ff. de legat. præſtand.*

Huc accedit, quod ſub verbis generalibus omnia comprehendantur, *l. Julianus. ff. de legat. 3. l. à procuratore. C. mandati. cap. 2. extr. de obſervat. jejunij. Roman. conſ. 44.* etiamſi major ratio ſit in uno quàm in alio, *l. 1. §. quod autem. ff. de aleatoribus & luſu aleæ. Sicin. conſ. 2. §. ex his. argum. illius text. ff de verborum obligationib. Dec. in Rubr. col. 7. verſ. & ex his infertur. extr. de judic. Dec. conſ. 5. col. 1. conſ. 20. col. 2. conſ. 29. col. 2. conſ. 48. col. 2. & conſ. 61. col. 1. Godzadin. conſ. 35. num. 6.*

Quodque tantùm operetur generalis diſpoſitio quoad quamlibet ſuam ſpeciem, quantum ſpecialis diſpoſitio quoad ſpeciem in illa diſpoſitione expreſſam, *l. Gallus. § inſtituens. & ibi Bald. & Alexand ff. de liber. & poſthum. l. ſi duo. & ibi Bartol. ff. de adminiſt tutorum. l. ſi chorus. ff de legat. 3. l. omnes & ibi Bald. & Ang. C. de præſcript. 30. annorum.*

Et hoc uſque adeo verum eſt, ut procedat etiam in diſpoſitionibus odioſis, *Angel. l. final. col. final. verſic. tertiò quæritur. ff. de conſtit. Princip. Anton. de Butr. cap. olim. extra de verborum ſignificatio. Decius cap. 1. eod. tit. 1. col. 2. extr. de conſtitut. Decius conſil. 5. circa fin.*

Item etiam in diſpoſitionibus ſimul odioſis & pœnalibus. Namque & illæ quoque, ſi generales fuerint, generaliter & indiſtinctè accipi debent, ut comprehendant omnes caſus ſub illa generalitate comprehenſos, *gloſ. cap. contra Chriſtianos. verb. præcedenti de hæreticis. lib. 6. Godzadinus conſil. 19. num. 17. conſil. 51. num. 24. & conſ. 103. num. 9.*

Deinde hoc etiam locum habet in conſtitutionibus & diſpoſitionibus juris communis correctoriis, *Imol. l. ſi verò. §. de viro. col. 2. ff. ſolut. matrim. Alex. authent. ex teſtamento. col. 3. verſ. ſolùm reſtat. C. de collationibus. Hieron. Gratus conſ. 57. col. 2. & conſ. 95. num. 14. lib. 1.*

Præterea hoc uſque adeò verum eſt, ut verba generalia ſive conſtitutiones generales etiam perſonas & cauſas privilegiatas comprehendant, *l. in fraudem. §. fin. & ibi Bald. ff. de teſtamento militar. Bartol. l. omnes populi. ante fin. verſ item nota quod generale ſtatutum. ff. de juſt. & jur. Decius l. 1. col. 2. l. nemo poteſt. in princip. & l. quo tutela. §. 1. ff. de reg. jur. Dec. conſ. 48. col. 2. conſ. 61. col. 1. conſ. 131. col. 3. col. 301. conſ. 531. col. 1. & 536. col. 2. Franc. Ripa l. 1. num. 60. ff. ſolut. matrim. Franc. Ripa l. 1. num. 60. ff. de vulg. & pupill. Godzad. conſ. 97. num. 7.*

Igitur ſequitur, Rubricam prædictam generaliter interpretandam & ita accipiendam eſſe, ut licet Imperator alioquin in multis privilegiatus ſit, illa tamen Rubrica etiam Imperatorem ſive ſalvum conductum ab Imperatore conceſſum comprehendat, præſertim cum illa conſtitutio prohibens ſalvum conductum ſive ſecuritatem concedi illis, qui contra pacem publicam deliquerint, & publicam utilitatem reſpiciat, & favorabilis ſit, ſicut hoc in præcedentibus diximus.

Nec obſtat, † quod illæ ſint verba 92
Rubricæ, quodque forſan prætendi poſſit ex Rubricis argumentari non licere, etiamſi illæ Rubricæ orationem præfectam contineant, ſicut hoc expreſsè tradit *Dec. in proœm. decret. Decius Rubric. ff. quod quisque juris. Decius Rubric. ff. ſi certum petat.*

Namque reſpondeo, veriorem atque communem illorum Doctorum ſententiam eſſe, quodque Rubricæ ſive tituli Legum, Conſtitutionum vel Statutorum continentes orationem perfectam, perinde

ad decidendas cauſas allegari poſſint, ſicut ipſæ Leges, Conſtitutiones vel Statuta ad decidendas cauſas allegari poſſunt, *Abbas in proœmio decretal. verb. Rex pacificus. Alex. Rubric. ff: de offic ejus cui mandat. eſt juriſdict. Alexand. & Iaſon l. 1. argum. illius text. ff. ſi cert. petat. Alexand. conſ. 190. num. 5. lib. 2. Felin. Rubric. extr. ut lite non conteſtata. Felin. Rubric. extr. de accuſat. Iaſon Inſtit. de actionibus. in princip. num. 13. Decius conſil. 58. num. 3. Cardinal. Pariſ. conſil. 53. num. 93. & conſil. 81. num. 3. lib. 3.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut licet Lex, Conſtitutio vel Statutum ſit ſpecialius titulo ſive Rubrica, titulus tamen ſive Rubrica nihilominus allegari poſſit ad deciſionem omnium caſuum ſub Rubrica generali comprehenſorum, nec per textum ſpecialius loquentem reſtringatur, *gloſ. l. 1. & ibi Bartol. C. de Capit. civil. cenſibus eximenda. lib. 11. gl. ver ſ hujuſmodi lex. authent. ut nova conſtitutio. in princip. Alexand. Rubric. ff. de offic. ejus cui mandat. eſt juriſdict. Alexand. & Iaſon l. 1. ff. ſi cert. petat. Decius conſil. 527. Cardinal. Pariſ. conſ. 53. num. 95. lib. 3.* Etiamſi illa Lex, Statutum vel Conſtitutio ſit exorbitans, pœnalis & juris communis correctoria. Item, etiamſi caſus in Lege vel Conſtitutione ſpecialius loquente expreſſus habeat rationem diverſam ab illis caſibus, qui præter hunc ſub verbis generalibus Rubricæ continentur, *Corn. conſ. 67. num. 4. & conſ 184. num. 23. lib. 1.*

Quæ ſententia ex eo comprobatur, quod Doctores commoniter concludunt, Si Rubrica Statuti generaliter diſponat, ut filia fœmina dotata non ſuccedat, Hanc Rubricam ſive titulum generaliter loquentem hoc operari, ut filia dotata etiam à patris & aliorum ſucceſſione excludatur, licet Statutum ſub illa Rubrica generali poſitum tantum caveat, ut filia dotata matri non ſuccedat, *Paulus de Caſtro conſil. 334. Alexand. l. 1. ff. ſi certum petat. Corn. conſil. 67. & conſil. 184. lib. 1. Iaſon in proœm. Inſtit. de actionibus. num. 17. Dec. conſil. 527. num. 11. Bernhard. de Landria in addit. ad Abb. in proœm. decretal.*

Et hæc ſententia & verior & communior eſt, licet in hoc contrarium, ſed malè teneat *Iaſon l. 1. ff. ſi cert. petat.*

Similiter hæc ſententia comprobatur ex eo, quod Doctores magis communiter tradunt, Si Rubrica ſive titulus Statuti diceret, ut in cauſis laboratorum & Notariorum procedatur, ſummariè hanc Rubricam hoc operari, ut in cauſis tàm laboratorum quàm Notariorum ſummariè procedi debeat, licet in Statuto ſub illa Rnbrica poſito nulla ſit mentio de Notariis, *Salic. l. 1. & ibi Iaſ. nu. 8. ff. ſi certum petat.*

Eandem ſententiam etiam comprobat id, quod traditur, Statutum diſponens ut maritus lucretur tertiam partem dotis numeratæ ſive traditæ, extendatur etiam ad dotem promiſſam tantùm, ſi Rubrica ſive titulus Statuti generaliter conceptus ſit, ut maritus lucretur tertiam partem dotis, *Corn. conſil. 67. & conſil. 184. lib. 1. Iaſ. lib. 1. num. 9. ff. ſi certum petatur.*

Deinde pro hac ſententia confirmanda facit, quod Statutum ſpecialiter diſponens, ut ſoror dotata non ſuccedat propter generalitatem Rnbricæ diſponentem indefinitè, ne mulier dotata ſuccedat, extendi debeat ad omnem mulierem dotatam, *Corn. conſil. 67. & conſil. 184. lib. 1.*

Quodque Statutum excludens à ſucceſſione aſcendentes per lineam fœmineam, porrigatur ad omnes cognatos noſtros, etiam linea deſcendenti vel collaterali nobis junctos, ſi Rubrica Statuti generaliter ſit concepta, ne cognatus cognato ſuceedat, *Decius conſil. 527. num. 11.*

Et ſic per prædicta ſatis liquet, generalitatem præallegatæ Rubricæ hoc operari, ut illi, qui contra Conſtitutionem de pace publica tenenda deliquerunt, etiam illa ſecuritate ſe tueri vel juvare nequeant, quæ ſecuritas ipſis ab Imperatore conceſſa fuit, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, Conſtitutionem poſitam ſub illa Rubrica, ſive ſub illo titulo tantùm reſtringendam eſſe ad illas ſecuritates, quæ ab aliis quàm ab Imperatore conceſſæ fuerunt.

Deinde etiam hoc colligitur ex verbis Conſtitutionis. Namque cum in
principio † ſive præfatione Conſtitutio- 98
nis dicatur, Item, Oder auch in gedachtem unſerm Landfrieden begrieffen unnd verſe-

verſehen iſt / daß wir in aller Tröſtungen / Sicherheiten / Vorworten vnnd Geleidten / von wem die gegeben werden / ſolch Friedbruch wollen außgenommen / vnnd darin nicht begrieffen haben. Ex generalitate illius præfationis, item, ex verbo, Wir / ſatis liquet, mentem illius Conſtitutionis eſſe, quod is, qui contra Conſtitutionem de pace publica tenenda deliquit, etiam ab Imperatore ſecuritatem ſive ſalvum conductum impetrare non poſſit, Quodque ſi ipſe contra hoc fecerit, ſe illa ſecuritate ſive ſalvo conductu tueri vel juvare non poſſit.

Namque clari juris eſt, quod ex iis
94 quæ in † præfatione ſive proœmio alicujus Conſtitutionis vel Statuti dicuntur mens & cauſa finalis, Statuti ſive Conſtitutionis colligatur, *l. cum hi. in princip. & ibi Bartolus ff. de Tranſactionibus. l. regula. §. ſi quis. & ibi Bartolus ff. de juris & facti ignorant. l. final. & ibi Bartol. ff. de hæred. inſtit. Bartol. l. ambitioſa. col. antepenult. ff. de decretis ab ord. faciend. Cardin. cap. penult. in fin. extr. de Cleric. conjugato. Alex. conſ. 7. n. 8. lib. 2.*

Et ſimili modo clari juris eſt, cum
95 ratio † vel mens Legis ſit ipſa Lex, *gloſ. l. 2. verb. rationem vel legem C. quæ ſit longa conſuetudo. Baldus conſil. 465. in fin. lib. 2.* Nihilque ab ipſa lege differat, *Angel. l. Prætor ait. §. 1. ff. de oper. nov. nunciat. argum. l. credendum. in princip. ff. qui petant tutores.* In Legibus, Conſtitutionibus, Statutis, aliiſque diſpoſitionibus, inprimis mentem ſive rationem & attendendam & ſequendam, *Bartol. l. contra legem. ff. de legibus. Iacob. de Aret. & Cyn. l. quicunque. C. de ſervis fugitivis. Iaſon l. 1. col. 1. ff. de legibus.* Et Legem ſive Conſtitutionem etiam ſpecialem propter generalem rationem ſive mentem generaliter intelligendam & extra verba ipſius ita extendendam, ut illa Lex ſive Conſtitutio comprehendat omnes caſus, qui ſub generali mente vel ratione Legis vel Conſtitutionis comprehendi poſſunt, *l. regula. §. ſi quis. & ibi Bartol. & Bald. ff. de juris & fact. ignor. l. cum mulier. ff. ſolut. matrim. l. nomen debitoris. §. fin. ff. de legat. 3. c. ſecundò requiris. & ibi Bal. ext. de appellatio. gloß. Clem. 1. verb. eligitur. & ibi Card. Florent. de elect. Bald. l. quod debet. argum. illius text. ff. de pact. Baldus conſ. 309. lib. 4. Ang. conſ. 221. & conſ. 246. Imol. conſ. 1. col. 3.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut procedat, etiamſi Lex vel Conſtitutio ſit odioſa, *Abbas cap. 1. extr. de juram. calum.* vel pœnalis, *Abbas cap. 1. extr. de ſentent. & re judic.* Et hoc evidenti ratione probatur. Namque id, quod venit ex mente & ratione legis, ex ipſa lege & non ex extenſione venire dicitur, & perinde habetur, atque ſi in Lege vel Conſtitutione expreſſum fuiſſet, *l. nominis & rei. §. verbum ex legibus, ff. de verborum ſignificatio. l. 1. & ibi Cyn. ff. uti poſſidetis. Baldus l. omnes popult. col. final. verſic. ſecundò nota. ff. de juſt. & jur. Bartol. l. 3. in princip. ff. de legit. tutorib. Bart. & Alex. l. Curator. C. de negot. geſt. Raph. Fulgoſ. Corn. & Dec. l. bonorum. C. de bonor. poſſeß. ſecund. tabul.*

Huc accedit, quod tradit *Baldus in cap. dilectus. el. 1. col. 1. extr. de reſcript.* ubi inquit: Quod ſicut ſententia vel Statutum inducit diſpoſitionem, ita quoque & ratio Statuti, *l. emptor. §. final. ff. de rei vendic.* Quia ratio, ut ipſe inquit, jus facit.

Idem, quod illis, qui † contra 96
Conſtitutionem de pace publica tenenda deliquerunt vel alium læſerunt, ſalvus conductus vel ſecuritas etiam ab Imperatoria Majeſtate concedi non debeat, Quodque ipſi etiam illa ſecuritate vel ſalvo conductu, quem contra hoc ab Imperatore impetrarunt, ſe juvare vel tueri non poſſunt, probatur etiam per textum Conſtitutionis de pace publica tenenda, facta Wormatiæ Anno 1521. ſub Rubric. Vom auffgerichten Landfrieden / ubi talia verba reperiuntur: Haben wir vns mit den Ständen / ſo jetzo hie erſchienen ſeynd / vertragen / vereiniget / vnd bey den Pflichten / damit wir vñ ein jeder dem Reich verwant iſt / zu halten vnnd zu vollziehen verwilligt vnnd verpflichtet / Vnnd thun das hie mit dieſem Brieffe / daß hinfort vnſer keiner dem andern nach dem ſeinen geſehrlich zuſchreiben / zuſehen / noch den andern beleidigen / wider dieſen Landfrieden keinen Vnter oder Durchſchleiff / Vorſchub noch ander Vergünſtigung / wie obobgemelt / geben / thun oder geſtatten.

Ex quibus verbis nempe, ex verb. Vergünſtigung / clarè liquet, quod Imper. illis,

qui contra conſtitutionem de pace publica tenenda deliquerunt, vel alios offenderunt, nullam ſecuritatem vel ſalvum conductum dare debeat.

Et cum Imperator ex permiſſione ſive pacto correſpectivo cum Principibus Germaniæ inito ſe obligaverit; quod ſecuritatem vel aliam licentiam illis, qui contra conſtitutionem de pace publica tenenda alium læſerunt, vel offenderunt, dare non velit.

Sequitur, quod Imperator etiam de plenitudine poteſtatis illis, qui contra præfatam conſtitutionem alium offenderunt, ſecuritatem vel ſalvum conductum concedere nequeat, Quodque ſalvus conductus vel ſecuritas contra hoc conceſſa, ipſo jure nulla ſit.

97 Namque clari juris eſt, † Imperatorem ex contractibus ſive pactis perinde ut quemlibet privatum obligari, *Baldus l. ex imperfecto. C. de teſtament. Alexand. conſil. fin. num. 15. cum Rubric. ſequent. lib. 4. Decius l. traditionibus. num. 4. C. de pact. Dec. conſ 286.* Uſque adeò, ut licet Imperator non ligetur lege legis, ipſe tamen ligetur lege contractus, Quodque licet ipſe legem civilem tollere poſſet, obligationem tamen ex contractu vel pacto ſuo deſcendentem tollere vel immutare nequeat, *Cyn. Bartol. & Dd. l. digna vox. C. de legibus. Baldus, Abbas, Felin. Dec. & Dd. cap. 1. extr. de probat. Bald. & Dd. cap. 1. de natura feudi.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut Princeps etiam de plenitudine poteſtatis ſuum contractum vel pactum retractare, vel contra illud quid facere poſſit, *Bald. c. 1. §. adhæc de pace juram. firm. Corn. conſ. 76. lib. 2. Dec. c. 1. lect. 2. num. 12. extr. de conſtit.*

98 Præterea hoc, quod dictum eſt † Imperatorem illis, qui contra conſtitutionem de pace publica tenenda deliquerunt, ſalvum conductum vel ſecuritatem concedere non poſſe, probatur per eandem conſtitutionem de pace publica tenenda factam Wormatiæ Anno 1521. ſub Rubr. Friedbrecher vnnd Thäter nicht zu hauſen/ ubi illa formalia verba reperiuntur: Es ſoll auch ſolche Thäter vnnd Friedbrecher niemand hauſen/ herbergen/ etzen/ trencken/ enthalten/ furſchub thun/ in ſeiner Obrigkeit/ Eigenthumb vnd Gebieten/ Sondern dieſelben annemen/ vnd zu jhnen mit dem Ernſt von Ampts wegen richten/ vnd auff menniglich Klage Rechts vngeſeumpt/ von jhnen helffen/ Darwider ſie nichts ſchützen/ ſchirmen/ oder vertragen ſol/ einig Tröſtung/ Sicherheit/ Freyheit oder Geleide/ wenn ſie das alles auſſerhalb Verwilligung des Widertheils vnempfenglich ſeyn/ vnnd nicht genieſſen ſollen in keinem wege.

Et ſic ex generalitate illius conſtitutionis ſimili modo liquet, quod illi qui contra conſtitutionem de pace publica tenenda deliquerunt, ſe etiam illa ſecuritate vel ſalvo conductu, quem ab Imperatore impetrarunt, juvare vel tueri nequeant.

Idem etiam probat & expreſsè dicit conſtitutio de pace publica tenenda facta Auguſtæ Anno 1548. ſub Rubric. Friedbrecher vnnd ſolche Thäter nicht zu hauſen/ ubi eadem verba ponuntur. Et confirmat eadem conſtitutio ſub Rubric. Handhabung des Friedes Rechtens vnnd dieſer Ordnung/ ubi talia formalia verba reperiuntur. Wir ſollen vnnd wollen auch ſolchen vnſern vnnd des heiligen Römiſchen Reichs geſatzten vnnd verkündigten Landfrieden/ Auch Ordnung vnnd Satzung des Rechtens vnnd Vollziehung vnd Execution derſelbigen/ gegen vnnd miteinander getrewlich halten vnd handhaben.

Ex quibus verbis liquet, quod Imperatoria Majeſtas ſe pacto obligaverit ad ſervandas conſtitutiones Imperiales de pace publica tenenda, & per conſequens, Imperatorem contra illas conſtitutiones de pace publica tenenda, nemini ſecuritatem vel ſalvum conductum concedere poſſe, cum Imperator pacta ſua ſervare teneatur, & factum ab Imperatore contra pacta ſua ipſo jure nullum ſit, ſicut hoc ſupra docuimus, & probatur ex eo, quod tradit *Bald. l. fin. in fin. C. de Tranſactionibus.* ubi inquit: Quod pacta, quæ faciunt Papa & Imperator cum civitatibus ſint ſervanda, quodque alibi traditum eſt, licet Deus ſubjecerit Imperatori leges, Deum tamen non ſubjeciſſe Imperatori pacta vel contractus, *Bald. l. 2. C. de ſer. & aqua.*

Et ſic ex prædictis ſatis liquet, quod ſecuritas vel ſalvus conductus illis, qui contra conſtitutionem de pace publica tenenda deliquerunt, ab Imperatore concedi

cedi

ſedi nequeat, Quodque ſecuritas contra hoc ab Imperatore conceſſa, & ipſo jure nulla ſit, & illi, qui hanc ſecuritatem impetraverunt, ea ſe juvare nequeant, & per conſequens, & illam quoque ſecuritatem ſive ſalvum conductum quem conſanguinei atque ſanguine juncti Cunrad. de W. ab Imperatore Anno 1548. impetraverunt, non valere, nec Cunrad. de W. quicquam patrocinari.

Secundò principaliter hæc noſtra deciſio ex eo confirmatur. Namque hanc ſecuritatem conſanguinei C. de W. ab Imperatore impetraverunt Anno 1548. 26. April. ſicut hoc ex dato reſcripto liquet.

99 Quare, cum per † Conſtitutionem de pace publica tenenda, factam Auguſtæ Anno 1548. ultimo die Junii, in qua offenſo ſive læſo, item, & adjunctis ſociis & auxiliatoribus offenſi ſive læſi liberè permittitur, illos, qui contra Conſtitutionem de pace publica tenenda deliquerunt, liberè & impunè tam in bonis quam in perſonis lædere vel offendere non tantùm ad defenſionem, ſed etiam ad vindictam, ſint ſublatæ omnes ſecuritates atque privilegia contra illam Conſtitutionem conceſſa, ſicut hoc patet ex Conſtitutione poſita ſub Rubric. Aufſhebung aller Freyheit / ſo wider dieſen Landfrieden ſeyn. ubi hæc verba formalia ponuntur; Wir ſetzen auch hindan alle vnd jegliche Gnade / Privilegia, Freyheit / Herkommen / Bündniſſen vnnd Pflicht / von vns oder vnſern Vorfahren am Reich / oder andern hieuor ausgangen vnnd verfaſt in den vnnd in die einige Weis wider dieſen vnſern Frieden geſeyn oder gethun möchten / mit was Worten / Clauſulen / Meynungen die geſetzt vnd verpflicht weren / die wir auch aus Römiſcher Keyſerl. Macht / Vollkommenheit hiemit hindan ſetzen / vnd wollen / daß ſich niemand von was Wirden / Standes oder Weſens der ſey / wider dieſen Fried vnnd Gebot durch ſolche Gnade / Freyheit / Herkommen oder Verbündnis / ſchützen / ſchirmen oder verantworten ſol oder mag in kein weiſe.

Sequitur, per hanc Conſtitutionem etiam ſublatam illam ſecuritatem, de qua in caſu noſtro agitur, cum illa ſecuritas ſit antiquior iſta Conſtitutione.

Tertiò, hæc ſententia confirmatur ex eo, quod tradit *Nel. de S. Gemniano. in tractat. Bannitorum. 1. part 3. tempor. numer. 10.* ubi in fortioribus terminis concludit, ſi Statuto cautum fuerit, quod offenſus poſſit offendentem impunè lædere vel occidere, & is, qui propter offenſionem bannitus fuerat ab Imperatore, reſtitutus fuerit, offenſum non obſtante hac reſtitutione offendentem licitè & impunè & lędere & occidere poſſe. Quod dictum refert atque ſequitur *Carolus Ruin. repet. l. Gallus. §. & quid ſi tantum, num. 183. ff. de liber. & poſthum.*

Cum itaque ſecuritas conceſſa bannito minùs operetur, atque virium habeat quam reſtitutio ab Imperatore facta, ſequitur, quod offenſo multò magis permitti debeat, illum bannitum, ſimplicem ſecuritatem ab Imperatore impetravit, impunè lædere & offendere.

Quartò, Imperator vel alius Magiſtratus prohibere vel inhibere non poteſt ſpoliato, ne ipſe eam rem, qua ipſe injuſtè ſpoliatus fuit, propria auctoritate recuperare poſſit, & ſpoliato permittitur non obſtante hac prohibitione ab Imperatore vel ab alio Judice facta rem ſuam, qua ipſe ſpoliatus fuit, propria auctoritate recuperare, *Baldus l. 1. num. 12. C. unde vi. Dec. conſil 461. num. 20. Cardin. Pariſ. conſ. 172. lib. 4.*

Cum itaque & Dux B. & Joannes à B. violenter & injuſtè ſpoliatus fuerit poſſeſſione caſtri H. ſequitur, Joann. à B. mandato & nomine Illuſtr. Ducis B. caſtrum H. violenter & propria auctoritate licitè occupare potuiſſe, etiamſi Imperatoria Majeſtas, vel ipſi Duci vel H. à B. hoc expreſsè prohibuiſſet. Et per conſequens, Joannes à B. multò minus obligatum fuiſſe Cunrad. de W. vigore reſcripti Imperatoris poſſeſſionem caſtri H. reſtituere, cum facilius quid ab initio impediatur fieri, quam jam factum tollatur, *l. patre furioſo. & ibi Iaſon ff. de his qui ſunt ſui vel alien. juris*, & turpius ejiciatur quam non recipiatur hoſpes, *cap. quemadmodum in princip. extr. de jurejur.*

Quintò, reſcriptum † Imperatoris, quo ſpoliatoribus confirmatur 100
poſſeſſio rei violenter occupatæ, ipſo jure

jure nullum eſt, nec ſpoliatores ſe illo reſcripto tueri vel juvare poſſunt, *l. auctoritate. & ibi Bart. & Dd. C. unde vi. gloſ. l. 2. C. de fundis & ſaltib. rei dominicæ. lib. 11. Bald. l. 1. C. de Carb. edict. Ioan. de Imol. Rubric. ff de verborum obligationib. col. penult. Salic. & Florent. l. univerſis. C. de precib. Imperat. offerend. Iaſ. l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. nu. 26. ff. de acquir. poſſeſ. Franciſc. Ripa repet. l. naturaliter. §. nihil commune. num. 63. ff. de acquir. poſſ. ß Loderic. Roman. l. juſtè poſſidet. ff. de acquir. poſſ. ß. Matth. de Afflict. c. 1. in princ. num. 18. per quos fiat inveſtit.*

101 Quæ ſententia confirmatur † ex eo, quod traditur, Imperatorem non poſſe violentis invaſoribus concedere caſtrum per vim occupatum, *Baldus cap. 1. de natur. feudor.* Et illos, qui impetrant, inveſtituram ſive infeudationem ab Imperatore pro caſtris violenter occupatis nihil agere, *Baldus l. 1. col. 1. ff de conſtitutionib. Princip. Bartol. & Salicet. l. 2. C. ne rei dominicæ & templor.*

Huc accedit, quod collatio vel confirmatio beneficii obtenta per intruſum nullius momenti ſit, *Baldus cap. in literis. extr. de reſtitut. ſpoliat. Felin. capit. poſtulaſti, col. antepenult. & cap. in noſtra. extra de reſcript.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut procedat non tantùm eo caſu, quo confirmatio vel conceſſio rei per vim occupatæ ſpoliatori ab Imperatore ſimpliciter & abſolutè facta eſt, ſed etiam locum habet illo caſu, quo illa conceſſio ſive confirmatio non abſolutè nec ſimpliciter, ſed ſalva juſticia facta fuerit, *Baldus l. decernimus. numer. 3. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Iaſon l. clam poſſidere. § qui ad nundinas. num. 27. ff. de acquir. poſſeſ. argum. l. 2. juncta gloſ. C. de fundis & ſaltib. rei dominicæ. lib. 11.*

Cum itaque quid ab initio facilius impediatur fieri quàm factum tollatur, ſequitur, multò minus illud reſcriptum Imperatoris valere vel ratum eſſe, quo reſcripto Imperator mandat ſpoliatori à ſpoliato reſtitui illam poſſeſſionem quam ſpoliatus propria auctoritate recuperavit, & per conſequens, cum hoc reſcriptum, quod conſanguinei Conradi de W. impetraverunt, tendat ad hoc, ut H. à B. Cunrado de W. poſſeſſionem caſtri H. reſtitueret.

Sequitur, hoc reſcriptum non valere, quoad hoc in favorem Cunrad. de W. Quinimò ex prædictis liquet, ſi Cunradus de W. etiam ante recuperationem caſtri H. per H. à B. factam, reſcriptum vel aliam ſecuritatem ſalva juſticia ab Imperatore impetraſſet, hoc reſcriptum vel hanc ſecuritatem ipſi nihil prodeſſe potuiſſe, quò minus H. à B. ex mandato Principis B. caſtrum H. propria auctoritate recuperare potuiſſe.

Sextò, pro hac ſententia confirmanda facit, quod Imperatori † non permittatur bannitum propter fractam pacem reſtituere; vel illi pœnam damni remittere abſque conſenſu læſi vel offenſi, ſicut hoc expreſsè ſancitum eſt in Conſtitutione de pace publica tenenda, facta Wormatiæ Anno 1495. ſub Rubrica: Welche vmb Friedbruchs willen in Acht kommen. obi expreſsè diſponitur, Vnnd welcher oder welche alſo durch Verwirckung / wie vor vnnd nachſtehet / in Acht kommen / die ſollen auch von vns dauon nicht abſoluirt werden / dann mit willen des Beſchedigten. Quæ eadem verba repetita ſunt in Conſtitutione de pace publica tenenda facta Wormatiæ Anno 1521. ſub Rubric. Welche vmb Friedsbruchs willen in die Acht kommen. Et in Conſtitutione de pace publica facta Auguſtæ Anno 1548. ſub eadem Rubric. 102

Quare cum hoc reſcriptum ſecuritatis ſive ſalvi conductus, quod à conſanguineis Cunradi de W. ab Imperatoria Majeſtate impetratum eſt, ad hoc tendat, ut Cunradus de W. liberetur à pœna fractæ pacis non tantùm quoad hoc, ne ipſe ab offenſis lædi vel offendi poſſit, ſed etiam quoad hoc, ut offenſi ſive læſi cogantur ipſi poſſeſſionem bonorum juſte & legitimè recuperatorum, item etiam eorum, quæ ipſi juſtè & legitimè ablata fuerunt, reſtituere, ſequitur, hoc reſcriptum non valere, cum illud non tantùm Conſtitutioni de pace publica tenenda, ſed etiam pacto, contractui atque promiſſioni Imperatoriæ Majeſtat. refragetur.

Septimò, pœna † debita parti ſive privato ex delicto, maleficio vel offenſione ſecundùm communem atque receptam Doctorum ſententiam per reſcriptum Imperatoris tolli non poteſt, etiamſi 103

illud

illud reſcriptum fuerit emiſſum vel motu proprio, vel de plenitudine poteſtaris, item, etiamſi illi reſcripto ſit inſerta clauſula, Non obſtante, Ex certa ſciencia, vel ſimilis, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie tradit *Bartolus, Fulgoſius & Doctores communiter l. 2. & ibi Iaſon num. 10. Franc. Curt. numer. 4. C. de in jus vocando. Baldus l. reſcripta. in fin. C. de precibus Imperat. offerendis. Fortun. Garzea. repet. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum.*

Ex quo inferunt Doctores, bannitum ſimpliciter reſtitutum ab Imperatore per hanc reſtitutionem non liberari a pœna debita parti, eamque ob cauſam, ſi Statuto cautum fuerit, ut bona homicidæ pro dimidia parte applicentur fiſco, & pro alia dimidia ſanguine junctis occiſo homicidam reſtitutum ab Imperatore, non recuperare illam dimidiam partem bonorum, quæ conſanguineis ſive conjunctis offenſi vigore Statuti debita eſt, *Cyn. l. Gallus. & ibi Baldus col. penult. verb. & ex hoc infertur ad ſecundam quæſtionem. Alexand. Fortun. Garzea. numer. 257. & Iaſon numer. 76. ff. de liber. & poſthum. Alex. conſil. 190. numer. 4. & conſ. 216. numer. 21. lib. 2. Nel. in tractat. banuitorum. 1. part. 3. tempor. num. 9.* ubi etiam ad hoc allegat *Alber. de Roſat. in tract. Statutorum.*

Quinimò etſi in reſtitutione banniri expreſsè cautum fuerit, ut is recuperet bona, quæ parti offenſæ debira ſunt, hanc clauſulam nihil valere, Doctores magis communiter tradunt, *Cyn. & Baldus l. Gallus. §. & quid ſi tantum. & ibi Iaſon numer. 78. & Fortun. Garzea. ff. de liber. & poſthum. Alexand. conſ. 190. numer. 4. & conſ. 216. lib. 2.*

Et hoc abſque omni dubio procedit eo caſu, quando agnati vel alii ſanguinei juncti occiſo, illam dimidiam partem bonorom occupaverunt. Tunc enim Principem ipſis hoc jus acquiſitum tollere non poſſe, Doctores communiter concludunt, *Cyn. Baldus, Alexand. Iaſ. Fortun. Garzea. & Doctores d. §. & quid ſi tantum.*

Et hæc ſententia confirmatur ex eo, quod Doctores tradunt, dominium alicujus rei mihi acquiſitum, per remedia juris civilis mihi ab Imperatore abſque juſta & legitima cauſa auferri non poſſe, *Felin. cap. quæ in Eccleſiarum. numer. 49. & ibi Carol. Molin. in addit. ad Dec. numer. 26. verſic. quintus caſus, extr. de Conſtitutionibus. Iaſon. l. final. numer. 3. C. ſi contra jus vel utilitatem publicam.*

Sed certum eſt, quod pœna deſcendens ex Conſtitutione de pace publica tenenda, ſit civilis atque parti læſæ vel offenſæ applicanda, quoad hoc, quod parti læſæ permittitur bona ipſius propria auctoritate recuperare & pro ſuis retinere, ſicut hac ſatis liquet ex Conſtitutione de pace publica tenenda, facta Wormatiæ Anno 1495. & repetita ibidem Anno 1521. ſub Rubric. Die Pœn aller Friedbrecher. Nec non confirmata Auguſtæ Anno 1548. ſub Rubric. Die Pœn der Friedbrecher.

Atque etiam bona occupata à læſo vel offenſo ipſius propria efficiantur, ſicut hoc expreſsè cautum eſt in Conſtitutione declarationis ad Conſtitutionem de pace publica tenenda facta Norimbergæ Anno 1522. ſub Robric. Was die Beſchedigten von den Gütern der Echter durch eine unbeſchedigte Obrigkeit oder Perſonen eingenommen. cujus Conſtitutionis verba hæc ſunt: Unnd was alſo in jetze nechſt gemeltem Fall die Beſchedigten von den Obrigkeiten oder ſonder Perſonen der Echter Güter halben durch ſie eingenommen/ zu Widerlegung ihres Schadens vnnd Koſten empfahen / Auch die Obrigkeit / oder ſonſten Perſonen /von denſelben eingenommen Gütern vber der Beſchedigten Koſten vnnd Schaden vor ſich vbrig behalten würden/ dieſelben Güter ſollen den Beſchedigten auch die Obrigkeiten vnnd ſondere Perſonen den Echtern wiederumb zu geben auch nicht ſchuldig ſeyn / Sondern mögen mit denſelben gleichermaſſen handeln vnd thun/ als mit jhren eignen Gütern.

Igitur ſequitur, reſcriptum Imperatoris, quo prohibetur, ne offenſus a violatore pacis offendentis bona occupare & pro ſe retinere poſſit, ipſo jure nullum eſſe, nec offenſo præjudicare, multò verò minùs illud reſcriptum valere quoad hoc, ne offenſus poſſeſſionem illarum rerum, quibus ipſe ſpoliatus fuit, recuperare, & bona tam recuperata quàm occupata ab offendente, quorū dominium

abſque

abſque omni dubio ipſius factum fuit retinere.

104 Octavò, cum omnia † reſcripta ſint intelligenda cum juſtitia & ſalvo jure alterius, *Baldus. l. 1. circa fin. ff. de conſtitut. Princip. Felin. cap. cauſam. extr. de reſcript.* & tam ſecundum jus commune, *d. cap. cauſam quæ. extr. de reſcript. & cap. licet. extr. de præbend.* quàm ſecundum æquitatem, *gloſ. cap. paratus 23. quæſt. 1. Oldrad. conſil. 268. incip. quæſtio iſta.* receptum eſt; reſcriptum in forma communi impetratum hanc tacitam clauſulam habere, ſi preces veritate nitantur. Item, quatenus juſticia ſuadet, eamque ob cauſam illud reſcriptum nihil novi conferre, *cap. cum dilecta. & ibi Decius extr. de confirm. util. vel inutil. cap. qui à diverſitat. & ibi Abb. extr. de conceſ. præbend.* & vel parum vel nihil operari, *Speculat. in tit. de leg. §. nunc oſtendendum. verſic. et 1. Odrad. conſil. 164. Baldus cap. 1. in princip. col. 1. & ibi Matth. de Afflict. per quos fiat inveſtit. Signor. conſ. 213. Cardin. conſil. 44. Bartol. l. privilegia. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Bartolus l. ſi conſtat. ff. de appellatio. Paulus de Caſtr. conſil. 159. col. 3. Abbas conſil. 62. col. 2. lib. 1. conſil. 57. col. pen. lib. 2. Alex. conſ. 39. lib. 4. & conſ. 1. lib. 5. fac. id, quod notat Bald. conſ. 160. & conſ. 180. lib. 3.*

Si itaque Cunradus de W. ante recuperationem caſtri ab H. à B. factam, habuiſſet ſecuritatem vel reſcriptum Imperatoris in forma communi impetratum, omninò dicendum eſſet, ipſum ſe ipſo reſcripto vel ſecuritate etiam ex hoc capite juvare non poſſe.

105 Nonò, † reſcriptum contra jus commune impetratum non aliter ratum eſt, niſi in illo ſit inſerta clauſula derogatoria, *Bartol. l. final. C. ſi contra jus vel util. public. Abb. & Felin. c. nonnulli. extr. de reſcript.*

Cum itaque reſcriptum impetratum à conſanguineis Cunradi de W. & refragetur Conſtitutionibus novellis de pace publica tenenda. Quæ Conſtitutiones jus commune cenſentur, atque inſuper non habeat clauſulam derogatoriam, ſequitur, illud reſcriptum etiam ex hoc capite nullum eſſe.

106 Decimò, omne † reſcriptum, quod ſub & obreptitiè nempe per falſi ſuggeſtionem & veri ſuppreſſionem impetratum eſt, per ſe & ipſo jure non valet, *cap. ſuper literis. & ibi Dd extr. de reſcriptis. l. 2. & ibi Bartol. Bald. Iaſon & Dd. C. ſi contra jus vel utilit. public.* Sed illud reſcriptum, de quo in caſu noſtro agitur, ſub & obreptitiè impetratum fuit, cum in illo narratum ſit H. à B. contra diſpoſitionem juris communis & novellarum Conſtitutionum de pace publica tenenda caſtrum H. violenter occupaſſe, quod tamen manifeſtè falſum eſt, cum & occupatio caſtri H. & omnia illi occupationi connexa ab H. à B. legitimè & jure permittente facta fuerint, ſicut hoc ex ſuprà dictis ſatis liquet.

Undecimò, in Conſtitutione Imperiali de pace publica tenenda, facta Noribergæ Anno 1522. ſub Rubric. Wie die Obrigkeiten vber die Thäter jhre Helſſer/oder wiſſentlich Enthalter Rechts nicht geſtatten / oder die ohne gnugſame Vrſache ledig laſſen würden/ ꝛc. expreſſè cautum ſt, quod violatores pacis vel alii banniti propter hoc vinculis vel carceribus incluſi abſque juſta, legitima & ſufficienti cauſa, & abſque cognitione legitima ex carceribus vel vinculis dimitti non debeant.

Quare, cum reſcriptum, de quo in caſu noſtro agitur, huic Conſtitutioni refragetur & omnia reſcripta contraria Conſtitutionibus de pace publica tenenda, per ſe & ipſo jure nulla ſint, ſequitur, & hoc reſcriptum per ſe & ipſo jure nullum eſſe. Eamque ob cauſam H. a B. licitè recuſaſſe, & Cunrad. de W. vigore hujus reſcripti ex carcere vel vinculis dimittere &c.

Et ſic per prædicta concludo, quoad hanc decimam quæſtionem Cunrad. de W. nequè reſcripto Imperatoris mihi exhibitu, quod à conſanguineis ipſius Anno 1548. impetratum fuit, neque ullo alio reſcripto, ſi quod forſan ipſe vel antiquius vel recentius producere poſſit, ſe tueri vel juvare poſſe.

Nec obſtat huic noſtræ veriſſimæ decisioni † Conſtitutio novella, quæ ha- 107
betur in ordinatione Cameræ Imperialis facta Auguſtæ Anno 1548. 2. part. c. 22. cujus Conſtitutionis hæc ſunt verba: Nach dem auch nicht allein in obgemeltem Fall / Sondern auch aus dem / daß einer den andern pfend/in oder die ſeinen fahet / gemeiniglich ohne Thathandlungen/ Empörungen vnd Auffruhrn im Reich entſtehen vnd erfolgen.

Solchen zu begegnen/ſetzen vñ ordnen wir

daß

daß hinfüro in ſolchem Fall/da einer der dem
Reich ohne mittel vnterworffen/ durch ſich
ſelbſt/ oder die ſeinen einem andern/ der dem
Reich gleicher geſtalt vnterworffen/ oder
die ſeinen pfenden oder fahen würde/ war-
umb oder vmb was Sachen willen (allein
Maleſitz ſachen außgenommen) das beſche-
he/ daß alsdann auff anruffen des jenigen/
der oder des Vnterthanen alſo gepfendet oder
gefangen/ dem Theter durch das Keyſerl.
Cammergericht bey einer namhafften Poen
vnd ſine clauſula juſtificatoria mandirt
vnd gebotten werden ſoll ohne Verzug vnd
einigi Einrede/ die Pfandung wider zu ge-
ben/ vnd die Gefangen auff alte gewöhnliche
Vrphed/ doch anders nicht/ dann auff wie-
der ſtellen/ Im fall ſolches mit Recht erkandt
würde/ ledig zu laſſen/ mit angehengter La-
dung/in einer beſtimpten Zeit am Cammer-
gericht zu erſcheinen.

Namq; reſpondeo primò, illam con-
ſtitutionem non habere locum in captis
vel ſpoliatis, qui eam ob cauſam capti vel
ſpoliati fuerunt, quod ipſi contra conſti-
tutionem de pace publica tenenda deli-
querunt. Cum certum ſit, eum qui con-
tra conſtitutionem de pace publica tenen-
da delinquit, maleficium committere, &
in illa conſtitutione expreſsè & in ſpecie
exceptæ ſint, captivationes & ſpoliationes
illarum perſonarum, qui propter malefi-
cia capti vel ſpoliati ſunt. Quod etiam
ſuadetur ex eo, quod in aliis conſtitutio-
nibus de pace publ. tenend: expreſsè cau-
tum eſt, ne capti propter violationem pa-
cis dimittantur ex vinculis, niſi cauſa co-
gnita, & propter juſtam & legitimam cau-
ſam. Quodq; alibi traditum eſt, leges po-
ſteriores ſecundum leges priores intelli-
gendas, *l. non eſt novum ff. de legib. gl. Iaſ. &
Dd. l. ſciendum in prin. ff. qui ſatisdare cogant.*
Et legum correctionem, quantum fieri po-
teſt, vitandam, *l. præcipimus C. de appellat.*
Legesq; ſubtili diſtinctione ita adjuvandas,
vel ne ſibi contradicant, refragentur *l. 1.
ꝯ. quibus. C. de novo Cod. facien. l. 1. C. de inoff.
don. c. cum expediat. de elect. lib. 6.*

Secundò reſpondeo, illam conſtitutio-
nem tantum habere locum in illis, qui me-
diatè Imperio ſubjecti ſunt, ſicut hoc ſatis
patet ex verbis illius conſtitutionis. Qua-
re cum H. à B. non ſit immediatè ſubje-
ctus imperio, & ſic verba illius conſtitu-
tionis deficiant, quoad H. à B. illiusq; hæ-
redes, qui ſimiliter non ſunt immediatè
ſubjecti imperio, ſequitur hanc conſtitu-
tionem non habere locum in perſona H.
à B. ejusq; hæredum, cum ſit clari juris,
quod ceſſantibus verbis alicujus legis
vel conſtitutionis, & ipſa quoq; conſtitu-
tio ceſſet, nec ulla conſtitutio ultra verba
ipſius extendi poſsit; ſicut hoc latè tradit
*Tiraq. rep. l. ſi unquam. verb. libertis in prin. C.
de revoc. donat.*

Præterea quoq; in caſu noſtro H. à B.
cognito reſcripto Imperatoris ſtatim ju-
ſtas & legitimas cauſas facti ſui ſcriptis
comprehenſas ad Imperatoriam Majeſt:
miſit, quibus cauſis cognitis atq; perſpe-
ctis, Imperatoria Majeſt: quievit, nec quic-
quam ulterius mandavit. Unde † veriſimi- 108
liter colligitur, Imperatoriam Majeſt. fa-
ctum H. à B. approbaſſe, juſtumq; atq; le-
gitimum judicaſſe. Cum ſit clari juris, re-
recipientem literas, & non contrarium vel
proteſtantem vel reſcribentem, omnia qui
in illis literis continentur, approbaſſe, &
legitima reputaſſe intelligi *l. ſi filiusfam. &
ibi Bart. & Bald. ff. ad S. C. Macedon. Clem. 1.
de procuratorib. Bart. & Bald. l. Titius arg. ill.
text. ff. de conſtituta pecunia: Bart. & Bald. l.
cum taber. §. 1. ff. de pignorib. Bart. l. quæ enim
ꝯ. 1. ff. rem ratam haberi. Bald. l. ſi abſente
C. ſi certum petat. Bald. rubr. C. de conſtit. pec.
idem rubr. C. de inſtrum. Bald. l. ſi C. ad SC. Mace-
don. Bald. l. literas C. mandati Lanfran. c. quo-
niam contra, verb. inſtrumentorum productiones.
nu. 76. extr. de probat. Matheſilanus ſing. 22. Aut.
Corſet. in ſuo repert. verb. taciturnitas. Alex. conſ.
78. lib. 1. Alex. l. non ſolũ ꝯ. morte nu. 13. & ibi Iaſ.
nu. 20. ff. de oper. nov. nunciat. Cepoll. cautel. 9. Fel.
c. cum M. Ferrar. nu. 35. & ibi Franc. Ripa. nu.
132. extr. de conſtitut. Fel. c. 2. nu. 20. extr. de
fide inſtrumen. Cepol. cautel. 9. Iaſ. l. emptor §.
Lucius ff. de pactis Iaſ. repet. l. admonendi nu.
nu. 138. ff. de jurejur. Hippol. de Marſ. rep. rubr.
C. de probationib. Hippolyt. in ſua pract. ꝯ. dili-
genter. nu. 137. Alciat. l. deteſtatio ff. de verb.
ſignific. Card. Pariſ. conſ. 91. nu. 3. conſ. 187.
nu. 32. lib. 1. & conſ. 5. nu. 205. & 206. lib. 4.*

Et poſito, ſed tamen non conceſſo, H.
à B. aliquam pœnam meruiſſe per hoc,
quod ipſe reſcripto Imperatoris non pa-
ruerit, tamen cum propter illam obedien-
tiam ſive contumaciam non fuerit ſenten-
tia condemnatoria lata contra H. à B. Ego
veriſſimum judico, hanc pœnam ab hære-
dibus H. à B. exigi vel hæredes H. à B. ad
illam pœnam condemnari non poſſe, Cùm
ſit certi juris, quod † pœna quæ non ipſo 109

jure, ſed per ſententiam tantum irrogatur, non aliter ab hæredibus exigi poſſit, niſi illa pœna per ſententiam irrogata vel ſaltem ejus nomine lis conteſtata fuerit, *l. 1. & l. his ſolis C. de revoc. donat. l. ſi eum §. qui injuriarum ff. ſi quis cautionib. l. pen. ff. de in jus vocando. l. 1. & ibi Bart. ff. de privat. del. l. unica & ibi Bald. C. ne ex delictis defunctor. gl. l. fin. & ibi Franc. Ripar. C. de revoc donat. gl. & Abb. c. fin. extr. de donat. Ioan. And, in add. ad Specul. §. fin. extr. de feudis Abb. c. fin. extr. de ſepult. Raph. Cum. conſil. 164, incip. Prælatus. Andr. de Iſern. Præp. & M. de Afflict. c. 1. §. inſuper. de probibita feudi alien. per Frider. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. dictiq; Vaſalli. nu. 52. & 53. Cunt. in tract. feud. 4. part. nu. 157. Zaſ. in tract. feud. 10. part. nu. 75. & 76.*

Quæ ſententia confirmatur ex eo, quod traditur, licet is qui recuſat vel reſpondere poſitionibus vel juramentum calumniæ aut veritatis præſtare, ſecundum communem atq; receptam Dd. ſententiam puniatur hac pœna, ut ipſe pro confeſſo habeatur, hac tamen pœna non aliter illius hæredes affici, niſi ſententia lata fuerit contra contumacem, *Bart. l. manifeſtè nu. 7. & ibi Alex. nu. 10. & Iaſ. nu. 8. ff. de jurejur. Bart. l. 2. §. quod ſi actor. C. de juram. calum. Abb. c. cum cauſam. nu. 26. extr. eod. tit.*

Huc accedit, quod pœna ſtatuta in illum qui delatorem ſuum corrupit, non aliter locum habeat contra hæredes, niſi ſententia contra corruptorem lata fuerit, *l. ejus qui delatorem, & ibi Bart. ff. de jure fiſci.*

Hanc eandem ſententiam confirmat, quod Dd. tradunt, pœnam *l. 1. C. de plus petit.* non aliter ad hæredes tranſire, niſi ſententia contra delinquentem vivum lata fuerit *Bald. l. 1. nu. 6. C. de dilation.*

Undecimam quæſtionem quod attinet, exiſtimo cum C. de W. per violentam occupationem caſtri H. non ſolùm contra jus commune ſcriptum verùm etiam pœnalem conſtitutionem de pace publica egerit, ſeq; alias ſocietati Schmalcaldicæ variis modis ſe immiſcuerit, quod Conradus de W. in pœnam *l. ſi quis in tantam*, quemadmodum etiam fractæ pacis inciderit, ſeq; in vitæ bonorumq; diſpendium conjecerit, & quod ideò hæc exceptio ad impediendum litis ingreſſum benè objici poſſit.

Namq; certum eſt † eum qui contra 110
conſtitutionem de pace publ. tenen. deliquit, omnes actiones ſuas, omniaq; ſua jura, ipſo jure etiam abſq; aliqua ſententia amittere, ſicut hoc expreſsè atq; in ſpecie diſpoſitum eſt in conſtitutione de pace publica tenenda facta VVormatiæ Anno 1495. ſub rubr, Die Poen aller Friedbrecher. Et in terminis noſtris hoc tradit *Socin. jun. in conſ. 68. nu. 38. 39. & 40. lib. 3.*

Nec obſtat quod conſtitutio de pace publ. tenen. factam VVormatiæ Anno 1521. & Auguſtæ An. 1548. requirat ad hoc, ut violator pacis actiones ſive jura ſua amittat; ut ſententia declaratoria contra violatorem pacis citata parte adverſa & cauſæ cognitione præmiſſa feratur. Namque reſpondeo, primò ſententiam declaratoriam non impedire, quo minus pœna ipſo jure irrogetur, *Abb. Panorm. c. ſi diligenti col. 7. extr. de foro competenti. Socin. jun. conſ. 68. nu. 38. & 39. lib. 3. Tiraq. rep. l. ſi unquam verb. revertatur. 67. C. de revoc. donat.*

Secundò reſpondeo, ſententiam declaratoriam requiri quo ad alias pœnas, non autem quoad hoc, ut violatores pacis amittant obligationes & actiones ſuas.

Tertiò reſpondeo, Hoc non procedere quoad illas actiones, quas violatores pacis habere vel intendere poſſint ex eo, quod ipſi ab offenſo ſive læſo non tantùm animo offendendi ſed etiam animo vindicandi læſi vel offenſi fuerunt. Namq; cum violatores pacis licitè & jure permittente non tantum in continenti, ſed etiam ex intervallo quandocunq; occaſio vel commoditas oblata fuerit, offendi ac lædi poſſint, nec ipſi contra hanc offenſionem vel læſionem ulla defenſio permiſſa ſit, ſicut hoc ſuprà docuimus, ſequitur violatori pacis non permitti propter læſionem, offenſam, vel ſpolium ipſi à ſpoliato vel illius adhærentibus factam in judicio agere, cum ſit certi juris, contra illum, quà aliquid jure permittente facit, nullam actionem vel ad pœnam, vel ad id quod intereſt competere *l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adult.*

Quare C. de VV. ipſo jure nullam actionem habeat contra H. à B. Ego credo hanc exceptionem ab initio & ad impediendum litis ingreſſum, C. de VV. opponi poſſe. Cum ſit certi & indubitati juris, omnes exceptiones, quæ tendunt ad hoc, quod actori nulla actio competat ab initio ad impedien-

Google

impediendum litis ingreſſum, opponi poſſe, *Bart. l. nam & poſtea in princ. & ibi Iaſ. Alex. & Dd. ff. de jurejur.*

Deinde etiam credo C. à VV. non
111 tantùm exceptionem de pœna † fractæ pacis, ſed etiam exceptionem ſpolii ad impediendum litis ingreſſum ſtatim & ab initio opponi poſſe, Namq; certum eſt, quod ſpoliatus ſpoliatori, a quo in judicio convenitur, reſpondere non teneatur, niſi ipſi res vi occupata cum omnibus acceſſoriis omniq; intereſſe atq; damno reſtituta fuerit. *c. fin. & ibi Abb. & Dd. extr. de ord. cognit.* Uſq; adeò, ut quamdiu unicus nummus vel de damno, vel de intereſſe deeſt, ſpoliatus ſpoliatori in judicio reſpondere non teneatur, *Bald. c. conquerente, extr. de reſtitut. ſpoli. Abb c. accedens. el. 2. nu. 6. extr. ut lite non conteſt. Iaſ. Auth. qui rem. nu. 16. C. de S. S. Eccleſ. Aym. Crav. conſ. 140. nu. 3. lib. 1.*

Quare cum C. de VV. neq; H. à B. neq; hæredibus ipſius reſtituerit equos & arma, vel æſtimationem illorum equorum ſive armorum, quæ ipſe H. à B. in violenta occupatione caſtri H. eripuit, ſequitur illum exceptione ſpolii ab hæredibus H. à B. licitè repelli, eamq; exceptionem ad impediendum litis ingreſſum opponi poſſe.

Nec obſtat huic ſententiæ, quod aliqui Dd. tradunt, exceptionem primi ſpolii ab ultimo ſpoliatori opponi vel in judicium deduci non poſſe. *Abb. c. fin. nu. 11. extr. de ord. cognit.*

Namq; reſpondeo primò, illam ſententiam non procedere eo caſu, quando ſpolium licitum & juſtum, ſecundum verò illicitum & injuſtum fuit. Sicut hoc ſatis patet ex mente *Abb. in præallegato loco.*

Secundò reſpondeo, illam ſententiam tum demum procedere, quando primo ſpoliatus atq; is idem ultimus ſpoliator per ultimam ſpoliationem omne id, quo primò ſpoliatus fuit cum omnibus damnis, omniq; eo quod intereſt, recuperavit.

Tertiò reſpondeo, illam contrariam ſententiam non procedere, quando primum & ultimum ſpolium de rebus diverſis ſive ratione diverſarum rerum factum fuit, *Abb. d. c. fin. nu. 11. extr. de ord. cognit.*

Quare cùm in caſu noſtro ultimum ſpolium licitè & jure permittente factum ſit, & H. à B. per illud ultimum ſpolium neq; omnia damna & intereſſe, quæ ipſe per primum ſpolium pertulit, neq; etiam equos & arma in primo ſpolio amiſſa recuperaverit, ſequitur, contrariam ſententiam in caſu noſtro locum non habere.

Ad duodecimam quæſtionem reſpondeo, Albertum de S. cogi non poſſe cum Conrado de VV. cauſam hanc componere vel in concordiæ tractatum ſe intromittere:

Namq; clari juris eſt, quod † regulariter nemo cogi poſſit cum adverſario ſuo 112
transactionem facere, *gl. & Bart. l. furti §. qui juſſu. ff. de his qui notan. infam. Ang. §. quia verò, arg. ill. text. Auth. ut litigantes jurent. Bald. c. fin. argum. ill. tex. ex. de reſcript. idemq; Bald. l. ex ſtipulatione C. de ſententiis gl. l. 1. §. & poſt operis. & ibi Dd. ff. de oper. nov. nunciat. Iaſ l. quidam æſtimaverint. nu. 4. ff. ſi cert. petat.*

Nec obſtat huic noſtræ veriſſimæ deciſioni, quod Papa & Imperator partes per transactionem compellere poſſint; *Ant. de Butr. c. cum inter R. Seniorem arg. ill. text. extr. de elect. Paul. de Caſtr. & Alex. l. quidam æſtimaverint, & ibi Iaſ. nu. 4. verſ. 3. fallit. ff. ſi cert. petat.*

Namq; reſpondeo primò, hoc procedere, quando Princeps ex juſta & legitima cauſa partes ad transactionem faciendam cogit; alioquin verò ſecus eſſe; *Fel. c. quæ in Eccleſiarum nu. 45. extr. de conſtitut.*

Secundò reſpondeo, ex reſcripto ſive commiſſione Imperatoris de qua in caſu noſtro agitur, ſatis apparere, Imperatorem non voluiſſe cogere hæredes H. à B. ad transactionem faciendam, ſed hoc arbitrio ipſorum permiſiſſe, ſicut hoc ex tenore reſcripti ſatis liquet, Igitur ſequitur, hoc contrarium nobis nihil obſtare, præſertim cum in caſu noſtro nulla juſta ratio ſubſit, ut partes ad tranſigendum cogantur.

Ad decimam tertiam quæſtionem reſpondeo, eſſe clari indubitatiq; juris, cum A. de S. ſe ratione violentæ occupationis caſtri H. Item, etiam propterea, quod Conradus de VV. H. de B. miniſtros vi ceperit inq; captivitate malè tractaverit, ipſiq; equos, arma bellica aliaq; ademerit, perq; hoc in pœnam turbatorum pacis publicæ aliasq; pœnas inciderit, omnes ſingulasq; actiones, quas C. de VV. contra ipſum habere poſſet, perdiderit, ideoq; ipſi ad ea reſpondere non teneretur; quod multò magis concordiam illis ipſis de cauſis recuſſare poſſet.

Namq; clari & indubitati juris eſt, quod ea quæ ſufficiunt ad fortius vinculum tollendum, actionem nempè juridicam contra ſe inſtitutam, elidendam, multò magis proſint ad vinculum infirmius diſſolvendum, transactionem nempè extrajudicialem recuſandam, ſicut hoc clarius eſt, quam ut probatione indigeat.

Decimam quartam quæſtiooem quod attinet, Quamvis C. de VV. per illud cujus in quæſtiooe meotio fit, actionem ſuā quæ contra I. de B. ipſiusq; hæredes ipſi competiit, non perdiderit: tamen de jure clarè proviſum eſt, quod pœna turbatorum pacis publicæ contra hæredes delinquentis locum non habeat, eo caſu, ſi delinquens ante litis conteſtationem moriatur, verum quantum damna impenſaq; concernunt, illarum exactio contra hæredes delinquentis abſq; diſcrimine inſtitui poſſunt.

Cum autem C. de VV. in principio nullam actionem ſibi competentem habuerit neque ad reſtitutionem rei, neq; ad æſtimatiooem damni vel Intereſſe, neq; etiam ad ullam pœnam civilem vel criminalem, non neceſſe eſt de hoc puncto multas diſputatioues inferre.

Namq; clari juris eſt, quod † actiones
113 criminales ad vindictam competentes regulariter contra hæredes noo dentur, neq; competant, Si reus ante litem conteſtatam mortuus fuerit.

Similiter clari juris eſt, quod † actio
114 in factum competens vel ad recuperandam poſſeſſionem vel ad damna & Intereſſe non expiret, niſi ſpacio 30. annorum, & tàm ad hæredes quàm contra hæredes tranſeat, ſicut hoc ooo ſolùm jure communi, ſed etiam in conſtitutione de pace publ. tenen expreſsè cautum & clarius eſt, quam ut probatione indigeat.

Cæterum † cum omnis privatio habi-
115 tum præſupponit, & illud quod oon eſt natum, extingui nequeat, *l. nam etſi ff. de injuſto, rupto, irritoq; facto teſtamento. l. decem & ibi Iaſ. & Dd. ff. de verb. obligat. Nicol. Eberh. in ſua Top. in loco à privat. ad habit.* Io caſu noſtro ſuperfluum eſt diſputare, Utrum actio vel accuſatio curſu temporis expiraverit vel amiſſa ſit.

Cum ex ſupra dictis ſatis liqueat, C. de VV. contra H à B. ejusq; hæredes ab initio nullam actionem nullamq; accuſationem habuiſſe.

Decimam quintam quæſtionem quod attinet, exiſtimo A. de S. ad indictum diem vel in propria perſona vel per ſubſtitutum comparere, ſuasq; exceptiones proponere teneri, neq; ſe cum eo defendere poſſe; quod ad primam Archiepiſcopi citatiooem vigore Cæſareæ Majeſtatis per VV. impetratam commiſſionem, totius cauſæ cum omnibus circumſtantiis veram firmamq; narrationem perſcripſerit, humiliter petens, illam Sacræ Cæſareæ Majeſtati transmitti, ulteriusq; ſe obtulerit, illam narrationem (caſu ſi prior Sac. Cæſ. Majeſt. inſinuata non eſſet) Sac. ſuæ Cæſ. Majeſt. de novo offerre.

Namq; certum eſt, quod † quilibet judex tàm Ordinarius quàm delegatus cognoſcere poſſit de exceptionibus fori declinatoriis coram ipſo oppoſitis, utrum videlicet ipſe in cauſa controverſa judex eſſe poſſit, ao verò oon, Quodq; hæc controverſia ad ſuperiorem ſive delegantem remittenda non ſit. *l. 2. & ibi Bartol. Alex. Iaſ. & Dd. ff ſi quis in jus. voca. non ierit. l. ſi quis ex aliena. ff. de judic. c. ſuper literis, & ibi Abb. Fel. Dec. & Dd. extr. de reſcript.*

Quantum ad decimam ſextam quæſtionem attinet, oulla ulteriores exceptiones vel defeoſiones in præſentia mihi in memoriam incidere volunt, quæ in in commodum A. de S. proponi poſſent, Sed tamen ego A. de S. fideliter conſulere velim, ut in perſona, vel per Subſti.utum in dicto die compareat: perque ſuum Procuratorem vel Advocatum primò omnium proteſtari faciat, quod coram Cæſareis Commiſſariis ad concordiam vel juris proceſſum, per illam ſuam comparitionem ulterius ſe intromittere nollet, quàm de jure teneatur: poſtmodumq; proponi faciat, Dominos Cæſareos Commiſſarios ordinarios judices ipſius non eſſe: Item, quod Hala à Ducatu Luneburgenſi in quo A. de B. domicilium ſuum habeat, longius quàm iter unius longi diei diſtent: Et quod Dominorum commiſſio C. de VV. ſub & obreptitiè ſit impetrata: Item, quod C. de VV. per ſua facinora pœnam banni ac turbatorum pacis publicæ ipſo jure meruerit, Ioannemq; de B. prohibita violentia ſpoliarit, Item, quod econtrà omnia ſingulaque quæ Ioannes de B. contra illum Conradum de VV. ſuſceperit, Iuri communi ſcripto conſtitutioniq; pacis publicæ conforme ſit, ideoq; A. de S. neq; in concordia neq; in Iure ſe cum C. de W. intromittere teneri. De-

Decimam ſeptimam ultimamq́; quæſtionem quod attinet, exiſtimo A. de S. neq; in concordia neq; jure C. de VV. reſpondere teneri, & ſi ad proceſſum juris hæc cauſa devolui deberet, quod A. de S. C. de VV. ne teruncium dare teneatur. Cum ſuperius ſatis deductum ſit C. de VV. per illud ipſum quod Schmalcaldicis confœderatis juramento aliisq́; modis ſe devinxerit, Item quod caſtrum H. contra omne jus Sacriq́; Romani Imperii pœnalem conſtitutionem de pace publica mero facto vi ac violentia invaſerit, illudq́; occupaverit, Ioannisq́; de B. miniſtros ceperit inq́; carceres detruſerit, arma bellica, equos aliaq́; ad ſe rapuerit, Schmalcaldicisq́; confœderatis pro Signifero Equeſtri anno *46.* & *47* militaverit: in pœnam banni turbatorumq́; pacis publicæ inciderit, vitam bonaq́; perdiderit.

Et quod ideò Illuſtriſſimo Principi de B. & dicto I. de B. nomine ſuæ Illuſtriſsimæ Celſit. tanquam vim paſſis etiam non præcedente ſententia declaratoria conceſſum fuiſſet, non ſolummodò occupatum caſtrum H. propriis viribus recuperare, ſibiq́; applicare, ſed ulterius etiam ipſum C. de VV. capere, vulnerare aliisq́; modis in corpore, bonisq́; incommodare, ſuaq́; bona, tanquam propria occupare ac retinere: & quod ideò C. de VV. neq; ad reſtitutionem caſtri neq; aliorum bonorum, neq; ad æſtimationem damni vel Intereſſe nulla actio competat.

Præterea quoq; certum eſt, quod ſecundum juris communis † diſpoſitionem *117* contra eum qui quid ad defenſionem ſuam fecit, non modò ad reſtitutionem, ſed etiam ad æſtimationem damni vel Intereſſe agi non poſſit, *Bart. l. ſi quis ad ſe fundum. nu. 1. C. ad l. Iul. de vi publica.*

CONSILIUM TRICESIMUM OCTAVUM.

In materia Iuris Protomiſeos, explicans Statutum Stetinenſe.

SUMMARIA.

1. Omnes actus & verba omnia cum effectu intelligenda.

2. Appellationis effectus, & n. 5. 6. 19. 22.

3. Paria ſunt factum non eſſe, vel effectu carere. Illuſtratur n. ſeq.

4. Vidua eſt, inutili viro nupta.

5. Ex ſententia judicis oritur actio judicati.

6. Tempus judicati à quo tempore currat, ſi appellatum ſit.

7. Diſpoſitiones in potiori ſignificatione accipiendæ.

8. Datum vel traditum non cenſetur, niſi quod irrevocabiliter alicui traditum eſt.

9. Verbum ſimpliciter prolatum magis ad ſpeciem irrevocabilem adaptatur.

10. Dominium revocabile in conſideratione non habetur.

11. Res ſua qualiter alicui legari, vendi, donari &c. poſſit.

12. Ius habens impeditum, quoad effectum juris ei renunciare nequit.

13. Tempus intra quod quis precium rei venditæ ſolvere promiſit, à quo die currat.

14. Item tempus ſtatutum à contrahentibus ad redimendum rem venditam reſtituto precio.

15. Non videtur factum, quod non durat factum, contrarium declaratur. n. 17.

16. Quæ momento tamen durant, in conſideratione non habentur. Inde infertur.

18. Rem quis occupaſſe non dicitur, niſi ita occupaverit, ut retinere eam poſſit.

19. Appendices regulantur ab actu principali.

20 Tempus appoſitum actui pendenti ex futuro eventu pendente dubio eventu non currit.

21. Spes quomodo pro veritate habeatur.

23. Tempus executionis teſtamenti quando non currat.

24. Nec tempus anni & diei vaſallo ad petendam inveſtituram præſcriptum.

25. Litis pendentia à mora excuſat.

CAſus ſuper quo informatio petitur, breviter ſe habet, uti ſequitur.

Stertini in Pomerania per legitimam validamq́; conſuetudinem introductum eſt, quod ſi quis ædes ſuas vendit, quod proximo conſanguineo de linea illa a qua dictas ædes hæreditario jure acquiſivit. tempore judicialis ceſſionis permittatur in contractum vendirionis & emptionis ſe intromittere, venditasq́; ædes ſoluto precio prout inter conrrahentes alias conventum fuit, ſibi acquirere. Iam verò Ioannis N. vidua Stetini ædes emit, easq́; ſuo genero VVilhelmo K. ut inhabitaret, conceſſit, poſteaq́; mortua eſt.

Cumq́; filia ipſius dicti VVilhelmi K. Conjunx, ante illam absq; prole ex hac vita deceſſerat, dicta mater & vidua omnia ipſius bona atq; inter alia etiam emptas illas ædes in filium Ioachimum N. ſolum jure hæredirario devolvit. Interea verò cum gener VVilhelmus K, magnum æs alienum conflaverat, inque ſumma debita ſe conjecerat, ſæpedictas illas ædes uni ex ſuis creditoribus pro magna quadam pecuniæ ſumma hypothecavit: Cumq́; rationes illius non ferrent diutius Stetini manere, creditori illi dictas ædes conceſſit, qui illas ulterius alio cuidam locavit, à quo annuam penſionem in hunc uſq; diem ſuſcipit. Cum autem dictus Ioachimus N. (qui tempore obitus ſuæ matris in aliis regionibus degerat) in patriam rediiſſet, omnia paterna maternaq́; bona atque inter alia etiam has ædes ut ſuas proprias ſibi vindicare voluit.

Cum autem Creditor, cui VVilhelmus K. ædes illas hypothecarat, ſemper in ſua poſſeſſione permaneret, ſemperq́; annuas penſiones de his ædibus ſuſciperet, Ioachimus N. filius illud conſilium iniit, quod ædes illas alio cuidam ſuo conſanguineo, verùm in valdè remoto gradu diſſito venderet, prout etiam illi vendidit judicialiterq́; tradidit: non attento, quod creditor, cui illas ædes VVilhelmus K. hypothecarat, illas in poſſeſſione haberet.

Creditor igitur qui illas ſæpedictas ædes in poſſeſſione habet, contractui illo venditionis contradixit, emptorem in ædes intromittere noluit, atque judiciali ceſſione ſeu traditione ad ſuperiorem, nimirum ad Illuſtriſſimum Principem Pomeraniæ appellavit. Et cum in cauſa Appellationis emptio judicialisque traditio confirmata fuit ulteriusque ſententiarum, Creditorem appellatum in mutatione illarum ædium impedire de jure non poſſe, de illà ſententia ad Cameram Imperialem appellavit, ubi cauſa hoc tempore indeterminata adhuc hæret.

Quæritur igitur, ſi emptio judicialisq́; traditio in tertia inſtantia in Camera nimirum Imperiali confirmari deberet, Num Caſparus S. ratione ſuæ legitimæ conjugis, quæ venditoris Ioachimi N. matris Sororis filia ab utroque latere conjuncta proximaq́; conſanguinea eſt à linea materna, in illum contractum ſe intromittere venditasque ædes ſoluto precio ſibi acquirere poſſit, non attento, quod eo tempore, quando judicialis ceſſio facta fuit, in illum contractum ſe non intromiſerit vel illi contradixerit.

Ad quam quæſtionem ut breviter reſpondeam, Exiſtimo, ſi cauſa in tertia inſtantia in Camera Imperiali Ioachimo N. adjudicari initusque ille contractus judicialisque traditio confirmari deberet, quod Caſpar S. nomine ſuæ uxoris contractui huic ſe interponere jure poſſit, primoque emptori præferatur: non conſiderato, quod tempore judicialis ceſſionis illud non petierit, prout hoc ſequentibus jurium fundamentis ſatis dilucide demonſtrabitur.

DIVI-

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QVO NIHIL FELIX FAUSTUMQVE.

PRæcedens deciſio multis firmiſſimis rationib⁹ cõprobatur, Namq; primo certi & indubitati juris eſt, †omnes act⁹, omniaq; verba cum effectu intelligenda, omnemq; diſpoſitionem tàm ſtatuti quàm conſuetudinis de actu aliquo loquentem, ita accipiendam eſſe, ut tantum habeat locum in illo actu, qui effectum ſortitus fuit, *l.2.§ hæc autem verba, ibi Iaſ. & Dec. ff. quod quis vi l. pen. § ſen ff. ne quis eum qui in jus voc. vi exi. l. quoties ibi Iaſ ff. qui ſatiſdar. cog. c. relatum, & ibi gl. & Dd. extr. Cler. non reſiden. c. qualiter extr. pact c. fin. ibi gl. extr. ſponſal. Iaſ. l. non amplius in prin. ff. legat. 1.*

2 Similiter legibus expreſſè cautum, † eſt appellationem ſive provocationem à ſententia judicis vel alio actu interpoſitam hoc operari, ne illa ſententia ſive iſte act⁹ effectum ſortiatur, ſicut hoc ſatis probatur per text. in *c. 1. §. fin. ff. ad S. C. Turpill.* ubi text. inquit, Quia a provocationis remedio condemnationis extinguitur pronunciatum, Idem probat text. *l. 2 § fin. ff. pœnis*, ubi text. inquit, condemnatus is intelligitur, qui primo provocavit. Cæterum ſi provocavit, nondum condemnatus eſt. Et *text. in l. furti § 1 ff his qui not. infam.* Ubi text. inquit, Sed ſi furti vel aliis famoſis actionibus quis condemnatus provocaverit, pendente judicio nondum inter famoſos habetur, pro hac ſententia confirmanda facit etiam text *l. ſi quis filio exhæredato. §. his autem omnes. ff injuſto rup. irrit. fac. teſtam.* Et hoc quod per appellationem ſententiæ extinguatur, tradit *gl. & Bald d. l. 1. §. fin. ff. ad S C. Turpill. gl. Bart. & Ang l furti. §. 1 ff his qui not. infam. Oldrad conſ. 19. Ioh. de Ana conſ. 9. Panor. c. ad reprimendam. ſuper gl. 2 extr offic. ordinarij.*

Et licet aliqui text. innuant, atq; etiam multi Dd tradant, ſententiam vel alium actum non extingui, ſed tantùm ſuſpendi per appellationem interpoſitam, *c. venientes extr. de jurejuran. c paſtoralis. §. præterea, extr. de offic. delegat. l. ſi cauſ. cognit. C. de transactio. l. generaliter. in prin. C. de reb credit. l. præcipimus. verſ. hæc ſi appellatio. C. de appellatio. l. ab executione. C. quæ appellat. non recipiunt gloſ. l. tale pactum. §. qui provocavit. ff. de pactis. Geminia. c. is cui. §. fin. de ſententi. excommu. lib 6. Abb. c. fin. extr. de ſequeſt poſſeſ & fruct.* Tamen hoc tantùm procedit inſpecto futuro eventu, ſecus autem eſt, inſpecto præſenti ſtatu, quia inſpecto præſente ſtatu, per appellationem interpoſitam ſententia vel alius actus à quo appellatum fuit, ſecundum communem ac receptam Dd. ſententiam, penitus extinguitur. *Bal. rubr. C. appellat. Bald. & Ang l. ſi ale pactum. ff. qui provocavit. ff. pact. Anton. de Butr. Imo. & Abb. c. venientes. extr. jurejur. Imol. rubr ff. appellat. Ant. de Butr. & Dd. c. paſtoralis. §. præterea. & ibi Felin extr. de offic. delegat. Imol. Roman Alex. Iaſ. & Franc. Ripa. l. 1. ff. re judicat. Salicet. Alex. Iaſ. & Dd. l. ſi cauſa cognita. ibi Alciatus C transactio. Abb. Ph. Peruſinus Felin. & Dec. rubr. extr de appellat. Alex conſ. 188. n 10. lib. 2. & conſ 36. n. 5. lib. 4. Socin. conſ. 76. n. 4. lib. 1.*

Eodem modo hoc tantum locum habet reſpectu partium, item reſpectu judicis à quo, ſecus autem eſt, quoad præjudicium tertii, Namq; in his, quæ præjudicium tertii reſpiciunt, ſententia vel alius actus penitus tollitur per appellationem interpoſitam, inſpecto & præſenti & futuro ſtatu, *gl. & B. l. furti ff. his qui not. infam. Alex. l. 1 n. 4. & ibi Franc. Ripa. nu. 11. ff re judicata. Fel. c. teſtimon. col 6 extr. teſtibus.* Ideò ſequitur, conſuetudinem Stetinenſium, quæ vult, proximiori conſanguineo vel cognato permitti domum à cognato vel conſanguineo ſuo venditam æquali precio redimere, ipſumq; æquale precium offerentem, emptori præferri, dummodo tamen ipſe, zur Zeit der gerichtlichen Aufflaſſung/ ſe offerat ad redemptionem pro æquali precio: ita intelligendum eſſe; dummodo tamen, von der gerichtlichen Verlaſſung/ vel à ſententia confirmatoria derſelben Verlaſſung/ appellatum non fuerit.

2. Hanc ſententiã confirmat hoc, quod 3
legibus cautũ eſt, perinde eſſe, † aliquid non eſſe factum, vel eſſe quidem factum, ſed effectu carere ſive inefficax eſſe, ſicut hoc expreſſè tradit. *Iaſ. in l. fin n 2. arg illius text ff. ejus cui mand. jurid.* Et confirmatur ex eo, quod ſicut pignus non poteſt accedere obligationi, quæ non contracta eſt, ita quoq; pignus nec obligationi inefficaci accedere poſſe *gl. l fin. C condict. ob turpem cauſ.*

Quodq; † ſicut illa mulier cujus maritus 4
mortu⁹ eſt, vidua ſive orbata viro cenſetur, ita quoq; & illa, quæ maritum inutilem habet vidua ſive orbata viro cenſeatur, *Hoſt. gl. 2. l. fin. C. ad l Flavi. de plag.* Huc accedit.

cedit, quod Statutum civitatis diſponens, habentem molendinum in aquis publicis, teneri Principi pro gabella certum quid ſolvere, non habeat locum in eo, qui habet molendina inefficacia ſive non reddentia fructom, *Bal. c. 1. §. ſi quis de menſo. de controverſ. inveſtitur*. Quodq; ſtatutum irrogans certam pœnam debilitanti membrum alicuius, non procedat in debilitante membrum inefficax vel inutile, *Bald. l. 1. col. fin. C. ædil. edict.*

Sed certum eſt, quod per appellationem ſive provocationem interpoſitam effectus tàm ſententiæ quàm alterius actus, à quo appellatum fuit, tollatur, atq; tàm ſententia, quàm alius actus inefficax efficiatur, *l. furti. §. l. ff. his qui not. infam. l. ſi quis filio exhæredat. §. irritum. ff. injuſto rup. fac. teſtam. Iaſ. l. 1. nu. 12. ff. re judicat.*

Igitur ſequitur, daß die gerichtliche Verlaſſung / vel ſententia confirmatoria derſelbigen Verlaſſung / à qua appellatum ſive provocatum fuit, perinde habeatur, atq; ſi dieſelbe gerichtliche Verlaſſung / neq; fuiſſet facta, neq; per ſententiam confirmata, & per conſeqnens, da die gerichtliche Verlaſſung hernachmals in prima vel ſecunda inſtantia confirmata fuerit, illaq; ſententia in rem judicatam tranſierit, illum actum der gerichtlichen Verlaſſung / perinde habendum, atq; ſi ille actus tunc primum, cum per ultimam ſententiam confirmatus fuit, appellatione ſcilicet injuſta prounnciata celebratus fuiſſet, atq; agnato ſive cognato proximiori perinde permitti eo tempore, quo in ultima inſtantia die gerichtliche Verlaſſung / confirmata fuit rem venditam ab agnato vel cognato ſuo, oblato æquali precio redimere, als da die gerichtliche Verlaſſung / zu der ſelbigen Zeit allererſt geſchehen were.

5 3. Pro hac ſententia confirmanda facit, quod † licet ex ſententia judicis oriatur actio judicati ſive in factum, ſi tamen à ſententia lata appellatum illaq; ſententia in ſecunda vel tertia inſtantia confirmata fuerit, actio tamen judicati ſive in factum non ex prima ſententia, à quo appellatum fuit, ſed ex ultimâ ſententia confirmante primam, item & à tempore ultimæ ſententiæ demum naſcatur, *gl. l. furti. §. ſed ſi furti ibi B. ff. his qui not. infam. gl. B. & Dd. l. ſi quis priore. ff. ad S. C. Trebellian. gl. l. Chyrographis ff. adminiſtrat. tutor. gl. l. eos, in pr. ibi B. & Dd. C. appellat. gl. Ioh. Fabr. & Ang. §. ſed etſi quis priore. Inſtit. quib. mod. teſt. infir. gl. & Dd. c. paſtoralis. §. præterea extr. offic. delegat. Iacob Butring. l. 1. C. quand. provo. non eſt neceſſe. Bar. l. talepactum. qui provocavit. ff. de pact. Bar. Alex. Iaſ. & Franc. Ripa l. 1 ff de re judic. Iaſ. l. à divo Pio in prin. ff. eod. tit.*

Quodq; tempus † judicati eo caſu, 6
quando a ſententia appellatum fuit, non currat à tempore latæ ſententiæ, ſed ab eo tempore, quo prima ſententia in cauſa appellationis in ſecunda vel tertia inſtantia confirmata fuit, *l. 2. C. de uſuris rei judicat.*

Ex quo ſequitur, conſuetudinem Stettinenſium permittentem agnato vel cognato proximiori domum à cognato vel agnato ſuo venditam, pro æquali precio redimere, dummodò tamen agnatus vel cognat⁹ proximior venditoris zur Zeit der gerichtlichen Verlaſſung / ſe offerat ad redemptionem pro æquali precio ita intelligendam eſſe, ut procedat tantum illo caſu, quãdo von der gerichtlichen Verlaſſung non eſt appellatum, atq; eo caſu, quando von der gerichtlichen Verlaſſung / appellatum, atq; die Verlaſſung in cauſa appellationis ultima inſtantia, nempe confirmata fuit, agnatus vel cognatus proximior venditoris volens rem venditam pro æquali pretio redimere, perinde & audiatur & admittatur, ad hanc redemptionem, atq; ſi eo tempore, quo in ultima inſtantia die gerichtliche Verlaſſung / confirmata fuit, dieſelbige Verlaſſung primum facta fuiſſet.

4. Tàm † conſuetudines quàm ſtatuta, 7
nec non & reliquæ diſpoſitiones in priori, pleniori ac perfectiori ſignificatione accipiendæ ſunt, *l. 1. §. fin. cum a. leg. ſeq. ff. ſi ager. vectig. vel emphyteut. l. ſi duo patroni. §. 1. ff jureju. Bal. c. cum non liceat, in fine extr. præſcriptio.* Sicut & alibi traditum eſt, verba in dubio pleno jure accipienda eſſe, *Bal. cum mota, col. 2. verſ. ulterius oppone C. transact.*

Ex quo ſequitur, Conſtitutionem Stettinenſium, volentem agnatum ſive cognatum proximiorem, venditoris ad redimendum rem venditam pro æquali precio, non aliter admitti, niſi ipſe tempore der gerichtlichen Verlaſſung / ſe ad redemptionem pro æquali precio offerat; eſſe intelligendam in potiori ſignificatione, ita ut tantum habeat locum in der Verlaſſung / quæ omnibus numeris perfecta & abſoluta eſt, ac à qua appellatum vel provocatom non fuit.

Cum illud perfectum dici nequeat, quod non omnibus ſuis partibus conſtat, *l. 1. ff. orig. jur.* vel quod non perfectionis ordine completum fuit, *c. nihil. 7. q. 1.* vel

cui

cui aliquid addendum reſtat. *l. pen. C. ad S.C. Syllo.*

5. Non videtur † datum vel traditum, niſi id tantum, quod & irrevocabiliter alicui traditum eſt, & illi auferri non poteſt, *l. datio. in prin. ibi B. ff. actio empt. l. 3. §. ſi quis ſervum. ff. ſtatum liber. l. non videtur. & ibi. Alex. & Alberic ff. de acquir. poſſeſ. l. qui ſcit. l. cum quis §. qui hominem. & l. qui decem. §. fin. & ibi Alberic ff. de ſolut. l. qui concubinam. §. ſi hæres §. legat. 3. l. Iulianus. §. 1 ff. verb. obligat. l. omnes. §. 1. ff. reg. jur. gl. l. non quocunq; §. 1. ff. legat. 1.*

Sicut etiam non videtur alienatum, niſi id tantum quod pleno jure & irrevocabiliter alienatum eſt, *Bald. c. 1 §. aut ſi libellario ad fin. quib. mod. feud amit.* & appellatione dunationis ſimpliciter prolata non comprehēditur illa donatio quæ irrevocabilis eſt, *l. 1. in prin. & l. filiusf. §. pari. ff. donatio.*

Huc accedit, quod verbum † ſimpliciter prolatum magis adaptetur ad ſpeciem irrevocabilem quam ad ſpeciem revocabilem. *Signorol. de homicidiis conſ. 96. n. 17.* quodq; ſtatutum loquens de traditione ſive de datione inſulutum, intelligatur tantùm de illa datione ſive traditione in ſolutum, quod irrevocabilis eſt, quæq; nullo modo retractari vel revocari poteſt. *Soc. conſ 76 nu. 6 lib. 1.*

Ex quo infertur, quoad caſum noſtrum & conſuetudinem Stettinenſium, de qua in caſu noſtro agitur, eſſe intelligendam, von derſelben gerichtlichen Verlaſſunge/ quæ ulterius impugnari vel retractari nequit, à qua, videlicet appellatum vel provocatum non fuit, vel quæ in cauſa appellationis in ultima inſtantia confirmata fuit, utq; eo tempore, quo ſententia confirmatoria der gerichtlichen Verlaſſung / in ultima inſtantia prolata fuit, agnato & cognato proximiori perinde permittatur, rem venditam pro æquali precio redimere, atq; ſi die gerichtliche Verlaſſung / eo tempure primum facta fuiſſet.

10 Sextò † dominium revocabile, quod videlicet alicui avelli vel auferri poteſt, in nulla conſideratione habetur.

11 Ideoq; † licet mihi res mea legari nequeat, *l. proprius C. de legat.* tamen hoc tantum procedit in illa re, quæ irrevocabiliter mea eſt, quæq; mihi avelli non poteſt, ſecus autem eſt in illa re, quæ vel revocabiliter mea eſt, vel quæ mihi avelli poteſt: illa etiam mihi perinde, ut res penitus aliena, legari poteſt, *l. non quocunq; §. 1. & ibi Dd. ff. de legat. 1. l. apud Iulianum. §. ſi Titius. ff. eo tit. Franc. Aretin. l. multum, col. 2. ff. de verbo. obligat. Iaſ. l. ſi ſibi homo. ff. eo tit Dec conſ. 47. Franc. Ripa l. ſi aliquam rem. col. 3. verſ. intellige ſextò. ff. de acquir poſſeſ.*

Et licet rei ſuæ neq; emptio, *l. ſuæ rei ff. de contrahend. emptio.* neq; ſtipulatio valeat, *l. nemo rem ſuam ff verbo. obligat.* id tamen tantum procedit in re perfectè & irrevocabiliter ſua, illius verò rei, quæ alicui quolibet modo vel evinci vel auferri poteſt, & emptio & ſtipulatio valet, *l. cum res. & ibi Bald. & Salicet. C. de contrahen. emptio Petr. de Bellaper, Paul Caſtrenſ. & Alexan. l. huiuſmodi §. qui ſervum ff. de legat. 1. Alex. l. qui Romæ. §. duo fratres ff. de verb. obligat.*

Huc accedit quod licet res ſua nemini neq; donari neq; in emphytheuſin concedi poſſit, illa tamen, quæ alicui irrevocabiliter ſua eſt, quæ videlicet alicui evinci vel auferri poteſt, ipſi & donari, *Ruin. conſ. 20. n. 3. lib. 1.* & in emphytevſin concedi poſſit, *Ruin. conſ. 144. lib. 1.*

Et licet rem ſuam nemo uſucapere vel perſcribere poſſit *l ſequitur. §. bina & ibi gl. ff. de uſucapio.* illa tamen re quæ alicui avelli vel auferri poteſt, quis perinde ut rem penitus alienam & præſcribere & uſucapere poſſit, *l. in bello. §. ſi quis ſervum & ibi Bart ff. de captiv. & poſt. lim reverſ. gl. l ſequitur § fructus. & ibi Bart. Ang. Imol. & Paul. Caſtrenſ ff. de uſucapio. Bald. & Iaſ. l. non quocunq; §. 1. ff. de legat. 1.*

His adde, quod licet per acquiſitionem domini extinguatur & pignus, & ſervitus ſive uſusfructus, hoc tamen tantum locum habeat in acquiſitione dominii, quæ irrevocabilis eſt, quodq; per revocabilem acquiſitionem dominii non extinguatur, neq; pignus ſive hypotheca, *l. ex ſextante. §. Latinus. ibi Petr. Iaco. de Raven. Cyn. & B. ff. excep. rei judicat. l. debitor ibi Bart. Caſtrenſ & Alex. ff. ad S. C. Trebellian. l. 1. ibi Iacob. de Aretin. Cyn Bal. & Ioh. Fab. C. ſi antiquior. credit. Dec. l. neq; pignus. ff. regul jur. neq; ſervitus l. Legatarius ibi Imola Fran. Aret. & Iaſ. ff. legat. 1. Alex. conſ. 59. in fine lib. 5.*

Ex quo infertur, quoad propoſitum noſtrum, daß dieſelbige gerichtliche Verlaſſung/ quæ per appellationem interpoſitam retractata vel ſaltem ſuſpenſa fuit, ita ut retractari poſſit, in nulla conſideratione habeatur, ſed conſideranda ſit tantum ultima ſententia, per quam

die

die gerichtliche Verlaſſung/irrevocabilis effecta fuit, ita ut tẽpore illius ſententiæ perinde agnatus vel cognat⁹ proximior ad redimendum rem venditam, pro æquali precio admittatur, als da die gerichtliche Verlaſſung zu derſelben Zeit aller erſt geſchehen were.

12 Septimò is, qui habet jus † impeditum quoad effectum juris, ita ut illud jus liberè acquirere nequeat, iſli juri renunciari non poteſt, *Bart. Alex. & Dd. l. is poteſt ff. acquir. hæredib.*

Cum itaq; in caſu noſtro per appellationem interpoſitam & jus der gerichtlichen Verlaſſung / & etiam jus redimendi rem venditam, pro æquali precio, per apellationem ſive provocationem interpoſitam, impeditum fuerit, ſequitur, proximiorem agnatum, de quo in caſu noſtro agitur, ab hoc jure redimendi quamdiu cauſa appellationis in pendenti fuit, neq; tacita neq; expreſſa renunciatione excludi potuiſſe.

13 Octavò, pro hac ſententia confirmanda adduci poteſt id, quod Dd. communiter tradunt, ei, qui † promiſit precium rei venditæ intra certum tempus ſolvere, illud tempus non currere, niſi à die factæ traditionis rei venditę. Et ſic ab eo die quo contractus habet, ultimam perfectionem, *Br. Bl. Arng. Rapha. Floria. Paul. Caſtr. Alex Fr. Aretin. & Iaſ. l. ſi cui legetar. in princ. ff. legat. 1. B. l fin. §. 1. ad fin. ff. de reſcind. vendit. Bal. rubr. col. fin. C. contrah. empti. Paul. Caſtrenſ. conſ. 217. lib. 1. Carol Ruin. conſ 63. lib. 5.*

14 Quodq; † tempus ſtatutum à contrahentibus ad redimendam rem venditam reſtituto precio, non currat, niſi à tempore traditionis, & ſic ultimæ completionis contractus, *Guido Pap ſingular. 873.* ſicut etiam tempus anni & diei datum emptori ad fidelitatem præſtandam domino, non currit ſtatim a die emptionis, ſed tantum à die traditionis ſive adeptæ poſſeſſionis, & ſic ultimæ perfectionis contractus, *Guido Pa. deciſ. Delphina. 165.* & annus promotionis ad ſacros Ordines non currit à tempore collationis ſive impetrationis beneficii, ſed adeptæ poſſeſſionis, & ſic ultimæ perfectionis, ſicut hoc traditur in *c. commiſſa, de elect. lib. 6.* Ex quo colligitur, & conſuetudinem Stettinenſium, qua cavetur, agnatum vel cognatum proximiorem venditoris non aliter ad redimendum rem venditam admitti, niſi ipſe ſe ad redemptionem tempore der gerichtlichen Verlaſſung/obtulerit, ita intelligendam eſſe, ut ſufficiat, ſe eo tempore ad redemptionem offerre, quo tempore die gerichtliche Verlaſſung / ultimam perfectionem accipit, Quo videlicet tempore dieſelbe Verlaſſung/per ſententiam in ultima inſtantia prolatam confirmata fuit.

Namq; certi & indubitati juris eſt, omnia ſtatuta, omnesq; conſuetudines ſecundum jus commune intelligendas, limitandas & ampliandas, *l. jus civile ff. juſtit. & jur. l. Cæſar. ff. Publican. l. 2. C. noxal. actio. c. cum dilectus. & c. ad audientiam. extr. de Cler. non reſident.* Etiamſi verba ſtatutorum vel conſuetudinum ad ſignificationem impropriam trahenda eſſent, *c. cum dilectus. ibi Ant. de Butr. extr. de conſuetud.*

Nonò, † non videtur factum id, quod 15
non durat factum, *l. item eorum. §. quod ſi actor. ff quod cujusq; univerſ. nomine l. ſi pro parte. §. verſum. ff. in rem verſa. l. 3. §. ſi quis ita. ibi Ioh de Imol. ff. hæred inſtitu.* Hinc eſt, quod is cui judex præcepit, ut exiret poſſeſſione domus, & eam diſcumbraret, Huic præcepto obtemperaſſe non intelligatur, ſi exiverit quidem poſſeſſione domus, & eam diſcumbraverit, ſed poſtea illam iterum ingreſſus fuit, *Br. l. ſicut. §. ſupervacuum uit. 2. ff quibus mod pig.*

Quodq; ſententiæ judicis, qua civitas fuit condemnata ad ſubverſionem murorum, non intelligatur ſatisfactum, ſi deſtructis muris, illi iterum ædificentur, *Dyn. Cyn Br. Bal. & Salicet l. ſervus arg. ill. text. C. pœnis Dy. Bar & Ang. l. ſi quis adulterium. §. 8. arg. ill. text. ff. ad l. Iul. de adult. Angel. l. in numerationibus ff. ſolutio. Petr. de Anchor. Fel. & Dec. c. ex literis extr. conſtit. Pet. de Anchora. & Ph. Fr. c. felicis. de pœnis. lib. 6. Corn. conſ. 5 col. 5. lib. 1.* Similiter & is, cui arbiter juſſit, mihi feudum reſtitui ſub pœna, reſtituto feudo poſtea illum iterum occupet, perinde in pœnam incidit, atq; ſi feudum non reſtituiſſet, *Iacob. de Arena. Oldra. & B. l. Titio. 110. in princ. arg. ill. text. ff. conditio. & demonſtrat.* Eodem modo & contra eum, qui condemnatus ad reſtituendum rem aliquam, illam quidem rem reſtituerit, ſed poſtea recuperaverit, perinde poteſt peti executio ſententiæ latæ, atq; ſi illam rem vigore ſententiæ non reſtituiſſet, *Iacob. But. Guil. de Cun. Bar. Bal Salicet. & Fulgoſ. l. ſed etſi poſſeſſori. §. proinde ff. jurejur. Cyn. & Bald. l. ſi hæredum. C. inſtit. & ſubſtit. Bald. l. qui licitam C. ut lite pend. Bald. l. debitori. C. de pact. Ang. l. permiſceri. §. ſpecies ff.*

acquir.

acquir. poſſeſ. Nicol. Neapolit. l. fidejuſſor. §. meminiſſe ff. legat. 1. Petr. de Ancher. Clem. ne Romani. de electio. Paul. Caſtr. conſ 204. & conſ. 205. lib. 1. Socin. conſ. 133. lib. 1. & conſ. 174. lib. 2.

Et hoc potiſſimum procedit eo caſu, quando illud factum ſtatim fuit infectum redditum vel momento tantùm duravit.

16 Quia ea quæ † momento tantum durãt, in conſideratione non habentur. *l. ſi quis ita legaverit. ff cond. & demonſtrat. B. l ſi pater. §. fin. C. inſtit. & ſubſtitut. gl. & Bal. c. 1. §. 1. Epiſcopum. vel Abbatem, B. l. 1. §. noviſſime C. cad. tollen.*

Ideoq; is, qui natus confeſtim mortuus eſt, natus non videtur, *c. nam & ego. ibi Ioh. Andr. & Panor. extr. verb. ſignif. gl. Iacob. de Belvi. Raynol. Nicol. Neap. Bal. Alvarot M. Laud. & Præpoſit. c. 1. §. qui etiam Epiſcop. vel Abbat. gl. c. 1. §. fin. ver. omninò extantib. de ſucceſſ. feudi,* Et econverſò is, qui mortuus ſtatim reſuſcitatus fuit, mortuus non cenſetur. *gl. B. Bal. & Dd. l ex his ff. legibus gl l. ſervus effectus ff. actio & obligat. Roma. & Floria. l. ſervitutem §. ſublato ff. ſervitut. urb. prædior. Imol. & Alexan. l. ſi marito. ff. ſolut. matrim.* Similiter non videtur curatus is, qui in ægritudinem priſtinam ilico recidit *Pilem q. 12. Barth. Brixienſ. q. 73. Dyn. Richard. Malumb. Cyn. Mar: Sillimanus Rayne. B. Bal. Salicet. & Paul. Caſtr. l. Martius ff. locat. & conduct. Petr. de Anchor. Abb. Barbat. & Felin. c. Presbyterum. extr. de homicid.* Et veniſſe is non intelligitur, qui ilico receſsit, *Petr de Anchor. conſ. 75. incip. viſo diligenter col. fin. Nellus in tract. Bannitorum, in prima par. 2. temporis q. 58. Bart. l. qui furem ff. ſtatu hominum, Iacob. de Aretin. & Cyn. l. ſi quis poſthac. arg. ill. text. C. ædificiis privat. B. Ang. & Paul. Caſtr. l. cætera §. ſed etſi quis ff. legat. 1. Pet. de Anch. & Imola. c. 1. extr. Cleric. non reſident. arg. c. 1. extr. judic. l. ex facto ff. hæred. inſtit. l. ſervus urbanus ff. lega. 3.* Sicut & is, qui ſtatim reverſus eſt, neq; abiiſſe, *gl. c. poſtquam ver. mente. ibi Archid. Ioh. And Domin. & Ph. Fra. de elect. lib. 6. Innoc. c. prudentiam. extr. offic. deleg. Salic. l. 2. col antepen. C. pedan. judicib.* neq; aufugiſſe, *Bart. l. 1. col. 5. verſ. quid, de erron. C. ſervis fugit. Steph. Bertran. conſ. 61 in fin lib. 2. Hippol. l. 1 qui cum Zelo. n. 54. C. ad l. Cornel. de Sica Hipp. repert. rubr. n. 373. ff. fidejuſſor.* neq; alium deliquiſſe intelligitur, *Bal. c. 1. in prin. col. 1. verſ. ſed pone quod vaſallus, quib. mod feud. amitta.*

Eodem modo & precium, quod momento tantùm durat, ſive ex creſcẽtia momentanea, non conſideratur, *l. precia rerum §. fin. ibi B. & Ioh. de Imola. ff. ad l. Falcid. B. l. ſi ſervus la. 2. ff. cond. furt. B. l. 2. col. pen. C. de ſent. qui pro eo quod intereſt. profer.* Nec etiam acquiſitio vel translatio momẽtanea dominii in conſideratione habetur. *l. 1. §. fin. ibi Bart. C. bonis quæ liber. gl. & B. l. fin. ff. condit. inſtitut. Ang. l. voluntas C. fidei commiſ Ang. & Lu. Roma. l. ſequitur §. item Labeo ff. uſucapio. Iaſ. l. filiusfamil. §. divi lect. 2. col. 10. verſ. 4. limit. ff. lega. 1. Barba. l. 4. §. Cato ff. verb. oblig.* Cum itaq; in caſu noſtro per provocationem ſive appellationem interpoſitam die gerichtliche Verlaſſung/ejusq; effectus, ſtatim ſive in continenti & ſublatus & extinctus fuerit, ſequitur, in caſu noſtro dieſelben gerichtlichen Verlaſſung/à qua appellatum ſive provocatum fuit, perinde habendam atq; ſi nunquam facta fuiſſet, Quodq; eo tẽpore, quo dieſelbe gerichtliche Verlaſſung / in ultima inſtantia, judicio nempè Cameræ Imperialis cõfirmata fuit, cenſeri debeat, illum actũ der gerichtlichen Verlaſſung/tunc primum factum ſive celebratum fuiſſe, ita ut agnatus ſive cognatus proximior volẽs eo tempore pro æquali precio rem venditam redimere, omninò & audiatur & admittatur.

Nec obſtat huic rationi, quod alibi traditum eſt, ſufficere aliquid factum, licet il- 17
lud factum non duret. *l. hæred. in princ. ff. ad S. C. Trebellia. l. quidam in teſtamento. in prin. & l. rogo. ff. fideicom. liberta. l. ſi quis hæred. ibi Alex. Iaſ. & Dd. C. inſtit. & ſubſtit. l. fin. C. indict. viduitat. tollen. l. cum uxori. C. quando dies leg. cedit.* Quodq; etiam ea, qui momento temporis tantùm durãt, in conſideratione habeantur, *l. eum ſponſus. §. fin ff. public. in rem actio. l. ſi tibi pecuniam, ibi Dec. & Dd. ff ſi cert. petat. l. uxoris abortu C. poſthum. hæred. inſtit. l. non tantum ibi B. & Iaſ. C. legat. B. l. 1 col 2. C. privileg. dotis.* Namq; hæc contraria tunc demũ procedũt, quando actus momentaneus effectũ producit, ſecus autẽ eſt, ſi actus momentaneus ſit ſine omni effectu, Tunc enim ille actus non attenditur, *Bar. l ſi tibi pecuniã ibi Dec. n. 8. ff. ſi cert. petat. Bal. Auth. & qui jurat. col. fin. C. bon autho judic. poſſid.* Eamq; ob cauſam, cum per appellationem vel provocationem omnis effectus tàm ſententiæ, quàm alterius actus, à quo provocatum fuit, tollatur, ſequitur, illa contraria in caſu præſenti locum non habere, ad quæ contraria etiam aliæ ſolutiones accomodari poſſunt, quas brevitatis ſtudio omitto.

Decimò, non aliter quis rem aliquam
occupaſſe dicitur, † niſi quis illam rem ita 18
occupaverit, ut eam & conſervare & retinere poſſit, *Ang. §. inſula. nu. 2. Inſtit. rerum diviſio. arg. §. illud. Inſtit. eo. tit. l. in laqueum, ff. acquir. rerum domin.*

Quæ

Quæ ſententia confirmatur ex eo, quod ad aliquem perveniſſe non intelligatur, niſi id tantum, quod cum effectu apud ipſum remanet, *Bald. Ang. & Iaſ. l. non amplius, in prin arg. ill. text. ff legat. 1. Bar. l. in leg. Falcidia non habetur. arg. ill. text. ff. ad leg. Falcid. Bar. l. quoties arg. ill. text. ff. eo tit. cum ſimilib. allegatis per Iaſo. l. cum quædam §. fin. n. 6. 7. 8. 9. & 10. ff. de iurisdict. om. jud.* Ex quo colligitur, & conſuetudinem Stettinenſium, de qua in caſu noſtro agitur, eſſe intelligendam von derſelben gerichtlichen Verlaſſung/ cujus vigore emptor poſſeſſionem rei emptæ irrevocabiliter conſecutus fuit, & eam retinere & conſervare poteſt, & per conſequens cum hoc eo caſu, quando ab illo actu der gerichtlichen Verlaſſung/ appellatum vel provocatum fuit, non aliter fieri poſſit, niſi in ultima inſtantia die gerichtliche Verlaſſung/ confirmata fuerit, omninò dicendum eſt, in caſu noſtro ſufficere, ſi eo tempore, quo ille actus der gerichtlichen Verlaſſung/ in ultima inſtantia confirmatus fuit, agnatus vel cognatus proximior ſe offerat ad redemptionem rei venditæ pro æquali precio.

19 Undecimò, Cum † appendices regulentur ab actu principali, *Bald. l. in bonæ fidei. C. pact. Bald. l. petens C. eo tit.* receptum eſt, appellationem ſuſpendere non tantum ſententiam vel actum à quo appellatum fuit, ſed etiam omnes appendices, omniaq; conſecutiva illius, *Socin. conſ. 76. n. 8. verſ. quinimo. lib. 1. arg. text. l. tutores qui, §. tutores. & l. tres tutores §. inde in eo. ff. adminiſt. tuto. l. ſi quis hæres ff. acquir hæred. l. fin. C. ſi tutor non geſſer.*

Similiter & appellatio interpoſita ſuſpendit non tantum illum actum à quo appellatum fuit, ſed etiam omnes alios actus habentes connexitatem cum illo, *Bald. c. 1. in fin. de controv. appar. terminan. Dec l. 1. n. 3. C. bonor. poſſ. ſecundum tabul.*

Quare cum facultas redimendi rem venditam & judicialiter traditam conceſſa agnato vel cognato venditoris proximiori, ſit & conſecutivum & connexum der gerichtlichen Verlaſſung/ ſequitur, quod per appellationem interpoſitam von der gerichtlichen Verlaſſung/ facultas redimendi rem venditam perinde als die Verlaſſung ſelbſt/ ſuſpendatur ad illud tempus, quo tempore die gerichtliche Verlaſſung/ in ultima inſtantia confirmatur.

Duodecimò, Ex † actu qui ex futuro eventu reſolvi poteſt, vel vigore illius 20
actus agi non poteſt, antequam conſtet, illum futurum eventum, ex quo reſolutio actus induci poſſit, & deficere & ceſſare eo caſu, quando ex reſolutione actus facta tertio jus quæreretur. *l. pecunia quam. ibi Dec. n. 8. ff. ſi cert. petat.* Quæ ſententia ex eo confirmatur, quod legibus expreſſè cautum eſt, tempus oppoſitum actus qui dependet vel ex futuro eventu, vel ex facto alterius non currere pendente dubio eventu. *l. 3. §. ſi quis hæredi ibi Bened. de Plumbia. ff. ſtatu. liber. l. ſi cui. ff legat. 3. l. ſi rem §. fin ff pignor actio l. ſi mandavero Titio. ff manda. gl. l. in illa ſtipulatione. ſi Calendis ff. verb. obligat. Socin. conſ 86 n. 7. lib. 1.*

Quodq; tempus anni, vigore alicujus ſtatuti præfixum conſanguineis ad redimendum rem venditam venditione ſub conditione contracta, ante conditionem exiſtentem non currat. *Guiliel. de Cun. l. 1. §. annus ibi Alber. de Roſa ff. quan. act. de pecul. eſt annal. Alber. in 1. par. ſtatuto. q. 97. Bal. in tract. jure protimiſ col. 5. verſ. Sed quæro quid ſi aliqua res. Gerald. Bago, in ſua diſputat. Retractus. Sebaſtian. Neapol. in tract. de jure congrui verſ. tinit. Mat. affl. in tract. protimiſ. verſ. licet enim ſupra diximus col. antepen arg. l. tali in princ. ff. jure dotium. l. borem. §. ſed ſi ſub conditione. ff. ædilit. edict. l. Cajus ff. excuſ. tutor. l. cum notiſſimi. §. illud. C. de præſcriptio. 30 vel 40. annor.* Cum itaq; in caſu noſtro poſſibile ſit, die gerichtliche Verlaſſung/ de qua in caſu noſtro agitur, ex futuro eventu per ſententiam nempè in cauſa appellationis in ultima inſtantia prolatam, reſolvi atq; ex hac reſolutione jus tertio, creditori nempè, qui ab actu der gerichtlichen Verlaſſung appellavit, quæri, ſequitur in caſu noſtro non aliter propter illum actum der gerichtlichen Verlaſſung/ agnatum vel cognatum proximiorem venditoris ſe ad redemptionem pro æquali pretio offerre & petere poſſe, ut emptori præferatur, niſi hic futurus eventus & deficerit, & actus der gerichtlichen Verlaſſung/ in ultima inſtantia juſtus declaratus fuerit.

Decimò tertiò, licet † ſpes pro veri- 21
tate habeatur, tamen hoc venit non ex interpretatione propria, ſed extenſiva, quæ in ſtatutis ſive conſuetudinibus locum non habet, *Bar. Nicol. de Neapo. Alex. Fr. Aretin. Socin. & Iaſ. l. Gallus §. videndum. ff lib. & poſth. Paul. Caſtr. l. pen. ff. eo tit. Roma. l. in*

poteſt.

poteſt. col. 1. ff. de acquir. hæred. Alexand. conſ. 36. num. 9. lib. 4.

Quare, cum in caſu noſtro licet ſpes ſit, Daß die gerichtliche Verlaſſung ihren Fortgang gewinnen werde/ tamen pendente appellatione nondum effectum ſortita fuerit, ſequitur, illam ſpem, quoad conſuetudinem prædictam pro veritate nō habendam, ſed agnatum proximiorem eo tempore, quo actus der gerichtlichen Verlaſſung/ in ultima inſtantia confirmatus ſive approbatus fuit, ad redimendum rem venditam pro æquali precio perinde admitti, atque ſi ille actus tunc primum celebratus fuiſſet.

22 Decimò quartò, pro † hac ſententia confirmanda facit, quod tradit *Abb. in conſ. 69. lib. 1.* ubi concludit, Statutum ſanciens, eum, cui res aliqua ex primo vel ſecundo decreto adjudicata fuit, ad ſolutionem gabellæ teneri, non habere locum eo caſu, quando ab illa ſententia adjudicationis appellatum vel provocatum fuit. Idem etiam tenet *Alexand. in conſil. 36.* licet ipſe de Abbate nullam mentionem faciat, & Abbatem refert ac ſequitur *Socin conſil. 76. lib. 1.*

Decimò quintò, hanc ſententiam comptobat id, quod tradit *Bald. in addit. ad Specul. tit. de ſentent. col. 14. verſ. dicit Statutum.* ubi concludit, Quod ſi Statutum dicat, quod condemnatus pro vulnere, ſi non ſolvat condemnationem intra decem dies, amputetur ei manus, incipient ei currere tempora à die ſententiæ, ſi non eſt appellatum, ſed ſi eſt appellatum, tunc currunt ſolùm à die cōfirmationis ſententię. Quod & idem *Bald.* tenet *in l. 2. argum. ill. text. C. uſur. rei judic.* & refert ac ſequitur *Alex. conſ. 36. lib. 4.*

Decimò ſextò, pro hac ſententia comprobanda adduci poteſt id, quod tradit *Bald. & Franc. Aretin. l. qui à latronib. §. 1. ff. de teſtam.* ubi concludit, Statutum quo cavetur, Bannitum impunè offendi poſſe, non habere locum, ſi bannitus à ſententia banni appellaverit, tunc enim bannitum pendente appellatione, antequam ſententia prima banni in ultima inſtantia confirmata fuit, bannitum impunè offendi non poſſe, quam deciſionem refert ac ſequitur *Alexand. conſil. 26. num. 18. lib. 4. Franc. Ripa l. 1. num. 12. ff. re judicat.*

Decimò ſeptimò, hæc ſententia confirmatur ex eo, quod legibus expreſsè cautum eſt, & pendente quæſtione nullitatis teſtamementi, tempus præfixum inofficioſi teſtamenti non currere neque labi, *l. contra majores. C. inoffic. teſtam.* & pendente quæſtione nullitatis ſententiæ non currere tempus appellandi, *Iacob. Aret. Cyn. Alber. Paul. Caſtrenſ. B. Iaſ. & Dd. d. l. contra majores. Iacob. Aretin. Cyn. Bald. & Alber. l. quamdiu. C. qui admitti. Bald. l. qui teſtamento. arg. ill. text. ff. excuſ. tuto. Bart. l. ſi expreſſum col. 3. ff. appell. Bald. l. 1. C. quando provoc. non eſt neceſſ. Angel. l. Paulus. §. 1. ff. uſur. Raph. Comenſ. conſil. 36. Hippol. ſingul. 152.*

Decimò octavò, hæc ſententia confirmari poteſt etiam ex eo, quod traditur. Et tempus anni præfixum ad promotionem ordinis ſacerdotalis ei, qui beneficium curatum obtinuit, non currere, quamdiu lis ab initio mota ſuper hujuſmodi beneficio pendet, *cap. commiſſa. ibi gloſ. verb. pacificam. & Dd. de elect. lib. 6.* & tempus præfinitum electioni faciendæ non currere pendente lite ſuper poteſtate eligendi, *Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Panorm. c. quoniam. extr. jure patron.*

Decimò nonò, huc accedit, quod tempus † executionis teſtamenti non currat, ſi controverſia ſit inter hæredes ſcriptos, & venientes ab inteſtato de viribus teſtamenti, *Petr. Ferrar. in for. libell.* quo agitur ad reddendam rationem tutelæ, *verſ. ac executores. col. 5. verſ. ulterius quæritur.* 23

Quodque tempus anni † & diei præſcriptum à vaſallo ad petendam inveſtituram, ſi vaſallo de feudo lis ſive controverſia moveatur, hac lite ſive controverſia pendente non currat, *Iacob. de Ardiz. in tit. quib. mod. feud. amitt. §. quid ſi vaſallus. Matt. de Afflict. cap. 1. in princip. num. 6. quæ fuit prima cauſa.* Quod potiſſimùm locum habet eo caſu, quando is, à quo vaſallus ſuper feudo controverſiam patitur, eſt in poſſeſſione feudi; *Guilhel. de Cun. B. Salic. Raph. Fulgoſ. & Paul. Caſtrenſ. l. ſolennibus. C. rei vendica. And. de Iſern. & Match. Afflict. c. 1. in pr. de Capit. Corrad. Bald. Alvarot. Præpo. & Matt. Afflict. cap. 1. in princip. quæ fuit prima cauſa. Petr. de Anchor. conſ. 174. num. 6. Alex. conſ. 71. col. final. lib. 1. Dec. conſ. 144. num. 6. Martin. Laudenſ. cap. 1. in fine tit. quib. mod. feud. amitt. el. 2. Curt. in tract. feud. 4. part. num. 23. Guido Pap. deciſ. Delph. 165. Albert. Brun. conſ. 38. col. 2. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verſ. qui quidem inveſtiti. num. 32. Matth. Afflict. c. 1. in princip. num. 63. quo tempore miles.* 24

Stephan. Bertrand. conſ. 104. col. 1. num. 6. lib. 2. & conſ. 15. nu. 13. lib. 4. Socin. jun. conſ. 125. num. 18. lib. 2.

85 Sicut etiam † Emphyteuta non cenſetur eſſe in mora ſolvendi Canonem, quamdiu tertius ei de re emphyteutica quæſtionem facit, nec poteſt illius poſſeſſionem conſequi, *Abb. conſ. 94. col. 4. lib. 2.*

Vigeſimò, ad hanc ſententiam confirmandam addi poteſt id, quod tradit *Baldus l. per diverſas. col. 6. C. mandat.* ubi inquit: Quod pendentia judicii excuſat à mora ſolvendi gabellam etiam poſt terminum, Quod dictum refert atque ſequitur *Socin. conſ. 76. num. 7. lib. 1.*

Vigeſimò primò & ultimò, hanc ſententiam confirmat, quod Dd. quaſi in terminis noſtris tradunt, ſi conſuetudine introductum ſit, proximiorem agnatum alienata ab agnato ſuo intra annum revocare ſive redimere poſſe, atque intra illum annum orta ſit quæſtio vel lis ſuper alienatione, pendente illa lite ſive quæſtione tempus anni non currere, eam ob cauſam, quia non poteſt diei, agnatum ſcire alienatum eſſe eò, quod non habet conſcientiam firmam de alienatione facta ante exitum controverſiæ, prout hoc expreſſè & in ſpecie tradit *Iacob. de Raven. Petr. de Bellapart. Bald. & Salicet. l. contra majores. C. inoffic. teſtam. Bald. in tract. protimiſ. col. 5. verſ. ſed pone quod Titius. Collectan. c. conſtitutus. col. penult. verſ. & ut perfectius. extr. reſtit. in integrum. Maſuerius in tit. de retract. col. fin. verſ. item pone emptor agit. Guido Pap. deciſ. 257. in princip.*

Et ſic per prædicta concludo, cum in caſu præſenti non tantùm ſuper venditione, quàm ſuper actu der gerichtlichen Verlaſſung/ controverſia mota fuerit, verùm etiam ab actu der gerichtlichen Verlaſſung / ad Illuſtrem Principem Pomeraniæ, & deinceps à ſententia approbante die gerichtlichen Verlaſſung/ ad judicium Cameræ Imperialis appellatum fuerit, pendente lite ſive appellatione tempus per conſuetudinem Stettinenſium præfixum agnato proximiori ad redimendam rem venditam lapſum non fuiſſe, atque ſi in caſu præſenti actus venditionis & judicialis traditionis, in judicio Cameræ Imperialis confirmatus fuerit, D. C. S. permitti nomine uxoris ſuæ tanquam cognatæ proximioris venditoris Joach. N. domum venditam pro æquali precio redimere, ac eò modo impetrare, ut ipſe emptori conſanguineo remotiori venditoris præferatur, nec ei quicquam obſtare, quod tempore der gerichtlichen Verlaſſung/ ſe non obtulerit ad redemptionem faciendam pro æquali precio.

CONSI-

CONSILIUM TRICESIMUM NONUM.

Pro Nobilibus F. & C. de D. contra Cathedrale Capitulum H. continentem, num Epiſcopo liceat abſque conſenſu Capituli, & non intervenientibus in alienatione rei Eccleſiaſticæ requiſitis alteri in feudum concedere bona ad menſam ſuam Epiſcopalem pertinentia.

SUMMARIA.

1. Epiſcopo non licet abſq; conſenſu Capituli & non intervenientibus in alienatione rei eccleſiaſticæ requiſitis alteri in feudum concedere bona ad menſam ſuam pertinentia.

2. Ne feudum antiquum quidem & infeudari ſolitum, ſi id menſæ ſuæ applicatum fuerit.

3. Et talis infeudatio per ſe & ipſo jure nulla eſt.

4. Nullaq; inde obligatio oritur.

5. Nec per traditionem, ſubſecutam hanc inveſtituram dominium vel poſſeſſio transfertur.

6. Et hæc res ab omnibus omninò Clericis, Patronis & Parochianis & Oeconomis illius Eccleſiæ repeti poteſt.

7. Imò ab ipſo Epiſcopo, qui conceſſit, illam taliter vindicari.

8. Et hæc obtinent, etiamſi inveſtitura talis jurejurando ſit confirmata.

9. Neque conſuetudo valet permittens vel confirmans infeudationem rei ad menſam Epiſcopi pertinentis ſine legitimis requiſitis.

10. Feudum antiquum Epiſcopo apertum menſæ Epiſcopi ut apertum cenſeatur, quæ requirantur, & num. 201. & num. 208.

Vbi aliter quàm hic & nonnulla ſic dicta, improbantur.

11. Res aliqua ut cenſeatur feudum antiquum & infeudari ſolitum quoad hunc finem, ut Epiſcopus poſſit illud ſibi apertum abſq; conſenſu Capituli & non intervenientibus legitimis requiſitis alteri in feudum concedere, quid aliqui Doctores requirant, & numer. 13. itemq; num. 82. 209.

Vbi declarantur hic poſita, & numer. 83. 210.

Vbi improbatur opinio, quæ vult requiri, ut res illa fuerit feudalis, ultra tempus immemoriale, & num. 213.

Vbi auctor dicit, etiam probabiliter rejici poſſe, opinionem quorundam hic poſitam, qui volunt, bonam fidem requiri.

12. Tempus ut immemoriale dicatur ad minimum requiritur lapſus 100. annorum, ſecund. quoſdam.

Contrarium quod minus tempus ſufficiat, verius eſſe dicitur, num. 211.

14. Prælato non licet duas res infeudari ſolitas & ad Eccleſiam reverſas uni concedere, ſecund. Claud. de Seiſel.

Cujus opinio improbatur & refutatur num. 214. 215. 216.

Et in eventum declaratur. num. 217.

15. De vi verborum & diſpoſitionum generalium, multa.

16. Itemq; univerſalium, & num. ſeq. & num. 20.

17. Sub conceſſione & appellatione rerum in certo loco exiſtentium, quando veniant res venales ibi exiſtentes.

18. Et pecunia ad fœnerandum expendendumvè deſtinata.

19. *Verbum. Hæres, in inveſtitura poſitum, quando non de hærede ſanguinis tantùm, ſed de omnibus omninò hæredibus intelligatur.*

21. *Geminationis quanta vis.*

22. *Præſertim verborum univerſalium.*

23. *Negativa ad negandum efficacior eſt quàm affirmativa ad affirmandum.*

24. *Pactum de non alienando vel infeudando ita accipiendum, ut per illam intelligatur prohibita alienatio vel infeudatio in caſib. etiam aliàs permiſſis.*

Quod confirmatur ibid.

At declaratur num. 222.

25. *Alienatio vel infeudatio præſumpta contra juramentum præſtitum per ſe & ipſo jure nulla eſt, nec dominium in accipientem transfert, ſecund. quoſdam.*

Confirmatur num. ſeqq.

At improbatur hæc opinio num. 240. & nu. 241. & num. 243. & ſeqq.

26. *Iuramentum habet vim præciſam, & in forma ſpecifica adimpleri debet.*

Declaratur num. 224.

27. *Locator, qui cum obligatione bonorum jurato promiſit contractui locationis, ſtare, promiſſioni præciſè ſtare cogitur, nec poteſt illam rem in præjudicium conductoris alteri concedere, & num. 225.*

28. *Iuramentum vim habet judicij.*

Declaratur num. 226.

29. *Æquiparatur ſententiæ judicis.*

Declaratur num. 227.

30. *Sententia judicis dominij translationem impedit.*

31. *Communem concluſionem quod actus geſtus contra juramentum præſtitum valeat, ut illa firmatur, num. 140.*

Ripa hic limitat, ut procedat tantùm in juramento non obligatorio.

Quæ limitatio improbatur num. 228.

32. *An verò & quando non procedat in his, in quibus judicis miniſterium requiritur, & n. 229.*

33. *Pactum de non alienando impedit dominij translationem, tunc, quando is cujus favorem id reſpicit, reſervat ſibi jus aliquod in re alia, de qua non alienanda agitur.*

Declaratur num. 230.

34. *Pactum juratum æquiparatur Statuto.*

Declaratur num. 231.

Vbi Decij opinio reprobatur.

35. *Actus geſtus contra prohibitionem Legis & Statuti non valet.*

Multiplices hoc tamen limitationes recipit, quas vide num. 244. 247. 248. 232.

36. *Contractus celebrati ab iis, qui legis condendæ poteſtatem habent, legis efficaciam habent.*

Declaratur num. 142. tribus modis.

Aliter etiam declaratur num. 143.

37. *Epiſcopi legis condendæ poteſtatem habent, præſertim accedente conſenſu Capituli.*

Declaratur num. 181. 233.

38. *Conſuetudo jus eſt & juris appellatione venit.*

Contrarium, quod facti ſit, firmatur num. 149.

39. *Merita non præſumuntur, ſed probare debent.*

40. *Quomodo verò probentur, & num. 126. & ſeq. & num. 234.*

41. *Merita futura nihil omninò operantur.*

Declaratur num. 235. 236.

42. *Merita non aliter operantur niſi talia ſint, quæ vel actionem vel judicis officium producant, ſecund. quoſd.*

At horum opinio communiter improbata dicitur, num. 239.

43. *In alienatione rerum Eccleſiæ merita nihil operantur, niſi fuerit Eccleſiæ vel Prælato reſpectu Eccleſiæ præſtita, ſecund. Panorm.*

Declaratur num. 225. 241.

44. *Prælatum ne propter benemerita quidem alienare poſſe res Eccleſiæ, licet illa in Eccleſia ſint, vel reſpectu Eccleſiæ in Prælatum collata, ſecund. multos Dd.*

Quorum opinio tamen notab. declaratur nu. 242.

45. *Merita aliàs etiam efficacia nihil operantur niſi in eo, in quo æſtimatio meritorum cum remuneratione ſubſequente concurrit.*

Contrarium num. 129.

46. *Venditio rei eccleſiaſticæ non aliter probatur nec rata eſt, niſi in inſtrumento ſuper illa confecto quantitas pretij exprimatur, ſecundum Bald.*

Declaratur num. 243. & ſeqq. & nu. 246.

47. *Inveſtitura nova non aliter valet, niſi ad illam fuerint adhibiti teſtes Pares curiæ.*

Ampliatur ibid.

Declaratur num. 171.

48. *Pares curiæ qui.*

49. *Qui prior tempore eſt, potior jure eſt.*

Declaratur num. 247.

50. *Vna eademq́ue res duobus diverſo tempore in feudum conceſſa, præfertur, cui prius poſſeſſio tradita fiat, licet conceſſio ſit poſterior, ſecund. commun. & num. 172. & num. ſeqq. ubi id ampliatur, & num. 175. 178. 179.*

51. Fal-

Digitized by Google

51. Fallit in feudo conceſſo duobus à Principe, in quo præfertur is, cui prima inveſtitura facta eſt, ſecund. multos.

Improbatur num. 173. & num. 249.

Declaratur num. 248.

52. Quid ſi in Principis inveſtitura expreſſè ſit dictum, ut in primo inveſtitum dominium vel poſſeſſio rei in feudum conceſſa ipſo jure transferatur, & num. 181. 182. 250.

53. Fallit item in feudo conceſſo à perſonis eccleſiaſticis.

Improbatur num. 174. 251.

54. Itemq́, quando primo inveſtitus eſt perſona privilegiata, Declaratur num. 254.

Vel reſpectu domini feudi dignior & magis dilecta, & num. 58.

At improbatur & evidentiſſimis rationibus confunditur, num. 252.

55. Itemq́ fallit, quando ſecundo inveſtitus, qui prius poſſeſſionem adeptus eſt, rem abſq́ ſcandalo poſſidere nequit.

Declaratur num. 257.

56. Vt & tunc quando prima inveſtitura ſive promiſſo de inveſtiendo, eſt facta in fraudem primi inveſtiti.

57. Vel confirmata fuit antequam ſecundus poſſeſſionem adipiſceretur.

Improbatur num. 252.

59. Dominus feudi regulariter non tenetur feudum ſibi apertum alteri denuò in feudum concedere, ne illo quidem, qui ultimo poſſeſſori ſanguine junctus eſt, ſecund. quoſd.

Contrarium verius & communiter receptum, num. 88. 262.

60. Agnatis defuncti tunc demum ſi intra annum & diem à morte ultimi defuncti computandum, renovationem inveſtituræ petant aliàs ſecus.

Contrarium quod 30. annor. ſpac. detur, tenent Dd. mult. num. 90. 263.

Quorum opinionem non eſſe improbabilem, oſtendit auctor ibid.

61. Dominus eccleſiaſticus feudum ſibi apertum agnatis ultimi poſſeſſoris hoc petentibus de novo concedere non cogitur, ſecund. quoſd.

At hoc communiter reprobatum docetur numer. 91.

62. Nec agnati audiendi ſunt, quando res non eſt integra.

Contrarium tenent multi numer. 92. & numer. 271.

Quod indubitanter procedit in caſibus num. 272.

63. Et illi agnati ſaltem audiendi, qui ultimo defuncto in primo gradu conjuncti ſunt, ſecund. Tiraquell.

Et quidem in linea deſcendente ſecund. alios ibid.

Verum utrumq́, communiter improbatum & falſum docetur n. 94. 95. & n. 273.

64. Nec audiendi agnati petentes renovationem feudi domino aperti, niſi ſint hæredes ultimi defuncti ſecund. multos.

At horum ſententiam Ruinus improbare dicitur num. 96.

Cujus opinionem indubitanter obtinere, aſſeritur in caſibus nu. 97. & num. 274.

65. Succeſſor Prælati regulariter non tenetur ratum habere inveſtituram factam à Prælato de feudo vaſalli viventis, tunc quando vaſallus poſſeſſor feudi Prælatum ſupervivit.

66. Declaratur hoc & num. 275.

67. Scandali vitandi gratia à regulis juris communis receditur.

Declaratur num. 256. & num. 257.

68. Ob enorme damnum conceſſio, alioquin valida retractatur.

69. Quod etiam in inveſtitura obtinet, quæ tendit in grave damnum Eccleſiæ ſecund. Matth. de Afflict.

Cujus tamen opinio declaratur num. 280. 281. 282.

70. Inveſtitura elicita per importunitatem precum obligatoria non eſt.

Declaratur num 286.

An verò & quando domino aſſerenti inveſtituram vel promiſſione de inveſtiendo per importunitatem impetratam, fides adhibeatur ibid. & n. 287.

Vbi rejicitur Andr. de Iſern. opin. & num. 288. & ſeqq.

Vbi declaratur Matth. de Afflict. deciſio.

71. Capitulum ſede vacante in omnibus Epiſcopi vicem repræſentat.

At hoc non indiſtinctè verum dicitur, num. 206. & num. 291.

72. Contractus per ſe eo ipſo jure nullus tractu temporis convaleſcit.

Declaratur num. 293.

73 Errantis vel ignorantis nullus conſenſus.

74. Ignorantia in dubio præſumitur.

75. Ignorantia quibus caſibus non præſumitur, qualiter probetur & num. 166.

76. In ijs quæ ex animo alicujus dependent, dicto ejus plena fides adhibetur.

Declaratur num. 166. 294.

77. Renunciatio vel remiſſio juris quæſiti non præſumitur.

At declaratur num. 296.

78. *Epiſcopus ſi plures res alienaverit, quarum unaqueq; quidem non vergit in Epiſcopatui grave præjudicium, ſed ſimul junctæ magnum præjudicium inferunt, omnes alienationes caſſantur, ſecund. quoſd.*

Contrarium aſtructi & evidenti ratione comprobatur, num. 297. & num. ſeqq.

Et refutatur Iaſ. & Iacob. de S. Georg. opinio num. 300.

79. *In alienatione rerum Eccleſiæ qualiter conſenſus Clericorum, & an expreſſus, eorum conſenſus requiratur, & num. 152. & ſeqq.*

80. *Actus nullus ratificari nequit.*

Declaratur num. 301.

81. *Nec confirmari.*

Declaratur num. 302.

82. *Prælatus quomodo poſſit feudum antiquum ſibi apertum abſq; ſolennitate aliqua alteri in feudum concedere, & num. ſeq.*

84. *Ex curſu longi temporis ſolemnitates extrinſecæ interveniſſe præſumuntur.*

Etiamſi harum non ſit facta mentio in inſtrumento ſuper actu confecto, num. 86.

85. *Et quod precium in utilitatem Eccleſiæ verſum ſit.*

87. *Vis lapſus temporis immemorialis.*

89. *Dominus recuſans agnatos ultimi vaſalli de feudo ſibi aperto inveſtire, illis injuriam facere cenſetur, ſecund. commun. contra Bald.*

93. *Clauſulæ inveſtituris opponi ſolitæ, pro expreſſis habentur, ſi omiſſæ ſint.*

98. *Feudum ex pacto & providentia quando judicetur.*

99. *Quodq; feudum in dubio cenſeatur eſſe ex pacto & providentia.*

100. *Prælatus qui ſolenne juramentum præſtitit de nō alienando vel infeudando abſq; conſenſu ſuperioris vel Capituli ſui, poteſt nihilominus feuda antiqua & infeudari ſolita ſibi aperta abſq; conſenſu ſuperioris vel Capituli alteri liberè in feudum concedere.*

101. *Interpretatio ſpiritus ſcripturæ eſt.*

Diſpoſitio quantumvis præciſa, univerſalis & geminata, qualem interpretationem recipiat, ibid. & num. 107.

Et jurata num. 106.

102. *Privilegij interpretatio qualiter fieri poſſit.*

103. *Statutum tollens interpretationem, intelligitur de extrinſeca.*

104. *Et parum operatur.*

105. *Interpretatio duplex.*

107. *Verba quantumvis præciſa, limitationem recipiunt, & num. 221.*

108. *Omnes contractus, promiſſiones & diſpoſitiones ſecundum jus commune intelligi debent, & num. ſeq.*

109. *De contractibus Regum & Principum.*

110. *Verba omnia cujusvis diſpoſitionis vel actus ſecundum ſubjectam & naturam rei de qua agitur, intelligenda.*

111. *Etiamſi neceſſe ſit, verba detorquere ad ſignificationem impropriam.*

112. *Vel impropriſſimam.*

113. *Quod obtinet, etiamſi diſpoſitio concepta ſit verbis generalibus prægnantibus.*

Vniverſalibus.

Vel aptis infinitatem comprehendere.

Comprobatur ibid.

114. *Itemq; obtinet in materia in qua alioquin ſtricta interpretatio fieri debet.*

115. *Et in diſpoſitione jurata.*

116. *Verba ut ſupervacua ſint, potiùs admittendum, quàm ut operentur quid contra ſubjectam materiam vel naturam rei.*

117. *In contractibus reliquisq; diſpoſitionibus ſemper capienda ea interpretatio eſt, quæ utriq; contrahentium utilis eſt.*

118. *Statuta & conſuetudines cujusmodi interpretationem à jure communi recipiant.*

119. *Mens contrahentium & diſponentium potiſſimùm attendenda.*

120. *Etiamſi verba repugnent.*

121. *Mens unde colligatur.*

122. *Nulla conſtitutio generalis extenditur ad actum, qui non ex voluntate ſed ex neceſſitate fit.*

123. *Nec ad perſonas vel cauſas privilegiatas.*

124. *Cauſa meritorum quam privilegiata, & num. ſeq.*

127. *Nobiles magnam pro ſe habent præſumptionem virtutis & omnis generis officij.*

128. *Merita in dubio præſumuntur eſſe convenientia æſtimationi rei propter merita conceſſæ.*

130. *Socius regulariter privilegijs fruitur ſocio ſuo indultis, & num. 270.*

131. *Verba contractus quàm ſtrictè intelligenda.*

132. *Ab omni penitùs diſpoſitione exceptum intelligitur id, quod ex juſta & legitima cauſa fit.*

133. *Inſolita præſumuntur per errorem facta.*

134. *Et per dolum fraudemq; extorta.*

135. *Nec contra hanc præſumptionem probatio in contrarium admittitur.*

136. Hæc

136. *Hecq́ præſumptiva probatio etiam ſucceſſoribus patrocinatur.*

137. *Error actum juratum ipſo jure vitiat.*

138. *Vt & dolus.*

139. *An verò & metus.*

145. *Annulatio actus pœna eſt, & numer. 298.*

146. *Pœnæ odioſæ ſunt & reſtringendæ.*

148. *Statutum requirens quid in actu aliquo, non intelligitur illud pro forma requirere, nec omiſſum actum vitiat, niſi ſtatutum habeat clauſulam annulativam.*

150. *Actus geſtus contra conſuetudinem, præſertim quæ notoria non eſt, non vitiatur.*

151. *Conſuetudo notoria non præſumitur.*

152. *Conſenſus alterius quibus caſibus requiritur, etiam in forma præſumptus ſufficit.*

153. *Et ex intervallo poſt actum præſtari poteſt.*

154. *Ratihabitio & conſenſus, ex quibus & unde inducatur, & num. ſeqq.*

155. *Dominus ab Emphyteuta vel vaſallo Canonem recipiens, eo ipſo caducitatem ei remiſiſſe cenſetur.*

156. *Quidem eſt, ſi ſervitia dominus feudi recipiat.*

157. *Princeps civitati ſine ejus auctoritate extructæ ſcribens, ut civitati eam approbare, eiq́ civitatis privilegium concedere intelligitur.*

158. *Coram multis fieri quid dicatur.*

159. *Et quid publicè.*

160. *Factum in præſentia Principis cenſetur factum præſentibus multis Nobilibus probatis & honeſtis.*

161. *Et notorium eſſe cenſetur.*

162. *Notorium quod eſt, omnes ſcire præſumuntur.*

163. *Notorii & publicè noti ignorantiam allegans, audiendus non eſt.*

164. *Scientia etiam ex qualitate facti præſumitur.*

165. *Et ex lapſu temporis.*

166. *Probatio per juramentum quando non admittatur.*

167. *Ignorantia craſſa & ſupina nemini patrocinatur.*

168. *Ignorantia publicè noti, craſſa & ſupina reputatur.*

169. *Verba pactorum aliarumvè diſpoſitionum propriè debent intelligi.*

170. *Feudum emptum feudum improprium eſt.*

176. *Regulæ juris inhærendum, donec de exceptione doceatur.*

177. *In actu aliquo ſi adhibitæ fuerint, quæ de neceſſitate non requirebantur, in conſideratione non habentur.*

178. *Secundo inveſtitus, qui prius poſſeſſionem adeptus eſt, primo inveſtito præfertur, licet prima inveſtitura juramento confirmata fuerit, contra Matth. de Afflict.*

179. *Quid ſi priori inveſtituræ ſit inſerta clauſula Salvo jure tertii.*

180. *Tacitum non debet plus operari quàm expreſſum.*

181. *Epiſcopi contra jus commune nihil diſponere poſſunt.*

182. *Sine traditione nec dominium nec poſſeſſio transfertur de jure communi.*

183. *Prælatus cui adjutor datus eſt, abſq́ ejus conſenſu nihil facere poteſt.*

184. *Nemo in alium plus juris transferre poteſt quàm ipſe habet.*

185. *Vaſallus Epiſcopi, ne cum conſenſu Epiſcopi quidem poteſt feudum in Capitulum alienare vel transferre, ſed hoc caſu conſenſus ſuperioris requiritur.*

186. *Et hæc ſententia confirmatur contra Calderinum.*

187. *In conceſſione actionis ad rem aliquam competentis, regulariter omnes ſolennitates requiruntur, quæ in alienatione ejus rei neceſſariæ ſunt.*

188. *In jus alterius ſuccedens, eodem jure uti debet, quo auctor ejus uſus fuit.*

189. *Etiamſi ſuccedens perſona privilegiata ſit.*

190. *Potiſſimùm in his, quæ ante ſucceſſionem contigerunt.*

191. *Et eo quod quis impugnavit, ſe nemo juvare poteſt.*

192. *In paupertate ſe fundans, comprobare debet.*

193. *Quæ propria ſufficiat ad hoc, ut feudum antiquum Prælato apertum penes menſam retineri poſſit, & num. 218.*

194. *Mutatio ſtatus præſertim in deterius non præſumitur.*

195. *Nec mutatio voluntatis.*

196. *Eccleſia quando ad inopiam eſt redacta, poteſt Prælatus feudum antiquum ex tunc ſibi apertum, retinere.*

Et poteſt, ſi velit, etiam alteri concedere, & num. 219.

Quod comprobatur ibid. & num. ſeq.

197. *Verbum,* Liberè, *quid denotet, & n. 215.*

198. *Epiſcopus de aleari vivere non luxuriari debet.*

199. *Epiſcopus quantumvis nobilis, debet temperare expenſas ſecundum Eccleſiæ facultates.*

200. *Pauper dici nequit, qui decentem victum & amictum habet.*

202. *Domino feudi qui alium de feudo antiquo ſibi aperto inveſtivit, pœnitere non licet.*

Confirmatur num. ſeqq. & num. 205.

203. *Feudum contractus nominatus eſt.*

204. *In quo non admittitur pœnitentia.*

206. *Capitulum ſede vacante, de rebus ad Epiſcopum pertinentibus nihil diſponere poteſt, & num. 220.*

207. *An & quando per Statutum Capituli feudum antiquum apertum de menſa effici poſſit.*

212. *Bona fides unde arguatur & præſumatur.*

215. *Fundamento deſtructo, corruit & ſuperinſtructum.*

236. *Contingere quæ poſſunt vel ſperantur, quando indiſtinctè in conſideratione habeantur.*

237. *Utile per inutile regulatur non vitiatur.*

238. *Per ſe inefficacia aliis ſæpè adjumentum præſtant.*

240. *Beneficia Principum latiſſimè interpretanda.*

244. *Scriptura in alienatione rei eccleſiaſticæ pro ſubſtantia requiritur.*

245. *Quantitas tamen precij numerati pro re eccleſiaſtica, alienatio etiam per teſtes vel aliter probari poteſt.*

253. *Effectus meritorum ad hæredes vel ſucceſſores non tranſit.*

255. *Ob feudi alienationem illicitam, regulariter tàm venditor quàm emptor ipſo jure amittit jus, quod quovis modo in eo habuit.*

256. *Scandalum non præſumitur.*

258. *Fraus & dolus non præſumitur.*

259. *Cardinales nihil contra jus commune diſponere poſſunt.*

260. *Qualitates duæ pluresvè quando in una eademq́ perſona concurrunt, conſideranda illa qualitas eſt, cujus reſpectu actus celebratus eſt.*

261. *Actiones quæ cedi nequeant.*

264. *Ruſtici contra ignorantiam juris in integrum reſtituuntur, præſertim ſi peritiores conſulere non potuerunt.*

265. *Quod in dubio præſumitur.*

266. *Nobiles fruuntur privilegiis ruſticis indultis.*

267. *Ignorantia juris quando probetur, aſſertione jurata allegantis.*

268. *Reſtitutio in integrum intra quadriennium peti poteſt.*

269. *Quod ab initio utile eſt.*

278. *Læſio non præſumitur.*

279. *Damnum quid cenſeri poſſit.*

281. *Doctorum deciſiones intelligendæ ſunt ſecundum textus quos allegant.*

282. *Factum Prælati in præjudicium Eccleſiæ, quo caſu indiſtinctè valeat.*

283. *Inveſtitura per preces importunas impetrata, in dubio non præſumitur.*

284. *Geminatio actus declarativi voluntatis omnem ſuſpicionem, quod quid ad precum importunitatem factum ſit, removet.*

Suſpicio precum importunarum ceſſat, ſi geminatio actus declarativi voluntatis acceſſerit.

285. *Item, ceſſat in conceſſione ob benemerita facta.*

288. *Principes ſuperiorem recognoſcentes, ne ex cauſa publicæ utilitatis quidem alicui dominium auferre poſſunt, ſecund. multos Dd.*

289. *Idq́ potiſſimùm obtinere dicit auctor, In principibus eccleſiaſticis, quorum minor eſt poteſtas quàm ſecularium.*

290. *An verò Principi ſummo credendum, ſi prætendat ſe alicui dominium ex cauſa publicæ utilitatis auferre.*

292. *Aſſertioni non veriſimili fides non adhibenda.*

295. *Privatio habitum præſupponit.*

299. *Coacervatio ſummarum nunquam fit in odioſis.*

303. *Confirmatio ex certa ſcientia quando facta cenſeatur, & num. 305.*

304. *Conſenſus geminatus vim clauſulæ,* Ex certa ſcientia, *obtinet.*

DIVI-

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QUO NIHIL FELIX FAUSTUMQVE.

POST DILIGENtem perlectionem conſi-
derationemq; tranſmiſſi
caſus adjunctarumq; co-
piarum atque illius, quæ
oretenus ſive in præſen-
tia mecum communicata ſunt, exiſtimo ad
primam quæſtionem, in jure fundatum
eſſe, quondam Reverend Illuſtriſſimumq;
Principem ac Dominum, Dominum S. Ar-
chiepiſcopum H. & Adminiſtratorem Epi-
ſcopatus H. &c. benè potuiſſe caſtrum E.
cum ſuis pertinentiis Franciſco & Chriſto-
photo à D. etiam abſque conſenſu Reve-
rendi Capituli concedere, & ut feudale bo-
num attribuere: Quodq; illa infeudatio &
inveſtitura indeq; ſecuta traditio de jure
valida exiſtat, quodq; ideò dictum Reve-
rendum Capitulum ſuccedentes Epiſcopi
illam infeudationem jure carpere non poſ-
ſint, ſed teneantur illam approbare ac ſer-
vare & Franciſcum Chriſtophorumq; de
D. Ipſorumq; maſculos ac feudi hæredes
in illo caſtro cum ſuis pertinentiis defen-
dere, non attento, Reverendum Capitu-
lum Epiſcopatus H. in illam infeudatio-
nem expreſsè non conſenſiſſe, prout hoc
ex ſequentib. jurium fundamentis patebit.

Ut autem hujus deciſionis veritas ſit
magis conſpicua, ego primò referam o-
mnia illa, quæ huic deciſioni obſtare vi-
dentur. Deinde hanc deciſionem legib. &
rationibus comprobabo, ultimò ad addu-
cta in contrarium reſpondebo.

Primò itaq; clari juris eſt, & à Dd. tra-
1 ditum, quod † Epiſcopo non permittatur
abſq; conſenſu Capituli & non interveni-
entibus ſolennitatibus in alienatione rei
eccleſiaſticæ requiſitis alteri in feudum
concedere vel bona ad menſam ſuam per-
tinentia, *cap. 1. in princip. & ibi Dd. Epiſcop vel Abbat. c. nulli, extr. de reb. Eccleſ. non alienand. Claud. de Seiſel. in tract. feud. ſub Rub. qui feud. dar. poſſ. leg. 2. Rol. à Vall. conſ. 1. num. 82. lib. 1.*

2 Quod uſque adeò verum eſt, ut † Epi-
ſcopo vel Prælato nec feudum antiquum
quidem & infeudari ſolitum, ſi id menſæ
ſuæ applicatum fuerit, alteri in feudum
concedere permittatur, *Bald. Alvarot. Præpoſit. & Matth. de Afflict. c. 1. Cleric. qui inveſtitur. fecit Alvarot. c. 1. in princip. num. 11. de his qui feud. dar. poſſ. Zaſ. in tract. feud. part. 5. num. 49.*

Etſi † Epiſcopus vel Prælatus rem ad 3
menſam ſuam pertinentem, etiamſi illa
prius feudum antiquum & infeudari ſoli-
ta fuiſſet abſq; conſenſu Capituli & non
intervenientibus aliis legitimis requiſitis
alteri in feudum conceſſerit, illa infeuda-
tio per ſe & ipſo jure nulla eſt, *gloſ. c. ſi quis Præsbyterorum. ver. alienata extr. de reb. Eccleſ. non alien. Speculat. & de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. Capit. in princ.* Et ex † illa neque 4
civilis neque naturalis obligatio oritur,
arg. l. cum lex. & ibi Bart. & Immol. ff. de fidejuſſor. l. ſi non ſortem. in princip. & ibi Bart. Iaſ. & Dd. ff. de cond. indeb. l. non dubium, & ibi Iaſ. & Dd. C. de legib. Bald. l. de his. ff. de Tranſactio.

Nec non & per † traditionem ſubſecu- 5
tam hanc inveſtituram de re ad menſam
ſpectante contra legis prohibitionem præ-
ſumptam, in accipientem non transfertur
neq; dominium, *l. jubemus. la. 2. §. ſanè. el. 1. & 2. C. de SS. Eccleſ. Innocent. Abb. & Auguſtin. Bero. & Dd. c. Epiſcopi. extr. de reb. Eccleſ. non alienan. neq; poſſeſſio Bart. Alex. Iaſ. Crot. & Dd. l. 1. §. ſi vir uxori. ff. de acquir. poſſeſſ. Auguſtin. Bero. c. Epiſcopi. num. 6. & 7.*

Et hanc rem ad menſam † Epiſcopi per- 6
tinentem, & contra prohibitionem legis
alteri in feudum conceſſam permittitur o-
mnibus omninò Clericis, Patronis, Paro-
chianis & Oeconomis illius Eccleſiæ repe-
tere, *l. jubemus. §. ſanè, el. 1. & ibi gloſ. ver. Oeconomis. & Dd. C. de SS. Eccleſ. c. ſi quis Præsbyterorum. & ibi gloſ. ver. perſonis. & Dd. extr. de reb. Eccleſ non alienan.*

Quinimò etiam ipſi † Epiſcopo, qui rem 7
ad menſam ſuam pertinentem non inter-
venientibus legitimis reſcriptis in feudum
conceſſit, illam rem vendicare permittitur,
prout hoc tradit *Claud. de Seiſel in tract. feud. ſub Rub. de his qui feud. dar. poſſ. regul. 2. ampliat. 3. allegans ad hæc Præpoſ. c. 1. in princip. de his qui feud. dar. poſſ.*

Et confirmatur ex eo, namque regula-
riter

riter cuilibet Prælato, qui rem ad Prælaturam ſive Eccleſiam ſuam pertinentem in caſu a jure non permiſſo vel non intervenientibus legitimis requiſitis alienavit, illam rem repetere permittitur, *Auguſt. Bero. c. ſi quis Præsbyterorum num. 18. cum 9. ſeqq. extr. de reb. Eccleſ non alienan. Bart. Bald. & Dd. l. jubemus. §. ſanè. el. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Bero. c. Epiſcopi num. 3. extr. de reb. Eccleſ. non alienand.*

8 Et prædicta locum habent, † etiamſi illa inveſtitura facta de rebus ad menſam Epiſcopi pertinentibus jurejurando confirmata fuerit, *Claud. de Seiſel, in tract. feud. ſub Rubr. qui feud dar, poſſ. reg. 2. ampliatio, 3.* item, etiamſi ſucceſſor illius Prælati, iſtam inveſtituram confirmaverit vel ratum habuerit, prout hoc tradit *Claud. de Seiſel. in tract feud. ſub Rub qui feud. dar. poſſ. reg. 2. ampliat. 1.* ubi ipſe atteſtatur, eandem opinionem amplecti *Card. Zabarell conſ. 34. à fin. Præpoſ. cap. 1. in pr. col. 7. de his qui feud. dar. poſſ.*

Similiter prædicta uſq; adeò vera ſunt,
9 ut † conſuetudo permittens infeudationem rei ad menſam Epiſcopal. pertinentis non intervenientib. legitimis requiſitis non valeat neq; infeudationem factam confirmet *Hoſt. Ioan. Andr. Imol. Panor, & Dd. c. nulli. & ibi Aug. Bero n. 44. ext. de reb. Eccleſ non alien. Petr. de Anch. Clem. 1. n. 22. eo tit. Bald. auth. hoc jus porrectum. n 4. C. de SS. Eccl. Pet. de Anchor c. 1. n. 3 de reb. Eccleſ. non alien. lib. 6. Felin. c. cum cauſam n. 11. ext. de ſent. & re judic, Auguſtin. Bero. c. quæ in Eccleſiarum. nu. 29. & 30. extr. de conditionib Steph Bertr. conſ. 154. n. 4.* Eamq; ſententiam communem eſſe atteſtatur *Bertrand. d. conſ 154 n. 9.*

10 Et feudum † antiquum Epiſcopo apertum menſæ Epiſcopi applicitum eſſe cenſetur, ſi Prælatus hoc tacitè vel expreſſè declaret, quod velit illud feudum menſæ applicare, *Bald, C. fin. n. 9. C de bon. vacant. lib. 10. Bal. c 1. & ibi M. de Afflict. n. 11. de Cler. qui inveſt fec Card. Flor c. ut ſuper. & ibi Pet. de Anch. ext. de reb Eccleſ. non alien. Bal. in ſua Margar. verb. jurans. Petr. de Anch. conſ 155. Præpoſ. c. 1. in pr. Epiſcopum vel Abbatem, Curt. in tract. feud 3. part. num. 49.* Illaq; tacita voluntas domini inter cætera colligitur ex eo, quod illud feudum apertum eſt deſcriptum in illo libro, in quo ſunt deſcripta reliqua bona ad menſam Epiſcopi vel Archiepiſcopi pertinentia, *Bar. d. l. fin. n. 9. C. de bon. vacan. Curt. in tr feud. 1. part. 2. part. princip. 7. cap. Vaſ. in tract. feud. 5. part. nu. 50.*

Similiter feudum antiquum Epiſcopo vel Archiepiſcopo apertum menſæ applicatum eſſe cenſetur, quando Epiſcopus vel Archiepiſcopus illud feudum poſtquam ſibi hoc apertum fuit, per annum tenuit & poſſedit, *Archid. c. 7. 35. q. 8. Card. Flor. c. 8. q. 12. ext. de feud Panor. c. ut ſuper. ext. de reb. Eccl. non alien. Alvar. & Præpoſ. c 1 in pr. de his qui feud. dar. poſſ. Card. Zabarell. conſ. 34.*

Multò verò magis hoc videtur procedere, ſi feudum antiquum ſibi apertum Epiſcopis vel ſede vacante Capitulum per decem annos poſſederit, tunc enim multò magis hoc feudum menſæ applicatum præſumendum eſt, *arg. l. ſi filius. & ibi Bar. Bald. & Dd. C. petitio. heredit. l. qui in aliena. & pr. & ibi Alex. Iaſ. & Dd ff. de acquir. hered. l Procula ff. de probatio. gloſ. & Dd. l. per. C. com. divis. Alex. conſ. 92. lib 2. conſ. 113. col. 4. lib. 4. Aym. Cravet. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 3. §. venio ad tertiam. & §. vidimus in genere.*

Quinimò aliqui Dd. tradunt, feudum menſæ Epiſcopi & Archiepiſcopi applicatum cenſeri, quod Epiſcopus vel Archiepiſcopus illius poſſeſsionem adeptus fuit, *Ioan. de Ligna. c. quæ in Eccleſiar. extr. de conſtit.*

Et idem quoque juris eſſe videtur, ſi ſede vacante Capitulum tacitè vel expreſſè declaret, ſe velle feudum Epiſcopo vel Archiepiſcopo apertum incorporari ſive applicari menſæ Archiepiſcopi vel Epiſcopi, etiam ſede vacante illud feudum ultra annum poſſidet, vel ſimpliciter ejus poſſeſſionem adipiſcatur, per hoc enim videtur illud feudum etiam infeudari ſolitum, perinde de menſa Prælati affectum, atque ſi talia a Prælato fuiſſent facta, vel vivo Prælato contigiſſent, prout hoc quaſi in ſpecie deciduni *Bal. c. 1. nu. 2. de Cler qui inveſtitur. fecit. Præpoſ. c. 1. num. 1. col. fin. Epiſcopo vel Abbati.*

Præterea etiam Dd. aliqui concludunt, eam rem, quam Archiepiſcopus tempore introitus ſui reperit, eſſe in dominio cenſeri applicatam menſæ ita, ut ipſi non permittatur illam rem alteri in feudum concedere, *Iacob. de Belvoſ. cap. 1. in princip. de his qui feudum dar. poſſ. arg. c. 1. in fin. de Cleric. qui inveſtituram fecit.*

Sed

Sed in caſu præſenti prætenditur, non tantùm annum ſed plus quàm decem annos à tempore caſtri E. aperti ante inveſtituram Archiepiſcopi S. elapſos, quodque & Archiepiſcopus J. A. mandaverit, dictum caſtrum menſæ applicari & Præfecturæ S. incorporari, & Capitulum Eccleſiæ Cathedralis H. ad executionem illi⁹ mandati illud caſtrū & menſæ Epiſcopali applicaverit, & dictæ Præfecturæ incorporaverit, nec non etiam illud caſtrum tanquam rem menſæ Epiſcopali incorporatam, & ſede vacante per obitum Archiepiſcopi tàm J. A. quàm F. poſſederit, & Archiepiſcopo tàm F. quàm S. tempore introitus tradiderit.

Igitur videtur dicendum illud caſtrum effectum de menſa Epiſcopi H. eamque ob cauſam non licuiſſe Archiepiſcopo S. illud caſtrum dictis dominis Nobilibus à D. abſque conſenſu Capituli in feudum concedere, illamque inveſtituram contra hoc præſumptam, uſque adeò per ſe & ipſo jure nullam eſſe, ut ex eà neque civilis neque naturalis obligatio ortà fuerit, neque per traditionem ſubſecutam dominium vel poſſeſſio dicti caſtri in Nobiles à D. tranſlata ſit.

11 Secundò ad hoc, ut res † aliqua cenſeatur feudum antiquum & infeudari ſolitum quoad hunc finem, ut Epiſcopo permittatur illud feudum ſibi apertum abſque conſenſu Capituli & non intervenientibus legitimis requiſitis alteri in feudum concedere, aliqui Dd. requirunt.

Primò, quod illa res, antequam Epiſcopo aperiatur, fuerit feudalis ultra illud tempus, cujus in contrarium memoria non extat, *gloſ. c. 1. in princip. de his qui feud. dar.*
12 *poſ.* Et ad hoc ut aliquod tempus dicatur † immemoriale, ad minus requiritur lapſus temporis centum annorum, *Cardin. cap. ſi diligenti. in fin. & ibi Felin. circ. fin. ext. de præſcript. Felin. c. cum nobis. col. 2. extr. eod. tit. Felin. cap. ad audientiam. col. 8. verſ. limita quartò, extr. de præſcriptio. Curt. jun. conſ. 90. col. fin.*

Secundò, Dd. requirunt ad hoc ad
13 minimum duos † actus, *Iacob. de Ardiz. in ſum. ſub Rubr. qui poſ. dar. feud. Iacob. de Belviſ. Martin. Laudenſ. Alvarot. & Præpoſit. c. 1. in princip. qui feud. dar. poſ. Ioan. de Imol. cap. 2. extr. de feud. Alexand. conſ. 9. lib. 3. & conſil. 5. col. 3. lib. 5.* Eamq; opinionem communem eſſe atteſtatur *Claud. de Seiſel. in tract. feud. tit. qui feud. dar. poſ. par. 2. reg. 1. declarat. ſub Rubr. de accip. verſ. tamen concludendo.*

Tertiò, ad hoc requirunt Capituli conſenſum tacitum, *Martin. Laudenſ. Alvarot. & Præpoſit. c. 1. in princip. de his qui feud. dar. poſ. Alex. conſ. 9. lib. 3. Claud. de Seiſel. in tract. feud. de his qui feud. dar. poſ. part. 2. reg. 1. declarat. 7. ſub Rubr. de tertio requiſito.*

Quartò, ad hoc requiritur, ut conſuetudo ſit rationalis & non damnoſa Eccleſiæ, *Martin. Laudenſ. & Præpoſit. cap. 1. in princip. de his qui feud. dar. poſ. Alexand. conſ. 7. lib. 3.*

Quintò, ad hoc requiritur bona fides, *Iacob. de Belviſ. Martin. Laudenſ. & Præpoſit. c. 1. in princip. de his qui feud. dar. poſ. Claud. de Seiſel. in tract. feud. qui feud. dar. poſ. par. 2. reg. 1. declarat. 7. ſub Rubr. de quinto requiſito.*

Cum itaque ab anno 1481. quo anno nobiles Domini R. H. & H. à D. caſtri E. utile dominium jure feudi poſſidendum ab Archiepiſcopo E. emerunt, uſq; ad annū 1546. quo anno H. à D. hactenus fides facta ſit, & inſuper Capitulum Eccleſiæ Cathedrali H. prætendat, inveſtituram de caſtro E. gravi & enormi præjudicio Epiſcopatus H. conjunctam, videtur dicendum, dici non poſſe caſtrum E. eſſe feudum antiquum & infeudari ſolitum, eamque ob cauſam Archiepiſcopo S. non licuiſſe de iſto caſtro tandem de re infeudari ſolita nobiles Dominos à D. abſque conſenſu Capituli inveſtire atque inveſtituram contra hoc præſumptam nullam & invalidam eſſe.

Tertiò, Epiſcopo vel Prælato non permittitur, † duas res infeudari ſolitas & 14
ad Eccleſiam ſive Epiſcopatum reverſas uni concedere, *Baldus Rubric. qui ſucceſſio. teneant. quam Claud. de Seiſel. in tractat. feud. tit. de his qui feud. dar. poſ. part. 2. reg. 1. limit. 9. ad hoc allegat.*

Cum itaque Arciepiſcopus S. nobili Domino F. à D. duo feuda antiqua & infeudari ſolita nempe caſtrum N. & caſtrum E. conceſſerit, etiam ex hoc capite videtur dicendum, dictam inveſtituram non valere.

Quartò, Archiepiſcopo, Epiſcopo, vel ſimili Prælato non permittitur feudum etiam antiquum & infeudari ſolitum, & ad Epiſcopatum reverſum alteri concedere vel de iſto alium inveſtire eo caſu, quando Archiepiſcopatus tempore feudi aperti

eſt

eſt obnoxius ære alieno vel in ſimili neceſſitate conſtitutus, ita ut magis expediat, Archiepiſcopatum vel Epiſcopatum illud feudum retinere quàm alteri concedere, prout hoc tradit *Iacob. de Belviſ. Nicol de Neapol. & Martin. Laadenſ. cap. 1. in princip. & ibi Alexand. numer. 16. Præpoſit. num. 32. & Iaſ. Curt. in tractat. feudal. 1. part. 2. part. princpi. 91. numer. 10. & 11. Abbas cap. ut ſuprà. extr. de rebus Eccleſ. non alienan. Iaſon in tractat. feud. tit. qui feudum dare poſſ. part. 2. Iaſon 1. limitat. 6.*

Cum itaque Capitulum Carhedralis H. prætendat, Epiſcopatum I. ære alieno premi & obnoxium eſſe, nec non etiam bona ad menſam Epiſcopi pertinentia admodum diminuta etiàm ex hoc capite videtur dicendum, inveſtituram dè caſtro E. nobilibus Dominis à D. factam ab Archiepiſcopo S. & tanquam juri contrariam, non valere

15 Quintò clari juris eſt, quod † verba generalia cujuslibet diſpoſitionis generaliter debeant intelligi, *Cravett. conſil. 133. num. 5. lib. 1. argum. l. 15. cum urbem. ff. de offic. Præfect urb. l. regula. §. final. ff. de jur. & fact. ignor. l. final. & ibi Salicet. C. de hæred. & actio. vendit.* Ita & omnia comprehendunt, *Bald. conſil. 191. lib. 1. Crav. conſil. 3. num. 1. conſil. 133 num. 5. lib. 1. argum. l. à Procuratore juncta gloſ C. mandat.* Quodque nihil intactum relinquant, *Bald. conſil. 305. lib. 1. Cravett. conſil. 3. numer. 1. conſil. 133. numer. 5. lib. 1. Laurent. Sylvan. conſil. 74. numer. 9.* Et nullus caſus ab illa diſpoſitione generali excipi vel eximi debeat, *Paulus Caſtrenſ. conſil. 430. col. 3. lib. 1. Cravett. conſ. 3. numer. 1. lib. 1.* Etiamſi major ratio ſit in uno quàm in alio, *l. 11. §. quod autem. 3. juncta gloſ ff. de aleat.* Item etiamſi aliqui vel aliquis ex illis caſibus privilegiatus ſit, *l. in fraudem. §. final. & ibi Bald ff. de teſtamen. militar.*

Quinimò generalis diſpoſitio etiam ad incogitata extenditur, quando verba generalia ſunt apta, ea comprehendere, *l. ſi is qui. §. ſi libero & ibi Alber. de Roſat. ff. commod. Sigiſmund. Neapol. conſ. 35. num. 9.*

Et prædicta uſque adeò vera ſunt, quod præcedant etiam in materia odioſa, *Angel. col. final. verſ. tertiò quæritur ff. de conſtit. Princip.* Item pœnalis, *gloſ. cap. contra Chriſtianos.* Correctoria, *gloſ. d. cap. contra Chriſtianos. Immol. l. ſi verò. §. de viro. col. 2. ff. ſolut. matrimon.*

Præterea generalis diſpoſitio reſtringi non debet nulla ratione reſtringendi exiſtente, *Baldus conſil. 43. lib. 4. Angel. conſil. 281. col. 1. Abbas conſil. 7. col. 2. conſil. 44. col. 2. conſil. 51. col. final. lib. 1. & conſil. 55. col. 2. lib. 2. Cravett. conſil. 88. num. 14. & conſil. 133. num. 6. lib. 1.*

Deinde etiam promiſſio generalis generaliter præjudicat, *l. final. C. de dot. promiſſ. Bald. l. pactum quod dotali. 7. C. de collatio. Bald. conſ. 176. in pr. lib. 4.*

Et promittens aliquid verbis generalibus ſaltem in genere intelligitur cogitaſſe de omnibus etiam incognitis, eamq; ob cauſam ſub promiſſione generali regulariter etiam incognita comprehenduntur, *Bartol. l. ſub prætextu. C. de Tranſactio. Bartol. l. ſi de certa. & ibi Iaſon col. final. C. eod. tit. Alexand. conſ. 42. col. 4. lib. 1. conſil. 11. num. 12. Franc. Aretin. conſil. 33. col. penult. Socin. conſil. 103. col. 4. lib. 3.* Et ſibi imputare debent paciſcentes generaliter, ſi non cogitaverint ſub verbis generalibus omnia comprehendi etiam incogitata, *Bald l. tres fratres. ff. de pactis. Bald. l. ſub prætexta. C. de Tranſactio. Alexand. conſil. 11. nu. 12. lib. 2.*

Generalis etiam diſpoſitio tantùm operatur quoad quamlibet ſuam ſpeciem, quantum operatur ſpecialis diſpoſitio, quoad ſpeciem in illa expreſſam, *l. ſi duo. & ibi Bartol. ff. de adminiſt tut. l. Gallus. §. inſtituens. & ibi Bald & Alexand ff. de liber. & poſthum. l. ſi chorus. in princip. ff de leg 3. l. omnis. & ibi Bald & Angel. C. præſcript. 30. annor. Signor. conſil. 30.*

Cum itaque promiſſio jurata de non infeudando, quam Capitulum Eccleſiæ Cathedralis H. ab Archiepiſcopo S. factam prætendit, ſit generalis, videtur dicendum, illam promiſſionem generaliter intelligendam & ita accipiendam, ut omnia omninò feuda etiam in feudum concedi ſolita comprehendat.

Sextò, verba † univerſalia ſunt majoris efficaciæ & virtutis quàm verba generalia, *Bartolus l. generali. §. uxori. ff. de uſufruct. legat Bart. l. ita. ff. d. aur. & argent. leg. Dec. l. omnia. col. 1. ff. ſi cert petat Dec. c. ſedes Apoſtolica. col 4. circa fin. extr de reſcript. Aymon. Cravett. conſil 16. num. 6. & conſ 294. col. anteced. verſ. 4. Roman. conſ. 44. Sylv. conſ. 95. num 17.* omniaq; comprehendunt, quæ excogitari poſſunt, *Decius conſil. 29. col 1. l. 2. in fin. Laurent. Sylvan. conſil. 95. numer 17. arg. l. Iulianus. ff. de legat. 3. l. à Procuratore. C. Mand.* 16

C. Mand. l. in fideicommiſſ. §. cum Pollidius. ff. de uſuris. l. cum cutum. & ibi Bald. in 2. oppoſit. C. de fideicommiſſ. cap. ſolita. extr. de major. & obed. Cravet. conſ. 105. num. 3. nullo penitùs excepto, Federic. de Sena. conſ. 84. Laur. Sylvan. conſ. 95. num. 19. Ideoque pulchrè Baldus inquit, verba univerſalia adeò omnia comprehendere, ut nulla perſona nulluſq; locus excipiatur, Bald. conſ. 326. col. 3. lib. 1. quod conſilium refert atque ſequitur Laur. Sylvan. conſ. 95. num. 17.

Et hoc uſque adcò verum eſt, ut diſpoſitio univerſalis non tantùm præſentia, verùm etiam futura comprehendat, Bart. l. ſervi electione. §. fin. ff. de leg. 1. Bart. l. Iulianus. ff. de leg. 3. Speculat. in tit. de Synd. verſicul. quod ſi in aliquo. Speculat. in tit. depoſitionibus. §. 10. verſ. ſed pone. Cardinal. Pariſ. conſ. 59. num. 43. lib. 2.

Quinimò verba univerſalia in diſpoſitione aliqua poſita hoc operantur, ut illa diſpoſitio comprehendat ea, atque ad ea extendatur, quæ alioquin in illa diſpoſitione non concluderentur.

17 Ideoque licet ſub † legato, donatione vel conceſſione rerum in certo loco exiſtentium non comprehendantur res venales ibi exiſtententes: Attamen hoc non procedit, ſi legans, donans, vel concedens res in certo loco exiſtentes uſus fuerit verbis univerſalibus, atque dixerit, ſe legare, donare vel concedere alteri omnes res ſuas in iſto loco exiſtentes, tunc enim ſub tali legato, donatione vel conceſſione etiam res voanles quæ in iſto loco ſunt, comprehenduntur, Bartol. l. generalit. §. uxori. ff. uſu & uſufruct. leg. Alex. conſ. 118. num. 5. lib. 5. Matth. de Afflict. deciſ. Neapolit. 106. Dec. conſ. 76. num. 2.

18 Similiter licet † appellatione rei in certo loco exiſtentes pecunia ad fœnerandum expendendumvè deſtinata non contineatur, Hoc tamen non procedit, quando illa diſpoſitio, in qua facta eſt mentio rerum exiſtentium, in certo loco eſt univerſalis ſive verbis univerſalibus concepta: Tunc enim pecunia etiam ad expendendum fœnerandumvè deſtinata appellatione rerum in certo loco exiſtentium comprehenditur, Card. Pariſ. conſ. 79. numer. 45. lib. 2.

19 Huc accedit, quod licet verbum, † Hæres, in inveſtitura ſive conceſſione feudi poſitum, intelligatur tantùm de hærede ſanguinis atque de deſcendentibus ex primo acquirente, hoc tamen non procedere, quando feudum eſt alicui & ſucceſſoribus ſive hæredibus quibuscunque conceſſum, Tunc enim verbum, Hæres, ſive ſucceſſores in inveſtituta ſive conceſſione feudi poſitum, omnes omninò hæredes, etiam extraneos ut legatarios & fideicommiſſarios, reliquoſq; hæredes improprios complectitur, Bald. l. 1. q. 34. ff. de rer. diviſ. Bald. c. Imperialem. de prohib feud. alien. per Frid. Abb. Panor. conſ. 3. dub. 3. lib. 2. Alex. & Iaſ. l. Gallus. §. etiam. col. 2. ff. liber. & poſthum. Alex. l. ſi patroni. 55. in princip. col. pen. ff. ad SC. Trebell. Alex. l. quod dicitur. la. 2. col. pen ff. de verb. oblig. Alex. conſ. 7. num. 8. lib. 6. conſ. 95. col. 2. lib. 7. Corn. conſ. 16. col. 4. lib. 1. Socin. l. quidam relegatus. col. 2. verſ. quinta concluſio. ff. reb. dub. Iaſ. l. cum filiusfamilias. nu. 89. ff. leg. 1. Iaſ. l. 2. §. Prætor ait. ff. qui ſatisdar. cogan. Iaſ. l. 2. num. 198. C. de jur. emphyteu. Iaſ. in prælud feud. nu. 46. & 128. Iaſ. conſ. 27. conſ. 55. lib. 2. conſ. 89. lib. 3. & conſ. 115. lib. 4. Abb. Brun. conſ. 9. col. 3. Godzad. conſ. 6. num. 43. conſ. 8. col. 5. & conſ. 14. num. 22. Matth. de Afflict. deciſ. Neapolit. 386. num. 5. Cardin. Pariſ. conſ. 65. lib. 1. conſ. 103. col. 6. verſ. not etiam. lib. 3. Curt. in tract. feud. 2. part. 3. par. princip. num. 62. & 4. part. num. 130. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & cum pacto. col. 3. num. 11. Roland. à Vall. conſ. 5. num. 45. & 46. Felin. c. quia. num. 9. extr. de jud. Felin. c. in præſentia. num. 26. extr. de probatio. Bart. in repet. l. cum acutiſſimi. col. 70. C. de fideicommiſſ. Cat. Coc. memorab. incip. feudum conceſſum. memorab. privilegia, memorab. quibuscunq;.

Idem eſt, ſi in inveſtitura ſive conceſſione feudi dictum fuerit, feudum eſſe conceſſum Titio, & omnibus hæredibus ſive ſucceſſoribus ipſius, Namq; & hoc caſu appellatione hęredum in inveſtitura ſeu conceſſione feudi omnes omninò hæredes & extranei & improprii, quales ſunt legatarii & fideicommiſſarii comprehenduntur, Bald. c. in præſentia. col. 2. extr. probat. Alex. conſ. 30. num. 15. lib. 5. conſ. 195. col. pen. lib. 6. Curt. junior conſ. 1. col. 2. Dec. conſ. 294. col. 2. Rolan. à Vall. conſ. 5. num. 36. & 37. & conſ. 60. num. 49.

Præterea verbum, † Quicunq;, Quodcunq;, 20
& ſimilia verba univerſalia multum operantur, & ampliant ſignificationem verbi, cui adjunguntur, ut etiam extendantur ad latiſſimum ſignificatum, Hippolyt. de Marſil. l. unius. §. cognituram. num. 23. ff. de quæſtionib.

Ideoq; & ſtatutum, quo cavetur, quod de quolibet contractu debeat ſolvi gabella, etiam extenditur ad recognitionem reliquosq; contractus improprios, *Gemin. & Philip. Franc. c. 2. §. 1. in princ. arg. illius text. de reb. Eccleſ. non alien. lib. 6.* Et ſtatutum ſanciens, quod Syndicus teneatur, denunciare quodlibet maleficium propter illud verbum univerſale Quodlibet, ita accipiendum eſt, quod Syndicus teneatur denunciare maleficia etiam non punibilia, *Hippol. de Marſil. d. §. cognitum. num. 21.* Licet talia maleficia non punibilia appellatione maleficiorum alioquin non comprehendantur, *Abbas cap. 3. notab. 2, extr. de homicid.*

Deinde etiam verba univerſalia ſunt præciſa & omnes omninò caſus etiam expreſſos imò majores expreſſis comprehendunt, nec ullam reſtrictionem patiuntur vel recipiunt, ſicut hoc ſatis probat *gloſ. Clem. 1. verb quibuscunq;. de judic gloſ. Clem. 1. verb. quavis. & ibi Imol de ſentent. & rejudic. gloſ. fin. Clem. 2. de reb. Eccleſ. non alien. gloſ l. fin. verb per quamcunq;. C. qui leg. perſ. ſtan in jud hab. gloſ. c. quamvis. verb. quoslibet. & ibi Dom. not. 2. de Cleric. lib. 6. Alexand. conſ. 99 col. 1. verſ. præterea. lib. 7. Cæpol. conſ. crim. conſ. 14. Barb. conſ. 12. col. 8. lib. 1. conſ. 21. num. 16 conſ. 23. col. 1. conſ. 26. col. 2. lib. 2. Socin. conſ 3. col. fin. lib. 3. Iaſ. conſ. 63. col. 3. lib. 3.*

Et hoc procedit potiſſimùm & abſq; omni dubio in diſpoſitionibus hominum, in promiſſionibus nempe ab homine factis & ſimilibus.

Namq; in illis verba univerſalia nullam omninò reſtrictionem patiuntur, vel admittunt, *Bald l fin. col. 1. C. ſine cenſu vel reliquis. Alex l. ſi patroni. in princip ff. ad SC. Trebell. l. 1 § nunciatio. ff. de oper. nov. nunc. Zaſ in prælud. feud col. 14 in princip. Curt. jun. conſ. 1. col. 2. & conſ. 183. col. fin. Ruin. conſ. 59. col. 1. num. 24. lib. 4. & conſ. 98. num 5. lib. 1. Socin. conſ 10. col 1. verſ. non obſtat ſi dicatur. Rol. à Vall. conſ. 61. num. 44. conſ 96. num. 48. lib. 1.*

Cum itaq; Capitulum H. aſſerat, illam prætenſam promiſſionem de non infeudando eſſe conceptam verbis univerſalibus, videtur dicendum, illam promiſſionem nullam penitùs reſtrictionem vel exceſſionem admittere. Sed ita accipiendam eſſe, ut omnia omninò feuda antiqua & infeudari ſolita comprehendat.

Septimò, verba † geminata multùm operantur, *l. Baliſta. & ibi Bart. ff. ad SC. Trebell. l. cum ſimus. & ibi Bart. & Alex. C. de agricol. & cenſ. lib. 11.* Et ſunt majoris efficaciæ quàm diſpoſitio univerſalis ſimplex, *Gozad. conſ. 30. numer. 1. Cephal. conſ. 126. num. 18. Aym. Cravett. conſ. 105. numer. 4. Luc. Sylv. conſil. 95. numer. 19. Curt. ſenior conſ. 65. numer. 19.* Illaque aſcendunt & enixam latiſſimam voluntatem diſponentis, *Cardinal. Pariſ. conſ. 10. num. 57. conſ. 32. num 52. conſ. 131. num. 1. lib. 1. conſ. 9. num. 43. lib. 2. L. Sylv. conſ 84 num. 4.* Nec non etiam mentem deliberatam & appenſatam, *Cardinal. Pariſ. conſ. 89. num 23. lib. 3. Aym. Cravett. conſ. 105. num 4. conſ. 201. num. 44. L. Sylv. conſ. 64. num. 4.* 21

Geminatio quoque oſtendit mentis perſeverantiam, *arg. l. unicè. C. de plus petit.* Et tollit ſuſpitionem deceptionis, *l. ſi mulier. C. ad SC. Vellejan.* Et ſignificat præciſam mentem diſponentis, *Bald. l. eam te extra de reſcript.* Nec non etiam ampliat effectum diſpoſitionis, *Bald. l. fructus C. de act. empt.* Et efficit, ut ſub diſpoſitione comprehendantur illa, quæ alioquin ſub illa diſpoſitione non comprehenderentur, *Ruin. conſ. 98. num. 12. uſq; ad num. 19. lib 2. Nicol. Everhard in loco à locutionis geminatione ſeu actus multiplicata reiteratione.*

Præterea verba geminata non patiuntur aliquam reſtrictionem, diminutionem, *Iaſ l. 1. § nunciationum 5. verſ ego limito notabiliter. ff. de oper nov. nunc Ctr. conſ. 324. col. 6. lib. 1 Socin. conſ. 297. nu. 6. lib 2 Cravett. conſ. 290. num. 4. verſ. nonò conſidero L. Sylv. conſ 49. num. 26. & conſ. 88. num 4.* vel exceptionem, *Cravett. conſ. 201. num. 43.* aut comprehendunt omnia etiam diſſimilia & majora expreſſis, *Socin. conſ. 47. col 6. in fin. lib. 4. Iaſ. conſ. 96. col 2. lib. 4. L. Sylv. conſ. 66. nu. 14. conſ. 88. n. 4. Cravett. conſ. 290. n. 4. verſ. nonò conſidero.* Item etiam inſolita, *Alex. conſ. 30. col pen. lib. 5. Cravett. conſ. 290. nu. 4. verſ. nonò conſidero.* & reſervata Principi, *Dec. conſ. 197. col. 2. Aym. Cravett. conſ. 209. nu. 8. Cephal. conſ. 105. nu. 18. & 19.*

Et geminatio † verborum univerſalium prædictos effectus producit, etiamſi illa geminatio fuerit facta ſimul & ſemel, nec in illa intervallum temporis intervenerit, *Alex. conſ. 110. col. pen. lib. 1. Iaſ l. 1. n. 3 ff. de offic. ejus cui mand. eſt jurisd. Iaſ. l. pen. in fin C. de pact. Card. Pariſ. conſ. 12 num 21. lib. 3. Nicol. Everhard. in loco à locutionis geminatione.* 22

Et præ-

Et prædicta generaliter quidem procedunt ac locum habent, quando verba univerſalia vel geminata ſunt negativa: Cum ſit clari & indubitati juris, quod ne-
23 gativa † ſit longè fortior & efficacior ad negandum quam eſt affirmativa ad affirmandum, *gloß. l. hoc genus. ff. de condit. & demonſtrat. gloß. cap. cum dilectus. ext. de conſuet. Dec. c. ex part. col. 2. extr. de conſtit. Dec. conſ. 3. col. 3. certa med. Cravet. conſ. 146. n. 4.*

Sed Capitulum Eccleſiæ cathedralis H. prætendit Archiepiſcopum S. jurato promiſiſſe, Daß S. F. G. kein Lehengut/ es ſey darumb gelegen wie es wolle/ ohne des Capitels Conſens verleihen wolle / Quæ verba ſunt verba univerſalia, geminata & negativa.

Igitur ſequitur, illam promiſſionem ita accipiendã & intelligendam eſſe, quod Archiepiſcop. S. ſe obligaverit nulla penitùs ſeuda, neque etiam illa quæ ſunt infeudari ſolita alteri abſque conſenſu Capituli in feudum concedere.

24 Octavo † pactum de non alienando vel infeudando ita accipiendum eſt, ut per illam intelligatur prohibita alienatio vel infeudatio etiam in caſibus alioquin permiſſis, *Panor. Imol. & Dd. c. ut ſuper. extr. de reb. Eccleſ. non. alienand. Panorm. cap. per tuas. argum illius text. extr. de donatio. Claud. de Seiſel. in tract. feud. & tit. qui feud. dar. poſſunt. part. 2. reg. 1. ampliatio. 2. verſ. ſi verò juraverit.*

Et confirmatur ex eo: Namque licet vaſallo regulariter permittatur feudum ad ipſum pertinens alteri etiam abſque domini conſenſu in ſolidum vel pro parte in feudum concedere. Attamen hoc non habet locum, ſi in inveſtitura fuerit appoſitum pactum etiam ſimplex de non alienando: tunc enim per hoc pactum vaſallo interdicta & prohibita eſſe cenſetur, tam infeudatio, *Bald. Alvarot. Præpoſit. & Matth. de Afflict. c. 1. §. præterea de Capitul. Corrad. Felin. c. quæ in Eccleſiarum num. 69. & ibi Dec. num. 31. extr. de conſtitut. Curt. in tract. feud. 4. part. num. 84. Iaſ. c. 1. in princip. num. 34. de his qui feud. dar. poß. Iaſ. in tract. feud. part. 9. num. 17.* quàm omnis alia alienatio alioquin permiſſa, *Curt. in tract. feud. part. 4. num. 113.*

Ex quo inferri videtur, licet Epiſcopis alioquin permiſſum ſit, feuda antiqua & infeudari ſolita etiam abſque conſenſu Capituli alteri in feudum concedere, hoc tamen non habere locum eo caſu, quando Epiſcopus pepigit vel promiſit etiam ſimpliciter nullam rem infeudare vel alienare abſque Capituli conſenſu, ſed hoc pactum ita accipiendum, ut Epiſcopo & infeudatio & omnis alia alioquin permiſſa alienatio iterdicta intelligatur.

Et per conſeq. videtur dicendum, cum Capitulum Eccleſiæ cathedralis prætendat Archiepiſcopum S. talem promiſſionem juratam feciſſe, illam promiſſionem ita intelligendam, ut vigore hujus promiſſionis juratæ, etiam infeudatio prohibita intelligatur, quodq; infeudatio de caſtro E. dictis Dominis Nobilibus facta, huic promiſſioni juratæ contraria ſit.

Nonò, † alienatio vel infeudatio præſumpta contra juramentum præſtitum per ſe & ipſo jure nulla eſt, uſque adeò, ut nec dominium quidem in accipientem transferatur, prout hoc expreſsè & in ſpecie tenet *Franc. Aret. l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verbor. obligat. Ruin. repet l. filiusfamilias. §. divi. col. 42. & ibi Ripa. num. 93. & Opizo nu. 158. ff. de leg. 1. Socin. conſ. 90. col. 2. in fine. lib. 4. Rol. à Vall. conſ. 6. num. 35. lib. 1.* 25

Et confirmatur ex eo, tum † qui juramentum præcisè & in forma ſpecifica adimpleri dicitur, nec per æquipollens adimpleri poteſt, *c. ad noſtram, & ibi Dd. extr. de jurejurand. Corſet. in tract. de jurament. 5. privileg. Iaſ. conſ. 4. col. 2. & conſ. 41. col. 2. lib. 3. Baveria. in tract. de jurament. num. 57. Rol. à Vall. conſ. 6. num. 30. & 31. lib. 1.* 26

Tum, quia juramentum habet vim præciſam, ideuque licet & in obligationibus ſive promiſſionibus facti ſuccedit obligatio ad id, quod intereſt, & ſolvendo Intereſſe, quis a tali promiſſione liberetur. Attamen hoc non habet locum, quando illa promiſſio jurejurando confirmata eſt, tunc enim illa eſt præciſa, nec in ea ſuccedit obligatio ad id, quod intereſt, *gl. l. ſi pecuniam. in pr. & ibi Franc. Aret. & Iaſ. num. 23. ff. de cond. ob cauſ. Ant. de Butr. Panorm. & Dd. c. veniens. extr. de jurejur. Ioan. Andr. Hoſtienſ. & Imola. c. per tuas extr. de Arb. Mattheſ. ſing. 54. Dd. l. ſtipulationes non dividuntur. ff. de verbor. obligat. Cuman. conſ. 182. col. fin. Iaſon conſ. 9. col. 6. lib. 1. conſ. 41. col. 3. lib. 3. Dec. c. 1. col. 13. extr. de jud. Alex. conſ. 27. col. 3. lib. 2. Neguſ. in tract. de pig. 36. col. 20. lib. 2. Godtad. conſ. 27. col. 2. & conſ. 32. col. 2. conſ. 100. col. fin. Roland. à Vall. conſ. 6. num. 32. lib. 1.*

Tunc † quia locator, qui cum obligatione bonorum jurato promiſit ſtare con- 27

tractui, locationis promiſſioni præcisè ſtare cogitur, nec ipſi permittitur, illam rem in præjudicium conductoris alteri vendere, vel alio titulo concedere, *Socin. conſ. 90. col. 2. in fin. lib. 4. Anton. de Butr. c. fin. extr. ne Præl. vices ſuas. Neguſ. in tract. de pign col. 3. in fin. Ioan. de Amicis conſ. 113. Rol. à Vall. conſ. 6. num 36. lib. 1. & conſ. 62. nu. 40. lib. 2.*

28 Tum quia † juramentum habet vim judicii, *l. qui juraſſe in fin. ff. de jurejur.* Et à Dd. traditum eſt, pactum ſive promiſſionem juratam de non alienando in judicio factam uſque adeò efficacem eſſe, ut dominii translationem impediat, *Bald. l. fin. C. de pactis inter emptio. & vendit. Franc. Ripa l. filiusfamiliàs. §. divi. num. 92. ff. de leg. 1.*

29 Tum quia † juramentum æquiparatur ſententiæ judicis, *l. 2. ff de jurejur. Iaſ. l. ſi pecuniam. in princip. nu. 23. ff. de cond. ob cauſ.*

30 Et certum eſt, † quod ſententia judicis dominii translationem impediat, *Bart. l. filiusfam. divi. & ibi Imol. Alex. & Dd. & Franc. Ripa num. 95. ff. de leg. 1. Bald. & Salic. l. ea lege. C. de cond. ob cauſam. Alex. conſ. 3. lib. 2. Iaſ. l. ſi pecuniam in pr. num. 23. ff. cond. ob cauſ.*

Cum itaq; inveſtitura facta de caſtro E. ab Archiepiſcopo S. juxta id quod Capitulum H. prætendit, ſit contraria promiſſioni ſive pacto jurato de non infeudando, videtur dicendum, illam inveſtituram per ſe & ipſo jure nullam eſſe, uſque adeò, ut per traditionem ſubſequentem dominium in dictos Dominos Nobiles translatum non ſit.

31 Decimò, licet multi Dd. velint, † alienationem factam contra promiſſionem juratam de non alienando valere & ratam eſſe: Attamen illa deciſio ab aliquibus ita limitatur. Primò, ut procedat tantùm in promiſſione non obligatoria, *Fr. Ripa l. filiusfamilias. §. divi. num. 93. ff. de leg. 1.*

Secundò, ut non habeat locum, quan-
32 do † pro defenſione ſive tuitione illius alienationis eſt neceſſe adire Prætorem vel alium ſuperiorem, prout hoc tradit *Aymon. Cravett. conſil. 172. num. 18. verſ. ſecundò reſpondeo, lib. 1. allegans ad hoc Paul. Caſtr. conſ. 361. col. 3. lib. 1. Roman. conſ. 379. col. pen. verſ. per hæc etiam patet.*

Sed videtur prætenſam promiſſionem juratam de non fendando ab Archiepiſcopo S. factam obligatoriam eſſe, quodque prædicti Nobiles à Capitulo H. conventi pro defenſione ſive tuitione infeudationis ipſis factæ ſuperioris ſive judicis authoritate indigeant. Igitur videtur dicendum, illam inveſtituram tanquam prætenſo juramento contrariam non valere, etiam poſito, veram eſſe illorum Dd. opinionem, qui volunt actum geſtum contra juramentum præſtitum, ratum eſſe.

Undecimò, † pactum de non alienando impedit dominii translationem eo caſu, quando is, cujus favorem illud pactum reſpicit, reſervat ſive retinet jus aliquod in illa re, de qua non alienando agitur, *l. ſi creditor. §. fin. ff. de diſtractio. pig. Bartol. & Paul. Caſtrenſ. l. ſi ita quis. §. ea lege. & ibi Iaſ. n 29. ff. de verbor. obligat. Bartol. l. filiusfamilias. §. divi & ibi Franc. Ripa num. 87. & Crotus num. 96 ff. de lega. 1. Bartol. l. qui abſenti. §. 1. ff. de acquir. poſſ. Bartol. l. nemo paciſcendo. & ibi Angel. & Dd. ff. pactis. Ang. & Imol. l. qui Romæ §. cohæredes. ff. de verb. oblig. Corn. conſ. 321. col. 2. lib. 4. Rol. à Val. conſ. 6. lib. 1. & conſ 62. lib. 2.* 33

Quod potiſſimùm procedit eo caſu, quando illud pactum de non alienando reſpiciens favorem ipſius, qui jus in iſta re, de qua non alienanda agitur, habet, eſt vallatum ſive confirmatum jurejurando. Tunc enim per tale pactum abſque omni dubio dominii translatio impeditur, *Crot. rep. l. filiusfamiliàs. §. divi. nu. 97. ff. de leg. 1. Socin. conſ. 90. col. 2. in fin. lib. 4. Socin. jun. conſ. 129. col. 3. lib. 2. Godzad. conſ. 24. col. 5. & conſ. 100. col. pen. Ant. de Butr. c. fin. extr. ne Prælat. vices ſuas. Ioan. de amicis conſ 113. An. Neguſ. in tr. de pig. col. 3. Rol. à Vall. conſ 6. lib. 1. & conſ. 62. nu. 39. & 40. lib. 2.*

Sed videtur dicendum, Capitulum habere jus in omnibus omninò rebus ad Epiſcopum ſive menſam Epiſcopi pertinentibus: Eam ob cauſam, quia Capitulum cum Epiſcopo quaſi unum idemq; corpus conſtituere & Capitulum atq; Epiſcopus membra unius ejuſdemq; corporis eſſe videtur.

Igitur videtur dicdum, promiſſionem juratam Epiſcopi de non infeudando vel alienando res etiam alioquin alienari ſolitas illius efficaciæ & vigoris eſſe, ut dominii translationem impediat. Et per conſequens conceſſionem ſive inveſtituram de caſtro E. ab Archiepiſcopo S. contra prætenſum juramentum factam dictis Dominis N. à D. uſq; adeò nullam eſſe, ut per talem inveſtituram nec dominiom quidem in prædictos Dominos Nobiles translatum ſit.

Duo-

34 Duodecimò, Pactum † juratum æquiparatur ſtatuto eandemque vim & efficaciam habet, *Bald l. fin. col. 3. C. de pactis. Dec.*
35 *conſ. 516. n. 5.* Sed certum eſt, quod † actus contra Statutum perinde nullus ſit, *gloſ. Clem. 1. de jure patronat. Abb. conſ. 66. in fine lib. 2. Fulgoſ. conſ. 219. Aymon. Cravett. conſ. 170. n. 11.* Sicut actus geſtus contra legem nullus eſt, *l. non dubium. & ibi Dd C. de legibus.*

Et hoc uſque adeò verum eſt, ut ex tali actu vel contractu inito videl. celebrato contra legis vel Statuti prohibitionem nec naturalis quidem obligatio deſcendat, *l. ſi non fortem in princ. & ibi Bart. & Dd. ff. de cond. ind. l. eum lex. & ibi Bart. & Dd. ff. de fidejuſſ. Iaſ. l. non dubium num. 4. C. de legibus.* Utq; talis actus vel contractus nec jurando quidem confirmari poſſit, *Bart. l. ſi quis pro eo. & ibi Dd. ff. de fidejuſſ. Bald. l. non dubium. & ibi Iaſ. num. 26. C. de legibus.*

Deinde etiã ꝓhibitio legis vel Statuti de non alienando, uſque adeò efficax eſt, ut alienatio facta vel præſumpta contra talem prohibitionem legis vel Statuti per ſe & ipſo jure nulla ſit, nec per illam dominium in accipientem transferatur, *Bart. & Dd. l. ſi ita quis. §. ea lege. & ibi Iaſ. num. 37. ff de verbor. obligat. Bart. & Dd. l. filiusfamilias. §. divi. & ibi Franc. Ripa num. 79. ff. de leg. 1. argum. l. quidam. ff. de acquir. rer. domin. l. 1. ff. de fund. dotal.* Etiamſi illa alienatio vel conceſſio jurejurando confirmata ſit, *Roman. conſil. 59. Ripa l. filiusfamilias. §. divi. num. 80. ff. de leg. 1.*

Igitur etiam ex hoc capite videtur dicendum, inveſtituram ſive conceſſionem caſtri E. contra præſentem pactum juratum factam ab Archiepiſcopo S. prædictis Dominis Nobilibus per ſe & ipſo jure nullam eſſe, nec dominium per illam eſſe translatum.

36 Decimò tertiò, pacta † ſive contractus initi vel celebrati ab illis, qui legis condendæ poteſtatem habent, legis vigorem & efficaciam habent, idemq; præſtant & operantur, *Bartol Bald. & Dd. l. pen. arg. ill. text. C de donat. inter vir. & uxor. Bart. l. Caſar. arg. ill. tex. ff de public. Bartol. l. ſi unus. §. pactus. col. fin. ff de pact. Bart. l. civitas. & ibi Alex. Iaſ. Dec. & Dd. ff. ſi cert. petat. Bal. l. 1. col. 2. C de hæred & actio. vend. Bald. Paul. Caſtr. & Iaſ. l. 1. ff. de conſtitut. Princip. Abb. conſ. 24. lib. 2. Imol. conſ. 24. col. 2.*

Quod procedit etiam in iis, qui ſuperiorem recognoſcunt, dummodò ipſi leges condendę poteſtatem habeant. Namque & illorum pacta legis vigorem obtinere traditum eſt, *Ang. l. item veniunt. §. cæterum. ff. de pet. hæred. Dec. conſ 516. nu. 4.*

Sed Epiſcopi † legis ſive Statuti con- 37
dendi poteſtatem habent præſertim accedente conſenſu Capituli, *c. 2. & ibi Dd. ext. de major. & obed. 1. 2. & ibi Dd. de conſtit. lib. 6. Bart l. omnes populi. num. 8. & ibi Dd ff. de juſt. & jur.*

Decimò qoartò, conſuetudo † jus eſt 38
& appellatione juris venit, *cap. conſuetudo. diſt. 1. gl. l praeſcriptione. & ibi Paul. Caſtrenſ. & Iaſ. num. 14. C. ſi contra jus vel utilit. publ. Bald. in tit. de pac. conſtit. verb nos Romanorum. Bald. c. num veniſſent. col. 2. extr. de eo qui mit. in poſſ. Felin. 1. jus generale. diſt. 1.* Et conſuetudo cenſetur eſſe Statutum populi, & ſub appellatione Statuti cõprehenditur, idemq; quod Statutum poteſt, *Bald. 2. circa fin. C. de bon. quæ lib. Alexand. conſ. 190. col. 3. lib. 2. conſ. 65. num. 7. lib. 6. Iaſ. l. 2. num. 15. C. ſi contra jus vel utilitatem publ. Rol. à Vall. conſ. 3. num. 42. lib. 2.*

Et ita punitur transgreſſor conſuetudinis, ſicut punitur transgreſſor legis, *cap. in his. diſt. 11. gl. c. ex literis. extr. de conſuet. Bald. l. 1. col. 2. C. quæ ſit long. conſuet. Bald. c. cum omnes col. 6. extr. de conſtit. Iaſ. auth. jubemus. num. 3. C. de jud.* Atque judicans contra conſuetudinem perinde facit litẽ ſuam, ut is, qui contra leges ſive Conſtitutiones judicat, *Bald. & Salicet. authent. jubemus. & ibi Iaſ num. 2. C. de jud. Felin. c. 1. num. 5. extra de ſentent pro re jud.*

Quinimò ſententia lata contra conſuetudinem perinde nulla eſt, prout ſententia contra Legem ſive Conſtitutionem non valet, *Abb. c. 1. num. 17. & ibi Felin. num. 4. extr. de ſententia & re judic.*

Sed Capitulum H. prætendit in Epiſcopato H. receptũ & conſuetudine introductum eſſe, quod Epiſcopo I. non liceat feuda antiqua ipſi aperta alteri concedere abſque conſenſu expreſſo Capituli.

Igitur videtur dicendum, inveſtituram de caſtro E. ab Archiepiſcopo S. prædctis Dominis Nobilibus factam conſuetudini receptæ contrariam eſſe, eamq; ob cauſam non valere.

Decimò quintò, † merita non præſu- 39
muntur, ſed is, qui merita allegat, ea probare tenetur, *Angel. l ſi donatione. C. de colla. Paul. Caſtr. conſ. 434. dub. 4. lib. 1. Dec. conſ. 366. col. 3.*

40 Quod uſque adeò verum eſt, ut † merita non probentur per generalem aſſertionem de meritis factam in Inſtrumento inveſtituræ vel alterius conceſſionis, *Bald. & Dd. l. ſi donatione C. de collatio. Bal. c. edoce. col. 4. extr. de reſcript. Socin. conſ. 295. col. 3. lib. 2. Tiraquell. repet l. ſi unquam. verb. donatione largitus. num. 87. 93. & 97. C. de revoc. donatio. Ruin. conſ. 173. num. 12. & 13. lib. 1. Anton. Rub. conſ. 95. col. fin.*

Et licet aliqui Dd. velint, per generalem aſſertionem meritorum merita probari in non prohibitis, *Bartol. l. ſi fortè. ff. de Caſtr. pecul. Iaſ. conſ. 354. lib. 2. Dec. conſ. 20. Iaſ. & Dec. l. ſi donatione. C. de collatio. Franc. Ripa l. ſi unquam. quæſt. 15. C. de revoc. donatio.*

Attamen illud dubio omni caret, in prohibitis mentionem ſive aſſertionem generalem meritorum ad probanda merita non ſufficere, *Bart. d. l. ſi fortè. ff de Caſtr. pecul. Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. donatione largitus. num. 87. C. de revoc. donatio.* ubi ipſe affirmat, omnes Dd. hanc opinionem amplecti.

Quinimò multi Dd. in prohibitis nec per ſpecialem quidem affirmationem ſive aſſertionem meritorum merita, *Guilbel. de Cug. & Cyn. & Alb. l. ultima. ff. de exercit. actio. Bald. l. ſi tibi col. 2. ff. ſi cert. petat. Salic. Alex. Corn. & Dd. l. ſi donatione. C. de coll. Roman. & Paul. Caſtr. l. Aquilius. ff. de donatio. Guid Pap. quæſt. Delphinatica 95. Guid. Pap. ſig. 596. Barbat. conſ. 2. col. 3. lib. 3. Socin. conſ. 66. col. 3. lib. 1.* ubi *Socin.* atteſtatur, hanc opinionem communiter approbatam.

Quod uſque adeò verum eſſe volunt multi Dd. ut hoc caſu nec aſſertioni quidem juratæ fides adhibeatur, *Petr. & Cyn. l. 1. C. de SS. Eccleſ. Bart. l. num quis decedens. §. Titia honeſtiſſima. ff. de leg. 3. Bart. l. Aurelius. §. fin ff. de lib. leg. Bald. l. 1. col. 5. C. de inoffic. donatio. Salic. l. hac edictali. in princ. 97. C. de ſecund. nupt. Alex. l. quod de bonis. §. fin. ff. ad leg. Falcid. Alex. conſ. 51. col. 3. lib. 1. Socin. conſ. 66. col. 8. lib. 1. Dec. conſ. 202. cum multis ſimilib. per Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. donatione largitus. num. 91. C. de revoc. donatio.*

Ex quo infertur, licet in inveſtitura facta de caſtro E. dictis Dominis Nobilibus ab Archiepiſcopo S. dicatur eam inveſtituram propter ipſorum Nobilium benemerita & egregia ſervitia factam, per hoc tamen non probari merita vel ſervitia proceſſiſſe, niſi de meritis ſervitiis præſtitis aliter fides fiat.

Decimò ſextò, merita † futura nihil omninò operantur, nec donationem, conceſſionem vel alium actum alioquin invalidum confirmant vel valere faciunt, *Imol. & Roman. l. Aquilius Regulus. ff. de donatio. Paul. Caſtrenſ. conſ. 345. col. 3. lib. 1. Iaſ. l. ex hoc jure in primo effectu antidoralis obligationis. ff. de juſt. & jur.* 41

Igitur ſequitur, licet in inveſtitura de caſtro E. dictis Dominis Nobilibus facta narretur, illam inveſtituram partim eſſe factam propter merita in futurum præſtanda Epiſcopatui H. hanc tamen clauſulam nihil penitùs operari.

Decimò ſeptimò, benemerita † non aliter quicquam operantur, nec robur aliquod actui addunt, niſi illa benemerita talia ſint, quæ ut actionem vel officium judicis producant, *gl. Dec. & Cagnol. l. donari. ff. de reg. jur. gloſ. & Fulgoſ. l. ſed etſi lege. §. conſuluit ff. de petit. hæred. Ioan. Fab. Rubr. Inſtit. de donatio. Guilbel. de Cug. Alber. de Roſat. & Bal. l. ſi tibi pecuniam. ff. ſi cert. pet. Imol. Rub. extr. de donatio. Rog. l. 1. numer. 2. & l. Modeſtinus. num. 38. ff. de donatio. Ang. Aretin. in princip. num. 2. Inſtit. de donatio. Arius Pinel. l. 1. part. 3. num. 60. C. de donis mater.* 42

Similiter & officia obſequia ſive ſervitia præſtita propter obligationem præcedentem ſive ad quæ ipſe præſtans obligatus fuit, nihil penitùs operantur, nec robur actui addunt, *Franc. Ripa l. ſi unquam. q. 13. & ibi Tiraquell. verb. de donatione largitus. num. 106. C. de revoc. donatio.*

Igitur ſequitur, etiamſi fides fieri poſſet, Nobilibus Dominis ab E. Epiſcopo S. aut etiam Epiſcopatu I. aliqua officia merita vel ſervitia præſtitiſſe. Si tamen illa officia, ſervitia vel merita talia eſſent, ad quæ vel prędicti Nobiles alioquin obligati fuiſſent, vel quæ actionem aut officium judicis non produxiſſent, illa merita nihil operari, nec etiam robur aliquod addere inveſtituræ ſive conceſſioni de dicto caſtro factæ.

Decimò octavò, in † alienatione rerum Eccleſiæ vel Epiſcopatus officia, beneficia, ſervitia vel merita præſtita nihil penitùs operantur, niſi illa beneficia, officia, obſequia, merita vel ſervitia fuerint præſtita Eccleſiæ vel Epiſcopatui aut etiam Epiſcopo ſive Prælato contemplatione Eccleſiæ aut Epiſcopatus, ſecus autem eſt, ſi illa 43

illa merita, officia, beneficia vel obſequia fuerint præſtita Epiſcopo non contemplatione Epiſcopatus, ſed contemplatione perſonæ, tunc enim ut ſuprà dictum eſt, nihil penitùs operantur, prout hoc tradit *Panorm. c. per tuas. num. 2. extr. de donatio.*

Sed in inveſtitura de caſtro E. ab Archiepiſcopo S. dictis Dominis Nobilibus facta, quoad merita præterita, fit tantùm mentio de meritis præſtitis perſonæ Archiepiſcopi non reſpectu Epiſcopatus, & licet fiat mentio de meritis in futurum Epiſcopatum præſtandis: Attamen merita futura in alienatione vel infeudatione rerum ad Epiſcopatum pertinentium nihil penitùs operari ſuperius docuimus.

Igitur ſequitur, etiam poſito per aſſertionem factam in Inſtrumento in caſu præſenti merita probari, hanc tamen probationem nihil penitùs operari nec robur aliquod addere inveſtituræ.

Decimò nonò, multi Dd. generaliter
44 tradunt, quod † Epiſcopo non permittatur, res immobiles Eccleſiæ ſive Epiſcopatus etiam nec propter benemerita quadem alienare, licet illa benemerita ſint collata vel in Eccleſiam ſive Epiſcopatum vel in Epiſcopum contemplatione Epiſcopatus, *Bart. l. jubemus. la. 2. in princip. num. 9. & ibi Paul. Caſtrenſ. C. de SS. Eccleſ. Abb. c. 2. num. 5. extr. de donatio. Abb. cum in officijs. extr. de teſtament. Iaſ. conſ. 116. col. 1. lib. 4. Iaſ. l. ex hoc jure in octavo effect. antidotalis obligationis. ff. de juſt. & jur. Rol. à Vall. conſ. 18. num. 67. lib. 2.*

Igitur ſequitur, etiamſi probari poſſet, prædictos Dominos Nobiles Epiſcopatui H. vel ipſi Epiſcopo reſpectu Epiſcopatus aliqua officia, ſervitia, beneficia, obſequia vel merita præſtitiſſe. Quod tamen propter hæc non licuiſſet Archiepiſcopo S. dictis Nobilibus ab E. caſtrum E. in feudum concedere.

45 Vigeſimò, merita etiam alioquin efficacia nihil penitùs operantur, niſi tantùm in eo, in quo æſtimatio meritorum cum remuneratione ſubſequente concurrit: Secus autem eſt in eo, in quo merita remunerationem excedunt, nam quoad id meritò nihil penitùs operari, tradit *Guilhel. de Cug. Bald. & Salic. l. illud, C. de SS. Eccleſ. Aug. Imol. Roman. & Cum. l. Aquilius. ff. de donatio. Iaſ. l. ex hoc jure, num. 53. ff. de donatio. Alex. conſ. 21. lib. 3. Socin. conſ. 91. col. 5. lib. 1. conſ. 295. col. penult. lib. 1. Dec. l. ſi donatio.* num. 16 *C. de collatio. Dec. conſ. 20. & conſ. 366. cum multis ſimilib. allegat. per Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. donatione largitus. num. 79. C. de revoc. donat. Hipp. Rim. Inſtit. de donatio. in pr. num. 115.*

Cum itaque hactenus probatum non ſit, illa merita, quæ Nobiles Domini à D. in Epiſcopum ſive Epiſcopatum H. contulerunt, tantum valere quantum valet caſtrum E. videtur dicendum, inveſtituram ſive conceſſionem de dicto caſtro factam ratam non eſſe, etiamſi fides fieri poſſet, Nobiles Dominos à D. beneficia, officia vel ſervitia aliqua per ſe efficacia contuliſſe in Epiſcopum vel Epiſcopatum H. Item, etiamſi ponamus, veram eſſe illorum Dd. opinionem, qui concludunt, Epiſcopo licitum eſſe, etiam res immobiles Eccleſiæ alienare vel concedere propter benemerita, officia, ſervitia vel obſequia.

Vigeſimò primò, † venditio rei Ec- 46
cleſiaſticæ non aliter probatur, nec rata eſt, niſi in Inſtrumento ſuper iſta venditione confecto quantitas precii exprimatur, *Bal. l. 3. C. de reb. Eccleſ. non alienand.*

Cum itaque in inſtrumento ſuper dicta inveſtitura confecto dicatur dictis Dominis Nobilibus caſtrum E. conceſſum, & propter merita ſive ſervitia, & propter precium ab iis numeratum, nulla tamen quantitate expreſſa, etiam ex hoc capite videtur dicendum, illud Inſtrumentum ſuper iſta inveſtitura confectum nullam penitùs fidem facere.

Vigeſimò ſecundò, † inveſtitura no- 47
va non aliter valet, niſi ad illam inveſtituram fuerint adhibiti teſtes Pares curiæ, ſive illa inveſtitura fuerit facta à domino Laico ſive à domino Clerico, *c. 1. in princip. & ibi Dd. quid ſit inveſt. c. 1. & ibi Dd. qui teſt. ſunt neceſſ. ad prob. inveſt. c. 1. de conſ. terr. feud. Curt. jun. in tract. feud. 2. part. 2. part. princip. num 16.*

Et hoc uſque adeò verum eſt, ut ex inveſtitura facta non adhibitis Paribus curiæ non oriatur neque civilis neque naturalis obligatio, *Bald. & Matth. de Afflict. cap. 1. in princip. verſ. quæ quidem quidem quid ſit inveſtit.* utq; per traditionem reſpectu hujus inveſtituræ factam à domino in vaſallum, neq; dominium, neq; poſſeſſio transferatur, *M. de Afflict. cap. 1. in princip. verſ. quæ quidem. n. 9. quid ſit. inveſt.*

Neque etiam ſufficit, ſi de inveſtitura, non adhibitis Paribus curiæ facta, per

confeſſionem domini feudi liqueat. Namque ſimiliter talis inveſtitura non valet, *Matth. de Afflict. c. 1. verſ. quæ quidem. numer. 31. quid ſit inveſt. Matth. de Afflict. c. 1. nu. 26. qui teſtes ſunt neceſ. Curt. in tract. feud. 2. par. 2. part. princip. num. 25.*

48 Porrò Pares curiæ dicuntur † vaſalli ejuſdem domini, ſive qui ab eodem domino feuda habent, *c. 1. in princip. & ibi Dd. ſi de inveſt. inter dom. & vaſall. lu orta. Abb. Felin. Dec. & Dd. c. cæterum. extr. de judic.* Etſi dominus feudi habet plures provincias diſtinctas ſub ſe, illi tantùm vaſalli domini dicuntur eſſe curiæ, qui in illa provincia, in qua feudum, de quo alius inveſtitus ſitum ſit, feuda habent & poſſident, *Ioan. Blanch. in ſua ſumma. tit. de conten. feud. ſ. & vil ſciendum. Ioan. Ragui. c. 1. §. præterea. ſi inter. de prohib. feud. alien. per. Frid. Bald. cap. 1. verb ſi qua controverſia de pace conſt. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. & dicitur vaſalli, num. 15.*

Si itaque ad inveſtituram factam de caſtro E. Nobilibus Dominis à D. ab Archiepiſcopo S. non fuiſſent adhibiti Pares curiæ, vaſalli nempe ejuſdem Archiepiſcopi in Epiſcopatu H, feuda tenentis, etiam ex hoc capite videtur dicendum, iſtam inveſtituram nullam & invalidam eſſe, & Capitulo permitti, illud caſtrum vendicare.

49 Vigeſimò tertiò, is qui † prior eſt tempore, potior eſt in jure, *c. qui prior. & ibi Dyn. & Ioan. Andr. de reg. jur. lib. 6. l. qui prior. ff. de jud. l. potior ff. qui potior. in pig. habent.*

Et licet Dd. communiter tradant, ſi
50 duo † de una eademq; re diverſis temporibus inveſtiti fuerint, eumq; præferendum, cui prius poſſeſſio illius rei tradita fuit, *Bal. Alvarot. Præpoſ. & Matt. de Afflict. c. 1. ſ. ſi fuit, ſi de feud. defuncti content. Bald. c. 2. de nova for. fid. Iaſ. l. quoties. num. 30. arg. ill. text. C. de rei vendic. Curt. in tract. feud. 2. part. 2 par. princ. num. 33. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. inveſtitu. num. 4.*

Attamen illa communis Dd. ſenten-
51 tia limitatur, Primò, ut non procedat † in feudo conceſſo duobus à Principe: in eo enim feudo multi Dd. volunt, eum præferendum non qui primus poſſeſſionem adeptus eſt, ſed cui primò inveſtitura facta eſt, *Roman. conſ. 293. Iaſ. conſ. 29. in princ. lib. 1. Bald. c. licet cauſam. col. 7. verſ. ſed quando quid ſi duo. extr. de probatio. Præpoſ. c. 1. §. ſi fact. col. 2. ſi de feud. def. content. Bald. cap. 1. verſ. amplius conſueverunt. ſuper verb. detriment. de pace conſtan. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. Princeps Pedemontium. verſ. ſed an Princeps. num. 17. Zaſ. in tract. feud. part. 5. num. 16. & 17. Tiraquell. in re de Nobil. 137. num. 56.*

Et hoc † potiſſimùm & abſque omni 52
dubio procedit, quando in inveſtitura Principis expreſsè dictum ſive cautum fuit, ut in primo inveſtitum dominium ſive poſſeſſio rei in feudum conceſſæ, ipſo jure transferatur, tunc enim primo inveſtitus prius actualem, realem vel naturalem poſſeſſionem rei in feudum conceſſæ adeptus fuerit, *Andr. de Iſer. cap. 1. in princip. col. 2. num. 3. quid ſit inveſt. Matth. de Afflict. cap. 1. num. 13. & 14. qui ſucceſ. ten. Matth. de Afflict. c. 1. ſ. fin. num. 7. & 8. de nov. form. fidel. Iaſ. l. quoties num. 30. C. de rei vendicat.*

Secundò, hæc regula limitatur, ut
non habeat locum in perſonis † Eccleſia- 53
ſticis, unam eandemq; rem duobus diverſis temporibus vendentibus vel in feudum concedentibus, tunc enim ſimiliter is, cui prius venditio facta fuit, poſteriori indiſtinctè præfertur, etiamſi is poſterior prius actualem, realem & naturalem poſſeſſionem rei venditæ vel in feudum conceſſæ acquiſierit, *Hoſtienſ. & Ioan. Andr. cap. continebatur. extr. de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. Capit. Roman. authent. ſimiliter. 12. ſpeciali. C. ad l. Falcid. Roman. conſ. 298. Ioan. de Imol. Clem. cum illuſio. circa princip. notab. 1. de renunciat. Zaſ. in tract. feud. part. 5. num. 16. & 17.*

Tertiò, hæc communis Dd. deciſio 54
limitatur, ut non habeat † locum, quando primo inveſtitus eſt perſona privilegiata Eccleſia nempè, *Matth. de Afflict. c. 1. num. 27. qui ſucceſ. ten. Iaſ. l. quoties nos 4. C. de re vendicat.*

Quintò, hæc † concluſio limitatur, 55
ut non procedat eo caſu, quando ſecundo inveſtitus, qui prius poſſeſſionem rei in feudum conceſſæ adeptus fuit, illam abſq; ſcandalo poſſidere nequit, *Matth. de Afflict. num. 24. qui ſucceſ. ten.*

Sextò, limitatur hæc concluſio, ut
non procedat, quando ſecunda † inveſti- 56
tura ſive promiſſio de inveſtiendo eſt facta in fraudem primi inveſtiti, tunc enim primo inveſtitum præferendum eſſe, licet ſecundus prius poſſeſſionem adipiſcatur, potiſſimùm ſi ſecundo inveſtitus ſit fraudis particeps, habeat nempe ſcientiam primæ inveſtituræ, *Bald. Rub. C. de revocand. his quæ in fraud.*

in fraud. cred. Alber. & Salic. l. quoties. & ibi Iaſ. num. 16. limita. 9. C. de rei venditatio.

Septimò hæc concluſio limitatur, ut
57 non procedat, quando † primò inveſtitura ſive conceſſio confirmata fuit, antequam ſecundus poſſeſſionem adipiſceretur, *Matt. de Afflict. c. 1. num. 31. qui ſucceſ. ten.*

Octavò, hæc concluſio limitatur, ut
58 non procedar, quia de † primo inveſtitus reſpectu domini ſeudi eſt dignior vel ab eo magis dilectus, fortè propter majora obſequia præſtita, *Matth. de Afflict. c. 1. num. 20. qui ſucceſ. ten.*

Sed in caſu præſenti inveſtitura facta ab Archiepiſcopo A. Nobilibus Dominis ab H. de caſtro E. eſt antiquior & Archiepiſcopus A. fuit & Eccleſiaſtica perſona & Cardinalis, & Legatus à latere, qui Cardinales, præſertim ſi ſint Legati a latere, æquiparantur Regibus & Præfectis prætorio, *gloſ. l. 1. ff. de offic. Præfect. prætor. Dec. l. ſi. in princip. nu. 18. ff. de offic. ejus cui mand. eſt jurisdict.*

Imò legatum à latete eadem qua ſummus Pontifex aurhoritate uti traditur, *cap. antiqua. extr. de privileg. c. hi qui. §. fin. de præbend. lib. 6.*

Et Capitulum Eccleſiæ Cathedralis H. forſan prætendet inveſtituram de caſtro E. Nobilibus à D. factam, eſſe factam in fraudem Noblium ab H. quodq; Nobiles ab E caſtrum E. abſque ſcandalo retinere nequeant. Atque cum Nobilis H. ab H fuerat Capitaneus Epiſcopatus H. veriſimile eſt, ipſum Epiſcopatui H. majora officia, ſervitia & obſequia præſtitiſſe, quam Nobiles Domini à D. Epiſcopatui præſtitere.

Igitur videtur dicendum, inveſtituram factam Nobilibus Dominis ab H. potiorem cenſendam & præferendam inveſtituræ poſteriori factæ Nobilibus Dominis à D. nec Nobilibus à D. quicquam patrocinari vel prodeſſe poſſe, quod illi poſſeſſionem caſtri E. prius adepti fuère.

Et per conſequens, cum Nobiles Domini ab H. Capitulo H. jus ſuum ſibi ex inveſtitura Cardinalis A. quæſitum ceſſerint, videtur dicendum, Capitulum H. in iſto caſtro potiùs jus habere, quam Nobiles Domini à D. cum ſit clari juris, quod regulariter omne jus omnisq; actio cedi poſſit, prout hoc latè tradit *Tiraq. in tract. de utroq; retract. part. 1. §. 36. gloſ. 3. nu. 2. usq; ad num. 42.*

Et ſatis probatur per totum titulum & omnes leges illius tituli, *C. de hæred. vel actio. vendita.* quodq; ceſſionarius eodem jure, privilegio & prærogativa fruatur, quod cedens habuit, *l. invitus. §. plerumq. ff. de reg. jur. c. is qui in jus. & ibi Dyn. & Dd. de reg. jur. lib. 6.*

Vigeſimò quartò, † dominus feudi re- 59
gulariter nõ cogitur feudum ſibi apertum alteri in feudum concedere, ſed ipſe hoc feudum licitò retinere & in uſus proprios convertere poteſt, *Matth. de Afflict. c. 1. in princip. qual. feudum olim Franc. Aretin. l. ſi mihi & Titio. in princip. ff. de verb. obligat. Petr. de Anchor. c. fundamenta. §. quod ſi ſecus. num. 4. de electio. lib. 6.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut dominus feudum ſibi apertum nec conſanguineis quidem ultimi poſſeſſoris in feudum concedere cogatur, *Imol. l. ſi mihi & Titio. ff. de verb. obligat. Imol. l. pen. extr. de poſtul. Prælato. Roman. conſ. 70. Barbat. c. 1. col. pen. extr. de locat. Matth. de Afflict. conſil. 292. num. 20.*

Et licet Dd. magis communiter ve-
lint, † dominum feudi obligatum eſſe, feu- 60
dum ſibi apertum agnatis ultimi defuncti iterum concedere, illosq; de iſto feudo inveſtire.

Attamen hæc opinio primò ita reſtringitur, ut procedat tantùm eo caſu, quando agnatus ultimi defuncti intra annum à tempore mortis ultimi defuncti computandum renovationem inveſtituræ petit, alioquin verò ſecus ſit, *Roman. & Iaſ. l. prætor. §. ſin. ff. de oper. nov. nunc. Roman. Rub. ff. de arbit. Roman. conſ. 22. & conſ. 70. Alex. l. ſi mihi & Titio. in princip. num. 21. ff. de verb. obligat. Alex. in addit. ad Bart. l. ſicut. C. de præſcript. 30. vel 40. anno. Alex. in addit. ad Bart. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotidian. & æſtiv. Barbat. cap. 1. col. pen. extr. de locatio. Curt. ſen. conſ. 48. col. 4. Præpoſ. cap. 1. & ibi Matth. de Afflict. num. 4. quemadmod feud. ad filiam pertineat. Iaſ. l. potens. num. 10. C. de pact. Iaſ. l. 2. num. 23. C. de jur. emphyteu. Iaſ. conſ. 92. lib. 1 conſ. 159. lib. 2. & conſ. 7. lib. 3. Matth. de Afflict. in conſtitutio. Siciliæ. incip. ut de ſucceſſionib. col. 16. quæſt. 17. Franc. Balb. in tractat. de præſcriptio. 4. part. 4. part. princip. quæſt. 30. col. fin. Franc. Ripa l. 1. ff. de privil. credit. Godzad. conſ 71. Socin. conſ. 9. num. 17. lib. 3. Corſet. in addit. ad Abbat. c. bonæ. el. 2. num. 28. extr. de poſtulatio. Prælato. Rol. à Vall. conſ. 3. num. 152. lib. 1.*

Secundò,

Secundò, hæc opinio limitatur, ut
61 non habeat locum eo caſu, quando is †
dominus cui feudum aperitur, eſt perſona
Eccleſiaſtica, is enim nec agnatos quidem
ultimi defuncti de feudo ſibi aperto inve-
ſtire cogitur, *Roman. conſ. 70. Alex. l. ſi mihi
& Titio. in princip. ff. de verbor. obligat. Alex.
conſ. 83. nu. 3. lib. 7. Godzad. conſ. 71. num. 3.
4. & 5. Socin jun. conſ. 9. num. 13. lib. 3. Tira-
quell. in tract. de utroq; retract. par. 1. in præfat.
num. 42.*

62 Tertiò, hoc fallit, † ſi res non ſit inte-
tegra, ſi vaſalius feudum ſibi apertum do-
minus extraneo conceſſerit, ante petitam
renovationem inveſtituræ ab agnatis ulti-
mi defuncti, *Roman. conſ. 70. Alex. conſ. 10.
num. 12. lib. 2. conſ. 83. num. 3. lib. 7. Decius
conſ. 131. Præpoſ. c. 1. num. 3. & ibi Matth. de
Aſſlict. num. 4. quemadmod. feud. ad filiam per-
tinet. Corſet. in addit ad Panorm. c. bonæ. el. 2.
num. 28. extr. de poſtulat. Prælat. Tiraquell. in
tract. de utroq; retract. part. 1. in præfatio. nu-
mer. 43.*

Quartò, hanc concluſionem reſtrin-
63 gunt aliqui, ut tantùm procedat, in † illis
agnatis qui ultimo defuncto in primo gra-
du conjuncti ſunt, *Tiraq. in tract. de utroq; re-
tract. part. 1. in præfatio. num. 42.*

Quintò, hæc concluſio ſecundum ali-
quorum Dd. opinionem ita limitatur, ut
procedat tantùm in agnatis conjunctis ul-
timo defuncto in linea deſcendenti, nec ul-
lo modo extendatur ad agnatos tranſver-
ſales, *Pet. de Auch. conſ. 134. Ioan. Steph. in tr.
de gratijs exſpectat. ſub tit. de modis proviſivis
poſt princip. Socin. juu. conſ. 9. num. 11. lib. 3.
Tiraquell. in tract. de utroq; retract. part 1. in
præfatio. num. 42.*

Sextò, hæc concluſio limitatur, ut
64 procedat tantùm in agnatis exiſtentibus †
hæredibus ultimo vaſallo, ſecus autem eſt
in agnatis non exiſtentibus hæredibus ul-
timo, illi enim renovatione inveſtituræ
feudi aperti petere nequeunt, *Imol. in conſ.
incip. quidam Dominus. Petr. de Aucher. conſ.
134. Alex. in addit. ad Bart. d. §. permittitur.
Alex. l. ſi mihi & Titio. in princip. num. 19. ff. de
verbor. obligat. Alex. conſ. 10. num. 11. lib. 2.
conſ. 161. num. 2. lib. 7. Deci conſil. 131. num. 2.
Corſet. in addit. ad Abb. d. c. bonæ. el. 2. nu. 28.
extr. de poſtulatio. Prælat. Matth. de Aſſlict. c.
1. num. 4. quemadmod. feud. ad filiam pertineat.
Rol. à Vall. conſ. 3. num. 151. lib. 1. Tiraquell.
in tract. de utroq; retract. part. 1. in præfatio. nu-
mer. 42.*

Septimò, hoc limitatur, ut non pro-
cedat, quando feudum apertum domino
fuit majorum ſuorum, tunc enim illud
feudum dominus ſimiliter retinere poteſt,
nec illud alteri etiam nec agnatis quidem
ultimi defuncti concedere tenetur, *Roman.
conſ. 22. Corſet. in addit. ad Abb. c. bonæ. el. 2.
num. 28. extr. de poſtulatio. Prælato.*

Cum itaque Epiſcopus H. perinde ut
omnes alii Epiſcopi ſit perſona Eccleſiaſti-
ca, & Nobiles à D. ultimo poſſeſſori caſtri
E. ſint conjuncti, neque in primò ſed in
ulteriori gradu, neque in linea deſcenden-
ti ſed transverſali, nec etiam ſint hæredes
ultimi poſſeſſoris, atque intra annum poſt
mortem ultimi poſſeſſoris renovationem
inveſtituræ non petierint, nec non & ca-
ſtrum E. fuerit Epiſcopi S. prædeceſſorum
nempe ipſius, cum illud antea ad menſam
Epiſcopalem pertinuerit. Nec etiam dici
poſſit ullo tempore, poſtquam caſtrum E.
Epiſcopo H. apertum fuit, rem integram
fuiſſe, cum Cardinalis A. illud caſtrũ anno
adhuc ultimo poſſeſſore Nob. H. ab H. cō-
ceſſerit in eventum mortis ultimi poſſeſ-
ſoris, videtur dicendum, Archiepiſcopum
S. obligatum non fuiſſe caſtrum E. ſibi
apertum Nobilibus Dominis à D. eam ob
cauſam concedere, quod ipſi ultimo de-
functo ſanguine juncti fuêre, ſed Archi-
epiſcopo S. licitum & permiſſum fuiſſe, il-
lud feudum & retinere & in uſus proprios
convertere.

Vigeſimò quintò, licet † ſucceſſor 65
Prelati regulariter non teneatur habere ra-
tam inveſtituram factam a Prælato de feu-
do vaſalli viventis eo caſu, quando vaſal-
lus poſſeſſor feudi Prælatum ſupervivit, *c.
1. qui ſucceſ. feud. dar. ten. c. 1. qui ſucceſ. ten.
c. 1. §. moribus. ſi de feud. defunct. conten. c. 34.
de Cler. qui inveſtit. fec.*

Attamen hoc non procedit, quando
inveſtitura † de feudo vaſalli viventis à 66
Prælato eſt facta cum conſenſu Capituli,
Tunc enim ſucceſſor indiſtinctè illam in-
veſtituram ratam habere cogitur, etiamſi
vaſallus poſſeſſor feudi Prælatum ſupervi-
xit, *Ioan. de Am. c. fin. extr ne Prælat. vices ſuas
alt. Bald. conſ. 423. lib. 2. Cardi. conſ. 95. Matth.
de Aſſlict. cap. 1. num. 14. qui ſucceſ. feud. da.
ten.*

Cum itaque inveſtitura de caſtro E.
vivente adhuc poſſeſſore illius caſtri Hen-
rico nempè à D. à Cardinali A. Nobilibus
Dominis ab H. ſit facta cum conſenſu Ca-

pituli,

pituli, videtur dicendum, illam inveſtituram nullo modo impugnari poſſe ex eo capite, quod H. à D. Cardinalem A. ſupervixit.

67 Vigeſimò ſextò, propter † ſcandalum evitandum ab omni penitùs regula juris communis receditur, & actus alioquin validus retractatur, prout hoc latè tradit *Felin. c. nihil num. 2. 3. & 4. extr. de præſcript.*

68 Et propter enorme † damnum ſive enormem læſionem conceſſio alioquin valida revocatur, *c. ſuggeſtum, extr. de decimis.*

69 Et quod hoc habeat locum etiam † in inveſtitura, quod vaſallus illa revocari & retractari poſſit etiam ab ipſomet inveſtiente eo caſu, quando illa inveſtitura tendit in enorme vel grave damnum Eccleſiæ vel Epiſcopatui, tradit *Matth. de Afflict. c. 1. num. 64. verſ. hoc tamen fallit qui ſucceſſ. feud. dat. ten. arg. c. ad noſtram. extr. de reb. Eccleſ. non alien.*

70 Similiter & † inveſtitura elicita vel impetrata per opportunitatem precum, non eſt obligatoria, ſed etiam ipſimet inveſtito eam retractare & revocare permittitur, *Andr. de Iſern. c. 1. num. 13. & ibi Matt. de Afflict. num. 66. & 68. qui ſucceſſ. feud. dat. ten. arg. l. 1. C. de petit. bon. ſublat. c. fin. ext. de reſcript. facit id quod tradit Petr. Peck. in tractat. de teſtament. conjugum lib. 1. c. 3. nu. 4.*

Et quod inveſtitura ſive promiſſio de inveſtiendo, per importunitatem precum fuerit impetrata, ideoque non valeat: creditur, quoad hoc dicto ſive aſſertioni dominus feudi, qui talem inveſtituram ſive promiſſionem fecit, eo caſu, quando vel dominus feudi hoc affirmat, præhabita deliberatione cum ſuis Conſiliariis, conſenſerit, *Andr. de Iſern. c. 1. num. 16. qui ſucceſſ. ten.* vel quando dominus feudi illam inveſtituram revocare vult propter utilitatem publicam, prout hoc tradit *Matt. de Afflict. c. 1. num. 7. qui ſucceſſ. ten.* ubi ipſe ad hoc allegat *Alex. conſ. 101. num. 7. verſ. & talia verba. lib. 1. Fulgoſ. conſ. 143.*

Eodem modo videtur dicendum, quod ſede vacante Capitulo volenti revocare ſive retractare inveſtituram ab Archiepiſcopo defuncto factam plenè credatur, quod illa inveſtitura fuerit facta per importunitatem precum, vel quod alioquin ſubſit juſta cauſa, propter quam illa inveſtitura ſit nulla vel annulanda, præſertim ſi illa revocatio vel retractatio fiat propter utilitatem publicam.

Cum ſit clari juris, & a Dd. communiter traditum, quod ſede † vacante Capitulum ſuccedat Epiſcopo regulariter in omnibus ejusq; vicem repræſentet, & eadem poteſtate utatur, *c. his quæ. & ibi Felin. extr. de major. & obed. c. cum olim. & ibi gloſ. Abb. & Felin. extr. eo. tit. c. 1. de major. & obed. lib. 6. Franc. Pavi. in tract. de poteſtate Capituli ſede vacant. Petr. à Braxio in directo. elect. part. 3. c. 5. num. 1.* 71

Sed in caſu præſenti Capitulum Eccleſiæ cathedralis H. prætendit inveſtituram de caſtro E ab Archiepiſcopo S. Nobilibus Dominis à D. factam, per importunitatem precum ſive per preces importunas impetratam, in maximum & enorme damnum Epiſcopatus H. tendere, nec non etiam in ſcandalo conjunctam.

Igitur etiam ex hoc capite videtur dicendum, illam inveſtituram invalidam & retractandam.

Vigeſimò ſeptimò, contractus † qui per ſe & ipſo jure nullus eſt, tractu temporis non convaleſcit, *l. quod in initio. & ibi Dec. Cagnol. & Dd. ff. de regul. jur. l. quæ ab initio. & ff. eod. tit. non firmatur. & ibi Dyn. & Ioan. Andr. de reg. jur. lib. 6.* 72

Et contractus à legibus reprobatus per lapſum temporis confirmari non poteſt, *l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.*

Præterea † errantis ſive ignorantis nullus eſt conſenſus, *l. ſi per errorem ff. de juriſdict. omn. jud. l. nihil conſenſu. §. non videntur. & ibi Dec. ff. de reg. jur. l. non idcirco. C. de jur. & fact. ignor.* nullaq; voluntas, *l. ſed hoc ita. ff. de aqua pluv. arcend.* 73

Ideoque errans ſive ignorans juri ſuo ſive ſibi competenti neque tacite neque expreſſè renunciare poteſt, *l. qui cum tutoribus 9. §. qui per fallaciam 2. ff. de Tranſactio. l. mater. ff. de inoffic. teſtam. l. nec ignorans. C. de donatio.*

Eamq; ob cauſam traditum eſt, licet dominus feudi, qui poſt feloniam commiſſam à vaſallo recipit ſervitia vel annuum Canonem ex feudo debita, vel illum de feudo inveſtiti, ei feloniam remittere & condonare intelligatur, hoc tamen ita demum locum habere, ſi illa fuerint facta à domino ex certa ſcientia, ſecus autem eſſe, ſi tale quid factum fuerit à domino ignorante vel errante, *Bald. & Dd. c. 1. in princip. quo tempor. miles. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. ver. qui quidem inveſtiti. num. 38. Alexan.*

conſ.

conſ. 13. num. 17. lib. 6. Ruin. conſ. 70. num. 14. lib. 5. Carol. Molin. in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 34. num. 10.

Uſque adeò, ut hoc caſu domino feudi etiam error juris patrocinetur quoad hoc, ne ipſe per receſſionem Canonis vel ſervitii aut juramenti fidelitatis aut præſtationem inveſtituræ vaſallo feloniam ſive jus ſibi ex felonia competens remiſiſſe intelligatur, *Alex. conſ. 13 col. fin. lib. 6. arg. ejus quod tradit. Bart. l. Clodius. ff. de acquiren. hæreditat.*

74 Ignorantia quoque in dubio † præſumitur, eiq; præſumptioni ſtatur, donec de ſcientia fides fiat: *l. verius. ff. de probatio. l. hoc autem. ff. de administrat. tutor. l. fin. ff. pro ſuo. cap. præſumitur. & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6. Alex. conſ. 13. num. 17. lib. 6.*

75 Et in iis caſibus, in quibus † ignorantia non præſumitur, ſed probanda eſt, ignorantia probatur per ſolam aſſertionem juratam illius, qui eam allegat, *gloſ. c. præſumitur. de reg. jur. lib. 6. gloß. c. innotuit. extr. de electio. gloß. c. propoſuiſti. diſtinct. 82. gloß. c. 1. ver. ſcienter. de temporibus ordinatio, lib. 6. Fel. c. 2. num. 18. & ibi Dec. num. 13. ext. de conſtitut. fac. text. c. paſtoralis. extr. de exceptio. excommun. c. nulli. de electio. lib. 6.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut eo caſu, quo is, qui ignorantiam allegat, eſt perſona fide digna, etiam error viri per ſolum juramentum allegantis probetur, *Alex. conſ. 13 num. 17. lib. 6.*

Cum itaque ex ſupradictis videatur conſtare, inveſtituram de caſtro E. Nobilibus Dominis à D. factam per ſe & ipſo jure nullam eſſe, videtur ſequi, illam inveſtituram non fuiſſe confirmatam, neque per lapſum temporis neque per conſenſum Capituli per hoc, neque quod Capitulum à dictis Dominis Nobilibus à D. recepit decimas, Canonem, penſiones & annuos reditus ratione illius caſtri debitos, iisq; ut poſſeſſoribus caſtri ſcripſit, præſertim cum Capitulum prętendat, ſe ignoraſſe caſtrum E. dictis Dominis Nobilibus à D. in feudum conceſſum, illaq; aſſertio Capituli præſumptione juris adjuvetur.

76 Vigeſimò octavò in iis, † quæ ex animo alicujus dependendant, dicto ipſius plena adhibetur fides, *gloſ. §. ſed iſte. & ibi Iaſ. nu. 38. Inſtit. de actio. Bart. l. inter omnes. §. rectè ff. de furt. Bart. l. Celſus. col. 2. ff. de uſucap. Bart. l. gerit. col. fin. ff. de acquir. hæred. Bart. l. 1. §. hoc interdicto. col. 2. ff. de itinere actuq; priv. Bart. l. is poteſt. col. fin. ff. de acquir. hæred. Dec. cap. 2. num. 18. extr. de conſtitut.*

Cum itaque hoc, qua mente quavè intentione Capitulum Eccleſiæ cathedralis H. cenſus, tributa, collectas, decimas & penſiones receperit à dictis Dominis Nobilibus à D. ex annuo Capituli ſive Capitulariorum dependeat, videtur dicendum, ſi Capitulum prætenderet, prout veriſimiliter hoc faciet, ſe iſtum cenſum, decimas, collectas, penſiones & tributa à dictis Dominus Nobilibus tanquam à nudis detentatoribus & nullo modo tanquam à vaſallis vel animo apprehendi aut confirmandi dictam inveſtituram recepiſſe, Capitulo in hoc plenam fidem adhibendam.

Vigeſimò nonò, † renunciatio ſive remiſſio juris quæſiti non præſumitur, *Bald. l. 1. notab. ult. C. de edict. divi Hadrian. tollen. Martin. Laudenſ. in extravagan. ſuſcepti regiminis. ver. voluerat. tit. ne ſede vacan. Imol. conſ. 49.* uſque adeò, ut ne ex actu quidem proximo renunciatio vel remiſſio præſumi debeat, *Card. Floren. conſ. 30. col. 3. arg. c. ſanè. junct. gloß. ver. ſuſtinere. c. venieus. & c. ſuper hoc. extr. de renunc.* eo præſertim caſu, ubi alia præſumptio vel conjectura capi poteſt, *Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Anton. de Butr. c. accedentibus. extr. de privileg. Bald. l. Labeo. §. ſed etiam. col. 1. ff. de pact. Petr. de Anchor. conſ. 106. col. 1. Paul. Caſtrenſ. conſ. 179. col. 4. lib. 1. Raph. Fulgoſ. conſ. 192. Alex. conſ. 33. col. 3. lib. 5. Dec. l. cujus per errorem. ff. de reg. jur. Dec. conſ. 308.* etiamſi illa conjectura vel occaſio ſit levis, *Bald. l. fin. col. 3. C. de dot. promiß. Bald. l. 1. C. ad SC. Trebellian.* 77

Quinimò ut præſumptio renunciationis vel remiſſionis evitetur, potiùs capi debet præſumptio rei à lege prohibitæ, *Bald. l. fin. C. de dot. promiß. Socin. conſ. 73. col. pen. lib. 1.* item erroris juris ex facti proprii, *Ang. l. generaliter. col. 2. C. de non numer. pecun. Raph. Comenſ. conſ. 37. in fin. Imol. l. à Titio. col. 2. ff. de verb. oblig. Alex. conſ. 13 col. 2. lib. 1.* nec non etiam ſtultitiæ, *Bald. l. generaliter. col. 2. oppoſit. 4. C. de non numer. pecun. Iaſ. l. ſi à ſubſtituto. §. 1. ff. de legat.*

Prætetea potiùs admittitur, ut actus ſit invalidus & inefficax, quàm ut præſumptio renunciationis vel remiſſionis capiatur, *Franc. Aretin. l. à Titio. col. pen. in fin. ff. de verb. oblig. Iaſ. l. 1. §. fin. col. ult. ff. ad SC. Trebell. Iaſ. l. ſi Procuratori falſo. col. 3. ff. de condict. ob cauſ.*

Et prædicta uſque adeò vera ſunt, ut nec

nec ex lapſu longi vel longiſsimi temporis capi debeat præſumptio donationis, remiſsionis vel renuntiationis, *Bal. l. fin. C. ne de ſtat. defunctor. Salicet. l. ſi certis annis & ibi Iaſ. col. final. limitat. 12. C. de pact.*

Cum itaq; Capitulo Eccleſiæ cathedralis H. ex pacto jurato initio cum Archiepiſcopo F. & S. hoc jus quæſitum ſit, ne ipſis permittatur feuda antiqua ſuis illuſtribus Celſitudinibus aperta inconſulto & non conſentiente Capitulo alteri concedere, utq; inveſtitura ſive conceſsio de illis feudis non conſentiente Capitulo facta vel præſumpta per ſe & ipſo jure nulla ſit, & feuda taliter alienata ad menſam Epiſcopi redigi poſſunt, videtur dicendum præſumi non poſse, quod Capitulum huic juri renunciare vel hoc jus remittere voluerit.

78 Trigeſimò, ſi † Epiſcopus vel Archiepiſcopus plures res alienaverit, quarum unaquæque quidem non tendit in grave præjudicium Epiſcopatus vel Archiepiſcopatus, ſed omnes ſimul junctæ grave præjudicium inferunt, omnes alienationes caſſantur & irritæ efficiuntur *l. ſi libertus. §. ſi quis plures, & §. ſi quis planè. ff. de jure patro. l. ſumma in ratione in prin. ff. de pecul. l. ſi optio ff. qui & a quib. Iaſ. in prælud. feud. nu. 77. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. in feudum num. 2.*

Sed in caſu præſenti Capitulum Eccleſiæ cathedralis H. prætendit, multas alienationes & promiſsiones ſimiles huic inveſtituræ ſive alienationi de caſtro E. factas, & quidem tales, quæ ſi omnes conjungerentur, Epiſcopatus H. penitus exhauriretur atq; bonis omnibus exueretur.

Igitur & propter hanc cauſam videtur dicendum, omnes illas alienationes penitus corruere.

79 Triceſimò primò, in † alienatione rerum Eccleſiæ requiritur conſenſus expreſſus Clericorum ſive Capituli, nec ſufficit conſenſus tacitus; *glo. Clem. 2. verb. contradicentem. & ibi Imol. Hoſt. Panor. & Dd. extr. de his qui fiunt à Prælat. ſine conſen. Capitul. gl. c. 1. verb. perpetuis & ibi Pet. de Ancho. Dom. & Philip. Franc. de reb. Eccleſiæ non alien. lib. 6. Archid. c. ſine exceptione 12. q. 2 Tiraq. in tract. de ll. connubior. glo. 7. nu. 13. Godzad. conſ. 73. nu. 4.*

Præterea quoq; alienatio rerum Epiſcopatus non aliter valet niſi in ipſa alienatione, item & tempore alienationis factæ conſenſus Capituli ſive Clericorum interveneri, Secus autem eſt, ſi ille conſenſus ex poſt facto superveniat, *Abb. c. 3 & ibi Dd. nu. 3. extr. de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſen. Capit. Auguſ. Bero. c. nulli. nu. 48. extr. de reb. Eccleſ. non alien.*

Sed in caſu præſenti prætenditur, Capitulum Eccleſiæ cathedralis H. inveſtituræ de caſtro E. dictis dominis Nobilibus factæ eo tempore, quo iſta inveſtitura facta eſt, non adhibuiſſe conſenſum, neq; etiam poſteà conſenſum expreſsum Capituli ſuperveniſse.

Igitur videtur dicendum, hanc inveſtituram non valere, etiamſi ex aliquibus actibus forſitan tantus conſenſus Capituli ſuperveniens colligi poſsit.

Triceſimò ſecundò, † actus nullus ratificari nequit, *Bart. l. obſervare. tit. fin. ff. de offic. Proconſul. Pet. de Ancho. conſ. 123. Dec. l. ſemper qui non prohibet. nu. 16. ff. de reg. jur. Philip. Fran. c. ratihabitio. de reg. jur. lib. 6.* 80

Similiter & actus † qui per ſe & ipſo jure nullus eſt, confirmari nequit, *c. ex part. extr. de conſtitut. c. examinata extr. de confirmatio. utili & inutili. c. dudum. extr. de decim. Bal. l. nominationes circa fin. C. de appellatio. Dec. l. more. nu. 22. & 23. ff. de juriſdict. om. Iud. Dec. Ruin. nu. 1. extr. de confirma. utili.* 81

Cum itaq; prima fronte appareat, inveſtituram de caſtro E. dictis Dominis Nobilibus factam per ſe & ipſo jure nullam eſſe, videtur dicendum, illam inveſtituram poſtea non potuiſſe neq; ratificari neque confirmari.

Et licet hæc prima fronte fortiter urgere videantur, ego tamen hiſce non obſtantibus noſtram concluſionem ſuperius factam veriſsimam judico, & quidem per ſequentes rationes.

Primò, † namq; Archiepiſcopis, Epiſcopis reliquisq; Prælatis permittitur Feudum antiquum ſive rem infeudari ſolitam ipſis apertum ſive apertam etiam abſq; ſolennitate aliquâ alteri in feudum concedere, *c. 1. in prin. & ibi Dd. de his qui feud. dar poſſ. c. 2. & ibi Dd. extr. de feud. Alex. conſ. 40. col. fin. conſ. 92. col. 2. lib. 6. Curt. in tract. feud. 1. par. 2. par. princip. q. 1. Rol. à Val. conſ. 1. nu. 82. & 83. lib. 1.* 82

Quod uſq; adeò verum eſt, ut hoc caſu conſenſum Capituli requirere neceſſe non ſit, utq; inveſtitura facta citra conſenſum Capituli valeat, *Bal. c. 1. in princip. nu. 3. & ibid. prepoſ. nu. 14. Bertran. Caprio. col. 1.*

& Iaſ.nu.7. de hu qui feud.da.poß Curt. in tract. feud. 1.pat.2 par.princip. q 2. Zaſ.in tract.feud. 5.par.nu.47. Frede.de Seua, conſ. 109. Calderin. couſ 1. tit. de hu quæ fiunt à Præla.& conſ. 1. tit. de feud. Roman. conſ. 70. col. 1. Felin. c. edoceri. col 2.in princi extr.de reſcriptio. Claud.de Seyſſel in ſpecu: feud. par. 1. reg. 1. declarat. 4. verſi. Bald. Verò.

Similiter & in tali inveſtitura ſive promiſſione de inveſtiendo quam Epiſcopus vel Prælatus de feudo ſibi aperto facit, Superioris conſenſus vel licentia non requiritur, *Bal.c.1.col 5.cir.med.qui feud da.poß.Claud. de Seyſel, in ſpecu feud tit.qui fend. da poß. par. 2.reg. 1. declaratio. 5.Zaſ. in tract. feuda.part. 5.nu. 40.*

Quinimò in illa inveſtitura ſive promiſſione de inveſtiendo quam Prælatus facit de feudo antiquo ſibi aperto nullæ penitus ſolennitates in alienatione rei Eccleſiaſticæ alioquin requiſitæ neceſſariæ ſunt, *Mart.Lauden col 2 cir. med. & ibi Præpoſ Epiſcop. vel Abb. Præpoſ c.1 in prin. col. 4.qui fend. da poß. Roma conſ. 70. col. 1. Felin.c. cum cauſa col. .cir. finem extr. de re judica Clau.de Seyſel. in ſpecu. feudo.tit.qui feud. da. poß par. 2 reg. 1. decla. 5.*

Et ſatis probatur per *text. c. 1 §. in clericorum ſi de inveſt int. do & vaſ. lis oriatur.*

Idem etiam probat *tex. in c 2. extr. de feud* Dum videlicet in illo textu expræſſè diſponitur, Archiepiſcopum vel Epiſcopum feudum antiquum ſibi apertum alteri liberè concedere poſſe, ponderando videlicet verbum, *Liberè*, Quod verbum, *Liberè*, denotat illam conceſſionum in feudum fieri poſſe, citra requiſitionem licentiam vel conſenſum alicujus hominis, *Panor. c. de multa col 1. extr. de Præben. Bal c. quæ in Eccleſiarum col. 2.& ibi Ant. de But. col 4. ext. conſt. Iaſ. l. 1. lectura. 2. nu. 5. C. de S.S. Eccleſiis.*

Et non obſervatis aliquibus ſolennitatibus, *Bal.c.1 col. 1 extr. de reſcript. Bal.c. quæ in Eccleſiarum col. 2.extr.de conſt.Iaſ l.1.lec. 1. nu 3.C. de S.S. Eccleſiis.* Nec etiam obſtante contradictione alicujus, *Ioan And. & Archid. c.cum Epiſcopus de offi. ordin. lib. 6. Glo. & Dd. c. Romana §.1. verb.Libere de Cenſibus. lib. 6. glo. & Dd. c. cum plures de offi. deleg. lib. 6. Alex.conſ.156. col. 2.lib.2.Iaſ. l. 1. lect. 1.nu.3.& 4. C. de S.S. Eccleſiis.*

83 Et res dicitur † infeudari ſolita ſive conſueta, quando poſt primam conceſſionem antequam hæc res Epiſcopo ſive Eccleſiæ aperta fuit, ad minus 40. anni elapſi ſunt, *Præpoſ.c. 1. in prin nu 25. & ibi Iacob de Belvi. M. Laudenſ.nu.71. Bal.nu. 8. Alvarot. nu. 12. & Matt. de Afflictis nu. 51. de his qui feud. da poß. Iacob.de S.Georg. in trat. feud.verb. in feud. nu. 37.Curt. in tract. feudo.1.par.1 par. princip.q. 3. & 4. Zaſ.in tract. feud.8. par. nu. 32.Immol.c. 2.col. 14. extr de feud. Clau. de Seyſel. in ſpecu. feud. & qui feud. dar. poſ. par. 2.reg.1. declarat. 7. verſ.tertia opinio & verſ. concludendo præſuppono,* ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionem communiter receptam facit, idq; tradit *Al. conſ.9.nu.6.lib. 3. conſ. 5. nu. 11. lib. 5.* Etiamſi intra illos 40. annos inveſtitura nunquam repetita, ſed ſemel tantum facta fuerit, *And. de Iſern. c. 1. in princip. & ibi Præpoſ. nu. 27. de his qui feud.dar.poß. And.de Iſern.c.1. de cle. qui inveſtitur. feud.* Multò verò minus hoc dubii habet, quando intra illos 40. annos inveſtitura ſive ejus renovatio ſaltem bis facta fuit, *Alva.c.1.in prin.nu.12.& ibi Iacobi de Belvi. M. Laudenſ.nu.73. de his qui feud dar poß. Iacob. de S.Georg. in tract. feud. verb. in feudum nu 37. Alex conſ.9.nu.6.lib.3.conſ.5. nu.11 lib. 5. Curt.in tract. feud.1.par. 2.par.princip.q. 4. Zaſ. in tract. feud.5.par. nu. 32.*

Quinimò ex eo ſive per id, quod res aliqua ab initio ſervatis ſervandis intervenientibus omnibus legitimis requiſitis, in feudum conceſſa fuit, illa res dicitur infeudari ſolita & conſueta, licet nulla alia requiſita intervenerint, *And.de Iſer.c.1.de Cleri. qui inveſtituram fecit. Immol. l. quod dicitur in fine. ff. de verbo. obliga.Paul. Caſtren. conſ. 136. incipien. Viſo inſtrumento Præpoſ.c. 1. in prin.nu. 25. de illis qui feud.dar. poß.Curt. in tract. feud. par 1. part. 2. princ quæſt. 4. nu.8.Zaſ.in tracta. feud.par.5. nu. 52. Clau. in tract. feud. & de his qui feud. dar. poß. par.2. reg.1.declaratio.6.verſ. omnia tamen præmiſſa.*

Et quod in alienatione ſive infeudatione rei Eccleſiaſticæ omnes † ſolennitates extrinſecæ nempe conſenſus Capituli tractatus & omnes aliæ intervenerint, ex curſu ſive lapſu temporis longi præſumitur, *c. cognoſcitur. extr. de his quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli c.pervenit.nu glo. ext. de empti & venditio. Alex.conſ.79.col.3.lib.1.conſ. 45. col.fin. lib. 3. conſ. 92.col. 2.lib.6.Socin.conſ. 03.col.pen lib.1.conſ. 208.col.3.conſ. 266.col. 12. lib. 2. Dec.l. 1.col. 4.C.qui admitti. Dec. conſ.36. col.6.verſ.ultimo non obſtat.conſ 329.col.fin.conſ.* 84

341.

341. col. 6. conſ. 409. col. 1. conſ. 558. col. 2. Iaſ. l. ſciendum col. 8. ff. de verbo. obligatio.

Multò verò magis hoc procedit in ſolennitate intrinſeca, illa enim præſumitur longè facilius, *§. fin. Inſti. de fidejuſſorib. §. ſi ita ſcriptum. Inſti. de inutilib. ſtipulatio. l. ſciendum & ibi Bart. Iaſ. & Dd. ff. de verb. obliga. l. 1. C. de contrahen. & commit. ſtipulatio.*

Et in omnibus illis caſibus, in quibus alioquin ſolennitas intrinſeca non præſumitur, illa perinde ut ſolennitas extrinſeca ex lapſu longi temporis præſumi debet, *Socin. conſ. 13. nu. 55. lib. 1.*

85 Huc accedit, quod ex lapſu† longi temporis præſumatur precium in utilitatem Eccleſiæ converſum, *Dec. conſ. 36. col. 3. verſ. tertiò advertendum.*

86 Et prædicta procedunt† etiamſi de illis ſolennitatibus ſive requiſitis non fuerit facta mentio in inſtrumento ſuper tali actu confecto, Namq; nihilominus tales ſolennitates atq; requiſita ex lapſu temporis longi vel longiſsimi præſumuntur, *Felin. c. ficut. col. 15. verſ. ſeptimo & ultimo extr. de ſenten. & re judic. Iaſ. l. ſciendum. ff. de verbo. obligatio. Dec. conſ. 341. col. 6. conſ. 558. col. 2.* Non tantum inter ipſos contrahentes ſed etiam reſpectu tertii, *Alex. conſ. 179. col. 3. lib. 7. Socin. conſ. 254. col. 2. conſ. 270. col. 3. lib. 2. Corn. conſ. 181. col. 6. lib. 2. Curt. ſenior. conſ. 77. col. 2. Dec. conſ. 441. col. 5. & conſ. 638. col. 2. Iaſ. conſ. 54. col 5. lib. 1.*

87 Potiſſimum verò hoc procedit † in lapſu illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat. Namq; illius temporis lapſus habet vim conſtituti, item & privilegii, *l. hoc jure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidian. & æſtiva. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. extr. de verb. ſignificat. Bart. l. cum de in rem verſo. nu. 2. ff. de uſur.*

Et prædicta multò magis locum habent, quando in inſtrumento confecto ſuper alienatione vel infeudatione rei Eccleſiaſticæ ſaltem enunciatione fit mentio de requiſitis ad alienationem vel infeudationem rei Eccleſiaſticæ, tunc enim multò magis illa requiſita accedente præſertim lapſu temporis interveniſſe præſumuntur, *arg. l. optimam. C. de contrahen & commit. ſtipul. Bar. l. ex hac ſcriptura. ff. de donatio. Iaſ. l. ex his verbis. C. de mil. teſtam. Aymon. Cravet. in tract. de antiquitat. temp. par. 3. §. Venio nunc ad tertiam. nu. 11.*

Sed in caſu præſenti Nobiles domini à D. caſtrum E. ab Archiepiſcopo E. emerunt anno 1481. illudq; poſſiderunt uſq; ad annum 1546. quo anno ultimus poſſeſſor illius caſtri à primo acquirente abſq; liberis maſculis mortuus eſt, & ſic caſtrum E. à tempore primæ acquiſitionis antequã illud per mortem ultimi poſſeſſioris Epiſcopo H. apertum fuit, ultra 65. annos penes familiam Nobilium ab E. fuit.

Et ex inſtrumento ſuper venditione caſtri E. confecto liquet, illam venditionem eſſe factam ab Epiſcopo H. cum conſenſu Capituli. Et in illo inſtrumento narratur, illam venditionem factam eſſe habita deliberatione & tractatu nec non etiam ſuadente & exigente hoc utilitate evidenti Eccleſiæ H.

Et ſic per illud inſtrumentum venditionis præſertim accedente lapſu 65. annorum ſatis ſufficienterq; probatur, venditionem caſtri E. Nobilibus à D. factam intervenientibus, omnibus requiſitis in alienatione rei Eccleſiaſticæ.

Præterea in inveſtitura de caſtro F. Nobilibus Dominis à D. intra illos 65. annos non ſemel tantum ſed ſæpius renovata fuit.

Igitur ſequitur, negari non poſſe, quod caſtrum E. ſit feudum antiquum & infeudari ſolitum, Et per conſequens Archiepiſcopo S. licitum & permiſſum fuiſſe prædeceſſori ſuo Archiepiſcopo ſuo I. A. apertum, Nobilibus Dominis Frantz & Chriſtoph à D. etiam non accedente conſenſu Capituli & non intervenientibus aliis requiſitis, in alienatione rei Eccleſiaſticæ in feudum concedere.

Secundò † dominus cui feudum antiquum ſive infeudari ſolitum per mortem vaſalli abſq; liberis vel alia ex cauſa apertum fuit, illud feudum pro ſe retinere & in uſus ſuos convertere nequit: ſed illud alteri ſub iiſdem pactis eademq; conditione concedere debet, & cogitur, *Bal. c. 1. in princip. verſ. ſi verò nu. 4. & ibi Alvarot. & Mar. Lauden. nu. 12. & Præpoſ. cir. fin. qualiter feud. olim. Corſet. in tract. de poteſtate regia quæſt. 74. Pet. de Ancho. conſ. 171. nu. 2. Dec. conſ. 131. & conſ. 329. nu. 6. Rui. conſ. 12. nu. 22. & conſ. 151. nu. 20. lib. 1. Curt. juni. in tract. feud. 1. par. part. 2. principalis quæſt. 15.* 88

Et ſic liquet, hanc opinionem communiter receptam, ideoq; ab illa nec in judicando nec in conſulendo recedendum per jura vulgaria.

Et hoc potiſſimum & abſq; omni dubio procedit eo caſu, quando is qui feudum antiquum domino apertum ſibi iterum concedi poſtulat, eſt ultimo poſſeſſori illius feudi conſanguinitate conjunctus, Tunc enim abſq; omni dubio dominus feudi cogitur & tenetur illud feudum antiquum ſibi apertum illi conſanguineo ultimo poſſeſſori iterum & de novo concedere, ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam, *gloſ. Bart. & Ang. l. 1. §. permittitur. arg illius text. ff. de aqua quotidia. & æſti. Bart. & Franc. Ripa. l. 1 ff. de privileg. cred. Bart. Alex. & Franc. Aret l. ſi mihi & Titio in princip. ff. de verbo. obliga. Bal. c. in præſentia col. 4. extr de probat. Bal. Mar. Lauden. & Præpoſ. c. 1 quemadmodum feud ad filiam pertineat Bal. Rub. extr de appellatio. Bal. l ne cui C. de locatio. Bal in addi. ad ſpecul. Tit. de loca. §. 0. col. 11 Bald. conſ. 355. lib. 1. Ang. conſ. 184. ex forma col penul. Anto. de But. & Godfred. c. 1 extr. de loca. Imol. c. 2. col. 4. extr. de feud. Immol. conſ 27. conſ. 38. & conſ. 68. Card. Floren. 1. pen extr de poſt. prælato. Panor. c. bonæ ol. nu 23. & ibi Card. Pet. de Antho. & Corſet. in add Panor extr. eodem tit. Pet. de Antho. conſ. 134 conſ 171. & conſ. 174. Rapha. Fulg. conſ. 4. conſ. 218. & conſ. 220. Rapha. Cuma. conſ. 165. Roma. l. 2 in princip. ff. ſol. matrimo. Roma l. prætor. § fin ff. de op. nov. nunc. Roma. repet. Rub. col. 13. ff. de arbit. Roma. conſ. 12 Mar. Land. & Præpoſ. c. 1. qualiter feud. olim Ioan. de Ana. conſ. 84. col. 2. Paul. Caſtren. conſ. 32. lib. 1. conſ. 13. 9. & conſ 417. lib. 1 Alex. conſ. 80. lib. 1 conſ. 93. lib. 2. conſ. 80. lib. 3 conſ. 83. & conſ. 161. lib. 7. Nicol. Mil. in ſuo Reperto verbo. Emphyteu. finita Bar. conſ. 22. Curt ſen. conſ 45. & conſ. 50. Curt. jun. in tract. feod. par. 1. 2. par. principal. quæſt. 15. Socin. conſ. 99 nu. 7. lib 1. Iaſ. l. 2. nu. 21. 22. 23. Cod de iure Emphyteu Iaſ. l. fin. nu. 11. C. eodem tit Iaſ l petens nu. 10. C. de pactis Dec. conſ. 78. conſ. 131. & conſ 318. Carol. Ruin. conſ. 5. conſ. 45. conſ 151 nu 16 conſ. 161. nu. 35. lib. 1. & conſ. 47. nu. 6. lib 5. Matth. de Afflict. deciſ. 235. Hippol. de Marſ. ſingu. 419. Nicol Eberhardi in locis legal. in loco. à feudo ad Emphyteu. Gozadinus conſ. 71. conſ. 86. nu. 23. Ripa in tract. de peſte chart. 48. nu. 234. Tiraq. in tract. de utroq; retractu. par 0. in præfatione nu. 41 Card. Parif. conſ. 28. lib. 1. Socin. jun. conſ. 109. nu. 15. lib 2. & conſ. 9. lib. 3.*

Et licet in hoc contrarium teneant Doctores citati in rationibus dubitandi, volentes quod dominus feudum ſibi apertum pro ſe licitè retinere poſſit, illudq; alteri concedere non teneatur, etiamſi is qui illud feudum ſibi concedi petit, ultimo poſſeſſori ſanguine junctus ſit, Attamen illa contraria opinio eſt communiter reprobata & præcedens opinio eſt communiter recepta, Ideoq; non obſtante opinione contraria, præcedens opinio omninò & tenenda & ſequenda, cum judex in judicando ſemper & communem & receptam Dd opinionem tenere & ſequi cogatur, uſq; adeò, ut is judex, qui contra communem opinionem judicat & imperitus præſumitur, & faciat litem ſuam, atq; partē læſæ ad id quod intereſt, obligetur per jura vulgata.

Et hæc communis opinio uſq; adeò 89
vera eſt, ut dominus † feudi recuſans agnatos ultimi vaſalli de feudo ſibi aperto inveſtire, ipſis injuriam inferre dicatur, utq; propter hanc injuriam ab ipſo ad ſuperiorem appellare liceat, *Bart. & Ripa l. 1. ff de privileg. credito. Bart. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æſti. Abb. in c bonæ el. 2 nu 28. extr. de poſt. prælatot. Pet. de Antho. conſ. 171. nu. 8. Alex. conſ. 80 nu. 11. lib 1. conſ. 161 nu. 2. lib. 7 Præpoſ. c. 1. quemadmodum feud. ad filiam pertineat Iaſ l 2. nu. 21. C. de jure Emphyteu. Dec. conſ. 131. nu 2. Rui. conſ. 419 Nicol Eberhar in ſuo top. in loco à feudo ad Emphy. Et hæc opinio communiter recepta eſt, licet contrarium ſed malè teneat Bald. Rub. extr. de Appel.*

Deinde iſta opinio uſq; adeo vera
eſt, ut † agnatis ſive conſanguineis vaſalli 90
defuncti permittatur renovationem inveſtituræ de feudo domino aperto petere, non tantum intra annum, ſed uſq; ad 30. annos, utq; dominus obligatus ſit agnatis ſive conſanguineis vaſalli defuncti feudum ſibi apertum de novo concedere, quandocunq; ab ipſis intra 30 annos petitum poſtulatumq; fuerit, *Paul. de Caſtr. conſ. 40. lib. 2. Cæpol. cauſ. civi. conſ. 43. Dec. conſ. 222. & conſ. 323. nu. 4. Card. Par. conſ. 28. lib. 1. Tiraq. in tract. de utroq; retractu, par. 1 §. 1. gloſ. 10. nu. 10.*

Similiter hoc habet locum non tan- 91
tum in feudo prophano: Verùm etiam in feudo † Eccleſiaſtico, Namq; dominus cui feudū Eccleſiaſticum aperitur, illud ſimiliter agnato ſive cōſanguineo ultimi defuncti hoc petenti concedere cogitur ſecund.

commu-

communem Dd. ſententiam, *Bart. l. 1. & ibi Franc. Ripa. ff. de privileg. cred. Pet. de Ancho. conſ. 171. & conſ. 174. nu. 5. Alex. conſ. 80. lib. 1. Dec. conſ. 78. conſ. 131. conſ. 321. Imol. conſ. 38. Rui. conſ. 151. nu. 16. & conſ. 161. nu. 36. lib. 1. Hippol. de Marſil. ſing. 419.*

92 Eodem modo hæc opinio procedit † etiamſi res non ſit integra, ſi videlicet Dominus de feudo ſibi aperto quendam extraneum inveſtierit, ante renovationem ab agnato ſive conſanguineo petitam, Nam nihilominus dominus feudi agnatis hoc petentibus feudum ſibi apertum de novo concedere tenetur, *Curt. ſen. conſ. 48. col. 4. Alex. l. Si mihi & Titio. in prin. nu. 20. & ibi Ioan. Crot. ff. de verbo. obliga. Godzad. conſ. 86. col. ult. Card. Paiſ. conſ. 28. lib. 1.* Quod potiſſimum & abſq; dubio procedit, ſi vel inveſtituræ factæ extraneo fuerit inſerta clauſula, *Salvo jure alterius, Pet. de Ancho. conſ. 174. nu. 5.* vel agnati ultimi defuncti per interpellationem legitimam prius non fuerint in mora conſtituti, prout in tractatu hoc meo feudali docui.

Idem quoq; juris eſſe ſtatuo, etiamſi clauſula, *Salvo jure alterius*, inveſtituræ factæ extraneo inſerta non fuerit. Eam ob cauſam quia hodie uſitatum, conſuetum & ſolitum eſt, omnibus inveſtitutis inſerere clauſulam, *Salvo jure alterius*, & clari juris eſt, eas clauſulas quæ ſolitæ ſive conſuetæ
93 ſunt † inveſtituræ vel aliis actibus inſeri, pro expreſſis haberi, etiamſi illæ clauſulæ omiſſæ fuiſſent, *l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædilit. edict. l. ſi prius. §. recte & ibi Bar. ff. de aq. plu. arcen. Iaſ. l. certi conditio. §. ſi nummos nu. 5. uſq; ad nu. 27. ff. ſi cert. pet. Bart. l. nemo eſt qui neſciat. & ibi Ronche. nu. 27. ff. de duob. reis Dec. & Cagnolus l. ſemper in ſtipu. arg. illius text. ff. de Reg. jur. Nicola. Eberhardi. in ſua Top. in lo. à ſolitis. Hippol. de Marſil. ſing. 1.*

94 Et licet aliqui Dd. velint, † agnatos petentes feudum domino apertum de novo ſibi concedi, non aliter audiendos eſſe, niſi illi agnati ultimo defuncto in primo gradu conjuncti ſint, Attamen illa opinio & falſa & communiter reprobata, tunc quia *gloſ. Bart. & Dd. in l. 1. §. permittitur. ff. de aq. quotid. & æſti.* nec non & in reliquis locis ſuperius citatis generaliter & indefinite concludunt, Quod dominus feudi obligatus ſit agnatis ultimi poſſeſſoris hoc petentibus feudum ſibi apertum de novo concedere, Nec diſtinguunt, utrum agnati hanc renovationem petentes ultimo poſſeſſori, in primo an vero in ulteriori gradu conjuncti ſint, & certum eſt, quod deciſio Doctoris generaliter & indefinite loquentis, generaliter intelligenda & ita accipienda ſit, ut omnes omninò caſus comprehendat, *l. 1. §. cum urbem. ff. de off. præfecti urb. l. 3. ff. de off. præſid. l. regula. §. pen. & fin. ff. de jur. & fact. ignora. l. 1. ff. de lega. præſta. l. 1. §. ait ergo ff. de his qui in feud. cred.* Etiamſi major non ſit in uno quam in alio, *l. 1. §. quod autem. juncta glo. ff. de alea.* tunc quia Dd. tenentes prædictam opinionem ad illam amplectendam principaliter moventur per tex. *l. 1. §. permittitur. ff. de aq. quotidi. & æſti.*

Qui text. ſimpliciter dicit, privilegium perſonale quod cum perſona privilegiati extinguitur, ſucceſſori illius renovandum, nec diſtinguit, utrum ille ſucceſſor. defuncto primo an vero ulteriori gradu conjunctus ſit. Et clari juris eſt, quod deciſiones Dd. ſemper ſint intelligendæ, declarandæ & extentendæ ſecund. illos textus quos allegant, *Bar. l. non ſolum. §. ſi liberationis. nu. 7. ff. de liber. leg.*

Et prædicta opinio habet locum, etiamſi † agnati ultimi poſſeſſoris petentes ſibi feudum domino apertum de novo concedi, ultimo defuncto non in deſcendenti ſed transverſali linea conjuncti ſint, *Imol. conſ. 27. & conſ. 38. Rom. con. 22. Rui. conſ. 12. nu. 20. conſ. 45. nu. 8. & conſ. 151. nu. 18. lib. 1. Moder. ca. 1. qual. feud. ad filiam pertineat Dec. conſ. 131. nu. 3. Ro. à Val. conſ. 3. nu. 151. lib. 1.* Eamq; opinionem communem eſſe, teſtatur *Decius in conſ. præalleg.* Ideoq; illa opinio & in judicando & conſulendo eſt ſequenda. 95

Et licet aliqui Dd. præallegatam deciſionem communiter receptam, quod dominus feudum ſibi apertum agnatis ultimi defuncti hoc petentibus de novo concedere cogatur, ita reſtringant, ut non habeat locum eo caſu, quando feudum apertum fuit majorum ſive ad majores domini feudi pertinuit, *Rom. conſ. 22. Corſet. in additio. ad Abbat. d. c. bonæ el. 2. nu. 28 extr. de poſt. Prælat.* Attamen illa opinio & falſa & communiter reprobata eſt, Namq; Dd. communiter concludunt indiſtincte & generaliter, Quod domin⁹ feudum ſibi apertum agnatis ultimi poſſeſſoris hoc poſtulātib⁹ de novo condere cogatur, nec diſtinguunt, utrū illud feudum majorū domini feudi fuerit, ſive ad majores domini feudi

pertinuerit, an verò non. Et ſic liquet, illos Dd. generaliter & indefinitè loquentes velle, iſtam deciſionem habere locum etiam eo caſu, quando feudum domino apertum majorum ipſius fuit.

Pleræq; quoq; res in feudum conceſſæ fuerãt, vel ipſius concedentis vel majorum ipſius, Ex quo ſequitur, ſi communis & recepta Dd. deciſio, quæ vult, quod dominus feudum ſibi apertum, agnatis ultimi defuncti hoc petentibus, de novo hoc concedere cogatur, ita reſtringeretur, quòd non procederet in illis feudis, quæ vel ipſius domini vel majorum ipſius fuêre, illam communem deciſionem Dd. penitus inutilem & ſupervacuam eſſe, nec ullo unquam caſu locum habere, quod minimè dicendum vel admittendum eſt, *arg. l. ſi prætor in princip. ff. Iud. l. fin ff. ne quid. in loco pub. c. ſi ſententia & c. ſi civitas de ſententia excom. lib. 6.*

96 Et licet Dd. citati in rationibus dubitandi velint, † dominum feudum ſibi apertum agnatis ultimi defuncti hoc petentib. de novo concedere, non cogi, quando ipſi non ſunt hæredes ultimi poſſeſſoris, Attamen in hoc contrarium tenet, *Rui. conſ. 151. nu. 21. lib. 1.* ubi ipſe expreſsè concludit, Dominum feudi obligatum eſſe agnatis ultimi defuncti hoc petentibus feudum ſibi apertum, de novo concedere, etiamſi illi agnati ultimi poſſeſſoris hæredes non ſint.

97 Illaq; contraria ſententia abſq; omni dubio procedit in † feudo ex pacto & providentia. Namq; tale feudum dominus agnatis ultimi poſſeſſoris abſq; omni dubio de novo concedere cogitur, etiamſi ipſi non ſint hæredes ultimi defuncti, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Dec. conſ. 78. Rui. conſ. 12. nu. 21. & conſ. 161 nu. 35. lib. 1. Fran. Ripa, l. 1. nu. 8. ff. de privileg. cred. & idem eſt de mente Bal. & Præpoſ. c. 1. Quemad. feud. ad fili. pert. Alex. conſ. 80. lib. 1.*

98 Et feudum judicatur eſſe ex † pacto & providentia, ſi illud feudum fuerit acquiſitum pro recipiente & hæredibus ipſius maſculis, *Rayn. de Forli. in diſputatione ſua incip. Quidam habebat. Bal. l. cujus ff. ſolu. matri. Bal. l. Gallus. §. etiam & ibi Paul. Caſtren. Raph. Cuma. Alexan. & Iaſ. ff. de lib. & poſth. Bal. l. liberti libertæq; col. fin. C. de operis libertorum. Alex. conſ. 105. col. 2. lib. 1. conſ. 139. col 2. lib. 6. Fran. Arer. l. pro hærede. §. 1. ff. de acq. hæred. Cremen. ſing. 15. Dec. conſ. 185. col. 2. conſ. 239. col. 3. conſ. 284. col. 2. conſ. 395. col. 3. conſ. 399. col. fin. conſ. 411. col. 1. conſ. 445. col. 2. conſ. 516. col. 3. Anto. de But. conſ. 4. 7. Iaſ. conſ. 7. col. 9. lib. 3. conſ. 118. col. 3. lib. 4. Alexandri. conſ. 85. conſ. 110. col. 1. & conſ. 164. col 4. Curt. jun. conſ. 109. nu. 14. Rui. 203. col. 13. lib. 2. Card. Pariſ. conſ. 31. nu. 47. lib. 2. Matt. de Affli. in prælud. feud. nu. 183. Matth. de Afflict. c. 1. nu. 2. de eo qui ſibi & ſuis hæred. Socin. jun. conſ. 72. nu. 27. lib. 1. Ioan. Dilec. in tract. de arte teſtandi ſub Rubrica de acq. hæred. cautela 11. Rolan. à Vall. conſ. 67. nu. 25. lib. 1.* Eamq; opinionem communiter receptam eſſe, atteſtatur *Dec. conſ. 239. col. 3. Rolan. à Val. conſ. 67. nu. 25.*

Idem quoq; juris eſt, ſi feudum alicui fuerit conceſſum pro ſe & hæredibus ſuis ex corpore ſuo deſcendentib. Namq; tale feudum ſimiliter, cenſetur & reputatur eſſe ex pacto & providentia, *And. de Iſer. c. 1. §. præterea ducatus nu. 38. & ibi Mat. de Afflict. nu. 34. & 46. de prohibi. feud. alien. per Frid. Matth. de Afflict. c. 1. nu. 266. ex quib. cauſis feud. amittatur Matth. de Afflict. c. 1. nu. 3. de eo qui ſibi & ſuis hæred. Matth de Afflict. c. 1. nu. 13. an agnatus. Deci. conſ. 395. nu. 561. & 7. Rol. à Val. conſ. 67. nu. 30. 31. lib. 1.*

Eodem quoq; jure utimur, ſi feudum alicui fuerit conceſſum pro recipiente & hæredibus ſuis feudalib. ſive hæredib. feudi. Namq; tale feudum judicatur & reputatur feudum ex pacto & providentia, *Mat. de Afflict. c. 1. nu. 277. ex quibus cauſis feud. amittatur. Zaſ. in tract. feud. par. 8. nu. 16.*

Feudum quoq; acquiſitum pro recipiente & ipſius hæredibus legitimis ex pacto & providentia reputatur, *Soci. jun. conſ. 112 nu. 8. lib. 2. Rol. à Val. conſ. 67. nu. 29 lib. 1.*

Similiter & feudum conceſſum alicui & hæredibus ipſius judicatur feudum ex pacto & providentia, ſemper eo caſu, quando liquet, contrahentes, tacitè vel expreſsè de liberis ſenſiſſe. *Matth. de Afflict. c. 1. nu. 277. ex quibus cauſis feud. amitt. Andre. de Iſer. c. 1. §. Et ſi clientulus. nu. 10. de alienatio. feudi. Deci. conſ. 185. nu. 3. conſ. 395. nu. 5. Rol. à Val. conſ. 67. nu. 6. lib. 1.*

Quinimò multi Dd. volunt, acquiſitum ſimpliciter pro recipiente & hæredibus ipſius reputari feudum ex pacto & providentia, nullumq; feudum aliter dici vel cenſeri hæreditarium niſi in conceſſione feudi ſive inveſtitura copulativè fuerit facta mentio filiorum & hæredum, *Paul.*

Caſtrenſ.

Caſtren. l. ex facto. §. fin. ff. ad SC. Trebel. Iaſ. l. ſi non ſortem. §. libertus. col. pen. ff. de condict. indeb. Iaſ. l. Gallus. §. Quidam rectè ff. de lib. & poſth. Dec. conſ. 185. nu. 3. & conſ. 395. nu. 9. Thom. Ferra. caut. 37.

99 In dubio quoq; quodlibet † feudum cenſetur eſſe ex pacto & providentia, *And. de Iſer. c. 1. nu. 11. & ibi Matth. de Afflictis nu. 270. uſq; ad nu. 278. Ex quibus cauſ. feudum amittatur. Aug. & Bal. l. ſi tibi. §. pacti ff. de pact. Præpoſ. c. 1. §. hoc quoq;. nu. 8. de ſucceſ. feud. Mat. de Afflict. c. 1. nu. 14. uſq; ad nu. 19. an agnatus. Matth. de Afflict. c. 1 in prin. nu. 127. de ſucceſ. feud. Matth. de Afflict. c. 1. §. fin. nu. 35. de feudi cognitione. Iacob. de Ardizo in ſua ſumma de ſucceſ feud. §. item quæritur. Dec. conſ. 78. col. fin. Soc. Iun. conſ. 103. nu. 34. & 35. lib. 1.*

Sed in inſtrumento confecto ſuper prima acqui ſitione caſtri E. à Nobilibus à D. dicitur & ſcriptum eſt, daß Biſchoff F. den Geſtrengen Rudolph dem eltern / Herman vnd Hans von E. Gebrůdern vñ Gevattern / vnd jhren Leibs, lehen Erben Mannliches geſchlechtes das Schlos E. ſampt der Ein vnd Zugehörung verkaufft haben / Et in omnibus inveſtituris ſubſequentibus ſcriptum eſt, daß das Schlos E. denen von D. zu mannlichen Lehen gelichen;

Igitur ſequitur, caſtrum E. de quo in cauſa præſenti agitur, eſſe feudum non hæreditarium ſed feudum ex facto & providentia.

Et cum caſtrum E. ut ex prædictis liquet, ſit feudum antiquum & infeudari ſolitum, & Nobiles domini Frantz & Chriſtoph. ſint ultimo poſſeſſori caſtri E. nempe Heinrico à D. ſanguine juncti, cum proavus Nobilium dominorum Frantz & Chriſtoph à D. primi acquirentis ejuſdemque ultimi poſſeſſoris proavi frater naturalis & legitimus fuerit; Sequitur quod Archiepiſcopus S. non tantum potuerit, ſed etiam obligatus fuerit, caſtrum E. prædeceſſori ſuo Archiepiſcopo I. A. apertum nobilibus dominis Frantz & Chriſtoph à D. hoc petentibus de novo concedere: Nec dict. Dominis Nobilibus quicquam obſtare vel nocere poſſe, quod illi ultimi poſſeſſoris hæredes non ſunt, illiq; linea non deſcendenti ſed transverſali non in primo ſed in ulteriori gradu conjuncti.

Quodq; prædictum caſtrum majorum ipſius Archiepiſcopi fuit & ad majores ipſius pertinuit, nec non etiam quod de illo caſtro ante petitam renovationem à Nobilib. Frantz & Chriſtoph à D. nobiles domini ab H. à Cardinali A, & Nobili dominus Hieronymus à B. ab Archiepiſcopo A. inveſtiti fuere, & caſtrum E. eſt feudum Eccleſiaſticum, atq; etiam renovatio inveſtituræ, à Nobilibus dominis Frantz & Chriſtoph à D. intra annum à tempore feudi vacantis non fuit petita,

Tertiò † Prælatus qui ſolenne & 100
corporale juramentum præſtitit, de non alienando vel infeudando abſq; conſenſu vel licentia Papæ vel alterius ſuperioris aut etiam Capituli ſui non obſtante hoc jurament. feuda antiqua & infeudari ſolita ſibi aperta ea abſq; conſenſu vel licentia Papæ aut alterius ſuperioris vel etiam Capituli alteri liberè in feudum concedere, atq; de iis alium liberè inveſtire poteſt, *c. 2. & ibi Dd. & Abb. notab. 2 ext. de feud. Glo. c. Achatius verb. in hæreſ. 24. q. 1. Argi. l. non eſt novum. ff. de ll. Cald. conſ. 11. tit. de feud. Panor. c. vel ſuper. nu. 10. extr. de reb. Eccleſ. non alienan. Paul. Caſtrenſ. conſ. 136. col. 2. Iaſ. c. 1. in princip. nu. 31. de his qui feud. dar. poſſ. Roland. à Val. conſ. 1. nu. 83. lib. 1. Præpoſ. c. 1. in prin. col. 4. qui feud. dar. poſſ. §. quis poſſit conſtituere. verſ. item antiquum feudum. Claud. de Seyſel. in ſpecu. feud. tit. qui feud. dar. poſſ. parte. 2. reg. 1. ampliat. 2.*

Cum itaque caſtrum E. ſit feudum antiquum & infeudari ſolitum, ſequitur, etiamſi Archiepiſcopus S. ſolenne & corporale juramentum præſtitiſſet de non alienando vel infeudando abſque conſenſu Capituli, prout Capitulum H tale juramentum præſtitum eſſe allegat, Ipſi tamen Archiepiſcopo S. licitum & permiſſum fuiſſe, prætenſo juramento non obſtante nobilibus dominis Frantz & Chriſtoph à D. caſtrum E. etiam non accedente conſenſu Capituli de novo in feudum concedere.

Quartò † interpretatio eſt ſpiritus 101
ſcripturæ & cujuslibet diſpoſitionis, *Bal. conſ. 275. col. 3. lib. 2. Aym. Cravet. conſ. 3. nu. 23. lib. 1.*

Ideoq; omnis diſpoſitio, quantumvis præciſa, univerſalis & geminata, recipit interpretationem & congruam, *Paul. Caſt. conſ. 174. col. 2. & conſ. 438. col. 2. lib 2. Bal. l. fin. col. 1. C. de contrahen. emptione. Bart.*

& Iaſ. l. ſtipulatus ſum Damam. ff. de verb. oblig. Cravet. conſ. 3. nu. 12. lib. 1. Et ſanam, *Paul. Caſ. conſ. 16. col. fin. lib. 2. Cravet. conſ. 3. nu. 22 lib. 1.* vel laudabilem, *Alex. conſ. 80. nu. 5. lib. 1.*

Nec non etiam naturalem & rationabilem modificationem, *Bal. conſ. 145. col. fin lib. 3. Aym. Cravet. conſ. 3. nu. 22. lib. 1.*

Quinimò omni diſpoſitioni ſemper & de neceſſitate ineſt, interpretatio ex veriſimilitudine aut ipſius rei natura, *Bal. conſ. 343 lib. 1. Crav. conſ. 5. nu. 23. & conſ. 33. nu. 22. lib. 1.* Neque Iudaice debent intelligi verb. diſpoſitionis vel ipſa diſpoſitio, *Bal. conſ. 294. ad fin lib. 1. arg. l. quamvis & ibi Iaſ. ff. de in ius voc.* Sed tàm verba quam diſpoſitio quælibet ita debet interpretari, ne mereatur reprehendi a ſapientibus, *l. Salvius Ariſto ff de leg. præſt. l ex facto in prin ff. vulg pup. Aymon. Cravet. conſ. 3. nu. 23. lib. 1.*

Et prædicta procedunt non tantùm in diſpoſitione privata, verùm etiam locum habent in diſpoſitione Imperatoris, Papæ vel alterius Principis.

Namq; diſpoſitio Papæ, Imperatoris vel alterius Principis quantumvis ampla, generalis, univerſalis, & ſtricta, non debet ad corticem tenaciter & ſtrictè accipi, *glo. 1. allegant. verb. tenax. 26. q. 8.* nec obſcurè vel abſurde, ſed ſanè & propriè interpretari, *Bal. l ſecun. notab 4. C. d. ll. Iaſ. l. ex facto in princip. nu. 5. ff. de vulg. & pup. Eamq; ob cauſam Bal. cum M. Ferrarienſ. col. 8 in cap. ext. de conſt.* notat, quod verba Papæ etiam præciſa recipiant tacitam conditionem & interpretationem, Et ſatis probatur per *glo. in c. licet devitanda. verb. abſq; illa exceptione ext. de electio.* Quæ notabiliter dicit, etiamſi Papa præciſe reſcribat, tamen exceptione admittenda, Quod dictum tàm *glo.* quàm *Bal refert atq; ſequitur Iaſ. l. ſtipulatus ſum Damam. nu. 3 ff de verb obligat.*

102 Neq; verò tantum † Papa, Imperator vel Princeps, verùm etiam quilibet inferior privilegium beneficium aliamq; diſpoſitionem Principis per rationem ſive viam rationis interpretari poteſt, *Bal. c. cum veniſſent. in prin. ext. Iudi. Iaſ. l. ex facto nu. 5. circa fin ff vulg. & pup.*

Præterea interpretatio privilegii beneficii vel conceſsionis Principis, nec non etiam legis vel ſtatuti neceſſaria eſt, & quemadmodum de jure naturali, Ideoq; à ſtatuto tolli non poteſt, *Bal. l. 2. §. his legibus. arg. illius text. ff. orig. jur.*

Et ſtatutum † removens interpretatio- 103
nem, intelligitur de interpretatione extrinſeca, non autem de intrinſeca, *Bal. l. 3. cir.
fin. C. liber. præter.* 104

Et tale † ſtatutum tollens interpretationem parum operatur, *Bal l. omnes populi. col penul. verſ. ultimò quæritur. & ibi Ioan. Bapiſt. in rep. char. fin. ff. de juſt. & jur. Card. conſ. 72. col. 7. Fran. Aret. conſ. 109. Alex. conſ. 50. col. pen. & conſ. 80. col. 4. lib. 1. Dec. c. cum veniſſent
nu. 4. circ. fin. ext. de Iud.* 105

Eaq; interpretatio duplex eſt, † una neceſſaria, quæ fit per punctum rationis, Altera probabilis, quæ fit per viam æquitatis, *Bal. conſ. 411. col. 1. Aym. Cra. conſ 3 nu. 23.
& conſ 135. nu. 37. lib. 1.* 106

Et prædicta procedunt etiam in diſpoſitione ſive actu jurato, † namq; nihilominus talis actus ſive diſpoſitio recipit & interpretationem & modificationem, *c. quemadmodum in prin & ibi glo. extr. de jurejuran. Bal. & Salic. l. fin. C. de non num. pecu. Iaſ l. quamvis. nu. 4 ff de in ius vocan. Iaſ l. ſtipulatus ſum Damam. nu. 2. ff. de verbo. obliga.*

Ex quo infertur, † pactum juratum de non alienando vel infeudando bona Eccleſiæ, etiamſi illud eſſet conceptum verbis præciſis, univerſalibus vel geminatis, illud tamen nihilominus modificationem
vel interpretationem recipere. 107

Quintò, verba † quantumvis præciſa recipiunt limitationem, reſtrictionem vel exceptionem, *Bar. Ang. Iaſ & Dd. l ſtipulatus ſum Damam. arg. illius text. junct. glo ff. de verb. oblig. Bart. Bal. & Dd. l. filiusfamilias. 8 §. fin. arg. glo. ibidem. ff. de procur. Bal. & Iaſ l quamvis arg. illius text. ff de in ius vocan. Bal. l. ſuper rebus. col. 1. C. de contrah. emp. Bal. c. 2. ad finem extr. de Reſcrip.*

Atq; cum temperamento juſtitiæ intelligi debent, *Bal. l. quod dicimus arg. illius text ff de ſolut. Iaſ. l. ſtipulatus ſum Damam. nu. 2. ff. de verb. obliga.*

Etiamſi verba ſint univerſalia & geminata ſimul, *Iaſ l. ſtipulatus ſum Damam. nu. 3. ff. de verb. obliga. arg. l. 1. junct. glo. ff. ſol. mat.*

Item etiamſi neceſſe ſit, verba ad ſignificationem impropriam detorquere, *Ang. l. 3. ff. in amittenda arg. glo. ibidem in verb. protinus ff. de acq. poſ. Iaſ l. ſtipulatus ſum Damam. nu 2 ff de verb. oblig.*

Nec non etiam ſtatuto cautum ſit, quod verba debeant eſſe præciſa & præciſe intelligi, *Bal l. omnes populi. col. 10. ff. de juſt. & jur. & Iaſ l. ſtipulatus ſum Damam. nu. 3. ff. de verb. obliga.*

Et

Et hoc habet locum etiam in contractibus ſive actibus juratis, illi enim ſimiliter exceptionem, limitationem & reſtrictionem recipiunt, *c. quemadmodum & ibi glo. verb. condi. extr. de jurejur. l. fin. & ibi Bar. & Salic. C. de non nume. pecu. Iaſ. d. l. ſtipulatus ſum Damam nu. 3. ff. de verbo. obliga.*

Igitur ſequitur, pactum juratum de non alienando vel infeudando de quo in caſu præſenti agitur, etiamſi illud ſit admodum præciſum, item verbis univerſalibus & geminatis conceptum, nihilominus tamen limitationem, reſtrictionem & modificationem recipere.

108 Sextò † contrahentes nec non & aliam quamlibet diſpoſitionem facientes intelliguntur ſe voluiſſe conformare diſpoſitioni juris communis: Atq; omnes contractus, promiſsiones & diſpoſitiones ſecundum jus commune intelligi & interpretari debent, *l. ſi duo. ff. de acq. hæred. l. ſed niſi hoc, junc glo ff. de jur. dot. Aym. Cravet. conſ. 33. nu. 18. & conſ. 186. nu. 9. lib. 1. Soc. conſ. 72. nu. 55. lib. 1. Seb. Vant. in tract. de nullit. rub. ex defect. citationis nu 94 fecit id quod tradit Bart. Alex. Fran. Ripa. & Dd. l. hæredes mei. §. cum ita ff ad SC. Trebel. Pet. de Ancho. conſ 125. col. 3. ad fin Fran. Aret. conſ. 145. Corn. conſ. 72. col. 2. & conſ. 138 ad fin. lib. 2.*

Et in dubio actus intelligitur factus ſecundum id quod jus diſponit, *Calder. conſ. 11. in fin. tit. de feud. Aym. Cravet. conſ. 186. nu. 9. lib. 1. arg. c. ex literis. extr. de conſtit. c. fides Apoſtolica extr. reſcrip. c. venientes extr. de jurejuran.*

109 Quod non tantum procedit in contractibus ſive diſpoſitionibus privatorum, ſed etiam locum habet in † contractibus ſive diſpoſitionibus Regum, Principum, Cum enim Princeps juſtitia plenus præſumatur, *Bal. conſ. 395. incip. pro Domino. col. 1. in fin. lib. 2.* Iuris præſumptio eſt, Principem velle id. quod jura volunt, *§. omnes. Auth. de judicib. Calcan. conſ. 2. in fin. Aym. Cravet. conſ. 172. nu. 1. lib. 1.*

Et licet ipſe legibus ſolutus ſit, ipſum tamen velle legibus vivere, *l. princeps. ff. de ll. l. digna. vox. C. eo tit. Corn. conſ. 5. nu. 27. lib. 1. Seb. Vant. in tract. de nullit. Rub. an qualibet ſententia poſſit dici nulla, nu. 2.*

Ideoq; voluntas Principis in dubio talis Præſumitur eſſe, qualis de jure communi eſſe debet, *Bal. Alex. & Dd. l. ex facto in prin. arg. illius tex. & ibi Iaſ. nu. 4. & Hiero. verius in rep. nu. 36. ff. vulg. & pup. Bal. l. omnes populi col. 19. ff. juſt. & jur. Bal. c. licet extr. de offi. ordin. Dec. conſ. 383. col. 2. & 3. Fran. de Curt. conſ. 49. chart. 9. col. 2. Bal. l. 2. C. de commun. rei alien. Iaſ. l. Iuſtitia col. 2. ff. de juſt. & ju. Iaſ l. fin. col. 4. ff. de conſtit. Princip. Card. Pariſ. conſ 101. nu. 62. lib. 1. & conſ. 51. nu. 52. lib. 4. Caſſen. conſ 7. nu. 62. & conſ. 64. nu. 18. M. Laud. in tract. de crim. leſ. Majeſt. q. 4. nu. 11. facit text. c. quoniam extr. de fil. præsbyt.*

Et Princeps in privilegiis reliquiſq; diſpoſitionibus intelligitur ſe voluiſſe conformare juri communi, *Card. Pariſ. conſ. 53. nu. 60. lib. 1. arg. c. cauſam. quæ extr. reſcrip. Et eorum quæ notantur in l. ex facto in princ. ff. de vulg. & pup.*

Atq; tàm reſcriptum quàm alius actus Principis ita interpretandum eſt, quod ipſe Princeps voluerit derogare juri communi, *Bart. l. reſcripta C. de precib. Imper. off. Bal. & Dd. l. humanarum C. de ll Corn. conſ 92. nu. 10. lib. 2.* Sed voluerit jus commune in omnibus & per omnia ſequi & imitari, *l. ex facto in princ. ff. de vulg. & pup. c. propoſuit. ext. de conceſ. præb. Lancel. Galiaul. rep. centurio nu. 133. ff. vulg. & pup.* Uſq; adeo quod verba poſita in reſcripto vel alia diſpoſitione Principis debeant conformari æquitati & juri, licet verba illud non patiantur, *gloſ. c. paratus 23. q. 1. Iaſ. l. ex facto in prin. nu. 5 ff. de vulg. & pupil.*

Et ne per contractum vel pactum ſive Principis ſive privati juri communi derogetur vel aliquid juri communi contrarium inducatur, verba ſunt intelligenda ſtrictiſsimè & ad ſignificationem impropriam detorquenda, *Godzad. conſ. 74 nu. 11.*

Imò potius admittendum eſt, ut verba contrahentium ſint penitus ſupervacua, nihilq; operantur quam ut juri communi derogent, vel aliquid contra jus commune diſponant vel introducant, *Gem. c. ſi Papa de privileg. lib. 6. Alex. conſ. 33. nu. 5. verſ. item reſpon. lib. 1. Card. Pariſ. conſ. 11. nu. 48. lib. 1. Cephal. conſ. 104 nu. 9.*

Et contractus initus ſive pactum interpoſitum in materia juris communis quoad hunc finem, ne ille contractus vel pactum ſupervacuum cenſeatur, ſatis operari dicitur in hoc, quod novum remedium vel vinculum ultra juris communis diſpoſitionem inducit, *Godza. conſ. 74 nu. 16. verſ. ſecundò reſpon. Cephal. conſ. 104. nu. 24.*

Cum

Cum itaq; jure communi expreſsè cautum ſit, quod Epiſcopis reliquiſq; Prælatis permittatur feuda antiqua ſive infeudari ſolita ipſiſq; aperta, aliis de novo in feudum concedere, etiam non accedente, conſenſu Capituli & non intervenientibus ſolennitatibus a lege requiſitis.

Item, etiamſi illi Epiſcopi vel Prælati jurato promiſiſſent nullam alienationem vel infeudationem abſq; conſenſu vel licentia Capituli facere, vel præſumere, ſequitur prætenſum factum juratum de quo in caſu præſenti agitur, ſecundum diſpoſitionem juris com. intelligendum & ita accipiendum eſſe, quòd hoc pacto prætenſo non obſtante Archiepiſcopo S. licuerit & permiſſum fuerit caſtrum E. reliqua feuda antiqua ſibi vel prodeceſſoribus ſuis aperta, etiam abſq; conſenſu vel licentia Capituli & non intervenientibus ſolennitatibus in alienatione rerum Eccleſiæ requiſitis alieno de novo in feudum còncedere, etiamſi illud pactum eſſet conceptum verbis univerſalib geminatis & præciſis, Item etiamſi verba illius pacti redderentur ſuperflua nihilq; penitus operantur.

110 Septimo omnis † diſpoſitio, omnis actus, omniaq; verba ſecundum ſubjectam materiam & naturam rei de qua agitur, intelligenda ſunt, c. ſolitæ. & ibi Dd. ext. de majo. & obed. l. ſi uno. in prin. ff. de locat. & cond. l. ſi olei. C. eo tit. l. damni inferri quidam in prin. & ibi Ang. ff. de dam. infect. l. fin. C. non num pecu. Clem. exivi. de verb. ſig. Alex. conſ. 26. nu. 6. lib. 3. cum multis ſimil. alleg. per Georg. Nat. clem. ſæpe col. 4. & col. 64. de verb. ſignif. Neviz. conſ. 92. nu. 12. uſq; ad nu. 42. Nicol. Eberbar. in loco à ſubjecta materia.

111 Quod uſq; adeò verum eſt, ut † tàm verba quàm diſpoſitio qualibet ſecundum ſubjectam materiam intelligenda ſit; etiamſi verba ad ſignificationem impropriè am decorquere oporteat, d. l. ſi uno in prin. ff. locat. & conduct. c. 1. §. porrò. & ibi Dom. de ſtat. reg. lib. 6. glo. l. eas. ff. cond. & demonſtr. Sal. l. quoniam multa facinora, C. ad l. Iul. de vi pub. Imol. l. fin. ff. hæred. inſtit. Dec. & Dd. c. nam concupiſcentiam extr. de conſt. cum multis ſimilib. alleg. per Tiraq. rep. l. ſi nunquam verb. revertatur. nu. 37. C. revo. donatio.

112 Quinimo ut ſerviamus ſubjectæ materiæ, verba † impropriiſſimè ſive impropriiſſima ſignificatione accipienda ſunt, Alex. l. 1. in prin. col. 4. ubi ponderat, Bart. etiam hoc ibi velle, ff. ad l. Falci. Laſ. l. liber homo, in prin. la. 2. nu. 3. ff. de verb. oblig. Nico. Eberbar. in loco à ſub. mat.

Et diſpoſitio † qualibet ſecundum ſubjectam materiam intelligi, reſtringi & declarari debet, etiamſi illa diſpoſitio ſit concepta verbis generalibus, Socin. jun. conſ. 145. nu. 44. lib. 1. Ioan. Cephal. conſ. 76. nu. 87. Prægnantibus, Alex. conſ. 35. nu. 10. & 11. lib. 4. Dec. l. quoties idem ſermo. ff. de reg. jur. Univerſalibus, Dec. l. 1. nu. 15. C. qui admitti. Neviz. conſ. 92. nu. 27. Bal. conſ. 67. col. 2. lib. 3. Bal. c. 1. §. donare col. 2. & ibi Præpoſ. & M. Lauden. qual. feud. olim Franciſ. Aret. & Socin. l. Gallus. §. etiamſi à parente. ff. de lib. & poſth. Barb. conſ. 63. lib. 1. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & quibuscunq; hæredib. nu. 2. Curt. ſen. conſ. 83. col. 5. Dec. conſ. 185. col. 3. Cor. conſ. 199. col. 4. lib. 2. Gemina. Alciat. reſp. 203. nu. 28. arg. l. ſi ſtipulatus, ff. de uſuris, vel aptis infinitatem comprehendere, Catel. Cotta. Mem. incip. quandocunq;. Vbi ipſe atteſtatur, eandem opi. amplecti Bal. & Cor. in locis ab ipſo citatis. 113

Quam ſententiam confirmat id, quod tradit Gammarus in tract. de extenſione charta. 6. col. 2. Ubi ipſe formaliter dicit, quod ſubjectum & materia de qua loquimur, declarant, quo ſenſu verba capienda ſint in tantum, quod quandoq; relicta proptia ſignificatione ad impropriam recurramus & econtrà, Quia ſufficit diſponentem oſtendere ſecundum ſubjectam materiam, quid velit, Quodq; de jure reſpondit Alex. conſ. 216. nu. 5. lib. 6. ubi dicit, quod propter ſubjectam materiam verba capiantur quandoq; largius quandoq; ſtrictius, Atq; etiam ab eodem Alex. alib. ſcriptum eſt, quod verba Inſtrumenti debeant reduci ad materiam contractus & ſubjectam materiam, Et quod quando verba ſunt reducibilia ad ſubjectam materiam nunquam alterent ipſius diſpoſitionem, Alex. conſ. 37. col. 2. lib. 3. Quas deciſiones refert atq; ſequitur Neviz. dicto conſ. 92.

His adde, quod verba univerſalia reſtringantur ſecundum materiam rei & materiam ſubjectam, glo. c. 1. extr. de conſt. glo. 1. dilecto de ſententia excom. lib. 6. Gem. conſ. 29. circa fin. Luc. Syl. conſ. 56. nu. 19.

Quodq; verba univerſalia reſtringantur ad ea, quæ ſunt de natura diſpoſitionis, cui adjiciuntur, Bal. conſ. 67. col. 1. lib. 3. Calca. conſ. 1. col. 15. Dec. l. 1. C. qui admitt. Luc. Syl. con. 57. nu. 19. Cravet. conſ. 144. nu. 7. lib. 1.

Et

Et prædicta procedunt etiam in tali
114 materia, in qua alioquin ſtricta † interpretatio fieri debet, Namq; etiam in illa materia verba ſecundum ſubjectam materiam intelligenda ſunt etiam impropriando verba, *Dec. conſ. 278. col. 4. conſ. 388. nu. 4. & 5. Dec. l. 1. nu. 16. C. qui admitti. Neviz. conſ. 92. nu. 15. Alex. conſ. 5. col. 2 lib. 4. Dec. l. quoties idem ſermo. ff. de Reg. Iur. Tiraq. l. ſi unquam verb. revertatur. 38. C. de revo. donatio.*

Ideoq; in ſtatutis, in quibus alioquin verba debent intelligi propriè & ſtrictè, *l. 3. §. hæc verba. ff. de negoc. geſt.* propter ſubjectam materiam, Item ut diſpoſitio ſtatuti ſubjectæ materiæ conveniat, verba ad ſignificationem impropriam trahuntur, *Paul. Caſt. conſ. 182. lib. 1. Dec. l. 1. nu. 16. C. qui admit. Neviz. conſ. 92. nu. 29.* Imò ut ſubjectæ materiæ ſerviamus, in ſtatutis ſive conſtitutionibus verba etiam impropriiſſimè intelligenda ſunt, *Alex. l. 1. in prin. ff. ad l. Falcid. Iaſ. l. liber homo. la. 2. in prin. nu. 3. ff. de verb. oblig. Nicol. Everhard in loco. à ſubjecta materia.* Etiamſi illa verba univerſalia ſint, *Dec. l. 1. nu. 15. C. qui admitt. Neviz. conſ. 92. nu. 27.*

115 Et illud habet locum etiam in † juramento ſive in diſpoſitione jurata, Namq; etiam juramentum intelligitur, reſtringitur & declaratur, ſecundum ſubjectam materiam ſive naturam rei de qua agitur, *l. fin. C. de non num. pecu. l. fin. ff. qui ſatiſd. cog. Anto. de Bu. & Dd. c. Quintavallis extr. de jurejuran. facit id quod tradit Bar. & Dd. l. ſed etſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cautionibus.*

Et recipit omnes illas conditiones, limitationes, interpretationes & exceptiones, quas recipit principale promiſſum vel diſpoſitum, *Card. Pariſ. conſ. 92. nu. 49. lib. 4.*

116 Præterea quoq; potius † admittendum eſt, ut verba ſint ſupervacua nihilq; operentur, quam ut aliquid operentur contra ſubjectam materiam ſive naturam rei, *Bal. Rub. q. 9. C. de contrah. emp. Dec. conſ. 147. nu. 11. Neviz. conſ. 92. nu. 31. Ioan. Cephal. conſ. 104. nu. 8. Godzad. conſ. 74. nu. 16. verſ. non obſtat, quod verba. Dec. l. quoties idem ſermo nu. 11. ff. de Reg. jur.*

Sed certum eſt, quod natura feudi talis ſit, quod Epiſcopis reliquisq; Prælatis permittatur feudum antiquum & infeudari ſolitum ipſis apertum etiam abſque conſenſu Capituli alteri in feudum concedere.

Igitur ſequitur, quòd pactum ſive ſtatutum de non alienando vel infeudando abſq; conſenſu Capituli ita intelligendum & accipiendum ſit, ut hoc ſtatuto ſive pacto non obſtante Prælatis quibus alienatio ſive infeudatio prohibita eſt, permittatur feuda antiqua & infeudari ſolita ipſis aperta alteri etiam abſq; licentia & ſine conſenſu Capituli concedere, Etiamſi illud pactum ſive ſtatutum ſit conceptum verbis univerſalibus, geminatis vel prægnantibus, Idem etiamſi capiendo hanc interpretationem pactum ſive ſtatutum ſupervacuum redderetur.

Octavò in † contractibus, pactis reli- 117
quisq; diſpoſitionibus ſemper capienda eſt ea interpretatio, quæ utriq; contrahentium utilis eſt, nulli præjudicium fit nullusq; in damno relinquitur, ſed utriq; partium conſulitur, *Paul. Caſtren. Rom. & Alex. l. 1. arg. illius text. & ibi Iaſ. nu. 16. ff. ſi quis cautio. Bal. conſ. 48. incip. iſta quæſtio in fin. lib. 4. Dec. conſ. 562. Cravet. conſ. 20. nu. 12. & conſ. 91. nu. 11. lib. 1. Card. Pariſ. conſ. 74. nu. 8. lib. 3. & conſ. 53. nu. 3. & conſ. 58. nu. 9. & 49. lib. 4. Ioan. Cephal. conſ. 88. nu. 52. lib. 1.*

Sed per hanc interpretationem ut prædictum pactum de non alienando ſive infeudando reſtringatur ad feuda antiqua infeudari ſolita neq; Capitulo neq; Epiſcopo præjudicatur, ſed utriq; jus ſuum conſervatur.

Igitur ſequitur, illam interpretationem abſq; omni dubio capiendam.

Nonò, omnia † ſtatuta omnesq; con- 118
ſtitutiones & conſuetudines interpretationem paſſivam à jure communi recipiunt, *l. 1. §. text. Falcidia & ibi Bar. & Alex. ff. ad l. Fal. l. 1. verſ. ex iis & ibi Bar. ff. de mun. & honor. Bart. l. omnes populi. nu. 60. ff. de Iuſt. & jur. Iaſ. Auth. præterea nu. 14. C. unde vir & uxor.* & ſecundum jus com. intelligenda, declaranda & reſtringenda ſunt, *l. 2. & ibi Bart. C. de noxal. actio.* Etiamſi neceſſe ſit verba ad ſignificationem impropriam detorquere, *c. cum dilectus. & ibi Anto. de But. Imol. & Dd. extr. de conſuet. Roma. conſ. 328. Cor. conſ. 100. col. 3. circa fin. lib. 3. Alex. conſ. 8. col. 3. lib. 4. Ajm. Cra. conſ. 197. nu. 6. lib. 1. Godzad. conſ. 74. nu. 21. Tiraq. in tract. de utroq. retract. par. 1. §. 9. glo. 2. nu. 55.*

Item

Item etiamſi ſtatutum nihil penitus operaretur, ſed ſupervacuum redderetur, prout hoc tradit *Tiraq. in tract. de utroq. retract. parte 1. §. 9. glo. 2. nu. 51. cum trib. ſequentibus.*

Et ad hoc, ne ſtatutum ſupervacuum vel inutile reputetur, ſufficit novum vinculum à ſtatuto introductum, *Iaſ l. Inſtitia verb. tertio & fortius ff. de juſ. & jur. Dec. c. cauſam qui nu. 7. ex. r. de Reſcrip. Godzad. conſ. 74. nu 16. verſ. ſecundò reſpondeo. Ioan. Cephal. conſ. 104. nu. 25.*

Cum itaq; jure communi expreſſè cautum ſit, quod Epiſcopis reliquisq; Prælatis permittatur feudum antiquum ſibi apertum alteri concedere etiam abſq; licentia & conſenſu Capituli, Sequitur, prædictum pactum de non alienando ſive infeudando, etiamſi illud ſtatutum ſive legis vigorem obtineret, nec non etiam ſtatutum ſine conſuetudine de non alienando vel infeudando, ſi quæ forſan in Epiſcopatu H. extaret, ſecundum prædictum jus commune intelligendum & reſtringendum eſſe, ut non extendatur ad feuda antiqua infeudari ſolita, & Prælato aperta, Quodq; tali pacto, ſtatuto vel conſuetudine non obſtante Epiſcopo permittatur feuda antiqua & infeudari ſolita ſibi aperta etiam abſq; conſenſu ſive licentia Capituli alteri concedere.

Et per conſequens, quod Archiepiſcopus T. caſtrum E. prædeceſſori ſuo apertum Nobilibus dominis Frantz & Chriſtoph ab E. abſq; conſenſu & licentia Capituli concedens contra prædictum prætenſum pactum, ſtatutum vel conſuetudinem nihil deliquerit.

119 Decimò, in omnibus † contractibus, promiſſionibus, in reliquisq; diſpoſitionibus potiſſimùm mens, voluntas & intentio contrahentium promitentis ſive diſponentis attendenda atq; verbis præferenda eſt, *l. fin C. qui res pig. oblig. poſſ l. ita ſtipulatus ff. de verbo. oblig l ſi in venditione in fin & ibi glo. Bal. & Paul Caſtr ff. communia præd. l. permittendo in prin. ff. de ju. dot. l ſed & Celſus. §. ſi fundum ff de contrah empt l. 1. C ut actio. ab hære. & cont hære incip. Cum multis ſimilibus alleg. per Tiraq rep. l. ſi nunquam verb libertis nu. 58. C. de revoc. donat.* Et intentioni contrahentium ſtandum eſt, quidquid verba ſonant, *Bal. conſ 417. col. 2. lib. 5.*

Atq; ſecundum mentem ſive mentionem promittentis vel aliter diſponentis effectus verborum ſemper limitandos & reſtringendus eſt, *Ang. conſ. 170. arg. l. cum poteſt. §. dulciſſimi ff. de leg. 2. l. nomen. ſ. fin. de legat. 3.*

120 Quinimò † mens & intentio diſponentis conſideranda eſt, etiamſi verba repugnent vel contrarium ſuadeant, *Ang conſ. 2. col. pen. & conſ. 169. col. 1.* Et ex veriſimili ſive conjecturata mente diſponentis receditur à vi & natura conventionis verbalis, *Bal. l. fin. col. 2. C. de impub. & aliis ſubſtit.*

Et hoc uſq; adeò verum eſt, ut procedat, etiamſi illa voluntas, mens ſive intentio non ſit verbis expreſſa neq; ex verbis colligi poſſit, Sed à jure præſumpta ſive conjecturata ex judiciis, conjecturis vel circumſtantiis, Namq; & illa ſimiliter attendenda & verbis præferenda eſt, perinde atq; ſi illa voluntas verbis expreſſa eſſet, *Bal l. 1. §. ſi is qui. ff. de exerc. actio. Tiraq. rep. l. ſi unquam verb. libertis. nu. 43. C. de revocand. donatio.*

Et prædicta habent locum non tantùm in pactis & contractibus reliquisq; diſpoſitionibus privatis, verùm etiam procedunt in ſtatutis. Namq; & in illis potiſſimum mens ſive voluntas ſtatuentium inſpicienda & verbis præferenda eſt, *Cyn. & Bald. l. 1. ff. ſi cert. pet. Ang. conſ. 69. col. pen. conſ. 119. col. fin. conſ 147. cir. med & conſ. 170. col. 1. Pet. de Ancho. rep. c. 1. col. 16. ext. de conſtit. Ant. de But. c. novit. extr. de jud. Paul. Caſt. conſ. 148. col. 1. lib. 1. Socin. conſ. 108. col. 3. verſ. quartò confirmatur. lib. 3.* Etiamſi neceſſe ſit, verba & offendere, *Bart. l. cont. legem. ff. de legib.* & ad ſignificationem impropriam detorquere, *Bar. l. omnes populi. q. 6. prin. verſ. juxta promiſſa quæro ff. de juſt & jur.* 121

Sed certum eſt, quod † mens ſive voluntas tàm contrahentium quàm ſtatuta condentium, nec non etiam alium actum celebrantium, colligatur ex diſpoſitione juris communis cum contrahentes, ſtatuentes ſive alium actum celebrantes intelligantur ſe voluiſſe conformare juri communi, ſicut hoc ſuperius docuimus.

Similiter mens ſive voluntas paciſcentium, contrahentium ſtatuentium vel alium actum celebrantium, colligitur ex ſubjecta materia ſive illius rei de qua agitur, natura, *l. ſi fundus. in princip. ff ſol. mat. l. ſi duo. & ibi Bal. ff. de acq. hær. l. ſicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pign. Geor. Natt. rep. c. quamvis. col. 36. de pactis. lib. 16. Paul. de Mont. Pico. rep. l. in quarta. col. 28. ff. ad l. Falcid. Ioan. Neviz. conſ 50. nu. 26.*

Cum

Cum itaque jure communi expreſſum, cautum & diſpoſitum ſit, quod Prælato permittatur feuda antiqua vel infeudari ſolita etiam abſque conſenſu ſive licentia Capituli alteri in feudum concedere, atque natura alienationis ſive infeudationis talis ſit, ut talia feuda etiam non adhibita ſolennitate aliqua neque requiſito conſenſu vel licentia alicujus alteri concedi poſſunt. Sequitur, ex eo colligi illorum qui faciunt, generalem pactum vel Statutum de non alienando vel infeudando eam mentem & voluntatem eſſe, ut ſub iſto pacto ſive Statuto non comprehendantur feuda antiqua ſive infeudari ſolita. Et per conſequens, illud pactum ſive Statutum ſecundum hanc mentem intelligendam eſſe, ut eo pacto vel Statuto non obſtante feuda antiqua ſive infeudari ſolita alteri liberè concedi poſſint, etiamſi verba pacti vel Statuti hoc non patiantur.

122 Undecimò, nullum † pactum, Statutum vel alia conſtitutio generalis, extenditur ad illum actum, qui fit non ex voluntate, ſed ex neceſſitate, *l. alienationes ff. famil. erciſcund. l. 1. & ibi Bart. ff. de fundo dotali l. divus. ff. de petit. hæred. l. mulier. §. ſi hæres. ff. de pet. hæred. §. divi. & ibi Dd. & Franc. Ripa num. 40. ff. de leg. 1. l. qui potuerunt. ff. de manum. teſtam. §. licet. Inſtit. qui manum. non poſſunt. Bart. l. quemadmodum. C. de agricol. cenſ. lib. 11. Bart. l. ſi finita. §. ſi de vectigal. ff. de dam. infect. Felin. c. cum acceſſiſſent. num. 20. extr. de conſtit. Tiraquell. in tract. de legib. connub gloſ. 8. quæſt. 23. num. 184 uſq; ad num. 205.*

Sed quando Epiſcopus vel Prælatus feudum antiquum ſibi apertum alteri præſertim cõſanguineo ultimi defuncti cõcedit, illa conceſſio non eſt voluntaria ſed neceſſaria, cum Epiſcopus vel alius Prælatus feudum ſibi apertum penes ſe retinere & in uſus ſuos convertere nequeat, ſed illud alii viciſſim concedere cogatur.

Igitur ſequitur, pactum generale de non alienando vel infeudando, non extendi ad illam alienationem ſive infeudationem, quàm Epiſcopus vel alius Prælatus de feudo ſibi aperto alteri præſertim conſanguinei ultimi poſſeſſoris facit, quod illo pacto non obſtante Epiſcopo vel Prælato permittatur feudum antiquum ſibi apertum ſine licentia & conſenſu Capituli & non ſervata ſolennitate aliqua alteri concedere.

Et per conſequens omninò dicendum & concludendum eſt, etiamſi verum eſſet, prout hoc à Capitulo H. prætenditur, Archiepiſcopum S. jurato promiſiſſe nullum feudum nullo modo abſque conſenſu & licentia Capituli alteri concedere, hanc tamen promiſſionem juratam non extendi ad feuda antiqua Epiſcopo aperta, quodq; Archiepiſcopus S. non obſtante tali pacto, caſtrum E. quod ultra 65. annos apud familiam Nobilium à D. fuit ſibi apertum licitè & omni jure permittente, potuerit Nobilibus Dominis F. & C. à D. non accedente conſenſu Capituli concedere.

123 Duodecimò, † Statutum ſive Conſtitutio quantumvis generalis, non extenditur ad perſonas, cauſas vel caſus privilegiatos, *l. decurionibus. & ibi gloſ. Bart. & Ioan. de Plat. C. de ſilent. lib. 1. Bald. l. 1. C. de nov. Cod. confic. Bald. l. non plures. in fin. C. de SS. Eccl. Bal. l. fin. in fin. C ſi contra jus vel util. publ. Bald. cap. 1. & Martin Laudenſ. & Præpoſ. quo tempore miles Salicet. l. final. in princip. argum. illius text. C. de Iudæ. Iaſ. l. 1. num. 9. ff ſolut. matrim. cum multis ſimilibus allegat. per Tiraq. in tit. de utroq; retract. part. 1. §. 1. gloſ. 14. num. 104.*

Idem quoque juris eſt & in pacto generali, illud enim ſimiliter non extendi debet ad perſonas, cauſas vel caſus privilegiatos, nec ulli in privilegio ſuo præjudicare, cum bonum ſit argumentum à Statuto ad pactum, præſertim negativè ſumptum, *gloſ §. cum impubes. verb. juberet. Inſtit. de adopt. Bart l. alia. §. eleganter. ff. ſolut. matrim. Iaſ l. non eſt impoſſibile. ff. de pactis. Nicol. Everhard. in ſua Topic. in loco à pacto ad legem circa fin.*

124 Sed cauſa meritorum eſt † admodum privilegiata, prout illud latiſſimè tradit & congerit *Roman. l. ſi verò. §. de viro numer. 258. ff. ſolut. matrim. Alex. & Dec. l ſi donatione C. de collat. Iaſ. l. ex hoc jure. ff. de juſt. & jur. Iaſ. l. ſi non ſortem. §. libertus. ff de condict. indeb. Ioan. Lupus repet. Rub. §. ſecundo limita. extr. de donat. inter vir. & uxor. Suartz. in l. regni. tit. de lucris ſive acquiſitis limit. tertia. Socin. conſil. 67. lib. 1. Tiraquel. repet. l. ſi unquam. verb. donatione largitus. num. 41. uſq; ad num. 70. C. de revoc. donatio. Curt. jun. conſ. 67. col. fin. & conſ. 142. num 4.*

Et in ſpecie, quod cauſa meritorum inter cætera etiam in hoc privilegiata ſit,

quod Archiepiſcopo, Epiſcopo vel ſimili Prælato permittatur res Eccleſiæ etiam in caſibus alioquin prohibitis alienare, probat text. *l. jubemus nulli. §. ſcientes. ibi ad viciſſitudinem beneficij colorati ſumpto argumento à contrario ſenſu. & ibi gloß. verb. permiſſam. Albert. de Roſat. Paul. Caſtrenſ. & Dd. C. de SS. Eccleſ. cap. quicunq; ſuffragio. & ibi gloß. 12. q. 2. cap. per tuas. & ibi Panorm. & Barb. extr. de donatio. c. relatum. cl. 2. & ibi Panorm. extr. de teſtam. gloſ. §. 1. verb. ſancimus. authent. de aliena. & empt. Iaſon l. ex hoc jure 6. ff. de juſt. & jur. Iaſ. l. ſi non ſortem. §. libertus. num. 86. effectu. ff. de condict. indeb. Paul Caſtrenſ. conſ. 74. in princip. lib. 1. Alex. conſ 55. col. 3. lib. 1. Luc. Sylv. conſ. 20. num. 16. Tiraquel. repet. l. ſi unquam. verb. donatione largitus. num. 27. C. de revoc. donat. Ioan. Lup. repet. Rub. §. limita ſecundò. num. 3. & 4. extr. de donat. int. vir. & uxor.*

125 Et hoc habet locum non tantùm † in meritis collatis in Eccleſiam vel Epiſcoparum, verùm etiam in meritis collatis in perſonam Epiſcopi vel Prælati. Namque nihilominus propter talia merita res Eccleſiæ alioquin alienari prohibitæ, licitè alienari poſſunt, *c. perpetuas. & ibi Panormit. num. 2. extr. de donatio. cap. relatum. cl. 2. extr. de teſtam.*

Et licet Panormitan. *in d. cap. per tuas. numer. 2. extr. de donatio.* hoc ita reſtringat, ut procedat tantùm in meritis collatis in perſonam Epiſcopi vel Prælati reſpectu Eccleſiæ, nec ullo modo procedat in meritis collatis in perſonam Epiſcopi vel Prælati, non reſpectu Eccleſiæ ſed reſpectu perſonæ: Attamen illa reſtrictio Panormitan. non habet locum eo caſu, quando per illam alienationem propter merita factam res alienata priſtinæ ſuæ naturæ redditur ſive reſtituitur, utputa, ſi feudum antiquum & infeudari ſolitum Epiſcopo ſive Prælato apertum alteri in feudum iterum concedatur, tunc enim ad reddendam hanc conceſſionem licitam & permiſſam quælibet merita etiam reſpicientia ſolam perſonam Prælati ſufficere debent, eam ob cauſam, quia quælibet res facillimè revertitur ſive reſtituitur naturæ priſtinæ, & ad hæc, ut res quælibet naturæ priſtinæ reſtituatur; illud ſufficit, quod alioquin inſufficiens eſſet, *l. ſi unus. §. pactus ne peteret. & ibi Iaſon numer. 5. uſque ad numer. 12. ff. de pactis. cap. ab exordio. junctâ gloſ. diſ. 35. Socin. conſil. 35. col. 6. & conſil. 59. numer. 8. lib. 1. Angel. conſil. 10. numer. 3. verſ. ſecundò quia res. Tiraquell. in tractat. de primogen. quæſt. 24. numer. 5. cum tribus ſequentib. Tiraquell. in tractat. de poſſeß. cauſ. 51. num. 16.*

Igitur ſequitur, pactum ſive Statutum generale & expreſſum de non alienando vel infeudando abſque conſenſu vel licentia Capituli feudi antiqua & infeudari ſolita, Prælato aperta non extendi ad illum caſum, quando Prælatus tale feudum ſibi apertum propter benemerita alteri concedere ſive in alium transferre vult.

Decimò tertiò, licet per † generalem 126
aſſertionem meritorum merita regulariter non probantur, præſertim in prohibitis: Attamen hoc videtur non habere locum eo caſu, quando res priſtinæ ſuæ naturæ redditur ſive reſtituitur; Cum alioquin prohibitum quoad iſtum effectum permiſſum cenſeatur, *l. ſi unus §. pactus ne peteret. & ibi Iaſ. num. 6. ff. de pactis. cum multis ſimilib. allegat. ſuprà.*

Similiter per aſſertionem etiam generalem abſque omni dubio merita probantur etiam in prohibitis, eo caſu, quando iſta aſſertio aliquibus conjecturis, præſumptionibus ſive judiciis adjuvatur, *Bald. l. jubemus, la. 2. in fin. princ. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Dec. cap. quoniam contra. col. 21. verſ. ſed reſpondere poteſt. extr. de probationibus. Tiraquell. repet. l. ſi unquam. ver. donatione largitus. num. 100. C. de revocand. donat. Aymon. Cravet. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 1. §. quartò limitatur. num. 38. facit id quod tradit idem Cravete. conſ. 40. num. 4. & 5. lib. 1.*

Sed in caſu præſenti agitur de hoc, ut caſtrum E. quod eſt feudum antiquum & infeudari ſolitum, naturæ priſtinæ reſtituatur.

Et licet in inſtrumento confecto ſuper inveſtitura de caſtro E. Nobilibus Dominis à D. facta, tantùm mentio ſive aſſertio generalis meritorum fiat, Attamen illa aſſertio generalis meritorum multis conjecturis adjuvatur, dum habito reſpectu in perſonam dictorum Nobilium, qui in illo caſtro inveſtiti ſunt, qui cum ſint Nobiles, magnam pro ſe
præſumptionem † virtutis, nec non etiam 127
omnis generis officii & obſequii præſtiti habent, *gloß. cap. illud. diſtinctio. 40. Ioan. Andr. cap. conſtitutum. cl. 2. col. pen. extr. de ap-*

de appell. Angel. l. ſi bonæ fidei. argum. ill. text. ff. de rei vendicat. Petr. Gerhard. ſingul. 30. Corſet. cap. grandi. de ſuppl. neglig. Prælatorum. lib. 6. Barbat. l. ſed ex ſtipulatu. col. 9. ff. de bonorum obligat. Barbat. conſ. 3. col. 13. lib. 2. conſ. 60. lib. 3. conſ. 46. col. antepen. lib. 4. Iaſ. l. ſi pecuniam. §. final. in fin. ff. de cond. ob cauſam. Iaſ. authent. jubemus. num. 12. verſ facit. C. de judicijs. Ioan Lup. repet. Ruin. col. 2. extr. de donat. inter vir. & uxor. Alciat. in tract. de præſumpt. arg. 1. præſumpt. 48. Roman. ſingul. 7 31. Catellian. Cotta memorabili. Nobilitas habetur. Tiraquell. in tract. de nobilitate cap. 10. num. 20.

Tum quia Nobilis F. à D. longo tempore fuit in ſervitio Illuſtriſſimorum Marchiunum Branden.

Tum quia ab illo tempore, quod aſſertio generalis meritorum ab Archiepiſcopo S. facta eſt, jam ſeptem anni elapſi ſunt, qui lapſus temporis aſſertioni generali de meritis adminiculum præbet, *Socin lib. 1. col. 15. verſ ſed ſi iſta opinio. ff. ſolut. matrim. Cravett. conſ. 40. num. 4. lib. 1. fac. text. l. Procula. ff. de probat.*

Igitur ſequitur, in caſu præſenti per aſſertionem ſive affirmationem generalem meritorum factam ab Archiepiſcopo S. in inſtrumento inveſtituræ merita plene & ſufficienter probari. Et per conſequens illam inveſtitutam de caſtro E. ratam eſſe, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, ſuam Illuſtrem Celſitudinem præſtitiſſe ſpeciale juramentum, de non alienando vel infeudando abſque licentia ſive conſenſu Capituli feuda antiqua ſibi aperta, multò verò magis hoc locum habet, cum prout Capitulum prætendit, Archiepiſcopus S. tantùm præſtiterit generale juramentum de non alienando vel infeudando abſque conſenſu Capituli, nulla facta mentione ſpeciali de feudis antiquis vel infeudari ſolitis.

128 Decimò quartò, † merita in dubio præſumuntur eſſe convenientia æſtimationi rei propter merita conceſſæ, *argum. l. de minoribus. ff. de minoribus. l. hæreditatem. C. mandati. Bald. l. per diverſas. quæſt. 4. C. eod. tit. Panthal. Crem. repet. l. 2. num. 213. & 260. C. de reſcind. vend.* Et ſicut læſio non præſumitur in precio, *Socin. conſil. 115. nu. 5. lib. 1. conſil. 57. num. 30. lib. 3. Corn. conſ 6. lib. 1. & conſ. 72. lib. 3. Matth. de Afflict. deciſ. 220. & deciſ. 322. Card. Pariſ. conſ. 49. nu. 298. conſ 96. num. 67. lib. 1.* Ita quoque nec in meritis læſio præſumi debet.

Quinimò † donatio ſive conceſſio à 129
Principe ſeculari vel eccleſiaſtico ob merita facta indiſtinctè valet & tenet, licet illa non reſpondeant æſtimatione rei donatæ, dummodo illa reſpondeant liberalitati Principis, quæ major eſſe debet quàm alterius privati, *Barbat. cap. ſedes Apoſtolica col. 2. extr. de reſcript. Corn. conſil. 143 col. 2. lib. 2. Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verſ. donatione largitus. num. 84. & 85. C. de revoc. donat.* ubi Tiraquellus poſt relatam opinionem Barbatiæ & Cornei formaliter inquit: Ego huic Cornei & Barbatiæ ſententiæ eò magis accedo, quoniam legerim apud Servium, virum antiquitatis peritiſſimum, enarrantem illud Virgilii lib. 1. Æneidos:

—————————*At memor ille*
Matris Acidaliæ.

Majores illos noſtros ſcienter tres illas Gratias ita depinxiſſe, ut una averſa, duæ nos reſpicerent, ſic docentes, Profectam à nobis gratiam duplicem reverti debere, id eſt, remunerationem largiore cumulatioreque menſura eſſe rependendam, nec ad calculos expenſorum & acceptorum renovandam, quod & juſſit Heſiodus Poëta ut antiquiſſimus, ita optimus in eo libro cui titulus eſt ἔργα καὶ ἡμέραι, id eſt, Opera & dies. Hujus enim illic ea eſt ſententia, Quæ acceperis beneficia, ea reddenda, αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον αἴ κε δύνηαι, id eſt, eadem menſura, & melius, ſi poſſis.

Quod & repetiit Tullius ex eo monens lib. 1. Officior. Nos imitari debere agros fertiles, qui multò plus afferunt, quam acceperunt. Ex quo è noſtris *Guilhel. Cuman.* quem ſequitur *Alexand. in l. 3. in princip. ff. quod quiq. juris.* tradit, quod cum agitur de remuneratione, latè debet fieri interpretatio, & ſequitur *Philip. Dec. cap. ult. col. 1. verſ. ſed conſiderandum eſt. extr. de conſt. & conſ. 189. conſulitur. col. 1. & conſ. 193. cujus ſuprà ſcriptionē incipit in ſucceſſione feudi col. 2. verſ & etiam in dubio. & conſil. 414. conſideratè accuratè. col. 2. verſic. & hec idem. & conſil. 614. in cauſa feudali. col. 2. &*

Ferdin. Loaz. in repet. l. filiusfamilias. ſ. divi. ſol. 10. col. 2. verſ. non obſtat etiam. ff. de leg. 1. Lud. Godzad. conſil. 8. in hac cauſa. col. 6. num. 28. & idem voluit Raph. Cuman. conſ. 167. Prælatus certa Eccleſiæ. col ult.

. Huc etiam accedunt, quod Principes multa magnaq; largientes putent, ſe parva & modica concedere, *gloſ. l. ſed etſi ſuſceperit. ſ. 1. verb. modica. ff. de jud.*

Ex quo infertur, conceſſionem caſtri E. ab Archiepiſcopo S. Nobilibus Dominis à D. factam indiſtinctè renumeratoriam cenſendam, & ut renumeratoriam valere & ratam eſſe, etiamſi merita non reſpondeant æſtimationi illius caſtri, quod tamen minimè conceditur.

130 Decimò quintò, † ſocius ſive adjunctus regulariter fruitur omnibus privilegiis ſocio indultis, *l. ſi communem. ff. quemadmodum ſerv. amitt. l. ſi poſt mortem. §. fin. & ibi Bart. ff. de bonor. poſſeſ. contra tabul. l. Ariſt. ff. quæ res pign. oblig. poſſeſ. cap pen & ibi Baldus extr de appellatio. cap. in ſacris. extr. de ſepult. l. ſi is qui duos. & ibi Bart. ff. lib. leg Iaſ. l. 1. numer. 1. & 2. C. de tranſact. Iaſ. l. ſi emancipati num. 5. uſque ad num 25. C. de coll. Felin. cap. placuit. num. 6. extr. de præſcript.*

Ex quo infertur, etiamſi unus tantùm ex dictis Dominis Nobilibus virtute & meritis excelleret, alium tamen propter hujus virtutem excellentiam & merita omnibus & iiſdem privilegiis, quæ propter excellentiam virtutis & meritorum introducta ſunt, uti & frui.

131 Decimò ſextò, verba † contractus ſunt ſtrictiſſimè intelligenda, *l. quicquid aſtringendæ. ff. de verborum obligationib.* eo potiſſimùm caſu, quando contractus ſive pactum eſt juri communi contrarium, tunc enim quantum fieri poteſt, reſtringi debent, ne juri communi derogent, etiamſi neceſſe ſit, verba ad ſignificationem impropriam detorquere, *Godzad. conſil. 74. num. 11.*

Etſi pactum vel contractus juri communi contrarium ſive derogatorium, in uno ſaltem caſu etiam modicè quid operetur, hoc ſufficit, ita ut in omnibus aliis ſecundum jus commune intelligi & ita reſtringi debeat, ne in aliis juri communi derogatum intelligatur, *Godzad. conſ. 74. numer. 11. Ioan. Cephal. conſ. 804. num. 17.* ubi ipſe pro hoc allegat *text. c. cum dilectus. extr. de conſuet, l. 2. C. de noxal. act. gloſ. l. raptores. C. de rapt. virg. Ruin. l. 1. col. 17. ff. de leg. 1. Ruin conſ. 92. num. 12. & 13. lib. 2. conſ. 23. num. 10. lib. 3. Dec. l cum quidam. num. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. Alexand. l. 4. ſ. Prætor. col. 4. ff. de damno infect. Roman. conſ. 199. numer. 6. Curt. junior conſ. 105. colum. 1.* Et ſubjungit, licet ex his multi de Statuto loquantur, tamen in pacto idem eſt dicendum, cum Statuto æquiparetur, *l. non impoſſibile. ff. de pact. gloſ. Rubr. C. de decret. decurior. lib. 10. Ang. conſ. 187. col. 3.*

Et in ſpecie, quod juramentum de non alienando vel infeudando à Prælato præſtitum, ſit ſtricti juris & ſtrictè intelligendum, tradit *Panorm. c. ut ſuper. num. 15. extr. de reb. Eccleſ. non alien.*

Igitur ſequitur, ſive prætenſum pactum juratum, de quo in caſu præſenti agitur, ſit generale de non alienandis vel infeudandis feudis vel rebus ad Epiſcopatum H. pertinentibus, ſive ſit ſpeciale, de non alienandis vel infeudandis abſque conſenſu Capituli feudis antiquis & infeudari ſolitis, illud pactum eſt ſtrictiſſimè intelligendum, & quantum fieri poteſt, reſtringendum, nec non etiam ita accipiendum, ut non habeat locum in noſtro & ſimilibus caſibus, quando alienatio fit propter benemerita.

132 Decimò ſeptimò, ab † omni penitùs diſpoſitione, tam legis ſive Statuti, quàm contractus, nec non etiam qualibet alia, ſive illa ſit Principum ſive Magiſtratus ſive privatorum, illud quod ex juſta & legitima cauſa fit, exceptum intelligitur, *l. etſi ſeverior. & ibi gloſ. & Dd. C. ex quibus cauſis infam. irrogetur. l. quid ergò. §. pœna gravior. & ibi gloſ. & Dd. ff. de his qui not. infam. l. ſi hominem. & ibi Bartol. ff. mand. Franc. Cremo. ſingul. 151. Hippolyt. de Marſil. ſingul. 230. Covar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 9. numer. 8. Felin. cap. 1. num. 49. & 50. extr. de conſtit. Hippol. de Marſil. in tractat. de pœnis. in præfat. num. 16. uſq; ad num. 54.*

Quod etiam in Statutis, Conſtitutionibus, pactis & reliquis diſpoſitionibus juratis ſive juramento confirmatis locum habet. Namque etiam ab illis ſemper exceptum intelligitur id, quod ex juſta cauſa fit, *Baldus & Paulus Caſtrenſ. l. etſi ſeverior. C. de his, qui not. infam. Bald. & Dd. Rubr. & ibi Hub. Zuchar. in repet nu. 13. C qui admitt. Roman. Rub. col. 5. ff. de arbit, Roman.*

conſ.

conſ. 429. Franc. Aret. c. at ſi Cleric. §. de adulterijs. extr. de jud. Guid. Papæ deciſ. 206. Ioan. Andr. & Panorm. c. 1. extr. de his quæ fiunt à major. part. cap. Barb. conſ. 1. & conſ. 76. num. 4. lib. 1. Felin. c. 1. extr. de conſt. Iaſ. l. omnes populi. lect. 1. in fin. ff. de juſt. & jur. Tiraquell. in tract. de pœn. in præfat. num. 23. & 33.

Quinimò, cauſa juſta non tantùm ab omni diſpoſitione excopta intelligitur, ſed etiam Principes contrarium alioquin irrevocabilem ex cauſa juſta & legitima penitùs revocare & retractare poſſunt, *Bald. l. fin. in princip. ff. de ſenato. Bald. l. penult. C. de don. inter vir. & uxor. Anton. de Butr. c. cum M. Ferrarienſis extr. de conſtit. Roman. conſ. 352. ante finem. Alexand. conſ. 101. col. 5. lib. 1. conſ. 216. col. 5. lib. 2. Socin. conſ. 58. col. 1. in fin. lib. 3.*

Sed cauſa meritorum eſt juſta & legitima cauſa. Igitur ſequitur, pactum juratum ſive etiam Statutum vel Conſtitutionem juratam de non alienandis vel infeudandis feudis antiquis vel infeudari ſolitis, abſque conſenſu ſive licentia Capituli ita accipiendam & intelligendam eſſe, quod non procedat in alienatione vel infeudatione facta propter benemerita.

133 Decimò octavò, † inſolita ſive inconſueta præſumuntur eſſe facta per errorem, *Ioan. de Anan. c. quam gravi. extr. de crim. falſ. Alb. Brun. conſ. 165.*

Quod confirmatur ex eo, quod traditur, ſi quid in renovatione inveſtituræ contra ſolitum morem innovatum fuerit, hoc præſumi errore factum, *Alex. conſ. 55. num. 18. lib. 4.*

134 Similiter ea quæ † inſolita vel incònſueta ſunt, præſumuntur extorta per dolum & fraudem, *Bald. c. quia veriſimile. extr. de præſumpt. Bald. l. ſi quis ſub conditione. ff. de cond. inſtit. Bald. c. 1. in princ. num. 8. & ibi Matth. de Afflict. num 149. de feud. da. in vic. & commiſſ. Cæpoll in tract. de ſimul. contract. ib. præſumpt. 9. Corn conſ. 41. num. 8. lib. 3. Socin. conſ. 262. num. 4. lib. 2. Iaſ. l. teſtamentum num. 4. & 5. C. de teſtam. Nevizan. inter conſ. Alb. Brun conſ. 12. num. 164. Nevizan. conſ. 11. Hippolyt. de Marſil. l. de minore. in pr. num. 13. & 14. ff. de qq.* vel merum, *Speculat. in tit. de feud. §. quoniam. verſ. & hoc modo. Socin. conſ. 257. num. 2. verſ. ſecundò infero. lib. 2. Ioan Andr. c. 1. de præſcript. lib. 6. Bald. c. 1 de feud. guardi. Bald Alvarot. Præpoſ & Matth. de Afflict. c. 1. qual. Vaſ. jurare debeat. Bald. c. 1. §. pactiones. de pace conſtit. Bald. conſ. 215. lib. 2. Iaſ. l. teſtamentum. num. 5. C. de teſtamentis. Nevizan. conſ. 11. num. 3.*

Et hoc uſque adeò verum eſt, ut contra illam † præſumptionem, quæ ex inſoli- 135
tis ſive inconſuetis deſcendit, probatio in contrarium non admittatur, *Hipp. de Marſ. l. de minore in princip. num. 13. ff. de qq. Neviz. inter conſ. Alb. Brun. conſ. 12. num. 166.*

Illaq; præſumptio ſive præſumptiva † 136
probatio etiam ad ſucceſſores tranſit & ſucceſſoribus patrocinatur, *Corn. conſ. 127. col. 8. lib. 2 Neviz. conſ. 11. num. 5.*

Deinde quoque certum eſt, quod † ju- 137
ramentum per errorem præſtitum ipſo jure non ſit obligatorium, cum errantis nullus ſit conſenſus, *l. non idcircò. C. de juris & facti ignor. l. ſi per errorem. ff. de juriſdict. omn. jud. l. 2. in princip. ff de jud. l. 2. in princ. ff. de jud. l. nihil conſenſus. §. non videtur. & ibi Dec. & Cagn. ff. de reg. jur.* Et juramentum non obliget in his, in quibus conſenſus deficit, *l. fin. C. de non numer. pecun. Iaſ. l. ſi convenerit. num. 16. ff. de juriſd. omn. jud.*

Similiter dolus † viciat actum juratum 138
ipſo jure, *Neviz. conſ. 11 num 12.*

Et licet † metus regulariter non vitiet 139
actum juratum ipſo jure, *Felin. cap. pervenit. num. 2. & ibi Panorm. & Dd. extr. de jurejur.* Attamen à juramento per metum præſtito abſolutiu peti poteſt, *c. pervenit. el. 1. & ibi Anton. de Butr. Card. Imol. Abb. extr. de jurejur. c. ſi verò extr. eod. tit.*

Et in iis, quæ regulariter prohibita ſunt, ſive quæ legi refragantur, quale eſt illud, quod Prælato non liceat feuda antiqua vel infeudari ſolita alteri concedere, metus ſive impreſſio actum ipſo jure vitiat, *c. cum contingat. extr. de jurejur. c. 2. de pact. lib. 6. c. licet. de jurejur. lib. 6. Felin. c. pervenit. el. 1. num. 2. extr. de jurejur.*

Si itaque illi Archiepiſcopi vel Epiſcopi M. & H. qui ante Archiepiſcopum F. iſto munere functi ſunt, non præſtitiſſent, illud juramentum de non infeudando vel alienando ſequeretur, præſumptionem juris talem eſſe, quod illud juramentum ab Archiepiſcopo F. & S. per errorem præſtitum, imò dolo & metu extortum eſſet, eamq; ob cauſam illud juramentum vel ipſo jure nullum vel ſaltem annulandum eſſe. Et per conſequens, illud impedire non potuiſſe præd. inveſtituram de caſtro E. Nobilibus Dominis à D. factam.

Decimò nonò, † actus geſtus ſive 140
contractus initus contra juramentum ſo-

lenne & validum ſive contra promiſſionem juratam valet vel tenet, & per traditionem ſubſequentem illum actum dominium in accipientem transfertur, *Immol. Ioan. Andr. Hoſt. Anton. de Butr. Petr. de Anch. Panorm. & Dd. c. dilecto. ext. de præbend. Ioan. Andr. c. quod ſemel. de reg. jur. lib. 6. Archid. c. ſi à ſede. de præb. lib. 6. Specul. in tit. de empt. & vend. §. tertio loco. verſ. quod ergò, in fin. Abb. c. ſi diligenti. col. 2. extr. de præſcript. Abb. c. intellecto. col. pen. extr. de jurejur. Abb. conſ. 41. & conſ. 48. lib. 2. Paul. Caſtr. conſ. 339. lib. 1. Alex. conſ. 18. lib. 2. conſ. 16. lib. 3. conſ. 29. nu. 27. & 15. lib. 5. conſ. 224. num. 9. lib. 6. Iaſ. l. ſi duo patroni §. idem Pomponius. num. 10. ff. de jurejur. Iaſ. l. non ſolum. §. morte. ff. de oper. nov. nunc. Iaſ. l. ſi ita quis. §. ea lege. num. 23. & ibi Franc. Arer. ff. de verb. oblig. Iaſ. conſ. 211. col. 2. lib. 2. Ruin. conſ. 109. col. 9. in pr. lib. 4. Godzad. conſ. 14. col. 1. Crot. repet. l. filiusfamilias. §. divi. col. 25. & ibi repetentes Hiſpani num. 429. ff. de leg. 1. Hipp. de Marſ. ſing. 359. Cravett. conſ. 170 num. 11. & conſ. 191. nu. 6. Rol. à Vall. conſ. 62. num. 4. lib. 2. arg. c. ſicut ex his. & c. de illis. extr. de ſponſal. c. 9. extr. de ſponſ. duorum. gl. fin. §. fin. de Procurat. lib. 6.* Eamq; ſententiam communem eſſe atteſtatur *Iaſ. Ruin. & Rol. à Vall. in conſ. ſuprà citatis.*

Et in ſpecie, quod hoc habeat locum
141 etiam in Prælato ſive Epiſcopo, qui † juramentum ſolenne & validum præſtitit de non alienandis vel infeudandis rebus eccleſiaſticis abſque conſenſu ſive licentia Superioris vel Capituli, quodq; alienatio vel infeudatio contra juramentum præſtitum abſque conſenſu vel licentia Superioris vel Capituli à Prælato facta teneat & valeat, tradit *Caſ. Calder. c. cum contingat. extr. de jurejur. Panorm. c. intellecto. num. 9. extr. eod. tit. Iaſ. l. ſi ita quis. §. ea lege. nu. 27. verſ. ſextò facit. ff. de verb. oblig.*

Igitur ſequitur, etiamſi prætenſum juramentum ab Archiepiſcopo S. præſtitum de non alienandis vel infeudandis feudis abſque conſenſu Capituli in genere vel in ſpecie extenderetur ad caſum præſentem, quod tamen nihilominus conceſſio vel infeudatio de caſtro E. Nobilibus à D. facta, non obſtante prædicto prætenſo juramento contrario valeat & teneat, etiamſi docere non poſſit, conſenſum Capituli ad hanc alienationem vel infeudationem acceſſiſſe.

Vigeſimò, licet Dd. citati in rationibus dubitandi velint, † pacta ſive contra- 142
ctus illorum, qui habent legis condendæ poteſtatem, legis vigorem obtinere. Attamen hoc tantùm procedit in contractibus ſive pactis Principum, qui vel quæ ſunt Corpori Juris communis inſerti inſertavè, ſecus autem eſt in illis, quæ non ſunt Corpori Juris inſerta, *Paul. Caſtr. l. 1. ff. de conſt. Princip. Andr. Barbat. Rubr. & ibi Felin. num. 1. extr. de reſcript.*

Secundò hoc limitatur, ut procedat tantùm in Imp. Papa reliquisq; Principibus ſuperiorem non recognoſcentibus. Secus autem eſt in Principibus ſuperiorem recognoſcentibus. Namq; illorum contractus legis vigorem non obtinent, *Ang. Rom. Raph. Fulgoſ. & Alexand. l. 1. in princip. & ibi Iaſ. num. 24. ff. de ſer. Iaſ. l. 1. num. 6. ff. de conſtit. Princip. Alex. l. civitas. & ibi Iaſ. num. 7. ff. ſi cert. pet. Felin. Rubr. num. 1. extr. de reſcript.*

Tertiò hoc limitatur, ut tunc demum procedat, quando expreſsè conſtat, illud à Principe expreſsè actum ſive illam Principis mentem eſſe, ut pactum ſive contractus ipſius legis vigorem obtineat, alioquin verò ſecus eſt, *Alex. l. civitas. & ibi Dec. num. 6. ff. ſi cert. pet. Dec. Rubr. extr. de reſcript.*

Cum itaque prædictum pactum, de quo in caſo præſenti agitur, non ſit Corpori Juris inſertum & ſit initum ab iis, qui ſuperiorem recognoſcunt, nec etiam hactenus probatum ſit, illud expreſsè actum eſſe, ut iſtud pactum legis ſive Statuti vigorem obtineat. Sequitur illud pactum legis ſive Statuti vigorem non obtinere.

Vigeſimò primò, † pacta Principum 143
ſive illorum, qui habent legis condendi poteſtatem etiam in illis caſibus, in quibus talia pacta legis ſive Statuti vigorem obtinent, nihil penitus valent, nec ullius efficaciæ ſunt, quando vel illa pacta ab initio obſervata non fuerint, vel quando ex poſt facto per decem annos contrarium obſervatum fuit, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Alex. conſ. 18. num. 4. & 5. lib. 2.*

Sed illud pactum, de quo in caſu præſenti agitur, ab initio non fuit uſu receptum, & ex poſt facto ultra decem annos contrarium obſervatum.

Igitur etiam ex hoc capite ſequitur, prætenſum pactum juratum in caſu præſenti nihil operari, nec inveſtituram factam de caſtro E. dictis Dominis Nobilib. à D. infringere vel deſtruere poſſe.

Vige-

144 Vigeſimò ſecundò, † actus geſtus vel contractus initus contra prohibitionem legis vel Statuti valet & tenet, eo caſu, quando lex ſive Statutum non continet prohibitionem perpetuam, *gloſ. Clem. 1. inhibentes de jur. patron. Iaſ. l. non dubium. num. 18. limit. 2. C. de legib.*

Idem quoque juris, quando prohibitio legis vel Statuti non reſpicit ſubſtantiam actus, ſed tantùm ejus qualitatem, *Paul. Caſtrenſ. l. non dubium. col. 9. & ibi Iaſ. num. 20. C. de legib.*

Similiter contractus initus vel actus geſtus non contra jus civile ſed contra jus prætorium ſive tale ſtatutum, quod juris prætorii vim obtinet, valet & tenet, *Paul. Caſtrenſ. d. l. non dubium. col. 9. & ibi Iaſ. numer. 22.*

Ideoque contractus initus ſive actus geſtus contra Statutum Archiepiſcopi vel Epiſcopi valet & tenet, *Iaſ. d. l. non dubium. nu. 22.* eam ob cauſam, quia Statuta contra Epiſcop. & Archiepiſc. juris non civilis ſed prætorii vim & vigorē obtinent, *Bart. Alex. Franc. Aret. & Dd. l. 5. in pr. & ibi Iaſ. n. 9. ff. de verb. oblig. Bart. l. 2. in fin. ff. de bon. poſſeſ. Bart. l. 2. §. fin. ff. de uſucap. pro empt. Bald. l. id quod. col. 3. C. de Epiſcop. & Cleric. Iaſ. d. l. non dubium num. 21.*

Eodem modo & illa regula quæ vult, quod actus geſtus contra conſuetudinem legis vel Statuti non valeat, in eo quidem judicio non habet locum, quando per talem actum res aliqua redditur ſive reſtituitur naturæ priſtinæ, cum tali caſu illud & admittatur & ſuſtineatur, quod alioquin non admitteretur neque ſuſtineretur, *l. ſi unus. §. pactus ne peteret. & ibi Iaſ. ff. de pact.*

Deinde quoque illa regula, quod acta vel præſumpta contra prohibitionem legis vel Statuti non valeant, limitatur, ut procedat tantùm in pactis geſtis vel præſumptis contra legem vel Statutum proprium, Secus autem eſt, ſi ille actus geſtus vel præſumptus fuerit contra pactum legis vel Statuti vigorem obtinens. Eam ob cauſam
145 quia clari juris eſt, quod † annulatio actus pœna ſit, & pœnæ appellatione veniat, *l. ſenatus. ff. de contrah. empt. Bart. l. turpia. ff. de leg. 1. Bart. l. Prætor ait. ff. de oper. nov. nunc. Bart. l. 1. ff. de his quæ pro non ſcript. hab. Bald. l. nemo Martyres. C. de SS. Eccleſ. Felin. c. 2. col. 1. extr. de teſtib. Sebaſt. Vant. in tract. de nullit. Rubr. quid ſit nullitas. num. 15. & 28. Gemin. c. diſpendia. §. reus quoq. de reſcript. lib. 6. Iaſ. l. cum quidam. num. 19. ff. de liber. & poſthum. Petr. Reb. in tract. nominationum. q. 19. num. 1. ad hoc allegans. c. ſi religioſus. electio. lib. 6. c. de cætero. juncta gl. de immunitat. Eccleſiar. lib. 6. gloſ. & Dd. c. 2. extr. de conſtit. Bald. Iaſ. & Dd. l. non dubium. C. de legib. Philip. Franc. & Dd. c. fin. col. 1. de elect. lib. 6. Socin. conſ. 102.*
lib. 3. Quæ † pœnæ ſunt & odioſæ, & quan- 146
tum fieri poteſt, reſtringendæ, ſicut hoc ſuprà docuimus.

Et certum eſt, quod in odioſis & pœnalibus diſpoſitio de actu aliquo ſive re aliqua loquens, ita intelligenda ſit, ut tantùm habeat locum in actu ſive re ſimplici, nullam qualitatem extrinſecam vel mixturam habentem, nec ullo modo extendatur ad actum qualificatum, *c. licet. Canon. & c. ſtatuti de electio. lib 6. Abb. c fin. extr. de Sim. Abb Rubr. extr. de vita & honeſt. Clericor. Roman. Barb. & Socin. l. 2. in princip. & ibi Alciat. num. 10. ff. de verb. oblig.* vel ad mixturam habentem, *l. ſi ita ſcriptum. ff. de liber. & poſthum. l. vim paſſam. §. præſcriptione. ff. ad legem Iul. de adult. Bart. & Dd. l. in princ. ff. de verb. oblig.*

Et ſic ſequitur, quod diſpoſitio legis volentis geſtum vel præſumptum contra prohibitionem legis vel Statuti non valere, habeat tantùm locum in lege ſive ſtatuto proprio & ſimplici, non autem in lege vel Statuto qualificativo ſive habente mixturam pacti vel contractus, quale eſt pactum Statuti ſive legis vigorem obtinens.

Sed in caſu præſenti Capitulum H. non prætendit in Epiſcopatu H. extare tale Statutum, quod Epiſcopi abſque conſenſu Capituli nullum feudum alteri concedere debeant, ſed tantùm prætendit hoc cautum eſſe pacto jurato, illudq; pactum legis ſive Statuti vim obtinere. Nec etiam illa prohibitio eſt perpetua, ſed tantùm reſtricta ad caſum alienationis ſine conſenſu Capituli factæ, nec etiam ſubſtantiam reſpicit, quàm qualitatem, ſi videlicet conſenſus Capituli adhibitus non fuerit, & ſuppoſito illud pactum legis vigorem obtinere, illud tamen ab Epiſcopo initum ſit, juris non civilis ſed prætorii vigorem obtineret.

Igitur ſequitur, inveſtituram factam de caſtro E. Nobilibus Dominis à D ab Archiepiſcopo S. valere & ratam eſſe, etiamſi illa Inveſtitura & pacto jurato refragaretur, & illud pactum legis vel Statuti vigorem obtineret.

147 Vigeſimò tertiò, † actus geſtus ſive contractus initus contra ſtatutum extravagans & non poſitum neque ſcriptum in volumine Statutorum valet & tenet, prout hoc ſatis probatur ex eo, quod Dd. in ſimili concludunt, ſententiam latam contra Statutum extravagans valere & tenere, *Bart. Ang. Paul. Caſtrenſ. & Alexand. l. cum prolatis. ff. de re jud. Bald. c. 1. & ibi Felin. nu. 2. & 3. extr. de ſent. & re jud. Bald. l. 2. C. quando provoc. non eſt neceſſe. Bald l. ſacratiſſima q. 2. C. de legib. Bald. authent. habita in fine. C. ne filij pro patre. Bald. c. in cauſis. extr. de ſentent. & re jud. Ang. Aret. l. ſi expreſſè. col. 4. ff. de appellatio.*

Si itaque prætenſa pacta jurata volumini Statutorum Epiſcopatus H. inſerta non eſſent, etiam ex hoc capite ſequeretur, actum geſtum vel præſumptum contra talia pacta valere & ratum eſſe, etiamſi probari vel fides fieri poſſit, illa pacta legis vel Statuti vigorem obtinere. Et per conſequens, inveſtituram de caſtro E. Nobili Domino à D. ab Archiepiſcopo S. factam, tenere & ratam eſſe, etiamſi illa inveſtitura contra prætenſum pactum juratum præſumpta eſſet, quod tamen penitùs negatur.

148 Vigeſimò quartò, † Statutum requirens aliquid in actu aliquo, non intelligitur illud requirere pro forma, nec illud omiſſum actum vitiat, niſi illud Statutum habeat expreſſam clauſulam annulativam atque expreſsè diſponat, quod actus geſtus vel celebratus ſine illo requiſito nullus eſſe debeat, *Bald. Immol. Raph. Cum. Paul. Caſtr. Alex. & Franc. Aretin. l. 1. ff. de liber. & poſthum. Alex. l. hac conſultiſſima. col. 2. C. qui teſtam. fac. poſ.* Eamq; ſententiam communem eſſe atteſtatur *Franc. Aretin. in loco præallegato.*

Ex quo infertur, etiam pacta jurata Epiſcoporum H. de non alienandis vel infeudandis feudis ad Epiſcopatum pertinentibus abſque conſenſu Capituli vim Statuti ſive Conſtitutionis obtinere, cum tamen in iſtis pactis non reperiatur clauſula annulativa actus contrarii, actum geſtum ſive contractum initum contra illa pacta valere & ratum eſſe.

149 Vigeſimò quintò, † conſuetudo facti eſt & in facto conſiſtit, eamq; ob cauſam non præſumitur ſed is, qui conſuetudinem allegat, eam probare tenetur, illáq; probatione non adimpleta, ſecundum jus commune pronunciandum eſt, *gl. l. 1. verb. probatis. & ibi Bald. arg. ill. text. C. quæ ſit long. conſuet. Bart. l. 2. num. 29. C. eod. tit. Alexan. conſ. 67. lib. 7. Socin. conſ. 39. num. 27. conſ. 46. num. 51. & conſ. 111. num. 1. lib. 4. Dec. conſ. 472. num. 16. conſ. 483. & conſ. 538. num. 8. Ioan. Fab. §. ex non ſcripto. num. 13. & ibi Ang. num. 26. Inſtit. de jure nat. gent. & civil. Card. Pariſ. conſ. 27. num. 35. lib. 1. & conſ. 86. nu. 11. lib. 2.*

150 Præterea † actus geſtus contra conſuetudinem præſertim illam, quæ notoria non eſt, non vitiatur, *Bald. in tit. de pace conſtan. verb. nos Romanorum. Felin. c. 1. num. 4. & 5. extr. de ſent. & re jud.*

151 Nec etiam præſumitur, † conſuetudinem notoriam eſſe, niſi hoc probetur, *cap. conſuluit. & ibi Dec. extr. de appell. Abb. c. ad noſtram. cl. 3. extr. de jurejur. Card. Clem. Paſtoralis. not. 17. & ibi Immol. col. 7. de ſent. & re judic.*

Ex quo infertur, licet Capitulum H. prætendat in Epiſcopatu H. conſuetudinem receptam, quod Epiſcopis nō permittatur feuda antiqua & infeudari ſolita ipſiſque aperta de novo alteri concedere in hoc, tamen aſſertioni Capituli non eſſe credendum, niſi Capitulum illud plenè & ſufficienter probet. Quodq; etiam probata illa conſuetudine actus geſtus contra illam conſuetudinem & valeat & teneat, niſi doceatur, illam conſuetudinem notoriam eſſe.

152 Vigeſimò ſextò, regulariter in † omnibus illis caſibus, in quibus conſenſus alterius etiam in forma ſive ſolennitate requiritur, conſenſus etiam præſumptus ſufficit, *Godzad. conſ. 73. num. 29. Tiraquell. in tract. de legib. connub. gl. 7. num. 47.*

153 Et conſenſus † regulariter non tantùm in ipſo actu ſed etiam ex intervallo poſt actum adhiberi & præſtari poteſt, *l. fin. C. ad SC. Maced. l. 1. §. prodeſt. ff. quorum legat. c. cum nos. extr. de his quæ fiunt à Prælato. c. cura. & c. ſuggeſtum. & ibi Panorm. extr. de jur. patronat. Bart. Alex. Iaſ. & Dd. l. ſi quis mihi bona 25. §. juſſum. ff. de acquir. hær. Angel. conſ. 87. col. 2.*

Prout hoc quod alienationi eccleſiaſticæ à Prælato ſine conſenſu Capituli facta ex poſt facto a Capitulo ratificari poſſit, tradit *Panorm. c. 1. num. 6. extr. de his quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capit.* ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionem communem.

Ex quo infertur, etiam poſito Epiſco-

pum

pum S. tale juramentum Capitulo H. præſtitiſſe, quod feuda antiqua ſive infeudari ſolita ipſiq; aperta abſque conſenſu Capituli aliis concedere non velit, Quod tamen ex parte Capituli hactenus neque allegatum neque prubatum eſt, nihilominùs tamen ſufficere conſenſum, non tantùm verbis expreſſum, verùm etiam præſumptivum, item & ratihabitionem etiam ex intervallo ſupervenientem.

154 Vigeſimò ſeptimò, † ratihabitio non
tantùm verbis, verùm etiam factis fieri &
induci poteſt, *l. Paulus reſpondit. ff rem ratam
hab.* Et conſenſus ſive voluntas non tan-
tùm verbis, verùm etiam factis exprimi po-
teſt, *l. de quibus & ibi gloſ. ff. de legib. l. recuſa-
ti. & ibi gloſ. ff. de acquir. hæred.* Imò fortior
eſt declaratio voluntatis ſive conſenſus,
quæ fit facto, quàm illa quæ fit verbis, *l. ſi
tamen. §. ei qui ſervum. ff. de ædil. edict. c. dile-
ctis. & ibi gl. extr. de appellatio. Petr. de Anchor.
conſ. 302. Roman. conſ. 291. Tiraq. in tract. de
utroq. retract. part. 2. in fin. num. 75.*

Et inter cætera conſenſus ſive volun-
tas ex eo declaratur, quod Capitulum, abſ-
que cujus conſenſu Prælatus rem ad Eccle-
ſiam, Epiſcopatum ſive menſam ſuam per-
tinentem alienavit vel alteri conceſſit ab
eo, cui iſta conceſſio facta eſt, annuum
cenſum vel Canonem recipit, ſicut hoc ſa-
tis probatur ex eo, quod Dd. tradunt, Si
155 dominus feudi vel Emphyteuſis poſt com-
miſſam feloniam vel patratum tale deli-
ctum, propter quud vaſallus vel Emphy-
teuta feudum vel Emphyteuſin amittere
meretur, a vaſallu vel Emphyteuta recipiat
Canonem vel cenſum annuum, ex hoc
eam declaratiunem voluntatis induci,
quod dominus caducitatem tàm vaſallo
quam Emphyteutæ remittere voluerit, *gl.
Bart. Bald. & Dd l. 2. & ibi Iaſ. num. 124. C.
de jur. Emphyteu. gl c. potuit. & ibi Dd. extr. de
locat. & conduct. Curt. ſen. conſ. 82. col. 1. verſ.
tertiò principaliter Socin. conſ. 66. col fin. verſ.
tertiò quia lib. 3. Ruin conſ 151. num. 12. lib. 1.
Dec. conſ. 138. col. 4. conſ. 329. num. 3. Albert.
Brun. conſ. 110. num. 3. Card. Pariſ. conſ. 108.
num. 44. lib. 1. conſ 5. num. 201. lib. 4. Iaſ. l.
fin. arg. ill text ff de eo quod cert. loc. Boër. de-
ciſ. 309. num. 5. Menoch. in tract. de remed. re-
cuperan. poſſeſ. remed 9. num. 153.*

Eodem modo & conſenſus ſive
luntas Capituli colligitur ex eo, quod Ca-
pitulum ab eo, cui iſta res abſque ſuo con-
ſenſu à Prælato conceſſa eſt, ſervitia re-
cipit, prout in ſimili in domino feudi reci-
piente † ſervitia a vaſallo, qui propter fe- 156
loniam commiſſam feudum amittere me-
retur, quod per hunc actum inducatur ta-
lis declaratio voluntatis, quod feloniam
remittere voluerit, tradit *gl. c. 1. in princ. &
ibi Bald. Alvarot. Præpoſ. & Matth. de Afflict.
quo tempore milet. Iacob. de S. Georg. in tractat.
feud. verb. quæ quidem inveſtiti. num 38.*

Similiter & † conſenſus ſive volun- 157
tas Capituli declaratur ex eo, quod poſt
conceſſionem factam à Prælato Capitu-
lum ei, cui iſta conceſſiu facta eſt, ſcribit,
ut domino ſive juſto poſſeſſuri illius rei,
ſicut hoc ſatis probatur, tum per id, quod
Dd. tradunt, eu ipſo, quod Princeps ſcri-
bit, ut civitati vel caſtro extructo abſque
ipſius auctoritate ipſum intelligi, illam ci-
vitatem vel caſtrum approbare, eiq; privi-
legium civitatis vel caſtri concedere, *l.
1, cùm ab Eccleſiarum. extr. de offi. ord. Bart. in
conſt. qui ſun. rebell. verb. Lombardiæ. num. 6.
Bart. l. fin. num. 5. ff. de colleg. illi. Bald. l. 1. col.
2. ff quodquiq; juris. Præpoſ. c. 1. §. conventi-
cula. num. 2. in fin. de pac. juramen. fin. Ant. de
Butr. in proœm decret. verb. Gregorius. & ibi
Felin num. 21. Petr. de Anchor. Clem. ſi ſummus
Pontifex. num. 6. de ſentent. excommun.*

Tum quia ſi unus ex illis, qui de beneficio eccleſiaſtico titulum habere litigant, adverſarium ſuum tali titulo in ſcriptis vel viva voce appellat, ipſe intelligitur juri ſuo renunciare, illudq; in adverſarium transferre, *c. ex ore. & ibi Panorm. notab. 4. extr. de his quæ fiunt à major. part. cap. Panor. cum ad noſtram. notab. 1. extr. de elect. Boër. in addit. ad Dyn. c. 1. circa fin. de reg. jur lib. 6. Petr. Rebuff. in tract. nominationum quæſt. 1. num. 10.*

Sed in caſu præſenti Nobiles Domini E. & C. à D. poſt inveſtituram ipſis de caſtro E. factum & immiſſionem ſubſecutam illud caſtrum ante hanc controverſiam motam ultra ſex annos ſciente & patiente Capitulo H. poſſiderunt, omniaq; in illo caſtro iiſq; pertinentiis egerunt, quæ reliqui vaſalli Epiſcopatus H. in bunis ſuis feudalibus agere, gerere & præſumere conſueverunt, & inter cætera præſtiterunt Epiſcopo & Epiſcopatui H. omniaq; ſervitia, officia, tributa & collectas.

Et Capitulum H. literis miſſis ad Nobiles Dominos a D. Anno 1565. die Dominica quo cantatur Judica, eo titulo appellarunt reſpectu caſtri E. quo duminus
appel-

Item etiamſi ſtatutum nihil penitus operaretur, ſed ſupervacuum redderetur, prout hoc tradit *Tiraq. in tract. de utroq. retract. parte 1. §. 9. glo. 2. nu. 51. cum trib. ſequentibus.*

Et ad hoc, ne ſtatutum ſupervacuum vel inutile reputetur, ſufficit novum vinculum à ſtatuto introductum, *Iaſ l. Iuſtitia verb. tertio & fortius ff. de juſ. & jur. Dec. c. cauſam qui nu. 7. extr. de Reſ. tip. Godzad. conſ. 74. nu 16. verſ. ſecundò reſpondeo. Ioan. Cephal. conſ. 104. nu. 23.*

Cum itaq; jure communi expreſsè cautum ſit, quod Epiſcopis reliquisq; Prælatis permittatur feudum antiquum ſibi apertum alteri concedere etiam abſq; licentia & conſenſu Capituli, Sequitur, prædictum pactum de non alienando ſive infeudando, etiamſi illud ſtatutum ſive legis vigorem obtineret, nec non etiam ſtatutum ſine conſuetudine de non alienando vel infeudando, ſi quæ forſan in Epiſcopatu H. extaret, ſecundum prædictum jus commune intelligendum & reſtringendum eſſe, ut non extendatur ad feuda antiqua infeudari ſolita, & Prælato aperta, Quodq; tali pacto, ſtatuto vel conſuetudine non obſtante Epiſcopo permittatur feuda antiqua & infeudari ſolita ſibi aperta etiam abſq; conſenſu ſive licentia Capituli alteri concedere.

Et per conſequens, quod Archiepiſcopus T. caſtrum E. prædeceſsori ſuo apertum Nobilibus dominis Frantz & Chriſtoph ab E. abſq; conſenſu & licentia Capituli concedens contra prædictum prætenſum pactum, ſtatutum vel conſuetudinem nihil deliquerit.

119 Decimò, in omnibus † contractibus, promiſſionibus, in reliquisq; diſpoſitionibus potiſsimùm mens, voluntas & intentio contrahentium promitentis ſive diſponentis attendenda atq; verbis præferenda eſt, *l. fin C. qui res pig. oblig. poſ l. ita ſtipulatus ff. de verbo. oblig l ſi in venditione in fin & ibi glo. Bal. & Paul Caſtr ff. communia præd. l. permittendo in prin. ff. de ju. dot. l ſed & Celſus. §. ſi fundus ff de contrah empt l. 1. C ut actio. ab here. & tons here incip. Cum multis ſimilibus alleg. per Tiraq rep. l ſi nunquam verb libertis nu. 58. C. de revoc. donat.* Et intentioni contrahentium ſtandum eſt, quidquid verba ſonant, *Bal. conſ 417. col. 2. lib. 5.*

Atq; ſecundum mentem ſive mentionem promittentis vel aliter diſponentis effectus verborum ſemper limitandus & reſtringendus eſt, *Ang. conſ. 170. arg. l. cum poteſt. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. l. nomen. ff. fin. de legat. 3.*

Quinimò † mens & intentio diſponentis conſideranda eſt, etiamſi verba repugnent vel contrarium ſuadeant, *Ang conſ. 2. col. pen. & conſ. 169. col. 1.* Et ex veriſimili ſive conjecturata mente diſponentis receditur à vi & natura conventionis verbalis, *Bal. l. fin. col. 2. C. de impub. & aliis ſubſtit.* 120

Et hoc uſq; adeò verum eſt, ut procedat, etiamſi illa voluntas, mens ſive intentio non ſit verbis expreſsa neq; ex verbis colligi poſſit, Sed à jure præſumpta ſive conjecturata ex judiciis, conjecturis vel circumſtantiis, Namq; & illa ſimiliter attendenda & verbis præferenda eſt, perinde atq; ſi illa voluntas verbis expreſſa eſſet, *Bal l. 1. §. ſi is qui. ff. de exerc. actio. Tiraq. rep. l. ſi unquam verb. libertis. nu. 43. C. de revocand. donatio.*

Et prædicta habent locum non tantùm in pactis & contractibus reliquisq; diſpoſitionibus privatis, verùm etiam procedunt in ſtatutis. Namq; & in illis potiſſimum mens ſive voluntas ſtatuentium inſpicienda & verbis præferenda eſt, *Cyn. & Bald. l. 1. ff. ſi cert. pet. Ang. conſ. 69. col. pen. conſ. 119. col. fin. conſ 147. cir. med & conſ. 170. col. 1. Pet. de Ancho. rep. c. 1. col. 16. ext. de conſtit. Ant. de But. c. novit. extr. de jud. Paul. Caſt. conſ. 148. col. 1. lib. 1. Socin. conſ. 108. col. 3. verſ. quartò confirmatur. lib. 3.* Etiamſi neceſſe ſit, verba & offendere, *Bart. l. cont. legem. ff. de legib.* & ad ſignificationem impropriam detorquere, *Bar. l. omnes populi. q. 6. prin. verſ. juxta promiſſa quæro ff. de juſt & jur.* 121

Sed certum eſt, quod † mens ſive voluntas tàm contrahentium quàm ſtatuta condentium, nec non etiam alium actum celebrantium, colligatur ex diſpoſitione juris communis cum contrahentes, ſtatuentes ſive alium actum celebrantes intelligantur ſe voluiſſe conformare juri communi, ſicut hoc ſuperius docuimus.

Similiter mens ſive voluntas paciſcentium, contrahentium ſtatuentium vel alium actum celebrantium, colligitur ex ſubjecta materia ſive illius rei de qua agitur, natura, *l. ſi fundus. in princip. ff ſol. mat. l ſi duo. & ibi Bal. ff. de acq. her. l. ſicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pign. Geor. Natt. rep. c. quamvis. col. 36. de pactis. lib. 16. Paul. de Mont. Pico. rep. l. in quarta. col. 28. ff. ad l. Falcid. Ioan. Neviz. conſ 50. nu. 26.*

Cum

Cum itaque jure communi expreſſum, cautum & diſpoſitum ſit, quod Prælato permittatur feuda antiqua vel infeudari ſolita etiam abſque conſenſu ſive licentia Capituli alteri in feudum concedere, atque natura alienationis ſive infeudationis talis ſit, ut talia feuda etiam non adhibita ſolennitate aliqua neque requiſito conſenſu vel licentia alicujus alteri concedi poſſunt, Sequitur, ex eo colligi illorum qui faciunt, generalem pactum vel Statutum de non alienando vel infeudando eam mentem & voluntatem eſſe, ut ſub iſto pacto ſive Statuto non comprehendantur feuda antiqua ſive infeudari ſolita. Et per conſequens, illud pactum ſive Statutum ſecundum hanc mentem intelligendam eſſe, ut eo pacto vel Statuto non obſtante feuda antiqua ſive infeudari ſolita alteri liberè concedi poſſint, etiamſi verba pacti vel Statuti hoc non patiantur.

122 Undecimò, nullum † pactum, Statutum vel alia conſtitutio generalis, extenditur ad illum actum, qui fit non ex voluntate, ſed ex neceſſitate, *l. alienationes ff. famil. erciſcund. l. 1. & ibi Bart. ff. de fundo dotali l. divus. ff. de petit. hæred. l. mulier. §. ſi hæres. ff. de pet. hæred. §. divi. & ibi Dd. & Franc. Ripa num. 40. ff. de leg. 1. l. qui potuerunt. ff. de manum. teſtam. §. licet. Inſtit. qui manum. non poſſunt. Bart. l. quemadmodum. C. de agricol. cenſ. lib. 11. Bart. l. ſi finita. §. ſi de vectigal. ff. de dam. infect. Felin. c. cum acceſſiſſent. num. 20. extr. de conſtit. Tiraquell. in tract. de legib. connub gloſ. 8. quæſt. 23. num. 184. uſq. ad num. 205.*

Sed quando Epiſcopus vel Prælatus feudum antiquum ſibi apertum alteri præſertim cõſanguineo ultimi defuncti cõcedit, illa conceſſio non eſt voluntaria ſed neceſſaria, cum Epiſcopus vel alius Prælatus feudum ſibi apertum penes ſe retinere & in uſus ſuos convertere nequeat, ſed illud alii viciſſim concedere cõgatur.

Igitur ſequitur, pactum generale de non alienando vel infeudando, non extendi ad illam alienationem ſive infeudationem, quam Epiſcopus vel alius Prælatus de feudo ſibi aperto alteri præſertim conſanguinei ultimi poſſeſſoris facit, quod illo pacto non obſtante Epiſcopo vel Prælato permittatur feudum antiquum ſibi apertum ſine licentia & conſenſu Capituli & non ſervata ſolennitate aliqua alteri concedere.

Et per conſequens omninò dicendum & concludendum eſt, etiamſi verum eſſet, prout hoc à Capitulo H. prætenditur, Archiepiſcopum S. jurato promiſiſſe nullum feudum nullo modo abſque conſenſu & licentia Capituli alteri concedere, hanc tamen promiſſionem juratam non extendi ad feuda antiqua Epiſcopo aperta, quodq; Archiepiſcopus S. non obſtante tali pacto, caſtrum E. ꝙ ultra 65. annos apud familiam Nobilium à D. fuit ſibi apertum licitè & omni jure permittente, potuerit Nobilibus Dominis F. & C. à D. non accedente conſenſu Capituli concedere.

Duodecimò, † Statutum ſive Conſtitutio quantumvis generalis, non extenditur ad perſonas, cauſas vel caſus privilegiatos, *l. decurionibus. & ibi gloſ. Bart. & Ioan. de Plat. C. de ſilent. lib. 1. Bald. l. 1. C. de nov. Cod. confic. Bald. l. non plures. in fin. C. de SS. Eccl. Bal. l. fin. in fin. C. ſi contra jus vel util. publ. Bald. cap. 1. & Martin Laudenſ. & Præpoſ. quo tempore miles Salicet. l. final in princip. argum. illius text. C. de Iudæ Iaſ. l. 1. num. 9. ff ſolut. matrim. cum multis ſimilibus allegat. per Tiraq. in tit. de utroq. retract. part. 1. §. 1. gloſ. 14. num. 104.* 123

Idem quoque juris eſt & in pacto generali, illud enim ſimiliter non extendi debet ad perſonas, cauſas vel caſus privilegiatos, nec ulli in privilegio ſuo præjudicare, cum bonum ſit argumentum à Statuto ad pactum, præſertim negativè ſumptum, *gloſ §. cum impubes. verb. jubetur. Inſtit. de adopt. Bart l. alia. §. elegantèr. ff. ſolut. matrim. Iaſ l. non eſt impoſſibile. ff. de pactis. Nicol. Everhard. in ſua Topic. in loco à pacto ad legem circa fin.*

Sed cauſa meritorum eſt † admodum privilegiata, prout illud latiſſimè tradit & congerit *Roman. l. ſi verò. §. de viro numer. 258. ff. ſolut. matrim. Alex. & Dec. l ſi donatione C. de collat. Iaſ. l. ex hoc jure. ff. de juſt. & jur. Iaſ. l. ſi non fortem. §. libertus. ff. de condict. indeb. Ioan. Lupus repet. Rub. §. ſecundo limita extr. de donat. inter vir. & uxor. Stuartz. in l. regni tit. de lucris ſive acquiſitis limit. tertia. Socin. conſil. 67. lib. 1. Tiraquel. repet. l. ſi unquam. verb. donatione largitus. num. 11. uſq. ad num. 70. C. de revoc. donatio. Curt. jun. conſ. 67. col. fin. & conſ. 142. num 4.* 124

Et in ſpecie, quod cauſa meritorum inter cætera etiam in hoc privilegiata ſit,

quod Archiepiſcopo, Epiſcopo vel ſimili Prælato permittatur res Eccleſiæ etiam in caſibus alioquin prohibitis alienare, probat text. *l. jubemus nulli. §. ſcientes. ibi ad viciſſitudinem beneficij colorati ſumpto argumento à contrario ſenſu. & ibi gloß. verb. permiſſam. Albet. de Raſat. Paul. Caſtrenſ. & Dd. C. de SS. Eccleſ. cap. quicunq; ſuffragio. & ibi gloß. 12. q. 2. cap. per tuas. & ibi Panorm. & Barb. extr. de donatio. c. relatum. el. 2. & ibi Panorm. extr. de teſtam. gloſ. §. 1. verb. ſancimus. authent. de aliena. & empt. Iaſon l. ex hoc jure 6. ff. de juſt. & jur. Iaſ. l. ſi non fortem, §. libertus. num. 86. effectu. ff. de condict. indeb. Paul. Caſtrenſ. conſ. 74. in princip. lib. 1. Alex. conſ. 55. col. 3. lib. 1. Luc. Sylv. conſ. 20. num. 16. Tiraquel. repet. l. ſi unquam. verb. donatione largitus. num. 27. C. de revoc. donat. Ioan. Lup. repet. Rub. §. limita ſecundà. num. 3. & 4. extr. de donat. int. vir. & uxor.*

125 Et hoc habet locum non tantùm † in meritis collatis in Eccleſiam vel Epiſcopatum, verùm etiam in meritis collatis in perſonam Epiſcopi vel Prælati. Namque nihilominus propter talia merita res Eccleſiæ alioquin alienari prohibitæ, licitè alienari poſſunt, *c. perpetuas. & ibi Panormit. num. 2. extr. de donatio. cap. relatum. el. 2. extr. de teſtam.*

Et licet Panormitan. *in d. cap. per tuas. numer. 2. extr. de donatio.* hoc ita reſtringat, ut procedat tantùm in meritis collatis in perſonam Epiſcopi vel Prælati reſpectu Eccleſiæ, hec nullo modo procedat in meritis collatis in perſonam Epiſcopi vel Prelati, non reſpectu Eccleſiæ ſed reſpectu perſonæ: Attamen illa reſtrictio Panormitan. non habet locum eo caſu, quando per illam alienationem propter merita factam res alienata priſtinæ ſuæ naturæ redditur ſive reſtituitur, utputa, ſi feudum antiquum & infeudari ſolitum Epiſcopo ſive Prælato apertum alteri in feudum iterum concedatur, tunc enim ad reddendam hanc conceſſionem licitam & permiſſam quælibet merita etiam reſpicientia ſolam perſonam Prælati ſufficere debent, eam ob cauſam, quia quælibet res facillimè revertitur ſive reſtituitur naturæ priſtinæ, & ad hæc, ut res quælibet naturæ priſtinæ reſtituatur, illud ſufficit, quod alioquin inſufficiens eſſet, *l. ſi unus. §. pactus ne peteret. & ibi Iaſon numer. 5. uſque ad numer. 12. ff. de pactis. cap. ab exordio. junct. a gloſ. diſ. 35. Socin. conſil. 35. col. 6. & conſil. 59. numer. 8. lib. 1. Angel. conſil. 10. numer. 3. verſ. ſecundò quia res. Tiraquell. in tractat. de primogen. quæſt. 24. numer. 5. cum tribus ſequentib. Tiraquell. in tractat. de poſſeſ. cauſ. 51. num. 16.*

Igitur ſequitur, pactum ſive Statutum generale & expreſſum de non alienandu vel infeudando abſque conſenſu val licentia Capituli feudi antiqua & infeudari ſolita, Prælato aperta non extendi ad illum caſum, quando Prælatus tale feudum ſibi apertum propter benemerita alteri concedere ſive in alium transferre vult.

Decimò tertiò, licet per † generalem 126
aſſertionem meritorum merita regulariter non probantur, præſertim in prohibitis: Attamen hoc videtur non habere locum eo caſu, quando res priſtinæ ſuæ naturæ redditur ſive reſtituitur: Cum alioquin prohibitum quoad iſtum effectum permiſſum cenſeatur; *l. ſi unus §. pactus ne peteret. & ibi Iaſ. num. 6. ff. de pactis. cum multis ſimilib. allegat. ſuprà.*

Similiter per aſſertionem etiam generalem abſque omni dubio merita probantur etiam in prohibitis, eo caſu, quando iſta aſſertio aliquibus conjecturis, præſumptionibus ſive judiciis adjuvatur, *Bald. l. jubemus. la. 2. in fin. princ. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Dec. cap. quoniam contra. col. 21. verſ. ſed reſponderi poteſt. extr. de probationibus. Tiraquell. repet. l. ſi unquam. ver. donatione largitus. num. 100. C. de revocand. donat. Aymon. Cravet. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 1. §. quartò limitatur. num. 38. facit id quod tradit idem Cravett. conſ. 40. num. 4. & 5. lib. 1.*

Sed in caſu præſenti agitur de hoc, ut caſtrum E. quod eſt feudum antiquum & infeudari ſolitum, naturæ priſtinæ reſtituatur.

Et licet in inſtrumento confecto ſuper inveſtitura de caſtro E. Nobilibus Dominis à D. facta, tantùm mentio ſive aſſertio generalis meritorum fiat, Attamen illa aſſertio generalis meritorum multis conjecturis adjuvatur, dum habito reſpectu in perſonam dictorum Nobilium, qui in illo caſtro inveſtiti ſunt, qui cum ſint Nobiles, magnam pro ſe
præſumptionem † virtutis, nec non etiam 127
omnis generis officii & obſequii præſtiti habent, *gloß. cap. illud. diſtinctio. 40. Ioan. Andr. cap. conſtitutus, el. 2. col. pen. extr. de ap-*

de appell. Angel. l. ſi bonæ fidei. argum. ill. text. ff. de rei vendicat. Petr. Gerhard. ſingul. 30, Corſet. cap. grandi de ſuppl. neglig. Prælatorum. lib. 6. Barbat. l. ſed ex ſtipulatu. col. 9. ff. de bonorum obligat. Barbat. conſ. 3. col. 13. lib. 2. conſ. 60. lib. 3. conſ. 46. col. antepen. lib. 4. Iaſ. l. ſi pecuniam §. final. in fin. ff. de cond. ob cauſam. Iaſ. authent. jubemus. num. 12. verſ facit. C. de judicijs. Ioan Lup. repet. Rubr. col. 2. extr. de donat inter vir. & uxor. Alciat. in tract. de præſumpt. arg. 1. præſumpt. 48. Roman. ſingul. 731. Catellian. Cotta memorabili. Nobilitas habetur. Tiraquell. in tract. de nobilitate cap. 10. num. 20.

Tum quia Nobilis F. à D. longo tempore fuit in ſervitio Illuſtriſſimorum Marchionum Branden.

Tum quia ab illo tempore, quod aſſertio generalis meritorum ab Archiepiſcopo S. facta eſt, jam ſeptem anni elapſi ſunt, qui lapſus temporis aſſertioni generali de meritis adminiculum præbet, *Socin lib. 1. col. 15. verſ ſed ſi iſta opinio. ff. ſolut. matrim. Cravett. conſ. 40. num. 4. lib. 1. fac. text. l. Procula. ff. de probat.*

Igitur ſequitur, in caſu præſenti per aſſertionem ſive affirmationem generalem meritorum factam ab Archiepiſcopo S. in inſtrumento inveſtituræ merita plenè & ſufficienter probari. Et per conſequens illam inveſtituram de caſtro E. ratam eſſe, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, ſuam Illuſtrem Celſitudinem præſtitiſſe ſpeciale juramentum, de non alienando vel infeudando abſque licentia ſive conſenſu Capituli feuda antiqua ſibi aperta, multò verò magis hoc locum habet, cum prout Capitulum prætendit, Archiepiſcopus S. tantùm præſtiterit generale juramentum de non alienando vel infeudando abſque conſenſu Capituli, nulla facta mentione ſpeciali de feudis antiquis vel infeudari ſolitis.

128 Decimò quartò, † merita in dubio præſumuntur eſſe convenientia æſtimationi rei propter merita conceſſæ, *argum. l. de minoribus. ff. de minoribus. l. hæreditatem. C. mandati. Bald. l. per diverſas. quæſt. 4. C. eod. tit. Panthal. Crim. repet. l. 2. num. 215. & 260. C. de reſcind. vend.* Et ſicut læſio non præſumitur in precio, *Socin. conſil. 115. nu. 5. lib. 3. conſil. 7. num. 30. lib. 3. Corn. conſ. 6. lib. 1. & conſ. 72. lib. 3. Matth. de Afflict. deciſ. 220. & deciſ. 322. Card. Pariſ. conſ. 49. nu. 291. conſ 96. num. 67. lib. 1.* Ita quoque nec in meritis læſio præſumi debet.

Quinimò † donatio ſive conceſſio à 129
Principe ſeculari vel eccleſiaſtico ob merita facta indiſtinctè valet & tenet, licet illa non reſpondeant æſtimatione rei donatæ, dummodo illa reſpondeant liberalitati Principis, quæ major eſſe debet quàm alterius privati, *Barbat. cap. ſedes Apoſtolica col. 2. extr. de reſcript. Corn. conſil. 143. col. 2. lib. 2. Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verſ. donatione largitus. num. 34. & 35. C. de revoc. donat.* ubi Tiraquellus poſt relatam opinionem Barbatiæ & Cornei formaliter inquit: Ego huic Cornei & Barbatiæ ſententiæ eò magis accedo, quoniam legerim apud Servium, virum antiquitatis peritiſſimum, enarrantem illud Virgilii lib. 1. Æneidos:

——————*At memor ille*
Matris Acidaliæ.

Majores illos noſtros ſcienter tres illas Gratias ita depinxiſſe, ut una averſa, duæ nos reſpicerent, ſic docentes, Profectam a nobis gratiam duplicem reverti debere, id eſt, remunerationem largiore cumulatioreque menſura eſſe rependendam, nec ad calculos expenſorum & acceptorum renovandam, quod & juſſit Heſiodus Poëta ut antiquiſſimus, ita optimus in eo libro cui titulus eſt ἔργα καὶ ἡμέραι, id eſt, Opera & dies. Hujus enim illic ea eſt ſententia, Quæ acceperis beneficia, ea reddenda, αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον αἴκε δύνηαι, id eſt, eadem menſurâ, & melius, ſi poſſis.

Quod & repetiit Tullius ex eo monens lib. 1. Officior. Nos imitari debere agros fertiles, qui multò plus afferont, quam acceperunt. Ex quo è noſtris *Guilhel. Cuman* quem ſequitur *Alexand. in l. 3. in princip. ff. quod quiſq; juris*: tradit, quod cum agitur de remuneratione, late debet fieri interpretatio, & ſequitur *Philip. Dec. cap. ult. col. 1. verſ. ſed conſiderandum eſt. extr. de conſt. & conſ. 189. conſulitur. col. 1. & conſ. 193. cujus ſuprà ſcriptionis incipit in ſucceſſione feudi col. 2. verſ & etiam in dubio. & conſil. 414. conſulunt accurate. col. 2. verſic. & hoc idem. & conſil. 614. in cauſa feudali. col. 2. &*

Ferdin. Loaz. in repet. l. filiusfamilias. §. divi. ſol. 10. col. a. verſ. non obſtat etiam. ff. de leg. 1. Lud. Godzad. conſil. 8. in hac cauſa. col. 6. num. 28. & idem voluit Raph. Cuman. conſ. 167. Prælatus certæ Eccleſiæ. col ult.

Huc etiam accedunt, quod Principes multa magnaq; largientes putent, ſe parva & modica concedere, *gloſ. l. ſed etſi ſuſceperit. §. 1. verb. modica. ff. de jud.*

Ex quo infertur, conceſſionem caſtri E. ab Archiepiſcopo S. Nobilibus Dominis a D. factam indiſtinctè renumeratoriam cenſendam, & ut renumeratoriam valere & ratam eſſe, etiamſi merita non reſpondeant æſtimationi illius caſtri, quod tamen minimè conceditur.

130 Decimò quintò, † ſocius ſive adjunctus regulariter fruitur omnibus privilegiis ſocio indultis, *l. ſi communem. ff. quemadmodum ſerv. amitt. l. ſi poſt mortem. §. fin. & ibi Bart. ff. de bonor. poſſeſ. contra tabul. l. Ariſt. ff. quæ res pign. oblig. poſſeſ. cap. pen & ibi Baldus extr de appellatio. cap. in ſacris. extr. de ſepult. l. ſi is qui duos. & ibi Bart. ff. lib. leg. Iaſ. l. 1. numer. 1. & 2. C. de tranſact. Iaſ. l. ſi emancipati num. 5. uſque ad num 25. C. de coll. Felin. cap. placuit. num. 6. extr. de præſcript.*

Ex quo infertur, etiamſi unus tantùm ex dictis Dominis Nobilibus virtute & meritis excelleret, alium tamen propter hujus virtutem excellentiam & merita omnibus & iiſdem privilegiis, quæ propter excellentiam virtutis & meritorum introducta ſunt, uti & frui.

131 Decimò ſextò, verba † contractus ſunt ſtrictiſſimè intelligenda, *l. quicquid aſtringendæ. ff. de verborum obligationib.* eo potiſſimùm caſu, quando contractus ſive pactum eſt juri communi contrarium, tunc enim quantum fieri poteſt, reſtringi debent, ne juri communi derogent, etiamſi neceſſe ſit, verba ad ſignificationem impropriam detorquere, *Godzad. conſil. 74. num. 11.*

Etſi pactum vel contractus juri communi contrarium ſive derogatorium, in uno ſaltem caſu etiam modicè quid operetur, hoc ſufficit, ita ut in omnibus aliis ſecundum jus commune intelligi & ita reſtringi debeat, ne in aliis juri communi derogatum intelligatur, *Godzad. conſ. 74. numer. 11. Ioan. Cephal. conſ. 104. num. 17.* ubi ipſe pro hoc allegat *text. 1. cum dilectus. extr. de conſuet. l. 2. C. de noxal. act. gloſ. l. raptores. C. de rapt. virg. Ruin. l. 1. col. 17. ff. de leg. 1. Ruin conſ. 92. num. 12. & 13. lib. 2. conſ. 23. num. 10. lib. 3. Dec. l cum quidam. num. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. Alexand. l. 4. §. Prætor. col. 4. ff. de damno infect. Roman. conſ. 199. numer. 6. Curt. junior conſ. 105. colum. 1.* Et ſubjungit, licet ex his multi de Statuto loquantur, tamen in pacto idem eſt dicendum, cum Statuto æquiparetur, *l. non impoſſibile. ff. de pact. gloſ. Rubr. C. de decret. decurior. lib. 10. Ang. conſ. 187. col. 3.*

Et in ſpecie, quod juramentum de non alienando vel infeudando à Prælato præſtitum, ſit ſtricti juris & ſtrictè intelligendum, tradit *Panorm. c. ut ſuper. num. 15. extr. de reb. Eccleſ. non alien.*

Igitur ſequitur, ſive prætenſum pactum juratum, de quo in caſu præſenti agitur, ſit generale de non alienandis vel infeudandis feudis vel rebus ad Epiſcopatum H. pertinentibus, ſive ſit ſpeciale, de non alienandis vel infeudandis abſque conſenſu Capituli feudis antiquis & infeudari ſolitis, illud pactum eſt ſtrictiſſimè intelligendum, & quantum fieri poteſt, reſtringendum, nec non etiam ita accipiendum, ut non habeat locum in noſtro & ſimilibus caſibus, quando alienatio fit propter benemerita.

Decimò ſeptimò, ab † omni penitùs 132
diſpoſitione, tam legis ſive Statuti, quàm contractus, nec non etiam qualibet alia, ſive illa ſit Principum ſive Magiſtratus ſive privatorum, illud quod ex juſta & legitima cauſa fit, exceptum intelligitur, *l. etſi ſeverior. & ibi gloſ. & Dd. C. ex quibus cauſis infam. irrogetur. l. quid ergò. §. pœna gravior. & ibi gloſ. & Dd. ff. de his qui not. infam. l. ſi hominem. & ibi Bartol. ff. mand. Franc. Cremo. ſingul. 151. Hippolyt. de Marſil. ſingul. 231. Covar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 9. numer. 8. Felin. cap. 1. num. 49. & 50. extr. de conſtit. Hippol. de Marſil. in tractat. de pœnis. in præfat. num. 16. uſq; ad num. 14.*

Quod etiam in Statutis, Conſtitutionibus, pactis & reliquis diſpoſitionibus juratis ſive juramento confirmatis locum habet. Namque etiam ab illis ſemper exceptum intelligitur id, quod ex juſta cauſa fit, *Baldus & Paulus Caſtrenſ. l. etſi ſeverior. C. de his, qui not. infam. Bald. & Dd. Rub. & ibi Hub. Zuchar. in repet nu. 13. C qui admitt. Roman. Rub. col. 5. ff. de arbit. Roman.*

conſ.

conſ 429. Franc. Aret. l. at ſi Cleric. §. de adulterijs. extr. de jud. Guid. Papæ deciſ. 206. Ioan. Andr. & Panorm. c. 1. extr. de his quæ fiunt à major. part. cap. Barb. conſ. 1. & conſ. 76. num. 4. lib. 1. Felin. c. 1. extr. de conſt. Iaſ. l. omnes populi. lect. 1. in fin. ff. de juſt. & jur. Tiraquell. in tract. de pœn. in præfat. num. 23. & 33.

Quinimò, cauſa juſta non tantùm ab omni diſpoſitione excepta intelligitur, ſed etiam Principes contrarium alioquin irrevocabilem ex cauſa juſta & legitima penitùs revocare & retractare poſſunt, *Bald. l. fin. in princip. ff. de ſenato. Bald. l. penult. C. de don. inter vir. & uxor. Anton. de Butr. c. cum M. Ferrarienſis extr. de conſtit. Roman. conſ 352. ante finem. Alexand. conſ. 10e. col. 5. lib. 1. conſ. 216. col 5. lib. 2. Socin. conſ. 58. col. 1. in fin. lib. 3.*

Sed cauſa meritorum eſt juſta & legitima cauſa. Igitur ſequitur, pactum juratum ſive etiam Statutum vel Conſtitutionem juratam de non alienandis vel infeudandis feudis antiquis vel infeudari ſolitis, abſque conſenſu ſive licentia Capituli ita accipiendam & intelligendam eſſe, quod non procedat in alienatione vel infeudatione facta propter benemerita.

133 Decimò octavò, † inſolita ſive inconſueta præſumuntur eſſe facta per errorem, *Ioan. de Anan. c. quamgravi. extr. de crim. falſ. Alb. Brun. conſ. 165.*

Quod confirmatur ex eo, quod traditur, ſi quid in renovatione inveſtituræ contra ſolitum morem innovatum fuerit, hoc præſumi errore factum, *Alex. conſ. 35. num. 18. lib. 4.*

134 Similiter ea quæ † inſolita vel inconſueta ſunt, præſumuntur extorta per dolum & fraudem, *Bald. c. quia veriſimile. extr. de præſumpt. Bald l. ſi quis ſub conditione. ff. de cond. inſtit. Bald. c. 1. in princ. num. 8. & ibi Matth. de Afflict. num 149. de feud. da. in vic. & commiſſ. Cœpoll in tract. de ſimul. contractib. præſumpt. 9. Corn conſ. 41. num. 8. lib. 3. Socin. conſ. 262. num. 4. lib. 2. Iaſ. l. teſtamentum num. 4. & 5. C de teſtam. Nevizan. inter conſ. Alb. Brun conſ. 12. num. 164. Nevizan. conſ. 11. Hippolyt. de Marſil. l. de minore. in pr. num. 13. & 14. ff. de qq.* vel metum, *Speculat. in tit. de feud. §. quoniam. verſ. & hoc modo. Socin. conſ. 257. num. 2. verſ. ſecundò infero. lib. 2. Ioan Andr. c. 1. de præſcript. lib. 6. Bald. c. 1. de feud. guardi. Bald Alvarot. Præpoſ & Matth. de Afflict. c. 1. qual. Vaſ. jurare debeat. Bald. c. 1. §. pactiones. de pace conſtit. Bald. conſ. 215. lib. 2. Iaſ. l. teſtamentum. num. 5. C. de teſtamentis. Nevizan. conſ. 11. num. 3.*

Et hoc uſque adeò verum eſt, ut contra illam † præſumptionem, quæ ex inſoli- 135
tis ſive inconſuetis deſcendit, probatio in contrarium non admittatur, *Hipp. de Marſ. l. de minore in princip. num. 13. ff. de qq. Neviz. inter conſ. Alb. Brun. conſ. 12. num. 166.*

Illaq; præſumptio ſive præſumptiva † 136
probatio etiam ad ſucceſſores tranſit & ſucceſſoribus patrocinatur, *Corn. conſ. 127. col. 8. lib. 2 Neviz. conſ. 11. num. 5.*

Deinde quoque certum eſt, quod † ju- 137
ramentum per errorem præſtitum ipſo jure non ſit obligatorium, cum errantis nullus ſit conſenſus, *l. non idcircò. C de juris & facti ignor. l. ſi per errorem. ff. de juriſdict. omn. jud. l 2. in princip. ff de jud. l 2. in princ. ff. de jud. l. nihil conſenſui. §. non videtur. & ibi Dec. & Cagn. ff. de reg jur.* Et juramentum non obliget in his, in quibus conſenſus deficit, *l. fin. C. de non numer. pecun. Iaſ. l. ſi convenerit. num. 16. ff. de juriſd. omn jud.*

Similiter dolus † vitiat actum juratum 138
ipſo jure, *Neviz. conſ. 21 num 12.*

Et licet † metus regulariter non vitiet 139
actum juratum ipſo jure, *Felin. cap. pervenit. num. 1. & ibi Panorm. & Dd extr. de jurejur.* Attamen à juramento per metum præſtito abſolutio peti poteſt, *c pervenit. el. 1. & ibi Anton. de Butr. Card. Imol. Abb. extr. de jurejur. c ſi verò extr. eod. tit.*

Et in iis, quæ regulariter prohibita ſunt, ſive quæ legi refragantur, quale eſt illud, quod Prælato non liceat feuda antiqua vel infeudari ſolita alteri concedere, metus ſive impreſſio actum ipſo jure vitiat, *c. cum contingat extr. de jurejur. c. 2. de pact. lib. 6. c licet. de jurejur. lib. 6. Felin. c. pervenit. el. 1. num. 1. extr de jurejur.*

Si itaque illi Archiepiſcopi vel Epiſcopi M. & H. qui ante Archiepiſcopum F. iſto munere functi ſunt, non præſtitiſſent, illud juramentum de non infeudando vel alienando ſequeretur, præſumptionem juris talem eſſe, quod illud juramentum ab Archiepiſcopo F. & S. per errorem præſtitum, imò dolo & metu extortum eſſet, eamq; ob cauſam illud juramentum vel ipſo jure nullum vel ſaltem annulandum eſſe. Et per conſequens, illud impedire non potuiſſe præd. inveſtituram de caſtro E. Nobilibus Dominis à D. factam.

Decimò nonò, † actus geſtus ſive 140
contractus initus contra juramentum ſo-

lenne & validum ſive contra promiſſionem juratam valet vel tenet, & per traditionem ſubſequentem illum actom dominium in accipientem transfertur, *Immol. Ioan. Andr. Hoſt. Anton. de Butr. Petr. de Ancb. Panorm. & Dd. c. dilecto. ext. de præbend. Ioan. Andr. c. quod ſemel. de reg. jur. lib. 6. Archid. c. ſi à ſede. de prab. lib. 6. Specul. in tit. de empt. & vend. §. tertio loco. verſ. quod ergò, in fin. Abb. c. ſi diligenti. col. 2. extr. de præſcript. Abb. c. intellecto. col. pen. extr. de jurejur. Abb. conſ. 41. & conſ. 48. lib. 2. Paul. Caſtr. conſ. 339. lib. 1. Alex. conſ. 18. lib. 2. conſ. 16. lib. 3. conſ. 29. nu. 27. & 15. lib. 5. conſ. 224. num. 9. lib. 6. Iaſ. l. ſi duo patroni §. idem Pomponius. num. 10. ff. de jurejur. Iaſ. l. non ſolum. §. morte. ff. de oper. nov. nunc. Iaſ. l. ſi ita quis. §. ea lege. num. 23. & ibi Franc. Aret. ff. de verb. oblig. Iaſ. conſ. 211. col. 2. lib. 2. Ruin. conſ. 109. col. 9. in pr. lib. 4. Godzad. conſ. 14. col. 1. Crot. repet. l. filiusfamilias. §. divi. col. 25. & ibi repetentes Hiſpani num. 429. ff. de leg. 1. Hipp. de Marſ. ſing. 359. Cravett. conſ. 170. num. 11. & conſ. 191. nu. 6. Rol. à Vall. conſ. 62. num. 4. lib. 2. arg. c. ſicut ex his. & c. de illis. extr. de ſponſal. c. 9. extr. de ſponſ. duorum. gl. fin. §. fin. de Procurat. lib. 6.* Eamq; ſententiam communem eſſe atteſtatur *Iaſ. Ruin. & Rol. à Vall. in conſ. ſuprà citatis.*

Et in ſpecie, quod hoc habeat locum
141 etiam in Prælato ſive Epiſcopo, qui † juramentum ſolenne & validum præſtitit de non alienandis vel infeudandis rebus eccleſiaſticis abſque conſenſu ſive licentia Superioris vel Capituli, quodq; alienatio vel infeudatio contra juramentum præſtitum abſque conſenſu vel licentia Superioris vel Capituli à Prælato facta teneat & valeat, tradit *Caſ. Calder. c. cum contingat. extr. de jurejur. Panorm. c. intellecto. num. 9. extr. eod. tit. Iaſ. l. ſi ita quis. §. ea lege. nu. 27. verſ. ſextò facit. ff. de verb. oblig.*

Igitur ſequitur, etiamſi prætenſum juramentum ab Archiepiſcopo S. præſtitum de non alienandis vel infeudandis feudis abſque conſenſu Capituli in genere vel in ſpecie extenderetur ad caſum præſentem, quod tamen nihilominus conceſſio vel infeudatio de caſtro E. Nobilibus à D. facta, non obſtante prædicto prætenſo juramento contrario valeat & teneat, etiamſi docere non poſſit, conſenſum Capituli ad hanc alienationem vel infeudationem acceſſiſſe.

Vigeſimò, licet Dd. citati in rationi-
bus dubitandi velint, † pacta ſive contra- 142
ctus illorum, qui habent legis condendæ poteſtatem, legis vigorem obtinere. Attamen hoc tantùm procedit in contractibus ſive pactis Principum, qui vel quæ ſunt Corpori Juris communis inſerti inſertavè, ſecus autem eſt in illis, quæ non ſunt Corpori Juris inſerta, *Paul. Caſtr. l. 1. ff. de conſt. Princip. Andr. Barbat. Rubr. & ibi Felin. num. 1. extr. de reſcript.*

Secundò hoc limitatur, ut procedat tantùm in Imp. Papa reliquisq; Principibus ſuperiorem non recognoſcentibus. Secus autem eſt in Principibus ſuperiorem recognoſcentibus. Namq; illorum contractus legis vigorem non obtinent, *Ang. Rom. Raph. Fulgoſ. & Alexand. l. 1. in princip. & ibi Iaſ. num. 24. ff. de fer. Iaſ. l. 1. num. 6. ff. de conſtit. Princip. Alex. l. civitas. & ibi Iaſ. num. 7. ff. ſi cert. pet. Felin. Rubr. num. 1. extr. de reſcript.*

Tertiò hoc limitatur, ut tunc demum procedat, quando expreſsè conſtat, illud à Principe expreſsè actum ſive illam Principis mentem eſſe, ut pactum ſive contractus ipſius legis vigorem obtineat, alioquin verò ſecus eſt, *Alex. l. civitas. & ibi Dec. num. 6. ff. ſi cert. pet. Dec. Rubr. extr. de reſcript.*

Cum itaque prædictum pactum, de quo in caſu præſenti agitur, non ſit Corpori Juris inſertum & ſit initum ab iis, qui ſuperiorem recognoſcunt, nec etiam hactenus probatum ſit, illud expreſsè actum eſſe, ut iſtud pactum legis ſive Statuti vigorem obtineat. Sequitur illud pactum legis ſive Statuti vigorem non obtinere.

Vigeſimò primò, † pacta Principum 143
ſive illorum, qui habent legis condendi poteſtatem etiam in illis caſibus, in quibus talia pacta legis ſive Statuti vigorem obtinent, nihil penitus valent, nec ullius efficaciæ ſunt, quando vel illa pacta ab initio obſervata non fuerint, vel quando ex poſt facto per decem annos contrarium obſervatum fuit, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Alex. conſ. 18. num. 4. & 5. lib. 2.*

Sed illud pactum, de quo in caſu præſenti agitur, ab initio non fuit uſu receptum, & ex poſt facto ultra decem annos contrarium obſervatum.

Igitur etiam ex hoc capite ſequitur, prætenſum pactum juratum in caſu præſenti nihil operari, nec inveſtituram factam de caſtro E. dictis Dominis Nobilib. à D. infringere vel deſtruere poſſe.

Vige-

144 Vigeſimò ſecundò, † actus geſtus vel contractus initus contra prohibitionem legis vel Statuti valet & tenet, eo caſu, quando lex ſive Statutum non continet prohibitionem perpetuam, *gloſ. Clem. 1. inhibentes de jur. patron. Iaſ. l. non dubium. num. 18. limit. 2. C. de legib.*

Idem quoque juris, quando prohibitio legis vel Statuti non reſpicit ſubſtantiam actus, ſed tantùm ejus qualitatem, *Paul. Caſtrenſ. l. non dubium. col. 9. & ibi Iaſ. num. 20. C. de legib.*

Similiter contractus initus vel actus geſtus non contra jus civile ſed contra jus prætorium ſive tale ſtatutum, quod juris prætorii vim obtinet, valet & tenet, *Paul. Caſtrenſ. d. l. non dubium. col. 9. & ibi Iaſ. numer. 21.*

Ideoque contractus initus ſive actus geſtus contra Statutum Archiepiſcopi vel Epiſcopi valet & tenet, *Iaſ. d. l. non dubium. nu. 22.* eam ob cauſam, quia Statuta contra Epiſcop. & Archiepiſc. juris non civilis ſed prætorii vim & vigorē obtinent, *Bart. Alex. Franc. Aret. & Dd. l. 5. in pr. & ibi Iaſ. n. 9. ff. de verb. oblig. Bart. l. 2. in fin. ff. de bon. poſſeſ. Bart. l. 2. §. fin. ff. de uſucap. pro empt. Bald. l. id quod. col. 3. C. de Epiſcop. & Cleric. Iaſ. d. l. non dubium num. 21.*

Eodem modo & illa regula quæ vult, quod actus geſtus contra conſuetudinem legis vel Statuti non valeat, in eo quidem judicio non habet locum, quando per talem actum res aliqua redditur ſive reſtituitur naturæ priſtinæ, cum tali caſo illud & admittatur & ſuſtineatur, quod alioquin non admitteretur neque ſuſtineretur, *l. ſi unus. §. pactus ne peteret. & ibi Iaſ. ff. de pact.*

Deinde quoque illa regula, quod acta vel præſumpta contra prohibitionem legis vel Statuti non valeant, limitatur, ut procedat tantùm in pactis geſtis vel præſumptis contra legem vel Statutum proprium, Secus autem eſt, ſi ille actus geſtus vel præſumptus fuerit contra pactum legis vel Statuti vigorem obtinens. Eam ob cauſam
145 quia clari juris eſt, quod † annulatio actus pœna ſit, & pœnæ appellatione veniat, *l. ſenatus. ff. de contrah. empt. Bart. l. turpia. ff. de leg. 1. Bart. l. Prætor ait. ff. de oper. nov. nunc. Bart. l. 1. ff. de his quæ pro non ſcript. hab. Bald. l. nemo Martyres. C. de SS. Eccleſ. Felin. c. 2. col. 1. extr. de teſtib. Sebaſt. Vant. in tract. de nullit. Rubr. quid ſit nullitas. num. 15. & 28. Gemin. c. diſpendia. §. reus quoq. de reſcript. lib. 6. Iaſ. l. cum quidam. num. 19. ff. de liber. & poſthum. Petr. Reb. in tract. nominationum. q. 19. num. 1. ad hoc allegans. c. ſi religioſus. electio. lib. 6. c. de cætero. juncta gl. de immunitat. Eccleſiar. lib. 6. gloſ. & Dd. c. 2. extr. de conſtit. Bald. Iaſ. & Dd. l. non dubium. C. de legib. Philip. Franc. & Dd. c. fin. col. 1. de elect. lib. 6. Socin. conſ. 102.*
lib. 3. Quæ † pœnæ ſunt & odioſæ, & quan- 146
tum fieri poteſt, reſtringendæ, ſicut hoc ſuprà docuimus.

Et certum eſt, quod in odioſis & pœnalibus diſpoſitio de actu aliquo ſive re aliqua loquens, ita intelligenda ſit, ut tantùm habeat locum in actu ſive re ſimplici, nullam qualitatem extrinſecam vel mixturam habentem, nec ullo modo extendatur ad actum qualificatum, *c. licet. Canon. & c. ſtatuti. de electio. lib 6. Abb. c fin. extr. de Sim. Abb Rubr. extr. de vita & honeſt. Clericor. Roman. Barb. & Socin. l. 2. in princip. & ibi Alciat. num. 10. ff. de verb. oblig.* vel ad mixturam habentem, *l. ſi ita ſcriptum. ff. de liber. & poſthum. l. vim paſſam. §. præſcriptione. ff. ad legem Iul. de adult. Bart. & Dd. l. in princ. ff. de verb. oblig.*

Et ſic ſequitur, quod diſpoſitio legis volentis geſtum vel præſumptum contra prohibitionem legis vel Statuti non valere, habeat tantùm locum in lege ſive ſtatuto proprio & ſimplici, non autem in lege vel Statuto qualificativo ſive habente mixturam pacti vel contractus, quale eſt pactum Statuti ſive legis vigorem obtinens.

Sed in caſu præſenti Capitolum H. non prætendit in Epiſcopatu H. extare tale Statutum, quod Epiſcopi abſque conſenſu Capituli nullum feudum alteri concedere debeant, ſed tantùm prætendit hoc cautum eſſe pacto jurato, illudq; pactum legis ſive Statuti vim obtinere. Nec etiam illa prohibitio eſt perpetua, ſed tantùm reſtricta ad caſum alienationis ſine conſenſu Capituli factæ, nec etiam ſubſtantiam reſpicit, quàm qualitatem, ſi videlicet conſenſus Capituli adhibitus non fuerit, & ſuppoſito illud pactum legis vigorem obtinere, illud tamen ab Epiſcopo initum ſit, juris non civilis ſed prætorii vigorem obtineret.

Igitur ſequitur, inveſtituram factam de caſtro E. Nobilibus Dominis à D ab Archiepiſcopo S. valere & ratam eſſe, etiamſi illa inveſtitura & pacto jurato refragaretur, & illud pactum legis vel Statuti vigorem obtineret.

147 Vigeſimò tertiò, † actus geſtus ſive contractus initus contra ſtatutum extravagans & non poſitum neque ſcriptum in volumine Statutorum valet & tenet, prout hoc ſatis probatur ex eo, quod Dd. in ſimili concludunt, ſententiam latam contra Statutum extravagans valere & tenere, *Bart. Ang. Paul. Caſtrenſ. & Alexand. l. cum prolatis. ff. de re jud. Bald. c. 1. & ibi Felin. nu. 2, & 3. extr. de ſent. & re jud. Bald. l. 2. C. quando provoc. non eſt neceſſe. Bald l. ſacratiſſima q. 2. C. de legib. Bald. authent. habita in fine. C. ne filij pro patre. Bald. c. in cauſis. extr. de ſentent. & re jud. Ang. Aret. l. ſi expreſsè. col. 4. ff. de appellatio.*

Si itaque prætenſa pacta jurata volumini Statutorum Epiſcopatus H. inſerta non eſſent, etiam ex hoc capite ſequeretur, actum geſtum vel præſumptum contra talia pacta valere & ratum eſſe, etiamſi probari vel fides fieri poſſit, illa pacta legis vel Statuti vigorem obtinere. Et per conſequens, inveſtituram de caſtro E. Nobili Domino à D. ab Archiepiſcopo S. factam, tenere & ratam eſſe, etiamſi illa inveſtitura contra prætenſum pactum juratum præſumpta eſſet, quod tamen penitùs negatur.

148 Vigeſimò quartò, † Statutum requirens aliquid in actu aliquo, non intelligitur illud requirere pro forma, nec illud omiſſum actum vitiat, niſi illud Statutum habeat expreſſam clauſulam annulativam atque expreſsè diſponat, quod actus geſtus vel celebratus ſine illo requiſito nullus eſſe debeat, *Bald. Immol. Raph. Cum. Paul. Caſtr. Alex. & Franc. Aretin. l. 1. ff. de liber. & poſthum. Alex. l. hac conſultiſſima. col. 2. C. qui teſtam. fac. poſ.* Eamq; ſententiam communem eſſe atteſtatur *Franc. Aretin. in loco præallegato.*

Ex quo infertur, etiam pacta jurata Epiſcoporum H. de non alienandis vel infeudandis feudis ad Epiſcopatum pertinentibus abſque conſenſu Capituli vim Statuti ſive Conſtitutionis obtinere, cum tamen in iſtis pactis non reperiatur clauſula annulativa actus contrarii, actum geſtum ſive contractum initum contra illa pacta valere & ratum eſſe.

149 Vigeſimò quintò, † conſuetudo facti eſt & in facto conſiſtit, eamq; ob cauſam non præſumitur ſed is, qui conſuetudinem allegat, eam probare tenetur, illáq; probatione non adimpletâ, ſecundum jus commune pronunciandum eſt, *gl. l. 1. verb. probatis. & ibi Bald. arg. ill. text. C. quæ ſit long. conſuet. Bart. l. 2. num. 29. C. eod. tit. Alexan. conſ. 67. lib. 7. Socin. conſ. 39. num. 27. conſ 46. num. 51. & conſ. 111. num. 1. lib. 4. Dec. conſ. 472. num. 16. conſ. 483. & conſ. 538. num. 8. Ioan. Fab. §. ex non ſcripto. num. 13. & ibi Ang. num. 26. Inſtit. de jure nat. gent. & civil. Card. Pariſ. conſ. 27. num. 35. lib. 1, & conſ. 86. nu. 11. lib. 2.*

Præterea † actus geſtus contra conſuetudinem præſertim illam, quæ notoria non eſt, non vitiatur, *Bald. in tit. de pace conſtan. verb. nos Romanorum. Felin. c. 1. num. 4. & 5. extr. de ſent. & re jud.* 150

Nec etiam præſumitur, † conſuetudinem notoriam eſſe, niſi hoc probetur, *cap. conſuluit. & ibi Dec. extr. de appell. Abb. c. ad noſtram. cl. 3. extr. de jurejur. Card. Clem. Paſtoralis. not. 17. & ibi Immol. col. 7. de ſent. & re judic.* 151

Ex quo infertur, licet Capitulum H. prætendat in Epiſcopatu H. conſuetudinem receptam, quod Epiſcopis nō permittatur feuda antiqua & infeudari ſolita ipſisque aperta de novo alteri concedere in hoc, tamen aſſertioni Capituli non eſſe credendum, niſi Capitulum illud plenè & ſufficienter probet, Quodq; etiam probata illa conſuetudine actus geſtus contra illam conſuetudinem & valeat & teneat, niſi doceatur, illam conſuetudinem notoriam eſſe.

Vigeſimò ſextò, regulariter in † omnibus illis caſibus, in quibus conſenſus alterius etiam in forma ſive ſolennitate requiritur, conſenſus etiam præſumptus ſufficit, *Godzad. conſ. 73. num. 29. Tiraquell. in tract. de legib. connub. gl. 7. num. 47.* 152

Et conſenſus † regulariter non tantùm in ipſo actu ſed etiam ex intervallo poſt actum adhiberi & præſtari poteſt, *l. fin. C. ad SC. Maced. l. 1. §. prodeſt. ff. quorum legat. c. cum nos. extr. de his quæ fiunt à Prælato. c. cura. & c. ſuggeſtum. & ibi Panorm. extr. de jur. patronat. Bart. Alex. Iaſ. & Dd. l. ſi quis mihi bona 25. §. juſſum. ff. de acquir. hær. Angel. conſ. 87. col. 2.* 153

Prout hoc quod alienationi eccleſiaſticæ à Prælato ſine conſenſu Capituli facta ex poſt facto à Capitulo ratificari poſſit, tradit *Panorm. c. 1. num. 6. extr. de his quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capit.* ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionem communem.

Ex quo infertur, etiam poſito Epiſcopum

pum S. tale juramentum Capitulo H. præſtitiſſe, quod feuda antiqua ſive infeudari ſolita ipſiq; aperta abſque conſenſu Capituli aliis concedere non velit. Quod tamen ex parte Capituli hactenus neque allegatum neque probatum eſt, nihilominùs tamen ſufficere conſenſum, non tantùm verbis expreſſum, verùm etiam præſumptivum, item & ratihabitionem etiam ex intervallo ſupervenientem.

154 Vigeſimò ſeptimò, † ratihabitio non tantùm verbis, verùm etiam factis fieri & induci poteſt, *l. Paulus reſpondit. ff rem ratam hab.* Et conſenſus ſive voluntas non tantùm verbis, verùm etiam factis exprimi poteſt, *l. de quibus & ibi gloſ. ff. de legib. l. recuſati. & ibi gloſ. ff. de acquir. hæred.* Imò fortior eſt declaratio voluntatis ſive conſenſus, quæ fit facto, quàm illa quæ fit verbis, *l. ſi tamen §. ei qui ſervum. ff. de ædil. edict. c. dilecti. & ibi gl. extr. de appellatio. Petr. de Anchor. conſ. 302. Roman. conſ. 291. Tiraq. in tract. de utroq; retract. part. 2. in fin. num. 75.*

Et inter cætera conſenſus ſive voluntas ex eo declaratur, quod Capitulum, abſque cujus conſenſu Prælatus rem ad Eccleſiam, Epiſcopatum ſive menſam ſuam pertinentem alienavit vel alteri conceſſit ab eo, cui iſta conceſſio facta eſt, annuum cenſum vel Canonem recipit, ſicut hoc ſatis probatur ex eo, quod Dd. tradunt, Si
155 dominus feudi vel Emphyteuſis poſt commiſſam feloniam vel patratum tale delictum, propter quod vaſallus vel Emphyteuta feudum vel Emphyteuſin amittere meretur, a vaſallo vel Emphyteuta recipiat Canonem vel cenſum annuum, ex hoc eam declarationem voluntatis induci, quod dominus caducitatem tàm vaſallo quam Emphyteutæ remittere voluerit, *gl. Bart. Bald. & Dd l. 2. & ibi Iaſ. num. 124. C. de jur. Emphyteu. gl c. potuit. & ibi Dd. extr. de locat. & conduct. Curt. ſen. conſ. 82. col. 1. verſ. tertiò principaliter. Socin. conſ. 66. col fin. verſ. tertiò quia lib. 3. Ruin conſ. 151. num. 12. lib. 1. Dec. conſ. 138. col. 4. conſ. 329. num. 3. Albert. Brun. conſ. 210. num. 3. Card. Pariſ. conſ. 108. num. 44. lib. 1. conſ 5. num. 201. lib. 4. Iaſ. l. fin. arg. ill text. ff. de eo quod cert. loc. Boër. deciſ. 309. num. 5. Menoch. in tract. de remed. recuperan. poſſeſ. remed 9. num. 153.*

Eodem modo & conſenſus ſive voluntas Capituli colligitur ex eo, quod Capitulum ab eo, cui iſta res abſque ſuo conſenſu à Prælato conceſſa eſt, ſervitia recipit, prout in ſimili in domino feudi recipiente † ſervitia à vaſallo, qui propter fe- 156
loniam commiſſam feudum amittere meretur, quod per hunc actum inducatur talis declaratio voluntatis, quod feloniam remittere voluerit, tradit *gl. c. 1. in princ. & ibi Bald. Alvarot. Præpoſ. & Matth. de Afflict. quo tempore miles. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. quæ quidem inveſtiti. num 38.*

Similiter & † conſenſus ſive volun- 157
tas Capituli declaratur ex eo, quod poſt conceſſionem factam à Prælato Capitulum ei, cui iſta conceſſio facta eſt, ſcribit, ut domino ſive juſto poſſeſſori illius rei, ſicut hoc ſatis probatur, tum per id, quod Dd. tradunt, eo ipſo, quod Princeps ſcribit, ut civitati vel caſtro extructo abſque ipſius auctoritate ipſum intelligi, illam civitatem vel caſtrum approbare, eiq; privilegium civitatis vel caſtri concedere, *gloſ. c. cum ab Eccleſiarum. extr. de offi. ord. Bart. in conſt. qui ſunt rebell. verb. Lombardiæ. num. 6. Bart. l. fin. num. 5. ff. de colleg. illi. Bald. l. 1. col. 2. ff. quod quiq; juris. Præpoſ. c. 1. §. conventicula. num. 2. in fin. de pac. juramen. fin. Ant. de Butr. in proœm decret. verb. Gregorius. & ibi Felin num. 21. Petr. de Anchor. Clem. ſi ſummus Pontifex. num. 6. de ſentent. excommun.*

Tum quia ſi unus ex illis, qui de beneficio eccleſiaſtico titulum habere litigant, adverſarium ſuum tali titulo in ſcriptis vel viva voce appellat, ipſe intelligitur juri ſuo renunciare, illudq; in adverſarium transferre, *c. ex ore. & ibi Panorm. notab. 4. extr. de his quæ fiunt à major. part. cap. Panor. cum ad noſtram. notab 1. extr. de elect. Boër. in addit. ad Dyn. c. 1. circa fin. de reg. jur lib. 6. Petr. Rebuff. in tract. nominationum quæſt. 1. num. 10.*

Sed in caſu præſenti Nobiles Domini E. & C. à D. poſt inveſtituram ipſis de caſtro E. factum & immiſſionem ſubſecutam illud caſtrum ante hanc controverſiam motam ultra ſex annos ſciente & patiente Capitulo H. poſſiderunt, omniaq; in illo caſtro iisq; pertinentiis egerunt, quæ reliqui vaſalli Epiſcopatus H. in bonis ſuis feudalibus agere, gerere & præſumere conſueverunt, & inter cætera præſtiterunt Epiſcopo & Epiſcopatui H. omniaq; ſervitia, officia, tributa & collectas.

Et Capitulum H. literis miſſis ad Nobiles Dominos a D. Anno 1565. die Dominica quo cantatur Judica, eo titulo appellarunt reſpectu caſtri E. quo dominus appel-

appellari ſolitum & conſuetum eſt, eosquè ut una cum reliquis vaſallis Epiſcopatus H. in oppido W. convenirent, convocavit. Nec non & poſt mortem Archiepiſcopi S. Capitulum H. Nobiles Dominos à D. reſpectu caſtri E. perinde ut reliquos vaſallos Epiſcopatus de obitu Archiepiſcopi certiores fecit, eosq; admonuit, ut ſede vacante Capitulo & fideles eſſe & ei omnia ſervitia præſtare velint, & inſuper multæ aliæ conjecturæ & præſcriptiones conſenſus Capituli in caſu præſenti concurrunt.

Igitur ſequitur, quod ex hoc conſenſus, voluntas & ratihabitio Capituli & arguatur & introducta ſit, ita ut Capitulo ulterius non permittatur hanc inveſtituram de caſtro E. Nobilibus Dominis a D. factam impugnare.

158 Vigeſimò octavò, illud dicitur † fieri coram multis, quod fit coram tribus vel quinque, *Iacob. de Aren. Bart. & Dd. l. licet Imperator. arg. ill. text. & ibi Iaſ. num. 19. ff.*
159 *de legat. 1.* Ac † palam ſive publicè cenſetur fieri id, quod fit coram honeſtis viris, *Bart. l. frater à fratre. num. 51 ff. de condict. indeb.* ſicut & illud publice fieri dicitur, quod coram pluribus fit, *Panorm. c. ſtatuimus. nu. 7. extr. de maledicis.*

160 Et † Principes ſemper præſumuntur penes ſe habere multos Nobiles, probatos & honeſtos viros, & factum in præſentia Principis ſive à Principe cenſetur & præſumitur eſſe factum præſentibus multis Nobilibus probatis & honeſtis, *l. omnium. & ibi Alber. de Roſat. Bald. Fulg. Ang. & Dd. C. de teſtament.*

Quod non tantùm procedit in Principibus ſecularibus, ſed etiam habet locum in Epiſcopis reliquisq; Principibus eccleſiaſticis. Namque factum ab iſtis præſentibus multis Nobilibus probis & honeſtis, factum præſumitur, *gl. d. l. omnium. verb. tot. & ibi Alber. de Roſat. Fulgoſ. & Dd. C. de teſtament.*

Et hoc uſque adeò verum eſt, quod illa præſumptio, quod videlicet actum geſtumvè à Principe tam ab eccleſiaſtico quàm ſeculari, præſentibus multis Nobilibus probis & honeſtum actum ſive geſtum præſumatur, eſt præſumptio juris & de jure, nullam contrariam probationem admittens, *Odofred. d. l. omnium. circ. fin. C. de teſtament.*

161 Quinimò id, † quod vel à Principe vel coram Principe geritur, notorium eſſe cenſetur & reputatur, *Bald. d. l. omnium. nu. 1. C. de teſtament.*

Et illud, quod notorium † ſive pu- 162
blicum eſt, omnes ſcire præſumuntur, neque illius ignorantiam quis legitimè allegare vel prætendere poteſt, *c. 1. extr. de poſt. Prælat. c. 1. ext. de his qui mat. accuſ. poſ. vel non. c. quod dicitur. diſtinct. 20. gl. l. ſi tutor petitus. & ibi Bart. C. de petit. tutor. gl. l. quinquaginta. ff. de excuſ. tutor. gl. l. 1. & ibi Bar. ff. de receptator. Panorm. c. paſtoral. num. 7. extr. de exceptio. Iaſ. l. ſi per errorem. num. 11. & 12. ff. de jurisdict. omn. jud. Iaſ. §. ſi quis agens. num. 8. Inſtit. de act. Aymon. Cravett. conſ. 193. num. 7. lib. 1.*

Et hoc uſque adeò verum eſt, ut alle-
gans † ignorantiam illius, quod publicè 163
notum eſt, nullo modo audiendus ſit, etiamſi ipſe paratus ſit de aſſerta ſive prætenſa ignorantia, jurejurando fidem facere, *Roman. conſ. 481. num. fin. Abb. c. Paſtoral. col. 2. extr. de exceptio. Felin. cap. 2. num. 17. & ibi Dec. lect. 1. col. fin. extr. de conſtitut.*

Scientia † quoque ſive noticia argui- 164
tur & præſumitur ex qualitate facti, *cap. quanto. extr. de translat. Prælatorum. c. illud. extr. de Cler. excommun. Corn. conſ. 268. col. 2. lib. 4. Card. Pariſ. conſ. 111. num. 55. lib. 1. Aymon. Cravett. conſ. 168. num. 3. lib. 1. Rol. à Vall. conſ. 19 lib. 1.* Item & ex loci vicinitate, *c. quanto. & c. quoſdam. extr. de præſumptio. Iaſ. l. ſi poteſt. num. 8. & num. 73. ff. de acquir. hered. Alex. conſ. 24. lib. 5.*

Lapſus quoque ſive † curſus tempo- 165
ris præſumptionem ſcientiæ & adjuvat & inducit, *Sal. l. auctoritate. C. unde vi. Calderin conſ. 15. col. 1. tit. de præbend. Raph. Cuman. conſ. 162. col. pen. Dec. conſ. 185. col. 6. Aym. Cravett. in tract. de antiquitat. temp. part. 2. §. ex præmiſſis. num. 40. Laur. Sylv. conſ. 96. num. 5.*

Præterea quoque clari juris eſt, † eum 166
qui ignorantiam allegat vel prætendit, non audiendum eo caſu, quo præſumptio ſcientiæ adeſt, etiamſi ipſe paratus ſit allegationē ignorantiæ jurejurando confirmare, *Domin. c. eos qui. col. 1. de temporib. ordin. lib. 6. Felin. c. 2. num. 17. & ibi Dec. lect. 1. col. fin. extr. de conſtit.* Sicut & regulariter probatio per juramentum non admittitur nec recipitur eo caſu, quando præſumptio contra juramentum militat, *Bart. l. inter omnes. §. recte. ff. de furtis Bald. authent. cui relictum. C. de indict. viduitat. tollen. Felin. c. 2. nu. 18. & ibi Dec. lect. 1. col. fin. extr. de conſtit. Felin. c. ſignificaſti. extr. de homicid. Felin. c. inquiſitionis.*

tionis. §. 2. col. 2. extr. de accuſ. Felin. cap. 2. col. 3. extr. de calum. Iaſ. §. ſed iſte. num. 92. Inſtit. de act. Alciat. in tract. de præſumpt. regula 3. præſumpt. 26. num. 2. Plot. in tract. de in litem juran. §. 51. num. 12.

In iis quoque caſibus, in quibus agitur de gravi præjudicio alterius, nec ignorantia neque alia ex animo alicujus dependentia per juramentum probantur, *Paul. de Leazer. Clem. conſtitutionem. de elect. Damin. cap. eos qui de tempor. ord. lib. 6. Abb c. quaſdam. ad fin. extr. de præſumpt. Franc. Aretin. l. ſi poteſt. col. 10. ff. de acquir. hæred Felin. c. 2. num. 24. & ibi Dec. col. fin. extr. de conſtit. Crot. repet. legis qui Romæ. §. duo fratres. col. 32. ff. de verbor. oblig. Hippol. de Marſil. ſing. 635.*

Sed inveſtituram caſtri E. in caſu præſenti facta eſt ab Archiepiſcopo S. & ſic à Principe eccleſiaſtico, & in inveſtitura narratur, ad illam inter cætera adhibitas L. ab A. L. ab A. & M. P. P. qui omnes fuére viri & Nobiles & authoritate excellentes.

Igitur ſequitur, præſumendum eſſe illud, quod Nobiles a D. de iſto caſtro ab Archiepiſcopo S. inveſtiti fuére, ſemper fuiſſe publicum & notorium, quodq; Capitulum H. perinde ut omnes alii incolæ Archiepiſcopatus M. & Epiſcopatus H. iſtius inveſtituræ noticiam & ſcientiam habuerint.

Illaq; præſumptio ſcientiæ ſive noticiæ adjuvatur & augetur, tum quia Nobiles Domini à D. ut vaſalli, & inveſtiti, ad mandatum Archiepiſcopi S. à L. ab A. in poſſeſſionem caſtri E. publicè & palam immiſſi ſunt, tum quia poſt illã inveſtituram & immiſſionem ſubſequentem plus quàm ſeptem anni elapſi ſunt, & Nobiles Domini à D. per totum illud tempus caſtrum E. ut domini & vaſalli palam & publicè poſſiderunt, & in omnib. & per omnia ſe pro dominis & vaſallis geſſerunt.

Igitur ſequitur, Capitulum Eccleſiæ Cathedralis H. quatenus illud prætendit, ſe non habuiſſe noticiam ſive ſcientiam inveſtituræ de caſtro E. Nobilib. Dom. à D. factæ, nullo modo audiendum eſſe, etiamſi Capitulum paratum eſſet de illa prætenſa ignorantia per juramentum ſolenne & corporale fidem facere, præſertim cum in noſtro caſu agatur, de maximo præjudicio Nobilium Dominorum à D.

167 Vigeſimò nonò, † ignorantia craſſa vel ſupina nemini patrocinatur, ſed ſcientiæ æquiparatur, & perinde ut vera ſcientia alicui præjudicat, *l. nec ſupina. ff. de jur. & fact. ignor. l. etſi. cenſendum. §. ignorantia. ff de contrahen. empt. gl. Clem. 1. verb. ſcienter. de conſanguin. & affin. gl. c. 1. §. ſimiliter. verb. ſciens. quib. mod feud. amitt. gloſ. c. 1. verb. ultra annum. & ibi Martin. Laudenſ. Alvar. & Dd qua temp. mil. Bald. c. licet. col. 1. extr. de ſupplend. negl. Prælat. Immol. c. fin. col. antepen. extr. de præſcript. Rom. conſ. 127 conſ. 340. in fin. Franc. Aret. l. licet. de jur. deliber. ext. de præſcript. Dec. l. 2. C. qui admittitur. Franc. Aret. conſ. 15. Fel. c. vigilanti. col 2. Dec. conſ. 267. conſ. 272. conſ. 436. n. 9. conſ. 564. in fin Godzad. conſ. 8. col. fin. & conſ. 68. num. 14.*

Et hoc uſq; adeò verum eſt, ut ſicut in illis caſibus, in quibus per actum celebratum à ſciente inducitur conſenſus ſive ratihabitio, ita quoq; & in illis caſibus per actum celebratum ab ignorante inducetur conſenſus & ratihabitio, quando illa ignorantia eſt craſſa & ſupina, *Bald. c. 1. in princip. quo temp. miles.*

Sed ignorantia † illius, quod publicè 168
notum eſt, craſſa & ſupina reputatur, *l. regula. §. ſed facti. ff. de jur. & fact. ignor.*

Cum itaq; inveſtitura de caſtro E. Nobilibus Dominis a D. ſit publica & notoria, ſicut hoc ex ſuprà deductis liquet, ſequitur, etiamſi Capitulum H. fidem facere poſſet, ſe ignoraſſe illam inveſtituram, factam illam tamen ignorantiam tanquam craſſam & ſupinam Capitulo H. nihil patrocinari vel prodeſſe poſſe.

Trigeſimò, verba † pactorum, Statu- 169
torum & cujoslibet diſpoſitionis, debent propriè intelligi, nec ad caſum improprium, ſive qui verba impropriè accipiendo ſub illis includi poſſit, extendi, *l. 3. § hæc verba. & ibi Bart. & Dd ff. de negot. geſt. l. non aliter. in princ. ff. de leg. 3. l. 1. §. ſi is qui navem. ff de exercit. act. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. 3. l. 1. §. fin. & ibi Bart. ff. de fonte. c. ad audientiam & ibi Abb. extr. de donat. gloſ. c præterea. extr. de verb. ſignif. Socin. regula 41. Bald. in conſ ſchiſmatis poſito ſub Rubrica. C. ſi quis aliq. teſtar. probib. §. ſed in contrarium. num. 22.*

Sed feudum alicui † conceſſum pro pe- 170
cunia non eſt feudum proprium ſed improprium, *Bald. l. ſi quam. C. de aper. liberto. Innoc. c. 2. ext. de feud. Iaſ. conſ. 57. num. 3 lib. 1. & conſ. 152. col. 2. lib. 2. Curt. ſen. conſ. 48. col. 7. & conſ. 49. col. 5. Alber Brun. conſ. 14. num. 2. Curt. jun. in tractat. feud. part. 1. quæſt. 6. num.*

num. 14. cum tribus ſequentib. Rol. à Vall. conſ. 23. num. 6. lib. 1. Iaſ. in tract. feud. part ultim. num. 19. arg. ejus in princip. de feudo dato in vicem. leg. commiſſ.

Igitur ſequitur, quod pactum, Statutum aliavè diſpoſitio de feudo loquens, ita accipienda ſit, ut procedat tantùm in feudo proprio gratis conceſſo, nec ullo modo extendatur ad feudum emptum vel aliter improprium, prout hoc tradit *Socin. conſ. 252. num. 19. lib. 1. Curt. jun. in tract. feudal. part. 1. quæſt 6. num. 32.*

Quod generaliter quidem verum eſt, potiſſimùm autem habet locum in pactis & Statutis a jure communi exorbitantibus, vel juri communi contrariis, illa enim ſtrictiſſimè intelligenda & ita reſtringenda ſunt, & quantò minùs fieri poteſt, juri communi derogent, *l. 2. & ibi Dd. C. de noxalib. actio. l. præcipimus. §. final. C. de appellat.*

Ex quo infertur, prætenſum pactum juratum de non concedendo alteri feudum abſque conſenſu Capituli ita accipiendum & reſtringendum eſſe, ut procedat tantùm in feudis alicui gratis conceſſis, nec ullo modo habeat locum in feudis alteri conceſſis pro pecunia, præſertim cum illud pictum ſit a jure communi exorbitans & juri communi contrarium.

Et per conſequens, cum Archiepiſcopus S. Nobilibus Dominis à D. caſtrum E. conceſſerit in feudum non gratis ſed pro precio, omninò dicendum & concludendum eſt, ſuam Illuſtrem Celſitudinem per hoc nihil deliquiſſe contra prætenſum juramentum.

171 Trigeſimò primò, † inveſtitura facta Epiſcopo vel alio Prælato ſive domino eccleſiaſtico valet atque tenet, licet in illa inveſtitura non fuerint adhibiti teſtes Pares curiæ, *c. 1. in princip. verſ. in Clericorum. ſi de inveſt. int. domin. & vaſall. lis oriat.*

Similiter inveſtitura facta abſentibus Paribus curiæ rata eſt eo caſu, quando ſuper illa inveſtitura eſt confectum breve teſtamentum ſive inſtrumentum illudq; Sigillo domini ſignatum, *Alvar. & Præpoſ. c. 1. quot teſtes ſunt neceſſ. Curt. in tractat. feud. 2. part. 2. part. princip. num. 10.*

Cum itaque inveſtitura, de qua in caſu præſenti agitur, ſit facta à domino eccleſiaſtico, & inſtrumentum ſuper ea confectum ſigillo communi confirmatum ſit, ſequitur, illam inveſtituram valere nec infringi poſſe, etiamſi fides fieri poſſit, ad illam inveſtituram non fuiſſe adhibitos Pares curiæ.

Trigeſimò ſecundò, ſi una † eademq; 172
res duobus diverſo tempore in feudum conceſſa fuerit, is præfertur & potior cenſetur, qui prius poſſeſſionem illius rei licitè acquiſivit, licet ejus conceſſio ſive inveſtitura ſit poſterior, *Bald. Alvarot. Præpoſ. & Matth. de Afflict. c. 1. §. ſi facta ſi de feud. defunct. content. Iaſ. l. quoties. num. 30. C. de rei vendic. Matth. de Afflict. c. 1. num. 5. uſq; ad num. 12. qui ſucceſſ. teneant. Curt. in tract. feud. 2. part. 2. part. princip. num. 33. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. inveſtivi, num. 4. Zaſ. in tract. feud. part. 6. num. 13.*

Quod procedit, etiamſi is, qui duobus unam † eandemq; rem in feudum con- 173
cedit, legis condendæ poteſtatem habeat, ſive ipſe recognoſcat ſuperiorem ſive non. Namque & hoc caſu is, cui prius poſſeſſio tradita eſt, licet ipſe ſit poſterior, præfertur & potior reputatur, *Matth. de Afflict. c. 1. num. 5. uſque ad num. 12. qui ſucceſſ. tene. Matth. de Afflict. cap. 1. §. fin. num. 7. & 8. de nov. form. fidelitat. facit, idq; tradit. Iaſ. l. quoties. num. 10. de rei vendicat. Boër. deciſ. 42. nu. 28. Hipp. Ruin. §. 1. num. 63. Inſtit. quib. alien. lic. vel non.*

Similiter hoc procedit, etiamſi † illa 174
inveſtitura fuerit facta ab Archiepiſcopo, Epiſcopo vel alia perſona eccleſiaſtica. Namque nihilominus is, qui prius poſſeſſionem nactus eſt, alteri præfertur, licet inveſtitura ipſi facta poſterior ſit, *Anton. de Butr. Card. Florent. Petr. de Anchor. Immol. & Panorm. c continebatur. extr. de his quæ fiunt à Prælato. Iaſ. l. fin. col. pen. C. de SS. Eccleſ. Iaſ. l. quoties. num. 21. C. de rei vendic. Tiraquell. in tract. de privileg. piæ cauſæ privileg. 107. Covarruv. variar. reſolut. lib. 2. c. 19 num. 4.*

Et licet in hoc contrarium teneant Dd. relati in rationibus dubitandi, Attamen illa contraria opinio eſt communiter reprobata, & præcedens opinio eſt communiter recepta, prout hoc tradit *Iaſ. l quoties. n. 21. C. de rei vendic.* Ideoque contraria opinio nullo modo tenenda vel ſequenda

Eodem modo hoc procedit, etiamſi † 175
prima inveſtitura fuerit facta cum conſenſu Capituli, ſecunda verò inveſtitura abſque conſenſu Capituli. Namque nihilominùs ſecundo inveſtitus, ſi ei prius poſſeſſio tradita fuerit, primo præfertur.

Tum quia regula juris eſt, quod ſecundo inveſtitus, qui prius poſſeſſionem nactus

eſt,

eſt, primo inveſtito præferatur, nec ab illa
regula exceptus reperitur iſte caſus, quando prima inveſtitura à Prælato facta eſt
cum conſenſu Capituli.

Igitur illa regula & hoc caſu locum
habere debet, cum † regulæ juris ſemper
176 inhærendum & ſecundum regulam pronunciandum ſit, niſi de exceptione expreſſa fides fiat, *Bal. l. ſi tutor. in fin. C. de ſerv. pig. dato manumiſ. Bal. c. 1. col. 3. extr. de alien. jud. mutan. cauſa facta. Iaſ. l. 2. nu. 33. ff. ſi quis in jus voca. non ierit. Dec. & Cag. l. 1. ff. de reg. jur. Arg. l. ab ea par. ff. de probatio. l. ſuus quoq; verb. puto. ff de hered. inſtit.*

Tum quia in inveſtitura ab Epiſcopo vel alio Prælato de re ſolita & conſueta infeudari de neceſſitate non requiritur conſenſus Capituli, ſed illa inveſtitura etiam cum conſenſu Capituli valet & rata eſt, prout hoc ſuprà docuimus.

177 Et clari juris eſt, ſi † in actu aliquo
adhibita fuerint illa, quæ in iſto actu de neceſſitate non requiruntur, ea in conſideratione non habenda, nec naturàm actus mutare, *Bart. l. heredes palam. §. ſi quis poſt. & ibi Fran. Aret. ff. de teſtam. Alex. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. col fin. C. eo tit. Alex. conſ. 146. lib 2. conſ. 106. col. 2. lib. 4. Bart. conſ. 44. col. 4. lib. 3. Dec. & Cag. l. nihil tam naturale ff. de reg. jur.*

Tum, quia ſecundo inveſtitus cui prima poſſeſſio tradita eſt, priori inveſtito præfertur, etiamſi prima inveſtitura ſit firmior, efficatior & plus roboris habeat, ſicut hoc ſatis probatur ex eo, quod Dd. tradunt.

178 Secundo † inveſtitum qui prius poſ-
ſeſſionem adeptus eſt, primo inveſtito præferri, licet prima inveſtitura jurejurando confirmata ſit, *Imol. c. cum contingat. extr. de jurejur. Iaſ. l. quoties. nu. 36. C. de rei vendi. Iaſ. l. ſi ita quis. §. ea. lege. nu. 25. ff. de verb. oblig.* licet in hoc contrarium ſed male teneat *Matth. de Afflictis c. 1. nu. 25. qui ſucceſſor. teneant.*

179 Deinde hoc procedit, † etiamſi inve-
ſtituræ poſteriori fuerit inſerta clauſula, *Salvo jure tertij*, Namq; nihilominus poſterior inveſtitus, qui primo poſſeſsionem adeptus fuit priori inveſtito præfertur, *And. de Iſer. Alvarot. præpoſi & Matth. de Afflict. c. 1. §. ſi de feud. defunct. conten. Matth. de Afflict. c. 1. nu. 12. qui ſucceſſo. teneant. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. inveſtivi. nu. 5. Zaſ. in tract. feud. 6. par. nu. 13.*

Multò verò magis hoc locum habet non obſtante hoc, quod in poſteriori inveſtitura ſubintelligatur clauſula, *Salvo jure tertij*, licet ea expreſſa non fuerit.

Cum † tacitum non debeat plus ope- 180
rari quàm expreſſum, *l. expreſſa. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. juris. l. num quid. & ibi Iaſ. & Dd. ff. ſi cert. petatur.*

Cum itaq; Nobiles domini Frantz & Chriſtoph a D. prius adepti fuerint poſſeſſionem caſtri E. Sequitur, ipſorum conditionem potiorem eſſe, ipſosq; omnibus aliis præferendos, & ſi fides fieri poſſet, Nobiles dominos ab H. a Cardinali A. de iſto caſtro cum conſenſu Capituli prius inveſtitos.

Item etiam poſito, Cardinalem A. jura Principis habuiſſe, nec non etiamſi concedamus in poſteriori inveſtitura, intelligi clauſulam, *Salvo jure alterius*, qui tamen in ea expreſſa non eſt.

Trigeſimò tertiò, † Archiepiſcopi, 181
Epiſcopi reliquique domini Eccleſiaſtici contra jus commune nihil diſponere vel ſtatuere poſſunt, *Hoſt & Ioan. And c. fin arg. illius text. extr. de offic. Archid. Ioan. And. in addit. ad Specul. Rub. de elect. Bal. conſ. 330. lib. 4. Rom. l. 1. ff. de juridic. omnium jud. Alber. de Roſ. in 1. part. ſtatu. q. 47. verſ. ſed quid ſi ſtatu. Curt. ſen. conſ. 79. col. fin. Mar. Laud in tract. de princip. §. 92. Alber. Bru. conſ. 108 col. 3. Bal. l. omnes populi. & ibi Iaſ lect. 1. nu. 30. & 31. ff de juſt. & iur. Abb. conſ. 1. nu. 3. lib 2. Alex. l. nemo poteſt. & ibi Iaſ lect. 1. nu. 4. uſq; ad nu. 10. & lect. 2. nu. 3. uſq; ad nu. 11. ff. de legat. 1. Alex. conſ. 17. nu. 14 lib. 4. conſ 34. nu. 4. lib. 6. conſ. 90. lib. 7. Felin. c. 1. extr. de Reſcript. Fel. c. quod ſuper his. nu 2. arg. illius text. extr. de major. & obed. Cravet. conſ. 103. nu. 2.*

Sed jure communi cautum eſt, † quod 182
ex ſolo contractu, non interveniente traditione, neq; dominium, neq; poſſeſſio in alium transferri poſſit, *l. traditionibus. & ibi Dd. de pact. l. ſi ex ſtipulatu. ibi Iaſ. ff. de acq. poſſeſſ.* etiamſi inter contrahentes id actum fuerit, quod dominium in accipientem abſq; traditione transferretur, *glo. in traditionibus ff. de pact. Bart. l. cum falſa quæſt. 1. C. de jur. & fact. igno. Dec. l. traditionibus. nu. 2. ampl 4. C. de pact.*

Quinimò juri gentium refragatur, ut dominium alicui acquiratur ſine apprehenſione poſſeſſionis, *Tiraq. in tract. le mort. in præfatio. declar. 6 nu. 15. ubi ipſe ad hoc allegat notata in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.*

Vu Ex

Ex quo infertur, licet Principes ſeculares præſertim illi, qui ſuperiorem non recognoſcunt, illud cavere & diſponere poſſint, ut ex inveſtitura ab ipſis facta etiam citra traditionem in inveſtitum dominium transferatur, Principibus tamen Eccleſiaſticis ſuperiorem recognoſcentibus hoc nullo modo permiſſum eſſe.

Et per conſequens, etiam poſito probari poſſe, Cardinalem A. in inveſtitura facta nobilibus ab H. de caſtro E. illud expreſſe egiſſe, ut dominium item & poſſeſſio caſtri E. ipſo jure transferretur in nobiles ab H. hoc tamen nihil penitus operari, multò verò minus hoc efficere, quod nobiles ab H. nobilibus à D. præferri debeant.

183 Trigeſimò quartò, † is Prælatus, cui coadjutor datus eſt, abſq; conſenſu illius coadjutoris nihil facere vel præſumere poteſt, *arg. c. ſcripſit. 7 quæſt. 1. c. vobis 12. quæſt. 2. c. fin. ext. de accuſat. Card. Zabar. c. fin. extr. de cleric. ægrotan.*

Quinimò Prælatus cui coadjutor datus eſt, nec cum conſenſu quidem coadjutoris de rebus ad Epiſcopatum, Eccleſiam vel Prælaturam ſuam pertinentibus quicquam alienare poteſt, *c. 1. §. præſenti. de cleric. ægrot. lib. 6.*

Sed mihi narratum eſt, Cardinalem A. eo tempore, quo ipſe nobiles dominos ab H. de caſtro E. tunc temporis ſibi nondum aperto inveſtivit, habuiſſe coadjutorem I. A. Marchionem Brandenburgicum, eumq; coadjutorem iſti inveſtituræ non conſenſiſſe.

Igitur etiam ex hoc capite ſequitur, inveſtituram factam Nobilibus de caſtro E. viribus carere & Nobilibus a D. nihil impedimenti præſtare.

184 Trigeſimò quintò, Nemo † plus juris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habet, *l. nemo plus juris. & ibi Dec. & Cag. ff. de reg. jur. c. nemo. de reg. jur. lib. 6. l. traditio. ff de acq. rerum domin. c. nuper ext. de donat. int. vir & uxor.* Et id jus, quod quis non habet, alteri dare vel in alium transferre non poteſt, *c. Dayhertum. 1. q. 7. c. quomodo. de conſer. diſ. 4. l. ſi filius. C de donatio.*

185 Præterea Vaſallus † Epiſcopi qui videlicet ab Epiſcopo rem aliquam in feudum tenet, illud feudum abſq; conſenſu Epiſcopi in Capitulum illius Epiſcopi alienare vel transferre nequit, quinimò Vaſallus Epiſcopi nec cum conſenſu Epiſcopi quidem illud feudum in Capitulum alienare vel transferre poteſt, ſed hoc caſu requiritur authoritas ſive conſenſus ſuperioris Archiepiſcopi, nempe vel Papæ, *Guilhel. de Monte Laud. clem. 2. & ibi Ioan. de Immol. nu. 19. de reb. Eccleſ. non alienand. Iaſ. c. 1. nu. 28. de his qui feud. dar. poſ.*

Et licet in hoc † contrarium teneat 186
Cald. conſ. 10. incip. An Feudatarius tit. de feudis. attamen præcedens opinio verior eſt, & confirmatur, tum, quia regulariter Epiſcopo non permittitur ullam rem ad ipſũ ſpectantem abſq; conſenſu ſuperioris Capitulo ſive Eccleſiæ ſuæ concedere, ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam, *Zenzell. Ioan. And. Imol & Card Clem. 2. de reb. Eccleſ non alienan. Panor. c. ſicut. col. fin. ext. de jurejuran. Iaſ. c. 1. nu. 28. de his qui feud. dar. poſſ Claud. de Seyſel. in Specul. feudal. tit. qui feud. dar. poſ. reg. 2. limit. 7.*

Tum quia Epiſcopo non permittitur feudum antiquum & infeudari ſolitum ſibi apertum Eccleſiæ vel Capitulo ſuo in feudum concedere, *Card Floren. conſ. 37. Iaſ. c. 1. nu. 27. qui feud. dar. poſſ. reg. 2. limit. 7.*

Et ſicuti Vaſallo non permittitur feudum à ſe poſſeſſum abſq; conſenſu Epiſcopi domini feudi, item & ſuperioris ipſius in Capitulum ſive Eccleſiam transferre vel alienare, ita quoq; ipſi non permittitur actionem ſive jus ad feudum aliquod ſibi competens abſq; conſenſu Epiſcopi domini feudi & ſuperioris in Capitulum transferre vel illi cedere.

Cum ſit clari & indubitati juris, quod
in † ceſſione ſive translatione actionum ad 187
rem aliquam competentium regulariter omnes ſolennitates omniaq; ea quæ in alienatione rei neceſſaria ſunt, requirantur, *Alex. conſ. 27. ad fin lib. 3. Tiraq. in tract. de utroq; retract. part. 1. §. 1. glo. 7. nu. 2.*

Ideoque in ceſſione actionis minori competentis ad rem immobilem requiritur & decretum judicis & aliæ ſolennitates in alienatione rerum immobilium minoris requiſitæ, *glo. & Dd l. 1. C. ſi adverſ. transactio. Bart. conſ. 50. col. 1. conſ. 70. col. 2. Bal. l ſi ad reſolvend arg. illius text. C. de præd. minor. Alex. conſ. 105. col 2 lib. 1.*

Et in ceſſione actionis competentis

tis civitati ad rem immobilem requiruntur omnes illæ ſolennitates, quæ in alienatione rei immobilis ad civitatem pertinentis neceſſariæ ſunt, *Ioan, de Plat. l. fin. C. de vendeu. reb. civit. lib. 12.*

Prout etiam in ceſsione actionis competentis Eccleſiæ omnes illæ ſolennitates neceſsariæ ſunt, quæ in alienatione rei Eccleſiaſticæ requiruntur, *Bal. Authen. hoc jus porrectum*, paulo ante fin. *C. de S.S. Eccleſ.*

Ex quo infertur primò, cum Nobiles ab H. nullum penitus jus, nullamque actionem ad caſtrum E. habuerint, ipſos per prætenſam ceſsionem nullum jus, nullamque actionem in Capitulum H. transferre potuiſſe.

Secundò ex hoc infertur, etiamſi nobiles ab H. ex prætenſa inveſtitura Cardinalis A. aliquod jus in caſtro E. fuiſſent conſequuti, ipſos tamen illud jus ſive actionem abſq; conſenſu Epiſcopi H. item & ſuperioris ipſius in Capitulum transferre, vel Capitulo cedere non potuiſſe.

Et per conſequens cum Capitulum H. hactenus fidem non fecerit, illudq; ei probare impoſsibile ſit, quod Epiſcopus H ejusq; ſuperior ad prætenſam ceſſionem conſenſum præſtiterit, omninò dicendum eſt, illam ceſſionem Capitulo factam non tenere, nec Capitulum ſe ex ea juvare poſſe, etiamſi Capitulum docere poſſit, illam ceſſionem revera factam.

188 Trigeſimò ſextò, is † qui in alterius jus ſuccedit, eodem jure uti, nec melioris conditionis eſſe debet, quàm auctor ipſius fuit, *l. aliud eſt vendere. §. abſurdum. l. in omnibus officiis. §. non debeo. c. is qui in jus. & ibi Din. de reg. jur. lib. 6.*

Etiamſi is qui in alterius locum ſuc-
189 cedit, † perſona privilegiata ſit, *l. hæres. in princ. ff. de jud. l. cum quidam. §. fiſcus. ff. de uſur. l. in facto. §. fiſcus. ff. de condit. & demonſtrat. l. non intelligitur. §. cum ex cauſa. &. §. ſi poſterior. ff. de jur. fiſci. l. fiſcus, la. 1. ff. eo tit. Iaſ. & Dd. l. cum filiusfamilias. §. in hoc. ff. de verb. oblig.*

Quod potiſsimum & abſq; omni du-
190 bio procedit quoad ea, † quæ ante illam ſucceſſionem contigerunt, Namque quoad illa abſque omni dubio ſucceſſor privilegiatus eodem jure utitur, quo prædeceſſor uti debuit, *l. fiſcus. la. 1. ff. de jure fiſ. Cyn. Bart. & Bal. Auth. quas actiones & ibi. Iaſ. nu. 36. nu. 2. & ſeqq. C. de S.S. Eccleſ. Fran. Bal. in tract. de præſcript. 1. par. 1. par. princip. q. 3.*

Ex quo infertur, etiamſi Nobiles ab H. aliquod jus habuiſſent in caſtro E. illudq; per ceſſionem legitimam & validam in Capitulum H. tranſtuliſſent, Capitulum tamen H. volens ſe juvare illa ceſſione, non eſſe melioris juris, quo Nobiles ab H. fuere, præſertim quoad ea, quæ illam ceſſionem præceſſere.

Et per conſequens, cum Nobiles à D. ante illam prætenſam ceſſionem poſſeſſionem caſtri E. legitimè adepti & illud jus conſequuti ſint, quod illi potiores reputari & præferri debeant Nobilibus ab H. eorumque ſucceſſorib. Capitulum H. vigorem ſuorum privilegiorum juri Nobilibus à D. acquiſito derogare non poſſe.

Trigeſimò ſeptimò ex eo † quod 191
quis impugnavit, nemo ſe juvare poteſt, *c. ex eo & ibi Din. de reg. ju. lib. 6.*

Cum itaque Capitulum H. ante ceſſionem ſibi factam a Nobilib. ab H. illorum inveſtituram tanquam nullam & invalidam impugnavit, ſequitur, Capitulum H. ex inveſtitura Nobilium ab H. ſe tueri vel juvare non poſſe.

Trigeſimò octavò, is † qui ſe fun-
dat in paupertate, ſive is qui præten- 192
dit, aliquam pauperiem vel inopem eſſe, hoc probare tenetur, *gloſ. Bart. Alb. Ang. & Dd. l. ſi verò. §. qui pro rei. ff. qui ſatisdar. cogan. Alber. de Roſ. l. ei incumbit. nu. 8. ff. de proba. Albert. l. ſi creditores. ff. de privileg. credit. Bal. l. non prius in princ. C. quando fiſcus vel privat. Bal. c. fin. co. 1. extr. de præſumptio. cum multis ſimilibus aleg. per Tiraq. in tract. de utroque retract. parte. 1. §. 32. glo. 1. nu. 94.*

Nec etiam quælibet † inopia ſuf- 193
ficit ad hoc, ut feudum antiquum Prælato vel Epiſcopo apertum penes menſam Prælati vel Epiſcopi retineri poſſit, ſed requiritur, quod illa inopia ſive paupertas ſupervenerit poſt illud tempus, quo illud feudum primo conceſſum fuit, *arg. l. ſi is à quo. §. fin. & ibi Bart. ff. ut in*

poſſeß. legat. l. quæ bona. §. de illo. & ibi Bart. & Alex. ff. de dam. infecto. l ſi creditores & ibi Bart. ff. de privileg. creditor. l. fin. & ibi Bart. C. de ſponſa. Bart. l. ait Prætor. §. ſi debitorem. ff. de his quæ in fraud. creditor. Ang. Alex. & Iaſ. l. ſi arbitro. ff. qui ſatisdar. cogan. Lanfran. c. quoniam contra col. 16. verſ. & per hoc infertur extr. de probatio. Angel. §. col. 7. & ibi Iaſ. col. 16. Inſti. de acto. Iaſ. l. ſervus. in prin. col. pen. ff. ſol. mat. Iaſ. l. apertiſſimi. col. fin. C. de jud. Alex. conſ. 19. lib. 3. & conſ. 241. lib. 6. Dec. conſ 75. Caccialup. in tract. de debitore fugit. quæſt. 6. prin. col. 19. cum ſequentibus. Corn. conſ. 136. col. 2. lib. 4. Card. Pariſ. conſ. 99. & conſ. 111. lib. 4. Catellian. Cotta memorale incipien. debitor.

194 Et mutario ſtatus præſertim † in deterius non præſumitur, isque qui mutatum ſtatum allegat, hoc probare tenetur, *l. ex persona juncta. gloſ. Bart. & Bal. C. de prob. l. 1. §. ſi magiſtratus ff. de magiſt. convenìend. Alex. conſ. 241. lib 6.*

Sicut etiam non præſumitur † mu-
195 tatio voluntatis, *l. cum tacitum. & l. cum qui ff de probatio.* vel confinium, *Odofr Alber. de Roſ Bald & Florian l in ſimilib. ff. fin reg. Felin cum cauſam. col. fin extr. de probat. Socin. junior conſ. 189. nu. 9. lib. 3. Alvar. in tract. de*
196 *præſumpt. reg. 2. præſumpt. 13.*

Et licet † Prælato permittitur eo caſu, quando conditio Eccleſiæ eſt mutata & Eccleſia vel Epiſcopatus ad inopiam eſt redactus, feudum antiquum ſibi apertum retinere, nec illud alteri concedere cogatur, Attamen Prælato liberum atque permiſſum eſt, illud feudum non obſtante mutatione, ſtatus ſive quod Epiſcopatus ad inopiam redactus eſt alteri concedere, prout hoc expreſsè tradit *Claudius de Seyſell. tract. feud. tit. qui feud. dar. poß. reg. 1. limit. 7.* Et ſatis probatur per textum *c. 2. extr. de feud.* dum videlicet in illo textu dicitur.

In primo ergo caſu feudum decedentis liberè ſi videris, expedire conce-
197 das. Quod verbum, † *Libere*, denotat voluntatem meram & abſolutam nullique regulæ aſtrictam. Atque hoc ſignificat, quod totum hoc, utrum Eccleſiæ expediat vel non, feudum ſibi apertum alteri concedere ex mera & abſoluta voluntate Prælati dependeat, uſque adeo, ut ſi Prælatus feudum ſibi apertum, alteri viciſsim conceſſerit, hoc neque Capitulo neque ullo alteri tanquam minus expediens vel damnoſum Eccleſiæ impugnare permittatur, cum hoc verbum, *Liberè*, meram & abſolutam voluntatem nullique regulæ juris aſtrictam denotat, *Iaſ. l. ſi ſic. in princ. nu. 21. ff. de leg. 1. cum ſimilibus vulgaribus.*

Uſque adeo, ut in tali actu, qui liberè expediri poteſt, alterius conſenſum requirere neceſſe ſit, utque talis actus per contradictionem alterius non impediatur, ſicut hoc ſuperius docuimus.

Ex quo infertur, quod Capitulum H. prætendit, Epiſcopatum H. paupertate & inopia laborare, illudq; probare teneatur, quodque non ſufficiat, hoc ſimpliciter probare, ſed neceſse ſit, ut fides fiat, Epiſcopatum H. conditionem ſuam mutaſse ab eo tempore, quo caſtrum E. Nobilibus à D. primo in feudum conceſsum fuit, ejusq; conditionem jam deteriorem eſſe.

Et poſito, à Capitulo probari poſſe, Eccleſiam & Epiſcopatum H. inopia laborare, & ejus ſtatum ſive conditionem mutatam in deterius ab eo tempore, quo caſtrum E. primum Nobilibus à D. in feudum conceſſum fuit: Attamen nihilominus hoc, utrum Epiſcopatui expediat, vel expedierit, caſtrum E. alteri rurſus in feudum concedere in mera & libera voluntate Archiepiſcopi S. ſitam fuiſse, uſque adeo, ut Capitulo non permittatur inveſtituram de iſto caſtro factam impugnare.

Trigeſimò nonò, Canonib. † cau- 198
tum nec non etiam a ſanctis Patrib. traditum eſt, quod Epiſcopus de altari vivere, non autem luxuriari debeat, prout authoritate divi Hieronymi deciditur, diſtinct. 44. in ſumma. Et alibi ſancitur, quod ſufficiat Epiſcopum de ſuo Epiſcopatu habere victum & veſtitum, *c. Epiſcopus. 12. quæſt. 1.* & quidem pauperem, *c. Epiſcopus diſtinct. 41.*

Ubi textus inquit, Epiſcopus vilem ſupellectilem & menſam ac victum pauperem habeat.

Deinde etiam legibus cautum eſt,
quod † Epiſcopus quantumvis nobilis, de- 198
beat reſtringere & temperare expenſas ſecundum Eccleſiæ facultates, *Vitalis de*

Camba.

Camba. in tract. clauſul. fol. 131. nu. 13. Et Imperatoe *in* § *Cum verò. verſ. Nam ſi non aliquis. Authe. ut determinat. ſit numer. clerico. inquit:* Non enim oportet ad menſuram expenſarum quærere etiam poſſeſsiones (hoc enim ſimul ad avaritiam impietatemque perducit) ſed ex iis, quæ ſunt, expenſas metiri.

Prætecea is, qui † inſpecta quali-
200 tate, perſonæ ſic ut decentes teditus, nec non etiam decentem victum & amictum habet, panper vel inups dici aut reputari nequit, *l. 1. ff. in ius vocati ut tant. l. 2. in princ ff. què ſatisdar. cogan. l. quos nos. ſ. locuples. & ibè Alva. ff. de verb. ſignifica fac. tex. l. paupertas. ff. de excuſatio. tuto. ſ. ſed & propter paupertatem & ibi Doctores Inſtitut. de excuſatio. tutor.*

Cum itaque mihi naeratum ſit, quod Epiſcopus H. etiam præter hoc caſtrum E. ſufficientes & decentes ad honeſtam ſuſtentationem Epiſcopi habeat, ſequitur quod Capitulum H. neque prætendere puſſit, Epiſcupatum H. inopia laborare, neque prætextu illius inupiæ, inveſtituram factam Nobilibus à D. de caſtru E. impugnare.

Quadrageſimò, illa res † quam ali-
201 us tenet ab Eccleſia ſive Epiſcopo in feudum, non dicitur eſſe de menſa vel Eccleſiæ vel Epiſcopi, niſi illa res & Eccleſiæ ſive Epiſcopo aperta & expreſsè menſę incorporata ſive addicta fuerit *Mat. Laudenſ. c. 1. & ibi Præpoſ. col. 2. Epiſcopum vel Abbatem. Ioan. Andre. c ut ſuper extr. de rebus Eccleſ. non alienan. Bal. c. 1. circa med. col. 5. & ibè Præpoſ. que feudum dar. poſſunt. Bal. Auth. hoc jus porrectum col. 5. C. de S S. Eccleſiis Imol. c. 2 col. 14 extr. de feudis Clau. de Seyſel. in tract. feud. ſub tit. qui feudum dar. poſſunt par. 2. reg. 1. declarat. 5. circa. fin.*

Namque feudum antiquum apertum cenſetur vel reputatur eſſe de menſa Eccleſiæ vel Prælati propter hoc, quod Eccleſia ſive Prælatus illius rei puſſeſsionem apprehendit, atq; illius poſſeſsio reperitur, *M. Lau. & Præpoſ. c. 1. Epiſcopum vel Abbatem. Alvar c. 1. col 5 qui feud dar. poſſunt. Claud. de Seyſel in ſpecul. feuda ſub. tit qui feud dar. poſſ. par. 2. reg 2 declara 4 verſ primo loco, licet in hoc contrarium ſed malè teneat Bal. c. 1. ult notab. de Clerico quèinveſt. fecit.*

Similiter nec feudum antiquum Prælato apertum cenſetur eſſe effectum de menſa Prælati ſive illius menſæ incorporatum, per hoc, quod is Prælatus, cui iſtud feudum apertum fuit, illud toto tempore vitæ ſuæ retinuit.

Quodque ſucceſsor ipſius illud feudum tempore introitus ſui in dominico ſuo ſive ab Eccleſia poſſeſsum reperit, *c. 1 & ibè Dd. de cleri. quèinveſt fecit. Odoſr. in ſua ſumma tit. qui poſſ. ſa. inveſt. And. de Iſer. c. 1. col. 2. & ibi Alva col. 4 Præpoſ. col. 5. de his qui feud. dar. poſſ. Andr. de Iſer. Alvar. M. Lauden. Præpoſ. & Dd. c. 1. Epiſcopum vel Abbatem Claud. de Seyſel in tract. feud. ſub. tit. qui feud. dar. poſſ par, 2. reg. c. Ampliat. 1.*

Multò verò minus feudum antiquum apertum Eccleſiæ vel Prælato per huc cenſetur eſſe effectum de menſa Eccleſiæ vel Prælati, quod Prælatus illud per annum retinuit, *Ang rep. l. ſi vacantia C. de bon vacant. lib. 10. Alvar. ea. 1 col. 5. qui feudum dar. poſſ. Marti. Lauden. c. 1. in princ. col. pen. & ibi Præpoſ. Epiſcopum vel Abbatem Pet. de Ancho. conſ 155. Imol. c. ut ſuper extr. de rebus Eccleſ. non alienan. Claud. de Seyſel. in ſpecul. feudal. parte 2. reg. 2. declara. 4. verſ. ſecunda fuit opinio.*

Illaque ſententia verior eſt, licet quoad hoc contrarium ſed malè teneat *Archi. c. 1 35. q 8. Archid. c 1. de reb. Eccleſ non alie. lib. 6. Panor. c. ut ſuper ext. de reb. Eccleſ. non alie. Card. Zab. conſ. 34. Card. Zab c. 2. q. 12. extr. de feudis.*

Sed ad hoc, ut feudum antiquum Epiſcopo apertum de menſa Epiſcopi effectum eſſe cenſeatur, requiritur, ut Epiſcopus expreſsè illam rem menſæ ſuæ incorporet ſive addicat, utque ipſe verbis expreſſis hoc declaret, quod velit illud feudum menſæ ſuo incorporari. *Bart. l. ſi vacantia nu. 9. C. de bon. vacant. lib. 10. Pet. de Ancho. conſ. 155. Præpoſ c. 1. Epiſcopum vel Abbatem. Claud de Seyſel in ſpecu. feud tit. qui feud. dat. poſſ. par. 2. reg 2 declarat. 4. verſ. tamen. concludendo Matth. de Aſflict. c. 1. nu. 11. de clerico qui inveſt. fecit Cure. in tract feuda. 1. par. 2. par. princip. quæſtio. 5. Zaſ. in tract. feud. par 5. nu. 50.*

Etſi illa declaratio expreſſa non intervenerit, feudum Epiſcopo apertum nullius temporis lapſu de menſa effectum eſſe cenſetur, ſi illud feudum non ab ipſo Epiſcopo vel ſucceſſore ipſius, ſed à quodam tertio poſſeſſum fuerit, *P. de An-*

ebotano conſ. 155. *Claud. de Seyſel. in ſpecu. feud. tit. qui feudum dare poß. par. 2. reg. 2. declara. 4. verſ. præpicta tamen intelligo.*

Similiter & feudum apertum Prælato per nullius temporis lapſum de menſa ipſius effectum eſſe cenſetur eo caſu, quando verè vel præſumptivè conſtet, de mente Prælati vel aliqua indicia ſive præſumptiones extant, quod Prælatus illud feudum menſæ ſuæ incorporare voluerit, prout hoc tradit *Claudius de Seyſel. in ſpecu. feuda par. 2. reg. 2. declarat. 4. verſ. ſi vero non apparet. ubi ipſe ad hoc allegat Card. Zab. & Imol. c. ut ſuper extr. de reb. Eccleſiis non alienan. idem tenet Zaſ. in tract. feud. par. 5. nu. 50.*

Nullis verò contrariis præſumptionibus exiſtentibus ad hoc, ut feudum antiquum Epiſcopo apertum de menſa Eccleſiæ efficiatur, requiritur, ut illud feudum per 30. annos ſecundum jura civilia & ſecundum jura Canonica per 40. annos apud relatum retentum fuerit, *And. de Iſern. c. 1. col. 1. in fine qui feud. dar. poß. Mar Laud. c. 1. in princip. col. 1. Matt. de Afflict. nu. 24 Epiſcopum vel Abbatem Imol. c. ut ſuper col. 2. extr. de rebus Eccleſ. non alienan. Claud. de Seyſel. in ſpecu. feud. tit. qui feud. dar. poß. part. 2. reg. 2. declara. 4. verſ. unde tertia fuit opinio & verſ. aut verò ſumus in dubio. Matth. de Afflict. c. 1. nu. 11. de clerico qui inveſt. fecit. Zaſ. in tract. feud. par. 5. nu. 50.*

202 Cæterum † is dominus feudi, qui inveſtivit alium de feudo antiquo ſibi aperto, pœnitere & in præjudicium illius inveſtituræ feudum ſibi apertum, menſæ
203 ſuæ applicare nequit, tum quia † feudum contractus eſt & quidem nominatus, *Bart. l. juris gentium. §. quinimò num. 19. & ibi Iaſ. num. 16. 17. ff. de pactis Socin. conſil. 68. num. 6. lib. 1. conſ. 160. col 6. & conſil. 165. num. 5. lib 2. Curt. jun. conſil. 1. col. pen. Curt. jun. in tract. feud. par. 1. quæſt. 8. num. 36. Iaſ. in præludiis feud num 34 Iaſ. inter conſil. Alber. Brun. conſ. 8. num. 32. Card. Pariſ. conſ. 23. num. 79 lib. 1.*

204 Et certi juris eſt, quod † in contractibus præſertim nominatis pœnitentiæ locus non ſit, *l. quamvis C. de tranſactionibus. l. ſicut. C. de act. & oblig. l. de contractu & l. ratas. C. de reſcindend. venditio. gloſ. Bartol. Iaſ. & Dd. l. ſi pecuniam in princ. ff. de condict. ob cauſam.*

205 Tum quia Dd. in fortiorib. terminis tradunt, illi † domino, qui inveſtivit alium de feudo Vaſalli viventis ſub illa conditione, ſi contingat illud feudum ſibi aperiri, etiam ante conditionem exiſtentem, pœnitere vel in præjudicium illius inveſtituræ quid præſumere non permitti, *And. de Iſer. c. 1. num. 12. & ibi Alva. num. 7. Mat. Lau. nu. 21. Præpoſ. nu. 7. & Matt. de Afflict. nu. 58. cum multis ſequentibus, qui ſucceſſores teneantur.*

Capitulum etiam ſede vacante feu- 206
dum antiquum ad Epiſcopum pertinens & vel vivo Epiſcopo vel ſede vacante apertum, in præjudicium Epiſcopi, menſæ Epiſcopali applicare nequit, tum, quia Capitulum ſede vacante de rebus ad Epiſcopum pertinentibus nihil penitus præſumere vel diſponere poteſt, *Pan. c. fin nu. 5. ext. ne ſede vacante. Fel c. edoceri. nu. 7. verſ. ſede vacan. extr. de reſcriptis:* Tunc quia Capitulum ſede vacante feudum antiquum ad Epiſcopum pertinens & vel vivo Epiſcopo vel ſede vacante apertum alterum in feudum concedere nequit, *Claud. de Seyſel in ſpecul. feudal. tit. qui feudum dar. poß. par. 2 reg. 1. decla. 3. verſ. ex præmiſſis. Zaſ. in tract. feud. par. 5. nu. 48.*

Quod potiſſimum procedit in eo caſu, quando is Epiſcopus quo vivente illud feudum apertum fuit, alium de iſto feudo inveſtivit, & vel alii promiſsionem de inveſtiendo fecit, tunc enim cum Epiſcopo non permittatur iſtam inveſtituram vel promiſsionem revocare & in præjudicium illius inveſtituræ illud feudum menſæ ſuæ applicare, Certè hoc multò minus Capitulo ſede vacante permitti debet, cum Capitulo ſede vacante non permittatur plus, quàm ipſi Epiſcopo permiſſum fuit, per jura vulgaria.

Et licet aliqui Dd. velint, per † ſtatu- 207
tum ſive diſpoſitionem Capituli feudum antiquum apertum de menſa effici poſſe, *Bal. c. 1 nu. 2. de clerico qui inveſt fecit Præpoſ. c. in prin. col. fin. Epiſcopum vel Abbatem.*

Attamen illa contraria opinio tantum procepit in feudo ad Capitulum pertinente, ſecus autem eſt in feudo pertinente ad Epiſcopum vel ſolum vel ſimul cum Capitulo, præſertim ſi de iſto feudo Epiſcopus prius vel alium inveſtivit, vel alteri promiſſionem de inveſtiendo fecit.

Sed in caſu præſenti vidua Nobilis Heinrich à D.ukimi poſſeſsoris caſtri E. remanſit in poſſeſsione illius caſtri, donec de iſto caſtro Nobilis Frantz & Chriſtoph à D. ab Archiepiſcopo S. inveſtiti ſunt, &

multæ

multæ adſunt conjecturæ, quod nullus omninò Epiſcopus caſtrum E. menſæ ſuæ applicate voluerit à D. Namq; Cardinalis A. vivo ad hue Heinrich à D. illud caſtrum Nobilibus conceſſit ab H. quamvis nulliter, Archiepiſcopus vero I. A. quo ſedente illud caſtrum apertum fuit, in iſto caſtro inveſtiruit H. à B. & Archiepiſcopus F. Electori B. parenti ſuo pollicitationem fecit, quod Nobilibus Frantz & Chriſtoph à D. illud caſtrum in feudum concedere vellit, Archiepiſcopus vero S. Nobiles Frantz & Chriſtoph a D. de iſto caſtro inveſtivit & in realem poſſeſſionem illius caſtri miſit. Et ſic liquet, nullum penitus Epiſcopum H. illud caſtrum menſæ ſuæ applicare voluiſſe.

Inſuper etiam ab anno 1546. quo anno illud caſtrum Archiepiſcopo I. A. apertum fuit uſq; ad annum 1560. quo anno Archiepiſcopus S. Nobilibus dominis Frantz & Chriſtoph à D. illud caſtrum in feudum conceſſit, non ſunt elapſi anni triginta.

Igitur ſequitur, in caſu præſenti dici vel prætendi non poſſe, caſtrum E. menſæ Epiſcopi H. applicatum vel incorporatum fuiſſe.

Et ſic ex prædictis patet, hanc noſtram concluſionem ſive deciſionem ad propoſitam facti ſpeciem veriſſimam eſſe, Nec obſtant huic noſtræ deciſioni ea, quæ in rationibus dubitandi adducta ſunt, Namque ad illa omnia facilis eſt reſponſio.

Et ad primam rationem dubitandi patet ex iis reſponſio, quæ in quadrageſima & ultima ratione decidendi dicta ſunt.

208 Namq; penitus quod † feudum antiquum & infeudari ſolitum Epiſcopo apertum cenſeatur effectum de menſa ipſius per hoc, quod Epiſcopus vel Eccleſia, ejus poſſeſſionem apprehendit aut illud per annum poſſedit, aut illud in dominio reperit, tempore introitus, ſicut hoc ibidem docuimus.

Similiter falſum & communiter reprobatum eſt, quod feudum antiquum cenſeatur effectum eſſe de menſa Epiſcopi per hoc, quod Epiſcopus illud feudum, poſtquam illi hoc apertum fuit, ultra decem annos poſſedit: ſed Dd. communiter ad hoc requirunt lapſum 30. annorum, prout hoc in 40. ratione decidendi docui.

Nec obſtant jura citata in prima ratione dubitandi, quatenus in illis deciditur, ex lapſu enim annorum præſumptione induci. Namq; illa jura, præterquam quod non loquuntur in materia feudali, procedunt tantum in iis terminis, quando agitur de præſumenda non ſubſtantia, ſed qualitate ſive ſolennitate actus: Secus autem eſt, ſi agatur de præſumenda ſubſtantia, ſibi iis quæ ſubſtantiam actus reſpiciunt, Tunc enim lapſus decem annorum non ſufficit, eam ob cauſam, quia qualitas facilius inducitur & præſumitur quàm ſubſtantia rei, *glo. fin. l. tali ſcriptura. §. fin ff. de leg. 1. Iaſ. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. col. 6. limit. 10. ff. de verbo obliga.*

Ideoq; receptum eſt, ſubſtantiam actus, ſive ea quæ ſubſtantiam reſpiciunt, ex lapſu longi temporis regulariter non præſumi, *Alex. conſ. 50. col. 2. lib. 5. Decius conſ. 442. col. 4. Aym. Cravet. in tract. de antiquitate tempor. par. 3. §. venio nunc ad terti. num. 22.*

Negatur etiam, quod Archiepiſcopus I. A. caſtrum E. menſæ ſuæ applicare mandaverit, vel etiam applicaverit: Imo hic apparet de contraria ipſius mente.

Et Capitulo H. non licuit illud caſtrum ſede vacante, menſæ Epiſcopali applicare, prout hoc in 40. ratione docui.

Ad ſecundam rationem † dubitandi 209 patet reſponſio ex iis, quæ in prima ratione decidendi docui.

Namq; primò iſta, quæ in ſecunda ratione dubitandi dicta ſunt, non habent locum in ratione & ſimilibus caſibus, quando verè vel præſumptivè conſtat, illud feudum antiquũ ab initio eſſe conceſſum ſive alienatum, intervenientibus omnibus requiſitis in alienatione rei Eccleſiaſticæ, tunc enim tale feudum ſtatim & illico ſortitur illam qualitatem, ut dicatur infeudari ſolitum, etiamſi neque lapſus temporis, neque ulla alia requiſita intervenerint, prout hoc in prima ratione decidendi docui.

Præterea illa opinio quæ vult, ad hoc, ut † feudum cenſeatur infeudari ſolitum, requiri lapſum illius temporis, cujus in contrarium memoria nõ extat, eſt communiter reprobata & Dd. communiter cõcludũt, ad hoc ſufficere lapſum 40. annorũ, 210

ideoque illa opinio contraria requirens tempus immemoriale, nullo modo tenenda & ſequenda eſt.

Nec etiam verum eſt, quod ad hoc,
211 ut † tempus dicatur immemoriale, requiratur lapſus centum annorum: ſed minus tempus ſufficit, prout hoc pulchrè declarat. *Aymon. Crav. de antiqua. tempo. par. 4. §. abſolutis. nu. 1. uſq. ad nu. 9.* ubi ipſe etiam alios Dd. hanc doctrinam amplectentes refert.

Deinde etiam poſt annum 1481. quo caſtrum E. Nobilibus à D. in feudum conceſſum eſt, inveſtitura de caſtro E. non tantum ſemel ſed etiam ſæpius renovata fuit.

Et ex inſtrumento confecto ſuper prima conceſſione de caſtro E. Nobilib. à D. facta liquet, illam conceſſionem eſſe factam cum conſenſu Epiſcopi vel Capituli & modò non damnoſam, ſed utilem Eccleſiæ H. eſſe.

Et cum Nobiles à D. caſtrum E. ab initio acquiſiverint titulo juſto, & illud poſſederint ultra 65. annos, dubio omni caret, bonam fidem per hoc ſatis ſufficienter probari.

212 Namque ex titulo ſive per † titulum & præſumitur & probatur bona fides, *l. pen. C. de evictionibus. glo. Imol. Pan. Felin & Dd. c. ſi diligenti extr. de præſcriptio glo. c. dilecto. 15. quæſt. 3. Alexan. in conſ. 200. col. 1. lib. 2. conſ. 75. col. pen. lib. 4. Bart. & Dd. l. Celſus. & ibi Fran. Bald. in repet. §. expedita ſecunda parte nu. 2. ff. de uſucapion.*

Ex lapſu quoque longi temporis bona fides & præſumitur & probatur, *Imol. c. 2. extr. de reſtitut. in integ. Abb. & Dd. c. conſultationib. extr. de jure Patron. Alex. conſ. 142. in princ. lib. 1. conſ. 200. lib. 2. conſ. 24. & conſ. 69. lib. 5. Dec. conſ. 267. nu. 5.*

Multò verò magis hoc procedit in lapſu temporis triginta annorum.

Namque per lapſum illius temporis bona fides indiſtinctè præſumitur & probatur, *Bart. l. fin nu. 17. C. unde vi Alexan. conſ. 6. lib. 1. conſ. 151. col. 2. lib. 2. Abb. conſ. 89. & conſ. 102 lib. 1. Roma. conſ. 107. Aret. conſ. 54. conſ. 102. conſ. 171. conſ. 154. Iaſ. §. ſed iſte. nu. 100. Inſtit. de actio. Dec. conſ. 267.* & *conſ. 272.* Etiamſi probetur, de antiquiori poſſeſſione alterius, *Bart. l. fin. nu. 17. C. unde vi Bal. & Ang. l. ſuper longi C. de longi tempo. præſcript. Alexant. conſil 71. circa princip. conſil. 110. col. final. lib. 1. conſil. 76. col. final. conſil. 151. col. 2. lib. 2. conſ. 16. col. 6. & conſ. 24. col. fin. lib. 5.* Uſque adeo, ut poſſeſſio triginta annorum præſumatur fovere juſtitiam permanentem, *Cyn. l. ſi ſolennibus C. de rei vend. Bald c. 1. §. cum autem. de contro. inveſt. Matth. de Afflict. deciſ. 277. nu. 6. Card. Pariſ. conſ. 23. nu. 258. lib. 1.* atque poſt lapſum triginta annorum malam fidem allegare non permittatur, *Bart. l. fin. nu. 17. C. unde vi Paul. Caſt. conſ. 169. col. 2. lib. 1.*

Et ſic liquet in caſu præſenti abſque omni dubio caſtrum E. cenſendum eſſe rem infeudari ſolitam, cum in caſu præſenti omnia omninò requiſita ad hoc, ut res aliqua reputatur infeudari ſolita, intervenerint.

Quinimò etiam † probabiliter dici 213
poteſt, veram non eſſe illorum Dd. opinionem, qui volunt, bonam fidem requiri ad hoc, ut res dicatur infeudari conſueta, cum ſit clari juris & à Dd. communiter traditum, quod ad inducendam conſuetudinem regulariter non requiratur neque titulus neque bona fides, *Ang. l. de quibus & ibi Iaſ. nu. 43. & 49. ff. de legib. Panor. c. cum Eccleſia Sutrina, nu. 45. extr. de cauſa poſſeſ. & proprietat. Pan. c. ſuper quibuſdam nu. 9. extr. de verb. ſignifica. Alex. conſ. 6 lib. 1. conſ. 124. lib. 4. Dec. conſ. 134. Dec. Rub. nu. 2. extr. de conſue. Cravet. in tract. de antiq. tempo. par. 4. §. tranſeo nunc ad quartam. num. 16.*

Ad tertiam rationem dubitandi 214
ego reſpondeo, † licet *Claud. de Seyſel.* ibidem citatus velit, Prælato non permitti duo feuda ſibi aperta uni concedere, & ad hoc allegat *Bal. in tit. Qui ſui eſſor. teneantur, nec non etiam text. l. ſi is qui bonis ff. de atq. hered. & not. in l. 2. C. de reb. alien. non alienan.* Attamen Bal. in loco præallegato de hac re nullam mentionem facere, nec etiam per allegatos text. opinionem *Claud. de Seyſel* probari.

Ideoq; illam opinionem minimè tenendam tunc, quia † deſtructo fundamento, 215
&

& omne quoque id, quod ſuper eo ſtructum eſt, corruit, *r. cum Paulus* 1. *q*. 1. *l. legi in princ. ff. de exceptio. rei jud.*

Tum quia erubeſcimus ſine lege loqui, *§. & conſideremus. Authr. de Trien. & ſemiſſ. l. illam & ibi Iaſ C. de colla*,

116 Præterea † illa opinio *Claud. de Seyſel.* refragatur textui *in c.* 2. *extr. de feudis.* Namque cum in illo textu Prælato permittatur feudum ſibi apertum liberè concedere, ex illo textu ponderando verbum *Liberè*, clare liquet, quod Prælato permiſſum ſit pro ſua mera & abſoluta voluntate de feudis ſibi apertis diſponere, & ſic vel unum feudum duobus vel duo uni concedere. Certi enim juris eſt, verbum *Liberè*, meram & abſolutam libertatem ſive voluntarem, nullæ penitus neceſſitati vel regulæ juris obnoxiam denotare, prout hoc ſuperius docuimus.

Et ſic cum illa opinio *Claud. de Seyſel*, non modò textu nullo probetur: ſed textui ſic ſatis expreſſo refragetur, ſequitur illam opinionem, nullo modo tenendam vel ſequendam, *l.* 1. *§. ſed neque C. de vet. jur enucl. c. Caprlan. & ibi Abb ext. de feriis. Abb. Felin & Dec. c.* 1. *extr. de conſt. Alex. & Iaſ. l. cum prolatis. ff de re. jud.*

117 Et poſito † opinionem *Clau. de Seyſel.* aliquo caſu ſuſtineri & ſalvari poſſe, illa opinio primò tantum haberet locum eo caſu, quando feuda integra uni conceduntur, in quibus terminis *Clau. de Seyſel* tantum loquitur: Secus autem eſſet, ſi duo feuda Epiſcopo aperta duobus & ſic unicuique ex illis in uno quoque feudo, tantum dimidia pars concederetur.

Namque ſicut Epiſcopo abſque omni dubio permittitur, unum feudum ſibi apertum, alteri integrè concedere, ita quoque & ipſi permitti debet, dimidiam partem duorum feudorum uni concedere, tum quia bonum eſt argumentum de toto ad partem, *l. de tota in princ. ff. de rei vendi. l. qui ſcit. in princ. ff. de uſur.* tum quia in utroque caſu unus idemque effectus reſultat, & certum eſt, quod in omnibus omninò diſpoſitionibus effectus potiſſimùm attendendus ſit, nulla habita conſideratione modi, per quem ad illum effectum pervenitur, *l. cum ſervus. & ibi Bart. & Dd. ff. de verbo. obligatio.*

Deinde etiam opinio *Clau. de Seyſel* poſito illam veram eſſe, procedit rantum in conceſſione in feudum propria, qualis eſt illa conceſſio, quæ fit gratis: Secus autem eſt, ſi vel utrumque feudum vel unum ex illis non gratis ſed pro pecunia concedatur. Cum ſit clari juris, quod diſpoſitio vel deciſio ſimpliciter loquens de feudo, intelligatur tantum de feudo proprio gratis conceſſo: nec ullo modo extendatur ad feudum improprium, pro pecunia nempe conceſſo, ſicut hoc ſupra docuimus.

Similiter & opinio *Claud. de Seyſel.* abſque omni dubio non habet locum in conceſſione facta propter benemerita, cum cauſa meritorum ſit admodum privilegiata, uſque adeo, ut propter merita illud permittatur, quod alioqui prohibitum eſt, ſicut hoc ex ſupra deductis liquet.

Cum itaque in caſu præſenti caſtrum N. & caſtrum E. Frantzen à D. non in ſolidum, ſed caſtrum N. ipſi & Nobili domino M. à S. caſtrum verò E. ipſi & fratri ſuo Chriſtophoro à D. & ſic in effectu dimidia tantum pars unius cujuſque caſtri Frantzen à D. ſit conceſſa, & conceſſio caſtri N. fuerit facta propter benemerita: conceſſio verò caſtri F. fuerit facta, partim pro precio, partim propter benemerita, ſequitur opinionem *Claud. de Seyſel.* etiam poſito, illam aliquo in caſu ſalvari poſſe, in noſtro caſu locum non habere.

Ad quartam rationem dubitandi patet reſponſio ex iis, quæ in 38. & 39. ratione decidendi diximus. Namque primò Capitulo prætendenti Eccleſiam H. ære alieno obnoxiam onus probandi incumbit.

Secundò † non ſufficit ſimpliciter probare inopiam vel onus æris alieni: ſed requiritur ut probetur atq; fides fiat, quod detracto ære alieno Epiſcopatus ſive menſa Epiſcopi minus habeat in bonis, quàm eo tempore hàbuit, quo ea res, de qua repetenda agitur, primum in feudum conceſſa fuit. 118

Tertiò

Tertiò, etiam non ſufficit ſimpliciter probare ſtatum Epiſcopatus ſive menſæ Epiſcopi, poſtquam illa res feudalis effecta fuit, mutatum, ſed neceſſe eſt, ut doceatur Epiſcopo, detracto ære alieno, non ſupereſſe tot reditus, unde convenientes & decentes ſumptus ſive expenſas facere poſſit.

219 Quartò, etiam his omnibus probatis † liberè & abſolutè voluntati Epiſcopi relinquitur, utrum expediat, an verò non, feudum antiquum infeudari ſolitum ipſi apertum, alteri iterum concedere, & ſi ipſe illud alteri iterum conceſſerit, Capitulo non permittitur illam conceſſionem prætextu aliquo, ſive ex cauſa vel capite aliquo impugnare, prout hæc omnia in 58. & 59. ratione decidendi comprubavi & ducui.

Quintò, etiam ad hanc rationem
220 dubitandi reſpondeo, quod † Capitulo non permittatur de rebus ſive feudis ad Epiſcopum ſpectantib. vacante ſede quicquam diſponere contra naturam, nec ex cauſa quidem mutare, vel de iis litem aut controverſiam poſſeſſoribus movere, ſicut hoc ex ſupra deductis & inter cætera ex traditis per *Fel. c. edoceri nu. 7. verb. Sede vacante extr. de reſcript.* patet.

Ad quintam, ſextam & ſeptimam rationem dubitandi patet reſponſio ex iis, quæ in ſecunda ratione decidendi & omnibus ſequentibus rationibus decidendi uſq; ad decimam nonam rationem decidendi: item & in trigeſima ratione decidendi adduximus,

Namque certum eſt, quod Epiſcopo, ſive Prælato permittatur feuda antiqua ſibi aperta, etiam abſque conſenſu Capituli alteri in feudum concedere, quodque pactum juratum de non alienando vel infeudando abſque licentia vel conſenſu ſuperioris aut Capituli ita reſtringatur, ut non extendatur ad illum caſum, quando Epiſcopus vel Prælatus feudum antiquum infeudari ſolitum & ſibi apertum, alteri iterum concedere vult.

221 Similiter omnia † omninò pacta, quantumvis generalia, præciſa, univerſalia, geminatis vel prægnantibus verbis concepta, limitationem, reſtrictionem, interpretationem, declarationes & exceptiones recipiunt.

Et primò, verba generalia, univerſalia, geminata, vel prægnantia pactorum, ſecundum jus commune intelligi & declarari, & ita accipi debent, ut quantò minus fieri poteſt, juri communi derogent.

Secundò, pacta generalia, univerſalia verbis geminatis & prægnantibus concepta reſtringuntur, declarantur & limitantur ſecundum ſubjectam materiam, ſive ſecundum naturam rei de qua agitur.

Tertiò, pacta concepta verbis quantumvis generalibus, univerſalibus, geminatis & prægnantibus, reſtringuntur, declarantur & limitantur ſecundum mentem paciſcentis, quæ mens paciſcentis inter cætera colligitur ex diſpoſitione juris communis, item etiam ex ſubjecta materia.

Quartò, pacta quantūmvis ampla, generalia, univerſalia vel prægnantia, non includunt illum actum, qui non ex voluntate, ſed ex neceſſitate fit.

Quintò, tàm pacta, quàm ſtatuta generalia, univerſalia, ampla & prægnantia, non extenduntur ad caſus ſive perſonas ſpecialiter privilegiatas.

Sextò, ab omni pacto, ſtatuto vel alia diſpoſitione, quantumvis ampla, generalis & univerſalis, intelliguntur exceptæ perſonæ, virtute, meritis vel ſcientia excellentes.

Septimò, pactum juratum de non infeudando, ita intelligi debent, ut accipiatur tantum de infeudatione propria, quæ fit gratis, nec habeat locum in infeudatione impropria, quæ fit pro pecunia.

Sed juri communi expreſsè cautum eſt, quod Epiſcopo & cuilibet Prælato permittatur feudum antiquum infeudari ſolitum

tum & ſibi apertum, etiam abſq; conſenſu ſive licentia Capituli, alterum in feudum concedere, etiamſi ipſe juramentum de non alienando vel infeudando abſque conſenſu Capituli præſtiterit.

Natura quoque pacti jurati de non alienando vel infeudando abſque conſenſu vel licentia Capituli, talis eſt, ut non comprehendat feudum antiquum Epiſcopo apertum.

Et cauſa meritorum item & illa, quæ rationem aliquam naturæ priſtinæ reddit, multum privilegiata eſt.

Prælatus etiam cui feudum antiquum aperitur diſponenrib. & exigentibus hoc legitimis ſanctionibus, cogitur, & obligatus eſt, illud feudum viciſſim alteri concedere, nec illud pro ſe retinere, aut in uſus ſuos convertere poteſt, præſertim ſi is qui ſibi hoc feudum de novo concedi poſtulat, ultimo poſſeſſori ſanguine junctus ſit.

Igitur ſequitur, prætenſum pactum juratum de non alienando vel infeudando abſque conſenſu Capituli, de quo in caſu præſenti agitur, ſecundum diſpoſitionem juris communis ſecundum ſubjectam materiam & naturam rei de qua contenditur, nec non & mentem contrahentium ita reſtringendum, ut non habeat locum in feudo antiquo, infeudari ſolito & Epiſcopo aperto præſertim ſi illud feudum concedatur vel perſonæ, meritis, virtute vel aliter excellenti, aut ultimo poſſeſſori ſanguine conjunctæ, vel pro pecunia & non gratis, etiam poſito, illud pactum eſſe conceptum verbis univerſalib. geminatis, quod videlicet Archiepiſcopus S. juraverit & jurato promiſerit, nullum omninò feudum, nullo pacto vel ratione abſque conſenſu Capituli alienare vel infeudare.

Rurſus, ex hoc infertur, prætenſum pactum juratum non extendi ad caſum noſtrum, neque caſum noſtrum comprehendere, cum caſtrum E. ſit feudum antiquum & infeudari ſolitum, & conceſſio illius caſtri dictis dominis nobilibus à D. qui virtute & meritis excellunt, & ultimo defuncti ſanguine juncti ſunt, ſit facta non gratis, ſed pro pecunia & meritis.

Ad octavam rationem dubitandi reſpondeo, ea † quæ ibi dicta ſunt, non habere locum. 222

Primò, in illa alienatione, per quam res naturæ ſuæ priſtinæ redditur, talis enim alienatio per pactum generale de non alienando abſque conſenſu & licentia Capituli vel ſuperioris nunquam excluſa intelligitur, prout hoc ſatis liquet, tum ex traditis in tertia ratione decidendi: tum etiam ex vulgata maxima, quod unaquæque res de facili naturæ priſtinæ reddatur, juxta *l ſi unus. §. pactus ne peteret. & ibi Iaſ. ff. de pact.*

Secundò illa non habet locum in alienatione, quæ fit ex neceſsitate, ſicut hoc ſatis patet ex illis, quæ in rationibus decidendi adducta ſunt.

Cum itaque per hoc, quod feudum antiquum infeudari ſolitum & Epiſcopo apertum alteri in feudum conceditur, illud feudum naturæ ſuæ priſtinæ reddatur, atque Epiſcopi obligati ſint feuda antiqua ſibi aperta aliis de novo concedere, præſertim ſi illi qui hæc feuda ſibi concedi poſtulant, ultimo defuncto ſanguine juncti ſunt.

Sequitur, quod Epiſcopo non obſtante pacto generali de non alienando, vel infeudando permittatur feuda antiqua ſibi aperta alii de novo concedere, prout hanc ſententiam defendunt omnes Dd. communiter nullo penitus refragante, citati in tertia ratione decidendi.

Ad nonam rationem dubitandi reſpondeo, veriorem & communiorem Dd. ſententiam eſſe, quod † actus 223 geſtus contra juramentum præſtitum ſive pactum juratum, valeat & teneat, quodque pactum juratum dominii translationem non impediat, prout hoc docui in 19. ratione decidendi.

Et

Et licet in hoc contrarium teneant Dd. citati in nona ratione dubitandi. Attamen illorum contraria opinio & falſa & communiter reprobata eſt, eamq; ob cauſam nullo modo vel tenenda vel ſequenda.

Nec obſtat, quod † juramentum ha-
224 beat vim præciſam, & præciſè atq; in forma ſpecifica adimplendum ſit. Namque nulla diſpoſitio eſt adeò præciſa, quin recipiat declarationes, reſtrictiones & limitationes.

Et illud quod dicitur, juramentum habere vim præciſam, procedit tantum reſpectu perſonæ promittentis, illa enim ex promiſſione jurata præciſè obligatur uſq; adeo, ut ſolvendo id quod intereſt, ab iſta obligatione non liberetur, ſecus autem eſt reſpectu rei in obligationem deductæ, Namq; nulla perſonalis obligatio quantumvis præciſa rem afficit vel jus aliquod in re conſtituit, *l. 1. §. ſi hæres & ibi Iaſon & Dd. ff. ad SC. Treb. l. non adverſus. C. ſi cert. pet. l. enim. C. de act. & oblig.*

Ideo mirum non eſt, juramentum non obſtante hoc, quod obligationem præciſam efficiat, dominii translationem non impedire.

225 Similiter nnn obſtat, Quod† locator
qui cum obligatione bonorum jurato promiſit, ſtare contractui locationis, illi promiſsioni præciſe ſtare cogatur, nec ipſi permittatur illam rem in præjudicium conductoris alteri vendere, vel alio titulo concedere, Nam præter hoc, quod multi Dd. concludunt, quoad hunc finem requiri hypothecam ſpecialem, nec generalem ſufficere. *Bart. Imol. & Roman l Qui abſenti. §. 1. ff. de acqui. poſſeſ. Bald. l ea lege col. 1. C. de condict. ob cauſam. Imol. & Franc. Aret. l. ſi ita quis. §. ea lege & ibi Iaſ. nu. 32. ff. de verb. oblig. Imol. & Iaſ. l. filiusfamilias §. divi ff. de legatis 1. Alex. l. ſi filiofamilias §. Si vir in quinquennium ff ſoluto mat. Guid Pap. deciſ. 569. Corn. conſ. 111. col. 2. lib. 3. Neguſant. in tract. de pig. nu. 5. Ruin conſ. 180. col. fi. & conſ. 214. nu. 7. lib. 1. conſ. 109. nu 35. & conſ. 112. col. 1. lib. 4. Godzad. conſ. 100. col. pen. Iaſ. conſ. 211. col. 6. lib. 2.*

In caſu præſenti pro ſervando hoc prætenſo pacto jurato Capitulo Eccleſiæ cathedralis H. bona Epiſcopatus ſive ad Epiſcopatum pertinentia neq; generaliter neque ſpecialiter caſtrum E. pignoris vel hypothecæ titulo nexa ſunt.

Igitur ſequitur, hoc motivum contrarium huic quæſtioni non convenire nec noſtræ deciſioni quicquam obſtare.

Et ad illud quod dicitur, juramentum 226
habere vim judicii, reſpondeo † illud tantum procedere in juramento litis deciſivo, in quibus terminis loquitur textus *l. qui juraſſe. § fin. ff. de jurejur.* allegatus in nona ratione dubitandi. Secus autem eſt in juramento promiſſorio, illud enim vim judicii habere nulla lege cautum eſt, nec text. *in d. §. fin.* hoc dicit.

Nec eſt illud quod dicitur, pactum in judicio factum dominii translationem impedire, generaliter verum eſt: ſed tunc demum procedit, quando ſuper illo pacto judex ſuum decretum, ſuamq; authoritatem interponit, alioqui verò ſec9 eſt, prout hoc ita declaratis idem *Bald. l. fin. C. de pact. inter empt. & vendit. Opizo repetit. l. filiusfamilias. §. divi. nu. 155. verſ. limitatur & ſeptimo. & ibi Crotus nu. 91. & Loaz. nu. 163. ff. d. leg. 1. Rol. à Val. conſ. 62. nu. 8. lib. 2.*

Cum itaq; illud juramentum de quo in caſu præſenti agitur, ſit juramentum promiſſorium & non litis deciſivum, Nec etiam ſuper eo interpoſitum decretum vel authoritas judicis, ſequitur, illud quod in 9. ratione dubitandi adductum eſt, juramentũ habere vim judicii, eamq; ob cauſam dominii translationem impedire, in caſu præſenti ſibi non vendicare locum, nec noſtræ deciſioni quicquam refragari.

Deinde etiam & illud quod † juramen- 227
tum habeat vim ſententiæ, procedit tantum in juramento litis deciſivo, in quibus terminis loquiter text. *d. l. 2. ff. de jurejurand* Nec ullo modo extendi poſſet ad juramentum promiſſorium, prout ad hoc motivuum contrarium ita formaliter reſpondet *Iaſoni. l. ſi pecuniam in prin. verſ. hoc tamen fundamentum. ff. de condict. ob cauſam.*

Et ſic ſequitur, cum illud prætenſum juramentum, de quo in caſu præſenti agitur ſit non litis deciſivum ſed promiſſorium, illud vim ſententiæ non obtinere.

Ad doctrinam *Franciſ. Ripæ l. filiusfa-* 229
milias. §. divi. nu. 93. ff de leg. 1. allegatam in 10. ratione dubitandi, dum videlicet, ipſe communem & receptam Dd. ſententiam, † quod actus geſtus contra juramentum præſtitum valeat, quodq; juramentum dominii translationem non impediat: ea nititur limitatione, ut procedat tantũ in promiſſione ſive juramento non obligato-

rio,

rio, Reſpondeo, illam limitationem Ripæ, & falſam & communiter reprobatam. Namq; Doctores citati in 19. ratione decidendi majori ex parte loquuntur in alienatione facta contra promiſſionem juratam obligatoriam & concludunt, illa promiſſione non obſtante contractum illi contrarium & valere & hoc operari, ut per traditionem vigore hujus contractus ſubſequentem dominium in accipientem transferatur.

229 Et ad illud, quod † actus geſtus contra juramentum non valeat in his, in quibus judicis miniſterium requiritur, ſive judicem adire neceſſe eſt. Reſpondeo, illud tunc demum procedere, quando pro ſubſtantia actus ſive pro hoc, ut actus fieri vel celebrari poſſit, judicem vel ſuperiorem adire neceſſe eſt, qualis eſt revocatio rei dotalis vel minoris alienatæ, in quibus terminis loquuntur Dd. citati in 10. ratione dubitandi, in illis enim contra juramentum quis non auditur, *c. cum contingat. extr. de jurejur. Authen. Sacramenta publ. C. ſi advers. vendit.*

Secus autem eſt in illis actibus, qui per ſe & ſine miniſterio judicis vel ſuperioris expediri poſſunt, & effectum ſortiuntur, ſcilicet conventus ſuper his in judicio etiam de facto tantùm, judicem adire teneatur, quales actus ſunt conceſſio in feudum inveſtitura, promiſſio de inveſtiendo reliquiq; contractus, item, teſtamentum morte confirmatum, matrimonium, & ſimiles actus, illi enim contra juramentum præſtitum celebrari valent & tenent: prout hoc formaliter & magiſtraliter declarat *Ioan. Andr. c. quod ſemel placuit. num. 13. de regul. jur. lib. 6. Paulus Caſtrenſ. conſ. 361. numer. 4. lib. 1. Roman. conſ. 379. num. 12.*

Ad undecimam rationem dubitandi reſpondeo, Ea, quæ in undecima ratione dubitandi adducta ſunt, procedere tantùm

230 eo caſu, quando ei, † cujus favorem pactum de non alienando reſpicit pro obſervantia hujus pacti, res de qua non alienando agitur, pignoris vel hypothecæ titulo nexa eſt, & quidem ſpecialier nec ullo modo locum habere, quando is, cujus favorem hoc pactum reſpicit, aliud jus in iſta re vel ad iſtam rem habet, tunc enim propter hoc jus dominii translatio non impeditur, prout etiam in iſtis terminis Doctores citati in undecima ratione dubitandi non loquuntur.

Et certum eſt, quod nulla deciſio Dd. extra verba ipſius deciſionis trahi vel extendi debeat, *argum. l. quod conſtitutum. & ibi Bartol. ff. de teſtament. militar. Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. libertis. num. 2. 3. & 4. C. de revoc. donat.*

Præterea Capitulum Eccleſiæ Cathedralis nullum penitùs jus habet in feudis reliquisque rebus ad ſolum Epiſcopum pertinentibus, nec de illis quicquam diſponere poteſt, ſicut hoc ex ſupradictis & intra cætera ex traditis per *Felin. cap edoceri. num. 7. verſ. ſede vacante. extr. de reſcript.* liquet.

Cum itaque Capitulo Eccleſiæ cathedralis H. pro obſervatione prætenſi pacti jurati, neque bona ad Epiſcopum ſive Epiſcoparum H. pertinentia generaliter, neque caſtrum E. ſpecialiter obligata ſint: Sequitur, ea, quæ in undecima ratione dubitandi adducta ſunt, noſtræ deciſioni nihil refragari.

Ad duodecimam rationem dubitandi ego reſpondeo, Illud quod dicitur † pa- 231
ctum juratum æquiparari Statuto, procedere tantùm ad hunc finem, quod a pacto jurato ad Statutum valeat argumentum affirmativè, quod videlicet illud, quod per pactum juratum fieri poteſt, etiam per Statutum fieri poſſit, in quibus terminis loquitur *Baldus l. final. col 7. C. de pactis.*

Et licet *Dec. conſ. 516. num. 5.* velit, hanc æquiparationem etiam procedere quoad hunc finem, quod e converſo à Statuto ad pactum juratum valeat argumentum affirmativè, quodque id, quod per Statutum fieri poteſt, etiam per pactum juratum fieri poſſit: Attamen Decius pro hac ſua opinione tantùm citat præallegatam doctrinam *Bald. l. fin. C de pact.* Quæ cum in illis terminis non loquatur, ſequitur, deciſionem Decii ſuper ea perperã extructam tanquam ſublato fundamento corruere, *c. cum Paulus. 1. quæſt. 2. l. egi. in princip. ff. de except. rei judic.*

Præterea illa deciſio Decii communiter reprobata eſt. Namque Dd. communiter tradunt, Statutum ſive legem habere plus roboris & efficaciæ, quàm pactum etiam juratum, & multa fieri poſſe per Statutum, quæ per pactum etiam juratum fieri prohibita ſunt, eamque ob cauſam de Statuto ad pactum juratum non valere argumentum affirmativè, *Bart. l. omnes populi. quæſt. 3. quæſt. 3. princ. ff. de juſt. & jur. Bart.*

Paul. Caſtrenſ. Iaſ. & Dd. l. non eſt impoſſibile. ff. de pact. Bart. & Alex. l. alia. §. eleganter. ff. ſolut. matrim. Bart. l. Titio centum. el. 2. ff. de cond. & demonſtr. Ang. conſ. 66. Domin. conſil. 139. col. 3. Dec. & Cagnol. l. nec ex prætorio. ff. de reg. jur. Nicol. Everh. in ſua Topica in loco à pacto ad legem vel ſtatutum.

Igitur ſequitur, tale argumentum non valere nec recipi, actus geſtus contra Statutum non valet, item Statutum impedit dominii translationem. Ergo & actus geſtus contra pactum juratum non valet, & pactum juratum dominii translationem impedit, prout etiã Doctores citati in decima nona ratione decidendi animadvertentes hanc differentiam inter pactum juratum & Statutum concludunt, actum geſtum contra pactum juratum valere, & pactum juratum dominii translationem non impedire.

232 Præterea & illud, quod † actus geſtus vel celebratus contra prohibitionem legis vel Statuti non valeat, non eſt generaliter verum, ſed multiplices limitationes recipit, quas limitationes retuli in 21. 22. 23. & 24. ratione decidendi, illæque limitationes omnes optime & quadrant & accommodari poſſunt ad propoſitam facti ſpeciem, prout ibi docui.

Ad decimam tertiam rationem dubitandi patet reſponſio ex iis, quæ docui in 20. & 21. ratione decidendi.

Et licet Doctores relati in 15. ratione dubitandi velint, etiam pacta illorum, qui ſuperiorem cognoſcunt, dummodò ipſi habeant legis condendi poteſtatem, legis ſive Statuti vigorem obtinere, Attamen contrarium tenent multi Dd. citati in 20. ratione decidendi.

Nec etiam illud, quod Epiſcopi Statuta condere poſſunt, generaliter verum 233 eſt. Namq; † illis non permittitur condere Statuta contra jus commune, ſicut hoc ſuperius docui. Et poſito, hoc prætenſum pactum, de quo in caſu præſenti agitur, vigorẽ Statuti obtinere, quod tamen falſum eſt, & inveſtituram Nobilib. Dominis à D. de caſtro E. factam, contra hoc pactum præſumptũ, quod ſimiliter negatur: Attamen ex iis, quæ in 21. 22. 23. & 24. ratione decidendi diximus, liquet, quod hoc non obſtante dicta inveſtitura nihilominus valeat, & per traditionem ejus vigore ſubſecutam, dominium caſtri E. in Nobiles Dominos à D. translatum ſit.

Ad decimam quartam rationem dubitandi patet reſponſio ex iis, quæ in 25. ratione decidendi adduxi.

Ad decimam quintam rationem dubitandi patet reſponſio ex iis, quæ in 13. ratione decidendi docui.

Namque etiam per generalem † & 234 ſimplicem aſſertionem meritorum, indiſtinctè etiã in prohibitis merita probantur in noſtro & ſimilibus caſibus, in quibus agitur, quod res naturæ ſuæ priſtinæ reddatur, item, quando hæc aſſertio aliquibus conjecturis ſive præſumptionibus adjuvatur.

Ad decimam ſextam rationem dubitandi reſpondeo, ea, quæ ibidem adducta ſunt, non habere locum eo caſu, quando † inſpecto præſenti ſtatu, illa per- 235 ſona, cum quo actus celebratur, talis eſt, quæ concedenti valdè utilis eſſe, eiq; plurima merita & utilia ſervitia præſtare & exhibere poteſt.

Cum ſit clari & indubitati juris, ea † 236 quæ contingere poſſunt vel ſperantur, indiſtinctè in conſideratione habenda & attentenda, eo caſu, quando præſens ſtatus ſive qualitas indicat contingentiam de futuro, *Bartolus l. inter ſtipulantem. §. ſacram. numer. 7. ff. de verborum obligationibus.*

Quod potiſſimùm procedit eo caſu, quando agitur de hoc, ut res aliqua priſtinæ naturæ reddatur vel reſtituatur, *arg. l. ſi unus. §. pactus ne peteret. & ibi Iaſon ff. de pact.*

Cum itaque in caſu præſenti agatur de hoc, ut caſtrum E. naturæ ſuæ priſtinæ reddatur, atque Nobiles Domini à D. etiam inſpecto eo ſtatu, in quo ipſi fuerunt tempore inveſtituræ factæ ab Archiepiſcopo S. & adhuc ſunt, ſint perſonæ multis & ingenii & fortunæ dotibus excellentes, ita ut Epiſcopatui H. maximè expediat tales habere vaſallos propter multiplicia ſervitia, quæ Epiſcopatui præſtare poſſunt & volunt.

Sequitur, ea quæ in decima ſexta ratione dubidandi adducta ſunt, in caſu noſtro locum non habere, nec deciſioni noſtræ quicquam obſtare.

Præterea in inſtrumento inveſtituræ de caſtro E. Nobilibus Dominis à D.

ab Ar-

ab Archiepiſcopo S. factæ, narratur, illam
inveſtituram eſſe factam non tantùm pro-
pter merita futura, ſed etiam propter me-
rita præcedentia, & ſic liquet, ea quæ in
36. ratione dubitandi adducta ſunt, noſtræ
deciſioni nihil penitùs obſtare, nec in caſu
237 præſenti locum habere, cum † utile per in-
utile regulariter non vitietur, *c. utile per in-
utile, & ibi Ioan. Andr. & Dyn. de reg. jur. lib.
6. l. 1. §. ſed ſi mihi. & ibi Bart. Alex. Iaſ. &
Dd. ff. de verb. obl. l. inter ſtipulantem. §. ſtipulante.
ff. eod. tit. l. ſancimus. in princ. C. de donat.*

238 Et ea, quæ non proſunt † ſingula,
multa collecta juvant, *gloß. l. 2. in princip.
verb. legitimis. ff. de excuſ. tutor. Hippolyt. de
Marſil. l. 1. §. eidem Cornelio. ff. de quæſtionib.*
Illaq; quæ per ſe in efficacia ſunt, aliis ſæpè
adjumentum præſtant, *l. 3. in princip. & ibi
Bart. ff. quod vi & clam. l. ſi quis ſolutum. §. fin.
ff. de uſur. Iaſ. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. num. 15.
ff. de verbor. obligat.*

239 Ad decimam † ſeptimam rationem
dubitandi reſpondeo, illam opinionem;
quæ vult, quod benemerita non aliter
ſint in conſideratione, neque aliter con-
ceſſione, renumeratoriam efficiant, ni-
ſi illa merita talia ſint, quæ vel actio-
nem vel officium judicis producere ſolent;
eſſe communiter reprobatum, prout hoc
patet ex traditis per Jaſon. *l. ex hoc jure. ff.
ff. de juſt. & jur. Iaſ. l. ſi non ſortem. §. libertus.
ff. de condict. indeb. Tiraquell. repet. l. ſi un-
quam. verb. donatione largitus. C. de revocat.
donat.*

Ideoque illam opinionem nullo mo-
do vel tenendam vel ſequendam per jura
vulgata.

240 Et cum Principis beneficia † latiſſimè
interpretari, *l. fin. & ibi Iaſ. & Dd. ff. de con-
ſtit. Princip. cap. cum dilecti. extr. de donatio.*
& verba in potiori ſignificatione accipi, *l.
1. ff. ſi ager vectig. vel emphyteu. pet.* nec non
& omnis actus ita intelligi debeat, ut va-
leat & non pereat, *l. quoties ff. de reb. dub. l.
quoties. ff. de verbor. obligat.* utque non ſit
ſupervacuus vel operandi effectu careat,
l. ſi quando. in princip. ff. de legat. 1.

Sequitur, aſſertionem Archiepiſcopi
S. affirmantis caſtrum E. Nobilibus Do-
minis à D. propter ipſorum benemerita &
egregia ſervitia conceſſum; ita accipien-
dam, ut intelligatur de talibus meritis &
ſervitiis, quæ illam conceſſionem omni
meliori modo valere faciant.

Ad decimam octavam rationem dubi-
tandi ego reſpondeo, falſum eſſe, quod in
inſtrumento inveſtituræ de caſtro E. quo-
ad merita præterita fiat tantùm mentio, de
meritis præſtitis perſonæ Archiepiſcopi
non reſpectu Epiſcopatus, ſed reſpectu
perſonæ. Namque in iſto inſtrumento
expreſsè dicitur, caſtrum E. Nobilibus Do-
minis à D. eſſe conceſſum propter bene-
merita tàm præſtita quàm præſtanda, &
domui Br. & perſonæ Archiepiſcopi & Epi-
ſcopatui H.

Præterea etiam futura merita in ca-
ſu præſenti in conſideratione habenda, in
reſponſione ad decimam ſextam rationem
dubitandi docui.

Similiter in duodecima ratione de-
cidendi comprobavi, in alienatione re-
rum Epiſcopatus, etiam illa † merita con- 241
ſideranda & efficacia reputanda, quæ Epi-
ſcopo nono reſpectu Epiſcopatus ſive Ec-
cleſiæ, ſed reſpectu perſonæ præſtita ſunt
in noſtro & ſimilibus caſibus; in quibus
per iſtam alienationem res aliqua priſtinæ
naturæ redditur.

Ad decimam nonam rationem du-
bitandi reſpondeo, Dd. ibidem citati ve-
lint, † Epiſcopo non permitti propter be- 242
nemerita etiam in Eccleſia ſive in Prælatũ
reſpectu Eccleſiæ collata, bona immobi-
lia Eccleſiæ alienare. Attamen illi Dd. tan-
tùm loquuntur in eo caſu, quando Epiſco-
pus propter benemerita alienare vult bo-
na immobilia ad menſam Prælati vel Ec-
cleſiæ pertinentia, nec ullam faciunt men-
tionem de eo caſu, quando Epiſcopus feu-
dum antiquum, & ab antiquo infeudari
ſolitum & Epiſcopo apertum alteri rurſus
concedere vult. Igitur illorum Doctorum
opinio nullo modo ad iſtum caſum exten-
denda. Tum quia res de facili revertitur ad
ſuam naturam: tum quia inter res infeu-
dari ſolitas, & inter illas, quæ ad menſam
Prælati vel Eccleſiæ pertinent, maxima ra-
tio diverſitatis militet, & certum eſt, quod
nunquã fiat extenſio de uno caſu ad aliũ,
in quo ratio diverſitatis militat vel ſubeſt,
*l. fin. ff. de calum. l. Papinianus exuli in prin. ff.
de min. l. Iulianus. ff. de condict. indeb.*

Tum quia hoc caſu duplex privile-
gium concurrit, videlicet cauſa merito-
rum, & quia res naturæ ſuæ priſtinæ red-

ditur, & certi juris eſt, quod nulla diſpoſitio vel deciſio extendatur ad illum caſum, in quo duplex privilegium concurrit, *Ang. l. præſcriptione. §. vim paſſam. ff. ad l. Iul. de adult.*

Tum quia nulla deciſio porrigitur ad caſum ſub verbis non comprehenſum, *l. quod conſtitutum. & ibi Bart. ff. de teſtament. militar.*

Ad vigeſimam rationem dubitandi patet reſponſio ex iis quæ in 14. ratione decidendi adduxi. Illaq; eò magis in caſu præſenti locum ſibi vendicare debent, cum caſtrum E. Nobilibus Dominis à D. non tantùm propter benemetita, verùm etiam pro precio, ferè æquipollenti æſtimationi dicti caſtri conceſſum ſit.

243 Ad vigeſimam † primam rationem dubitandi reſpondeo, *Bald. in l. 1. num. 3. C. de reb. alien. non alien.* ſimpliciter dicere, probationem indiſcretæ quantitatis, in alienatione rerum, minoris vel Eccleſiæ titulum efficacem non concludere, nec ullo modo dicere, alienationem rerum Eccleſiæ vel minoris propter hoc vitiari, quod in inſtrumento ſuper iſta alienatione confecto, quantitas expreſſa non eſt, eo caſu, quando de iſta quantitate aliter fides fieri poteſt, Igitur hoc ex traditis per Baldum ibidem colligi non poſſe.

244 Namq; licet in alienatione † rei eccleſiaſticæ pro ſubſtantia & eſſentia illius alienationis ſcriptura requiratur, *auth. hoc jus porrectum. C. de SS. Eccleſ. c. ſine exceptione 12. quæſt. 2. c. 1. de his quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capit. gloſ. l. pactum quod bona fide. C. de pact. gl. c. 1. §. poſtquam. verb. in ſcriptis. de conſib. lib. 6. Auguſt. Bero. cap. nulli. num. 46. & 49. extr. de reb. Eccleſ. non alien.*

245 Attamen quantitatem precii pro re eccleſiaſtica alienata, numerati, teſtibus vel aliter probari poſſe, illaq; probatione adimpleta alienationem rei eccleſiaſticæ valere & ſuſtineri, apud me dubio omni caret. Et ſanè probatur per id, quod Dd. communiter tradunt, ſi Statuto cautum ſit, quod debitum non niſi per inſtrumentum probari poſſit, nihilominùs de quantitate debiti per teſtes fidem fieri poſſe, *Iacob. But. Bart. Iaſ. Alex. & Dd. l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi certum petatur. Felin. cap. ſicut. num. 16. & ibi Dec. num. 14. lim. 7. extr. de ſententia & re judic. Cravet. in tract. de antiquit. tempor. part. 2. §. ex præmiſſis. num. 63.*

Cum itaque in caſu præſenti Domini à D. de quantitate precii pro caſtro E. numerati, aliter fidem facere poſſunt, ſequitur doctrinam *Bald. in d. l. 1. C. de reb. alien. non alienand.* Nobilibus Dominis à D. nihil obeſſe.

Deinde doctrina † *Bal. in d. l. 1. C. de reb. alien. non alien.* procedit tantùm in reb. Eccleſiæ ad menſam Eccleſię pertinentib. & regulariter alienari prohibitis: ſecus autem eſt in rebus alienari ſolitis & conſuetis. Namque cum tales res etiam gratis & precio non interveniente licitè & jure permittente alienari poſſint, ſequitur, alienationem de illis rebus factam, pro precio non vitiari, licet quantitas precii expreſſa non ſit. Cum ſit clari juris, quod expreſſio vitioſa inepta vel obſcura illius, quod licitè omitti poterat, actum non vitiet, *l. 1. in princip. C. de rei uxor. act. Roman. conſ. 497. Felin. c. examinata. col. 7. extr. de jud. Felin. c. cum dilect. Char. 1. extr. de reſcript. Felin. c. qualiter & quando. el. 1. col. 2. & 3. extr. de accuſat. Dec. conſ. 37. col. 2. Hippolyt. de Marſil. l. unius. §. cuſtodiæ. col. 2. ff. de quæſtionib. & Moderni l. vinum. ff. ſi cert. pet.* 246

Ex quo rurſus infertur, prææallegatam doctrinam Baldi in caſu præſenti locum non habere, cum caſtrum E. ſit feudum antiquum & infeudari ſolitum, & Archiepiſcopo S. licitum atque permiſſum fuiſſe etiam gratis & nullo precio interveniente, illud caſtrum Nobilibus Dominis à D. concedere.

Ad vigeſimam ſecundam rationem dubitandi reſpondeo, inveſtituram Archiepiſcopi S. præſentibus Paribus curiæ factam, prout ex illa apparet.

Præterea inveſtitura non adhibitis neque præſentibus Paribus curiæ facta valet & tenet in noſtro & ſimilibus caſibus, vel quando inveſtitura eſt facta à perſona eccleſiaſtica, vel quando Inſtrumentum ſuper illa inveſtitura confectum Sigillo domini corroboratum vel ſignatum eſt, prout hoc in 31. ratione decidendi docui.

Ad vigeſimam tertiam rationem dubitandi majori ex parte patet reſponſio ex iis quæ ſupra 32. 33. 34. 35. 36. & 37. ratione decidendi diximus.

Namque primò id quod dicitur, eum † qui prior eſt tempore, in jure potiorem eſſe,

eſſe, procedit tantùm in illo caſu, quando actus tempore prior ſive præcedens valet ac tenet. Secus autem eſt, ſi ille actus valeat. Tunc enim is, qui poſterius jus validum habet, perinde potior cenſetur, atque ſi nullus ipſum procederet, *argum. l. quoties. & ibi Iaſ. ff. qui ſatiſdar. cog. l. non putavi. §. non quævis. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. l. 4. §. condemnatum. & ibi Iaſ. ff. de re jud. Tiraquell. in tract. de leg. connub. l. 6. gl. 1. part. 6. num. 12. & gl. 8. num. 43.*

Cum itaque inveſtitura de caſtro E. Nobilibus Dominis à D. facta per ſe & ipſo jure nulla ſit, prout hoc in 34. ratione decidendi docui. Sequitur, nec Nobiles ab H. neque illos qui ſe ab illis jus habere prætendunt, ſe contra dictos Nobiles à D. ex eo capite juvare vel illorum jus impugnare poſſe, quod inveſtitura de caſtro E facta Nobilibus Dominis ab H. à Cardinale A. priores tempore.

Secundò, illa regula quæ vult, in jure potiorem eſſe eum, qui prior eſt tempore, non procedit, quando res duobus diverſo tempore, vendita, donata, in feudum data vel alio titulo conceſſa, ei, qui poſteriorem titulum habet, prius tradita fuit, tunc enim non obſtante hoc, quod alius titulo prior eſt, is cui prius poſſeſſio tradita eſt, præferatur, *l. quoties. & ibi Bart. Bald & Iaſ. C. de rei vend. cum ſimil. alleg. in ration. deciden.*

Et licet Dd. citati in 23. ratione dubi-
248 tandi velint, ſi una eademq; † res duobus diverſo tempore à Principe in feudum conceſſa fuerit, eum cui prior conceſſio facta eſt, præferendum, licet poſterior prius poſſeſſiones nactus fuerit.

Attamen illi Dd. loquuntur tantùm in illis terminis, quando prima conceſſio valida eſt, nec illorum opinio locum habet in noſtro & ſimilibus caſibus, quando prior conceſſio nulla vel invalida eſt.

Deinde illi Dd. tantùm loquuntur in Principibus non recognoſcentibus ſuperiorem: ſecus autem eſt in Principib. ſuperiorem recognoſcentibus, illorum enim tanta poteſtas non eſt, *Dec. c. quæ in Eccleſiarum. num. 24. & ibi Felin. extr. de conſtitut. Petr. de Anch. conſ. 331. num. 2. Abb. conſ. 91. lib. 1. Socin. conſ. 7. lib. 3. Bald. conſ. 327. num. 13. & conſ. 464. num. 1. lib. 1. Dec. conſ. 580. Felin. c. cum nobis. num. 6. extr. de præſcript. Socin. jun. conſ. 69. nu. 43. lib. 1. Roland. à Vall. conſ. 86. num. 20. lib. 1. Molin. in addit. ad Dec. c. Paſtoralis. in pr. num. 2. extr. de appell.*

Et confirmatur ex eo, Namque hoc quod is, qui titulum priorem habet, præferri debeat habenti titulum poſteriorem, cui prius traditio facta eſt, refragatur juris communis diſpoſitioni, qua expreſsè cautum eſt, habentem titulum poſteriorem, ſi ei primo poſſeſſio tradita fuerit, habenti titulum priorem præferri, *l. quoties. & ibi Bart. Bald. Iaſ. & Dd. C. de rei vendic.*

Et certum eſt, illius Principes, qui ſuperiorem recognoſcunt, tacitè vel expreſsè nihil diſponere poſſe, contra jus commune, ſive contra id quod jure communi prohibitum eſt, *Alex. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. Iaſon l. reſcripta. num. 3. C. de precib. Imp. offer. Iaſ. l. apertiſſimi. C. de jud. Dec. c. quæ in Eccleſiarum extr. de conſtit. Franc. Bald. in tract. de præſcript. 5. part. 5 part. principal. quæſt. 8. nu. 2. argum. l. formam. 2. C. de offic. præfect. Prætor.*

Et poſito illorum Dd. opinionem etiam in Principibus ſuperiorem recognoſcentibus locum habere poſſe: Attamen hoc tantùm procederet in Principibus ſecularibus habentibus dignitatem regalem perpetuam & ad filias tranſitoriam, nec ullo modo extendi poſſet ad Principes eccleſiaſticos ſive Clericos, cum illi non habeant tantam poteſtatem, quantam habeant Principes ſæculares, *Iaſ. l. nemo poteſt. lectur. 1. num. 8. & lectur. 2. num. 12. ff. de leg. 1.*

Quinimò verior eſt illorum Dd. opinio, qui † volunt, etiam in conceſſionibus 249
Principum ſuperiorem non recognoſcentium, ei cui primum poſſeſſio tradita eſt, licet ipſe habeat titulum poſteriorem, ei qui titulum priorem habet, præferendum, eaq; ſententia melioribus & firmioribus rationibus nititur, prout videre licet ex traditis per *Matth. de Afflict. c. 1. num. 5 uſq. ad num. 12. qui ſucceſſor. teneant. Matth. de Afflict. cap. 1. § fin. num. 7. & 8. de nov. form. fidelit. Iaſ. l. quoties. num. 10. C. de rei vendic. Boër. deciſ. 42. num. 25. Riminald. §. 1. nu. 63. Inſtit. quib. alien. non lic.*

Ideoque illa opinio non obſtante hoc, quod multi Dd. relati in rationib. dubitan. contrarium teneant, omninò tenenda & ſequenda, *l. 1. §. ſed neq. C. de vet. jur. enucl. c. Capellanus. & ibi Panorm. extr. de feriis. Abb. Felin. & Dec. c. 1. extr. de conſtit. Alex. & Iaſ. l. cum prolatis. ff. de re judic.*

Præterea licet *Andr. de Iſern. Matth. de Afflict. & Iaſ.* citatati in 25. ratione dubitandi, velint, in conceſſionibus Principum

eum † qui titulum priorem habet, poſteriorem titulum habenti, licet ei primo poſſeſſio tradita fuerit, præferendum eo caſu, quando in conceſſione facta, primo hoc expreſsè actum eſt, ut per illam conceſſionem dominium rei conceſſæ ipſo jure ſive ipſo facto transferatur in accipientem.

Attamen ego non vidi Inſtrumentum inveſtituræ Nobilibus ab H. à Cardinali A. de caſtro E. factæ, nec etiam mihi perſuadere poſſum, iſti inveſtituræ illam clauſulam inſertam.

Prædicti enim Dd. loquuntur tantùm in Principibus ſuperiorem non recognoſcentibus, Ideoque illorum opinio minimè extendi debet ad Principes ſuperiorem recognoſcentes, præſertim Eccleſiaſticoa ſive Clericos. Nam Principes clerici ſive eccleſiaſtici agere vel diſponere nequeunt, ut ex contractu aliquo non interveniente traditione, dominium vel poſſeſſio rei in contractum deductæ, in alium transferatur, ſicut hoc in ratione decidēdi docuim?.

251 Et † illud quod in 23. ratione dubitandi adductum fuit, in conceſſione facta ab Epiſcopo vel alia perſona eccleſiaſtica, eum, qui priorem titulum vel inveſtituram habet, præferendum illi, cui prius poſſeſſio tradita eſt, & falſum & communiter reprobatum eſt, prout hoc in rationibus decidendi comprobavi.

252 Similiter & doctrina † *Matth. de Afflict. c. 1. num. 19. 20. 24. & 31. qui ſucceſſ. tenent.* dum videlicet ibi concludit, eum, qui titulum priorem habet, ei cui prius poſſeſſio tradita eſt, præferendum, quando habens priorem titulum vel non fuit in mora adipiſcendi poſſeſſionem, vel domino feudi magis delectus vel meritis dignior, vel quando illius titulus antequam ſecundus poſſeſſionem adipiſceretur, confirmatus fuit, eſt falſiſſima & evidentibus rationibus confutatur.

Tum quia lex generaliter diſponit, eum, cui primo poſſeſſio tradita eſt, habenti priorem titulum, præferendum, nec diſtinguit, utrum habens priorem titulum fuerit in mora adipiſcendi poſſeſſionem, an verò non, item utrum ſit domino magis delectus vel meritis dignior, an verò non. Nec etiam utrum prior titulus, ante adeptam poſſeſſionem a ſecundo ſit confirmatus, an verò non, *l. quoties. C. de rei vendicat.*

Et certum eſt, quod lex generaliter & indiſtinctè loquens, à nobis non diſtinguenda, *l. 3. ff. de offic. Præſid. l. de precio. ff. de Pub. in rem act.* Sed generaliter intelligenda ſit, ita ut omnes omninò caſus comprehendat, *l. 1. §. cum urbem. ff. de offic. Præfect. urbis. l. regula. §. pen. & fin. ff. de jur. & fact. ignor. l. 8. ff. de leg præſtand. l. 1. §. ait ergo. ff. de his quæ in feud. cred.* Etiamſi majora non ſit in uno quam in alio, *l. 2. §. quod autem. juncta gl. ff. de aleat.*

Tum quia ratio illius ſanctionis legitimæ, quod is qui primo poſſeſſionem adeptus eſt, præferri debeat titulum priorem habenti, & eſt ille, quia non per ſolum titulum ſed per traditionem ſubſequentem dominium in accipientem transfertur, quæ ratio cum etiam locum habeat in iis caſibus, quando habens titulum priorem, non fuit in mora adipiſcendi poſſeſſionem, vel eſt magis delectus domino, aut meritis dignior. Item & quando prior titulus ante adeptam poſſeſſionem à poſteriore eſt confirmatus,

Sequitur, in omnibus illis caſibus, eum, qui prius poſſeſſionem adeptus eſt, habenti titulum priorem, præferendum. Certi enim juris eſt, quod in omnibus illis caſibus, in quib. eadem tatio militet, idem quoque jus ſervandum ſit, *l. illud. in princip. ff. ad leg. Aquil. l. à Titio. ff. de verbor. obligat.* quodq; & ratio legis ſit anima, mens, ſpiritus, medulla, eſſentia & ſubſtantia legis, nihilq; a lege ipſa differat, *Tiraquell. in tractat. ceſſante cauſa. part. 1. nu. 135.* & illud quod ſub eadem ratione comprehenditur, in lege non cenſeatur omiſſum, *Bald. l. per diverſas. col. 1. C. mandati.* Sed pro expreſſo habeatur, non quidem per extenſionem, ſed ſecundum proprium & genuinum intellectum, *Petr. & Cyn. l. jura non in ſingulas ff. de legib. Petr. Cyn. & Bald. l. quod verò. ff eod. tit. Bald. l. omnes populi. col fin. ff. de juſt. & jur. Tiraquell. repet. l ſi unquam. verb libertis. nu. 45. C. de revoc. donat. Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa part. 1. num. 152.*

Nec obſtant jura allegata à Mattheo de Afflict. Namque omnia jura, quæ ab illo allegata ſunt, & perperam allegata eſſe, nec illud dicere vel probare ad quod allegantur, ex inſpectione illorum jurium liquet.

Præterea etiam jura à Mattheo de Afflictis adducta, & præſertim *text. c. tibi qui. extr. de reſcript. gloſ. c. Capitulum ſanctæ crucis.*

text.

extr. eod. tit. loquuntur tantùm in beneficiis eccleſiaſticis, in quibus cùm ſit ſpeciale, quod habens titulum ptiorem, ei qui habet titulum poſteriorem, ſed primo poſſeſſionem adeptus eſt, præferri debeat. *Bald. Ioan. Fab. Salicet. & Paul. Caſtrenſ. l quoties. & ibi Iaſ. num. 12. C. de rei vendic. Matth. de Afflict. c. 1. num. 33. qui ſucceſſor. teneant.* Sequitur illud, quod hoc caſu de beneficiis eccleſiaſticis diſpoſitum eſt, ad feuda minimè extendi poſſe, *l. quod verò. ff. de legib. c. quæ contra. & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6.*

Gloſſa etiam in *c. Capitulum ſanctæ crucis. vet. prius. extr. de reſcript.* concludit, eum, qui poſteriores literas ſuper beneficio eccleſiaſtico impetravit, ſi ipſe, antequam prior literas ſuas præſentavit, illius beneficii eccleſiaſtici poſſeſſionem adeptus fuit, priori præferendum, licet prior non ſit à mora literas ſuas præſentandi & poſſeſſionem illius beneficii adipiſcendi.

Et ſic illa gloſſa expreſsè probat & decidit contrarium ejus, ad quod illa gloſſa à Matth. de Afflict. allegata eſt.

Nec etiam Nobiles Domini à D. concedunt, Nobiles ab H. meritis vel virtute digniores vel Epiſcopis H. dilectiores fuiſſe, vel illos non fuiſſe, in mora adipiſcendi poſſeſſionem caſtri E. vel inveſtituram ipſis factam, confirmatam, antequam Nob. a D. poſſeſſionem dicti caſtri adipiſcerentur.

Præterea & Cardinalis A. & Nobilis H. ab H. vita functi ſunt, antequam caſtrum E. per mortem ultimi poſſeſſoris vacavit. Ideò ſequitur, quod merita ſi quæ forſan H. ab H. Cardinali A. præſtitit, in conſideratione minimè habenda ſunt, quodq; ex illis neque ſucceſſores Cardinalis A. obligati fuerint, neque hæredes ſive filii H. ab H. ſe illis juvare poſſint, cum ob-
253 ligatio ſive effectus † meritorum ad hæredes vel ſucceſſores neque activè neque paſſivè tranſeat, *Bart. l. ambitioſa. col. 1. ff. de decret. decur. Iaſ. l. ex hoc jure. num. 72. ff. de juſt. & jur. Iaſ. l. ſi non ſortem. §. libertus. num. 8. circ. fin. ff. de condict. indeb. arg. l. vivus. ff. ſi quid in fraud. patron.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut locum habeat etiam eo caſu, quando Prælatus propter benemerita aliquem inveſtivit de feudo vaſalli vivẽtis ſub illa conditione, ſi contingat, vaſallum abſque hæred. maſculis decedere. Namque ſi iſte Prælatus ante vaſallum feudi poſſeſſorem moriatur, iſta merita quoad ſucceſſorem Prælati in nulla ſunt vel habentur reputatione, *Matt. de Afflict. c. 1. num. 54. qui ſucceſſ. feud. darten.*

Ad illud, quod in 23. ratione dubitandi dictum eſt. Primum inveſtitum † ei cui 254
prius poſſeſſio tradita eſt, præferendum, eo caſu, quando primo inveſtitus eſt Eccleſia, vel perſona aliter privilegiata. Reſpondeo, illud tantùm procedere eo caſu, quando Eccleſia primo inveſtita eſt: ſecus autem eſſe, ſi alius primo inveſtitus, illud jus Eccleſiæ ceſſerit, prout in præſenti caſu Capitulum H. prætendit Nobiles ab H. jus illis competens ſibi ceſſiſſe. Tunc enim Eccleſia ſuccedens in jus privati, non proprio privilegio: ſed tantùm eo jure, quod privatus habuit, fruitur, præſertim ſi poſterior inveſtitus poſſeſſionem, ante hanc ceſſionem adeptus fuerit, ſicut hoc in rationibus decidendi docuimus.

Nec etiam Capitulum Eccleſiæ Cathedralis H. ſe illa ceſſione tueri vel juvare poteſt, tum quia inveſtitura facta Nobilib. ab H. per ſe & ipſo jure non valuit, & certum eſt, quod nemo plus juris in alium transferri poſſit, quàm ipſe habet, tum quia Capitul. H. ante ceſſionem factam illam inveſtitutam tanquam invalidam & inutilem impugnavit.

Et certum eſt, quod nemo ſe ex eo juvare poſſit, quod ipſe impugnavit: Tum quia illa prætenſa ceſſio non fuit facta cum conſenſu Epiſcopi H. Et certum eſt, quod vaſallus Epiſcopi feudum, quod ipſe ab Epiſcopo tenet, vel actionem ſibi ad illud competentem Capitulo abſque conſenſu Epiſcopi concedere vel cedere nequeat, prout hæc omnia in ratione decidendi docui.

Quinimò item dicendum eum † vaſal- 255
lum, qui illud feudum, quod ipſe ab Epiſcopo tenet, Capitulo abſque conſenſu Epiſcopi quolibet titulo concedit, vel actionem ad illud feudum competentem Capitulo cedit, omni jure ſuo, quod ipſe in feudo vel ad feudum habuit, privari. Cum propter alienationem feudi illicitam regulariter tam venditor quàm emptor ipſo jure amittat omne jus, quod ipſi in feudo quolibet modo habuerunt., *c. 1. §. ſi quis miles. de feudo ſine culpa non amitt. c. 1. de vaſall. qui contra conſtitut. Lothar. argum. cap. 1. in princip. de probib. feud. alien. per Lothar. cap. 1. in princip. de probibit feud. alien. per Frider.*

Negatur etiam, ſi Nobiles Domini à D.

in poſſeſſione caſtri E. tuerentur hoc cum ſcandalo aliquo etiam minimo conjunctum.

Quinimò maximum ſcandalum eſt, quod Capitulum H. nititur, inveſtituram Epiſcoporum, jure & ritè perfectam impugnare & majus ſcandalum abſque omni dubio oriturum eſſet, ſi Capitulo H. permitteretur Nobilibus Dominis à D. contra inveſtituram & contractum Archiepiſcopi S. caſtrum E. auferre.

Scandalum etiam non præſumitur, ſed
256 is † qui ſcandalum allegat, illud probare tenetur, *argum. l. quoties. §. qui dolo ff. de probat. l. qui accuſare. C. de edendo. l. actor. C. de probat.*

257 Nec legibus cautum reperitur, quod † contractus ultrò citroq; obligatorius ritè initus propter ſcandalum retractetur aut vitietur.

Deinde non præſumitur, inveſtituram factam Nobilib. Domin. à D. præſumptam in fraudem Nobilis ab H. vel filiorum ejus neq; hoc hactenus probatum eſt, ideoque dici vel prætendi nequit, hanc inveſtituram factam in fraudem Nobilium ab H.
258 cum † fraus & dolus nunquam præſumatur, ſed is qui fraudem allegat, eam probante teneatur, *l. dolum. & ibi Bart. & Dd. C. de dolo. l. quoties. §. qui dolo. ff. de prob. l. merito. ff. pro ſocio. Bart. Iaſ. & Dd. l. non ſolùm. §. ſed ut probavi. ff. de oper. nov. nunciat.*

Multò verò minùs præſumitur, quod Nobiles Domini à D. fuerint fraudis participes, vel tempore inveſtituræ, ipſis de caſtro E. factæ, habuerint ſcientiam de prætenſa inveſtitura Nobilibus ab H. prius facta, imò in dubio præſumitur ignorantia, *l. verius. ff. de probat.* præſertim in facto alieno, *l. fin. ff. pro ſuo.* cui præſumptioni ſtetur, donec contrarium probetur, *l. fin. in princ. ff. quod met. cauſ. l. ſive poſſidetis. C. de probat.*

Nec etiam Nobiles Domini ab H. ut ex eorum perſona Capitulum Eccleſiæ Cathedralis H. modo aut ratione aliqua prætendere poſſunt, ſe per inveſtituram factam Nobilibus Dominis à D. defraudatos, cum inveſtitura facta Nobilibus ab H. per ſe & ipſo jure nulla ſit, & ſic ipſi Nobiles ab H. ex illa inveſtitura nullum jus acquiſiverint: aut illud, ſi quod forſan habuerunt, per illam ceſſionem illicitam amiſerint.

Præterea, ut is qui titulum ſive inveſtituram priorem habet, ei, qui habet quidem titulum poſteriorem, ſed prius poſſeſſionem adeptus fuit, præferatur, juri communi refragatur, *l. quoties. C. de rei vendicat.*

Et certum eſt, quod † Cardinales Le- 259
gati, à latere non obſtante hoc, quod ipſi ſumma dignitate potiantur, nihil contra jus commune, neque tacitè neq; expreſsè diſponere poſſint, *gloſ. c. fin. in princip. de hæret. lib. 6. gloſ. c. indemnitatib. verb. ſine ſtrepitu. de elect. lib. 6. gloſ. Clem. ne Romani. in princip. de elect. gloſ. Clem. 2. de reſcript. Specul. §. ſupereſt. verſ. ſed nunc. ut poteſt cognoſcere. de probat. Bald. l. nec quicquam. §. fin. ff. de offic. Proconſ. Iaſ. l. nemo poteſt. lectur. 1. & 2. num. 6. ff. de leg. 1.*

Et ſic liquet, licet Cardinalis legatus de latere ampliſsima dignitate & poteſtate fruatur, in contractibus tantùm ab ipſo celebratis jus commune, & ſic illud jus, ut inveſtitura ab ipſo facta de una eademque re, duobus diverſo tempore is præferatur, cui prius poſſeſſio tradita fuit, ſervandum ſit.

Cardinalis quoque A. Nobiles Do- 260
minos ab H. de caſtro E. non ut Cardinalis vel legatus à latere, ſed ut Epiſcopus H. inveſtivit, & certum eſt, eo caſu, quo duæ pluresvè qualitates in una eademq; perſona concurrunt, illam qualitatem conſiderandam, cujus reſpectu actus geſtus vel celebratus eſt, *Bald. l. ſi quis decurio. nu. 5. arg. illi. text. C. ad leg. Corn. de falſ.*

Nec etiam obſtat, quod regulariter
omnis † actio, omneque jus ſit ceſsibile. 261
Namque illud non procedit in actionibus competentibus ad illas res, quæ alienari prohibitæ ſunt, vel ſimpliciter vel abſq; certa ſolennitate, illæ enim actiones ſimiliter cedi vel alienari nequeunt, *gloſ. Bart. & Dd. l. 1. C. ſi adverſ. tranſact. Bart. conſ. 50. & conſ. 70. Bart. & Bald. l. ſi ad reſolvendam. C. de prædijs minorum. Corn. conſ. 236. lib. 4. Tiraquel. in tract. de utroq; retract. part. 1. §. 1. gloſ. 7. num. 2.*

Ad vigeſimam quartam rationem dubitandi patet reſponſio ex iis, quæ in 2. ratione decidendi propoſuimus.

Namque primò illa opinio quæ vult,
quod † dominus feudum ſibi apertum pro 262
ſe retinere & in uſus ſuos convertere poſsit, nec illud alteri concedere cogatur, eſt communiter reprobata & abſque omni dubitatione habet locum eo caſu, quando is qui feudum apertum ſibi de novo concedi

cedi poſtulat, ultimo defuncto ſanguine junctus eſt.

Et licet Dd. citati in vigeſima quarta ratione dubitandi velint, agnatos petentes
263 renovationem † inveſtituræ ſive conceſſionis feudi domino aperti non aliter audiendos eſſe, niſi ipſi intra annum ab eo die computandum, quo feudum domino apertum fuit, hanc renovationem petierint. Attamen contrarium tenent Dd. citati in ſecunda ratione decidendi, illaq; contraria opinio non item eſſet improbabilis, cum regulariter omnes actiones 30. annos durent, *l. ſicut. & l. omnes. C. de præſcrip. 30. vel 40. annor. Inſtit. de perpet. & temp. act. in princip.*

Et poſito, veram eſſe illorum Dd. opinionem, qui volunt, jus petendi renovationem feudi domino aperti competens, agnatis ultimi poſſeſſoris anno expirare, ſi tamen agnati proximiores ultimi poſſeſſoris, qui hunc annum præterlabi paſſi fuêre, ſaltem ignorantia juris ducti, non in civitatibus, ſed ruri habitent, ipſis contra lapſum hujus temporis reſtitutio in integrum conceditur, intra tempus quadriennii ab eo die computandi, quo ipſi de jure ſuo certiores effecti ſunt.

264 Cum ſit clari juris, quod † ruſticis ſive habitantibus rus ignorantia juris lapſis vel læſis contra iſtam læſionem reſtitutio in integrum concedatur, præſertim ſi ipſi periti ores conſulere non potuerunt, *Franciſc. de Rampon. Bald. & Sal. l. 1. & ibi Alex. in addit ad Bart. C. de jur. & fact. ignor. Alexan. & & Iaſ. l. juris ignorantia. num. 8. C. qui admitti. Alex. conſ 14. circ. fin. lib. 2.*

265 Illudq; quod † ruſtici ſive rus habitantes peritiores conſulere non potuerunt, in dubio præſumitur, *Salicet. & Corn. l. juris ignorantia. C. qui admitti. Tiraquel. in tract. de utroq. retract. part. 2. §. 4. gl. 7. num. 20.*

266 Omnibus quoque † privilegiis indultis ruſticis ſive rus habitantibus fruuntur & gaudent Nobiles, qui ruri habitant, *Petr. Cyn. Ram. Bald. Ang. Salic. Raph. Fulgoſ. Corn. & Iaſ. l. fin. C. de teſtam. Petr. Cravett. Bald. & Alvarot. c. 1. §. ſi ruſticus de pace ten. Tiraquell. in tract. de nobil. c. 2. num. 24.*

267 Illaq; † ignorantia juris jurejurando ſive aſſertione jurata illius probatur, qui ignorantiam hanc allegat eo caſu, quando allegans eſt perſona fide digna, *Alex. conſ. 83. num. 17. lib. 6.*

268 Et quod hæc † reſtitutio in integrum intra quadriennium peti poſſit, eſt textus clarus *in l. fin. C. de temp. in integr. reſtit.*

Illudq; † quadriennium ad petendam 269 reſtitutionem in integrum conceſſum ab initio utile eſt, ideoque non incipit currere, niſi ab eo tempore, quo quis de læſione ſua certior effectus eſt, quo videlicet ipſe cognovit, ſe errore juris lapſum jus ſuum neglexiſſe. Licet à tempore læſionis ante notitiam ſupervenientem plus quàm centum vel mille anni elapſi ſint, *Bald. l. falſam. C. ſi ex falſis inſtrum. Abb. c. 1. & ibi Felin. num. 9. extr. de præſcript. Abb. conſ. 32. num. 3. lib. 1. Alex. conſ. 71. num. 7. conſ. 84. num. 3. lib. 1. conſ. 4. num. 19. conſ. 89. num. 10. conſ. 169. num. 16. lib. 2. conſ. 63. num. 15. & 20. lib. 4. conſ. 116. num. 3. lib. 5. Socin. conſ. 80. num. 5. lib. 3. Corn. conſ. 87. num. 4. lib. 4. Iaſ. §. rurſus. num. 73. Inſtit. de act.*

Socium quoque omnibus † privile- 270 giis ſocio ſuo indultis frui, & ex perſona ſocii ad illud admitti, à quo ipſe alioqui repelleretur, legibus conveniens eſt, *l. ſi communem. ff. quemadmod. ſer. amitt. l. Ariſto. ff. quæ res pign. oblig. poſſ. Iaſ. l. 8. C. de tranſact. Iaſ. l. ſi emancipati. C. de collat.*

Cum itaq; Nobilis Dominus F. à D. ruri habitet, & ipſe abſque omni dubio prædictam juris ſanctionem, quod dominus feudi agnatis ultimi poſſeſſoris hoc petentibus feudum apertum renovare cogatur, ignoraverit, ſequitur, ipſi, ſi illi lapſus anni obeſſe deberet contra hunc lapſum anni reſtitutionem in integrum concedi debuiſſe, eodemque beneficio & fratrem ſuum C. facere potuiſſe, licet ipſe in civitate H. habitet.

Illa quoque limitatio ſive reſtrictio, quod Dominus eccleſiaſticus feudum ſibi apertum agnatis ultimi poſſeſſoris hoc petentibus, de novo hoc concedere non cogatur, eſt communiter reprobata, prout hoc in ſecunda ratione decidendi documus.

Et licet Dd. citati in 24. ratione dubitandi velint, † agnatos petentes feudum 271 apertum domino ſibi de novo concedi, non eſſe audiendos, quando res non eſt integra: quando videlicet illud feudum alteri prius conceſſum eſt, attamen in hoc contrarium tenent Dd. citati in ſecunda ratione decidendi.

Illaq; contraria opinio † abſque dubio 272 procedit in ſimilib. caſibus, quando conceſſioni factæ extraneo eſt inſerta, vel in-

ca ta-

ea tacitè ſubintellecta clauſula: *Salvo jure alterius*, vel quando ante illam conceſſionem agnati ultimi defuncti non fuerunt in mora conſtituti per interpellationem legitimam.

Deinde & opinio illorum Dd. qui allegati in 24. ratione dubitandi volunt,
273 dominum † non cogi feudum ſibi apertum agnatis ultimi poſſeſſoris hoc petentibus, iterum concedere: vel quando illi agnati non ſunt ultimo poſſeſſori conjuncti linea deſcendenti, & quidem primo gradu; vel quando illud feudum apertum aliquando pertinuit ad majores domini, eſt & falſa & communiter reprobata, ideoque nullo modo tenenda, prout hoc in ſecunda ratione decidendi docui.

Illam quoque opinionem, quod agna-
274 ti † petentes renovationem feudi domino aperti, non aliter audiantur, niſi ipſi ſint hæredes ultimi poſſeſſoris, reprobat *Ruin. conſ. 51. num. 21. lib. 1.*

Illaq; contraria ſententia *Ruini* abſque omni dubio procedit in noſtro & ſimilibus caſibus, quando illud feudum, de quo controvertitur, eſt feudum ex pacto & providentia, prout hoc in ratione ſecunda decidendi docui.

Et poſito, aliquos caſus reperiri poſſe, in quib. dominus feudi non tenetur agnatis ultimi poſſeſſoris hoc petentibus feudum ſibi apertum de novo concedere: Attamen illud dubio omni caret, domino permitti & liberum eſſe, etiam in illis iiſdem caſibus feudum ſibi apertum agnatis ultimi defuncti concedere.

Ad vigeſimam quintam rationem dubitandi ego reſpondeo, licet Dd. ibidem
275 citati velint, † ſucceſſorem Prælati inveſtituram factam de feudo vaſalli viventis ratam habere cogi, etiamſi & inveſtitor ante poſſeſſorem feudi mortuus fuerit, eo caſu, quando illa inveſtitura cum conſenſu Capituli facta fuit. Hoc tamen procedere eo caſu, quando iſta inveſtitura valuit: ſecus autem eſſe, ſi iſta inveſtitura nulla & invalida ſit, utputa, ſi tempore illius inveſtituræ Prælatus habuit coadjutorem, atq; abſque illius conſenſu iſtam inveſtituram præſumpſit, tunc enim ſucceſſor illam inveſtituram, quæ nulla vel invalida eſt, ratam habere non tenetur.

276 Præterea, licet ſucceſſor Epiſcopi inveſtituram de feudo vaſalli viventis cum conſenſu Capituli factam ratam habere teneatur, licet is Prælatus ante poſſeſſionem feudi mortuus fuerit, is tamen, qui à ſucceſſore Prælati de eodem feudo inveſtitus & prius poſſeſſionem adeptus fuit, ei, qui à Prælato defuncto cum conſenſu Capituli de iſto feudo inveſtitus eſt, præferatur, prout hoc in rationibus decidendi docui.

Ad vigeſimam ſextam rationem dubitandi, ad illud nempe, quod ibidem de ſcandalo dicitur, ſupra reſponſum eſt. 277

Et negatur, quod inveſtitura de caſtro E. ab Archiepiſcopo S. Nobilibus Dominis à D. facta, tendat in damnum vel detrimentum Epiſcopatus H. multò verò magis negatur per illam inveſtituram Epiſcopatum H. enormiter læſum.

Nec etiam læſio † præſumitur, ſed is, 278
qui læſionem allegat, eam probare tenetur, *l. minoribus. C. de in integr. reſtit. l. nam & poſtea § ſi minor. & ibi Bart. Alex. & Iaſ. ff. de jurejurand. c. cum cauſa ext. de teſtib. Corn. conſ. 50. num. 3. lib. 3. Socin. conſ. 215. num. 13. lib. 1. Dec. l. nihil conſenſui. §. non capitur num. 4. ff. de reg. jur. Matth. de Afflict. deciſ. 211. num. 3. Card. Pariſ. conſ. 49. num. 29. conſ. 96. nu. 69. conſ. 121. num. 34. lib. 1. & conſ. 53 num. 61. lib. 3.*

Non omnis quoque læſio ſufficit ad hoc, ut contractus retractari poſſit, *l. in cauſa. la. 2 § idem Pomponius. ff. de minor. l. item quæritur. §. quemadmodum. ff. de locat. & conduct.*

Capitulum quoque H. prætendere nequit, quod Epiſcopatus H. per hanc inveſtituram aliquam diminutionem patrimonii ſui acceperit. Et certum eſt, damnum † 279
dici vel cenſeri non poſſe, niſi illud tantùm, quod cum diminutione patrimonii conjunctum eſt, *l. 3. & ibi Franciſc. Ripa. ff. de damn. infect.*

Et licet per iſtam inveſtituram illud effectum ſit, ne caſtrum E. menſæ Epiſcopali applicetur, attamen hoc damnu reputari nequit, cum amiſſio lucri nondum radicati, neq; pro damno reputetur, neq; in conſideratione aliqua habeatur, neq; etiam remedium vel auxilium aliquod producat, vel ut producetur, cauſam præbeat, *Bart. l. quo minus. quæſt. 11. circa fin. & ibi Iaſ. nu. 81. & 83. Franciſc. Rip. num. 82. ff. de flumin. Bald. conſ. 71. lib. 1. conſ. 463. lib. 4. Signorol. conſ. 24. Prapoſ. c. 1. §. ſi quis de manſo de controver. inveſt. Alex. conſ. 194 col. 2. lib. 2. Corn. conſil. 99. in fin. lib. 2. & conſ. 268. lib. 4. Aym. Cravet.*

in tract.

in tract. de antiquitat. tempor. part. 4. §. circa
præmiſſa, num. 13. & 14.
280 Præterea, † Matthæus de Afflict. pro
illa opinione, quod Epiſcopos vel Præla-
tus inveſtituram ſive promiſſionem de in-
veſtiendo à ſe factam, retractari poſſit,
eo caſu, quando illa inveſtitura tendit in
grave & enorme damnum Eccleſiæ, alle-
gat tantùm *text. in cap. ad noſtram. extr de reb.*
Eccleſiæ non alien. qui textus loquitur non
in feudo antiquo & infeudari ſolito, ſed in
villa ad monaſterium ſive ad menſam mo-
naſterii pertinente.

Ideoque opinio Matth. de Afflict,
ſecundum illum textum intelligenda,
reſtringenda & ita accipienda eſt, ut
procedat non eo caſu, quando Prælatus
alteri concedit feudum antiquum & in-
feudari ſolitum ſibi apertum, ſed eo tan-
tùm caſu, quando Prælatus alteri in feu-
dum concedit rem immobilem non ſoli-
tam infeudari, ſed ad menſam Prælati vel
281 Eccleſiæ pertinentem, cum omnes † deciſi-
ones Doctorum intelligendæ, declarandæ
& reſtringendæ ſint ſecundum illos textus,
quos allegat *Bart. l. non ſolùm. §. ſi liberatio-*
nis. ff. de liber. leg.

Et hæc reſtrictio, limitatio ſive
declaratio ad prædictam opinionem Mat-
thæi de Afflictis eam ob cauſam potiſſi-
mùm tenenda & amplectenda eſt.

Cum ſit clari & indubitati juris,
nec non etiam a Doctoribus magis com-
282 muniter traditum, quod eo † caſu, quo
per hoc res aliqua redditur ſive reſtitui-
tur naturæ ſuæ priſtinæ, utputa quando
feudum antiquum ab antiquo infeudari
ſolitum Prælato apertum alteri rurſus in
feudum conceditur, factum ſive con-
tractus Prælati in præjudicium Eccleſiæ
Capituli vel Epiſcapatus indiſtinctè va-
leat vel teneatur, etiamſi ex hoc facto
ſive contractu Eccleſiæ magnum præju-
dicium generaretur. Item, etiamſi ille
contractus initus vel illud factum præ-
ſumptum fuerit abſque conſenſu Capi-
tuli, *Panormitan. cap. veniens. numer. 22.*
extr. de præſcript Franciſc. Aretin. Rubr. col.
1. verſic. quintò adde ff. de verborum obliga-
tionibus. Socin. cap. qualiter el. 2. quæſt. 5.
articul. 16. extr. de accuſ. Ruin. conſil. 2.
numer. 8. lib. 1. & conſil. 108. numer. 26.
lib. 2. Tiraquell. in tractat. de jure primoge-
nitor. quæſt. 24. num. 7.

In dubio quoque non præſumitur
inveſtituram † ſive conceſſionem in feu- 283
dum per preces importunas impetratam,
cum regulariter in omnibus omninò a-
ctibus illa interpretatio capi debeat, ut
actus valeat & non pereat, *l. quoties. ff. de*
verbor. obligat. l. quoties. ff. de reb. dub.

Et † geminatio ſive reiteratio actus 284
declarativi voluntatis omnem ſuſpicio-
nem & præſumptionem, quod quid ad
precum importunitatem factum fuerit &
removet & excludit, *Baldus & Iaſon l. nec*
damnoſa. C. de precibus Imper. offer. Alexand.
l. 3. in princip. & ibi Iaſon. numer. 6. ff.
quod quiſque jur. Roman. l. ſi verò. §. de viro.
9. limitat. 30. ff. ſoluc. matrim. Nicol. Everb.
in loco à locutione criminatione.

Similiter & omnis † ſuſpicio ſive 285
præſumptio precum, præſertim importu-
narum ceſſat, in conceſſione in feudum
aliaque diſpoſitione propter benemerita
facta, *Guilbel. de Cug l. 3. §. ſi Procurator.*
ff. quod quiſq. jur. Albert. de Roſat. l. 1. ff. eod.
tit. Alex. l. 3. in princip. num. 4. limit. 2. & ibi
Iaſon num. 7. ff. quod quiſq. jur.

Quinimò † inveſtitura ſive conceſſio 286
in feudum non tantùm per importunita-
tem precum, ſed etiam per ſub & obre-
tionem impetrata, valet præſertim, ſi il-
la inveſtitura ſive conceſſio non gratis ſed
pro pecunia facta fuerit, *Claud. de Seiſſel.*
in tract. feud. ut de defunct. & inveſt feud. verſ.
& ex hoc.

Sed caſtrum E. ab Archiepiſcopo
S Nobilibus Dominis à D. eſt conceſſum
propter benemerita, & actus declarativi
voluntatis non ſemel ſed ſæpius ex inter-
vallo ab Archiepiſcopo S. repetiti ſive re-
iterati ſunt.

Igitur ſequitur, in caſu præſenti dici
vel prætendi non poſſe, quod conceſſio ca-
ſtri E. Nobilibus Dominis à D. facta per
preces importunas, ſive per importunita-
tem precum obtenta fuerit.

Andr. de Iſern. in cap. 1. nu. 16. qui ſuc-
ceſſ. feud dar. ten. quatenus ibi † concludit, 287
dicto domino feudi, qui præhabita delibe-
ratione cum Conſiliariis ſuis affirmat, in-
veſtituram ſive conceſſionem in feudum
per preces importunas obtentam fidem
plenam adhibendam, ibidem dubitativè
loquitur, neque hoc ponit pro con-
ſtanti.

Illius

Illius quoque opinio contra hoc quod ipſe loquitur, tantùm in Principe ſummo ſuperiorem non recognoſcente, nulla lege probarur: ſed refragatur communibus juris regulis, quæ volunt, aſſertioni Principis non eſſe credendum in iis, quando de præjudicio tertii agitur, *Panorm. cap. cum à nobis. num. 2. extr. de teſt. cum ſimil. alleg. per Aymon. Cravett. in tract. de antiq. temp. part. 1. §. circa primam. num. 18.*

A quibus regulis non reperitur exceptus ille caſus, quando Princeps aliquid in præjudicium tertii affirmat præhabita deliberarione cum ſuis Conſiliariis.

Ideoque illa opinio *Andr. de Iſern.* nullo modo tenenda vel ſequenda, tum quia & erubeſcimus ſine lege loqui, *§. & conſideremus. authent. de trient. & ſemiß.* & neque gloſſæ neque Doctori, quantumvis magnæ authoritatis, credendum eſt, niſi dictum ſuum probet lege vel ratione, *Iaſ. l. illam, C. de collation.* tum quia regulæ juris ſemper inhærendum & ſecundum regulam pronunciandum eſt, niſi de exceptione fides fiat, *Bald. c. 1. extr. de alienan. jud. inut. cauſ. fact. Iaſon l. 2. ff. ſi quis in jus vocat. non ier. Decius & Cagnol. l. 1. ff. de regul. jur.*

Matthæus de Afflict. *in cap. 1. num. 71. qui ſucceß. ten.* loquitur tantùm in Principe ſupremo ſuperiorem non recognoſcente. Ideoque illius deciſio minimè ex-
288 tendi debet ad † Dominos ſive Principes inferiores ſuperiorem recognoſcentes, præſertim cum ſecundum multorum Doctorum ſententiam Principes ſuperiores recognoſcentes, nec ex cauſa publicæ utilitatis alicui directum vel utile ſuum dominium auferre poſſunt, *Decius cap. quæ in Eccleſiarum. num. 24. circ. fin. extr. de conſtit.*

289 Quod potiſſimùm locum habet in † Dominis & Principibus eccleſiaſticis, illi enim tantam poteſtatem non habent, quantam habent Principes ſeculares, *Iaſon l. nemo poteſt. lectur. 1. num. 8. & lectur. 2. num. 10. ff. de leg. 1.*

Quinimò verior & communior eſt illorum Doctorum opinio, qui conclu-
290 dunt, nec † Principi quidem ſummo & ſuperiore non recognoſcenti, qui alicui ſuum directum dominium vel utile auferre vult, credendũ, licet ipſe aſſerat vel prætendat, ſe hoc facere ex cauſa publicæ utilitatis, *Dec. cap. quæ in Eccleſiar. num. 28. ext. de conſtit. Aymon. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 1. §. circa primam. nu. 18.* ubi ipſe multos Doctores ad hoc allegat, ex quorum numero & pondere facilè liquet, hanc opinionem contra Matth. de Afflict. communem eſſe.

Illud quoque quod ſede vacante † Ca- 291
pitulum ſuccedat Epiſcopo, ejusq́; perſonam repræſentet, non eſt indiſtinctè verum, ſed multas limitationes & reſtrictiones patitur, quas aliqua ex parte refert *Felin. cap. jus quod. extr. de majorit. & obed. Felin. cap. edoceri. verb. ſede vacante. extr. de reſcript.*

Et inter cætera non procedit in iis, quæ perſonalia ſunt, ſive quæ perſonæ cohærent, quale eſt illud, quod dicto alicujus fides adhiberi debeat, illa enim ad Capitulum non tranſeunt, *l. qui à tale. & ibi Alexand. ff. ſolut. matrim. l. in omnibus cauſis. & ibi Decius & Cagnol ff. de regul. jur. cap. Privilegium. & ibi Dyn. eod. tit. lib. 6.*

Nullius quoque aſſertioni ullo unquam caſu fides adhibenda eſt, quando † 292
illa aſſertio veriſimilis non eſt, vel illi aſſertioni & veriſimilitudo, aut præſumptiones aliquæ refragantur, prout hoc latè tradit *Aymon. Cravett. in tract. de antiquitat. tempor. part. 1. §. quartò limitatur. n. 39. cum tribus ſeqq. Tiraq. repet. l. ſi unquam. in præfat. n. 42. uſq; ad num. 60. C. de revoc. donat.*

Et cum Capitulum, ſede vacante, ſucceſſoris vice fungatur, ſequitur, quod Capitulo neque directo, neque per indirectum permitti debeat actus vel contractus à defuncto licitè initos impugnare, cum ſucceſſor non debeat eſſe melioris conditionis, quàm prædeceſſor fuit.

Cum itaque Capitulum H. in hac cauſa vice actoris fungatur, & aſſertio Capituli quatenus prætendit inveſtituram factam de caſtro E. ab Archiepiſcopo S. Nobilibus Dominis à D. & cum ſcandalo conjunctam & in grave detrimentum Epiſcopatus tendere, nec non per preces importunas obtentam, & in univerſum non ſit veriſimilis, pro parte verò manifeſtò falſa ſit.

Sequitur, dictæ aſſertioni, niſi de eaaliter fides fiat, non eſſe credendum, nec Capitulum talia prætendens audiendum eſſe.

Ad vi-

Ad vigeſimam ſeptimam rationem dub. reſpondeo, inveſtituram caſtri E. de qua in caſu præſenti agitur, ab initio valuiſſe & tenuiſſe, eamque ob cauſam ruſtra diſputari de hoc, utrum illa inveſtitura per lapſum temporis vel aliter confirmata fuerit.

Et poſito, ſed tamen non conceſſo, illam inveſtituram ab initio fuiſſe nullam & invalidam, Attamen illa inveſtitura per conſenſum & voluntatem Capituli H. ſupervenientem confirmata & valida effecta fuiſſet, ut hoc in 26. & 27. ratione decidendi docui.

293 Nec obſtat vulgata juris Regula, quæ vult, † tractu temporis non convaleſcere id, quod ab initio nullum eſt.

Namq; illa regula non procedit in noſtro & ſimilibus caſibus, quando ultra lapſum temporis, cauſa confirmans ſupervenit, *Dyn. c. non firmatur de reg. jur. lib. 6. Bart. Bald. & Ang. l. per feudum argument. illius text. ff. de servi. ruſt. prædior. Dom. conſ. 33. l. quod in initio. nu. 10. & ibi Cognol. nu. 1. ff. de reg. jur.*

Et ex iis quæ 28. & 29. ratione decid. dixi, liquet, quod Capitulum ſcientiam & noticiam inveſtituræ de caſtro E. Nobilibus à D. factæ habuerit, quodq; Capitulo H. ignorantiam prætendenti hoc caſu non ſit fides adhibenda, etiamſi ipſi per ſolenne juramentum de ignorantia ſua fidem facere vellent.

Et poſito, Capitulum H. ignoraſſe Nobiles a D. de caſtro E. inveſtitos, illa tamen ignorantia eſſet ignorantia craſſa & ſupina; Eamq; ob cauſam Capitulo H. nihil patrocinari vel prodeſſe poſſit, prout hoc in 29. ratione decidendi dixi.

Ad vigeſimam octavam rationem du-
294 bitandi reſpondeo, Primò, illam regulam quæ vult, in iis quæ ex † animo alicujus dependent, dicto ipſius fidem adhibendam, procedere in dicto jurato, non autem in dicto ſimplici.

Secundò, illa regula nec in dicto quidem jurato locum habet, vel quando ei dicto præſumptio aliqua refragatur, vel quando agitur de gravi præjudicio alicujus, prout hoc comprobavi in 28. ratione decidendi.

Sed in caſu præſenti prætenſa aſſertio Capituli H. jurejurando confirmata non eſt.

Et Capitulum H. citra aliquam proteſtationem Nobilib. dom. à D. non ſemel ſed ſæpius ut dominis & vaſallis caſtri E. ſcripſit, eosq; interpellavit, & ab illis cenſus, tributa & collectas ratione caſtri E. recepit, & ultra illos actus patientia ſeptem annorum intervenit, Et jus præſumitur, tales actus geſtos eſſe animo approbandi & ratificando contractum præcedentem, & remittendi actionem, ſic quam forſan Capitulum ad illud caſtrum habuit.

Nec non etiam hic agitur de maximo præjudicio Nobilium dominorum à D.

Igitur ſequitur, etiamſi Capitulum H. prætendere vellet, ſe à Nobilibus a D. cenſus, tributa & collectas, ratione caſtri E. debitas, non tanquam a vaſallis ſed tanquam à nudis detentatoribus recepiſſe, illisq; non ut vaſallis, ſed ut nudis detentatoribus ſcripſiſſe, nulloq; modo hoſce actus celebraſſe animo approbandi inveſtituram ipſis Nobilibus factam Capitulo H. in hoc fidem nullam adhibendam, etiamſi Capitulum injunctum ſit, illam aſſertionem jurejurando confirmare.

Ad 29. rationem dubitandi reſpondeo, inveſtituram de caſtro E. factam ab initio & valuiſſe & tenuiſſe, nec Capitulo actionem aliquam competiiſſe vel adhuc competere, aut contra illam inveſtituram, aut ad caſtrum E. Ideoq; de renunciatione vel remiſſione fruſtra diſputari.

Cum † omnis privatio habitum, & 295 remiſſio jus quæſitum præſupponat, *l. decem. ff. de verb. oblig. l. nam etſi. ff. de injuſt. rupt. irrit. facto teſtam.*

Et illud quod † renunciatio, remiſſio vel donatio non præſumatur, non procedit, ſi juſta cauſa præſumendi adſit. Namque ſubſiſtente juſta cauſa, etiam donationem præſumi dubio omni caret, *l. ſi ſervus communis. ff. de donat. inter vir & uxor. l. uxori. §. fin. ff. de leg. 3. l. liber captiu. C. de cap. & poſt. rever. Dd. l. quæ dotis. ff. ſol. ma. Ale. in tract. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 32.* 296

Sed juſta & ſufficiens cauſa præſumendi, quod quis inveſtituram factam approbare, ratificare, & omne jus, omnemq; actionem ſuam, quam contra illam habuit, remittere voluerit, eſt, ſi is ab inveſtito ſine proteſtatione receperit collectas, tributa vel annuum canonem, ratione rei, de qua quis inveſtitus eſt, debita, item quod quis

inveſtito ut domino illius rei ſcripſit, proút hæc omnia in ratione decidendi docui.

297 Ad vigeſimam ratiooem dubitandi reſpondeo, Dd. communiter tenere, † ſi Princeps ſecularis vel Eccleſiaſticus plures res alienaverit, quarum unaquæque non tendit in grave præjudicium Principatus vel Epiſcopatus, ſed omnes ſimul junctæ grave præjudicium inferunt, omnes illas alienationes tanquam non præjudiciales valere, nec illas ſimul conjungi ad hunc finem, ut præjudiciales Principatui vel Epiſcopatui & eam ob cauſam invalidæ cenſeantur, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Immo. c. 2 ext. de donatio Matt. de Affl. c. 1. §. præterea Ducatus notab 3. num. 49. de prohib. feud alienat. per Frıde. ubi Immo & Matt. de Afflict. hanc opinionem communiter receptam atteſtantur.*

298 Et hæc opinio evidenti ratione comprobatur, Namq; annulatio ſive retractatio actus & pœnalis & odiuſa cenſetur, *Bar. l. turpia. ff. de leg. 1. Bart. l. 1. ff. de his quæ pro non ſcript. hab. Bart. l. prætor ait. ff. de oper. nov. nun. Bald. l. nemo Martyr. es. C. de Sacroſanctis Eccleſiis. Gemınian. c. diſpendia. §. reus. quoq; de reſcriptis lib. 6. Bald. Iaſ & Dd. l. non dubium C. de leg. Phil. Francus & Dd. c. fin. col. 1. de elect. lib. 6. Soc. conſ. 112. lib. 3. Fel. c. 2. nu. 3 & ibi Decius lect. 1. num. 5. & 6. extr. de conſtitut. Sebaſt. Vanci. tract. de nullitat. ſub Rubr. quid ſit nullitas. nu. 15. & 28.*

299 Et clari juris, nec non etiam à Dd. communiter traditum eſt, quod † coacervatio ſummarum nunquam fiat in odioſis ſive in illis, quæ tendunt ad inducendum odium vel pœnam, *l. ſi idem cum eodem in prin. nu. 3 argument. illius text. & ibi Dec ff de jurisdict. omni. jud. Alex. conſil. 2. col. 2. lib. 4 conſ. 97. col. 2. lib 6. Cepolla. conſ. 14. col 4. Fel. c. in omni negocio num. 1. ext. de teſtib.*

300 Nec obſtat, quod Iaſon & Iacob de Sancto Georg. citati in 30. ratione dubitandi contrarium ſentire videantur, quod videlicet omnes alienationes quæ ſimul junctæ, in grave præjudicium principatus tendunt, nullæ ſint.

Namq; prææallegati Dd. hoc expreſſè non dicunt, & poſito, illos expreſsè hoc affirmare, illorum opioio eſſet communiter reprobata, eamque ob cauſam neutiquam teneoda vel ſequenda.

Nec etiam text. allegati pro contraria ſententia illam probant, Namq; textus *l. ſumma cum ratione in princ. ff. de peculio,* nihil ad propoſitum facit.

Textus *in l. ſi optio. ff. qui & à quibus manumit:* Hancq; ſpecialiter rationem habet, Namq; is, cui optio ſive jus optandi unum ex plurimis ſervis relictum eſt, ante optionem factam, jus optandi io omnibus ſervis habet, & illum quem vult, optare poteſt, ideoque mirum non eſt, nullum penitus ſervum, in præjudicium hujus juris alienari poſſe. At Principibus tàm ſecularibus quàm Eccleſiaſticis interdictum non eſt alienare iſtas res ad principatum pertinentes quarum alienatio abſque magno præjudicio principatus fieri poteſt.

Igitur de alienatione ſervorum, ex quibus alteri optio relicta eſt, ad alienationem rerum ad Principatum pertinentium, tanquam ad rem ſeparatam, diverſam & ſeparatam rationem habent, argui nequit, *arg. l. fin ff. de calum. l. Papinianem exuli. ff. de minorib.*]

Textus *l. ſi libertis §. ſi quis plures & §. ſi quis plene. ff. de jur. patron.* præterquam quod ille textus loquitur in caſu habente rationem ſpecialem, nempe in alienatione facta à liberto in fraudem patroni, non dicit omnes alienationes factas diverſo tempore nullas eſſe: ſed tantum diſponit, eorum quæ primo alienatæ ſunt, alieoationem non valere: aliarum verò ratas manere, prout etiam hoc tenet *Pan. c. 2. nu. 4. extr. de donat.*

Et ſic liquet, opinione Iaſunis & Iacob. de S. Georg. ſi hæc illorum mens eſſet, quod omnes illæ alienationes, quæ ſimul junctæ in grave præjudicium Epiſcopatus vel Principatus tenderent, nullæ eſſent, non tantum communiter reprobatum: ſed etiam nullo textu probari.

Præterea Iaſ. & Iacob. de S. Georg. item & text. ab illis citati non loquuntur in illis terminis, quando quis res alienare ſolitas & conſuetas alienat, ita ut per hanc alienationem iſtæ res ratione ſuæ priſtinæ reddantur.

Et cum caſtrum E. ſit feodum antiquum, infeudari ſolitum & conſuetum, dici non poteſt, conceſſionem illius caſtri cum gravi damno vel præjudicio Epiſcopatus H. conjunctam.

Et ſi aliæ quoq; res ad Epiſcopatum H. pertinentes alienatæ eſſent, illarumq; alie-

natio

n:e'o in grave præjudicium Epiſcopatus tenderet, illæ tantum revocandæ eſſent eatenus, quatenus in grave præjudicium Epiſcopatus tendunt, juxta doctrinam *Panor. c. 2. nu. 4. extr. de donationibus.*

Ad trigeſimam primam rationem dubitandi patet reſponſio ex iis, quæ in 26. & 27. ratione decidendi adduxi.

Ad 32. rationem dubirandi reſpondeo, inveſtituram factam de caſtro E. ab Archiepiſcopo S. Nobilib. dominis à D. ſtatim & ab initio valuiſſe.

301 Præterea licet actus † nullus ratificari nequeat, quoad hunc finem, ut illa ratificatio retrahatur ad tempus actus geſti: Attamen actus nullus ratificari poſſet, ut valeat ſaltem à tempore ratificationis, *Alex. conſ. 78. lib 5. Bart. l. quod obſervare. poſ. 1. ff. de offic. Proconſ. Dec. l. ſemper qui non prohibet, num. 16. ff. de reg. jur.*

302 Et illud quod dicitur † actum nullum confirmari non poſſe, procedit tantum in confirmatione facta in forma communi, in quibus terminis loquuntur jura & Dd. citati in 32. ratione dubitandi, ſecus autem eſt in confirmatione facta ex certa ſcientiâ, per illam enim actus nullus ſive invalidus confirmatur & robur accipit, *Imol. c. cum dilectus extr. de elect. glo. c. veniens verbo. confirmacum ext. de tranſaction. Immol. c. 1. extr. eod. tit. Bart. l. ſi conſtet. ff. de appel. Bart l. privileg. C. de ſacroſanct. Eccleſiis Bart. Alex. Iaſon. & Dd. l. more ff. de juriſdict. omn. jud. Card. conſil. 44. Abb. conſ. 62. lib. 1. Alex. conſ. 1. nu. 35. lib. 5. Dec. Rub. extr. de confir. util. & inutil. Dec. c. de confirmationibus nu. 6. extr. eod. tit.*

303 Et ex certa † ſcientia confirmatio dicitur facta, quando confirmans habet ſcientiam ſive notitiam plenam ipſius negocii, quod ipſe confirmat, *Ioan. And. & Dd. c. peu. & ibi Dec. nu. 1. argument. illius text. ext. de conf. utili & inutil. Alex. conſ. 1. nu. 35. lib. 5. Dec. c. de confirmationibus nu. 5. ext. de conf. utili & inutil.*

Similiter & confirmatio ex certa ſcientia facta cenſetur, quando clauſula, *Ex certa ſcientia*, confirmationi eſt inſerta, *gloſ. fin. Clemen. etſi principalis, de reſcriptis glo. 3. c. ſtatutum. verb. literarum de reſcript. lib. 6. Abb. c. examinata. ext. de confirma. util. vel inutil. Rom. conſ. 227. col. 3. Alex. conſ. 59. nu. 3. lib. 1. Dec. c. porrecta. num. 5. verſ. quarto. ext. de confir. util. vel inutil.*

Et clari juris eſt, quod † conſenſus geminatus vel reiteratus vim clauſulæ, *Ex certa ſcientia*, obtineat, & perinde habeatur, atq; ſi in iſto actu clauſula, *Ex certa ſcientia* expreſſa fuiſſet, *Anton. de Buc. c. quæ in Eccleſiarum col. peu. extr. de conſtitut. Abb. c. porrecta & ibi Dec. nu. 5. extr. de confir. util. vel inut. Bald. l. nec damnoſa C. de precib. Imp. offer. Alex. l. 3. in princip. ff. Quodquiq; jur. Nicol. Ever. in ſua Top. in loco à locutione geminatione.* 304

Generaliter quoq; † confirmatio ex certa ſcientia facta dicitur & cenſetur, ubicunq; conſtat confirmantem habuiſſe notitiam ſive ſcientiam, actus vel negotii confirmati *Abb. c. ao hac ext. de reſcript. Abb. c. cum inter. ext. de excep. Imol. l. quidam conſulebat. col. 5. verſ. Item adverte. ff. de re jud. cum ſimilib. multis alleg. à Dec. in c. porrecta num. 5. verſ. 5. extr. de conf. util.* 305

Quinimò in dubio confirmatio ex certa ſcientia facta & cenſetur & præſumitur, *Ioan. And. Anton. de But. Card. & Imol. c. pen. ext. de confir. utili Abb. c. examinata extr. eod. tit. Alex. conſ. 1. nu. 25. lib. 1.*

Sed in caſu præſenti Capitulum H. habuit noticiam inveſtituræ de caſtro E. Nobilibus à D. factæ. Et actus confirmatorii ſive ratificatorii à Capitulo celebrati, aliquoties reiterati ſive repetiti fuêre.

Igitur ſequitur, per tales actus confirmationem ſive ratificationem inveſtituræ de caſtro E. Nobilibus Dominis à D. factæ, inductam, ſaltem quoad hoc, illa inveſtitura à tẽpore confirmationis robur acceperit, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, illam inveſtituram propter defectum conſenſus Capituli ab initio nullam vel invalidam fuiſſe.

Et ſic ex prædictis ſatis liquet atque patet, noſtram deciſionem ad primam quæſtionem caſus ſuperius figurati, non obſtantibus rationibus dubitandi veriſſimam eſſe.

CONSILIUM QVADRAGESIMUM.

In eadem cauſa, ad diverſas tamen Quæſtiones.

SUMMARIA.

1. Eccleſia repetens rem ſuam nulliter, & non ſervatis legitimis ſolennitatibus alienatam, precium pro illa ſe numeratum & in utilitatem ſuam converſum reſtituere tenetur, antequam audiri debeat.

Quod confirmatur multis n. ſeq. uſq; ad n. 22.

2. Minor & Eccleſia à pari procedunt.

3. Quid in fiſco.

4. Rem ſuam pignori nexam à creditore abſq; ſolennitate legitima venditam, precio in ſuam utilitatem verſo repetens, precium emptori refundere tenetur.

5. Rem ſuam à non domino venditam repetens, qualiter audiatur.

6. Ut & is qui agit ad rem ſibi per vim metum ve extortum.

7. Emptor b. f. precium quod numeravit pro re Eccleſiæ ſibi contra legis prohibitionem venditum, quatenus illud in Eccleſiæ utilitatem verſum eſt, ab Eccleſia vendicante rem recuperare poteſt, & rem retinere, donec ſibi ſolvatur, ſecund. comm. & n. 17.

8. Bonæ fidei poſſeſſor eſſe quis cēſeatur, & n. ſeq.

9 Error juris an b. fidem cauſetur quoad hunc finem, ne emptor precium perdat.

10. B. fides etiam ex injuſtis & temerariis rationib. cauſſatur.

11. Iuſta etiam cauſa ad bonam fidem inducendam eſſe cenſetur, ſi quis pro ſe habeat regulam juris.

12. Contrahens cum illo cui contrahere generaliter prius permiſſa fuit, at poſtea prohibitum, qualiter in mala fide eſſe cenſeatur.

13. Contra legis prohibitionem emens precium non perdit niſi in caſib. in jure expreſſis.

14. Multò minus emens rem contra prohibitionem pacti jurati.

Pactum ſtatuto debilius eſt, ibid.

15. Rem emens abſq; ſolennitate requiſita, precium non amittit, etiamſi ſciverit, ſolennitatem requiſitam in contractu non ſervari.

16. Contra prohibitionem legis rem Eccleſiæ emens, precium perdit.

Declaratur quatuor modis, ibid.

18. Precium in Eccleſiæ utilitatem verſum eſſe, etiam præſumptionibus probare ſufficit.

19. Et ad hunc finem ſufficit, quod tempore pecuniæ numeratæ, Eccleſiæ incumbebat pro neceſſitate vel utilitate aliqua expenſas facere ſecund. verior: multis contra ſentientib.

20. In quibus verò contractibus, & quando abſq; dubio hæc opinio procedat.

21. Aſſertio Prælati, quando probet precium in utilitatem Eccleſiæ verſum.

22. Poſſeſſor b. f. fructus perceptos ex re empta lucratur, & nihilominus precium in utilitatem domini converſum recuperat.

23. Poſſeſſor bonæ fidei titulum habens, quos fructus ſuos faciat. & n 48.

24. Et an fructus induſtriales conſumptos reſtituere cogatur, quatenus ex iis locupletior effectus eſt.

25. Et quando omnes omninò fructus lucretur.

26. Malæf. poſſeſſor non præſumitur ex fructib. conſumptis locupletior effectus.

27. Fructus conſumpti quando præſumantur.

28. Bonæf. poſſeſſor contra actionem vel officium judicis ad repetitionem fructuum domino competens quatenus ex illis locupletior factus fuit, quomodo ſe exceptione præſcriptionis tueri poſſit.

29. Error juris bonam fidem cauſſatur, quoad finem lucrandi fructus.

30. Quod reſtringunt Dd. communiter ut procedat, modò jus non reſiſtat actui.

31. At hæc reſtrictio iterum declaratur.

Et

Et penitus rejicitur n. 34.
Ubi auctor teſtatur multos Dd. generaliter concludere, errorem juris reſiſtentis quoad lucrandos fructus b. fidem indiſtinctè cauſari.
Quam opinionem firmat n. ſeqq.
Et illam ſine dubio procedere dicit in caſib. n. 38.

32. *Prohibitio perpetua & generalis efficatior illa eſt, quæ tantum reſpectu certæ ſpeciei vel caſus ſit.*

33. *Et fortior illa eſt, quæ ſubſtantiam quàm quæ qualitatem actus reſpicit.*

35. *Opinio verior tenenda & communi etiam præferenda.*

36. *Opinio gloſſæ cum qua vel unus Doctor concordat tanquam communis amplectenda, etiamſi plures Dd. contrarium tenerent.*

37. *Opinio Doctoru quæ lege vel ratione nulla probatur, tenenda non eſt.*

38. *Regulæ juris quamdiu in hærendum.*

40. *Error juris facilius bonam fidem quoad finem fructus lucrandi, quàm quoad præſcriptionem inducit.*

41. *Quid ſit in errore juris prætorij reſiſtentis.*

42. *Non, ut error juris reſiſtentis interdum, præſertim quoad præſcriptionem impediendam malam fidem operatur: ſic & error pacti reſiſtentis.*

Confirm. n. ſeqq.

43. *Pacta facti ſunt.*

44. *Error facti ſemper bonam fidē cauſſatur.*

45. *Statutum ut liget, ejus publicatio neceſſaria eſt.*

Juſta ignorantia ſtatuti. ibid.

46. *Ignorantia ſtatuti probatur per juramentum.*

47. *Idem eſt in ignorantia juris communis, eo caſu, quando allegans errorem eſt perſona fide digna.*

48. *Poſſeſſor b. fidei fructus adquiſitos & perceptos poſt litem conteſtatam re poſſeſſa evicta, reſtituere tenetur.*

49. *Emptor, cui res empta aufertur, eruptione ob enormiſſimam læſionem reſciſſa, fructus interea perceptos lucratur.*

50. *Poſſeſſor bonæ fide imprimis, quas impenſas recuperet.*

51. *Quodq́; rem petitam retinere poſſit, donec impenſæ ſibi actualiter & realiter ſolutæ ſint.*

52. *Ad ultimum etiam nummum.*

53. *Et quod non ſufficit cautionem de illis ſolvendis exponere.*

54. *Etiamſi meliorationes non eſſent liquidæ, ſed liquidandæ.*

55. *Exceptio vel retentio propter melioramenta etiam in judiciis petitoriis obtinet.*

56. *Item, etiāſi actor perſona privilegiata ſit.*

57. *Vel res, in quam melioramenta ſit facta, ſit caſtrum.*

58. *Bonæ fidei poſſeſſor, an & quando fructus cum expenſis compenſare cogatur.*

59. *Fructus vivo Prælato percepti ex rebus ad menſam ejus pertinentibus ad ipſum Prælatum ſpectant.*

60. *Res ſi fuerit minus meliorata quàm impenſa facta, vel contra: poſſeſſori quid reſtituendū.*

61. *In meliorationib. æſtimandis quod tempus inſpiciendum.*

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QUO NIHIL FELIX FAUSTUMQUE.

POST DILIGENTEM perlectionem conſiderationemq́; tranſmiſi caſus adjunctasq; copias, exiſtimo ad quæſtionem ſecundam jure fundatum eſſe, etiamſi inſeudatio caſtri E. ſecutaq́; immiſſio ab Archiepiſcopo S. Franciſco & Chriſtophoro à D. facta, propter non intervenientem Capituli conſenſum aliquo modo defectuoſa eſſe deberet: atq; adeo quod Capitulum prout & ſequentes Epiſcopi poſſint caſtrum E. cum ſuis pertinentiis repetere ſibiq́; rurſus applicare, quod tamen D. Capitulo prout & ſequentibus Epiſcopis caſtrum E. non prius tradere de jure teneantur, antequam precium ipſis in numerata pecunia plenariæ ſit reſtituta, quodq́; hoc caſu fructus percepta pro pecunia illa numerata defalcari non poſſint: prout ex ſequentibus jurium fundamentis patebit.

Et primo, hæc deciſio † probatur per 1
textum. l. ſicut illorum. §. ſi obligaverit ff. de reb. eor. Namque in illo textu dicitur, ſi obligaverit rem tutor ſine decreto, quamvis obligatio non valeat, eſt tamen exceptioni doli mali locus ſcilicet tunc,

cum tutor mutuam acceptam pecuniam ei ſolverit, qui ſub pignore erat creditor.

Et ſic ex illo textu liquet, ſi res minoris fuerit alienata, non ſervatis legitimis ſolennitatibus minorem iſtam rem petentem, non aliter audiendum: ſed exceptione doli mali repellendum, niſi minor ei, in quem iſta res tranſlata eſt, reſtituerit precium ſive pecuniam pro illa re numeratam & in utilitatem ſuam converſam.

2 Cum itaq; † Mlnot & Eccleſia à pari procedanr, & diſpoſitum de Minori etiam ad Eccleſiam extendatur, *c.1.& c.auditis extr. de reſti. in integ. Clement. quia contingit & ibi Imola. de relig. domib. l. Orphanotrophos. & ibi Bald. C. de Epiſcopis & Cler. gl.l.3. C. quando ex facto tutor. gloſ.l. Reſpublica C. ex quib. cauſ. majores. cum multis simil. alleg. per Nicol. Everb. in ſua Top. in loco à minorib. ad Eccleſiam.*

Sequitur, quod Eccleſia repetens rem ſuam nulliter & non ſervatis legitimis ſolennitatib. alienatam, teneatur precium ſive pecuniam pro illa re numeratam & in utilitatem ſuam converſam reſtituere, nec ante reſtitutionem pecuniæ factam, audiri debeat.

Secundo, hæc deciſio probatur per *text. l. ſi fundus. §. 1. ff. de reb. eorum.* in quo textu deciditur, ſi prædium pupillare fuerit venditum citra decretum Prætoris, precio inde redacto creditoribus pupilli ſoluto, pupillum hoc prædium, vendicantem non aliter audiendum eſſe, niſi precium, quod creditorib. ſuis ſolutum eſt, emptori ſuo prius reſtituatur, etiamſi illud æs alienum ex cæteris facultatib. pupilli ſolvi poterat.

Er ſic ex illo textu clarè liquet, pupillum vendicantem vel repetentem rem ſuam & abſq; ſolennitate legitima & in caſu jure non permiſſo alienatam non aliter audiendum eſſe, niſi precium pro illa re numeratum & in utilitatem ſuam converſum, emptori reſtituat.

Et Bald. ibid. notat, idem quoque juris eſſe in reb. Eccleſiæ, oon ſervata forma alienata.

Tertio, pro hac deciſiooe confirmanda facit, *l. conſilio. §. 1. ff. curatorib. furioſ.* in quo text. in ſimili deciditur, licet venditio rei dementis vel furioſi, à curatore ipſius facta, ante ſatisdationem expoſitam, nulla ſit, hæredes tamen dementis hanc rem vendicantes, non aliter audiendos eſſe, niſi precium pro illa re numeratum & in utilitatem dementis verſum, ante omnia reſtituerint.

Quarto, eandem deciſiooem probat textus *l. prædiorum, l. utere. & l. ſi prædium. C. de prædiis min.* in quibus textib. ſimiliter deciditur, ſi minor vel pupillus prædium ſuum abſque decreto Prætoris, & ſic abſque ſolennitate legitima venditum repetat vel vendicet, minorem vel pupillum precium pro iſta re numeratum & in utilitatem minoris converſum, emptori refundere cogi, alioqui exceptione doli repellendos.

Quinto, hæc deciſio confirmatur per text: *l. fin. C. de uſucapio. pro emptor.* dum videlicet in illo textu deciditur pupillum repetentem rem alienatam ſine tutoris authoritate, quam alienationem nullam eſſe conſtat, emptori precium, quod in utilitatem ſuam converſum eſt, reſtituere cogi.

Et ex iſto textu ibid. notat, colligit & infert Bald. quod ex illicito contractu teneatur Eccleſia, quatenus facta eſt locupletior, vel ſaltem per exceptionem repelli poſſit.

3 Sexto, is † qui rem aliquam à Fiſco ſolennitatibus legitimis non ſervatis comparavit, domino, in cujus utilitatem precium inde redactum converſum fuit, illam rem repetenti reſtituere non tenetur, niſi precio ſibi ante ſoluto, *gloſ. fin. l. 1. & ibi Dd. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.*

4 Septimo, † is qui rem ſuam pignori nexam à creditore abſq; ſolennitate legitima venditam precio in ſuam utilitatem cooverſo repetit, illud precium emptori refundere cogitur, *l. 3. C. ſi vendito. pig. agat.*

5 Octavo, is qui † rem ſuam à non domino venditam repetit, non aliter auditur, niſi is precium inde redactum & in utilitatem ſuam converſum emptori refundat, *l. emptor in prin. & ibi gl. & Dd. C. de rei vend. & Dd. l. mater. C. eod. tit.*

6 Nono, is † qui agit ad eam rem, quæ ſibi per vim vel metum extorta eſt, non aliter audiendus eſt, niſi ipſe precium, quod pro illa re accepit, reſtituat, *l. fi. C. de his quæ vi met. ca.*

7 Decimo, Dd. communiter † tradunt, Emptorem bonæ fidei precium, quod ipſe numeravit, pro re Eccleſiæ ipſi abſq; ſolennitate legitima vel aliter contra prohibitionem legis vendita, quatenus illud in utilitatem Eccleſiæ converſum eſt, ab Ec-

eccleſia

cleſia illam rem vendicante vel repetente, recuperare poſſe, *gl. Bart. Bald. Sal. & Dd. Authen. qui res. C. de Sacroſanct. Eccleſiis. Panor. c. ſi quis presbyterorum. & nu. 13. & ibi Aug. Bero. nu. 50. ext. de reb. Eccleſiæ non alien. Fel. c. cum cauſa. nu. 25. & 26. ext. de re jud.*

Et bonæ fidei emptor rem Eccleſiæ ſibi venditam contra prohibitionem juris, retinere poteſt, donec ipſi precium pro ea re expoſitum ſolvatur, *Aug. Bero. c. ſi quis presbyterorum. nu. 50. extr. de reb. Eccleſiæ non alienandis.*

8 Et regulariter is, qui † titulum habet bonæ fidei, poſſeſſor cenſetur, *l. pen. C. de evictionib. gl. Imo. & Dd. c. ſi diligenti extr. de præſcript. Bart. l. Celſus & ibi Franc. Bald. in repetit. §. expedita. ſecunda parte nu. 2. ff. de uſucap.*

Is quoq; qui celebrat talem actum, per quem res aliqua naturæ ſuæ priſtinæ redditur, in bona fide eſſe præſumitur, ſicut hoc ſatis patet ex eo, quod Dd. tradunt, eum qui præſcribit libertatem contra ſervitutem, & ſic id agit, ut res ſervitute obnoxia naturæ ſuæ priſtinæ, libertati nempe reddatur, in bona fide eſſe præſumi, *Alex. conſ. 242. col. 2. lib. 1. Aymon. Crav. conſil. 6. nu. 121. lib. 1.*

9 Et quoad hunc † finem, ne emptor precium perdat: ſed illud ab Eccleſia, in cujus utilitatem converſum eſt, repetere poſſit, etiam error juris bonam fidem cauſatur, *Bal. l. jubemus. §. ſanè. nu. 1. C. de Sacroſanct. Eccleſiis. Fel c. cum ca. num. 25. extr. de ſententia & re jud.* Et licet in hoc contrarium teneat *Saliceeus d. l. jubemus. §. ſane num. 2. quæſt 2. C. de Sacroſanct. Eccleſiis Sal. authen. qui res. C. eod. tit.*

Præcedens tamen opinio Baldi & Felini verior videtur, cum is emptor, qui precium expoſuit, de damno vitando agat, & error ſive ignorantia juris, regulariter patrocinetur eo caſu, quando quis de damno vitando certat, *l. juris ignorantia. ff. de jur. & fact. ignor. l. ſed etſi ne putem in princip. & ibi Iaſ. & Dd ff. de condict. indeb.*

Et hoc generaliter quidem verum eſt, potiſſimum autem procedit eo caſu, quando errori juris error facti admixtus eſt, tunc n. abſq; omni dubio ad cauſandum bonam fidem ſufficit, *Fel. c. de quarta num. 36. extr. de præſcript.*

10 Quinimò † bona fides cauſſatur non tantum ex juſtis: ſed etiam ex injuſtis & temerariis rationibus, *Bald. l. 1. in fin. C. ubi cauſa ſtatus Alex. in addit. ad Bart. l. Celſus. & ibi Franc. Balb. in repet. §. expedita ſecunda. num. 2. ff. de uſucap. Barb. conſil. 18. col. pen. lib. 2. conſil. 45. col. 8. lib. 4. Iaſon. l. ſi quis id quod notab. 8. de juriſdict. omn. jud. Iaſon l. ſi quis major. verſ. nota hanc deciſionem C. de tranſactionib. Socin. conſil. 11. col. final. conſil. 38. col. 2. & conſil. 66. col. 8. lib. 3. Paul. Caſtrenſ. conſ. 98. ante fin. lib. 1. Tiraq. in tract. de pœnis. cauſa. 43. num. 3.*

Iſta quoq; cauſa † ad bonam fidem inducendam eſſe cenſetur, ſi quis pro ſe vel actu à ſe geſto habeat regulam juris, ſicut hoc ſatis probatur per id, quod tradit *Bart. l. 2. & ibi Iaſon num. 35. ff. ſi quis in jus vocat. non ierit.* 11

Is quoq; † qui contrahit, vel alium actum celebrat cum illo, cui iſtum actum vel contractum celebrare generaliter prius permiſſum fuit, ſed poſtea prohibitum non aliter in mala fide cenſetur, niſi illa prohibitio publicè intimata fuerit, *Cagnol. l. qui cum alio. num. 3. ff. de reg. jur. argument. l. ſed etſi pupillus. §. proſcribere. ff. de inſtitut. act. Fel. c. ex parte Decani. nu. 6. extr. de reſcript.* 12

Sed in caſu præſenti Nobiles à D. juſto titulo adepti ſunt caſtrum E. & habent pro ſe illam juris regulam, quod Epiſcopis reliquisq; Prælatis feoda antiqua vel infeudari ſolita, ſibiq; aperta permittatur alteri etiam abſq; conſenſu Capituli de novo concedere; nec non etiam per hanc conceſſionem Nobilib. à D. factum caſtrum E. redditum eſt naturæ & familiæ priſtinæ.

Et in caſu præſenti Nobiles à D. non tantum ignorantiam juris: ſed etiam ignorantiam facti, ſe videlicet ignoraſſe, prætenſam promiſſionem juratam de non infeudando vel alienando abſque conſenſu Capituli ab Epiſcopo factam prætendunt.

Inſuper jus commune generaliter permittit Epiſcopis & Prælatis feuda ipſis aperta alteri de novo concedere etiam abſq; conſenſu Capituli, illaq; prætenſa prohibitio ſpecialis ſive pactum juratum de non alienando, in caſu præſenti publicè intentata non eſt.

Igitur ſequitur, Nobiles Dominos à D. abſq; omni dubio cenſendos & reputandos eſſe emptores & poſſeſſores bonæ fidei reſpectu caſtri E.

Et per conſequens omninò dicendum & concludendum eſt, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, inveſtituram de caſtro E. factam viribus carere, & Capitulo vel futuro Epiſcopo H. permitti,

illud caſtrum revocare, Capitulum ramen & Epiſcopum illud caſtrum revocantem, Nobilibus dominis à D. precium præſertim illud, quod in utilitatem Epiſcopatus converſum eſt, refundere cogi.

13 Undecimo, is † qui contra prohibitionem legis vel ſtatuti aliquam rem emit, vel contractum aliquem celebrat, non amittit precium, niſi in caſib. in jure expreſſis, *Bald. l. fin §. emptor. nu. 1. & 2. C. commun. de leg. Fel. c. cum cauſam. nu. 26. cir. fin. extr. de ſentent. & re jud. fac. tex. l. 1. C. non licere habitat. metrocomiæ lib. 11.*

14 Multò verò minus † is, qui contra prohibitionem pacti jurati rem aliquam emit, precium perdere debet, præſertim ſi hoc in iſto pacto cautum non ſit, cum longè debilius ſit pactum quàm ſtatutum, *Bart. l. alia. §. eleganter. ff. ſol. mat. Nicol. Ever. in loc. à pacto ad leg. vel ſtatut.*

Cum itaq; legib. cautum non reperiatur, quod emens vel alio titulo acquirens ab Epiſcopo vel alio Prælato feudum antiquum & infeudari ſolitum, abſq; conſenſu Capituli precium perdere debeat, eo caſu, quo iſte Prælatus jurato promiſit feuda etiam antiqua & infeudari ſolita abſq; conſenſu Capituli non alienare vel infeudare.

Sequitur, eum qui feudum antiquum & infeudari ſolitum & Epiſcopo apertum, ab illo Epiſcopo emit vel alio titulo conſequitur, qui jurato promiſit, talia feuda abſq; conſenſu Capituli non alienare, precium non perdere.

15 Duodecimo, † is qui in caſu à jure permiſſo abſq; ſolennitate à jure vel ſtatuto requiſita, rem aliquam emit, precium non amittit, ſed illud ei reſtituendum eſt, etiamſi emptor ſciverit, ſolennitatem legitimam in iſto contractu non ſervari, *Bal. l. ſi prædium in princ. & ibi And. Bart. in add. C. de præd. min. Fel. c. cum cauſa nu. 26. cir. fin. extr. de ſent. & re jud.*

Cum itaq; Epiſcopo reliquiſq; Prælatis permiſſum ſit, feuda antiqua & infeudari ſolita ipſis aperta alteri viciſſim concedere, ſequitur, licet pacto vel ſtatuto cautum ſit, ne Epiſcopus vel Prælatus talem rem abſq; conſenſu Capituli alteri concedat, eum tamen qui abſq; ſolennitate illa conſenſus Capituli iſtam rem interveniente pecunia à Prælato nanciſcitur, pecuniam pro iſta numeratam non perdere.

Decimo tertio, licet & legibus cautum & à Dd. traditum ſit, † eum qui contra 16 prohibitionem legis rem Eccleſiæ emit, precium perdere, *l. jubemus la. 2. §. ſanè. el. 1. & ibi Bart. Bald. & Dd. C. de Sacroſanct. Eccleſiis authen. qui res. & ibi Bart. Bald. & Dd. C. eod. tit. l. 2. C. ne. rei domin. vel templ. §. poteſt. verſ. qui univerſas 16. q. 3. Steph. Bertrand. conſ. 147. nu. 66. lib. 2. par. 1.*

Attamen hoc tantum procedit in rebus ad menſam Eccleſiæ vel Capituli pertinentib. in quibus terminis jura prællegata loquuntur, ſecus autem eſt in feudis antiquis & alienari ſolitis, tum quia prællegati textus de tali re non loquuntur, & certum eſt, quod nullus textus, nullave conſtitutio extra verba ipſius extendi debeat, *l. quod conſtitutum. & ibi Bart ff. de teſt. militar.* tum quia res de facili revertitur ad ſuam naturam, *l. ſi reus. §. pactus ne peteret. ff de pactis.* tum quia pœna privationis non habet locum, niſi in caſibus in jure expreſſis, *gl. in c. fin. & ibi Panor. extr. de jur. patron. cum ſimil. alleg. per Tiraq. repet l. ſi unquam verb. revertetur nu. 249. C. de revocand. donat.*

Secundò, prællegati textus habent tantum locum in emptore malę fidei: ſecus autem eſt in emptore bonæ fidei, is n. precium non perdit, prout hoc ex ſuprà dictis liquet.

Tertiò, hoc non habet locum nec in emptore malæ fidei quidem, qui de evictione ſi caveri fecit, is n. precium non perdit, *l. 1. & ibi gl. C. non licere habitat. metroco. lib. 11. l. fin. & ibi gloſ. C. de fund. limitroph. lib. eod. l. etſi is C. de præd. minor. gl. l. quemadmodum. verb. emptor. in fin. & ibi Bart. nu. 10. & Ioan. de Plat nu. 11. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. gl. c. ad audientiam & ibi Dd. extr. de rebus Eccleſiæ non alien. Imo. Pan. Anto. de But. & Dd. c. ſi quis presbyterorum. extr. eod. tit. Cyn. Bald. Ang. Sal. Ful. & Dd. l. fin. C. de litigioſ. Guido Papæ. deciſ. 993. verſ. ſi ex contractu.* Et ſic liquet, hanc opinionem communem eſſe, prout illam communem eſſe atteſtatur *Ang. Bero. c. ſi quis presbyterorum. nu. 51. extr. de reb. Eccleſiæ non alien.*

Quartò, jura contraria tantum procedunt eo caſu, quando res Eccleſiæ eſt alienata, in caſu à Iure non permiſſo: ſecus autem eſt, ſi illa ſit alienata in caſu à jure permiſſo abſq; ſolennitate legitima, ſicut hoc ſuperius diximus.

Cum

Cum itaq; caſtrum E. pon pertineat neq; pertinuerit ad menſam Epiſcopalem, ſed ſit feudum anriquum & infendari ſolitum, atq; jura communia permittanr, talia feuda etiam abſq; conſenſu Capituli alienare: nec non & Nobiles à D. illud caſtrum bona fide acquiſiverint, ſibiq; cautionē de evictione exponi fecerint, ſequitur, ipſos precio privari non poſſe, etiamſi Archiepiſcopus S. jurato promiſiſſet, nullum feudum etiam antiquum, abſq; conſenſu Capituli concedere, & probare poſſet, hanc conceſſionem illi promiſſioni contrariam eſſe.

17 Decimo quarto, licet Dd. † velint, bonæfidei emptorem non aliter precium recuperare poſſe ab Eccleſia repetentem rem contra prohibitionem legis alienaram, niſi ipſe probet atq; fidem faciat, illud precium in utilitatem Eccleſiæ vel Epiſcopatús converſum, *gl. Bart. Bald. & Dd. Authen. qui res, C. de Sacroſanct. Eccleſiis. Bal. & Sal. l. jubemus. §. ſanè. C eod. tit. Paul. de Linat. Clemen. 2. de reb. Eccleſiæ non alienand. Panor. c. ſi quis præsbyterorum. nu. 13. & ibi Aug. Bero. nu. 50. extr de reb. Eccleſiæ non alienand. Alex. conſ. 4. num. 4. & 8. lib. 3.*

18 Attamen hoc † conjecturis & præſumptionibus probari ſufficit, *Bald. l. 1. nu. 6. C. ſi adverſ. creditor.* ubi ipſe Bald. atteſtarur, hanc opiniunem communiter receptam, & idem tenet *Riminald. l. civitas. nu. 8. & ibi Alciat. nu. 18. ff. ſi cert. pet.*

19 Et inter cætera traditur, illam † conjecturam ſive præſumptionem, ad probandam verſionem in utilitatem Eccleſiæ ſufficere, ſi probetur atq; fides fiat, quod tunc temporis Eccleſiæ vel Epiſcopatui āliqua neceſſitas, utilitas, vel expenſa facienda imminebat, licet ulterius non doceatur, pecuniam in Eccleſiæ utilitatem converſam, prout hoc tradit, *gloſ. authen. hoc jus porrectum C. de Sacroſanct. Eccleſiis Pet. Cyn. Iacob. Butrian. Bald. l. 1. C. ſi adverſus creditorem Sal. & Bald. Caſt. l. civitas & ibi Dec. nu. 10. ff. ſi certum petatur Hoſt. c. 1. & ibi Panor. num. 2. argument. illius textus extr. de ſolut. Pan. c. quod quibusdam nu. 7. extr. de fidejuſſ. argum. l. 1. §. non autem & l. fin. ff. de exerci. act.* Illamque opinionem communem eſſe atteſtatur *Bal. d. l. 1. nu. 6, C. ſi adverſus creditor.*

Et licet in hoc contrarium teneant multi Dd. volentes non ſufficere, quuad hunc finem ut pecunia in utilitatem Eccleſiæ converſa ſit, cenſeatur probare quod tempore pecuniæ numeratæ Eccleſiæ incumbebat propter conſenſus pro neceſſitate vel utilitate aliqua expenſas facere, *Bart. l. fin ff. de exerc. act. Guilhel. de Cygneo. Alb. de Roſat. Fulgoſ. Rom. Alex. & Dd. l. civitas & ibi Iaſ. nu. 28. Riminald nu. 8. Soc. num. 4. & Hieron. Butigal. in repet. num. 39 ff. ſi cert. pet. Innoc. Ioan. de Imol. & Dd. c. 1. extr. depoſiti. atq; etiam affirment hanc contrariam opinionem communem eſſe.*

Attamen præcedentem opinionem veriorem eſſe, atteſtatur *Dec. l. civitas num. 10. ff. ſi cert. pet.*

Et præcedens opinio abſq; omni 20
dubio procedit in aliis † contractib. præter contractum mutui cum Prælato vel Epiſcopo celebratis. Namque in illis non requiri præciſam prubatiunem verſionis in utilitatem Eccleſiæ: ſed ſufficere ſi fides fiat, quod Epiſcopus, Epiſcopatus, vel Eccleſia tunc aliquos ſumptos vel expenſas facere renebatur, tradit *Inno. Anto. de Butr. Card. & Pan. c. 1. extr. de depoſito. Bart. authen. hoc jus porrectum nu. 23. & ibi Bald. & Dd C. de Sacroſanct Eccleſiis Laur. de Rudolph. c. ſive exceptionem. quæſt 56. 12. quæſt. 2. Aug. §. hoc etiam col pen. Authen. de alien. Emphitheu. Dec. conſ. 36. num 8. verſ. tertio principaliter non obſtat ubi Dec atteſtatur, illam opinionem communiter receptam.*

Præterea Dd. communiter nullo penitus excepro, atteſtatur, etiam in contractu mutui probari, pecuniam verſam in utilitatem Eccleſiæ eo ipſo, quod probatur Eccleſiæ tum temporis neceſſe fuiſſe, pro cauſa vel opere aliquo, impenſas facere, illamq; cauſam præterea ſecuram, v● opus extructum. *Bald. Authen. hoc jus porrect. C. de Sacroſanct. Eccleſiis Rom. l. civitas & ibi Iaſ. nu. 28. Riminald. num. 8. Alciat. nu. 19. Hieron. Butigel. in repetit. nu. 39 & 40. ff. ſi cert. pet. Fran. Ripa. l. ſi ventri. §. fin. nu. 11. & 12 ff. de privil. creditor.*

Idem quoque juris eſt, ſi aliæ conjecturæ vel præſumptiones concurrant, utputa ſi Prælatus ſit probus & prudens,

prudens, vel ſimiles conjecturæ, tunc enim ſimiliter etiam in contractu mutui quoad hunc finem ut Eccleſia cenſeatur facta locupletior, ſufficit probare, quod Epiſcopo, Epiſcopatui vel Eccleſiæ tempore pecuniæ numeratæ incumbebat aliquos ſumptus vel expenſas facere, prout hoc tradit *Alvar. l. civitas nu. 16. ff. ſi cert. petat. allegans ad hoc gloſ. Laurent. Archidiac. & Geminia. §. hoc jus porrectum. 10. quæſt. 2. gloſ. Odofred. Cyn. & Alber. Auth. hoc jus porrectum C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

Lapſus quoque temporis hanc præſumptionem adjuvat, *Dec. conſil. 36. col. pen. Aym. Crat. in tract. de antiq. tempor. part. 3. §. vidimus in genere. num. 26.*

Aliud etiam adminiculum eſſe videtur, aſſertio de converſione in utilitatem Eccleſiæ facta, in inſtrumento contractus, *argument. l. optimam C. de contract. & commit. ſtipul. cum ſimilib. vulgarib.*

21 Quinimò † ſolam aſſertionem Prælati vel Epiſcopi quoad hoc, quod precium in utilitatem Eccleſiæ converſum ſit, plenam fidem facere videtur, eo caſu, quando illa aſſertio ſive affirmatio veriſimilis eſt, vel aliquibus conjecturis, aut præſumptionib. adjuvatur, prout hoc expreſsè tradit *Bald. Auth. hoc jus porrectum, col. pen. C. de Sacroſanct. Eccleſiis Iaſ. conſ. 154. col. 5. lib. 2. Decius c. quoniam contra. col. 21. verſ. ſed reſpondere precib. extr. de poteſt. Aymo. Cravet. in tractat. de antiq. temp. par. 1. §. quartò limitatur. num. 38. Tiraq. rep. l. ſi unquam verb. donatione largitus. num. 102. C. de revocand. donat.*

Sed in inſtrumento inveſtituræ de caſtro E. Nobilib. dominis à D. factę narratur, quod Archiepiſcopus S. precium ſuæ illuſtri Celſitudini pro iſto caſtro à Nobilib. à D. numeratum converterit in evidentem utilitatem Eccleſiæ H. & inter cætera id impenderit ad extruendam & perficiendam domum Epiſcopalem in civitate H. vocatam den Petters Hoff.

Et Epiſcopus S. & prudentia & probitate excelluit, & dubio omni caret, prædictam domum Epiſcopalem ab eo tempore, quo iſta pecunia Epiſcopo numerata eſt, perfectam & conſummatam: nec non etiam à tempore illius inveſtituræ ſeptem anni elapſi ſunt, & Nobiles domini à D. per illud integrum ſeptennium publicè & palàm, ſciente & patiente Capitulo H. ſi pro Dominis & Vaſallis caſtri E. geſſerunt.

Igitur ſequitur, per hæc ſatis ſufficienter probari, precium ſive pecuniam quam Nobiles domini à D. pro caſtro E. numerarunt, in utilitatem Eccleſiæ H. converſam; & per conſequens dubio omni caret, etiam poſito, conceſſionem caſtri E. nullam vel invalidam eſſe, & Capitulo vel etiam futuro Epiſcopo H. permitti, illud caſtrum vendicare, Capitulum tamen vel Epiſcopum illud caſtrum vendicantem Nobilibus dominis à D. precium refundere cogi.

Decimo quinto, emptor vel alius 22
poſſeſſor † bonæfidei fructus perceptos ex. re empta cum precio pro iſta re numerata & in utilitatem domini converſo, compenſare non tenetur, ſed & fructus lucratur, & nihilominus integrum precium in utilitatem domini converſum recuperat, *l. emptor in princip. & ibi gloſ. Iacob. Bart. Alber. de Roſa. Ang. & Fulgoſ. ff. de rei vendicat. c. ad noſtram extr. de reb. Eccleſiæ non alienand. Boër. deciſ. 44. nu. 23.*

Ex quo infertur, cum Nobiles domini à D. caſtrum E. bona fide acquiſiverunt, & precium quod illi pro iſto caſtro numeraverunt in utilitatem Epiſcopatus H. converſum dictos dominos Nobiles non cogi precium pro iſto caſtro numeratum cum fructibus inde perceptis compenſare vel ex fructibus perceptis deducere.

Tertiam quæſtionem quod attinet, exiſtimo, poſito, infeudationem caſtri E. eſſe invalidam, atq; ideo Nobiles à D. teneri, dictum caſtrum cum ſuis pertinentiis Capitulo vel ſecuturo Epiſcopo tradere, quod tamen Nobiles à D. fructus quos ex reditibus iſtius caſtri pertinentiisq; (priuſquam nomine iſtius caſtri judicialiter conventi ſunt, lisq; conteſtata fuit) perceperunt, nullo modo reſtituere teneantur.

Namq; clari juris eſt, & à Dd. com- 23
muniter traditum, eum qui † bona fide emit, rem Eccleſiæ vel aliam contra prohibitionem juris, vel non intervenientibus legitimis ſolennitatibus, vel in caſu à jure prohibito fructus ex illa re perceptos lucrati, nec illos reſtituere cogi, etiamſi illa res poſtea emptori evicta vel ablata fuerit, *Pan. c pen. nu. 9. & ibi. Ioan. de Imol. extr. de reb. Eccleſiæ non alien Pan. c. de quarta col. 2. & ibi Fel. nu. 25. extr. de præſcript. Ang. l. quæcunq; §. fin ff. de Public. in rem act. Curt. ſen. conſ. 71. nu. 15. Curt.*

15. Curt. Iun. conſ. 28. nu. 64. Iuno. c. 2. §. contractus de reb. Eccleſiæ non alien. lib. 6. Fel. c. cum cauſam. nu. 27. extr. de ſententia & re jud. Covar. variar. reſol. lib. 1. c. 3. nu. 8. verſ. poteſt etiam. Franc. Balb. repet. l. Celſus nu. 20. limit. 4. ff. de uſucap. Et probatur per text. expreſſum in l. 2. & ibi gloſ. Bald. & Sac. C. ſi quis ignorans rem minor. eſſe, ſive decerto comparan.

Et confirmatur ex eo, quia poſſeſſor bonæ fidei habens titulum, qui videlicet rem alienam à non domino emit, vel alio juſto titulo acquiſivit, omnes omninò fructus tàm naturales quàm induſtriales, necnon etiam civiles ex illa re perceptos ante litem conteſtatam ſive illi extent, ſive ſint conſumpti, ſuos facit *l. in bonæfidei ff. de acquir. rer. domin. Bart. l. ex diverſo. ff. de rei vend. Abb. Pan. c. gravis & ibi Ang. Bero. nu. 27. & 28. extr. de reſtit. ſpol. ubi Aug. Bero. atteſtatur, eandem opinionem amplecti Iacob. de Arena & Iacob But. eamq; communem eſſe. Et idem tenet Aug. l. §. ſi quis à non domino & ibi Iaſ. in addit. ad Porcum Inſt. de rerum diviſ. Covar. variar. reſol. lib. 1. cap. 3. verſ. his ſanè præmiſſis, ubi ipſe ſimiliter affirmat, hanc opinionem communiter receptam.*

Et licet bonæ fidei poſſeſſor fructus naturales extantes, item & conſumptos, quatenus ex iis locupletior effectus fuit, reſtituere tenetur, non quidem rei vendicatione ſed officio judicis vel conditione ſine cauſa, *l. fructus ff. de uſuris. gloſ. Bart. & Dd. ex diverſo. §. 1. ff. de rei vendicatio. Angel. & Dd. §. ſi quis à non domino Inſtit. de rerum diviſio. Speculat. & Ioan. And. in tit. de fructib. & intereſſe. §. 1. Abb. & Dd. c. gravis & ibi Auguſtin. Bero. nu. 29. ext. de reſtitut ſpoliat. Socin. conſ. 251. lib. 2. Curt. ſenior. conſil. 71. nu. 8. Iaſ. §. omnium col. fin. Inſtitut. de actio. Covarru. variar reſolution. lib. 1. cap. 3. num. 6. verſ. his ſanè præmiſſis. Alex. conſil. nu. 11. lib. 4.*

Et idem juris ſit in fructibus induſtrialibus & civilibus extantibus, *gloſ. Bart. Dd. l. ex diverſo. §. 1. ff. de rei vend. gloſ. l. qui. ſcit. §. fin. ff. de uſur. Panor. & Auguſt. Bero. c. gravis. extr. de reſtitut. ſpol. Alex. conſ. 21. num. 11. lib. 4. Covar. variar. reſolut. lib. 1. cap. 3. num. 6. verſ. tertia concluſio.*

Atque aliqui Dd. velint, † bonæ
24 fidei emptorem etiam fructus induſtriales ſive civiles conſumptos, quatenus ipſe ex iis locupletior effectus eſt, reſtituere cogi, *Bart. l. ſed etſi lege. §. ſcire. ff. de petit. hæreditat. Bart. l. ſi fur. §. 1. ff. de uſucap. Bart. & Ang. l. ex diverſo. ff. de rei vendicat. Angel. Alexan. Iaſon. & Dec. l. ſi me & Titium ff ſi cert. petat. Angel. conſil. 133. & conſil. 160. Paul. Caſtrenſ. l. ſi feudum C. de rei vendicatio. Anton. de But. & Abb. c. gravis extr. de reſtitut. ſpoliatio. Innocent. c. in literis. extr. eo tit. Alexan l. inſulam. §. fructus. ff. ſol. matrimo. Alexan. l. vi vel metu. C. quod met. cauſ. Alexan. conſil. 21. num. 20. lib. 4. Socin. conſil. 251. num. 25. lib. 2. Covar. variar. reſolutio. lib. 1. cap. 3. num. 6. 6. verſ. tertia concluſio. ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionem communiter receptam.*

Attamen Dd. magis communiter concludunt, bonæ fidei poſſeſſorem eum potiſſimum qui titulum habet, fructus induſtriales conſumptos reſtituere non cogi, etiamſi ipſe ex illis locupletior effectus fuerit, *gloſ. ex diverſo. ff. de rei vendicat. Pet. & Cyn. l. non eſt. C. famil. herciſcun. Bal. l. 2. col. 1. C. de uſurpat. & fructib. rei legat. Angel. & Innocent. l. ſequitur. §. 1. ff. de uſucapionib. Angel. & Alexan. l. Neſennius §. 1. ff. de re judicat. Immo. c. gravis & ibi Auguſtin. Bero. extr. de reſtitut. ſpoliat. ubi Auguſtin. Bero. atteſtatur, hanc opinionem communiter receptam. Et idem tenet Roman. l ſi me & Titium ff. ſi cert. petat. Curt. jun. conſil. 28. col. 3. Ruin. conſil 91. col. 2 lib. 5. Curt. ſen. conſil. 71. col. fin. ubi ipſe affirmat, hanc opinionem communiter eſſe, Idemq; tenet Carol. Molin. in addit. ad Alexan. conſil. 21. lib. 4. & in conſuetudinib. Pariſ. tit. 1. §. 22. num. 49. ubi ipſe ſimiliter dicit, hanc opinionem & veram & communem eſſe. Et pro hac opinione facit text. §. ſi quis à non domino. Inſt. de rer. diviſio. l. ſed & loci. ff. fin. regundor. l. quæſitum. §. fin. ff. de acquir. rer domin.*

Quinimò ego ſtatuo, † bonæfidei 25
poſſeſſorem omnes omninò fructus lucrari, nec ullos omninò reſtituere cogi eo caſu, quando illa res, de qua agitur, eſt alienari ſolita, & ille titulus, per quem quis acquiſivit, illam rem tendit ad hoc, ut iſta res naturæ ſuæ priſtinæ reddatur, cum ſit certi & indubitati juris, quod res ſemel facta alienabilis, vel alienari ſolita, præter facilius alienetur, tam reſpectu rei, quàm reſpectu fructuum, *l pater. §. quindecim & ibi Bart. ff. de leg. 3. Bart. & Ioan. de Platea l. 1. argumento illius text. C. de imponenda lucrativ. deſcript. lib. 11. Bart. l. filiusfamilias. §. divi. col. 3, & ibi Iaſon. & Dd.*

ff. de

ff. de legat. 1. Bart. l. peto. §. fratre ff. de leg. 2. Signor. conſ. 210. col. 2. Alb. ff. de Roſ. l. 1. nu. 22. & ibi Alex. Iaſ. Dec. & Dd. ff. de offi. ejus, cui mand. eſt jurudict. Iaſ. l. ſi ſic. ſ. fin. ff. de leg. 1. cum multis alleg. per Tiraq. in tract. de utroq; retract. par. 1. ſ. 32. gl. 1. nu. 5. & 6. Et eo caſu, quando titulus tendit ad hoc; ut res aliqua priſtinæ ſuæ naturæ reddatur, illud admittatur, quod alioquin prohibitum eſt, *argument. l. ſi unus. §. pactus ne peteret. & ibi Iaſ. de pactis.*

26 Et in dubio † malæfidei poſſeſsor non præſumitur, ex fructibus naturalibus, induſtrialibus vel ſimilibus conſumptis locupletior effectus: ſed is qui hoc allegar, illud probare tenetur, *Ang. l. inſulam. ſ. 1. ff. ſolut. matr. Aug. conſ. 130. & conſ. 157. Paul. Caſtrenſ. conſ. 17. incip. in cauſa quæ vertitur Parmiæ, col. antepen. Alex. l. mulier. ſ. cum proponebatur ff. ad S.C. Treb. Curt. ſen. conſ. 71. nu. 11. Aug. Bero. c. gravis, nu. 30. ext. de reſt. ſpol. Ruin. conſ. 204. nu. 25. lib. 1. Iaſon. l. Neſennius. §. 2. ff. de re jud. Carol. Mol. in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 22. num. 52.*

27 Elapſo quoq; † triennio à rempore perceptionis in dubio omnes fructus præſumuntur eſſe conſumpti, *gloſ. & Bald. l. 1. C. ſi adverſ. uſucap. Ang. Iaſ. & Dd l. 1. ſ. quæſitum ff. ad S.C. Trebell. Angel. & Imol. l. 7. § interdum 15. ff. ſol. mat. Angel. l. procurator totorum. ff. 83. de procurator. Ang. Aret. §. ſi quis à non domino col. fin. Inſt. de rerum diviſ. Curt. ſem. conſ. 71. nu. 9.*

Præterea Dd. communiter conclu-
28 dunt, † quemlibet bonæ fidei poſſeſsonem contra illam actionem ſive implorationem officii judicis, quæ vero domino competit, ad repetitionem fructuum extantium, item & conſumptorum, quatenus poſſeſsor ex illis locupletior factus fuit, ſe exceptione præſcriptionis tueri poſſe, ſi à die perceptionis fructuum ante litem motam triennium elapſum fuerit, *gloſ. Bart. Ang. Immol. Paul. Caſtrenſ. & Dd. l. ſequitur. ſ. fruct. ff. de uſucap. Bart. l. 3. & ibi Alex. nu. 8. C. de his quæ vi met. cauſa Bald. & Cyn. l. Ancillæ C. de furt. Anton. de Butr. & Abb. c. gravis & ibi Aug. Bero. nu. 41. & 43. extr. de reſtitut. ſpoliator. Bald. c. vigilanti col. fin. extr. de præſcription. Panor. c. de quartâ extr. eod. tit. Alex. Iaſ. & Dd. l. ſi me & Titii. ff. ſi cert. pet. Curt. ſen. conſ. 71. col. penult. & final. Roman. conſ. 149. Franciſ. Balb. in tract. de præſcript. 4 par 4. partis principalis quæſt. 35. Didacus de Segura. l. 1. ſ. ſi vir. col. 33. verſ. plus voluit Bald. ff. de acquir. poſ. Covar. variarum reſol. lib. 1. cap. 3. nu. 7. verſ. quarta concluſio*, Etiamſi poſſeſsor bonæ fidei titulo careat, & ſe ſolo titulo generali pro ſuo tueatur, *Bal. l. 1. C. de uſur. & fruct. legat. Curt. ſen. conſ. 71. col. fin. Covar. variarum reſol. lib. 1. cap. 3. nu. 7. verſ. quarta concluſio.* Item etiamſi bonæ fidei poſſeſsor ante conſumptionem illos fructus per triennium non poſſederit, *Paul. Caſtrenſ l. ſequitur. §. fructus ff. de uſucap. Roman. conſ 49. Curt. ſen. conſ. 71. col. pen. Franc. Bald. in tract. de præſcript. 4. par. 4. partis principalis quæſt. 35. nu. 6. & 7.*

Deinde etiam quoad finem † lucran- 29
di fructus error juris bonam fidem cauſatur, *l. ſed etſi ſ. ſcire & ibi Bart. ff. de pet. hæred. glo. l. ſi fur. §. 1. ff. de uſucap. gl. l. de fructib. ff. de don. inter vir & uxor. gl. l. quod uxor ff. de acqui. poſ. Paul. Caſtrenſ. l. Celſus & ibi Franciſ. Bald in repet. nu. 18. ff. de uſucap. Bald. l. irritam col. 2. ff pro donat. Roman. ſing. 91. & ibi pulchra additio Fel. c. de quarta num. 29. extr. de præſcript.*

Et licet Dd. hoc communiter ita reſtringant, ut procedat tantum eo caſu,
quando † jus non adſiſtit actui, ſive contra- 30
ctui, & ſecus eſſe velint eo caſu, quando jus actui ſive contractui expreſsè reſiſtit, volentes illo caſu, errorem juris ad cauſandam bonam fidem, etiam quoad finem acquirendi fructus non ſufficere, *Bart. l. ſed etſi lege. ſ. ſcire. ff. de petit. hæred. Panor. c. gravis col pen extr. de reſtitut. ſpol. Panor. c. dilecto col. 3. extr. de præbendis Pan. c. pen. & ibi Anto. de Butr. & Barbat. extr. de reb. Eccleſ. non alien. Pan. c. conſultationibus extr. de jure patron. Calder. conſ. 2. Rub. de præſcript. Alex. conſ. 121. lib. 4. Fel. c. de quarta num. 31. verſ. Tertiò reſtrictio ext. de præſcript. Laur. de Rudolph. c. ſine exceptione. 12 q. 2. Fran. Balb. rep. l. Celſus not. 4. nu. 19. ff. de uſucap.*

Attamen † hæc reſtrictio à multis 31
Dd. ita declaratur, ut procedat tantum in iis, quæ generaliter & per ſe alienari prohibita ſunt: Secus autem ſit in iis, quæ non quidem per ſe, ſed abſq; certa ſolennitate alienari prohibita ſunt, in iis enim errorem etiam juris reſiſtentis quoad lucrandos fructus, bonam fidem cauſare & inducere proùr hoc trad. *Franc. Aret. l. quod uxor. ff. de acquir poſſeſ. Curt. ſen. conſ. 11. col. 8.*

Quæ declaratio confirmatur ex eo, quia † prohibitio perpetua & generalis eſt longe efficatior illa prohibitione, quæ tantum reſpectum certæ ſpeciei ſive caſus fit,

gloſ.

gloſ. Clement. verb. inbibentes de jure patronat. Iaſ. l. non dubium. num. 18. limit. 2 C. de legib. ſicut & fortior & efficacior eſt illa prohi-
33 bitio legis, † quæ reſpicit ſubſtantiam, quam illa, quæ reſpicit qualitatem actus, *Bald. & Paul. Caſtrenſ. l. non dubium. & ibi Iaſ. num. 20. C. de leg. 6. facit id, quod tradit Bald. l. ſi prædium. C. de prædijs minor. Iaſ. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. limit. 10. ff. de verbor. obligationib. Aymon. Cravett. in tract. de antiquitat tempor. part. 2. §. ex præmiſſis. num. 63. & 64. & part. 3. §. venio nunc ad tertiam. num. 22.* Item & id quod tradit *Aymon. Cravett. in tract de antiquitat. tempor. part. 4. §. materia iſta. num. 12.* ubi ipſe inquit, quod prohibitio qualificativa vel qualificata, non ſit ita odioſa, ſicut prohibitio ſimplex & præciſa. Allegans ad hoc *Calger. conſ. 4 tit. de præſcr. & conſ. 9 tit. de reb. Eccleſ. non alienand.*

Quinimò multi Dd. generaliter con-
34 cludunt † errorem juris etiam reſiſtentis, quoad lucrandos ſive acquirendos fructus, bonam fidem indiſtinctè & cauſari & inducere, *gloſ. Bald. & Salicet. l. 2. C. ſi quis ignor. rem min eſſe ſine decr. comp. Petr. de Anchor Card. & Imol. c. ad noſtram. extr. de reb. Eccleſ. non alien. Covarr. var. reſol. lib. 1. c. 3. num 8.* ubi ipſe atteſtatur, illam opinionem veriorem eſſe, eandemq; opinionem amplecti videtur *Gabriel Sarat. in addit. ad Rom. ſing. 91.* dum videlicet ipſe hanc opinionem ultimo locu refert.

Illaq; opinio omninò tenenda & ſe-
35 quenda videtur, † tum quia hæc opinio, teſte *Covar.* verior eſt, & certum eſt, veriorem opinionem ſemper ſequendam, tenendam & opinioni etiam communi præferendam, *l. 1. §. ſed neq; C. de vet. jur. enuc. Abb. Felin. & Dec. c 1. extr. de conſtitut. Alex. & Iaſ. l. cum Prælatis. ff. de re jud. cum. ſimil. vulgar.*

Tum quia hanc opinionem tenet gloſſa, & ultra eam multi præſtantiſſimi Dd. *Bald.* nempe *Salic. Petr. de Anchor. Card. Imol. Covar. & Gabr. Sara.*

Et certum eſt, opinionem gloſſæ, cum
36 qua † ſaltem unicus doctè concordat tanquam communem in judicando & conſulendo ſequenda, etiamſi plures Dd. contrarium tenerent, *Iacob. Butrig. l 2. C. qui pro ſua juriſdict. Bald. l. hæreditas. C. depoſiti. Bald. l. precibus. C de impub. & alijs ſubſtit. Anton. de Butr. cap. 1. extr. de offic. deleg. Alex. conſ. 147. num. 14. lib. 5. Felin. cap. 1. & ibi addit. ad Abbat. extr. de conſtitut. Iaſ. l. ut vim. ff de juſt. & jur.*

Tum quia opinio illorum Dd. qui volunt, errorem juris reſiſtentis, quoad acquiſitionem fructuum bonam fidem non inducere, nullo textu nullaq; ratione concludenti probatur, ſed omnes textus ab illis citati expreſsè loquuntur in emptore malæ fidei, qui videlicet de jure & facto certus eſt, & dubio omni caret, † illam 37
opinionem Doctoris, quæ nulla lege nullaque ratione urgenti probatur, nullo modo tenenda, *Iaſ. l. illam. numer. 6. & 7. C. de collat.*

Tum quia illa opinio, quod error juris reſiſtentis, quoad lucrandos fructus bonam fidem operetur & inducat, pro ſe habet regulam juris quæ vult, quod error juris, quoad lucrandos fructus bonam fidem inducat, *l. ſed etſi. §. ſcire. & ibi Bart. & Dd. ff. de petit. hæred.* nec ab illa regula reperitur exceptus error juris reſiſtentis.

Igitur ſequitur, † errorem etiam ju- 38
ris reſiſtentis, quoad lucrandos fructus bonam fidem inducere, cum regulæ juris ſemper inhærendum & ſecundum regulam pronunciandum ſit, niſi de exceptione fides fiat, *Bald. cap. 1. extr. de alien. jud. mutand. cauſ. fact. Iaſ. l. 2. num. 33. ff. ſi quis in jus vocat. non ier.*

Et hæc opinio abſque dubio proce-
dit, eo caſu, † quando vel illud jus, quod 39
ignoratur, eſt dubium, intricatum vel non publicè notum, *Abb. c. de quarta. & ibi Felin. num. 27. extr. de præſcript. Anton de But. & Imol. c cum dilectus extr. de conſuetud. Franciſc. Balb repet. l. Celſus. not. 4. num 17. limit. 1. ff. de uſucap.* vel quando is, qui jus ignorat, eſt mulier, ruſticus, rus habitans, vel ſimilis perſona, cui jus ignorare licet, *Felin. c. de quarta. num. 27. extr. de præſcript. Franciſ. Balb. l Celſus. 4. notab. num. 17. limit. 2. ff. de uſucap.* vel quando erratur in jure tali, quod actum ipſo jure non vitiat, *Card. c. de quarta. & ibi Fel. num. 35. limit. 4. extr. de præſcrip. Franc. Balb repet. l. Celſus. 4. notab. num. 21. ff. de uſucap.* vel quando errori juris eſt error facti admixtus, *l. ſi vir uxori. & ibi gloſ & Bart. ff de uſucap. pro decret. Bald. l. venditio. C. de uſucap. pro empt. Bald. l. nullo. col. fin. C. de rei vendicat. Felin. c. de quarta. num. 36. extr. de præſcript. Franc. Balb. repet. d. l. Celſus. notab. 4. num. 22.*

Et licet Doctores in prææallegatis lo-
cis loquantur tantùm in illis † terminis, 40

quando agitur de cauſanda bona fide, quoad inducendam præſcriptionem, attamen illæ deciſiones multò magis locum habere debent, quoad acquiſitionem fructuum, cum in acquſitionem fructuum ſive quoad finem acquirendi fructus, error juris facilius bonam fidem inducat, quam quoad præſcriptionem ſufficiat.

41 Errorem quoque juris † prætorii reſiſtentis, quoad acquirendos ſive lucrandos fructus, bonam fidem abſque omni dubio inducere ſtatuo. Namque jus prætorium ſive prohibitio juris prætorii non eſſe ita fortis & efficax, ſicut eſt prohibitio juris civilis, *gloſ. l. in ſubſtitutione. ff. de vulgar. & pupill. Iaſ. l. non dubium. n. 22. C. de legib.*

42 Et licet † error juris reſiſtentis interdùm præſertim quoad præſcriptionem impediendam, malam fidem operetur, errorem tamen pacti reſiſtentis, nunquam malam ſed ſemper bonam fidem cauſare

43 ſtatuo, eam ob cauſam, quia † pacta facti ſunt & in facto conſiſtunt, *l. conſilio. §. final ff. de curat furioſ.*

44 Et certum eſt, † errorem facti bonam fidem ſemper cauſari, *gloſ. cap. cum dilectus. verb. conſtitutum. extr. de conſuetud. gloſ c. de quarta. & ibi Felin num. 24. extr. de præſcript. gloſ. cap. cura. extr. de jure patronat. Bart. Fran. Balb. & Dd. l. Celſus ff de uſucap.*

45 Ad hoc quoque ut † ſtatutum aliquem liget, ejus publicatio neceſſaria eſt, *Panor & Felin. c. 2. extr. de conſtitut.*

Et juſta eſt ignorantia illius Statuti, quod vel non eſt publicum vel notorium, *Felin. cap. 1. num. 2. & 5. extr. de ſentent. & re judic.* vel non eſt inſertum volumini Statutorum, *Bart. & Angel. l. cum prolatis. ff. de re judic. Felin. c. 1. n. 2. extr de ſentent. & re jud.*

46 Ignorantia quoque † Statuti probatur per juramentum ejus, qui ignorantiam allegat, *Abb. Felin. & Dec. c. 2. extr. de conſtitut.*

Quinimò etiam ignorantiam juris

47 communis † jurejurando probari traditum eſt eo caſu, quando allegans iſtum errorem, eſt perſona fide digna, *Bald. l. 2. C. ſi quis ignor. rem minor. Alex. conſ. 13. num. 17. lib. 6 Cardin. Pariſ. in addit. ad Bart. l. ex diverſo num. 6. ff. de rei vend.*

Sed in caſu præſenti prætenſum pactum juratum de non alienando, vel infeudando ab Epiſcopo cum Capitulo initum, non eſt neque inſertum volumini Statutorum, Epiſcopatus H. neque ut Statutum publicatum & Nobiles Domini à D. prætendunt, ſe tempore inveſtituræ factæ illius prætenſi pacti notitiam non habuiſſe, illique habent pro ſe diſpoſitionem juris communis, quæ vult cuilibet Epiſcopo & Prælato licitum & permiſſum eſſe, feuda antiqua infeudari ſolita, ſibique aperta, alteri præſertim conſanguineo ultimi defuncti etiam abſque conſenſu Capituli in feudum concedere: Imò, Epiſcopum ad hoc faciendum obligatum eſſe, & per hanc alienationem ſive infeudationem caſtrum E. quod eſt & feudū antiquum & res infeudari ſolita priſtinæ ſuæ naturæ redditum fuit.

Igitur ſequitur, Nobiles Dominos à D. bonæ fidei & acquiſitores & poſſeſſores caſtri E. & eſſe & fuiſſe, eamque ob cauſam ipſos omnes fructus ex caſtro E. ante litem conteſtatam perceptos lucrari, nec illos reſtituere cogi, etiamſi illud caſtrum quolibet modo evictum vel inveſtitura de illo caſtro facta, annulata fuerit.

Cæterùm quod bonæ fidei † poſſeſ- 48
ſor fructus acquiſitos atque perceptos poſt litem conteſtatem re poſſeſſa evicta reſtituere teneatur, expreſsè probat textus *l. certum. C. de rei vendicat. & trad. Bart. l. ex diverſo. in princip. num. 9. ff. de rei vendic. Abb. c gravis. & ibi Aug. Bero. num. 35. & 36. extr. de reſtit. ſpol.*

Et præterea advertendum eſt, eum
quoque, † cui propter enormiſſimam læ- 49
ſionem, emptione reſciſſa res empta auferrur, fructus interea perceptos lucrari, nec etiam illos reſtituere teneri, *Pantal. de Crema. repet. l. 2. num. 17. C. de reſcind. vend. Covar. var. reſol. lib. 1. c. 3. nu. 14. & 15.*

Quartam quæſtionem quod attinet, exiſtimo, quamvis reverendiſſimum Capitulum vel ſucceſſores Epiſcopi caſtrum E. repetere ſibique applicare factamque inveſtituram ſeu infeudationem ut nullam atque invalidam infringere poſſent, quod tamen reverendiſſimum Capitulum prout & Dominus Epiſcopus, qui factam infeudationem annullāre, caſtrumque E. repetere annituntur, F. & C. à D. omnes ſingulasq; neceſſarias utilesq; impenſas, meliorationesq; quas in bona illa impenderunt, refundere teneatur: quodq; Nob. à D. cogi non poſſint, ante realē plenariamq; reſtitutionē omnium ſingularūq; neceſſariarū utiliumq;

liumque meliorationum impenſas caſtrum E. cum ſuis pertinentiis relinquere ipſiſque tradere, vel impenſas illas à fructibus perceptis deſalcari ſibi permitti: quemadmodum hoc ſequentibus jurium fundamentis comprobatur.

50 Namq; expreſsè legib. cautum eſt, † q̃ omni omnino poſſeſſori præſertim bonæ fidei, re poſſeſſa evicta meliorationes & expenſæ neceſſariæ perpetuam rei utilitatem reſpicientes reſtituendæ ſint, *l. domum. & ibi Cyn. Sal. & Dd. C. de rei vendicat. l. ſi quis ſciens. l. ſi in area. C. de rei vendic. l. qua ratione. in pr. ff. de acquir. rer. domin. §. certè. & ibi Ang. & Ioan. Fab. Inſtit. de rer. diviſ. l. quod dicitur. ff. de impenſ. in res dot. fact. Bart. l. in fundo. ff. de rei vendicat. Boër. deciſ. 44. num. 7. Carol. in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſ. 5. numer. 75. Menoch. in tract. de remedijs recuper. poſ. remed. 15. num. 500. 501.*

Similiter & expenſæ utiles factæ in re aliena a bonæ fidei poſſeſſore, iſta re evicta bonæ fidei poſſeſſori ab evincẽte reſtituendæ ſunt, *l. ſi quis ſciens. l. ſi in area. C. de rei vendic. l. in fundo. & ibi Bart. num. 7. Bald. Angel. & Dd. ff. eod. tit. §. certè. & ibi Ioan. Fab. & Angel. Inſtit. de rer. diviſ. l. qua ratione. in princip ff. de acquir. rer domin. Cyn. & Bald. l. domum. C. de rei vendicat. Carol. Molin. in conſuetud Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſ. 5. num. 75. Menoch. in tract. de remed. recuper. poſ. remed. 15. num. 517. Loriot. l. fructus. ff. de regul. jur. Bellon. conſ. 65. num. 13. Boër. deciſ. 44. num. 8.*

Pro voluptuariis vero ſumptibus, impenſis vel meliorationibus regulariter nullum aliud remedium conceditur, quàm quod bonæ fidei poſſeſſori permittitur, illas impenſas per abraſionem deducere, quatenus illud fieri poteſt, citra læſionem prioris ſtatus, *l. in fundo. & ibi Bart. num. 10. ff. de rei vendic. l. pro voluptuarijs. ff. de impenſis in res dot. fact. l. tertia. §. perinde. ff. de in rem verſo. Boer. deciſ 44. num. 10. Loriot. l. fructus. col. 7. ff. de regul jur. Alciat. l. impenſæ. num. 9. ff. de verbor. ſignif. Laurent. Sylvan. conſ. 49. conſ. 73. circa fin. Menoch. in tr. de remed. recuper. poſ. remed. 15. num. 530. Cyn. & Salic. l. domum. C. de rei vendicat. Ang. §. certè. Inſtit. de rer. diviſ.*

Et hoc habet locum etiam in illis impenſis ſive meliorationibus, quas bonæ fidei poſſeſſor facit, ex fructibus perceptis ex re poſſeſſa. Namque nihilominus recuperat illos, *Cardin. Pariſ. conſil. 55. num. 23. lib. 3.*

Similiter prædicta procedunt, etiamſi is titulus, quem bonæ fidei poſſeſſor habet, ſit vel legibus improbatus vel aliter nullus & invalidus, namq; nihilominus is, qui illam rem repetit vel vendicat bonæ fidei poſſeſſori, omnes impenſas & meliorationes, neceſſarias vel utiles refundere tenetur.

Sicut hoc ſatis probatur per id, quod in terminis noſtris decidunt Dd. ei, qui rem Eccleſiæ vel Epiſcopatus bona fide emit, vel in caſu a jure prohibito vel non interveniencibus legitimis ſolennitatibus ab Eccleſia vel Epiſcopo iſtam rem vendicante, omnes omninò expenſas neceſſarias & utiles reſtituendas eſſe, *Specul. in tit. de empt. & vendit. §. nunc dicendum. num. 9. Felin. cap. cum cauſam. num. 29. extr. de ſenten. & re judic.*

Idem etiam probat text. *l. ſi prædium. C. de prædijs min.* Namq; in illo textu expreſsè deciditur, ſi is qui prædium minoris abſq; decreto Præſidis, & ſic abſq; legis prohibitione & nulliter emit aliquas meliorationes vel expenſas utiles vel neceſſarias in iſto prædio fecerit, minorem hoc prædium vendicantem, emptori omnes illas meliorationes reſtituere cogi.

Deinde quoque & uxor ſive hæres ipſius, vendicans, ſive repetens rem dotalem à bonæ fidei poſſeſſore, qui iſtam rem a marito contra legis prohibitionem bona fide emit, bonæ fidei poſſeſſori omnes impenſas & meliorationes utiles & neceſſarias reſtituere tenetur, *Alex. conſil. 154. lib. 6. Neguzant. in tract. de pignor. part. 5. num. 13.*

Similiter licet parenti legibus prohibitum ſit, rem filii ſui, in qua ipſe ut legitimus adminiſtrator uſumfructum habet, vendere vel alio titulo alienare, *l. 1. C. de bon. mater.* ſi tamen is, qui talem rem à parente bona fide contra legis prohibitionem emit, aliquas impenſas utiles vel neceſſarias in illam rem fecerit, filius iſtam rem à patre contra legis prohibitionem alienatam, vendicans vel acquirens, bonæ fidei poſſeſſori impenſas utiles & neceſſarias reſtituere tenetur, *Neguzant. in tract. de pignor. part. 5. memb. 4. num. 15.* ubi ipſe atteſtatur, communem opinionem amplecti *Corneum & Paulum Caſtrenſem in locis ab ipſo citatis.*

Eodem modo licet alienatio rei ſubjectæ reſtitutioni, eveniente conditione

vel die, ſub qua conditione ſive in quem diem iſta res alteri reſtitui deber, usq; ab initio nulla fuiſſe cenſeatur, emptor tamen bonæ fidei omnes impenſas neceſſarias & utiles in iſta re factas ab eo, cui iſta res reſtitui debet, recuperat, *gloſ. l. fin. §. emptor. verb. malæ fidei. & ibi Paul. Caſtr. Iaſ. & Dd. C. communia de legat.*

Is quoque qui contractum aliquem reſcindi poſtulat propter enormem læſionem poſſeſſori titulum habenti omnes meliorationes utiles & neceſſarias reſtituere tenetur, *Bald. l. 2. num. 23. & ibi Panea. de Crem. in repetit. num. 83. & 95. C. de reſcind. vendit. Boër. deciſ. 47. num. 8.*

Præteréa licet aliqui Dd. velint, eum qui rem Eccleſiæ contra prohibitionem legis, vel in caſu à jure prohibito, vel non intervenientibus legitimis ſolennitatibus emit, impenſas ſive meliorationes in illa re factas recuperare non poſſe, *Ioan. Imol. c. 1. ad fin. extr. de reb. Eccl. non alienand. Panor. c. ſi quis Præsbyterorum. num. 6. & ibi Auguſt. Bero. num. 14. & 15. extr. de reb. Eccleſ. non alienan.*

Attamen illorum Doctorum opinio procedit tantùm in poſſeſſore malæ fidei, ſecus autêm eſt in poſſeſſore bonæ fidei.

Er prædicta uſque adeò vera ſunt;
51 ut † propter has impenſas, meliorationes vel ſumptus bonæ fidei poſſeſſor rem ab ipſo petitam, retinere poſſit, nec illam rem petitori reſtituere teneatur, niſi ſibi illæ impenſæ, meliorationes vel ſumptus actualiter & realiter ſoluti ſint, *l. ſi in area. & ibi Iaſ. ff de condi. indeb. l. ſi neceſſaria in pr ff de pign act l. Paulus. ff de except. dol. l. creditores. §. 1. & l. ſi is qui rem commodaſſee. ff. de furtu. l. qui injuriæ. §. fin. ff eod. tit. l. colonus. & ibi gloſ. ff. de vi & vi arma. l. ſi quis. & ibi gloſ. ff. de acqu. poſſeſ. l. 1. §. eſt autem. juncta gl. & l. actione. ff. depoſit. l non ab re & ibi gloſ. verb. allegatio. C unde vi. Bald. l. final. C. commodati. Bartol l. ſi non inducta. C. in quibus cauſis pign. content Alexand. & Iaſon l. ſi non ſortem. §. ſi centum ff. de condict. indeb. Bald. cap. 1. §. ſi vaſallus. num. 1. & ibi Alvarot. Præpoſ. & Matth. de Afflict. num. 9. hic finitur lex. Franciſc. Ripa l. ubi puer. ff. ad Senatusconſult. Trebellian. Cardinal. Pariſienſ. conſil. 22. numer. 68. conſ. 33. numer. 91. conſ. 33. numer. 53. lib. 1. conſil. 55. num. 24. lib. 3. Rol. à Vall. conſ. 30. lib. 1.*

52 Uſque adeò, † ut quamdiu vel nummus unicus de melioramentis, impenſis vel ſumptibus deeſt, poſſeſſor bonæ fidei domino hanc rem repetenti reſtituere non teneatur, *Bald c. conquerente. extr. de reſtit. ſpoliat. Iaſ. authent. qui rem. num. 16. verſic. quintò adde. C. de ſacroſan. Eccl. Iaſ. l. ſancimus. num. 7. verſ. octavò extende. C. de judic. Iaſ conſ. 162. col. 2. lib. 4. Dec. conſ. 34. Dec. l. edita. num. 94. C. de edend. Tiraquell. in tr. de utroq. retract. part. 2. §. 4. gl. 6. nu. 23. Cravet. conſ. 140. num. 3. lib. 1.*

Et hæ † impenſæ, meliorationes 53
ſive ſumptus, actualiter & realiter ſolvendi & reſtituendi ſunt, nec ſufficit, ſi dominus vel rem vendicans paratus ſit, cautionem de illis ſolvendis exponere, & ante hanc realem & actualem ſolutionem expenſarum, melioramentorum vel ſumptuum reus ſive poſſeſſor rem à ſe poſſeſſam, vel actori tradere non tenetur, etiamſi actor paratus, reo ſive poſſeſſori exponere cautionem vel ſatisdationem, de illis expenſis reſtituendi, *Ruin. conſ. 84. in fine lib. 1. Godzad. conſ. 100. num. 21. Menoch. in tract. de remed. recuper. poſſeſ. remed. 11. numer. 17. Argum. l. promiſſor. §. final. ff. de conſtit. pecun. l. quod ſi non. ff. de pignor. act. l. item liberator. §. 1. ff. quibus mod. pignus. l. ſtatu liber. §. final. ff. de ſtatu liber. l. cum ſervus. ff. de condit. & demonſtr.*

Quod uſque adeò verum eſſe volunt
multi Dd. ut procedat, etiamſi † meliora- 54
tiones non eſſent liquidæ ſed liquidandæ, namque nihilominus reus rem, in qua ipſe impenſas fecit, retinere poteſt, donec & liquidatio facta, & poſt liquidationem ſibi meliorationes & impenſæ actualiter & realiter, nec non etiam planè & integrè ſolutæ fuerint, ita ut nec hoc caſu quidem ſatisdatio vel cautio ſufficiat, *Ruin. conſ. 84. in fin. lib. 1. Capitius deciſ. 17. Tiraquell. in tract. de utroq. retract. part. 2. §. 7. gloſ. 1. num. 13. Menoch. in tractat. de remed. recuper. poſſeſ remed. 15. numer. 569. verſic. contrarium verius eſt.*

Deinde hæc † exceptio de meliora- 55
mentis factis, ſive retentio propter melioramenta facta habent locum non tantùm in judiciis petitoriis, verùm etiam in judiciis poſſeſſoriis, *l. non ab re. & ibi gloſ. verb. allegatio. C. unde vi. gloſ. l. ſi quis conductionis. C. de locat. & conduct. Menoch. in tractat. de remedijs recuper. poſſeſ. remed. 15. numer. 569. verſic. contrarium verius eſt, licet in hoc contrarium ſed malè teneat volens agenti*

remedio

remedio Canonis redintegranda non obſtare exceptionem de melioramentis factis, Nevizan. conſ. 78. num. 46.

56 Similiter illa † exceptio melioramentorum ſive retentio propter melioramenta locum habet & admittitur, licet actor, qui contra bonæ fidei poſſeſſorem agit, ſit Eccleſia, minor vel perſona aliter privilegiata: illaq; res, in quam expenſæ factæ ſunt, ad Eccleſiam vel minorem jure dominii pertineat, *c. 1. & ibi Panorm. Auguſtin. Bero. & Dd. extr. de in integr. reſt. l. inter utile. §. vendentib. & ibi Bald. ff. de minor. l. ſi prædium. C. de prædijs minor. Bald. Alvarot. & Præpoſ. c. 1. §. ſi vaſallus hic finitur lex. Panorm. c. de mulct. col. 4. extr. de præbend. Menoch. in tr. de remed. recup. poſ. remed. 11. num. 16. & remed. 15. nu. 512. verſ. extenditur 6. & num. 523. Iaſ. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. col. fin. ff. de condict. indeb.*

57 Eodem modo illa exceptio de † melioramentis factis, ſive retentio propter melioramenta locum habet, etiamſi illa res, in quam melioramenta facta ſunt, ſit caſtrum vel fortilitium, *Ioan. de Anan. conſ. 32. col. fin. Ruin. conſ. 100. in fin. lib. 4. Iaſ. l. divortio. §. interdum. num. 4. ff. ſolut. matrim. Card. Pariſ. in add. ad Bart. l. in fundo. ff. de rei vendic. Socin. jun. conſ. 68. num. 143. lib. 3. Bell conſ. 10. num. 2. Menoch. in tract. de remed. recup. poſ. remed. 11. num. 18. licet in hoc contrarium ſed male teneat Iaſon in l. ſi non ſortem. §. centum. num. 10. ff. de condict. indeb.*

Porrò licet & legibus cautum & à Dd.
58 traditum ſit, † ſumptus, meliorationes vel impenſas, a bonæ fidei poſſeſſore factas in rem alienam, ſive cujus dominium ad alium pertinet, cum fructibus ex illa re perceptis compenſandos uſque adeo, ut ſi fructus vel æſtimatio fructuum excedat meliorationes factas, bonæ fidei poſſeſſor, nihil penitùs propter meliorationes deducere, repetere vel retinere poſſit, & ſi meliorationes excedant fructus, illud tantùm à bonæ fidei poſſeſſore peti ſive deduci poſſit, quatenus melioramenta fructus perceptos excedunt, *l. ſumptus. & ibi Bartol. Bald. Ang. & Dd. ff. de rei vendic. l. emptor. in princip. & ibi Bart. & Dd. ff. eod. tit. l. in inſulam. §. fructus. & ibi Bald. Ang. Paul. Caſtrenſ. Alex. & Dd. ff. ſolut. matrim. l. ſuper empti. C. de evictio. c. ad noſtram. & ibi Dd. extr. de reb. Eccleſ. non alienand. gl. l. in fundo. verb. deducto. verſ. ſi verò in reficiendo. & ibi Bald. Angel. & Dd. ff. re rei vendic. Bald. conſ. 309. circ. fin. lib. 2. Ruin. conſ. 14. col. 3 conſ. 38. col. fin. lib. 1. Corn. conſ. 86. col. 3. lib. 4. Bald. & Dd. l. domos. ff. de leg. 1. Franciſc. Cremen. ſingul. 106. Curt. junior conſ. 6. num. 27. Alex. conſ. 154. lib. 6. & conſ. 162. num. 2. lib. 7. Neguz. in tract. de pignor. 5. part. 4. memb. num. 12. & 13. Boer. deciſ. 44. num. 24. Tiraq. repet. l. ſi unquam. verb. revertatur. num. 288. C. de revoc. donat. Carol. Molin. in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 1. gl. 5. nu. 78. Covarruv. variar. reſolut. lib. 1. c. 3. num. 3. Rol. à Vall. conſ. 28. num. 17. lib. 1.*

Illamq; deciſionem multi ex Dd. ſuprà relatis ita intelliguntur, ut habeat locum etiã in illis melioramentis ſive impẽſis, ad quarum reſtitutionem actor alioquin tenebatur, item etiam in iis fructibus, quos Reus lucrabatur, nec actori refundere cogebatur.

Multi etiam hoc intelligunt, ut habeat locum in fructibus conſumptis, *Bartol. l. ſumptus. ff. de rei vend.* etiamſi ex illarum conſumptione Reus non ſit factus locupletior, *Paul. Caſtr. l. in inſulam. §. fructus. ff. ſolut. matr.*

Alii tamen Dd. hoc ita declarant, quod illi tantùm fructus cum expenſis compenſandi ſint, ad quorum fructuum reſtitutionem, poſſeſſor bonæ fidei tenetur, alii verò non, *Bart. l. in fundum. num. 9. ff. de rei vend. Ruin. conſ. 14. num. 3. circ. fin. lib. 1. Menoch. in tract. de remed. recup. poſ. remed. 15. nu. 573. Bald. conſ. 418. num. 7. lib. 3.*

Deinde etiam aliqui Dd. hanc deciſionem ita reſtringunt, ut non habeat locum in eo poſſeſſore, qui cauſam habet à domino, ſive ab agente, illum enim fructus cum expenſis compenſari non cogi, tradit *Corn. conſ. 56. num. 4. lib. 4. additio ad Bart. l. in fundo. num. 3. circ. fin. ff. de rei vend.*

Præterea prædictam deciſionem aliqui Dd. reſtringunt, ut procedat tantùm in nudo poſſeſſore bonæ fidei, & quidem tali, cujus poſſeſſionem nulla alia juſta cauſa adjuvat, ſecus autem eſſe volunt in illo poſſeſſore bonæ fidei, cujus poſſeſſionem ultra bonam fidem juſta aliqua cauſa adjuvat, illum enim fructus perceptos cum melioramentis compenſare non cogi, tradit *Carol. Molin. in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſ. 5. num. 75. & 78.*

Illud quoque dubio omni caret, poſſeſſorem bonæ fidei indiſtinctè fructus lucrari, nec illos cum melioramentis compenſare cogi, eo caſu, quando poſſeſſor bonæ fidei habet cauſam ab eo, ad quem tem-

pore perceptionis fructus pertinebant, *Alexand. conſ. 154. lib. 6. Neguz in tr. de pign. par. 5. memb. 4. nu. 13. 14. & 15. ubi Neguz. atteſtatur, eandem opinionem amplecti Paul. Caſtr. & Corn. in locis ab eo citatis.*

59 Sed certum eſt, quod † omnes fructus vivo Epiſcopo vel Prælato percepti, ex rebus ad Epiſcopum ſive menſam Epiſcopi pertinentibus ad ipſum Epiſcopum ſpectent, ita ut Epiſcopus de illis liberam diſponendi facultatem habeat, *gl. c. præſents & ibi Domin & Philip. Franc. de offic. ordinar. lib 6. Archid. c ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcript. lib. 6. Ant. de Butr. & Card. c. 3. extr. de donat. Barb. c. venerabilis. col. 10. extr. de offic. delegat. Barb. c. requiſiviſti. nu. 34. extr. de teſtam. Barb. in tract. in de præſtantia. Cardin. part. 1. quæſt. 3. col. 5.*

Igitur ſequitur, quod omnes bona fide ab Epiſcopo vel Prælato, rem ad menſam illius Epiſcopi ſive Prælati pertinentem, etiam in caſu à jure prohibito, vel non intervenientib. legitimis ſolennitatib. fructus & illa re vivo alienatore perceptos, cum melioramentis ſive expenſis in illam rem factis compenſare non teneatur.

Sed in caſu præſenti F. & C. à D. caſtrum E. ab Archiepiſopo S. acquiſiverunt bona fide, & cum titulo ad dominii translationem habili, & ſic ultra bonam fidem habuerunt titulum.

Et Archiepiſcopus S. tempore alienationis factæ fuit Dominus dicti caſtri aut ſaltem vices Domini obtinuit.

Nec non & omnes fructus percepti vivo Archiepiſcopo S. ex quibuscunq; bonis ſive rebus ad Epiſcopum H. ſive menſam illius pertinentibus, ad Archiepiſcopum S. pertinuerunt, atq; ipſe Archiepiſcopus de iis liberam diſponendi facultatem habuit.

Suprà etiam docuimus, Nobiles à D. omnes fructus perceptos ex caſtro E. irrevocabiliter lucratos.

Igitur ſequitur, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, conceſſionem ſive inveſtituram de caſtro E. factam, vel nullam vel invalidam eſſe, atq; Capitulo H. vel futuro Epiſcopo competere jus vendicandi, illud caſtrum cum pertinentiis, quod tamen Capitulum vel futurus Epiſcopus illud caſtrum volens vendicare vel repetere Nobilibus F. & C. à D. omnes meliorationes & impenſas utiles vel neceſſarias refundere cogatur, quodq; Nobiles a D. neq; fructus perceptos cum melioramentis compenſare, ne Capitulo vel futuro Epiſcopo caſtrum E. petenti vel vendicanti reſtituere teneantur, niſi ipſis prius omnes meliorationes & impenſæ utiles vel neceſſariæ realiter, actualiter & integraliter ſolutæ & reſtitutæ fuerint.

Circa has tamen † meliorationes ſive 60
impenſas annotandum eſt, ſiquidem caſtrum vel alias res poſſeſſa, propter impenſas in illam facta, minus fuerit meliorata, quam in eam rem impenſum eſt, tantùm precium ſive æſtimationem meliorationis, non autem precium ſive æſtimationem impenſarum poſſeſſori reſtituendam, & econverſò, ſi res poſſeſſa plus fuerit meliorata, quàm eſt precium impenſarum, precium impenſarum tantùm & non æſtimationem meliorationis repeti poſſe, *l. in fundo. juncta gl. verb. plus precio. & ibi Bartol. Bald. & Dd ff. de rei vendic. Paul. Caſtrenſ. conſ. 270. num. 3. verſ. item quod dixi. lib. 2. Abb c. 1. num. 4. & ibi Aug. Bero. num. 38. 39. & 40. extr. de reſtit. in integ. Abb. c. quod quibusdam. num. 9. extr. de fidejuſſorib. Abb. c. ad noſtram. not. 3. extr. de reb. Eccleſ. non alien. Fel. c. cum cauſa. num. 28. extr. de ſentent & re judic. Neguz. in tr. de pign. part. 5. memb. 4. nu. 11. Tiraquell. in tract. de utroq; retract. part. 2. §. 7. gl. 1. nu. 8.*

Deinde circa has meliorationes advertendum eſt, quod in iſtis † meliorationibus 61
æſtimandis inſpiciendum ſit tempus præſens, quo videlicet res poſſeſſa evincitur, *l. domos & ibi Nicol. de Neapol. Iacob. de Aren. Bart. Bald. Ang. Raph. Cuman. Imol. Alex. & Dd. ff de leg. 1. Corn. conſ. 150. col. fin. lib. 3. Ruin. conſ. 38. num. 25. lib. 1. conſ. 135. nu. 13. lib. 3. conſ. 165. num. 6. lib. 4. Ant. Neguz. in tract. de pign. part. 5. memb. 4. nu. 16. Molin. in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 1. gl. 5. num. 97. Rol. à Vall. conſ. 28. & conſ. 30. lib. 1. Boer. deciſ. 44. num. 13. Menoch. in tr. de remed. recuper. poſſ. remed. 15. nu. 557. cum ſequentib.*

CONSI-

CONSILIUM QVADRAGESIMUM PRIMUM.

Quod Auctor Dn. Ludolphus Schraderus, nomine Facultatis Juridicæ Francophordianæ ad Oderam An. 1560, conſcripſit. In quo agitur, Bona oppignorata per unum de familia redēpta, & tanquam feudalia ultra 50. an. continuus poſſeſſa, an ſuo nomine & tanquam ſua propria redemiſſe cenſeatur, licet olim pro parte ad alium de familia pertinuerint, & utrum exceptio litis finitæ ante & poſt litem conteſtatam opponi poſsit, & intra quot tempus probanda, ut litis ingreſſum impediat.

SUMMARIA.

1. *Duo pluresvè de una re inveſtiti præſumuntur de illa & principaliter & pro virilibus portionibus inveſtiti.*

At juris tantùm hæc præſumptio eſt, de qua num. 41.

Declaratur tamen hoc aliter pulchrè, num. 38. & 42.

2. *Inſtrumenta antiqua quæ, ſecund. comm.*

3. *In antiquis leviores probationes admittuntur.*

Declaratur num. 44.

4. *Scriptura privata nullo adminiculo ſuffulta.*

7. *Fama ſola.*

6. *Verba enunciativa incidenter prolata.*

7. *Inſtrumenta inter alios confecta, quæq; alioquin non probant, confinia illorum locorum, quorum in Inſtrumento fit mentio.*

8. *Antiquitatis magna auctoritas.*

9. *Antiquitas temporis qualitatem Notariatus præſumit.*

10. *Privatio declarat qualis fuerit habitus præcedens, & effectus qualis cauſa.*

11. *Extraneus debitum ſolvendo pignus liberans, dominus pignoris non efficitur, ſed delbitori reſtituere id cogitur.*

12. *Ex curſu temporis non præſumitur titulus ſine ſubſtantia actus.*

Declaratur pulchrè num. 45.

13. *Neq; ex poſſeſſione neq; ex præſtatione diuturna titulus præſumitur, niſi allegetur & probetur, quem & fuiſſe in poſſeſſione illa, & feciſſe illam præſtationem vigore tituli illius.*

Declaratur num. 46. 47. & 48.

14. *Vt longa poſſeſſio feudi, vaſallo tàm quoad præſcriptionem, quàm quoad præſumptionem patrocinetur, quæ requirantur, & num. 32. & 49. ubi improbatur doctrina Dd. qui ultra tria requiſita plura requirunt.*

15. *Nulla præſcriptio cum mala fide currit.*

16. *Etiam in foro civili.*

17. *In mala fide eſt, qui ſcit ſe obligatum.*

18. *Mala fides ſuperveniens poſt præſcriptionem inchoatam & nondum completam, præſcriptionem impedit, ſecund. comm.*

Non tamen denunciatio extrajudicialis nu. 58. 82.

19. *Mala fides defuncti hæredi indiſtinctè nocet ſecund. comm.*

Alij diſtinguunt, niſi hæres ſit in bona fide, num. 21.

20. *In feudis nulla alia quàm 30. annor. præſcriptio obtinet.*

22. *Iuri offerendi debitum & recuperandi pignus nullius temporis lapſu præſcribitur, ſecund. multos.*

Contrar. quod 30. ann. verius eſt & comm. num. 53.

23. *Mala fides auctoris etiam ſingulari ſucceſſori nocet.*

Declaratur num. 54.

24. *Iuri redimendi rem venditam competens alicui ex pacto, an aliquo caſu præſcribatur, & n. 55. ubi hic poſita deciſio improbatur.*

25. *Qui ſemel dominus probatur, ſemper præſumitur dominus, etiam quoad perſonam hæredum.*

Declaratur. num. 56.

26. *Qui ſemel poſſediſſe rem aliquam probatur, ſemper illam poſſediſſe & poſſeſſionem in hæredes continuaſſe præſumitur.*

27. *Contra civiliter poſſidentem non currit præſcriptio.*

28. *Per Inſtrumenta antiqua poſſeſſio probatur.*

Declaratur num. 57.

29. *Actum aliquem celebrans, illum ſuo nomine & tanquam ſuum geſſiſſe intelligitur.*

30. *Duo ſpecialia quando concurrere poſſint.*

31. *Ab antiqua obſervantia & practica non recedendum.*

33. *Exitus acta probat.*

34. *Effectus cauſam arguit.*

35. *Locatio non expreſſa certa quantitate facta, intelligitur facta ea quantitate, quæ poſtea ſoluta fuit.*

36. *Inſtrumento emphyteutico deperdito, ſatis præſumitur conceſſio qualis ſolutio.*

37. *Duo debitores ejuſdem ſummæ ſimpliciter in libro rationum deſcripti, pro virilibus partibus obligati cenſentur. Fallit ibid.*

39. *In dubio quis rem in potiorem cauſam acquiſiviſſe præſumitur.*

40. *Feudum ultra 30. annos poſſidens, qualiter præſcribat id?*

43. *Inſtrumentum antiquum quando non probet.*

47. *In illis quæ difficilis probationis ſunt, illegitimæ & inſufficientes probationes admittuntur.*

49. *In feudalibus ex ſolo curſu temporis titulus præſumitur.*

50. *In materia præſumendæ ignorantiæ, quod tempus antiquum dicatur?*

51. *Poſſeſſio in dubio juſta & legitima præſumitur.*

58. *In jus vocatus venire & reſpondere cogitur.*

59. *Regulæ juris inhærendum donec de exceptione doceatur.*

60. *Exceptio præſcriptionis quotupliciter opponi poſſit?*

61. *Ut reus intelligatur exceptionem præſcriptionis oppoſuiſſe, ad impediendum litis ingreſſum, quæ requirantur?*

62. *Et an requiratur, ut ſit exceptio liquida.*

63. *Numq; requiratur, ut Inſtrumentis probetur?*

64. *Et an aliter opponi queat, niſi in continenti probari poſſit.*

65. *An & quando oppoſita exceptio in continenti probari poſſit, qualiter judicis arbitrio definiatur.*

66. *Exceptio nullitatis vel alia, rei judicatæ oppoſita, quando in continenti probari dicatur?*

67. *Iudex de exceptione ad proceſſum oppoſita cognoſcere debet.*

68. *Quid verò ſi judex exceptione præſcriptionis ad proceſſum oppoſita neglecta, ad ulteriora proceſſerit?*

69. *Vel tribus vicibus interpellatus ſuperſederit?*

70. *Vel oppoſitum expreſſè rejiciat, vel rejiciendam pronunciet.*

71. *Vel poſt litis conteſtationem reſervet.*

72. *De exceptione præſcriptionis vel ſimili ad merita cauſæ oppoſita, judex cognoſcere cogitur, non pronunciare.*

73. *Si non cognoverit, appellabitur.*

74. *De jure Canonico ob omni gravamine appellatur.*

75. *In decidendis controverſiis feudalibus, jus Canon. ſervandum ſi à civili diſcrepet.*

76. *Contumacia præſtandi juramentum injunctum, ut & ficta confeſſio ex contumacia non præſtandi juramentum deſcendens, quando noceat hæredi, & num. 78.*

77. *Pœna quæ non ipſo jure, ſed demum per ſententiam irrogatur, qualiter ad hæredes tranſeat.*

78. *Confeſſio propria in favorem confitentis vel hæredis ejus nihil probat.*

FACTUM, SUPER QVO juris informatio petitur, tale eſt: Familia Nobilium M. quædam bona feudalia appellata bey T. pro certa ſumma pecuniæ bey K. civibus R. pignori obligavit. Qui cives illa bona multis annis pignoris titulo poſſederunt, donec tandem J. M. pater C. M. præſentib. & conſentientibus omnibus agnatis ſuis prædicta bona ab illis civibus R. redimeret. Poſtquam redemptionem factam J. M. illa bona tanquam feuda ſua propria à patre, avo reliquisq; majoribus ſibi delata ſuo nomine quietè & pacificè ultra triginta annos ſolus poſſedit, & de illis bonis domino ſervitia ſolus præſtitit, reliquaq; onera illo-

illorum bonorum ſolus ſuſtinuit. Cæterùm paulò ante mortem J. M. G. M. J. M. extrajudicialiter interpellavit, prætendens ſe aliquod jus in prædictis bonis habere. Quæ interpellatio & inutilis fuit & omni effectu caruit, eam ob cauſam, quia & J. M. negavit, G. M. in prædictis bonis quicquam juris habere, & G. M. neq; teſtibus neq; aliis documentis de prætenſo ſuo jure ullam fidem vel probationem fecit. Ideoque J. M. moriens, prædicta bona cum reliquis ſuis bonis allodialibus & feudalibus ad filium ſuum C. M. tranſmiſit. Qui illa bona mortuo patre ſuo ſimiliter quietè, pacificè & ſine interpellatione alicujus ultra 20. annos ſolus poſſedit, ſervitia domino feudi de illis bonis debita præſtitit, aliaq; onera illorum bonorum ſuſtinuit. Paucis verò diebus elapſis G. M. C. M. iterum extrajudicialiter interpellavit, prætendens ad prædictum C. duas tantùm partes, ad ſe verò tres partes dictorum bonorum ſpectare. Et ad hanc ſuam intentionem fundandam produxit & inſtrumenta inveſtiturarum antiquarum, in quibus habetur, familiam Nobilium der M. de prædictis bonis inveſtitam fuiſſe. Item & aliud Inſtrumentum, in quo Nobiles M. confitentur ſibi & à civibus R. appellatis die K. bona ſua reſtituta & à ſe liberaſſe illos cives ab omni actione, quam contra eos propter prædicta bona habuerunt. Sed neque in Inſtrumentis inveſtiturarum, neque in alio Inſtrumento ulla fit mentio, quid quisque ex prædictis Nobilibus juris in illis bonis habeat, vel quia ex illis Nobilibus ad illa bona proximior ſit. Præterea tranſmiſſum eſt, nobis Inſtrumentum ſententiæ latæ inter Nobilem J. M. Actorem ex una, & Nobilem L. M. Reum ex altera parte, in qua ſententia Reo injunctum fuit, ut ipſe intra certum terminum cum ſex Sacramentalibus fide dignis juraret, Actorem nihil juris habere in bonis controverſis, de quibus in ſententia fit mentio, cui ſententiæ Reus non paruit, ut paret ex literis B. P. Præfecti C. Similiter nobis tranſmiſſum eſt, Inſtrumentum confeſſionis factæ à J. M. reſpiciens tantùm favorem ipſius J. M. Quare quæritur primò, utrum petitio G. M. juſta ſit. Secundò utrum C. M. actioni contra ſe ab G. M. inſtitutæ reſpondere cogatur. Tertiò, utrum C. M. ſe contra actionem inſtitutam, exceptione præſcriptionis tueri poſſit. Quartò, quomodo hæc exceptio ſit proponenda. Quintò, utrum judex ſuper iſta exceptione judicare & pronunciare debeat. Sextò, utrum L. M. propter juramentum ab ipſo intra tempus legitimum non præſtitum pro confeſſo haberi debeat atq; id hæredibus ipſius noceat, ita ut hæredes ipſius C. M. hæredi J. M. illa bona, de quibus in ſententia fit mentio, reſtituere cogantur. Septimò, utrum confeſſio J. M. contenta in Inſtrumento, cujus copia nobis tranſmiſſa eſt, C. M. filio & hæredi ipſius patrocinetur.

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QUO NIHIL FELIX FAUSTUMQVE.

AD PRIMÆ QVÆſtionis deciſionem videtur prima fronte dicendum, petitionem G. M. juſtam eſſe, atque C. M. cogi tres partes illorum bonorum G. M. reſtituere. Primò, quia in Inſtrumentis antiquarum inveſtiturarum productis à parte adverſa dicitur, Nobiles à M. de prædictis bonis controverſis inveſtitos eſſe, nec in illis inveſtituris ulla fit mentio, qui quisque ex Nobilibus à M. in bonis controverſis juris habuerit: Igitur videtur dicendum, omnes illos Nobiles à M. de quibus in inveſtitura fit mentio, de prędictis bonis inveſtitos eſſe, unumquemq; pro virili ſua, & per conſequens G. M. pro ea parte bona controverſa à C. M. repetere poſſe, pro qua parte ipſe ſucceſſit illis, de quibus in iſtis Inſtrumentis inveſtiturarum fit mentio.

Namque certi & indubitati juris eſt, quod † plures inveſtiti de feudo ſive de bonis aliquibus, de illo feudo ſive de illis bonis & principaliter & pro virilibus portionibus inveſtiti intelligantur, *Alex. conſ. 13. nu. 13.*

nu. 13. & conſ. 119. lib. 5. Socin. conſ. 50. in pr. & conſ. 67. col. 6. verſ. ultimò prædicta concluſio. lib. 1. Corn. conſ. 196. nu. lib. 2. Brun. conſ. 186. col. 2. verſ. ſed præmiſſis. lib. 1. Iaſ. conſ. 78. col. 2. nu. 2. lib. 1. Socin. jun. conſ. 73 num. 1. lib. 1. arg. l. ſi pluribus. & l. ſi hæredes nominatim. ff. de legat. 1. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. l. 1. & 2. C. ſi plures una ſentent. facit id, quod tradit Specul. §. nunc aliqua. verſ. 148. tit. de locatio. Bald. conſ. 116. incip. Columbinus. col. 1. lib. 1. Alberic. de Roſat. l. vectigalis. ff. de Publican. Dec. conſ. 58. conſ. 263. & conſ. 326. in princip. quod non tantùm procedit, quando plures de eadem re expreſſis nominibus propriis inveſtiti ſint, ſed etiam locum habet, quando plures de eadem re ſub nomine collectivo familiæ vel ſimili ab extraneo inveſtiti ſunt: namque omnes illi, qui ſub iſto nomine collectivo comprehenduntur, de iſta re & principaliter & pro virilibus portionibus inveſtiti intelliguntur, *arg. eor. quæ tradunt. Bart. l. ſi cognatis. num. 5. ff. de reb. dub. Raph. Cum. & Alex. l. Gallus §. quidam rectè. & ibi Iaſ. num. 28. ff. de liber. & poſthum. Alex. conſ. 171. num. 8. lib. 2. Socin. conſ. 37. num. 2. lib. 3.*

Et cum Inſtrumenta inveſtiturarum in caſu noſtro producta ſint antiquiora centum annis, videtur dicendum, illa Inſtrumenta & antiqua eſſe & plenam fidem facere.

2 Namque certi juris eſt, † ea Inſtrumenta illa dici antiqua, quæ ante centum annos conſcripta ſunt, ſecundum communem Dd. ſententiam, *Innocent. cap. veniens. extr. de verb. ſignif. Alex. & Moderni l. cum aliquis. C. de jur. delib. Alex. conſ. 6. in fin. lib. 1. conſ. 208. col pen. lib 2. conſ 12. in fin. & conſ. 75. col 1. lib. 4. conſ. 89. col. 2. lib. 5. conſ. 24. col pen. & conſ. 140. col. pen. lib. 7. conſ. 35. in fin. & conſ. 329. col. pen poſt med. lib. 1. Paul. de Caſtr. conſ. 139. incip. pro declaratione ejus, de quo quæritur. lib. 1. Iaſ. d. l. cum aliquis. Iaſ. repet. l. admonendi. num. 203. ff. de jurejuran. Iaſ. conſ. 8. col. 2. conſ. 114. col. pen. lib. 1. conſ. 34. col. pen. lib. 3. & conſ. 148. col. fin. lib. 3. Dec. c. 1. col. 4. extr. de appell. conſ. 13. col. pen. conſ. 42. col. 2. & conſ. 321. col. 4. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 245. col. 3.*

3 Et † cum in antiquis probationes leviores ſufficiant, *l. penult. ff. de probat. c. cum cauſam. extr. eod. tit. c. veniens. el. 1. extr. de teſtib. Alex. conſ. 15. col. 2. verſ. ubi autem eſſent verba narrativa. lib. 5. Socin. conſ. 187. col. 5. verſ. ſecunda ratio. lib. 2. Corn. conſ. 247. col. 11. in fin. lib. 2.* receptum eſt, etiam ea Inſtrumenta, quæ alioquin nihil probant, ſi ſint antiqua, fidem facere.

Hinc eſt, † quod ſcriptura privata nul- 4
lo adminiculo ſuffulta, quæ alioquin nihil penitùs probat in antiquis, ſaltem ſemiplenam probationem inducit, *Speculat. in tit. de inſtrumentor. edit. §. num dicendum. col. pen. verſ. regulariter ergò. & ibi Ioan. Andr. in addit. Anton. de Butr. c. 2. col. 4. verſ. tertius caſus. & ibi Felin. num. 3. extr. de fide inſtrum. Socin. conſ. 186. col. 5. in fin. verſ. multum etiam operatur antiquitas. lib. 2. Iaſ. repet. l. admonendi. num. 200. & ibi Ripa col. pen. ff. de jurejur. Iaſ. d. l. cum aliquis. col. fin. C. de jur. deliberan. Iaſ. conſ. 65. col. 3. lib. 3. conſ. 166. col. 3. lib. 4. Dec. c. cum cauſam. col. 2. verſ. ſecundò limitatur. extr. de probatio.*

Quodque † fama, quæ alioquin ſola 5
probationem non facit in antiquis, plenè probet, *Innocent. c. veniens. extr. de verb. ſignificat. Bald. l. proprietatis. in fin. C. de probatio. Bald. authent. quas actiones. col. fin. C. de SS. Eccleſ. Bald. c. cum ſuper. C. de rei vendicat. Alex. conſ. 4. col. 5. lib. 2. conſ. 15. col. 1. conſ. 24. col. fin. lib. 5. conſ. 10. dub. 4. lib. 7. Aret. conſ. 15. col. 4. Calcan. conſ. 11. col. 5. in princip. Corn. conſ. 48. col. 2. lib. 4. Iaſ. ſi quis ex argentariis. §. Prætor ait. num. 25. ff. de eden. Iaſ. repet. d. l. admonendi. num. 200. Iaſ. d. l. cum aliquis. col. fin. Iaſ. conſ. 128. col. 2. lib. 2. Dec. c. cum cauſa. notab. 2 extr. de probatio. Decius c 1. col. 3. in fin. extr. de appellat. Dec. conſ. 42. col. 2. conſ. 126. col. 2. conſ 146. col. 5. & conſ. 174. col. 2.*

Huc accedit, † quod verba enunciati- 6
va incidenter prolata, quæ alioquin fidem nullam faciunt in antiquis, plenè probent, *Anton. de Butr. c. cum dilectus, extr. de ſucceſſ. ab inteſt. Anton. Butr. Clement. de probatio. Anton. Butr. Clem ſi ſummus Pontifex. de ſent. excommunicat. Alex. conſ. 75. incip. viſis & ponderatis narratis in themate. cl. 2. lib. 4. Iaſ. repet. d. l admonendi. num. 102. Iaſ. & Dd. l. ex his verbis. C. de milit. teſtam. Iaſ. d. l. cum aliquis. C. de jur. deliberan. Dec. conſ. 428. num. 4.* etiam inter alias perſonas, *Iaſ. conſ. 65. col. 2. lib. 3.*

Quodq; † Inſtrumenta inter alios con- 7
fecta, quæq; alioquin non probant confinia illorum locorum, de quibus in iſtis Inſtrumentis fit mentio, *gl. & Dd. d. l. cum aliquis. C. de jur. deliberan.* ſi ſint antiqua confinia, plenè probent, *Alber. Bald. Salicet. Iaſ. & Dd d. l. cum aliquis. Iacob. Butrig. l. optima. C. de contrah. & committen. ſtipulatio. Florian.*

l. in

l. in finalibus. ff. finium regundo. Franc. Aretin. conſ. 42. incip. viſo conſilio. elegantiſſimo. Iaſ. d. l. ex his verbis limitat. 4. C. de militar. teſtam. Iaſ. repet. d. l. admonendi. num. 201. His ad-
8 de † quod magna eſt authuritas antiquitatis, *Bald l. exemplo. C. de probat. Iaſ. repet. d l. admonendi. num. 199.*

Quodq́; licet ad hoc, ut Inſtrumentum,
9 Notarii probet, requiratur, ut probetur, eum, qui hoc Inſtrumentum conſcripſit, Notarium eſſe vel fuiſſe, *Speculat. in tit. de Inſtrumentor. edit. §. reſtat videre. col. 8. verſ. & ſcias quod tabellionatus officium. & col. 13. verſ. illud autem notandum eſt, quod in aliquo Inſtrumento. Oldrad. conſ. 287. col. 2. verſicul. quartò objicio. Anchoran. conſ. 213. incip. pro iſta parte. col. 2. Alex. conſ. 166. col. 2. lib. 2. Socin. conſ. 33. col 1. lib. 1. Iaſ. l. Barbarius ff. de offic. Prætor* uſque adeò, ut in hoc non credatur aſſertioni Notarii in Inſtrumento contentæ, *Socin. d. conſ. 33. lib. 1.* hoc tamen non requiratur in Inſtrumentis antiquis, ſed Notariatus, quantum præſumatur propter antquitatem temporis, *Innocent. c. veniens. extr. de verbor. ſignif. Bald. authent. quas actiones. circ. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Bald. l. comparationes. C. de fide inſtrumentor. Anch. d. conſ. 213. col. 2. Fulgoſ. l. final. C. de edict. div. Hadrian. tollen. Alexand. conſ. 101. col. 3. lib. 1. Socin. conſ 187. col. 4. lib. 2. Corn. conſ. 35. lib. 1. d. c. 1. col. 6. extr. de fide inſtrument. Dec. conſ. 36. col. 2. Iaſ. d. l. Barbarius.*

10 Secundò, pro † hac ſententia confirmanda facit, quod privatio declaret, qualis fuerit habitus præcedens, *arg. l. prout quisq. ff. de ſolut.* Quodq́; effectus indicet, qualis fuerit cauſa, *arg. c. non adferamus 24. q. 1. c. ubi periculum. in pr. & c. fundamenta. circ. med. de elect. lib. 6. §. illud. verò ſatis. in proœm. ff. l. debitor. ff. ad SC Trebell §. quorum utramq. verſ & bellicos quidem ſudores. in proœm. Inſtit. l. rem non novam. circ. fin. C de jud. gl. c. quatuor. arg. ill. text. 12. q. 2. gl. l. 3. ver. nam in contemptores. C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol. gl l. nullus videtur dolo. ff. de reg. jur. gl. l. cujus effectus. arg. ill. text. ff. eod. tit.* Sed certum eſt, quod redemptio pignoris ſit privatio habitus præcedentis obligationis, pignoris nempe, quodq́; liberatio redemptionis effectus ſit. Quare, cum in caſu noſtro in Inſtrumento liberationis à parte adverſa producto ſcriptum ſit, Nobiles M. & bona controverſa recepiſſe, & cives R. appellatos die K. liberaſſe ab omni actione, quam ipſi ratione horum bonorum contra ipſos habuerunt, videtur dicendum, Inſtrumentum illud liberationis probare non tantùm J. M. patrem C. M. ſed omnes illos, de quibus in iſto Inſtrumento liberationis fit mentio, Unumquemque pro ſua virili portione & prædictos die K. liberaſſe, & ab iis bona controverſa redemiſſe, & illa bona ſibi prius pignoris titulo obligaſſe.

Certi enim juris eſt, naturam copulativæ eſſe, omnes perſonas æqualiter copulare, *l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis.* & vocare, *l. 1. §. his ita. C. de caduc. toll. l. ſi duobus. in pr. ff. de legat. 1.*

Tertiò, hanc ſententiam confirmat,
quod † ſi extraneus vel etiam amicus de- 11
bitoris debitum ſolvendo pignus liberet, ipſe non efficiatur dominus illius pignoris, ſed precio recepto pignus domino, eidemque debituri reſtituere cogatur, *l. cum prior. ff. de diſtractio. pign. l. 1. in princip. ff. quib. mod. pignus. l. res obligatas. C. de pignoribus.* Quare cum idem juris ſit de parte quoad partem, quod eſt de toto qui ad totum, *l quæ de toto. in princ. ff. de rei vendicat. l. qui ſcit. in pr. ff. de uſur.*

Quare, cum ex Inſtrumentis tàm inveſtiturarum quam liberationis liqueat, bona controverſa pro parte ad Nobilem C. M. ſpectare, ſequitur, Nobilem C. M. propter hoc, quod ipſe debito ſoluto, illa buna pignoris nexu liberaverit, non eſſe factum in ſolidum dominium illorum bonorum, ſed ipſum cogi patruo ſuo H. M. illa bona pro parte ſua recepto precio reſtituere, etiam poſito, quod ipſe ſolus bona controverſa debito ſoluto liberaverit.

Quartò, cum † ex curſu temporis 12
nunquam præſumatur titulus ſive ſubſtantia actus, *Alexand conſil. 50. numer. 8. & ibi Carol. Molin. in addit. lib. 5. & conſil. 179. numer. 5. lib. 6. Decius conſil. 442. Carol. Molin. in addit. ad Alex. conſil. 45. numer. 9. lib. 3. Aymon. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. 3. part. §. venio nunc ad tertium. num. 22. argum. l. nullo. C. de rei vendicat. l. diuturna. C. de præſcript. long. tempor.* videtur dicendum, ex hoc, quod C. M. ejusque pater bona controverſa ultra 50. annos poſſedit, non probari, quod majores C. M. bona controverſa ſoli pignoris titulo obligaverint, quodq́; pater ipſius prædicta bona ſuo jure, ſuoq́; nomine redemerit.

Quintò,

13 Quintò, † cum neque ex poſſeſſione neq; ex præſtatione diuturna titulus præſumatur, niſi & allegetur & probetur, quem & fuiſſe in poſſeſſione illa, & feciſſe illam præſtationem diuturnam vigore illius tituli, *Bart. & Salicet. l. de in rem verſo. ff. de uſu. Salicet. & Alex. l. ſi certis annis. C. de pact. Cuman. Roman. & Iaſ. l. in alieno. in pr. ff. de acquir. hæred. Paul. de Caſtr. conſ. 51. col. 2. lib. 2. Alex. conſ. 113. col. 2. lib. 1. conſ. 14. num. 9. conſ. 108. num. 15. lib. 2. & conſ. 75. col. fin. lib. 4. Felin. c. de quarta. & c. cauſam quæ. col. 3. extr. de præſcript. Bertrand. conſ. 296. & conſ. 283. lib. 3. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 2. part. 3. part. princ. quæſt. 10. num. 8. & 2. part. 4. part. principal quæſt. 1. num. 3. Aym. Cravet. in tract. de antiquitat. tempor. 4. part. §. abſolutis. num. 55.* Videtur dicendum, ex poſſeſſione quinquaginta annorum non probari, majores C. M. illa bona ſolis civibus R. den K. pignoris titulo obligaſſe, atq; patrem ſuum ſolum bona controverſa nomine proprio redemiſſe, niſi & allegetur & probetur, & C. M. & patrem ipſius bona controverſa vigore hujus tituli ſive qualitatis poſſediſſe.

14 Sextò, ad hoc † ut longa poſſeſſio feudi patrocinetur vaſallo, ſive quoad præſcriptionem ſive quoad præſumptionem tria requiruntur. Primò, ut vaſallus probet, ſe feudum per triginta annos continuos poſſediſſe. Secundò, ut vaſallus probet, ſe poſſediſſe iſtam rem, tanquam feudum, & ſic quod iſta poſſeſſio fuerit fortius, id eſt, habita tanquam feudalis. Tertiò, quod ſervitia præſtiterit domino, vel ſolverit aliquid uti pro feudo, *gloſ Bald. Alvarot. Præpoſ. & Matth. de Afflict. c. 1. § fin. de feud. dat. invic. leg. commiſſ. Bald. Alvarot. Præpoſ. & Matth. de Afflict. c. 1. §. ſi quis per triginta. arg. ill. text. ſi de feud. defunct. content. Alex. conſ. 113. lib. 4. Dec. conſ. 144. num. 4. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 4. part. 4 part. princip. 12. quæſt princip. quæſt. 8. num. 1.* quinimò *Matt. de Afflict.* tradit, ad præſumendam inveſtituram ex lapſu temporis hæc tria non ſufficere, ſed ultra prædicta requiri, ut vaſallus nominet, per quem dominum ſit facta inveſtitura, ſive ut exprimatur perſona domini, qui conceſſit titulum, *Matth. de Afflict. c. 1. §. fin. de not. feud.* nec non, ut vaſallus ſe purget juramento cum duodecim Sacramentalibus, *Matth. de Afflict. c. 1. §. fin. nu. 6. de feud. invicem legis commiſſ.*

Quare cum pars adverſa forſan prætendere poſſet, hæc quinque requiſita in caſu noſtro non interveniſſe, videtur dicendum, Nobilem C. M. in caſu noſtro ſe longi temporis poſſeſſione, neque quoad præſcriptionem, neque quoad præſumptionem juvare poſſe.

Septimò, † nulla præſcriptio cum mala fide currit, *c. vigilanti. & c. fin. & ibi Dd. extr. de præſcript. c. poſſeſſor. & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6.* Quod procedit non tantùm in præſcriptione actionum realium, ſed etiam in præſcriptione actionum perſonalium, *gloſ. Innocent. And. de Butr. Felin. & Dd. c. fin. extr. de præſcript. Alex. conſ. 165. col. antepen. lib. 2. conſ. 33. lib. 3. conſ. 63. & conſ. 99 lib. 4. Præpoſ. c. 1. §. ſi quis per triginta. ſi de feud. defun. content. cum ſimilib. allegat. per Franc. Balb. in tract. de præſcript. 2. part. 3. part. princ. quæſt. 13*, & quod locum habet, non tantùm in præſcriptione à jure civili inventa, verùm etiam in præſcriptione a Statuto, lege municipali vel conſuetudine introducta, *Bart. l. omnes populi. 2. quæſt. 3. quæſtio. principal. ff. de juſt. & jur. Angel. & Immol. l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de uſucap. Anton. de Butr. Abb. Felin. & Dd. cap. fin. extr. de præſcript. Anton. de Butr. c. pervenit. extr. de cenſibus. Alex. conſ. 185. col. penult. lib. 2. Socin. conſ. 86. col. pen. & conſ. 166. Corn. conſ. 264. & conſ. 338. lib. 1. & conſ. 55. lib. 3. Philip. Franc. c. poſſeſſor. de regul. jur lib. 6.* 15

Quinimò, præſcriptio etiam illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, abſque bona fide non procedit, *gloſ. c. 1. ver. niſi. & ibi Philip. Franc. de præſcript. lib. 6. Angel §. furtivè. Inſtit. de uſucap. Bertachin. in repertor. ver. præſcriptio quomodo cauſatur. verſ. fin. Orlandus de Curt. inter conſ. Calcan. conſ. 6. col. penult. Bart. de Vulp inter conſ. Calc. conſ. 53. col. 2. Iaſ. conſ. 24. col. pen. lib. 3. Alexand. conſ. 13. col. 4. in fin. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 308. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 2. part. 3. part. principal. quæſt. 6. num. 20. Aymon. Cravet. conſ. 146. in fin. lib. 1. Aymon. Cravet. in tract. de antiquitat. tempor. 4. part. §. materia iſta. num. 19. Card. Pariſ. conſ. 26. num. 21. conſ. 101. num. 113. lib. 1. & conſ. 66. num. 128. lib. 3.*

Et hoc non tantùm in foro Canonico, ſed † etiam in foro civili locum habet. 16 Nam ſecundum communem atque receptam Dd. ſententiam jura civilia permittentia præſcriptionem etiam cum mala fide labi, per jus Canonicum correcta ſunt, *gloſ. & Ioan. Andr. in c. poſſeſſor. de regul. jur. lib. 6.*

lib. 6. Hoſtienſ. in ſumma tit. depræſcript. rer. immobil. §. verum. col. 1. & 2. Abb. Immo. Felin. & Dd. c. fin. extr. de præſcriptio. Bal. & Ang. l ſuper longi. C. de præſcript. long. temp. Fran. Balb. in tract. de præſcript. 2. part. 3. parte prin. quæſt. 7. nu 4. uſq; adeo, ut etiam feudum cum mala fide præſcribi nequeat, Bald & Præpoſ. c. 1. §. ſi quis per triginta. ſi de feud defun. cont. Abb. c. ad audientiam ext. de præſcriptio. Francis Balb. in tract. de præſcriptio 4. par. 4. par. prin. quæſt. 1. quæſt 12. prin.

17 Sed certum eſt, † eum qui ſcit, ſe obligatum in mala fide dici. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 2 par. 3 part. prin. q. 14. num. 4. Card. Pariſ. conſ. 92. nu. 25. & conſ. 110. nu. 30. lib. 3.

Quare cum J.M. pater C.M. veriſimiliter ſciverit, ſe obligatum agnato ſuo partem horum bonorum reſtituere, videtur dicendum, eum & in mala fide fuiſse, nec ullius temporis præſcriptione ſe tueri vel juvare poſſe.

18 Octavò, † ſecundum communem atq; receptam Dd. ſententiam etiam mala fides ſuperveniens poſt præſcriptionem inchoatam & ante præſcriptionem completam præſcriptionem impedit, c. fin. & ibi gl. Immo. & Dd. ext. de præſcript. gl. c. vigilanti ext. eo tit. glo. Dyn. & Ioan And. c. poſſeſſor. de reg. ju. lib. 6. Bart. l. naturaliter. ff. de uſucapio. Bal. & Ang. l ſuper longi. C. de præſcript lon. temp. Franciſ. Balb. in tract. de præſcript. 2. par. 3. part. principal. quæſt. 7. nu. 3.

Quare cum C.M. ejuſq; pater, C.M. ratione horum bonorum interpellati fuerint ab agnato ſuo H.M. atq; interpellatio ſive denũtiatio etiam extra judicialis, quem in mala fide conſtituat, l. ſi fundum. C. de rei vendicat. Dyn. c. poſſeſſor. de regul. ju. lib. 6. Fr. Balb. in repet. l. Celſus. 3 par. prin. nu. 13. videtur dicendum, ipſos per hanc interpellationem ſive denunciationem in mala fide conſtitutos fuiſse, nec ſe ullius temporis præſcriptione tueri poſſe.

19 Nonò, † mala fides defuncti, ſecundum communem atq; recep. Dd. ſententiam, hæredi ipſius indiſtinctè nocet, Ant. de Butr. Abb. & Fel. c. ſi diligenti, ext. de præſcriptio. Abb. c. nihil. ext. eo. tit. Abb conſ 3. incip. Nutar. 13. quæſt. lib. 2. Roman. conſ. 201 incip. pro deciſione quæſtionis Imo. repet. c. fin col. 3. ext. de præſcript. P. Caſtr. l. 3. & l ſequitur. §. hæredes. ff de uſucapio. Ludo Roma. Alex. Iaſ. & Dd. l Pomponius §. cum quis. ff. de acqui. poſſeſ. Alex. conſ. 84 nu. 1. lib. 1 conſ. 4. incip. diligenter inſpectis, col. fin. conſ. 89. incip viſo puncto. col. 3 conſ. 213. incip. viſo & oportunè diſcuſſo. col. pen. lib. 2. conſ. 63. col 2. & conſ. 99. lib. 4 conſ. 5 col. 2. lib. 5 Calca. conſ. 26. col. fin. Curt. jun. conſ. 177. col fin. & conſ. 181. col. fin. Aymon Cravet. conſ. 146 num. 7. lib. 1.

Quare cum C M ſit hæres patris ſui J.M. videtur dicendum, ipſi malam fidem patris defuncti indiſtinctè nocere, etiam poſito, quod ipſe ſit & bonæ fidei poſſeſſori, & præſcriptionem à ſe inchoare velit.

Decimò, in feudis nulla alia quàm 20
30. annorum præſcriptio locum habet: Abb. c. ad audientiam extr. de præſcriptio. Bald. conſ. 117. incip verbo inveſtituræ. col. 2 lib. 1. Fr. Balb. in tract. de præſcript. 4. par. 4. par. prin. q. 3. 12. q. principa.

Quare cum C.M. mortuo patre ſuo bona controverſa ultra 30. annos non poſſederit, videtur dicendum, ipſum hæc bona non præſcripſiſſe, etiamſi poſito, quod ipſe in bona fide eſſet, & præſcriptionem à ſe inchoare vellet.

Quodq; † vera ſit illorum Dd. ſententia, 21
qui tradunt, malam fidem defuncti hæredi non nocere, ſi ipſe ſit in bona fide, qui & præſcriptionem à ſe inchoare velit. Dynus c. poſſeſſor. de reg. ju. lib. 6 Cyn & Ioan de Immo. c. ſequitur. §. hæres ff. de uſucap. Bal & Angel. l. ſed ſi ego. § parius. ff. de publ. in rem actio. Angel. l. nihil. C. de præſcript. lon. temp. Ioan. de Immo. conſ. 44. incip. in caſu præmiſſo verſ cir. ſecundum. Alex. conſ. 110. nu. 7. & ibi Carol. Molin. in addit. lib 1. conſ 39. col. 1. conſ. 134. cir fin. lib 2. Corne. conſ. 176. lib. 1. conſ. 138. lib. 2. conſ. 34. lib. 3. conſ. 93. & conſ 277. col. penult. lib 4.

Undecimò, juri offerendi debitum & 22
recuperandi pignus à creditore contra debitorem non præſcribitur, ullius temporis lapſu, ſecundum Roger. Martinum Simonem Vincentium. Iacob. de Raven. Pet. de Bellapertica, Guilielmum, quos refert atq; ſequitur Cyn. & Bart. l. cum notiſſimi C. de præſcriptio. 30. vel 40. anno. Oldrad quem refert atq; ſequitur Alber. de Roſat. d. l. cum notiſſimi. §. 1. Andr. de Piſis & Raynerium, quos refert atq; ſequitur Alber. de Roſate l ſi rem. §. omnis. ff. de pignorat. action. Guilhel. de Cygn. Salicet & Rapha. Fulgoſ. d. §. Omnis. Ioan. Andr. Anto. de But. & Bald. c. quoniam frequenter. §. fin. & ibi Abb nu. 44. extr. ut lite non conteſta. Bald. conſ. 342. incipiente ſuper eo, quod quæritur. col. 1. lib. 1. Pract. Papienſ. in forma reſponſio: rei verbo præſcriptionis, circa finem. cor. conſ. 176. num 4. lib. 3. Fel. c. cum acceſſiſſent. num. 27. extr. de conſtitut Card. Pariſ.

conſ 92:uum. 53. lib. 3. Henning. Gode. conſ. ult. lib. 11. quod abſq; dubio procedit in creditore, qui eſt malæ fidei poſſeſſor, id eſt, ſcit, pignus à ſe poſſeſſum ſuum non eſſe, is enim nullius temporis præſcriptione ſe tueri vel juvare poteſt, *Anto. de But. d. c. quoniam frequenter. §. final. & ibi Abb. nu. 44.*

Quare, cum nemo plus juris in alium transferre poſſit, quàm ipſe habet, *l. nemo plus juris & ibi Dec. ff. de reg. jur.* & is qui in jus alterius ſuccedit, eodem jure uti debeat, *l. qui in jus, & ibi Dec. ff. de reg.*
23 *jur.* uſque adeo † ut mala fides autori etiam ſingulari ſucceſſori noceat, *Authen. mala fidei. C. de præſcriptio. longi tempo. Bart. Alex. Iaſ. & Dd. l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquiren. poſſeſſio. Franciſ. Balb. in tract. de præſcriptio. 2. parte. 3. part. principal. quæſtio. 12.* videtur dicendum, nec eum, qui pignus a creditore liberat, ſe ullius temporis præſcriptione juvare poſſe, quò minus ipſe debitori offerenti eam pecuniam pro qua pignus nexum fuit, illas res quas pignoris nexu liberavit, cogatur reſtituere, & per conſequens, cum idem juris ſit de parte quoad partem, quod juris eſt, de toto quoad totum, videtur dicendum, Nobilem C. M. ſe nullius temporis præſcriptione tueri poſſe, quò minus ipſe cogatur bona controverſa, quæ ipſe a debitore liberavit, agnato ſuo offerenti ratam ſummam debiti pro ſua rata reſtituere.

24 Duodecimò, † jus redimendi rem venditam competens alicui ex pacto juxta contractum venditionis appoſito, nullius temporis curſu extinguitur, eo caſu, quando is contra quem hoc jus competit, eſt in mala fide, *Cardinal. Pariſ. conſil. 92. lib. 3.*

Quare, cum diſpoſitio legis diſpoſitioni hominis æquiparetur, *gloſ. Rub. C. de decret. decurion lib. 10.* imò diſpoſitio legis longè ſit efficatior diſpoſitione hominis, *Bart. & Alex. l. alia §. eleganter. ff. ſol. mat. Bart. l. omnes populi ff. de juſt. & jur.* atque etiam diſpoſitum de uno ex æquiparatis de alio diſpoſitum cenſeatur, *gloſ. fin. l. ſi quis ſervos. C. de furt.* & id, quod minori conceſſum eſt, majori denegari non debeat, *gloſ. c. cum in cunctis in princ. & ibi Dd. extr. de electione.* videtur dicendum, ſimili mod. & jus redimendi competens debitori ex legis diſpoſitione contra illum, qui pignora à creditore liberavit, perpetuum eſſe, nec ullius temporis lapſu expirare.

25 Decimo tertiò, † is qui probatur ſemel dominus, ſemper præſumitur retinuiſſe dominium etiam poſt mille annos, non tantum quoad perſonam ſuam, ſed etiam quoad perſonam hæredum ſuorum, *l. ſive poſſideris & ibi Bart. Bald. & Dd. C. de probatio. Felin. c. ſcribebant. num. 4. extr. de præſumpt.* Et licet aliqui Dd. velint, hanc præſumptionem, quæ vult, eum, qui ſemel fuit dominus, ſemper retinuiſſe dominium, non ſufficere ad hoc, ut reo convento res controverſa auferatur, præſertim eo caſu, quando de dominio per probationes alioquin inſufficientes eſt facta fides, *Abb. c. veniens extr. de teſtib. Corne. conſ. 35. col. penul. lib. 1. conſil. 19. col. 2. lib. 2. conſil. 142. col. 3. verſ. Nec obſtat lib. 3. conſil. 16. col. 2. conſil. 130. col. 2. lib. 4. Alex. conſil. ib. num. 2. & 3. lib. 5.* tamen Dd. magis communiter concludunt, hanc præſumptionem, quæ reſultat ex eo, quod quis probavit ſe vel majores ſuos ſemel habuiſſe dominium alicujus rei, etiam ad hoc ſufficere, ut Reo convento res controverſa auferatur, *Angel. l. atqui natura. §. cum me abſente ff. de negot. geſt. Andr. Siculus conſil. 5. col. 5. conſil. 18. col. antepen. lib. 2. conſil. 17. col. 6. conſil. 27. col. 3. conſil. 37. col. 6. lib. 3. conſil. 28. col. 4. conſil. 43. col. 1. conſil. 55. col. 6. & conſil. 90. lib. 3. Franciſ. Aret. d. c. veniens, col. 1. col. penult. & ibi Fel. nu. 16. extr. de teſtib. Fel. d. c. ſcribebam num. 4. Dec. conſil. 438. num. 3. Ripa. l. rem, quæ nobis. ff. de acquir. poſſeſ. Dec. c. 1. extr. de Appella. Ajm. Cravet. in tract. de antiqui. tempor. 1. part. §. viſo.*

Quarè cum ex inſtrumentis à parte adverſa productis appareat, majores G. M. pro parte fuiſſe dominos illorum bonorum, de quibus controvertitur, videtur dicendum, ipſum adhuc præſumi dominum iſtorum bonorum pro illa rata, quæ ad majores ipſius pertinuit, ipſumque pro ea rata bona controverſa repetere poſſe, cum poſſeſſio ſolo animo retineatur, *l. licet C. de acqui. poſſeſſion. l. 3. §. in amittenda & l. quemadmodum. ff. eo. tit.*

Decimò quartò, † is qui probatur, ſe- 26
mel rem aliquam poſſediſſe, ſemper illam rem poſſediſſe & poſſeſſionem ſuam continuaſſe præſumitur, *Cyn. & Bart. l. ſuper longi C. de præſcriptio. long. temp. Bart. l. ſive poſſideris C. de probation. Bal. l. indicia C. de rei vendicat. Bal. & Salicet. l. non ignorabil. C. ad exhiben. Abb. & Dd. c. cum ad ſedem extr. de reſtit. ſpoliat. Alex. conſ. 47. incipien. circa primum, col. 4. circa fin. & ſequen.*

ſequen. conſ. 133. incipien. viſo proceſſu. col. 2. lib. 1. conſ. 79. incipien. Examinato proceſſu circa princ. & conſ. 102. lib. 2. uſq; adeo, ut poſſeſſio defuncti in hæredem continuata præſumatur, *Bart. Aretin. & Claud. Aquen. l. Pomponius. §. 1. ff. de acq. poſſeſſio. Balb. repetit. l. Celſus. 4. par. prin. nu. 6.* Deinde quoq; clari

27 juris eſt,† contra eum qui rem aliquam civiliter poſſidet, nullam præſcriptionem currere, *glo. Bart. Salicet. Iaſ. & Dd. l. 1. C. de ſer. fugitiv Bart. l Celſus col. 3. ff. de uſucapio. Bar. Alex. & Iaſ l. 3 §. ex contrario ff. de acquir. poſſeſſio. Dyn. c. ſine poſſeſſione de reg. jur. lib. 6. Immo. l. 1. §. per ſervum qui in fuga ff. de acq. poſſeſſ. Fran. Balb. in tracta. de præſcriptio. 3. parte. 3. part. principal. quæſt. 3. num. 1.*

28 Quaré, cum † inſtrumenta producta antiqua ſint atq; per inſtrumenta antiqua poſſeſſio probetur, *Paul. de Caſt. conſ. 48. incipien. in cauſa quæ vertitur col. 3. Dec. conſ. 36. nu. 6. & 8.* videtur dicendum, in caſu noſtro per inſtrumenta producta prubari & majores actoris & ipſum actorem fuiſſe in poſſeſſione illorum bonorum, de quibus controvertitur, & per conſequens, reum nullius temporis præſcriptione ſe contra actorem tueri vel juvare poſſe.

Et licet hæc & ſimilia quæ pro hac ſententia adduci poſſent, prima fronte fortiter urgere videantur: nos tamen his & ſimilibus non obſtantibus veriſſimum judicamus, actorem nullo jure partem bonorum controverſorum à reo petere poſſe.

29 Primò, quia certi juris eſt, †quod is qui actum vel contractum aliquem celebrat, vel negotium aliquod gerit, illũ actum vel contractum ſuo nomine celebraſſe, illudq; negotium & ſuu nomine & tanquam ſuum geſſiſſe intelligatur, *l. ſi filiusfamilias. ff. de in rem verſ. l. Papinianus. ff. mand. ut. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus & ibi Dd. ff. de verb. obligatio. l. & magis ff. de ſolut. l. Titium & Mævium. §. præfectis & ibi Bar ff. de adminiſtrat. tutor. Bar. l. poſt dotem. lec. 3. & 6. ff ſol. matrim. Bar. d. l. Titium & Mævium. § altero. Bart l. poſt mortem. §. 1. ff. quan. ex facto tut. Bar. l. 1. nu. 10. ff. de ſolutio. Bar. l. ſi patruus. C. com. utriuſ. judic. Alex. conſ. 132. nu. 8 & conſ. 134. in fin lib. 5. Corn. conſ. 310. lib. 3. Soc. conſ. 100. col. 2. lib. 3. & conſ. 113. lib. 4. Dec. conſ. 446. Aymon Crav. conſ. 77. nu. 3. lib. 1.* ſicut & is, qui rem aliquam emit in dubio illam rem pecunia ſua non alteri⁹ emiſſe intelligitur, *l. cum proponas, & ibi Bart. & Bal. C. pro ſocio. l. ſi defunctus & ibi Bar. & Bal. l. ſi patruus. C. com. utriuſ. judic. Bar. l. Titium & Mævium. §. altero. ff. de adminiſtrat. tut. Bar. l. cum oportet, C. de bon. quæ liber. Alex. conſ. 72 nu 14. lib. 2. Iohan. de Ana. conſ. 65. Cæpol. caut. 128. Aym Crav. conſ. 191. nu. 8.* Similiter clari juris eſt, quod talis præſumatur fuiſſe contractus præcedens, qualis eſt diſtractus ſequens, *l. prout. ff. de ſolutio.*

Quare cum Nobilis I. M. bona controverſa redemerit, ſequitur, præſumi ipſum bona controverſa & ſuo nomine & tanquam ſua redemiſſe alioſq; agnatos ſuos huic actui vel tanquam teſtes vel tanquam illos de quorum præjudicio non principaliter, ſed ſecundariò agebatur, adhibitos fuiſſe, & per conſequens etiam præſumendum eſſe, majores Nobilis d. I. M. bona controverſa ſolos familiæ civium R. appellatæ die R. pignoris titulo conceſſiſse.

Nec obſtat huic rationi, quod duo ſpecialia concurrere nequeant, *l. 1. C. de dotu promiſſio. Corne conſ. 304. col. 5. lib. 3* quodq;

cum † ut & is, qui actum aliquem fecit, il- 30

lum actum ſuo nomine feciſſe intelligatur, atq; ut ex privatione ſubſequenti qualitas habitus præcedentis declaretur, duo ſpecialia ſint, dici debeat hæc duo ſpecialia concurrere non poſſe. Namque reſpondeo primò, hoc, quod hiſce præſumptionib. ſtetur, vel fides adhibeatur, non eſſe ſpeciale ſed jure communi receptum & cautum, tum quia ſecundum diſpoſitionem juris communis, etiam præſumptiva probatio ſufficit, *Bart. l. omnes. §. Lucius. arg. ill. text. ff. de his quæ in frau. creditor.* Tum quia legum præſumptiones probationes liquidiſſimæ ſunt, *l. licet Imperator. & ibi Iaſ. & Dd ff de legat. 1. l. ſi quis locuples. ff. de manumiſſ. teſt. Bart. l. fin ff. de pub. judic. Abb. c. 1. ext. de cler. non reſidentib. Abb. c. cum dilect. extr. de donatio.*

Secundò reſpondemus, duo ſpecialia concurrere poſſe, quando unum venit in conſequentiam alterius, *Bart. l. ſi is qui pro emptore. quæſt. fina. ff. de uſucapio. Dec conſ 428.*

Quarè cum præſumptiones, de quib. in caſu noſtro agitur, ſint tales, ut una veniat in conſequentiam alterius, omninò & dicendum & concludendum eſt, harum duarum præſumptionum concurſum non impediri, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, has præſumptiones ſpeciales eſſe vel jure ſpeciali introductas.

Secundò, †cum ab antiqua practica ſive obſervantia non ſit recedendum, *Bald. l. illud. arg ill. tex ff. de excuſa tut. Card. Pariſ. conſ. 22. nu. 24. conſ. 23. nu. 23. lib. 1.* Atq; vera interpretatio ſit illa, quæ à practica ſive obſervantia ſumitur, *Bald. c. 1. in princ. de feud. ſine* 31

culpa non amit. Aym. Crav. conſ 91. n. 7. & conſ. 118. num. 2. lib. 1. receptum eſt, ex obſervantia poſtea ſecuta declarari actum præcedentem, *Corn. conſ 114. nu. 11. lib. 2. Aym Crav. conſ. 101. nu. 3. & conſ. 118. nu. 2. lib. 1. Card. Pariſ. conſ. 56. nu. 35. lib. 2. arg. l. minimè. & l. ſi de interpretatione ff. de legib. c. cum dilectus extr. de conſuet.* Uſq; adeo, ut in hac obſervantia declarativa non requiratur curſus longi temporis, ſed ſufficiat aliquando ita obſervatum fuiſſe, *P. de Caſt. conſ 347. incip. Quia circa donationem col. fin. lib. 1 Aret. conſ. 11. col. 3. verſ. ſed tamen ex ſuperabundanti Soc. conſ. 111. col. fin. verſ. ſed poſſumus. Corn. conſ. 188. col. fin. lib. 4. Aym. Crav. conſ. 101. nu. 4 & conſ. 118. nu. 2. lib. 1.*

Quarè, cum & I. M. & C. M. bona controverſa tanquam ſua propria bona ultra 50. annos poſſederint, atq; de illis ſoli & ſervitia domino feudi præſtiterint, & reliqua onera hiſce bonis incumbentia ſuſtinuerint, omninò & dicendum & concludendum eſt, ex hac obſervantia ſive poſſeſſione poſtea ſecuta redemptionem præcedentem declarari & ſecundum illam ita intelligi, ut Nobilis I. M. pater C. M. bona controverſa & ſuo nomine & tanquam ſua redemiſſe cenſeatur.

32 Tertiò, ut † longa poſſeſſio feudi patrocinetur vaſallo, ſive quoad præſcriptionem ſive quoad præſumptionem, tria tantum requiruntur ſecundum communem atq; receptam Dd ſententiam I. ut vaſallus probet, ſe feudum per 30. annos continuos poſſediſſe. II. ut vaſallus probet, ſe poſſediſſe iſtam rem tanquam feudum, III. quod ſervitia præſtiterit Domino, ſive ſolverit aliquod profeudo, *gloſ. Bal. Alvarot. Præpoſ. & M. Afflict. c. 1 §. fin de feud dato in vicem l. commiſſo. Bal Alvar. Præpoſ. & M. Afflict. c. 1 §. ſi quis per triginta. arg. ill. text. ſi de feud defun. content. Alex. conſ. 113 lib. 4 Dec. conſ. 144. nu. 4. Franciſ. Balb in tract. de præſcriptio. 4. par. 4 part. prin. 12. quæſt. prin. nu. 1.* ſed in caſu noſtro prout in facti narratione nobis relatum fuit, probari poteſt C. M. ejusq; patrem I. M. bona controverſa tanquam feuda ultra 30. annos continuos poſſediſſe, & de bonis controverſis domino ſervitia præſtitiſſe: Igitur ſequitur, Nobilem C. M. feuda controverſa ſaltem præſcripſiſſe, etiam poſito ſed tamē non conceſſo, G. M. probare poſſe, bona controverſa pro parte aliqua ad majores ſuos ſpectaſſe, & quod I. & C. M. bona controverſa tanquam feuda poſſederint, ſatis ex eo probatur, quod I. & C. de bonis controverſis domino feudi ſervitia præſtiterunt, namq; ſervitiorum pręſtatio feudum arguit, *c. 1. §. fin. & ibi M. de Afflict. nu. 296. ex quib. cau. feud. amit. Alex. conſ. 169. nu. 4. lib. 2. M. de Afflict. deciſ. Neap. 129 nu. 2.*

Quartò † cum exitus acta probet, *§. fin. in proœmio. ff. l. aut facta §. eventus. ff. de pœnis. l. rem non novam §. fin. C. de judiciis.* Ex his, quæ poſtea fiunt, declaratur, qualis fuerit animus in præcedentibus, & ex poſtea geſtis, prius geſta declarantur, *Dec. conſ. 559. nu. 1. Aym. Crav. conſ. 77. nu. 10. & conſ. 101. nu. 3. lib. 1. arg. l ſed & Iulianus. § proinde ff. ad SC. Macedon. l. ſi ſervus plurium §. fin. ff. de legat. 1. l. Aurelius. §. ſi teſtator. ff. de liberatio. lega. l. ſed ſi maritus. §. fin. ff qui & à quib. c. pervenit. diſtinct. 18. c. à multis diſt. 44. c. cum per bellicam. 33. q. 2. gloſ. c. ſcribebam. extr. de præſumptio.* 33

Quarè, cum poſt redemptionem bonorum controverſorum & Nobilis I. M. & C. M. filius ejus bona controverſa & ſuo nomine & tanquam ſua ultra 50. annos poſſederint, ſequitur I. M. bona controverſa & ſuo nomine & tanquam ſua redemiſſe.

Quintò, cum † effectus indicet, qualis fuerit titulus ſive cauſa præcedens, *arg. c. non adferamus 24. q. 1. c. ubi periculum, in prin. & c. fundamenta. cir. med. de election. lib. 6. §. illud vero ſatis, in proœmio. ff. l. debitori in prin. ff. ad SC. Trebell. l cujus effectus & ibi gloſ. ff. de regul jur. l rem non novam §. fin. C. de judiciis. §. quorum utramq; verſ & per bellicos quidem ſudores, in proœmio Inſtit. gl. c. quatuor. arg. ill tex. 12. q. 2. gl. l. 3. verſ. Nam in contemptores C. de ſum Tri. & fid cath.* Ab Interpretib. noſtris traditum eſt, in dubio præſumi talem fuiſſe titulum ſive contractum præcedentem, qualis eſt obſervantia ſive uſus ſequens, *Aym. Cra. conſ 10. nu. 9. & conſ 91. nu. 1. lib. 1. arg. l. quædam mulier. ff. de rei vend l. à te ff. ſi ſervitus vendicetur. l. prædia ff. de acq. poſſeſſ. l. 2. C. eo. tit.* Quare cum in caſu noſtro & I. & C. M. poſt redemptionem factam bona controverſa & ſuo proprio nomine & tanquam ſua ultra 50. annos poſſederint, atq; pro iis ſervitia præſtiterint, & dicendum & concludendū eſt, & majores I. M. bona controverſa tanquam feuda ſua propria familiæ civium R. appellatæ die R. pignoris titulo conceſſiſſe & I. M. patrem C. M. bona controverſa & ſuo proprio nomine & tanquam ſua redemiſſe. 34

Sextò, † locatio facta non expreſſa certa quantitate intelligitur facta pro ea quantitate quæ poſtea ſoluta fuit, *Bal. l ſi certis annis. col. 4. C. de pact. Alex. conſil. 107. num. 1. lib. 1. Fel. c. cum Bertholdus num. 28. extr.* 35

ſent.

ſent. & re. jud. igitur videtur ſimili modo dicendum, & oppignorationem & redemptionem bonorum controverſorum ex actibus ſequentibus declarationem recipere, & ſecundum actus ſubſequentes intelligendam & ita accipiendam eſſe, ut majores I. M. bona controverſa & ſuo nomine, & tanquam ſua propria oppignoraſſe, & I, M. ea & ſuo nomine & tanquam ſua propria redemiſſe cenſeantur.

36 Septimò, † ſi Emphyteuta perdiderit inſtrumentum emphyteuticum, qualis apparet ſolutio, talis præſumitur conceſſio, *Bal. d. l. ſi certis annis. C. de pact. Fel. d. c. cum Bartholdus nu 28. ext. de ſenten. & re judica.*

Er ſic apparer, quod ex actibus ſubſequentibus colligatur, qualis fuerit actus ſive contractus præcedens, quidq; in actu ſive contractu præcedenti actum ſit, & per conſequens, cum & C. M. & pater ejus I. M. bona controverſa & tanquam ſua & ſuo nomine ultra quinquaginta annos poſſederint, ſequitur, ex hiſce actibus ſubſequentibus colligi, & majores I. M. bona controverſa tanquam ſua, & ſuo proprio nomine pignori obligaſſe & I. M. illa bona tanquam ſua propria redemiſſe.

37 Octavò, † licet duo debitores ejuſdem ſummæ ſimpliciter deſcripti in libro rationum, intelligantur pro virilibus portionibus obligati, hoc tamen non procedit eo caſu, quando is, qui librum rationum conſcripſit, unum ex illis in ſolidum poſtea convenit: Tunc enim, cum quilibet poſſit interpretari ſuam ſcripturam, *l. cum inter veſtem, cum ibi notat ff. de au. & argen. lega.* Et ex his, quæ poſtea ſubſequuntur, declaretur, qualis fuerit intentio ejus, qui actum fecit, *l uxor. §. ſi ff. de legat. 3.* illi duo debitores, non pro virilibus portionib⁹ ſed unusquisq; in ſolidum obligatus intelligitur, *Paul. de Caſtrenſ conſ. 332. col. 2. verſ item ſi dicatur lib. 1. Rouchegall. l. Reos. §. cum in tabulis nu. 25. ff. de duob. reis.*

38 Igitur ſequitur, † licet inſtrumentum in quo dicitur, duobus pluribuſve eandem rem in feudum cõceſſam, vel duos pluresve eandem tanquam ſuam recepiſſe, ita intelligi debeat, ut illis duobus pluribusve ſingulis pro virili portione illa res in feudũ conceſſa, & duos pluresve ſingulos pro virili portione illam rem tanquam ſuam propriam recepiſſe. Hoc tamẽ non procedere, quando ex poſſeſſione vel aliis actib. ſubſequentibus contrarium colligi vel præſumi poteſt, & per conſequens, cum in caſu noſtro I. & C. M. bona controverſa, & ſuo proprio nomine, & tanquam ſua in ſolidum ultra 50. annos poſſederint, & pro iis ſervitiis domino feudi præſtiterint, atque ex hiſce actibus colligatur, bona controverſa & ad C. M. ſola ſpectare, & à majoribus C. M. familiæ der K. oppignorata, & à I. M. tanquam ſua propria redempta fuiſſe, ſequitur, ex inſtrumentis productis minimè probari, quod aliqua portio bonorum controverſorum ad alium quàm ad ipſum C. M. ſpectet. 39

Nonò, hanc ſententiam confirmat, quod † quilibet in dubio præſumatur rem aliquam acquiſiviſſe in potiorem cauſam & jure proprio non jure pignoris, *Cardinal. Par. conſ. 75. nu. 6. 7. & 8. l 4.* 40

Decimò, hanc ſententiam comprobat † quod is qui feudum aliquod ad alium vel in totum vel pro parte ſpectans ultra triginta annos poſſedit, illud feudum præſcribat, non tantum in præjudicium domini feudi, ſed etiam in præjudicium illius vaſalli, ad quem hoc feudum vel in ſolidum vel pro parte pertinuit, *Abb. c. ad audientiam & ibi Fel num. 18. extr. de præſcription Alexan. conſ. 136. nu. 3. lib. 1. & conſ. 15. lib. 5. Iaſon l. 1. num. 46. C. de ſer fugit. Franc. Balb. in tracta. de præſcriptio. 4. part. 4. part. princ. 12. quæſt. princ. quæſt. 2. Aymon Cravet. in tracta. de antiquita. tempor. 4 part. §. abſolutis. nu. 28.* Quarè cum & C. M. & pater ipſi⁹ bona controverſa ultra triginta annos poſſederint, ſequitur, ipſos bona controverſa præſcripſiſſe, etiã poſito, ſed tamen non cõceſſo, partẽ adverſam probare poſſe, bona cõtroverſa pro parte aliqua ad ſe ſpectare.

Et ſic per prædicta concludimus, petitionem G. M. juſtam non eſſe, & G. M. bona controverſa neq; in ſolidum, neque pro parte aliqua repetere poſſe.

Nec obſtant † huic noſtræ ſententiæ ea, quæ pro parte contr. adducta ſit, Namq; 41 ad illa omnia facilis eſt reſponſio, Et ad 1. arg. cont. reſpondemus: licet ex inſtrumento ſimpliciter dicente, duos, pluresve de re aliqua inveſtitos, præſumatur, illos duos pluresve, de re aliqua inveſtitos præſumatur, illos duos pluresve de illa re & principaliter, & unumquemq; pro virili portione inveſtitos eſſe: Hanc tamen præſumptionem non eſſe juris, & de jure, ſed juris tantum: Eamq; ob cauſam, cum præſumptio juris habeat ſe tàm ad eſſe quàm

ad non eſſe, *Card. Par. conſ 29. n. 92. lib. 21.* hanc præſumptionem non tantum contraria probatione, *l. fin. in prin. ff. quod metus ca. l. ſi Chyrographum & l. cum de indebito. §. 1. ff. de probat. l. nuptura. §. fin. ff. de jur. dot. l. ſive poſſidetis & ibi Dd. C. de probation. c. quicunq; diſt. 80. glo. c. 5. is qui fidem ext. de ſpouſal Aym. Cra. couſ. 35. nu. 5. & conſ 146. lib. 1.* ſed etiam alia præſumptione fortiori penitus tolli & elidi, *l. divus. ff. de reſtit. in integ. l. non ſolum. ff. de ritu nuptiar. l. 1. C. qui & adverſus quos. c. literas ext. de præſumptio. Aym. Crav. couſ. 146. lib. 1.* Nec ullo modo locum habere eo caſu, quando ex actib⁹ ſubſequentibus contrarium præſumi ſive colligi poteſt, *1.* Et quod hæc præſumptio, quæ vult, duos pluresve inveſtitos de eadem re intelligi pro virilibus portionib. de illa re inveſtitos fuiſſe, ſit tantum præſumptio juris, & tàm probatione, quàm præſumptione contraria elidatur, expreſsè atq; in ſpecie tradit *Ronchegallus l. eandem in prin. nu. 131. & l. reos. § cum in tabulis. nu. 33. ff. de duob. reis.*

Et hæc ſententia ex eo probatur, quod Dd. tradunt, licet duo, pluresve promittentes eandem ſummam pecuniæ, intelligantur ſe obligaſſe non in ſolidum, ſed pro partib. virilibus ſive æqualibus, hanc tamen præſumptionem non eſſe juris, & de jure, ſed juris tantum, ideoq; hanc præſumptionem tàm probatione contraria quàm præſumptione fortiori elidi, *Immo. l. Reos. §. cum in tabulis. & ibi Ronchegal. nu. 13. ff. de duob. Reis* pro hac ſententia confirmando facit etiam id, quod traditur, licet conductores vectigalium in dubio præſumantur, & principaliter & pro virilibus tantum partibus obligati: hanc tamen præſumptionem eſſe juris tantum & tàm præſumptione quàm probatione contraria tolli. *Bertach. in tra. de Gabell. 14 q. quart. part. principal. idem Roncheg. d. §. cum in tabulis. nu. 21.*

Deinde, hanc ſententiam quoq; confirmat, quod licet ubi nomen Societatis eſt deſcriptum, in libro aliquo præſumatur, ſingulos ſocios & principaliter & pro virilibus partibus obligatos, hoc tamen non procedere, ſi ſit aliquid, quod contrarium ſuadeat, *Corn. conſ 69. in fin. lib. 3. Ronchegal. d. §. cum in tabulis. nu. 25.* præterea hæc ſententia etiam ex eo cõprobatur, quod licet Societas coita inter plures abſq; partium expreſſione, intelligatur de partibus virilibus tàm in lucro, quàm in damno, & in quavis obligatione contracta ejus nomine: hanc tamen præſumptionem eſſe juris tantum, *Carol. Ruin. conſ. 92. num. 5. & 12. lib. 1.*

Nec locum habere eo caſu, quando tacitè vel expreſsè aliud actum eſſe, conjecturari poteſt, *Bal. conſ. 198. num. 6. lib. 1. conſ. 397. lib. 3. & conſ. 466. lib 5. Ronchegal. l. eandem in prin num. 142. & l. Reos. §. cum in tabulis nu. 58. ff. de duob. reis.*

Huc accedit, quod ſimultanea inveſtitura de feudo antiquo pluribus facta ita intelligenda atq; accipienda ſit, ut non omnes in iſta inveſtitura nominati principaliter, & pro virilibus portionibus ſed unusquisq; ſucceſſivè, & graduum prærogativa ſervata, de iſto feudo inveſtitus intelligatur, *Henning. Gœden. conſ. 21. lib. 1.* His adde, licet ea ſit natura copulæ, ut ipſas perſonas æqualiter & principaliter copulet, *l. reos §. cum in tabulis. ff. de duob. reis.* utq; perſonæ copulatæ ſimul vocentur, *l. 1. §. his ita C. de cadu. tollen. l. ſi pluribus. in print. ff. de legat. 1.* Tamẽ hoc non procedere, quando ex actibus ſubſequentibus aut conjecturis liquet de contraria mente diſponentis, *gloſ. Bart. Bal. Alex. Iaſ. & Dd. l. Gallus §. quidem rectè ff. de liber. & poſt. Bart. l. hæredes mei. §. tum ita. ff. ad SC. Trebellian. Bart. l ut jusjurandi. §. ut liberi. ff. de oper. libert. Bart. conſ. 60. incip. Quæſtio iſta habet. duo dubia. Petr. de Ancho. Clem. 2 de ju. patronat. Immo. c. potuit. extr. de locat. & cond. Alex. conſ. 119. lib. 5.*

Quarè cum in caſu noſtro ex actibus ſubſequentibus poſſeſſione nempè 50. & plurium annorum, & colligatur & præſumatur, bona controverſa inſolidum ad Nobilem C. M. ſpectare, dici non poteſt ex inſtrumẽtis tàm inveſtiturarum quàm quietationis productis præſumi vel probari poſſe, bona controverſa vel ab G. M. vel ad alium præter C. M. pro parte aliqua ſpectare.

Secundò, ad hoc arg. contrat. reſpondemus, illud quod dicitur, † duos pluresve de 42
una re inveſtitos, intelligi de illa re & principaliter, & pro virilibus portionib. inveſtitos fuiſſe, procedere tantum in feudo novo, non autem in feudo antiquo, Namque cum tàm inveſtitura quàm omnes alii act⁹ intelligantur ſecundum ſubjectam materiam, *l. plenum. §. æquitii. ff. de uſu & habita. l. ſed etſi poſſeſſori. §. item ſi juravero. & ibi Iaſ. & Dd. ff de jurejuran. l. ſi uno. in prin. ff. de locat. & cond.* Atq; feudi antiqui ea natura ſit, ut illud plerunq; non ad omnes ſimul, ſed ad quoſdam principaliter, ad quoſdam verò ſecundariò pertineat, receptum eſt, inveſtituram de feudo antiquo plurib. factam quibuſdam principaliter, quibuſdam verò ſe-

cundariò

ſundariò factam intelligi, *Henning. Goeden. d. conſ.21.lib.1.* Quare, cum omne feudum in dobio antiquum præſumatur, *Bal.c.1.in prin. ſi de feud. defun. cont. Iaſ. conſ.114.col. 2.lib.1. Dec. conſ. 252.col.4.conſ.269.col.2.& conſ.445. col.2.* præſertim ubi agitur de favore illius, qui feudum poſſider, *Iacob. de Belviſo.c. 1. de grad. ſuccedent. in feud. Paul. de Caſt. conſ.44.incip. Circa præſentem caſum. col. 2. verſ. ſi verò non conſtaret. & conſ.279. incip. Viſa eſt petitio. col.2.verſ. ſed in contrarium lib.2. Curt. ſenior conſ. 49.col.3. & conſ.50.col.8. Alex.conſ.10.col 2.lib.3. Crotus l. re conjuncti.col fin. circa med ff. de leg.3. Curt. jun. in tract. feuda. 1.par.q.8.col 5.* Et hoc abſq; omni dubio procedat, qoando illa bona, de qoibus agitur, vel antiquitus tanquam feuda poſſeſſa fuerint, *Bal conſ.351. incip. in bonis feudalibus col.2 lib.1.& conſ. 310.col. 2. lib. 3. Alex. conſ.15.col. penult. lib. 5.* Vel ſuper illis bonis antiqua inveſtitura producatur, *P. de Caſt conſ.44 col. 2. lib. 2.* Atq; bona controverſa à C. M. ejuſq; patre ultra 50. annos tanquam feuda poſſeſſa fuerint, & adhuc poſſideantur, ſequirur bona controverſa, & feudum antiquum præſumi, & id, quod dicitur, duos pluresve de eadem re inveſtitos & principaliter & pro virilib. portioоib. de illa re inveſtitos intelligi, in caſu noſtro locom non habere.

43 Tertiò, ad hoc argumentum contrarium reſpondemus † inſtrumenta antiqua quæ vel vario modo poſſunr intelligi vel noo neceſſario concludunt, oullam fidem, nullamve probationem facere, *arg. leg. non hoc, & ibi Iaſ. & Dd. C. unde legitimi.* eamq; ob cauſam traditum eſſe, inſtrumentum antiquum, in quo ſcriptum eſt, rem certam Titii eſſe non probare illam rem jure dominii ad Titium ſpectare, eò, quia hæc verba inſtrumenti non tantùm intelligi poſſunt, quod illa res ad Titium ſpectet jure dominii, ſed etiam quod illa res ad Titium ſpectet jure poſſeſſionis, ſicur hoc expreſsè atque in ſpecie tradit *Corn. conſ.24. num. 12. & conſ. 130. num. 5. lib 4.*

Quare cum verba inveſtiturarum quæ à parte adverſa producta ſunt, diverſimode accipi & non tantum iſto modo, quod omnes de bonis controverſis principaliter & pro virilibus portionibus, ſed etiam eo modo, quod quidam de bonis controverſis principaliter: quidam verò ſecundariò inveſtiti ſint, intelligi poſſeot, dici non poteſt, per inſtrumenta inveſtiturarum producta probari poſſe, illos omnes de quibus in inſtrumentis inveſtiturarum fit mētio, de bonis controverſis principaliter & pro virilibus portionibus inveſtitos, præſertim cum ex actibus poſtea ſequentibus poſſeſsione nempè qoinquaginta & plurium annorum poſtea ſecuta ſatis colligatur Nobilem C. M. ejuſq; majores principaliter & in ſolidum alios verò agnatos ipſius ſecundariò de bonis controverſis inveſtitos fuiſſe.

Quartò, ad hoc argumentum contrarium reſpondemus † licet in factis antiquis 44 probariooes minus perfectæ ſufficiant: tamen hoc ita demum verum eſſe, ſi probationes minus perfectæ ſint tales, quæ per ſe ſunt alicujus efficaciæ: ſecus autem eſſe, ſi probationes minus perfectæ per ſe ſunt nullius efficaciæ,

Tunc enim illæ etiam in factis antiquis nullam fidem faciunt, *Corn. conſ.19. nu 3. lib.2.* Quare ſi inſtrumenta apertè adverſa producta, quę tamē nobis tranſmiſſa non ſunt, talia eſſent, quę per ſe nulli⁹ efficaciæ eſſent, ſequeretur, illa inſtrumenta etiam ex hac cauſa fidem nullam facere. Et ſic liqner, ea, quæ in t. arg. contrar. dicta ſunt, nobis nihil refragari.

Ad ſecundum argumeutum contrarium reſpondem⁹, quoslibet actus atq; etiam diſpoſitionem quamlibet ex iis quæ ſubſequuntur ſive ex uſu vel obſervanria ſubſequentia declarationem recipere, atq; illius & qualitatis & naturæ eſſe intelligi, qualem qualitatem actus ſubſequentes denotanr. Ideoq; cum & I. M. & filius ejus C. M. poſt redemptionem & liberationem facta bona controverſa & ſuo proprio nomine & tanquam ſua propria in ſolidū & principaliter ultra quinquaginta annos poſſederint, ſequitur ex hoc redemptionē & liberationem præcedentem & declarationem recipere, & ita intelligendā eſſe, quod Nobilis I. M. bona controverſa & ſuo nomine & tanquam ſua in ſolidum & principaliter redemerit, & hujus rei nomine cives R. appellatos *ble R.* ſolus liberavit, atq; aliorum Nobilium à M. in inſtrumento liberationis fuerit facta mentio, tanquam illi in bonis controverſis habeant jus non principaliter ſed ſecundariò tantum, mortuo nempè demum abſq; deſcendentibus I. M. & C. ejus filio, nec obſtat, quod natura copulativę ſit, omnes perſonas æqualiter & principaliter regulare, Namq; hoc non procedit, quando actus ſubſequentes contrarium ſuadent: ſicut ſuprà docuimus.

Quarè cum in caſu noſtro ex actibus ſubſequentibus ſatis colligatur I.M. patrem C.M. & redemptionem & liberationem feciſſe, & ſuo nomine & tanquam bona controverſa ad ſe in ſolidum ſpectarent, atq; ex redemptione ſive liberatione ſubſequente colligatur, qualis fuerit obligatio pignoris præcedens, ſequitur in caſu noſtro ſatis probatum eſſe, & majores C.M. bona controverſa & ſuo nomine & tanquam ſua in ſulidum, & principaliter familiæ civium R. appellatæ die R. pignuri obligaſſe.

Ad tertium argumentum contrarium reſpondemus, ex hoc quod I. M. ejuſq; filius C. M. bona controverſa in ſolidum & tanquam ſua propria poſt redemprionem & liberationem factam ſuo numine ultra quinquaginta annos poſſedit, ſatis probari, hæc bona ad C. M. & in ſolidum jure duminii ſpectare, & I. M. illa bona tanquam ſua prupria & principaliter ad ſe jure dominii ſpectantia redemiſſe, nec C. M. quicquam obſtare inſtrumenta inveſtiturarum & liberationis à parte adverſa producta, namq; ad ea in præcedentibus ſatis reſponſum eſt.

Ad quartum argumentum contrarium reſpondemus, in caſu noſtru agi nun de præſumendo tilulo ſive ſubſtantia actus ex curſu temporis, ſed de præſumenda qualitate ſive de declaratione tituli præcedentis. Namque in caſu noſtro certum eſt, bona controverſa familiæ Nobilium der R. pignuris titulo obligara & à Nobili domino I. M. tedempra fuiſſe, ſed ſolummodò controvertirur, quis ex Nobilibus à M. bona controverſa principaliter pignori obligaverit, vel quu animo atq; intentione I. M. bona conttoverſa redemetit.

45 Quarè † cum ex curſu temporis & qualitas tituli indiſtinctè præſumatur, *Aymon. Cravet. in tracta. de antiquita. tempo. 3. part. §. nunc verò ad tertiam. num. 22.* & declaretur, quomodo actus præcedens celebratus fuerit, ſicut hoc ſuprà docuimus, ſequitur, ea quæ in quarto argumento contrario dicta ſunt, nobis nihil reſtagari.

Secundò ad hoc argumentum contrarium reſpondemus, ex curſu longiſſimi temporis titulum ſive ſubſtantiam act⁹ indiſtinctè præſumi, quando curſus longiſſimi temporis habet admiſtum factum hominis ſucceſſivum, pura ſolutionem, præſtationem, vel quid aliud, *Bart. & Dd. l. cum de in rem verſo. ff. de uſur. Dd. l. ſi certis annis C. de pact. Abb. c. pervenit extr. de cenſib. Fran. Balb, in tracta. de præſcriptio. 2. par. 3. part. principal. quæſt. 10. num. 20. Aymon. Cravet. in tracta. de antiquita. tempo. 3. par. §. venio nunc. num. 23.*

Quarè, cum in caſu noſtro curſus longiſſimi temputis habeat admiſtum factum hominis ſucceſſivum, præſtationem nempe ſervitiorum & aliurum onerum, ſequitur in caſu noſtro ex curſu longiſſimi temporis eriam titulum ſive ſubſtantiam actus præſumi. Tertiò reſpondemus, ex curſu longiſſimi temporis titulum ſive ſubſtantiam actus præſumi, eo caſu, quando cum hoc curſu longiſſimi temporis aliæ conjecturæ concurrunt, *conſ. 77. col. pen. verſ. tertia concluſio. Aymon. Cravet. in tracta. de antiquita. tempo. 2. par. §. ex præmiſſis nu. 69. & 3. par. §. venio nunc ad tertiam nu. 24.*

Quarè, cum in caſu noſtro cum curſu longiſſimi temporis, ultra præſtarionem ſervitiorum etiam hoc concurrat, quod I. M. bona controverſa redemit, quodq; is, qui actum aliquem facit, in dubio illum actum & ſuo nomine & tanquam ad ſe pertinentem, principaliter feciſſe intelligatur: dubio omni caret, in caſu noſtro ex curſu longiſſimi temporis etiam ſubſtantiam actus ſive titulum præſumi.

Quartò reſpundemus, in cauſa feudali etiam ex curſu temporis nun habente admiſtum factum hominis, titulum præſumi. Quod ſatis probarur ex eo, quod & conſuetudinibus feudorum expreſsè cautum, & à Dd. communiter traditum eſt, ex lapſu anni etiam non accedentibus aliis conjecturis inveſtitutam præſumi, *c. 1. §. fin. qui ibi Dd. ſi inter vaſal. & dom. lu orit. Alvar & Præpoſ. c. 1. §. ſi quis per trigiuta, ſi de feud. defun. content. Fran. Balb. in tract. de præſcript. 4. par. 4. par. principa. 12. q. prin. quæſt. 1. nu. 2.*

Quarè cum bona controverſa, de quibus in caſu noſtro agitur, feuda ſint, ſequitur, in caſu noſtro ex curſu temporis eriam non accedentibus aliis conjecturis titulum ſive ſubſtantiam actus præſumi.

Ad quintum argumentum † contrarium reſpondemus, illud argumentum procedere tantùm eo caſu, quando agitur de præſumendo titulum, de quo aliter non conſtar: ſecus autem eſſe, ſi agatur de declarando titulũ ſive de pręſumenda qualitate illius tituli, de quo titulo aliter conſtar. 46

Namq; ad hoc neceſſe non eſt, quem fuiſſe in poſſeſſione illa, & feciſſe præ-

ſtationem

ſtationem illam vigore illius tituli eam ob cauſam, tum, quia facilius inducitur declaratio alicujus actus quàm act⁹ novus, tum, quia facilius præſumitur qualitas quàm ſubſtantia actus, *glo.l. talis ſcriptura. §. fin. ff. de legat. 1. Iaſ. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb.obligation.*

Quare cum in caſu noſtro conſtet, & de obligatione & de redemptione pignoris, nec non & de liberatione præcedente atq; ſolummodo nempe agitur de declarando titulum, præcedentem obligationem & redemptionem pignoris. Item & liberationem, ſequitur, ea quæ in quinto argumento contrario dicta ſunt, nobis nihil obſtare, præſertim cum hic actus verus, ſive titulus verus, redemptio nempè pignoris præceſſerit, & clari juris ſit, quod actus ſequens intelligatur celebratus & poſſeſsio ſequens intelligatur & habita & continuata vigore tituli pręcedentis, *l. quædam mulier. ff. de rei vendicat. l. prædia. ff. de acq. poſſeſſio. l. 2. C eo. tit. Bart. l. cum ſolus. ff. de uſucapion. Aymon. Cravet. conſ. 10. nu. 9 & conſ. 91. nu. 1. lib. 1.*

Secundò reſpondemus, cum hoc, quod quis fuerit in poſſeſsione aliqua vel fecerit præſtationem aliquam vigore tituli allegati, ſit difficilis probationis, *Salicet l. cum de in rem verſo. ff. de uſur. Alexan. conſ. 75. nu. 14. lib. 4. Aymon Crav. in tracta. de antiquitat tempo. 4. §. abſolutis num. 56*, atq; † in iis quæ difficilis probationis ſunt, probatio aliàs illegitima & non ſufficiens admittatur, *Corn. conſ 24 num 1. lib. 4. Cardinal. Pariſ. conſ. 55. nu. 31. lib. 1.* atq; conjecturæ & indicia plenam probationem faciant, *Bal. Authen. quas actiones. col. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Bal. l. ſi quis in hoc genus C. de Epiſcop. & Cler. Bal. l. quicunq; C. de ſer. fugit. Bart l. de pupillo, §. ſi quis ipſi Prætori. quæſt. 8. ff. de oper. no. nun. Iaſ. ſi quis ex argentarius. §. prætor ait. ff. de eden.* uſq; adeo, ut in illis quæ difficilis probationis ſunt, lex ſit contenta ea probatione, quæ haberi poteſt, *Alex. conſ. 146. & conſ. 169, nu. 13. lib. 1. Socin. conſ. 16. incipien. In cauſa. lib. 3. Corn. conſ. 103. lib. 1. Card Pariſ. conſ. 55. nu. 32. lib. 1.* receptum eſt, ad probandum hoc, quod quis fuerit in poſſeſſione aliqua, vel fecerit præſtationem aliquam vigore tituli allegati, conjecturas atque indicia ſufficere, *Aymon. Cravet. in tracta. de antiquita. tempo. 4. par. §. abſolutis. num. 56.* ſicut etiam Dd. aliqui tradunt, hoc, quod quis jure aliquo jure proprio ſive jure ſervitutis uſus fuit, conjecturis & indiciis probari, *Alexan. conſil. 50. nu. 8. lib. 3.*

(47)

Sed in caſu noſtro multæ ſunt conjecturæ atq; indicia, quod majores C. M. ſoli bona controverſa pignoris titulo obligaverint, & I. M. pater C. bona controverſa tota ſuo nomine & redemerit & vigore horum titulorum bona controverſa tanquam ſua poſtea poſſederit, tum quia I. M. bona controverſa redemit, & certi juris eſt, quod is qui bona aliqua redemit vel aliud negotium gerit, in dubio illud negotium & ſuo nomine & tanquam ſuum geſſiſſe & illa bona tanquam ſua redemiſſe, intelligatur, *l. & magis. ff. de ſolution.* tum, quia talis præſumitur obligatio pignoris, qualis fuit redemptio ſequens, *l. prout. ff. de ſolution.* tum, quia quando conſtat de titulo ſive actu vero præcedenti, poſſeſsio ſequens intelligitur & acquiſita & continuata vigore tituli ſive actus præcedentis, *arg. l. quædam mulier. ff. de rei vendication.* tum etiam, quia pater C. M. extrajudicialiter oratione horum bonorum interpellatus dixit, illa bona ad ſe ſolum pertinere, quod dictum extrajudiciale probabilem conjecturam inducit, *Alexan. conſ. 50. nu 8 lib. 3. Aymon. Cravet. in tracta. de antiquita. temp. 4 part. §. abſolutis nu. 56*, tum etiam, quia & pater C. M, & ipſe C. M. de bonis controverſis ſoli ultra quinquaginta annos & ſervitia præſtiterunt, & reliqua onera ſolverunt, igitur ſequitur, in caſu noſtro ex poſſeſsione 53. annorum ſatis probari, & quod majores C. M. bona controverſa tanquam ſua propria familiæ civium R. pignoris titulo obligaverint, & quod pater C. M. bona controverſa & ea tanquam ſua propria ſuo nomine redemerit.

Tertiò reſpondemus, † licet aliàs ex ſolo curſu temporis in bonis allodialibus titulus non præſumatur, in bonis tamen feudalibus ex ſolo curſu temporis titulum præſumi & ad hoc tenendum moveor ex eo, quod & LL. cautum, & à Dd. communiter traditum eſt, ex ſola poſſeſsione annali, etiam non accedentibus aliis adminiculis inveſtituram præſumi, *c. 1. §. fin. ſi de inveſtitu. int. dom. & vaſal. Innocent. Alvar. & Præpoſ. c. 1. §. ſi quis per triginta, ſi de feu. defun. conten. Franc. Balb in tract. de præſcriptio. 4. par. 4. par prin. 12. quæſt. princip. quæſt. 1. num. 2.* (48)

Quarè cum in caſu noſtro agatur de feudo, dicendū eſt, in caſu noſtro ex ſolo lapſu temporis inveſtituram præſumi. Ad

49 Ad ſextum argumentum contratium reſpondemus,† veriorem atq; communiorem eſſe illurum Dd. ſententiam, qui volunt, ad præſcriptionem feudi tria tantum requiri, poſſeſsionem nempe continuam triginta annorũ: quod res aliqua tanquam feudum poſſeſsa fuit,& quod poſſeſsor pro illa re ſervitia domino feudi præſtiterit.

Quarè cum hæc tria requiſita in caſu noſtro interveniſſe prubari poſſint, ſequitur,in caſu noſtro Reum conventum ſe exceptione præſcriptionis contra intentionem adverſarii tueri poſſe. Nec obſtat, quod *Matth. de Afflict. in c. 1. §. fin. de feudo. da. in vi. legis commiſſ.* tradit: Ultra hæc tria etiam requiri ut vaſallus ſe purget cum 12. Sacramentalibus.

Namq; reſpondemus, illam doctrinam M. de Afflict. ſicut & alias omnes doctrinas Dd. intelligendam eſſe, juxta text. ſuper quo fundatur, *Bart. l. non ſolum. §. ſi liberationes. ff. de liberation. lega.*

Quarè cum text. in *d. c. 1. §. fin. de feud. dat. in vi. leg. commiſſo.* ſuper quo ſolo fundatur opinio Matthæi de Afflictis, loquitur tantum eo caſu, quando dominus cum vaſallo contendit, nec ullam facit mentionem de illo caſu, quando duo vaſalli inter ſe controverſiam habent,ſicut in caſu noſtro evenit, ſequitur, illam doctrinam ad caſum noſtrum non extendendam.

Similiter & textus in *d. §. fin.* quæ doctrina *M. de Afflict.* ibidem procedit tantum eo caſu, quando conſtat, vaſallum, qui ſe lapſu triginta annorum tueri vult, bona controverſa ab initio pignoris titulo accepiſſe, alioquin verò is, qui ultra 30. annos bona controverſa poſſedit, etiam juramento non præſtito abſolvendus eſt, ſicut hoc ex preſsè atq; in ſpecie tradunt *Alvarott. & Præpoſit. c. 1. §. ſi quis per triginta, ſi de feud. defunct. content.*

Deinde quoq; non obſtat noſtræ ſententiæ id, quod traditur, poſſeſsionem longiſſimi temporis non patrocinari vaſallo, neq; quoad præſcriptionem neq; quoad præſumptionem, niſi vaſallus nominet per quem dominum ſit facta inveſtitura, ſive exprimat perſonam domini, qui conceſſit titulum, *Matth. de Afflict. c. 1. §. final. de nat. feudo*: Namque reſpondeo hoc non procedere, ſi vaſallus propter antiquitatem temporis ignoret nomen primi conceſſoris.

Tunc enim vaſallus non cogitur ad impoſſibile, ſed ſatis eſt probare tempus tam antiquum, *Bal. c. 1. §. cum autem. nu. 7. & ibi M. de Afflict. nu. 24. de controverſ. inveſtitu.*

Sed certum eſt, in materia † præſumendæ ignorantiæ dici tempus antiquum, tempus longum, decem annorum nempè, *gloſ. l. ſi id quod in prin. ff. de acquir. poſſ. glo. 1. l. fin. C. unde vi. Bart. & Alex. l. ſi de eo. §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. Alex. l. peregre. in prin arg. ill. text. ff. eod. tit. Iaſ. l. ſi res obligata. num. 36. ff. de legat. Iaſ. l. 1. nu. 48. C. de ſerv. fugit. Aymon. Cravet. conſ. 28 nu. 4. lib. 1. arg. l furtum. §. 1. ff. de uſucapio. §. quod autem Inſtit. eo tit.* præſertim ſi agatur de facto alieno, in quo facilius ignorantia præſumitur, *l. ſi mulier. ff. ad S C. Vellejanum. l. fin. ff. pro ſuo. l. quod vulgo. ff. pro emptore. l. qui in alterius & ibi Dec. ff. de regul. ju. gloſ. d. l. ſi res obligata & ibi Iaſ. num. 38.* 50

Quarè, cum in caſu noſtro de facto alieno agatur & majores Nobilis C. M. ante & puſt oppignorationem factam bona controverſa longiſsimo tempore & C. M. ejuſq; pater poſt redemptionem pignoris factam buna controverſa ultra quinquaginta annos poſſederint, ſequitur Nobilem C. M. propter antiquitatem temporis probabiliter ignorare nomen primi conceſsoris, eamq; ob cauſam ipſum cogi non poſſe nomen primi conceſſoris exprimere.

Ad ſeptimum argumentum contrarium reſpondemus & † quamlibet poſſeſſionem in dubio juſtam & legitimam, *Bart. & Alexan. l. communi dividundo. §. inter prædones. ff. com. dividun. Alex. conſ. 33. lib. 4. Corn. conſ. 185. in final. lib. 3. Aymon. Cravet. conſ. 150. nu. 5. lib. 1. arg. l. merito. ff. pro ſocio l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio.* & quemlibet poſſeſsorem in dubio bonæ fidei poſſeſsorem præſumi, *And. de But. Abb. & Fel. c. ſi diligent. extr. de præſcriptio.* præſertim ſi quis rem aliquam ultra triginta annos poſſederit, is enim bonæ fidei poſſeſsor præſumitur, etiamſi de alterius antiquiori poſſeſsione fides fieri poſſit, *Bart. l. fin. nu. 17. C. unde vi. Bal. & Angel. l. ſuper. longi. C. de præſcriptio. long. tempo. Alexan. conſ. 71. num. princ. conſ. 100. col fin. lib. 1. conſ. 76. col. fin. conſ. 151. col. 2. lib. 2. conſ. 16. col. 6. & conſ. 24. col. fin. lib. 4. Socin conſ. 181. Corn. conſ. 136. col. 3. lib. 2. Franciſ. Curt. conſil. 82.* uſque 51

adeo,

adeò, ut poſſeſsio triginta annotum præſumatur habere juſtitiam permanentem, *Cyn. l. ſi ſolennibus. C. de fidejuſſoribus Bald. & Matt. de Afflict. c. 1. §. cum autem, de controver. inveſtitn. Matt. de Afflict. deciſio. 277. num. 6. utq; multi ex Dd.* tradidête, poſt lapſum 30. annorum malam fidem allegari non poſſe, *Bart. d. l. fin. num. 17. C. unde vi. Paul. de Caſtrenſ. conſ. 169. col. 2. lib. 1. Dec. conſ. 267. col. 3. & conſ. 272. col. 5. Iaſ. de §. ſed iſtæ Inſtit. de action. Iaſ. conſ. 57. col. fin. conſ. 72. col. 2. lib. 1. & conſ. 209. col. 2. lib. 2, Curt. jun. conſ. 52. col. 2.*

Cum itaq; C. M. ejuſq; pater bona controverſa poſt redemptionem pignoris ultra quinquaginta annos poſſederint, ſequitur, ipſorum poſſeſsionem & juſtam & ipſos bonæ fidei poſſeſsores præſumendos, nec ipſis quicquam obſtare, quò minus ipſi bona controverſa præſcribere potuerint, etiam poſito, ſed tamen non conceſso H. M. probare poſse partem bonorum controverſorum ad majores ſuos ſpectaſſe. Nec obſtat, quod dicitut, I. M. ſciviſſe ſe obligatum partem bonorum controverſotum H. M. agnato ſuo teſtituere, Namq; reſpondetur I. M. non fuiſse obligatum partem bonorum conrrovetſorum H. M. reſtituere, multò verò minus ipſum ſciviſſe ſe ad hoc obligatum eſſe.

52 Ad octavum argumentum contrarium reſpondemus† denuntiarionem extrajudicialem factam poſt præſcriptionem inchoatam neq; præſcriptionem cœptam interrumpere neq; eum, cum hæc denuntiatio facta eſt, in mala fide conſtituere, *l. pen. & ibi gloſ. ff. pro emptore. Speculator. §. nunc docendum el. 2. tit. de emptio. & vendition. Bart. l. naturaliter. ff. de uſucap. Bald. l. ſi fundum C. de rei vendicarion. Immo. c. fin. extr. de præſcriptio. Abb. c. ſi diligent. extr. eo tit. Corn. conſ. 50. lib. 2. Iaſ. l. fin. ff. de eo per quem factum fuit.*

Quatè cum in caſu noſtro hæc denuntiatio extrajudicialis fuetit facta, poſt præſctiptionem non tantum cœptam ſed etiam completam dici non poteſt, per illam denuntiationem C. M, vel patrem illius in mala fide fuiſſe conſtitutum.

Secundò reſpondemus, malam fidem ſupetvenientem poſt præſctiptionem completam nihil nocete neq; præſctiptionem completam intertumpere, *glo. Abb. Fel. & Dd. c. vigilanti. extr. de præſcription.*

Cum itaq; hæc interpellatio extrajudicialis fuerit facta poſt præſcriptionem completam, certum eſt, per illam præſcriptionem, jam completam non potuiſſe interrumpi etiam poſito, ſed tamen non conceſso per illam interpellationem I. M. patrem C. in mala fide conſtitutum.

Ad nonum & decimum argumentum contrarium teſpondemus, negando I. M. in mala fide fuiſſe eamq; ob cauſam nihil obſtare, quòminus & I. M. & C. M. bona controverſa præſcribete potuerint.

Ad † undecimum argumentum contrarium reſpondemus, Primò, in caſu noſtro non agi de præſcriptione juris offerendi, cum bona controverſa in ſolidum ad I. M. ejuſq; majores ſemper pertinuerint & redemptis hiſce bonis nullus habuerit jus offerendi, & hæc bona vel in totum vel pro parte I. M. auferendi. 53

Secundò teſpondemus, bona controverſa ſemper & ab initio & ad C. M. & patrem & majores ejus ſpectaſſe jure dominii, eamq; ob cauſam opus non eſſe de præſcriptione diſputare. Et poſito, patrem adverſam probare poſſe partem bonotum conrroverſorum ad majores ſuos pertinuiſſe: tamen veriorem atq; communiorem eſſe illorum Dd. ſententiam, qui volunt, jure offerendi debitum & recupetandi pignus à creditore præſcribi ſpatio triginta annotum, *gloſ. l. cum notiſſimi. §. ſed cum illud. ver. conatur. C. de præſcriptio. 30. vel 40. anno. Angel. §. actionum. Inſtit. de action. Franciſ. Balb. in tract. de præſcription. 4. part. 5. part. princ. quæſt. 2.*

Cum itaque ſecundum communem atque receptam Dd. ſententiam creditor principalis juri offetendi præſcribere poſſit, ſequitur, quod multò magis is, qui ab eo pignus tedemit, huic juri præſcribere poſſit, Et poſito, ſed tamen non conceſſo, creditorem juri offerendi præſcribere non poſſe: tamen nihil impedit, quò minus is, qui tem pignoraram à creditore redemit, tanquam ſuam ptopriam & rem pignoratam titulo pro ſuo præſcribere & debitorem à jure offerendi excludere poſſit, *arg. l. 2. & 3. & fin. ff. pro ſuo.*

Quarè cum I. M, bona controvetſa à familia civium R. appellaea die ℞. tanquam ſua propria redemerit, & tanquam ſua proptia illa bona ab ipſo &

à filio

à filio ejus C. M. ultra quinquaginta annos poſſeſsa fuerint, ſequitur, illa bona controverſa præſcripta fuiſſe, etiam poſito, ſed tamen non conceſso J. M. in illis bonis nihil juris habuiſſe.

Nec obſtat, quod nemo plus juris in alium transferre poſſit, quàm ipſe habet, namque reſpondemus, primò & J. M. & C. M. ejus filium quuad hæc buna habere cauſam non à civibus R. quibus hæc bona à majoribus ſuis oppignorata erant, ſed a majoribus ſuis, qui hæc bona primò acquiſiverint.

Secundò reſpondemus, hoc quod quis rem aliquam uſucapere vel præſcribere poteſt, ex legis diſpuſitione procedere, *arg. Inſtitut. de uſucapion. in princ. Inſtitut. de perpetu & temporalib. action. in princ.* Ideoq; licet autor meus rem aliquam uſucapere vel præſcribere non potuit, ego tamen rem uſucapere vel præſcribere non prohibeor, *§. quod autem. Inſtitut. de uſucapio.*

Tertiò reſpondemus, illud jus, quod nobis nun actu, ſed potentia tantum competit, in alium transferri poſſe, *Abb. c. cura paſtoralu in fin. extr. de jur. Patronat. Dec. l. nemo plus juris nu. 6. ff. de reg. jur. Tiraquel. in tracta. de utroq; retractu. 2. par. gloſ. 3. nu. 46.*

Quare, cum quilibet habeat in potentia jus præſcribendi, rem per ſe & ſua natura præſcriptibilem, licet ipſe propter malam fidem vel aliam cauſam illo jure in actu careat, ſequitur, nihil obſtare, quò minus is, qui actu præſcribendi propter malam fidem vel aliam cauſam deſtituitur uſucapiendi vel præſcribendi conditionem in alium transferre poſſit.

Deinde quoque nihil nobis † obſtat,
54 quod mala fides autoris noceat ſingulari ſucceſsori. Namq; hoc tantùm procedit in præſcriptione longi temporis: ſecus autē eſt in præſcriptione longiſſimi temporis in illa enim mala fides auctoris ſucceſſuri ſingulari non nocet, *d. Authen. malæ fidei & ibi Dd C. de præſcriptio. long. tempo Bart. Alexan. Iaſon & Dd. l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquir. poſſeſſ. Immo. l. furtum. §. feudi. ff. de uſucapion. Angel. §. ſed. iſtæ. Inſtitut. de action. Franciſ. Bald. in tracta. de præſcription. 2 par. 3. par. principa. quæſt. 12.*

Quare cum & J. & C. M. bona controverſa non modò ultra triginta verùm etiam ultra quinquaginta annos poſſederint, ſequitur, ipſis non nocere malam fidem der R. etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, ex ipſis à civibus R. den R. cauſam habuiſſe & prædictas cives R. in mala fide fuiſſe.

Ad duodecimum argumentum contrarium † reſpondemus, neque contra J. 55
M. neque cuntra filium ipſius C. M. jus redimendi nunquam competiiſſe, cum J. M. bona ſua propria à majoribus ſuis oppignorata ſuo nomine proprio redemerit, eamque ob cauſam fruſtra diſputari de præſcriptione hujus juris, cum non entis nullæ ſint qualitates, *l. ejus qui. ff. ſi cert. petat.* & id quod non eſt, præſcribi vel extingui nequeat, *arg. l. nam etſi. ff. de injuſto rupto irritoq; facto Teſtamen. l. decem. ff. de verb. obligation.*

Secundò reſpondemus, veriorem & communionem eſſe illorum Dd. ſententiam, qui volunt, juri redimendi rem venditam competenti ex pacto, indiſtinctè ſpacio 30. annurum præſcribi, *Angel. conſil. 55. Fel. c. cum acceſſiſent. num. 27. extr. de conſtitut. Fel. c. ſi diligenti. extr. de for. comp Fel. in Rub. n. 15. extr. de præſcript. Iaſon l petens. num. 10. & ibi Claud. Aquen. & Dec. num. 7. C. de pact. Iaſon. l. ſi matre C. de inſtitut. & ſubſtitut Franciſc. Balb. in tracta. de præſcriptio. 4. part. 5. part. princip. quæſt. 3. Carol. Molin. in tracta. de uſur. num. 95. Socin. jun. conſil. 145. lib. 1. Aym. Cravet. conſil. 71. lib. 1. Hieron. Schurff. conſil. 69. num. 25. conſil. 70. num. 34. lib. 1. & conſil. 44. num. 3. lib. 2. Tiraquæ. qui multas autoritates ad hoc citat in tracta. de utroq; retractu 2. par. §. 1. gloſ. 2. num. 7.* etiamſi is qui ex hoc pacto conveniri poteſt, ſit in mala fide, *Bald. conſil. 33. lib. 1. Dec. l. petens. num. 7. C. de pact. Franciſ. Bald. in tractat. de præſcript. 4. par. 5. part. princ quæſt. 3. Socin. jun. conſil. 145. lib. 1.*

Ad decimum tertium argumentum contrarium reſpondemus, in caſu noſtro probatum non eſse, per inſtrumenta inveſtiturarum liberationis vel alio modu Actorem vel majores illius unquam pro aliqua parte habuiſse duminium illorum bonorum, de quibus cuntruvertitur. Imò inſtrumenta tàm inveſtiturarum quàm liberationis à parte adverſa producta declarata, per uſum ſive poſſeſsionem ſubſequentem ſatis probant, & C. M. & patrem & majores illius ſemper inſolidum habuiſse dominium bonorum controverſorum

56 ſorum. Secundò † reſpondetur, eum, qui ſemel fuit dominus, non præſumi dominum eo caſu, quando dominium ab altero præſcriptum eſt, *Aym. Cravet. in tract. de antiquit. temp. 1. part. n. 5.* Sed certum eſt, & C. M. & patrem ejus tam diu bona controverſa poſt redemptionem factam poſſediſſe, ut ipſi præſcripſerint dominum horum bonorum, etiamſi hæc bona ipſorum propria antea non fuiſſent. Igitur ſequitur, in noſtro caſu illam regulam, quæ vult, ſemel dominum ſemper præſumi dominum, non habere locum, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, partem adverſam legitimè probaſſe, bona controverſa aliquando ad ipſam pertinuiſſe.

Ad decimum quartum & ultimum argumentum contrarium reſpondemus, primo in caſu noſtro per Inſtrumenta producta non eſſe probatum, partem adverſam vel majores ipſius bona controverſa vel in ſolidum, vel pro parte poſſediſſe.

57 Nec obſtat, † quod per Inſtrumenta antiqua probetur poſſeſſio. Namque hoc tantum procedit eo caſu, quando in Inſtrumentis antiquis expreſsè dicitur, quem eſſe vel fuiſſe in poſſeſſione aliquorum bonorum. Secundo reſpondemus, licet is, qui ſemel probatur, fuiſſe in poſſeſſione alicujus rei, ſemper præſumatur, illam poſſeſſionem & retinuiſſe & continuaſſe, hoc tamen procedere tantùm uſque ad decennium.

Namq; cum per decennii lapſum ſive negligentiam regulariter poſſeſſio admittatur, *l. furtum. §. 1. & ibi gl ff. de uſucap. gl. Bar. Iaſ. & Dd. l. 1. C. de ſerv. fug. Bar. & Alex. l. ſi de eo. §. 1. ff. de acquir. poß.* receptum eſt, poſſeſſionem ſemel habitam non præſumi continuatam, niſi uſq; ad decennium, *Matthеſil. in ſuis Notab. fol 5. col. 2. in notab. incip. notabilem doctrinam. Alex in addit. ad Bart. l. Celſus. & ibi Franc. Balb. in repet. 4. part. q 1. nu. 7. Franc. Curt. conſ. 24 incip. ſuper eo, quod quæritur. col. 2. circ fin. Aret l. Pomponius. § fin. ff de acq. poß.*

Quare cum C. M. & pater ejus bona controverſa oltra 50. annos poſſederint, ſequitur, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo per inſtrumenta producta probatum eſſe, partem adverſam vel majores ipſius bona controverſa aliquando vel in ſolidum vel pro parte aliqua poſſediſſe, tamen hoc non obſtante C. M. ſe contra intentionem partis adverſæ exceptione præſcriptionis juvare poſſe.

Et ſic per prædicta concludimus, quod non obſtantibus illis, quæ pro contraria parte adducta ſunt, petitio H. M. nullo jure nitatur.

Ad ſecundam quæſtionem principalem reſpondemus, † cū quilibet in jus vocatus, etiamſi ipſe exceptione ſe tueri poſſit, regulariter in jus venire, & vel exceptionem proponere vel actioni inſtitutæ reſpondere cogatur, *arg. l. ex quacunq;. & ibi Bart. Iaſ. & Dd. ff. ſi quis in jus vocat. non ier. l. ſi quis ex quacunq; ff. de judic.* atq; ab hac regula non reperiatur exceptus caſus noſter, ſequitur etiam C. M. ab G. M. conventum in judicium venire & vel exceptiones, quas ſibi competere putat, objicere vel actioni contra ſe inſtitutæ, reſpondere cogi. 58

Namque certi juris eſt, † quod regulæ juris ſemper ſit & inhærendum & ſecundum eam pronunciandum, niſi de exceptione fides fiat, *Bart. d. l. ex quacunq;. & ibi Iaſ. num. 33. ff. ſi quis in jus vocat. non ier. Bald. c. 1. col 2 ext. de alienat. judic. mut. cauſ fact. Dec. l. 1. ff. de reg. jur. arg. l. quoties. & ibi Bart. ff. ſi quis cautio. l. ab ea parte. ff. de probatio.* 59

Ad tertiam quæſtionem breviter reſpondemus, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, G. M. probare poſſe, bona controverſa pro parte aliqua ad majores ſuos ſpectaſſe, Nihilom tamen C. M. contra intentionem actoris ſe exceptione præſcriptionis tueri poſſe, ſicut hoc ſatis liquet ex iis, quæ pro deciſione primæ quæſtionis adduximus.

Ad quartam quæſtionem reſpondemus, exceptionem præſcriptionis dupliciter opponi poſſe, primò ante litem conteſtatam ad proceſſum, & impediendum litis ingreſſum. Secundò poſt litem conteſtatam ad merita cauſæ, & quod hæc exceptio ante litem conteſtatam ad impediendum proceſſum opponi poſſit, tenent Doctores communiter *Cyn. Bald. Salic. & Stquac. l. emptor. C. de præſcript. long. temp. Præpoſ. c. 1. §. ſi quis. per triginta. ſi de feud. defunct. content. Bart. l fin. arg. ill. text. ff. pro ſuo. Bart. Bald. Angel. Iaſ. Dec. & Dd l. fratris. C. de tranſactio. Lucas de Penna. l. ſi quis. col. 6. C. de naviculа. lib. 11. Luc. de Pen. l. fin. col. pen. verſ. ſuper hoc dominus meus. Ang. Aret. §. æqui verſ. octavò, eſt etiam. Inſtit. de except. Bart. l. omnes. arg. ill. text. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. Domin. poſt Ioan. de Phana. c. 1. de litis conteſt. lib. 6 Fel. Rubr. n. 10. ext. de præſcript. Dec. conſ. 22. & conſ. 358. n 13 Fr. Balb. in tr. de præſcript. 1 part. 9. quæſt. Bald. authent. niſi. C. de bon. patern. Alexand.* 60

conſil. 213 num. 1. lib. 2. Nicol. Boër. deciſ. 344. Socin. junior conſ. 14. num. 15. lib. 3. requiritur ut opponens.

61 Ad hoc tamen, † ut reus intelligatur exceptionem præſcriptionis oppoſuiſſe ad impediendum proceſſum ſive litis ingreſſum requiritur, ut opponens dicat, Domine judex, vos non poteſtis in cauſa procedere, quia ſi quod forſan jus actori poſſet competere, hoc præſcriptione ſublatum eſſet, *Bart. l. fin. ff. pro ſuo. Bart. l. cum quærebatur. ff. judicatum ſolvi. Bald. l. eleganter. §. ſi quis poteſt. ff. de condict. indeb. Bald. Angel. Ludovic. Roman. Alex. & Iaſ. l. nam & poſtea. ff. de jurejurand.*

Secundò requiritur, ut is, qui hanc exceptionem ad impediendum litis ingreſſum opponere vult: offerat, ſe hanc exceptionem in continenti probare velle, *Bart. l fin. num. 4. ff. pro ſuo Alex. conſ. 94. nu. 3. lib. 4. Felin. c. exceptionem n. 36. extr. de exceptio.*

Tertiò requiritur, ut illa exceptio non habeat altiorem indaginem, ſed in continenti probari poſſit.

Namque ſi illa exceptio habeat altiorem indaginem, illa poſt litis conteſtationem reſervatur, *Bart. Alex. Iaſ. & Dd. l. nam & poſtea. ff. de jurejur. Bart. l. fin. ff. pro ſuo. Bart. l. cum quærebatur. ff. judicatum ſolvi. Fel. Rubr. num. 10. extr. de præſcriptio. Alberic. de Roſat. l. emptor. C. de præſcript. long. tempor. Guilhel. de Cugn. l. eleganter. §. ſi quis. & ibi Alber de Roſat. col. 2. & Socin. in tertio notab. ff. de condict. indeb. Dec. conſ. 22. Nicol. Boër. deciſ. 344. Franciſc. Balb in tract. de præſcript. 1 part. quæſt. 9. Alexand. l. ille à quo §. ſi de teſtamento. num. 4. arg ill. text. ff. ad SC. Trebel. Felin. c cum contingat. num. 18. extr de offic. delegat Fel. c exceptionem. n. 24. ext. de except. Bart l. ſi pupilli. §. videamus. n 7. ff. de negot geſt.*

62 Non tamen requiritur † ad hoc, ut hæc exceptio præſcriptionis ante litem conteſtatam opponi poſſit ad impediendum proceſſum ſive litis ingreſſum, ut illa exceptio ſit liquida, ſed ſufficit, ſi illa ſtatim liquidari poſſit, *Bald. l. ſi is quem arg ill text. C. ne de ſta. defunct. Fel. Rubr n. 10. ext. de præſcript. Dec. conſ. 22. n. 3. Fr. Balb. in tr. de præſcript. 1. part. q. 9. nu. 2.* quæ ſententia etiam ex eo comprobatur, quod Dd. communiter tradunt, non tantùm exceptionem præſcriptionis vel aliam litis finitę, ſed etiam quamlibet aliam exceptionem peremptoriam ante litem conteſtatam ad impediendum proceſſum ſive progreſſum litis opponi poſſe, eo caſu, quando illa exceptio eſt liquida ſive notoria. *Ioan. Andr. & Petr. de Anch. c. 1. de lit. conteſt. lib. 6. Ioan. Andr. in add. ad Spec. §. dicto. ver. ſed pone. Bal. in repert. Innoc. ver. exceptio. q. 20. Bal l. eleganter. § ſi quis poſt. ff. de condict indeb. Bal. l. poſtquam liti. col. 3. verſ. octava exceptio. C. de pact Ian. de Imol. c. 1. de lit. conteſt. lib 6. Ant. de Butr & Abb. c ſuper literis & ibi Felin. n 37. & Dec. n. 11. extr. de reſcript. Ant. de Butr. & Abb. c. fin. & ibi Felin. n. 4. extr. de libel. oblat. Ant. de Butr. c. ex parte. extr. de for. compet. Ant. de Butr. Abb & Imol. c. exceptionem. & ibi Fel. n. 34 ext. de except. Abb. c. 1. n. 8. ext. de ord. cognit. Alex. l. nam & poſtea in pr. n. 7. & §. ſed etſi quis. & ibi Iaſ. n. 8. ff de jurejur Alex. conſ. 62. nu. 11. & 12. lib. 7.* Si igitur exceptio præſumptionis non aliter ante litem conteſtatam ad proceſſum ſive impedimendum litis ingreſſum opponi poſſit, niſi illa exceptio ſit liquida & notoria, ſequeretur hanc exceptionem litis finitę & præſcriptionis nihil differre à reliquis exceptionibus peremptoriis. Quod tamen & manifeſtè falſum & à Dd. communiter reprobatum eſt, cum & jure expreſsè cautum & à Dd. communiter traditum ſit, exceptionem præſcriptionis & reliquas exceptiones litis finitæ quudam ſpeciali privilegio ante litem conteſtatam ad impediendum proceſſum præ cæteris exceptionibus peremptoriis opponi poſſe, *cap. 1. & ibi Dd. de lit. conteſt. lib. 6.*

Similiter non. † requiritur, ut hæc exceptio inſtrumentis probetur, ſed ſufficit hanc exceptionem etiam teſtibus probari. 63

Namque cum indiſtinctè quælibet exceptio peremptoria, quæ in continenti in inſtrumento aliquo, cui exceptio nulla obſtat, probari poteſt, ante litis conteſtationem ad impediendum proceſſum opponi poſſit, *Ioan. Andr in add. ad Spec. §. dicto. verſ. ſed an reus. tit. de except. Ant. de Butr. c fin. extr. de libell oblat. Ant de Butr. c. 1. & ibi Abb. n. 8. ext. de ordin. cognit Bald. l eleganter § ſi quis poſt. ff de condict. indeb. Ant. de Butr. c. exceptionem. & ibi Fel. n 34. extr. de except. Alex. l. ait Prætor. n. 7. ff. de jurejur.* ſequeretur, inter exceptionem præſcriptionis & reliquas exceptiones peremptorias nihil intereſſe, neque exceptionem præſcriptionis præ cæteris exceptionibus peremptoriis quicquam ſpecialiter habere, ſi illa non aliter ante litis conteſtationem opponi poſſit. Niſi illa per inſtrumentum probari poſſit, quod tamen minimè admittendum eſt, cum Dd. communiter concludant, exceptiones

præſcri-

præſcriptionis, reliquarumq́; exceptionum qualitatis finitæ ſunt, ſpeciale privilegium eſſe, ut illæ ante litem conteſtatam opponi poſſint.

Et cum † verba quantumcunq; præciſè recipiant limitationem extenſivam, *Bar. Ang. & Dd. l. ſtipulatus ſum. & ibi Iaſ. num. 2. & 3. ff. de verb. obligat. Angel. & Iaſ. l. 3. §. in admittenda. ff. de acquir. poſſeſ.* & interpretationem, *Bald. l. quamvis. & ibi Iaſ. num. 3. ff. de in jus vocan.* atque cum temperamento juſticiæ intelligi debeant, *Bald. l. quod dicimus. argum. ill. text. ff. de ſolutio. Iaſ. d. l. ſtipulatus ſum Damam. nu. 2.* receptum eſt, eum qui actum aliquem in continenti ſtatim ſive protinus expedire tenetur, non cogi iſtum actum illicò & abſque dilatione aliqua expedire, *arg. d. l. quod dicimus.* ſed ipſi concedi tempus ſive terminum aliquem competentem nunc minorem, nunc majorem ſecundum ſubjectam materiam arbitrio judicis moderandum, ad illum actum expediendum, *Iaſ. d. l. ſtipulatus ſum Damam. Iaſ. l. lecta. num. 10. ff. ſi cert. petat. Bart. l. 3. §. eum igitur. ff. de vi & vi armat. Felin. c. veniens. el. 2. num. 13. extr. de teſtib. Iaſ. l. fin. num. 3. C. de judic.* Ideoq; licet Dd. tradant, exceptionem præſcriptionis non aliter ante litem conteſtatam ad impediendum proceſſum opponi poſſe, niſi illa exceptio in continenti probari poſſit, tamen hæc doctrina Dd. non ita intelligenda eſt, ut quis exceptionem præſcriptionis illicò & abſq; dilatione aliqua probare cogatur, ſed ut quis habeat terminum competentem ad probandam hanc exceptionem præſcriptionis, ſicut hoc expreſsè atq; in ſpecie tradit *Paul. de Caſtr. l. nam. & poſtea in pr. ff. de jurejuran. Socin. c. 1. verſ. 30. exceptio. de lit. conteſt. Felin. c. exceptionem. num. 36. extr. de exceptio. Roman. conſ. 244. incip. pro evidentia dicendorum. Aret. c. veniens. el. 2. col. 8. extr. de teſtib. Dec. c. prudentiam. §. ſexta. 3. notab. extr. de offic. delegat. Aym. Cravet. conſ. 156. nu. 7. lib. 1.*

Et cum ea, quæ legib. † expreſsè determinata non ſunt, arbitrio judicis definienda permittantur, *l. 1. ff. de jur deliber. c. de cauſis. extr. de offic. delegat. Tiraquell repetit. l. ſi unquam. verſ. liberos ſuſceperit. num. 27. uſq. ad nu. 31. C. de revoc. donat.*

Doctores tradidère, hoc, an & quando oppoſita exceptio in continenti probari poſſit arbitrio judicis definiendum permitti, *Innocent. Cardinal. Immol. Abb. & Anton. de Butr. c. veniens. el. 2. & ibi Felin. n. 15. extr. de teſtib. Bald. l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibendum. Bald. l. ſi ex falſis. n. 11. C. de tranſact. Bald. l. 2. C. de edict. div. Hadr. tollen. Bald. l. 1. C. ut in poſſ. legato. Bald l. fin. C. de ord. cognit. gloſ. l. ſi u à quo. verſic. hodiè. & ibi Bart. ff. ut in poſſ. legat. Bald. d. c. veniens. el. 2. Bald. c. conſtitutus. ext. de appellat. Petr. Iacobi in ſua tract. in for. ſecundi libelli. col. 2. ſuper l. 2 C. de edict. div. Hadr. Fel. c. cum contingat. n. 10. extr. de offi. delegat. Tira. repet. l ſi unquam. verſ ſuſcepit liberos. n. 30.* Non tamen judex ſecundum propriæ voluntatis placitum, ſed ſecundum id, quod bonis atq; prudentibus viris rectum & juſtum videbitur, arbitrari debet, utrum exceptio in continenti probari poſſit an verò non, *argum. l. continuus. §. cum ita. & §. ſequenti. ff. de verbor. oblig at. §. oportet. authent. de judicibus. facit id, quod docet Bald. d. l. hac lege. C. de ſentent. ex pericul. recitan.*

Quinimò, ſi judex iniquè arbitratus fuerit atq; ſtatuerit, illam exceptionem, quæ ſecundum arbitrium bonorum atque doctorum virorum in continenti probari poteſt, non poſſe in continenti probari, ab eo appellari poteſt, *gl. l ſi qua pœna. & ibi Bar. & Alex. in addit. ad Bart. ff. de verb. ſignific. gl. c. ſuper his. & ibi Ant. de Butr. Imol. & Abb. ext. de accuſat. Ioan. Andr. in add. ad Speculat. § ſequitur. verſ. ſed nunquid creditor ſit. de citatio. Lapus & Domin. c. 2. de jurament. calum. lib. 6. Immol l. 2. ff. de publ. jud. Petr. de Anchor. c. cupientes. in princ. col 2. verſ. quartò dicitur hic. de elect. lib. 6. Ant. de Butr. & Dd. c. cum parati. & ibi Dec. extr. de appellat. Abb. c. cum veniſſent. col 3. verſ. hinc eſt quod à judice. extr de judiciis. Abb. c. 1. col. 2. extr. de dilatio. Alex. l. etſi ſeverior. ad fin. C. ex quib. cauſ. infam. irrogat. Alex l. 1. col. pen. ff. de legat. 2. Fel. c. exceptionem. col. 1. & 2. exer. de except. Iaſ. l. quod juſſit. ff. de ſent. & re judic. Dec. c. ſedes Apoſtolica.* Ideoq; tradunt Dd. judicem arbitrari debere, exceptionem illam in continenti probari poſſe, quæ poteſt probari & liquidari intra illud temp. intra q̃ inſtãtia cauſę principalis expediri vel ſopiri poteſt, *Bart in conſt. ad reprimen. verſ ſummariè. n. 4. Ang l. ille à quo. §. ſi de teſtamento ff. ad SC. Trebel. Salic l. 2. & ibi Alex. C. de edict. div. Hadr toll. Card & Imol. c. 1. cum in jure. ext. de off. deleg. Imol. Clem. 1. col. antepen. de re jud. Alex. conſ. 66. n 6. & 7. lib. 2. Fel c. exceptionē. n. 24. ext. de excep. Bar. l. fin. n. 8 C. de cõpen. lib. 2. Fel c. cũ contingat n. 18. ex. de off deleg.*

Huc accedit id, quod tradunt Dd. † exceptionem nullitatis vel aliam quę opponitur executioni rei judicatæ, tunc demum dici 66

 in con-

in continenti probari, ſi illa probari poſſit intra illud tempus, intra quod alioquin executio rei judicatæ expediri ſolet, *Bart. l. 4. §. condemnatum. num. 4. & ibi Alexand. & Iaſ. uterq. num. 30. ff. de re judic. Bart. l. fin. num. 7. C. de compenſatio. Card. & Immol. cum in jure. extr. de offic. delegat.*

Alibi verò inquit Bart. judicem debere arbitrari, illam exceptionem non requirere altiorem indaginē, quæ intra illud tempus probari poteſt, intra quod tempus præparatoria judiciorum ante juramentum calumniæ præſtitum, videl. ante litem conteſtatam expedire ſolent, *Bart. l. ſi is à quo. n. 3. ff. ut in poſſ. legator.* quam doctrinam referunt atq; ſequuntur *Alex. & Iaſ. d. §. condemnatum uterq. n. 30. Iaſ. l. 2. n. 2. C. de edict. div. Hadr. toll.* Et ſic per prædicta concludimus C. M. exceptionem præſcriptionis ante litis conteſtationem ad impediendum proceſſum opponere poſſe, ſi ipſe offerat ſe ad probandum in continenti hanc exceptionem, & hanc exceptionem probare poſſit teſtibus, inſtrumentis, vel alio modo intra illud tēpus, intra quod alioquin de exceptionibus dilatoriis diſputari ſolet. Quinimò, etſi exceptio præſcriptionis requirens altiorem indaginem, ante litem conteſtatam reſervata fuerit, hęc reſervatio illud operatur ut probata hac exceptione poſt litem conteſtatam & reus abſolvatur, & omnia acta judicii retrò nulla declarentur, *Bart. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. & ibi Alex. n. 4. ff. ad SC. Trebell. Salic. & Paul. de Caſtr. l. nam & poſtea. in pr. & ibi Iaſ. n. 24. ff. de jurejuran. Fel. c. exceptionem. n. 24. extr. de exceptio. fac. id quod tradit Bald. l. 1. n. 8. C. qui legit. perſon ſtan. in jud. hab. Iaſ. l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. n. 32. ff. de jurejuran.*

Ad quintam quæſtionem reſpondemus,
67 ſiquidem † exceptio præſcriptionis ante litem conteſtatam ad proceſſum opponatur, judicem de illa & cognoſcere & pronunciare cogi: Sin autem illa exceptio ad merita cauſę opponatur, judicem cogi quidem de illa exceptione cognoſcere, ſed non pronunciare, ſed ſufficere, ſi ipſe ſuper principali negotio pronunciet.

Certi enim & indubitati juris eſt, quod judex ſuper omni exceptione, quæ proceſſum reſpicit, ſive illa ſit peremptoria, ſive dilatoria cognoſcere, & antequam ad ulteriora procedat, pronunciare debeat, *Bartolus & Baldus l. 1. numer. 7. & 8. C. de ordin. judic. Bald. l. à procedente. C. de dilat. Bart. l. ait Prætor. in pr. num. 5. ff. de minorib. Abb. c. 1. extr. de ordin. cognitio.* quod uſque adeò verum eſt, ut procedat, etiamſi reus opponens exceptionem, ſit in præſumpta calumnia, *Bald. l. 1. & num. 52. C. quo accuſ. poſſ. vel non.* utq; judex exceptionem peremptoriam vel aliam quæ ad proceſſum opponitur, ſi illa altiorem indaginem non requirat, invitis vel contradicentibus partibus poſt litem conteſtatam reſervare nequeat, *Bald. l. 1. num. 42. C. qui accuſar. non poſſ. Bald. l. exceptionem. num. 14. C. de probatio. arg. c. exhibita extr. de judic.* & reum cogi non poſſit ſalvis ſuis exceptionibus libello reſpondere, *Hoſtienſ. c. cum contingat. & ibi Bald. num. 2. extr. de offic. deleg. Bald. l. peremptoriè. num. 3. C. ſentent. reſcind. non poſſ.*

Etſi † judex exceptione præſcriptionis 68
ad proceſſum oppoſita & neglecta ad ulteriora procedat, ab illo appellari poteſt, ſive judex de illa exceptione cognoverit ſive non, item, ſive opponens exceptionem offerat, ſe illam in continenti probaturum ſive non, *Bart. l. à procedente. C. de dilationibus. Bart. l. ait Prætor. in princ. num. 5. ff. de minoribus. Bal. l. 1. col. fin. C. de ord. jud. Cardin. Abb. Peruſ. & Dd. c. ex parte. el. 2. arg. ill. tex. & ibi Dec. num. 3. extr. de appellatio. Abb. c. ſuper. extr. de offic. delegat. Rota decis. 14. tit. de except. in antiquis. Roman. conſil. 320. incip. circa primum. col. pen. Alexand. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. num. 5. ff. ad SC. Trebell.*

Et licet aliqui Dd. velint, ſi judex neglecta exceptione præſcriptionis vel alia ad proceſſum oppoſita & cauſa non cognita ad ulteriora proceſſerit, proceſſum ipſo jure nullum eſſe, *Felin. c. ſuborta. nu. 4. verſ. limita primò. extr. de ſentent. & re judic. Iaſ. d. l. ait Prætor. num. 25. ff. de jurejuran.* verior tamen eſt illorum Dd. ſententia, qui volunt, ſi judex neglecta exceptione oppoſita abſque cauſæ cognitione ad ulteriora proceſſerit, proceſſum quidem ipſo jure valere, ſed ab eo appellari poſſe, *d. c. ex parte. el. 2. & ibi Card. Abb. Peruſ. Dec. & Dd.* ſicut etiam *Felin.* tradit, tutius eſſe, ut à tali proceſſu appelletur, *Felin. d. c. ſuborta. verſ. limita primò. num. 4.* inter hoc tamen, utrum quis ſe obtulerit ad probandum exceptionem præſcriptionis in continenti an verò non, hæc eſt differentia, quod primo caſu appellatio interpoſita à proceſſu ex hoc ſolo juſtificetur, quoad perſonam judicis ad quem,

quod

quod appellans probat judicem à quo, non obſtante hoc, quod ipſe obtulit, ſe exceptionem oppoſitam in continenti probaturum, ad ulteriora proceſſerit, *c. interpoſita. in pr. & ibi Abb. & Dec. col. 2. extr. de appellatio. Anton. de Butr. c. cum inter Canonicos. extr. de elect. Bart. d. l. à procedente. C. de dilatio.* ſecundo verò caſu, appellatio non juſtificetur, niſi appellans probet, exceptionem oppoſitam & non admiſſam veram eſſe, *d. c. interpoſita. & ibi Dd. Bart. d. l. à procedente.*

69 Idem eſt, † ſi judex tribus vicibus interpellatus ſuperſederit, de exceptione præſcriptionis oppoſita cognoſcere & judicare, Namque ab eo ſimili modo appellari poteſt, *Abb. & Dec. c. ex parte. el. 2. extr. de appellatio.* Quinimò unicam interpellationem ſufficere aliqui Dd. tradidére, *Roman. ſingul. 424.*

Similiter & ab eo judice appellari po-
70 teſt, † qui exceptionem præſcriptionis ad proceſſum ante litem conteſtatam oppoſitam, expreſsè vel rejicit, *c. dilecto. extr. de appellat. Abb. & Dec. d. c. ex parte. el. 2.* vel non admittit, *Bald. l. in fin. C. de negot. geſt.* vel rejiciendam aut non admittendam pronunciat, *Bald. l. 2. num. 17. ff. de appellat. recipien.*

Præterea etiam ab illo judice appella-
71 ri poteſt, † qui exceptionem præſcriptionis vel aliam peremptoriam ante litis conteſtationem ad proceſſum oppoſitam exceptionem præſcriptionis etiam poſt litis conteſtationem reſervat, *Dominic. ſ. exceptio 3. q. 6.* atque etiam is judex, qui exceptionem præſcriptionis, vel aliam ante litem conteſtatam ad proceſſum oppoſitam poſt litem conteſtatam reſervat, eiq; qui hanc exceptionem oppoſuit, ad id, quod intereſt, tenetur, *Bald. l. criminis. num. 4. C. qui accuſar. poſ. arg. l. penult. C. de pact. §. ſuper hoc. authent. de quæſtorib.* præſertim ſi is, qui exceptionem præſcriptionis ante litis conteſtationem ad proceſſum opponit, obtulerit ſe ad probandum hanc exceptionem in continenti. Tunc enim ſi judex de illa exceptione non cognoverit, & ſuper ea non pronunciaverit ab eo, abſque omni dubio ſecundum communem atque receptam Dd. ſententiam appellari poteſt, etiamſi opponens in præſumpta calumnia ſit, *Innoc. c. cum contingat. & ibi Abb. num. 13. & Felin. num. 18. extr. de offic. delegat. Alex. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. n. 5. ff. ad SC. Trebel. Fel. d. c. exceptionem. n. 23. & 24. extr. de exceptionib.*

De illa verò exceptione † præſcriptio- 72
nis vel ſimili, quæ ad merita cauſæ opponitur, judex ſimiliter cognoſcere cogitur, *c. 1. & ibi Abb. extr. de ordin. cognit.* ſed ſuper ea pronunciare non tenetur, cum ſufficiat ſuper cauſa principali pronunciare, *d. c. & ibi Abb. extr. de ordin. cognitio. Bart. & Bald. l. 1. num. 8. C. de ordin. judic. Bart. d. l. à procedente. C. de dilatio.*

Si † tamen judex exceptionem præſcri- 73
ptionis etiam poſt litem conteſtatam ad merita cauſæ oppoſitam non admiſerit, vel de ea non cognoverit, ab eo appellari poteſt.

Namque certum eſt, quod ſecundum
diſpoſitionem juris Canonici † ab omni 74
gravamine appellari poteſt, *l. ſuper eo. el. 2. extr. de appellatio.*

Et ſimili modo clari juris eſt, † quod 75
& in appellationibus & in omnibus illis caſibus, in quibus jus Canonicum à jure civili diſcrepat, in decidendis controverſiis feudalibus jus Canonicum ſervandum ſit, *Bald. c. 1. ſ. præterea. el. 3. num. 10. & ibi Præpoſit. num 9. de probib feud. alienat. per Frider. Alex. conſ. 5. num. 10. lib. 5. Martin. Laudenſ c. 1. de controverſ. feud. apud par. determinand. Felin. c. Eccleſiæ S. Mariæ. nu. 54. & ibi Dec. nu. 32. extr. de conſtitut. Felin. c. cæterum. nu. 21. extr. de judic. Curt. in tract. feud. 1. part. 12. quæſt. 2. part. 2. part. princ. num. 60. Præpoſit. c. 1. nu. 4. quo tempor. miles. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verſ. & dicti vaſalli. num. 17. Zaſ. in tract. feudal. 7. part. num. 6. Bartol. de Beling. in addit. ad Abb. cap. 1. extr. de oper. nov. nunc.*

Et ſic per prædicta concludimus, ſi C. M. exceptionem præſcriptionis ante litem conteſtatam ad proceſſum oppoſuerit, judicem de ea & cognoſcere & pronunciare debere, & ſi ipſe hoc non fecerit, ab eo appellari poſſe. Sin verò C. M. illam exceptionem poſt litem conteſtatam ad merita cauſæ oppoſuerit, judicem hanc exceptionem & admittere, & de ea cognoſcere cogi, & ſi judex hoc non fecerit, ab eo ſimili modo appellari poſſe. Pronunciare verò judicem non cogi ſuper exceptionem præſcriptionis ad merita cauſæ oppoſita.

Ad ſextam quæſtionem reſpondemus,
hæredibus † L. M. nihil obeſſe, quod ipſe 76
L. M. juramentum ſibi injunctum intra terminum non præſtitit, neque illa bona, de quibus in ſententia fit mentio, C. M. propter juramentum non præſtitum pe-

tere non permitti, eam ob cauſam, quia ipſe L. M. in vita ſua propter jusjurandum intra terminum præfixum non præſtitum non fuit condemnatus ad reſtitutionem illorum bonorum, de quibus in ſententia fit mentio.

Et certi juris eſt, neque contumaciam præſtandi juramentum iojunctum, neque etiam fictam confeſſionem ex contumacia non prӕſtandi juramentum, deſcendentem non nocere hæredi illius, cui hoc juramentum injunctum fuit, niſi is in vita ſuâ propter contumaciam ſive fictam confeſſionem condemnatus fuerit.

Quam ſententiam confirmat primò id, quod traditur, eum, qui eſt contumax vel in præſtando juramentum vel veritatis, *Bald. l. manifeſtè. num. 7. & ibi Alexand. nu. 8. ff. de jurejurand. Bald. l. generaliter. §. ſed juramento calum. num. 4. arg. ill. text. C. de reb. credit.* vel calumniæ, *Bart. l. 2. §. quod ſi actor. C. de jurament. calum arg. authent. principales. C. eod. tit.* vel non reſpondendo poſitionibus, haberi pro confeſſo non ipſo jure ſed demum ſenteotia ſecuta, *Bartol. l. 2. §. quod ſi actor. C. de jurament. calum. Abb. c. cum cauſam. num. 26. extr. de juram. calum.*

77 Et ſimili modo clari juris eſt, † quod pœna, quæ non ipſo jure, ſed quæ per ſententiam tantùm irrogatur non aliter ad hæredes tranſeat, niſi illa pœna per ſententiam irrogata vel ſaltem ejus nomine lis conteſtata fuerit, *arg. l. 1. & l. his ſolis. C. de revocand. donatio. l. ſi eum. §. qui injuriarum. ff. ſi quis cautionib. l. penult. ff. de in jus vocand. l. 1. & ibi Bart. ff. de privat. delict. l. unica. & ibi Bald. C. ne ex delict. defunct. gloſ. l. final. C. de revoc. donat. gloſ. & Abb. c. fin. extr. de donat. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. §. fin. de feudis. Abb. cap. fin. extr. de ſepultur. Raph. Comenſ. conſ. 164. incip. Prælatus. Andr. de Iſern. Præpoſ. & Matth. de Afflict. c. inſuper. de prohib. feud alien. per Frid. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. ver. dictiq; vaſalli. num. 52. & 53. Curt. in tract. feud. 4. part. num. 157. Zaſ. in tract. feud. 10. part. num. 75. & 76.*

Quare cum in caſu propoſito L. M. jusjurandum intra terminum præfixum non præſtitum neque condemnatus, neq; cum eo eam ob cauſam lis conteſtata fuerit, ſequitur, hæredes illius propter hoc neque conveniri, neque ab illis bona, de

87 quibus in ſententia fit mentio, peti poſſe.

Secundò hanc ſentenriam confirmat id, † quod Dd. tradunt, fictam ſive præſumptam confeſſionem, quæ deſcendit ex hoc, quod quis juramentum veritatis ſibi delatum non præſtitit, non nocere hæredi illius, cui hoc juramentum delatum fuit, ſi is ante ſententiam latam deceſſerit, *Bart. l. manifeſtè, n. 7. & ibi Alex. num. 10. & Iaſ. n 8. ff. de jurejuran.*

Tertiò, hanc ſententiam probat, quod confeſſio ficta deſcendens ex hoc, quod quis jurameotum calumniæ contumaciter non præſtitit, non noceat hæredibus, ſi is, qui juramentum calumniæ præſtare debeat, antequam eo nomine condemnatus fuerat, mortuus fuerit, *Bartol. l. 2. §. quod ſi actor. C. de juram. calum.*

Quartò, hanc ſententiam confirmat, quod ficta confeſſio deſcendens ex noo reſpondendo poſitionibus nihil obſtet, neq; noceat hæredi, ſi principalis deceſſerit aote ſententiam latam, *Bart. l. 2. §. quod ſi actor. C de jurejur. calum. Abb. c. cum cauſam. num. 26. extr. C. eod tit.*

Quiotò, pro hac ſeotentia confirmanda facit, quod ficta confeſſio nuoquam noceat, neque præjudicet hæredi, niſi is, qui in ficta ſive præſumpta contumacia eſt, eam ob cauſam cōdemnatus fuerit, *Bart. l. ejus qui delatorem. in pr. argum. illius text. ff. de jure fiſci. Bald. l. 2. num. 23. C. de edendo. Corn. conſ. 211. num 6. lib. 3.*

Sextò huc accedit, quod confeſſio ficta non noceat alteri etiam in omnibus illis caſibus, in quibus unius confeſſio alteri præjudicare ſolet, *Alex. l. 2. num. 16. C. de edend. Corn. conſ. 97. num. 2. lib. 4.*

Septimò, hanc ſententiam confirmat, quod probatio ficta in uno judicio, non faciat fidem in alio judicio, etiam inter eaſdem perſonas, *Bald. l. 2. num. 21. & ibi Alex. num. 21. C. de edend.*

Octavò, confeſſio ficta facta in uno judicio non facit fidem in alio judicio, etiam inter eaſdem perſonas, *Bald. d. l. 2. n. 22. & ibi Dec. n. 64. C de edend. Cæpol. conſ. 64. col. 4. Corn. conſ. 42. n. 12. lib. 2. conſ. 211. n. 8. conſ. 274. num. 8. lib. 3. & conſ. 97. num. 6. lib. 4.*

Igitur ſequitur, confeſſionem fictam multo minùs hæredibus confitentium nocere debere. Et ſic per prædicta concludimus, illud quod L. M. juramentum ſibi injunctum non præſtitit, non nocere hæredibus ipſius, neque hæredes ipſius eam ob cauſam ad reſtitutionem illorum bonorum, de quibus in ſententia fit mentio, coovenire poſſe, etiam poſito L. M. pro confeſſo

confeſſo habendum, eam ob cauſam, quod ipſe juramentum ſibi injunctum non præſtitit.

Ad ſeptimam quæſtionem reſpondemus,
79 †illam confeſſionem, quę nobis tranſmiſſa eſt in favorem confitentis, item & hæredis ipſius C. M. vel nullam probationem vel levem tantùm præſumptionem facere. Cum ſit clari juris, ea quæ quis vel ſcripſit vel dixit, in favorem ſcribentis vel dicentis aut etiam hæredis ipſius nullam fidem nullamvè probationem facere, *arg. l. nullus. ff. de teſtibus. l. omnibus. C. eod. tit. l. rationes. & l. exemplo. C de probatio. §. ſed hæc quidam. authent. de jurejurand. à monient. præſti. l de ætate. §. 1. & ibi gloſſ ff. de interrogat. actio.* Ideoque de hac quæſtione diſputare ulterius ſupervacuum.

CONSILIUM QVADRAGESIMUM SECUNDUM.

In quo tarctatur de annuis præſtationibus ſeu penſionibus ex præſcriptione longi temporis.

SUMMARIA.

1. Dux habet univerſale dominium Ducatus ſui & bonorum in eo ſitorum.

Non tamen rerum eccleſiaſticarum num. 36.

2. Tranſigi de re aliqua non poteſt ſine conſenſu ejus, qui jus in illa habet.

Declaratur num. 37.

3. In alienatione rerum monaſterij quæ requirantur, num. ſeq. & num. 35.

4. Verba enunciativa probationem non faciunt.

5. Mandatum ne ex cauſa quidem longiſſimi temporis præſumitur.

Fallit nu. 22. ubi caſus, qui curſu etiam longi temporis præſumitur, aliter declaratur nu. 41. ubi multi Dd. contrarium tenent, ex curſu longi vel longiſſimi temporis mandatum præſumi.

6. Tranſactio tertio non nocet.

7. In dubio is qui rem pro uniforme Canone ultra tempus longiſſimum poſſidet, præſumitur in cenſum illam accepiſſe.

8. Sublato principali & acceſſorium corruit.

9. Promiſſio facti alieni non valet.

Fallit num. 45.

10. Ratum habere non poſſum, quod meo nomine geſtum non eſt.

Declaratur num. 34.

11. Approbans contractus, vel Teſtamenti partem unam, non ſtatim alteram approbaſſe cenſetur.

12. Tranſactio ſine ſtipulatione facta, actionem non parit.

Declaratur num. 47.

13. Conductor rem conductam nunquam præſcribit.

14. Solvens tamen 30. vel 40. annis uniformem Canonem jus Coloniæ perpetuæ præſcribit. Contrarium approb. num. 49.

15. Ex curſu longi temporis qualiter præſumuntur omnia ſolenniter acta & num. ſequentib. & num. 38.

16. Ex curſu longiſſimi temporis in tranſactione omnia ſolenniter acta præſumuntur, etiam in præiudicium tertij.

17. Quando item ex curſu longi temporis.

18. Ex curſu longi temporis præſumitur interveniſſe decretum judicis.

19. Ex curſu longi temporis in actu præſumitur interveniſſe decretum judicii.

20. Ex curſu longiſſimi temporis, tollitur omnis defectus, qui contra contractum ab Eccleſia celebratum allegari poteſt.

21. Ex curſu longi temporis, quando etiam præſumitur ſubſtantia actus vel tituli in his, in quibus de gravi præjudicio agitur.

23. Ex curſu longi temporis quando inducatur confirmatio tituli invalidi.

24. Ratihabitio quomodo inducatur.

25. Ex contractu quid ſolvens vel recipiens, ratum hunc habere cenſetur, & num. 27. Cum omnibus ſuis pactis & clauſulis integrum, num. 29. & 46.

26. Hæres legata vel debita hæreditaria ſolvens, hæreditatem agnoviſſe intelligitur.

28. Recipiens ſolutionem legati in teſtamento ſibi relicti, totum teſtamentum approbaſſe putatur.

30. Simpliciter confitens delictum, quod certas qualitates habet, etiam illas qualitates confeſſus intelligitur.

31. De pactis in continenti contractibus adjectis.

32. Individua pro parte probari, & pro parte reprobari nequeunt.

33. Ut nec alia quælibet diſpoſitio perfecta ſecundum Dd. communiter.

39. Perceptio annuæ penſionis dominium probat, & num. 42.

40. Conventus ex contractu locationis de jure tertij excipere nequit.

43. Præſumptio ex curſu temporis deſcendens, per contrariam probationem & præſumptionem tollitur.

44. Agenti ex condictione l. ſi quis conductionis. C. de locat, nec proprij nec alieni dominij exceptio objici poteſt.

48. Ex ſtipulatione quando actio detur.

50. Communis opinio quando non attendenda.

FACTUM, SUPER QVO conſilium petitis, ſe habet, uti ſequitur: Habitatores pagi W. nobili Familiæ de M. in P. quinquaginta marcos pro quibuſdam agris ſeu manſis vulgò Huffelandes/in campo Weitinenſi ſitis annuatim per multos annos erogarunt: Et cum quondam Dominus Bernhardus de M. pię memoriæ cum inhabitatoribus dicti pagi W. cumq; Præpoſito ac Priori in Breda (ſub quibus dictus pagus W. cum ipſius diſtrictu ſitus eſt) ratione dictorum agrorum in diſceptationem veniret, propterea, quod ab inhabitatoribus quotannis plus exigeretur, quàm illi annuatim erogare ſoliti fuerint; dictus Dominus Bernhardus de M. cum Domini Joanni W. Præpoſiti in Breda conſenſu ac ratificatione: prout etiam ex mandatu Prioris totiusq; Capituli in Breda nomine inhabitatorum in W. hac ratione in totum tranſegit, quod ſæpedicti inhabitatores pagi W. pro omnibus agris, lignis, graminibus, paſcuis, campisq; in districtu W. ſitis viginti florenos penſionis, ſingulis annis in die Nativitatis S. Mariæ ſæpedicto Domino Bernhardo à M. ſuisq; hæredibus erogare deberent: Et ſi contingeret, quod ſæpedicto Domino Bernhardo de M. Equiti aurato ipſiusq; hæredib. vel etiam econtrà Præpoſito in Breda & inhabitatoribus pagi W. non amplius contractus hic locationis placeret, quod tunc una pars alteri contractum hunc priori anno renunciare deberet: Vigore igitur hujus contractus inhabitatores ſæpedicti pagi primo Domino Bernhardo de M. Equiti ac deinde Nobili Domino Cunrado H. qui hoc jus à dicto Domino Bernhardo de M. emerat, dictos viginti florenos ſingulis annis ratione penſionis de dictis agris abſque omni contradictione ultra triginta annos ſolverunt. Cum jam verò dicto Cunrado H. contractus ille ulterius non placeat, ſed agros illos in proprium uſum poſthac uti velit, 20. Septembr. præcedentis 58. anni habitatoribus pagi W. per duos ſuos miniſtros indicare juſſit, uti deinceps ab agris illis pertinentiisq; abſtinerent, contra quod habitatores ſæpedicti pagi ſe oppoſuerunt, atque ideò ad Illuſtriſſimum Ducem Megapolitanum ſupplicàrunt, petieruntq; ſe cum illis agris pertinentiisq;, non attento contractu, defendi. Oritur igitur quæſtio, num Cunradus H. vigore initi contractus, habitatoribus pagi W. ratione iſtorum agrorum pertinentiumq; contractum illum renunciare potuerit: Et num inhabitatores iſtius pagi ad illam renunciationem dictis agris pertinentiisq; deinceps abſtinere cogantur. Poſt diligentem perlectionem initi contractus, item exhibitæ ſupplicationis conſiderationemq; totius cauſæ cum omnibus ſingulisq; ſuis circumſtantiis exiſtimo, quoad præſentem quæſtionem, quod Nobilis Cunradus H. jure potuerit

tuerit inhabitatoribus pagi W. contractum hunc locationi renunciare: quodq; inhabitatores hujus pagi poſt hanc factam renunciationem dictis agris ſeu manſis cum ſuis pertinentiis utpote lignis, campis, paſcuis &c. non conſiderato, quid in contrarium adferant, abſtinere cogantur.

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QUO NIHIL FELIX FAUSTUMQUE.

QVOAD PROPOSITÆ quæſtionis deciſionem videtur prima fronte dicendum, neque tranſactionem initam valere, neq; Nobili Domino C. H. permitti, petere ut incolæ pagi W. ipſi bona controverſa dimittant.

1 Namque † primò certum eſt, quod Duces Megapolenſes habeant univerſale dominium totius ſui Ducatus atque omnium bonorum, quæ in Ducatu Megapolenſi ſita ſunt, ſicut patet ex iis, quæ tradit *Bart. l. 1. §. per hanc. ff. de rei vendicat. Bald. Iaſ. & Dd. l. 1. C. unde legitimi.*

2 Et ſimili modo clari juris eſt, † neque tranſactionem neque alium contractum innitum de bonis ſive rebus aliquibus ratam eſſe, niſi hæc tam tranſactio quàm alius contractus fuerit initus conſentientibus omnibus, qui in hiſce rebus ſive bonis jus habent, *l. in concedendo. l. in diem. & l. ſi plures. ff. de aqu. pluv. arcen. l. per fundum. ff. de ſervitut. ruſtic. prædior. c. cum omnes. & ibi gl. Abb. Felin. Dec. & Dd. extr de conſtitut. c quod omnes tangit. & ibi Dyn. de regul jur. lib. 6.* Quare cum bona, de quibus controvertitur, ſint ſita in Ducatu Megapolenſi, & prędicta tranſactio abſque conſenſu Ducis Megapolenſis fuerit inita, videtur dicendum, hanc tranſactionem initam non valere, neque Nobili C. H. permitti, vigore tranſactionis initæ incolis pagi W. mandare, ut ipſi ea bona, de quibus controvertitur, dimittant.

3 Secundò, † in alienatione rerum monaſterii requiritur conſenſus non tantùm Abbatis, ſed etiam Epiſcopi, ſi illa Monaſteria exempta non ſint, *c. Abbatibus 12. q. 2. c. in venditionibus 17. q. 4. Clement. 1. & ibi gloſ. de reb. Eccleſ. non alienand. gl. in ſumma 12. q. 2.* vel ſi illa monaſteria exempta ſint, requiritur in alienatione harum rerũ etiam ultra conſenſum Abbatis, conſenſus Papæ, *Bald. authent. hoc jus porrectum. num. 5. C de ſacroſanct. Eccleſ.* Quare cum in tranſactione, de qua in propoſito caſu agitur, neq; Epiſcopi neque Papæ conſenſus intervenit, atque bona, de quibus tranſactum eſt, ad monaſterium B. pertinuerint, videtur dicendum, hanc tranſactionem non valere.

Tertiò, alienatio rei ad monaſterium pertinentis eſt ipſo jure nulla, quando in illa non intervenit tractatus diligens & reliqua ſolennitas a Canonibus requiſita, *c. 1. & ibi Abb. c. nulli. & ibi Abb. extr. de reb. Eccl. non alienand. c. tua. & c cum Apoſtolica. extr. de his quæ fiunt à Prælato. c. 1. de reb. Eccleſ. non alienand. lib. 6. Clem. 1. de reb. Eccleſ non alienand. c. ſine exceptione 12. q. 2. gl. in ſumma 12. q. 2. Freder. de Sena. conſ. 142. Abb. c. 1. extr. de in integr. reſtitut.* Quare cum tranſactio ſpecies alienationis ſit, *l. 1. §. utrum autem. verſ & ſi tranſegit. ff. ſi quid in fraud. patron. Bald. & Salicet. l. 1. C. ſi advers tranſact. Bald. c. contingit. col. 1. extr. de tranſact. Freder. de Sena. conſ. 94. incip. caſus talis eſt prolatus. Signorol. conſ. 71. incip. factum ſic ſe habet Epiſcopus col. 2. Alexand. conſ. 129. col. 1. lib. 1. Iacob. de S. Georg. l. nulli. ff de tranſact.* eamque ob cauſam Statutum præcipiens, ut de alienatione certa gabella ſolvatur, etiam ad tranſactionem extendatur, *Ang. conſ. 115. incip. thema tale eſt. col. ultim.* atque in tranſactione, de qua in caſu noſtro agitur, neq; tractatus diligens, neque alia ſolennitas in alienatione rei Eccleſiaſticę requiſita intervenerit, videtur dicendum, hanc tranſactionem non valere.

Quartò, alienatio rei ad monaſterium pertinentis etiam interveniente ſolennitate legitima facta, non valet, ſi illa alienatio non fuerit facta ex cauſa utilitatis ſive neceſſitatis monaſterii, *Abbas cap. nulli. num. 17. & c. ad noſtram num. 7. extr. de reb. Eccleſ. non alienan. Abb. c. 1. num. 17. extr. de in integr.*

in integr. reſtitut. Quare cum tranſactio, de qua in caſu noſtro agitur, non fuerit facta ex cauſa utilitatis ſive neceſſitatis monaſterii, videtur dicendum, hanc tranſactionem non valere.

4 Quintò, licet in inſtrumento tranſactionis enunciativè dicatur, tranſactionem ex mandato conventus à Præpoſito & Priore facta, † cum tamen verba annunciativa probationem non faciant, *l. his verbis. & ibi Bart. Iaſ. Dec. & Dd. C. de militar. teſtam. Bart. l. ex hac ſcriptura. ff. de donatio.*.

5 Et † mandatum nunquam etiam ex curſu longiſſimi temporis præſumatur, *Baldus l. 1. C. de reb. Eccleſ. non alienand. Bald. l. 2. C. ſi ex falſ. inſtrument. Alex. l. qui in alien. in princip. ff. de acquir. hæred. Alexand. l. ſciendum. ff. de verb. obligat. Alex. conſ. 1. col. pen. lib. 4. conſ. 191. col. 2. lib. 6. Cæpol. conſ. 26. col. 6. circ. med. Socin. conſ. 254. col. 2. lib. 2. Matt. de Aſſlict. deciſ. Neapolitan. 345. col 3. & deciſ. 368. col. 4. Felin. c. ſicut. extr. de ſentent. & re judic. Dec. conſ. 215. col. 2. Bertachin. in 1. part. ſui repertor. verb. diu. verſ. antepen. Curt. ſen. conſ. 49. col. 5. Curt. jun in 1. part. tract. feud. quæſt. 1. col. 2. Iaſ. conſ. 140. col. 2. lib. 4.* videtur dicendum, dictam tranſactionem perinde non valere, atque ſi illa abſque mandato & conſenſu ſui conventus facta fuiſſet:

6 Sextò, non † probatur prædictam tranſactionem factam ex mandato ſive ex conſenſu incolarum pagi W. igitur illa tranſactio nihil debet incolis pagi W. nocere: tum, quia tranſactio inter alias perſonas inita aliis perſonis nihil nocere debet, *l. ſi unus. §. ante omnia. ff de pact.* tum, quia cum incolis pagi W, illud jus, quod ipſi habuerunt in illis bonis, de quibus tranſactum eſt, abſque facto vel conſenſu ſuo auferri non potuit, *l. id quod noſtrum. ff. de reg. jur.*

7 Septimò, cum † incolæ pagi W. ante tranſactionem initam, prædicta bona, de quibus tranſactum eſt, ultra longiſſimum tempus pro uniformi Canone poſſederint: ſicut ipſi allegant, & in dublo is, qui aliquam rem pro informi Canone ultra tempus longiſſimum poſſidet, præſumatur iſta bona in cenſum accepiſſe, *Alber. de Roſat l. 2. C. de jur. emphyten. Socin. conſ. 167. & conſ. 276. Dec. conſ. 146. Cardinal. Pariſ. conſ. 23. & conſ. 84. num. 12. lib. 4. Sebaſtian. Sapia. in addit. ad Abbat. c. conſtitutus. extr. de religioſ. domib.*

Sequitur, & incolas prædicti pagi W. præſumi, bona, de quibus controvertitur, antea in cenſum habuiſſe, & per conſequens, cum is, qui bona aliqua in cenſum habet, illorum bonorum & directum & utile dominium habeat, *Abb. c. conſtitutus. num. 20. extr. de religioſ. domib. Iaſ. l. 1. num. 48. C. de jur. emphyteu.* atque nemo illas res, quarum dominium habet, conducere poſſit, *l. qui rem propriam. & ibi gl. & Bald. l. ad probationem. C. de probatio. l. neq; pignus. & ibi Dec. ff. de reg. jur. Bart. Alex. & Dd. l. ſi rem aliquam. ff. de acquir. poſſeß.* videtur dicendum, tranſactionem principalem, qua cavetur, ut incolæ pagi W. bona controverſa pro 20. florenis annuæ penſionis titulo conductionis habeant, non ratam eſſe.

Quare, cum † ſublato principali & acceſſoria quoque corruant, *l. cum principalis. & ibi Dec. ff. de reg. jur. c. acceſſorium. & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6. l. ſi eum. §. qui injuriarum. ff. ſi quis cautionib.* videtur dicendum, & pactum acceſſorium, quo cavetur, quod Nobilis Dominus M. à prædicta locatione reſilire, & bona locata ad ſe retrahere poſſit, ſimili modo non valere. 8

Octavò, cum tranſactio, de qua in propoſito noſtro agitur, non ab incolis pagi W. ſed à Præpoſito & Priore Monaſterii B. inita ſit, hæc tranſactio & alio vitio laborat. Namque continet promiſſionem facti alieni, tàm quoad ſolutionem annuæ penſionis, quam quoad reluitionem, ut uno volente etiam altera pars a locatione recedere cogatur, & certum eſt, † promiſ- 9
miſſionem facti alieni non valere, *§. ſi quis alium. Inſtit. de inutilib. ſtipulation. l. ſtipulatio iſta. in princip. & ibi Dd. ff. de verb. obligat.*

Nonò, cum non appareat, tranſactionem, de qua in caſu noſtro agitur, fuiſſe initam nomine incolarum pagi W. videtur dicendum, hanc tranſactionem neque verbis neque factis potuiſſe ratum haberi ab incolis pagi W.

Namque certum eſt, † id quod meo 10
nomine non eſt geſtum, à me ratum haberi non poſſe, *l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego ff. de negot. geſt. l. ſi ſervus. ff. de preca. c. cum quis. de ſent. excomm. lib. 6. c. latum. & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6.*

Et per conſequens, licet incolæ pagi W. vigore tranſactionis initæ ultra 30. annos penſionem annuam, quæ in tranſactione promiſſa eſt, ſolverint, per hoc tamen factum, ipſos ratihabitione ſua tranſactionem non confirmaſſe.

Decimò,

11 Decimò, is † qui unam partem contractus approbat, aliam partem contractus approbaſſe, minimè cenſetur, *Iaſ. l. pen. n. 2. ff. de condict. ob turp. cauſ.* ſicut & is, qui unam partem teſtamenti approbat aliam partem teſtamenti minimè approbaſſe cenſetur, *l. Lucius, la. 2. §. teſtator. & ibi Bar. ff. de legat. 2. gl. Bart. Bald. Salic. Alex. & Iaſ. l. non dubium. C. de teſtam.* Igitur videtur dicendum, etiam poſito per hoc, quod incolæ pagi W. ſolverunt, plurimis annis mercedem ſive penſionem in tranſactione promiſſam, ratificationem tranſactionis factam, tamen hanc ratificationem tantùm intelligi factam quoad penſionis ſolutionẽ, nec extendendam ad pactum tranſactioni adjectùm, quo cavetur, Nobili Domino à M. ejusq; ſucceſſoribus liberum eſſe à locatione inita recedere.

12 Undecimò, † Tranſactio, in qua nulla ſtipulatio intervenit, actionem non parit, *l. cum proponas. la. 2. C. de pact. l. ſive apud acta. C. de tranſactio.* Quare, cum Tranſactio, de qua in caſu noſtro agitur, non probetur facta interveniente ſtipulatione, videtur dicendum, ex hac tranſactione Nobili Domino C. H. non competere actionem aliquam ad recedendum ab hoc contractu & ad recuperanda bona controverſa.

13 Duodecimò, † licet conductor nunquam præſcribat dominium rei conductę, etiamſi ipſe ultra triginta ſive quadraginta annos rem conductam tenuerit, & pro eo uniformem Canonem ſolverit: tamen conductor ſolvens pro re conducta uniformem Canonem ſive penſionem ultra 30. vel 40. annos, præſcribit jus coloniæ perpetuæ, ne ipſi in poſterum res conducta auferri poſſit, *Bald. & Ang. l. malè agitur. col. 3. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Bald. l. omnes. col. 2. C. eod. tit. Alex. in addit. ad Bart. l. item quæritur. §. qui impleto ff. de locat. & conduct. Bertach. in 2. part. ſui repertor. ver. colonus. verſ. 11.*

Quare, cum incolæ pagi W. bona controverſa ultra 30. annos tenuerint, atque pro iis uniformem Canonem ſolverint, vi-
14 detur dicendum, Nobilem C. H. † ipſis paratis ſolvere hunc Canonem, prædicta bona controverſa minimè auferre poſſe. Et licet hæc & ſimilia, quæ pro hac ſentẽtia adduci poſſent, prima fronte urgere videantur, ego tamen his & ſimilib. quæ pro hac ſententia adduci poſſent non obſtantibus, credo, tranſactionem de qua in noſtro caſu agitur, ratam & firmam eſſe, atq; Nobili Domino C. H. permitti, vigore illius Tranſactionis & à locatione recedere & petere, ut incolæ pagi W. ſeſe abſtineant ab illis agris, de quibus in tranſactione mentio facta eſt.

Et ad hanc ſententiam movet me pri-
mò id, † quod & legibus cautum, & a Dd. 15
communiter traditum eſt, ex curſu longi temporis præſumi in actu aliquo & omnes ſolennitates legitimas etiam extrinſecas omniaq; requiſita interveniſſe, *l. ſi filius. & ibi Bart. C. de petit. hæredit. Alex. l. qui in aliena. in princ. col. 3. ff. de acquiren. hæred. idem conſ. 12. col. fin. & conſ. 113. col. penult. lib. 4. Dec. c. 1. col. 6. extr. de fid. inſtrumentor. Dec. conſ. 442. col. 5. Iaſ. l. 1. C. admitti. Iaſ. conſ. 176. col. 3. lib. 2. & conſ. 148. col. pen. in fin. lib. 4. Iaſ. l. ſciendum. de verb. oblig.* quod abſque omni dubio verum eſt, in curſu longiſſimi temporis triginta annorum nempe, *Signorol. de Homod. in ſubſcriptione Zaboli de Cantellis inter conſ. Petr. de Anchor. conſ. ultim. Alexand. & Iaſon l. cum in aliena. in princ. ff. de acquir. hæredit. Alexand. conſ. 17. num. 8. lib. 4. conſ. 219. lib. 6. & conſ. 179. col. 3. lib. 7. Socin. conſ. 5. col. penult. lib. 1. conſ. 153. col. 2. & conſ. 266. col. 12. lib 2. Corn. conſ 144. & conſ. 488. col. 1. lib. 4. Felin. cap. Albericus. num. 4. extr. de teſtib. Decius l. 1. col. 4. C. qui admitt. Decius conſ. 36. conſ. 42. col. pen. conſ. 135. in princip. conſ. 329. col fin. conſ. 341. col. 6. & conſ. 409. col. 1. Alexand. l. qui in aliena in princip. ff. de acquirend. hæreditat. Felin c. illud. num. 6. extr. de præſumptionib.* item, quando cum curſu etiam longi temporis concurrit alia præſumptio, poſſeſſio nempe vel quaſi vel annua præſtatio ſive ſolutio, hiſce n. duobus caſibus ex curſu temporis præſumuntur in aliquo actu omnes ſolennitates omniaq; neceſſaria requiſita interveniſſe, etiamſi agatur de gravi præjudicio alterius, *Paul. de Caſtr. conſ. 302. incipien. in cauſa confinium. col. 2. conſ 375. incipien. ne ſub. el. 2. circ. med lib. 1. Alexand. conſ. 45. circ. fin. 3. Socin. conſ. 208. col. 3. verſ. reſpondetur & ſecundò. lib. 1. Corn. conſ. 348. col. 5. lib. 3. conſ. 145. col. fin & conſ. 284. col. 1. lib. 4.*

Quare, cum Tranſactio, de qua in propoſito noſtro agitur, ante triginta annos celebrata fuerit, & ſic poſt tranſactionem initam tempus longiſſimum elapſum ſit, atq; inſuper incolæ pagi W. ultra 30. ann. Nob. Domino C. H. ejusq; prædeceſſorib. præſti-

præſtiterint, penſionem in tranſactione conventam, in caſu nobis propoſito, abſq; dubio præſumitur in tranſactione omnes ſolennitates legitimas, omniaq; requiſita interveniſſe.

Secundò, hanc ſententiam confirmat id, quod Doctores communiter tradunt,
16 ex † curſu longiſſimi temporis triginta annorum nempe præſumi, & ſolennitates legitimas & omnia alia requiſita interveniſſe in tranſactione non tantùm quoad præjudicium tranſigentium, ſed etiam quoad præjudicium tertii, *Alexand. conſil. 179. col. 3. lib. 7. Socin. conſ. 279. col. 3. lib. 2. Corn. conſ. 181. col. 6. lib. 6. Curt. ſenior conſ. 77. incip. ſuper motivis. col 2. poſt medium. Dec. conſ. 442. col. 5. in princip. & conſil. 638. col. 2. Iaſ. conſ. 54. col. 5. lib. 1.*

Cum itaque poſt tranſactionem, de qua in caſu noſtro agitur, tempus longiſſimum triginta annorum nempè elapſum ſit, præſumitur in tranſactione, de qua in propoſito noſtro agitur, omnia ſolennia omniaq; requiſita interveniſſe non tantùm in præjudicium monaſterii, ſed etiam in præjudicium incolarum pagi W. etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, tranſactionem noſtram non cum incolis pagi W. ſed cum Monaſterio ſive Abbate Monaſterii initam.

17 Tertiò, etiamſi † ex curſu longi temporis decem nempè annorum tantùm præſumitur tam in tranſactione quam in reliquis contractibus interveniſſe tam ſolennitates legitimas quam omnia alia requiſita etiam in præjudicium tertii, eo caſu, quando ultra curſum temporis ſcientia & patientia illius tertii inita, vel cum poſſeſſione vel cum præſtatione omnia intervenit, *Alex. l. qui in aliena in pr. col. 3. ff de acq. hæred. Alex. conſ. 17. n. 8. lib. 4. & conſ 219. col. 5. lib. 6. Iaſ. l. 1. col. 5. limit. 3. C. qui admit.* Quare cum in caſu noſtro nō tantùm longum tempus poſt tranſactionem initam elapſum ſit, ſed etiam ultra hoc intervenerit & ſcientia incolarum W. & incolę W. ultra tempus longum penſionem in tranſactione conventam Nobili C. H. ejusque prædeceſſorib. præſtiterint, omninò dicendum eſt, præſumi in tranſactione, de qua in caſu noſtro agitur, interveniſſe & conſenſum incolarum pagi W. & omnia alia ſolennia.

Quartò, pro hac ſententia confirmanda facit id, quod Dd. communiter tradunt,
etiam † in alienatione rei eccleſiaſticæ ſive 18
Monaſterii ex curſu longi temporis præſumi, interveniſſe & contractum & conſenſum Capituli, & omnes alias legitimas ſolennitates, *Alex conſ. 79. col. 3. lib. 1. conſ. 45. col. fin. lib. 3. conſ. 92. col. 2. lib. 6. Socin. conſ. 16. col pen. lib. 1. conſ. 208. col. 3. & conſ. 266. col. 12. lib. 2. Dec. l. 1. col. 4. poſt med. C. qui admitti. Dec. conſ. 36. num. 8. conſ. 329. col. fin. conſ. 342. col. 6. conſ. 409. col. 1. & conſ. 558. col. 2. Anton. de Butr. c. ea noſcitur. extr. de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. Capit. Aret. conſ. 36. incip. caſus talis eſt. Iaſ. l. ſciendum ff. de verbor. oblig.*

Quinimò, ex aſſiduis actibus & continuationem poſſeſſionis maximè accedente curſu longiſſimi temporis in alienationem rei eccleſiaſticæ ſive Monaſterii, non tantùm ſolennitas, ſed etiam titulus præſumitur, *Bald. conſ. 511. incip. quidam Prælatus. col. 2. lib. 5.*

Quintò, † ex curſu longi temporis præ- 19
ſumitur, tam in tranſactione quàm in quolibet alio contractu interveniſſe & decretum judicis, *Calc. conſ. 11. col. 5. Dec. l. 1. col. 4. C. qui admit.* & authoritas Superioris, *Archid. c. nemo. de conſecrat. diſtinct. 1. Feder. de Sena. conſ 130. incip. factum tale eſt, quædam domus. Card & Dd. c. requiſiviſti. ext. de teſtam. Roman. l. ſciendum & ibi Iaſ nu. 17. ff. de verb. oblig. Fel. c. illud. n. 5. extr. de præſumpt. Fel. c. ſicut. n 29. extr. de ſent. & re judic.*

Sextò, pro hac ſententia confirmanda
facit, quod traditur † ex curſu 30. annor. 20
tolli omne vitium omnemq; defectum, qui contra contractum ab Eccleſia vel Monaſterio celebratum allegari poteſt, *Petr. de Anch. conſ 136. Dec. conſ 36. n. 8. verſ ultimo non obſtat.*

Septimò, hanc ſententiam confirmat id, quod traditur ex curſu longi tempor. præſumi in aliquo actu ſive contractu interveniſſe & ſolennitates legitimas & omnia alia requiſita; licet de his in Inſtrumento contractus nulla ſit facta mentio, *Fel. c. ſicut. n. 33. extr. de ſenten. & re judic. Iaſ. l. ſciendum. n 16. ff. de verbor. obligat. Dec. conſ. 341. col. 6 & conſ. 558 col. 2.*

Ex quo ſequitur, in tranſactione, de qua in caſu nobis propoſito agitur, propter curſum non tantùm longi; verùm etiam longiſſimi temporis præſumi & ſolennitates legitimas & omnia alia requiſita interveniſſe, licet de hiſce requiſitis in Inſtrumento tranſactionis nulla eſſet facta mentio.

Octavò,

21 Octavò, licet † ex curſu longi temporis non præſumatur ſubſtantia actus vel tituli in his, in quibus de gravi præjudicio agitur, *Alex. conſ. 50. col. 2. lib. 5. & conſ. 179. col. 2. lib. 6. Dec. conſ. 442. nu. 22. Carol. Molin. in add. ad Alex. conſ. 45. nu. 9. lib. 4. & conſ. 1. nu. 20. lib. 4.* hoc tamen non procedit, quando curſus temporis habet admiſtum factum hominis ſucceſſivum, puta ſolutionem ſive præſtationem annuam, tunc enim ex curſu longi temporis etiam ſubſtantia actus vel tituli præſumitur, *Bart. Bald. Alex. Iaſ. Dec. & Dd. l. ſi certis annis. C. de pact. Bart. l. cum de in rem verſo. ff. de uſur. Bald. l. poſt mortem, in fine ff. de adoptio. Abb c. pervenit. ext. de cenſib. And. Barbat. int. conſ. Alexandri. conſ. ult. col. 4. lib. 4. Fel. c. illud num. 5. extr. de præſumptio.*

Quare, cum in tranſactione, de quo in caſu noſtro agitur, curſu longi temporis habeat admixtum factum hominis ſucceſſivum, præſtationem nempè annuam mercedis in tranſactione conventæ, ſequitur, in caſu noſtro ex curſu longi temporis præſumi non tantum ſolennitates extrinſecas, ſed etiam ſubſtantiam actus ſive tituli, & per conſequens in noſtro caſu præſumi transactionem initam conſentientibus incolis pagi VV, etiamſi hoc alio modo probari non poſſet.

22 Nonò, † ex curſu longi temporis præſumitur etiam mandatum, quando cum hoc curſu longi temporis concurrit quaſi poſſeſsio & diuturna patientia, *Alex. conſ. 1. col. pen. lib. 4. Alber. Bru. conſ. 95. col. 1.* Cum itaq; in propoſito caſu noſtro ultra curſum lõgi temporis intervenerit & ex parte Nobilium quaſi poſſeſſio percipiendi annuam penſionem & ex parte incolarum pagi VV. non tantùm diuturna patientia, verùm etiam præſtatio annuæ penſionis, ſequitur, in caſu noſtro omninò præſumi hanc transactionem ex mandato incolarum pagi VV. initam.

23 Decimò, pro hac ſententia confirmanda facit, quod † ex curſu longi temporis inducatur confirmatio tituli invalidi, præſertim ſi cum curſu longi temporis concurrat vel patientia vel factum illius, de cujus præjudicio agitur, *Paul. de Caſtrenſ. conſ. 313. incipien. poſtremo. col. 1. lib. 1. Aymon. Cravet. in tracta. de antiquita. tempor. 3. par. §. videmus in genere num. 28.*

Quare, cum in caſu noſtro cum curſu longi temporis concurrat factum incolarum pagi VV. præſtatio nempè annuæ, dicendum eſt, in noſtro caſu transactionem initam per curſum longi temporis confirmatam fuiſſe, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, illam transactionem ab initio invalidam fuiſſe.

Undecimò, cum † ratihabitio non 24
tantum verbis, ſed etiam factis ſive reipſa
introducatur, *l. Paulus. ff. rat. habe.* receptum eſt † eum qui ex transactione vel ex 25
alio contractu quid ſolvit vel recipit, intelligi iſtam transactionem vel alium contractum ratum habuiſſe, & quod is qui ex contractu quid ſolvit, eum contractum approbaſſe intelligatur, expreſsè probat *text. l. indebitum. C. de condictio indebit. l. cum fidem. C. de non numera. pecu.* idem probat id quod & legibus expreſsè cautum & à Dd.
communiter traditum eſt, † hæredem qui 26
vel legata, *Paul. Caſtrenſ. conſil. 292. col. 3. verſ. ſuper ſecundo lib. 2. Socin. conſ. 295. col. 3. lib. 2.* vel debita hæreditaria ſolvit, intelligi hæreditatem agnoviſſe, *l. 2. & ibi Bart. & Dd. C. de ju. deliberan. l. parentibus. § 1. C. de inofficioſo teſtamen. Bald. l. potuit. C. de ju. deliberan. Corn conſ. 30. lib. 3 Alexan. conſ 32. lib. 3. Iaſ. l. frater à fratre lectu. 1. num 42. ff. de condict. indeb.*

Quod † verò is, qui ex contractu ali- 27
quo quid percipit, contractum illum approbaſſe atq; ratum habuiſſe intelligatur, expreſsè atq; in ſpecie decidit *Bald conſ. 184. incipien. ad intelligentiam lib. 2. Alexan. conſ. 117. lib. 5. Franciſ. Aretin. conſ. 127. incipien. Eximie Doctor. col. 1. Dec. conſ. 58. nu. 2. & conſ. 232. num. 4 & 5. Cardinal. Pariſ. conſ. 49. num. 17. & 18. lib. 1.* & hanc ſententiam probat id, quod traditur, quod reci-
piens † ſolutionem legati in teſtamento 28
ſibi relicti, totum teſtamentum approbaſſe intelligatur, *l. fin. in princ. & § 1. ff. de inoff. teſtamen.* quodq; is, qui ſolutionem debiti hæreditarii recipit, hæreditatem agnoviſſe cenſeatur, *Bart. l. Imperatores. §. ſi debitor. ff. de transaction. Bart. l. frater à fratre & ibi Iaſ. lect. 1. num. 42. ff. de condict. indeb. Bald. l non hoc. C. unde legitimi Alex. conſ. 32. lib. 3. Robert. Maran. repetit. l. ſi poteſt. num. 18 ff de acq. hæredita.*

Quare, cum non ſemel ſed quotannis ultra longiſſimum tempus incolæ pagi VV. Nobili Domino C. H. ejusq; prædeceſſoribus ſolverit penſionem in transactione conventam, ſequitur dictos incolas pagi VV. transactionem initam intellexiſſe & approbaſſe & ratum habuiſſe, etiam po-

ſito, ſed tamen non conceſſo, illam transactionem ab initio abſque mandaro ſive cõſenſu ductorum incolarum celebratum fuiſſe, & per conſequens, Nobili Dumino C. H. permitti, vigore transactionis initæ & agros, prata ac ſilvas, de quibus in transactione ſit mentio, ab incolis dicti pagi repetere, illisq; pro ſe uti & incolis dicti pagi mandare, ut ſe in poſterum ab hiſce agris, pratis ac ſilvis abſtineant.

Nec obſtat huic noſtræ deciſioni, quod dici poſſit, incolas dicti pagi W. ſolvendo penſionem in transactione conventam, non totam transactionem ſed rantùm eam partem, in qua de mercede ſolvenda conventum eſt, non autem illam, in qua pactum luendi vel repetendi iſta bona & à contractu diſcedendi poſitum eſt approbaſſe vel ratum habuiſſe.

Namq; certum eſt,† eum qui ex con-
29 tractu inito quid ſulvit vel præſtat, integrum contractum cum omnibus ſuis pactis approbaſſe intelligi, quam ſententiam confirmar id, quod legibus expreſsè cautum eſt, eum qui partem debiti ſolvit, integrum debitum agnoviſſe cenſeri, uſq; adeò, ut ipſe ad reſidui ſolutionem etiam cogi poſſit, *l. cum fidem. C. de non numera. pecun.* Deinde, ad hanc ſententiam comprubandam, facit quod ſulvens partem illius, quod per metum promiſſum eſt, totũ illud, quud per metum promiſſum eſt, approbaſſe intelligitur, atq; ad reſidui ſolutiunem compelli poſſit. *Iaſ. ſi ob turpem. nu. 2. ff. de condictio. ob turp. cauſ.* Huc accedit, quod filiusfamilias qui contra Senatuſconſultum Macedonianum mutuum acceperat, paterfamilias factus partem debiti ſulvens, integrum debitum agnoviſſe videatur: illudque non obſtanre exceptione Senatuſconſulti Macedoniani ſolvere cogatur, *l. ſed & Iulianus. §. fin. ff. ad Senatuſconſ. Macedonia.*

His adde, quod hæres ſolvens partem legati vel fideicommiſſi in iſto loco, in quo ipſe legatorum vel fideicommiſſorum legatum vel fideicommiſſum petentem, fori præſcriptione repellere poterat, intelligatur exceptioni fori etiam quoad reſiduum legati ſive fideicommiſſi renunciaſse, *l. fideicommiſſum. §. final. ff. de judic.*

Pro hac ſententia etiam adduci poteſt, quod hæres ſolvens unicum legatum in teſtamento relictum, totum teſtamentum cum omnibus ſuis partibus atque clauſulis approbaſſe intelligatur, eo caſu, quando per hæredis approbationem totum teſtamentum ratum fieri poteſt, *l. parentibus. §. 1. C. de inofficiõ. teſtament. Authen. ſed cum teſtator. C. ad l. Falcid. Bart. Iaſon & Dd. l. non dubium. C. de teſtament.*

Quare, cum diſpoſitum de ultimis voluntatibus & in contractibus locum habeat, *l. quæ de legato & ibi Iaſon & Dd. ff. de legat. 1.* dicendum eſt, & eum qui ex transactione vel alio contractu quid ſolvit, intelligi illam transactionem vel alium contractum cum omnibus ſuis pactis omnibuſq; clauſulis approbaſſe & ratum habuiſſe.

Præterea hæc ſententia etiam ex eo comprobari poteſt, quod Dd. communirer tradunt,† ſi accuſatus de aliquo de- 30
bito certas qualitates vel circumſtantias habente, illud debitum ſimpliciter confiteatur, ipſum intelligi non rantùm factum principale, ſed etiam omnes qualitates omneſque circumſtantias confeſſum, *Florian. Rapha. Cuma. Alexan. Aretin. & Paul. Caſtrenſ. l. ſi cui. §. ſi à filio. ff. de legat. 1. Bald. 2. § quod ſi actor. C. de juramen calum. Bald. l. 1. col. pen C. de ædil. edict. Abb. c. 1. extr. de plus petitio.*

Ad hanc ſententiam confirmandam
facit etiam, quod † pacta in continenti 31
juxta contractum adjecta & contractui in eſſe, *l. lecta. ff. ſi cert. petat.* & pars contractus cenſeantur, *l. fundi partem. ff. de contrahen. emptio.* quod cum una eademq; res diverſo jure cenſeri non debeat, *l. eum qui. ff. de uſucapio. c. quia circa extr. de privileg.* nemini permittatur unum eundemq; contractum prò parte approbare & pro parte improbarè, *arg. l. neminem. ff. de legat. 2. l. nam abſurdum. ff. de bon. libertor. Dyn. r. mutare de reg. jur. lib. 6.* ſimili modo, nec illi qui contractum principalem approbant, permitti debeat, pacta juxta hunc contractum adjecta improbare.

Hæc ſententia etiam confirmari po- 32
teſt ex eo,† quod ea, quæ individua ſunt, pro parte apprubare & pro parre reprobare non liceat, *Paul. de Caſt. l. cum debitorem ff. rem rat. haberi. fa. text. l. an pars. ff. pro derelicto.*

Quare cum omnis tàm transactio quàm alius contractus quoad formam ſuam individuus ſit, *Bart. l. quia. §. illud ff de fidejuſſorib.* ſequitur, nemini permitti unam eandemq; transactionem pro parte approbare & pro parte improbare. Huc

33 Huc accedit id, quod Dd. communiter tradunt, † quamlibet diſpoſitionem perfectam non licere pro parte approbare & pro parte improbare, *Bart. l. 1. num. 6. & ibi Bald. Immo. Rapha. Paul. Caſtrenſ. & Iaſ. num. 29. ff. de acq. hæredita.* Cum itaq; transactio, de qua in caſu noſtro agitur, fuerit omninò perfecta & abſoluta eo tempore, quo incolæ pagi W, penſionem in transactionem conventam ſolvendo transactionem approbaverunt atque ratum habuerunt, ſequitur, quod per hanc ſolutionem penſionis ipſi integram transactionem cum omnibus ſuis pactis & clauſulis approbaſſe intelligantur.

Et quod is, qui contractum principalem locationis quolibet modo re vel verbis approbat, vel ratum habet, etiam pacta omnia huic contractui adjecta approbaſſe atq; ratum habuiſſe intelligatur, expreſsè atq; in ſpecie tradit *Alexan. conſ. 117. lib. 5.*

Et ſic ex prædictis liquet, incolas pagi W. eo ipſo, quod ipſi ultra longiſſimum tempus præſtiterunt penſionem in transactione conventam, intelligi non tantum unam partem transactionis, ſed integram transactionem cum omnibus ſuis pactis, punctis atq; clauſulis approbaſſe.

Similiter non obſtat huic noſtræ deciſioni, quod forſan dici poſſet, hanc transactionem non eſſe initam nomine incolarum pagi W. eamq; ob cauſam incolas pagi W. hanc transactionem approbare vel ratum habere non potuiſſe, juxta text. *l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. ff. de negot. geſt. l. ſi ſervus. ff. de prec.*

Namq; reſpondeo primò, ex lapſu longi temporis & præſtatione diuturna præſumi transactionem hanc, non tantùm nomine ſed etiam ex mandato incolarum pagi W. celebratam, ut ex prædictis liquet.

Secundò reſpondeo, poſito, ſed tamen non conceſſo, hanc transactionem neq; ex mandato neq; nomine incolarum pagi W. celebratam, incolas tamen pagi W. hanc transactionem approbare & ratum habere potuiſſe, quoad confirmationem hujus transactionis, item, quoad hoc, ut ipſi ex hac trãsactione cõveniri poſſent.

Namq; licet id, † quod meo nomine geſtum non eſt, ratum habere nequeam quoad hoc, ut mihi ex hoc negotio geſto,
34 negotiorum geſtorum actio detur: illud tamen quod meo nomine geſtum non eſt, indiſtinctè ratum habere poſſum, in meum præjudicium, atq; ut id, quod geſtum eſt, confirmetur, & ex eo, quod geſtum eſt, actio contra me detur, *Bart. d. §. ſed ſi ego Bart. l. ſi fundus. §. 1. arg. ill. text. ff. de pignorib.* Igitur ex prædictis concludo, transactionem, de qua in caſu noſtro agitur, ratam & firmam eſſe, & Nobili Domino C. H. permitti vigore transactionis initæ agere contra incolas pagi W. ad hoc, ut incolæ dicti pagi W. cogantur & bona controverſa ipſi Nobili Domino ſecundum tenorem transactionis dimittere, & ſe ab uſu illorum bonorum in poſterum penitus abſtinere. Nec obſtant huic noſtræ veriſſimæ deciſioni ea, quæ pro parte contraria adducta ſunt, namq; ad illa omnia facilis eſt reſponſio.

Et ad primum argumentum contrarium reſpondeo, primò, † cum nnlla lege cautum ſit, in alienatione rerum Eccleſia-
ſticarum vel Monaſterii requiri authorita- 35
tem vel conſenſum illius Ducis vel Principis ſecularis, in cujus territorio res alienata ſita ſit, certò certius eſſe in alienatione rei Eccleſiaſticæ vel Monaſterii, non requiri athoritatem vel conſenſum Ducis vel Principis ſecularis, in cujus territorio res alienata ſita eſt.

Namq; id, quod lex non dicit vel requirit, nec nos decere vel requirere debemus, *l. ſi ſervum §. non dixit. ff. de acq. hæredita. l. illam, & ibi Iaſ. & Dec. C. de collation. Bald. conſ. 228. lib. 3. & conſ 99. lib. 4.*

Secundò, Dd. communiter concludunt, in alienatione rerum Eccleſiæ vel Monaſterii non requiri aliam ſolennitatem quàm illam tantùm, quæ in *c. ſine exceptione 12. q. 2.* expreſſa eſt, *glo. Innoc. & Ioan. And. c. 1. de reb. Eccleſ. non alienan. lib. 6. Abb. c. 1. nu. 17. ext. de in integ. reſtitut. Abb. c. nulli nu. 6. ext. de reb. Eccleſ. non alienan. Abb. conſ. 41. lib. 2. Bart. Auth. hoc jus porrectum nu. 19 & ibi Bald num. 3 C. de ſacroſanct. Eccleſ.* quarè cum in *d. c. ſine exceptione* in alienatione rerum Eccleſiæ vel Monaſterii non requiratur authoritas vel conſenſus Ducis ſecularis, ſequitur in alienatione rei eccleſiaſticæ vel Monaſterii conſenſum vel authoritatem Ducis ſecularis non requiri.

Tertiò, pro hac ſententia confirmanda facit id quod traditur, in alienatione rerum Eccleſiæ vel Monaſterii non requiri decretum judicis, *Abb. c. nulli nu. 6. ext. de reb.*

Eccleſ. non alienan. Nec obſtat huic deciſioni id, quod dicitur, Principes ſeculares habere univerſale dominium territorii ſui, quodq; illius, qui in aliqua re jus habet, conſenſus in alienatione rei requiratur.

36 Namque † primò negari poteſt, dominium univerſale, quod Principes in territorio ſuo habent ad res Eccleſiarum vel Monaſteriorum extendi, *arg. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ extr. de conſtitut. c. final. extr. de reb. Eccleſ. non alienan.*

37 Deinde etiam certum eſt, quod illius † qui dominium univerſale territorii habet, conſenſus vel authoritas in alienatione rerum in illo territorio ſitarum non requiratur: namq; Imperator habet univerſale dominium totius Imperii, *Bart. d. l. 1. §. per hanc. ff. de rei vendication.* & tamen certum eſt, Imperatoris conſenſum non requiri in alienatione ſingularum rerum ſive à ſingularibus perſonis facta, *arg. l. nemo exterus C. de Iudæis & cœlit. l. in re mandata. C. mandat. l. dudum. C. de contrahen. emptio. l. 2. ff. ſi quis à paren. manumiſſ. fuerit.*

38 Quartò reſponderi poteſt, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, in alienatione rerum Eccleſiæ requiri etiam conſenſum Principum ſecularium, cùm tamen hæc transactio, de qua in caſu noſtro agitur, fuerit facta ante triginta annos, in caſu noſtro ex † curſu longiſſimi temporis præſumi, in transactione conſenſum Principis ſecularis interveniſſe, cum ex curſu longiſſimi temporis præſumatur in aliquo contractu & authoritas ſive conſenſus ſuperioris & omnis alia legitima ſolennitas interveniſſe, ut ex prædictis patet.

Quintò reſponderi poteſt, quod bona controverſa etiam ante transactionem initam pertinuerit non ad Eccleſiam ſive Monaſterium ſed ad Nobiles Dominos à M.

39 Namq; ante transactionem initam, penſio annua de dictis bonis fuit ſoluta non Monaſterio ſed Nobilibus Dominis à M, & certum eſt, quod † per ſolutionem annuæ penſionis is cui penſio annua ſoluta eſt, præſumatur dominus illius rei, de qua re ipſa penſio ſoluta eſt, *Bald. c. inter dilectos extr. de fide instrumentor. Fel. c. cum Bartholdu num. 25. extr. de ſenten. & re judica.* quod abſque omni dubio procedit, quando vel quæſtio dominii incidenter in judicium deducitur, *Alexan. conſil. 10. num. 3. & 4. lib. 4.* vel quando penſio annua longo tempore præſtita fuit, *Bart. l. ad probationem C. de locatio. & conduction. Alex. conſil. 12. num. 3. lib. 4.*

Quare, cum in noſtro caſu Nobilis Dominus C. H, qui quoad hæc bona eſt ſucceſſor Nobilium à M. non rei vendicatione ſed actione ex locato ſive conductione ex lege experiatur contra incolas pagi W. & ſic in hoc judicio non vertitur principaliter quæſtio dominii: atque etiam inſuper incolæ pagi W. ante transactionem initam longo tempore de bonis controverſis ſolverunt Nobili Domino à M. annuam penſionem, certi juris eſt, quod Nobilis Dominus C. H. habeat hanc præſumptionem pro ſe, quod prædeceſsores ſui ante transactionem initam fuerint domini illorum bonorum, de quibus controvertitur, quod eam ob cauſam ſit ſupervacuum diſputare, utrumne alienatione rerum Eccleſiæ vel Monaſterii conſenſus vel authoritas Ducis vel Principis ſecularis requiratur.

Ad ſecundum, tertium, quartum & quintum argumentum contrarium reſpondeo, Primò, cum de bonis controverſis etiam ante transactionem initam annua penſio non Monaſterio ſed Nobilibus Dominis à M. prædeceſsoribus Nobilis Domini C. H, ſoluta fuerit, præſumi dominium horum bonorum non ad Monaſterium ſed ad prædeceſsores Nobilis Domini C. H. pertinuiſse, eam ob cauſam ſupervacuum eſſe diſputare, utrum in transactione, de qua in caſu præſenti agitur, ſolennitas requiſita in alienatione rei Eccleſiaſticæ intervenerit an verò non.

Secundò reſpondeo, poſito, ſed tamen non conceſſo, bona prædicta de quibus controvertitur ante transactionem initam ad Monaſterium pertinuiſſe, cum tamen poſt transactionem initam non modò longum verùm etiam longiſſimum tempus lapſum fuerit, & inſuper præſtatio annua intervenerit, ex curſu hujus temporis præſumeretur in hac transactione omnem ſolennitatem in alienatione rerum ad Monaſteria pertinentium interveniſse.

Tertiò

Tertiò reſpondeo, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, probari poſſe, & quod dicta bona ad Monaſteria pertinuerint, & quod in tranſactione de hiſce bonis facta, ſolennitas requiſita non intervenerit, tamen de hoc incolæ pagi W. minimè excipere poſſent.

40 Cum † ſit certi juris, conventum ex
contractu locationis nunquam de jure tertii excipere poſſe, *l. 1. §. ſi prædo. ff. depoſiti. l. ita ut ſi fur. & ibi Dec. ff. Commodat. Bar. & Alexan. l. ſi alienam. ff. ſol. matrimo.*

Deinde ad quintum argumentum
41 contrarium reſpondeo, † multos magnæ
authoritatis Dd. tradere, indiſtinctè ex curſu longi vel longiſſimi temporis mandatum præſumi, *Bald conſ. 337. col fin. lib. 1. Paul. de Caſt. conſ. 84. incipien. viſa fac. narrat. lib. 1. Curt. ſen. conſ 77. incip. ſuper motivis Iaſ. l. ſciendum. ff. de verb. obligation Iaſ. l. 1. C. qui admitti. Dec. conſ. 199. conſ. 486. col. fin. & conſ. 638. col. 2.*

Et poſito, Doctrinam illorum Dd. qui volunt, ex antiquitate ſive curſu temporis non præſumi mandatum: tamen illa doctrina non procedit quando in aliquo Inſtrumento ſaltem enunciativè eſt facta mentio de mandato, *Bal. conſ. 112. col. 2. lib. 1. Cæpol. conſ. 26. dubio ſecundo. Dec. conſ. 36 col. 5. Godzad. conſ 11. col. 4 Purpurat. Auth. ſi quis in aliquo C. de eden.* vel quando cum curſu longi temporis concurrit quaſi poſſeſsio ſive annua præſtatio.

Quare, cum in caſu noſtro & in inſtrumento tranſactionis eſt facta enunciativè mentio mandati, & inſuper in caſu noſtro intervenerit annua præſtatio ſive quaſi poſſeſsio, omninò dicendum eſt, in caſu noſtro ex curſu non tantum longi, verùm etiam longiſſimi temporis præſumi, interveniſſe mandatum ſive conſenſum Capituli.

Ad ſextum argumentum contrarium reſpondeo, ex curſu longiſſimi temporis, item, & ex præſtatione diuturna præſumi in hac tranſactione conſenſum incolarum pagi VV. interveniſſe, & poſito ſed tamen non conceſſo, in hac tranſactione ab initio non interveniſſe conſenſum incolarum pagi VV. tamen incolæ pagi VV. hanc tranſactionem ex ipſo approbaſſe, ſive ratum habuiſſe intelliguntur, quod ipſi penſionem in tranſactione conventam ultra tempus longiſſimum ſolverunt.

Ad ſeptimum argumentum contrarium reſpondeo, primò, negando quod incolæ pagi VV. ante tranſactionem initam, bona controverſa ultra tempus longiſſimum pro uniformi canone poſſederint: Ideoq; cum ipſi etiam ante tranſactionem initam aliquot annis de bonis controverſis Nobilibus a M. penſionem ſolverint, ſequitur, non incolas pagi VV. ſed Nobiles Dominos à M. præſumi, habuiſſe dominium illorum bonorum, de quibus controvertitur

Namq; † ex ſolutione ſive perceptio- 42
ne annuæ penſionis dominium probatur, *Bar. l. ad probationem. C. de locat. & conduct. cum ſimilibus allegat. ſupra.*

Secundò reſpondeo, licet is, qui aliqua bona pro uniformi canone ultra longiſſimum tempus poſſedit, præſumatur, illa bona non titulo locationis poſſediſſe, ſed in cenſum accepiſſe, hanc tamen præſumptionem tam per probationem quam per præſumptionem contrariam elidi. Namque
certum eſt, † omnem præſumptionem ex 43
curſu temporis deſcendentem tàm per probationem, *Abb. conſ. 61. col. fin. lib. 1. Cæpol. conſ. 25. ad finem primi dubij. arg l. fin. in prin ff. quod met. cau. l. ſi chirographum & l. cum de indebito. §. 1. ff. de probatio. l. nuptura. in fi. ff. de ju. do l. filio quem pater ff. de lib. & poſthum. l. 1. § ſi quis filium ff. ſi tabul. teſtam. nul. extab.* quam per præſumptionem contrariam tolli, *Abb. c. alterius ext. de teſtibus Corn conſ. 144. col. 1. lib. 4. arg. l. divus ff. de reſtitut. in integ. l. non ſolum. ff de ritu nuptiat. l. quia autem. §. non ſimpliciter. ff ſi quis. omiſ. cauſ. teſtam. l. 1. C. qui & adverſ quos. l. maret & ibi Angel. & Salicet. C. de probation.*

Quarè, cum nemo præſumatur rem ſuam conducere, & ſic contractum nullum facere, *arg. l. ſi quando, in prin ff de legat. 1. gloſ. l. ſi quando, in prin. C de inofficioſ. teſtam.* atq; ex hoc, quod quis longo tempore rem aliquã ut colonus ſive inquilinus mens poſſedit, atq; de ea annuam penſionem ſolvet, non tantum præſumatur, ſed etiam probetur, illam rem jure dominii ad me ſpectare, *Bar. d. l. ad probationem.* ſequitur, quod in caſu noſtro etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, incolas pagi VV. ante tranſactionem initam prædicta bona ultra tempus longiſſimum pro uniformi canone poſſediſſe, & per conſequens præſumi, hæc bona in cenſum accepiſſe: hanc tamẽ præſumptionem aliis fortioribus præſumptionibus penitus tolli: tum, quia incolæ pagi VV. dicta bona controverſa conduxerunt, tum, quia inco-

læ pagi VV. dicta bona longiſſimo tempore tanquam coloni Nobilis Domini C. H. ejuſq; anteceſſorum poſſederunt atq; annuam penſionem ſolverunt. Cum itaque prædicta præſumptio dominii alia præſumptione tollatur & elidatur, ſequitur & contractum principalem & pacta juxta contractum adjecta rata & firma eſſe.

Tertiò reſpondeo, incolas pagi VV. Nobili Domino H. neq; proprii neq; alieni dominii exceptionem objicerere poſſe eo caſu, quo ipſi Nobiles cõtra incolas pagi W. condictione *ex l. ſi quis conductionis. C. de loca. & conduct.* experiuntur (quod remedium ut ipſi Nobiles contra incolas pagi W. inſtituant, ipſis Nobilibus conſulo.) Namq;
44 certum eſt, † ei qui condictione ex dicta lege agit, neq; proprii neq; alieni domini exceptionem objici poſſe, *d. l. ſi quis conductionis & ibi Bart. & Bald. C. de location. & conduction. Bar. & Alex. d. ſi rem alienam. ff. ſol. mat. Alex. ſi rem aliquam. ff. de acq. poſſeſſio.*

Ad octavum argumentum contrari-
45 um reſpondeo, Primo † promiſſionem facti alieni valere eo caſu, quando promiſſor habet poteſtatem imperandi illis atq; prohibendi illos, de quorum facto promiſſio facta eſt, *Zaſ. l. ſtipulatio iſta, in princ. num. 12. ff. de verbo. obligation.*

Quare cum Dominus I. VV. Præpoſitus zu B. habuerit jus & imperandi incolis & prohibendi incolas pagi VV. ſequitur, promiſſionem factam a prædicto præpoſito de facto incolarum pagi VV. ratam eſſe.

Secundò, promiſſio facti alieni valet in illis contractibus, in quibus quis de evictione conveniri poteſt, ſive in illis, in quibus quis de facto alterius tenetur, *Iaſon Zaſ. & Dd. l. ſtipulatio iſta, in princ. ff. de verb. obligation.*

Quare, cum in contractu locationis quis teneatur de facto alterius prohibentis vel impedientis conductorem uti re conduct., *l. ſi fundus. ff. de locatio. & conductio. Bart. l. ſi uno §. cum quidam. ff. eo tit.* ſequitur, promiſſionem facti alieni factam in contractu locationis ratam eſſe, & per conſequens, cum contractus qui continetur in Inſtrumento transactionis, locatio ſit, dicendum eſt promiſſionem facti alieni de qua in Inſtrumento transactionis fit mentio, valere & ratam eſſe.

Tertiò, licet promiſſio facti alieni rata non ſit, ſi tamen promiſſio facti alieni facta in tali contractu, qui conſenſu contrahitur, fuerit approbata ſive ratum habita ab illo, de cujus facto promiſſio facta fuit: hæc approbatio ſive ratihabitio interveniente conſenſu illius, cum hæc promiſſio facta fuit, parit actionem non quidem ex promiſſione facti alieni, ſed ex conſenſu ſive approbatione ſubſequente deſcendentem.

Namq; certi & indubitati juris eſt, ex contractibus qui conſenſu contrahontur, actionem oriri ſimul, atque de conſenſu contrahentium liquet, *l. conſenſu ff. de action. & obligation. Inſt. de obligat. quæ ex conſen. tot. tit. l. contrahitur. ff. de pignorib.*

Quare, cum contractus, de quo in caſu noſtro agitur, contractus locationis ſit, qui conſenſu ſolo contrahitur, ſequitur, poſito, ſed tamen non conceſſo, in caſu noſtro promiſſionem facti alieni ab initio non valuiſſe, propter approbationem tamen ſive ratihabitionem ſubſequentem ex hoc contractu actionem efficacem oriri, non quidem ex promiſſione facti alieni ſed ex conſenſu poſtea ſubſecuto.

Ad nonum argumentum contrarium in rationibus decidendi reſponſum eſt.

Ad decimum argumentum contrarium reſpondeo, † eum, qui quid ex contractu 46
ſolvit vel præſtat, totum contractum cum omnibus pactis & clauſulis approbaſſe atq; ratum habuiſſe intelligi: ſicut hoc in rationibus decidendi multis firmiſſimis rationibus probavimus. Nec obſtat huic deciſioni id, quod tradit *Iaſ. l. pen. ff. de condictio. ob turp. cau.*

Namq; licet Iaſ. in prædicto loco dubitet, utrum is, qui quid per metum promiſſum ſolvendo partem illius quod per metum promiſſum eſt, totam hanc promiſſionem approbaſſe intelligatur: uſq; adeò, ut ipſe ad reſidui præſtationem conveniri poſſit, tamen Iaſ. ultimò dicit, ſe magis inclinare in illam ſententiam, quod per hanc ſolutionem partis, tota promiſſio confirmata cenſeatur, quæ ſententia etiam verior eſt, & multis firmiſſimis rationibus nititur, ideoq; ea & in judicando & in conſulendo ſequenda erit, *c. Capellanus & ibi Abb. extr. de feriis.*

Similiter non obſtat noſtræ deciſioni, *l. Lucius § teſtator. ff. de legat. 2. cum ſimilibus allegat.* Namq; illa allegata procedunt eo caſu tantum, quando teſtamentum cujus diſpoſitionem quis pro parte approbavit,

vit, eſt tale, quod approbans ſuo conſenſu confirmare noo potuit, ſecus autem eſt, ſi illud teſtamentum ſit tale, quod approbans ſuo conſenſu confirmare potuit: tunc enim is, qui unam partem teſtamenti approbavit, totum teſtamentum confirmaſſe & ratum habuiſſe intelligitur.

Quare cum contractus, de quo in caſu noſtro agitur, talis ſit, quē incolæ pagi W. ſuo conſenſu confirmare potuerunt, ſequitur incolas pagi VV. totum contractum approbaſſe intelligi eo ipſo, quod ipſi juxta placitum conventionis annuam penſionem in contractu conventam ſolverunt,

Ad undecimum argumentum contrarium reſpondeo, ex curſu longiſſimi temporis juncta cum præſtatione diuturna præſumi, hanc tranſactionem, de qua in caſu noſtro agitur, ſtipulatione vallatam fuiſſe: namq; clari juris eſt, quod ex curſu longiſſimi temporis, juncta cum præſtatiune annua, tàm ſtipulatio quàm alius titu-
47 lus præſumatur, ſicut ex prædictis liquet.

Secundò ad undecimum † argumentum contrarium reſpondeo, licet regulariter ex pacto nudo tranſactionis actio non detur: ſi tamen in tranſactione pacto nudo inita fuerit conventus talis contractus, qui conſenſu ſolo perficitur, non quidem ex tranſactione ſed ex contractu in tranſactionem deducto, actionem oriri, quod evidentiſſima ratione ſuadetur.

48 Namq; & in ſimili legibus cautum eſt, † licet ex ſtipulatione regulariter actio non detur, niſi ad interrogata reſponſum fuerit, ſi tamen ſtipulatio fuerit interpoſita ſuper tali contractu, qui conſenſu ſolo perficitur, ex hoc negotio actionem oriri non quidem ex ſtipulatione, ſed ex illo contractu, qui conſenſu perficitur, *arg. l. ſi ſtipulatio. §. fin. ff. de verb. obligatio.*

Quare, cum in tranſactione, de qua in caſu noſtro agitur, ſit initus contractus locationis, qui conſenſu ſulo perficitur, ſequitur ex negotio in tranſactione geſto actionem dari, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo tranſactionem in caſu noſtro initam ſtipulatione confirmatam non fuiſſe.

Ad duodecimum argumentum contrarium † reſpondeo: licet aliqui Dd. ſint illius ſententiæ, eum, qui ultra triginta vel quadraginta annos rem conductam pro uniformi canone poſſedit, præſcribere hoc jus, ne ipſi ulterius res conducta auferri poſſit, ſi ipſe paratus ſit inpoſterum illum canonem ſolvere: veriorem tamen ſententiam eſſe illam, quæ vult, colonum vel inquilinum, qui etiam oltra longiſſimum tempus rem conductam pro uniformi canone poſſedit, non præſcribere hoc jus, ne 44
ipſi res conducta auferri poſſit, ſicut hanc ſententiam expreſsè tenet multisq; rationibus comprobat *Aymon. Cravet. in tract. de antiquita. tempo. §. materia iſta. num 100. usq; ad num. 123.*

Ideoq; hæc ſententia & in judicando & in conſulendo ſervanda eſt, Namq; in † judicando & conſulendo ſemper illa 49
ſententia amplectenda eſt, quæ melioribus rationibus nititur: licet contraria opinio communis ſit, *Ioan. Andr. Abb. Felin. & Dec. d. c. 1. ext. de conſtitut. Abb. d. c. providentiam in princ. Abb. c.* Capellanus *arg. ill text ext. de feud. Abb. c. 3. extr. de cenſibus. Abb. c. ex literis el. 1. extr. de ſponſalib. Abb. c. tua nos extr. de de uſur. Abb. conſ. 1. lib. 1. Bald. d. §. judices. Alex. & Iaſ. d. l. cum prolatis Iaſ. Authen. noviſsima nu. 22. C. de inoff. teſtam. Dec. conſ. 23. nu. 6. conſ. 259. nu. 1. conſ. 481. num. 12. fa. l. 1. §. ſed neq;* C. *de veter. jur. enuclean. l. Æmilius. ff. de minor.* & ſic per prædicta concludo, quod non obſtantibus his, quæ pro parte contraria adducta ſunt, & contractus, de quo in caſu noſtro agitur, & omnia pacta juxta contractum adjecta, rata & firma ſint: Quodq; Nobili Domino K. H. permittatur vigore illius contractus & à locatione inita recedere & impetrare, ut incolæ pagi VV. ſeſe ab iis bonis, de quibus in contractu mentio facta eſt, abſtinere cogantur, ſuadeo tamen Nobili Domino C. H. ut ipſe contra incolas pagi VV, condictione *ex l. ſi quis conductionis.* C. *de locatio. & conductio.* experiatur, namque hoc remedium, meo judicio, hoc caſu utiliſſimum eſt,

CONSILIUM QVADRAGESIMUM TERTIUM.

In quo diſſeritur, An Princeps gratioſè alicui feudum concedens, præciſè cogatur tradere feudum vel ſolvere Intereſſe.

SUMMARIA.

1. *Princeps ſi gratioſè alicui feudum concedat, non præciſè cogitur ad tradendum feudum vel ſolvendum Intereſſe ſecund. Bald. & Affliđ. Improbatur num. 44. & ſeqq. & num. 54. 57. 58. 59. 60. & 61. ubi limitatur, ſi vera eſſe poteſt doctrina Baldi & Afflict. & num. 61. 62.*

2. *Intra quæ volunt, dominum obligatum eſſe vaſallo, vel vacuam poſſeſſionem rei, de qua ipſum inveſtivit, tradere vel feudum æquivalens date, vel æſtimationem præſtare, an procedunt eo caſu, quando dominus vaſallum de feudo ad ſe devoluto vel devolvendo, inveſtivit, & n. ſeqq. & nu. 42. & 64.*

3. *In inveſtitura ſemper intelligitur clauſula,* Salvo jure tertii, *licet illa expreſſa non ſit.*

4. *Et inveſtitura titulo oneroſo facta fuerit. Declaratur num. 65.*

5. *In contractu non venit, de quo cogitatum vel actum non eſt.*

6. *Res quævis cum cauſa ſua tranſit & onere. Declaratur num. 68.*

7. *Princeps quæ aliis conceſſit, de Stylo Cancellariæ reſervaſſe intelligitur, niſi ſpecialiter conceſſerit. Declaratur num. 69.*

8. *Clauſula* Juribus alienis ſemper ſalvis, *in inveſtitura poſita, an, quid & quando operetur, & num. 70. 72. 77. 79. 71. 86. 90.*

9. *Conſenſus domini, an ſibi præjudicet, quando ex inveſtitura non apparet, dominum de qualitate feudi certioratum fuiſſe, & num. 91.*

10. *Clauſula,* Salvis juribus noſtris, *an & quid operetur, & num. 92.*

11. *Conſuetudo loci conſuetudinibus feudalibus derogat.*

12. *Id intelligitur actum, quod in loco contractus celebrati uſitatum eſt.*

13. *Dominus feudi de evictione feudi non tenetur, ſi vaſallo partem rei conceſſerit, vel res pro parte evicta fuerit: Contrarium num. 94.*

Fidejuſſor evictionis non tenetur, ſi res pro parte evicta fuerit. Improbatur num. 95.

15. *Contra venditorem hæreditatis re particulari evicta de evictione non agitur.*

Declaratur num. 96.

16. *Contractus ex conventione legem accipiunt.*

17. *Tenor inveſtituræ quantopere attendendus.*

18. *Agenti ex obligatione in diem ante diem venientem exceptio obſtat.*

19. *Verbum,* quando vel quandocunq;, *quid denotet.*

20. *Ex obligatione conditionali ante conditionem exiſtentem actio non oritur ipſo jure.*

21. *Inveſtitura de feudo viventis purè facta, feudi poſſeſſore non conſentiente, per ſe & ipſo jure nulla eſt.*

Declaratur num. 67. 102.

22. *In promiſſionibus alternativis ſufficit unum adimplere.*

23. *Alternativæ diſpoſitiones pariunt incertitudinem.*

24. *In ambiguis pro proferente interpretatio fit.*

25. *Ex liberalitate ſua nemo damnum pati debet.*

26. *Interpretatio beneficij ſpectat ad Principem.*

Decla-

Declaratur num. 103. & 104.

27. A verbis claris nulla interpretatione recedendum eſt.

28. Donator de evictione conveniri nequit. Fallit num. 48. 49. & nu. 105.

29. Nemo plus juris in alium transfert, quàm ipſe habet.

30. Actus agentium ultra intentionem ipſorum non operantur.

31. Reſertur deciſio Blanci ad quæſtionem, utrum dominus feudi poſt inveſtituram abuſivam teneatur vaſallo vel ad traditionem rei vel ad Intereſſe. Declaratur hæc deciſio. nu. 108.

32. Dominus non habens facultatem tradendæ rei in feudum conceſſæ, obligatur vaſallo ad id, quod intereſt, ſi dolo vel culpa rem poſſidere deſierit, aliàs ſecus, ſecundum Præpoſit.

Declaratur num. 109.

33. Dominus ſi quem de feudo vaſalli viventis quem mortuum credebat, inveſtierit, inveſtitura non valet, nec convaleſcit, etiamſi vaſallus vivens poſtea abſq; maſculis hæredibus deceſſerit.

Declaratur num. 110.

34. Quid ſi dominus inveſtiens alium de feudo vaſalli ſui viventis in unum caſum, ſi videlicet per mortem vaſalli domino apertum fuerit, at alio modo aperiatur.

35. Dictionum, Prout, ſicut, ſecundum, & ſimil. natura & nu. 111.

36. Itemq; dictionis relativi, Quos vel qui, & nu. 38. & nu. 112.

37. Pro diſpoſito habetur, quod contrahentes veriſimiliter diſpoſuiſſent, ſi de eo interrogati fuiſſent.

39. Appellatione partis dimidia continetur.

40. Appellatione reſidui totum.

41. Vt & appellatione reliquorum vel cæterorum.

43. De generali diſpoſitione & quid comprehendat.

45. Iura accomodanda ad ea, quæ frequenter contingunt.

46. Natura feudi eſt, ut ex liberalitate concedatur.

47. Diſpoſitio intelligenda ſecundum propriam naturam rei, de qua ſpecialis mentio fit.

50. Generalis aſſertio meritorum quando merita probet.

51. Specialis aſſertio meritorum, merita plenè probat.

52. Clauſula in principio poſita, quomodo ad ſequentia, & contra clauſula in fine poſita, ad præcedentia referatur.

53. Conceſſio benemerito facta propter benemerita præcedentia facta cenſetur, etiamſi horum in conceſſione nulla ſit facta mentio,

55. Donatio propter benemerita facta, an ſimplex cenſeatur, ſi addatur vocula, Gratis &c. & num. ſeq.

56. Dictionis Etiam, natura.

57. Doctori etiam eximio ſine lege non credendum.

58. Feudum etiam gratuito conceſſum contractus eſt ſecund. commun.

59. Princeps in contractibus jure communi utitur & num. 113.

60. Communis opinio quando non tenenda.

62. Princeps ſuperiorem recognoſcens, non habet privilegia Imperatoris.

63. Appellatione Principis ſimpliciter prolata Imperator tantùm continetur.

66. Declaratur text. c. 1. in prin. De Capitan. qui. cur. vend.

71. Clauſulæ, quæ potius de Stylo Cancellariæ, quàm de mente Principis in inveſtitura ponuntur, nihil operantur.

73. Clauſulæ acceſſoriæ principalem diſpoſitionem nec alterant nec mutant.

74. Nec clauſulæ ad executionem appoſitæ.

Vt nec ea quæ pro abundanti cautela ponuntur num. 78.

75. Clauſula auctoritate noſtra cognoſcas in Principis reſcripto poſita, quando denotet jurisdictionem delegatam commiſſam.

76. Per clauſulam, promittens habere ratum, quicquid per procuratorem geſtum fuerit, cur non videatur data libera adminiſtratio.

80. Clauſula, fundus, uti Optimus Maximus, quid operetur.

82. Par culpa eſt, ſcire & ſcire debere.

83. In facto proprio non præſumitur ignorãtia. Declaratur num. 85.

84. An ſaltem ex curſu longi temporis.

87. Suſcipiens in ſe periculum caſus fortuiti, de quo caſu non teneatur.

88. Remota exceptione non intelligitur remota exceptio ex facto adverſarij deſcendens.

89. Excluſio unius, alterius incluſio eſt, Illuſtratur ibid.

93. Conſuetudo allegata plenè probanda.

97. Clauſula generalis non extenditur ad ea, quæ ſpecialem determinationem habent.

98. A forma verborum contractus non recedendum & n. 106.

99. Clauſula adjecta uni ex pluribus caſibus de quibus diſcretivè diſponitur, ad alium caſum non extenditur.

100. Clauſula unicum tantum Capitulum reſpiciens, ad alia in eodem inſtrumento poſita extendi non debet.

101. Clauſula in inſtrumento poſita non refertur ad negocia diverſa.

Verba

104. Verba clara interpretationem non admittunt.

107. Propoſitum in mente retentum nihil operatur.

114. Iudex quam viam in dubio eligere debeat.

CASUS, SUPER QUO CONſilium petitur, ſic ſe habet. Illuſtriſſimus Illuſtriſſimique generis Princeps ac Dominus Dominus P. quondam S.& P.Dux, laudatæ memoriæ, Nobili Doctiſſimo Clariſſimoq; viro C. in compenſum ſuorum ſervitiorum, quæ Illuſtriſſimæ ſuæ Celſit. in officio cancellariatus & aliàs per multos annos fideliter præſtitit, omnia ſingulaq; bona, quæ quondam Illuſtriſſimus Dux C,H. de S. & M. L. in pagis D.C. & R. utpote per obitum C. K. ſuæ Illuſt. Celſit. aperta feuda, in feudum conceſſit, pro parte etiam per obitum C. de S. aperta, & per obitum H. L. ſuorumvè maſculorum feudi hæredum S.Illuſtr.Celſit.vel hæredum ipſius in poſterum aperiri poſſent, cùm omnibus ſingulisq; pertinentiis ac juribus, quæ bona illa in ipſorum diſtrictu multis temporib⁹ habuerunt, & per K.S.&L. liberrime poſſeſsa ac uſurpata fuerunt, in maſculinom & gratioſum feudum conceſſit, attribuit, datisq; deſuper literis confirmavit, vigore promiſſionis ac infeudationis W. anno 49. 19. Iulii factæ, ac deinceps V. anno 51. Ianuar. 11. confirmatæ.

Cum autem dictus Doctor deinceps Dominica Invocavit nominati anni 51. per M, D. tunc temporis Præfectum in V. ex mandato ſublimè nominati Principis ad D. remiſſus eſt, apparuit C. de S. illa bona quæ C. à C.K. acquiſivit in vita ipſius L. H. cum benenominati Illuſtriſs. Principis conſenſu vendidiſſe, atq; illa quæ R. habuit cum I.K. abſq; conſenſu feudi Principis mutaverit, quodq; ideo dictus Doctor bonorum C.& R. hoc uſq; poſſeſſionem eorũq; emolumentum acquirere non potuerit.

Quæritur igitur, num ſublimè nominati Principis filii relicti & Ducatus Domini, ſæpedicto Doctori prædicta bona à præſenti poſſeſsore acquirere, vel ſi hoc fieri non poſſet, ipſi æquivalens feudum in recompenſationem attribuere vel ad minimũ Intereſſe juſtumq; valorem iſtorum bonorum refundere teneantur: præcipuè cum domino Doctori tempore inveſtituræ hujus factæ mutationis non conſtiterit,

Ad quem caſum annectamq; quæſtionem breviter ut reſpondeatur, exiſtimo jure fundatum, quod ſublimè nominati Illuſtriſsimi juniores Principes, domino Doctori dicta bona tradere, vel ſi hoc facere nequeant, æquivalens feudum præſtare vel ad minimum Intereſſe juſtumq; valorem iſtorum bonorum refundere teneantur.

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QUO NIHIL FELIX FAUSTUMQVE.

ANTEQUAM AD HUjus quæſtionis deciſionem deſcendam, omnia illa, quæ pro parte adverſa adducta ſunt, vel adduci poſſent, referam.

Deinde hanc noſtram deciſionem legibus & rationibus comprobabo, & ad ea, quæ pro contraria ſententia adducta ſunt, reſpondebo, ita, ut ex iis liquere poſſit, dictum Doctorem jus fovere.

Et pro contraria ſententia adduci
poteſt primò, † quod aliqui ex Dd. tra- 1
dunt, ſi Princeps alicui per viam gratiæ
vel privilegii feudum conceſſerit, ipſum
non præciſè compelli ad tradendum illud feudum, vel ſolvendum vaſallo Intereſſe, ſicut & tradit *Bald. c. 1. §. final. num. 3. & Matt. de Afflict. num. 6. de nov. form. fidel.*

Quare

Quare cum in caſu noſtro feuda in pagis C. & R. per viam privilegii ſive gratiæ videantur conceſſa, videtur dicendum, in caſu noſtro dominum feudi non obligari ad tradendum illa feuda vel ad ſolvendum Intereſſe.

2 Secundò, pro contraria ſententia confirmanda facit, quod † jura volentia dominum feudi obligatum eſſe vaſallo vel poſſeſsionem vacuam ejus rei, de qua ipſum inveſtivit tradere, vel ei feudum æquivalens dare, aut æſtimationem præſtare, non procedant eo caſu, quando dominus vaſallum de feudo ad ſe devolvendo vel devoluto inveſtivit, quodq; dominus feudi eo caſu nun ſit ubligatus, ultra quem tantum ad concedendum illud jus quod ipſe conſecutus fuit.

3 Tum quia † in inveſtitura ſemper intelligitur clauſula, *Salvo jure alterius*, etiam ſi illa non fuerit expreſſa, *Matt. de Afflict. c. 1. num. 28. qui ſucceſſor. teneantur. Matt. de Afflict. c. 1. §. ſi quis num. 66. de feud. dat. in vicem. l. commiſs. Mat. de Afflict. c. 1. §. ſi facta num. 35. ſi de feud def. content. Dec. conſ. 185. num. 11. & conſ. 468. nu. 26. Alber. Brun. conſ. 13. Card. Pariſ. conſ. 12. nu. 38. conſ. 13. nu. 18. conſ. 15. nu. 11. lib. 1. arg. l. in concedenda. ff. de acq. plu. arc. l. nec avus C. de emancipat.* nun tamen † ſi

4 inveſtitura fuerit facta titulo lucrativo, *Matt. de Afflict. c. 1. in princ. nu. 51. de Capit. qui cur. vend. arg. l. Publius. §. 1. ff. de conditio. & demonſtrat. gloſ. & Dd. l. rem alienam C. de legat.* Verùm etiam ſi hæc inveſtitura fuerit facta titulo oneroſo, *arg: c. 1. in princ. de Capit. qui cur. vend.*

Tum quia inveſtitura facta de feudo ab alio poſſeſſo, intelligitur facta in defectum juris poſſeſſoris, & ſic in illum caſum, in quo feudum domino aperitur, *Matth. de Afflict. c. 1. num. 4. & 6. qui ſucceſſ. tenean.* Tum quia inveſtitura in præjudicium alterius non valet, niſi ipſo conſentiente, *arg. l. final. C. de pactis.* Tum quia non eſt veriſimile, dominum feudi voluiſſe præjudicare juris illius, qui feudum poſſidet.

Et certi juris eſt, in † inveſtitura vel in alio contractu non venire id, de

5 quo cogitatum, *arg. l. cum Aquiliaria, & l. qui cum tutoribus. ff. 1. ff. de tranſaction.* vel actum non fuit, *l. ſi de certa. de tranſactio. l. jubemus. C. ad S.C. vellejanum.*

Tum etiam, quia unaquæque † res tranſit cum ſua cauſſa, ſuiſque oneribus, *l. ſi convenerit. §. ſi fundus. ff. de pignor. actio.*

Huc accedit, quod † Princeps ea, 7
quæ alius conceſſit, de Stylo Cancellariæ reſervaſſe intelligatur, niſi illa ſpecialiter conceſſerit, *Matth. de Afflict. c. 1. §. præterea. el. 3. nu. 21. de probibit. feud. alien. per Frider.*

Cum itaque in caſu noſtro Dux P. dominum Doctorem inveſtierit, de feudo partim ſibi aperto, partim aperiendo, videtur dicendum, in caſu noſtro non habere locum diſpoſitionem conſuetudinum feudalium, quæ volunt, dominum feudi obligatum eſſe vaſallo vel poſſeſſionem vacuam rei in feudum conceſſæ tradere, vel æquipollens feudum ad æſtimationem ejus præſtare.

Tertiò, clauſula, † *Iuribus alienis ſemper ſalvis*, huc operatur, ne dominus feu- 8
di obligetur vel ad evictionem, vel ad æſtimationem illius rei, quam tradere non poteſt, *Andr. de Iſer. c. 1. in princ. num. 2. & ibi Matt. de Afflict. num. 5. de l. Corradi. Matth. de Afflict. c. 1. in princ. num. 9. de inveſt. de re alien. fact. Matth. de Afflict. c. 1. §. rurſus num. 14. quibus mod feud. amit.*

Tum, quia hæc clauſula, *Salvo jure* 6
alterius, conditionem denotat, *Bal. l. fin. num. 41. C. de edict. div. Adrian. toll.* Tum, quia hæc clauſula ſatis indicat, dominum non velle vaſallo concedere aliud jus, quam illud, quod ſibi competit, *Andr. de Iſern. c. 1. ver. Et bona committentium crimen læſæ majeſtatis num. 78. quæ ſint regalia.*

Quare cum in caſu noſtro, in inveſtitura ſit adjecta clauſula, *Salvo jure alieno*, videtur dicendum, dominum feudi neque de evictione neque ad æſtimationem rei ad feudum conceſſæ, teneri.

Quartò, conſenſus † domini, domino non præjudicat, quando non ap- 9
paret, ex inveſtitura dominum certioratum fuiſſe de qualitate feudi, *Matth. de Afflict. c. 1. num. 25. qui ſucceſſ. tenean.* Sed in noſtro caſu non apparet, dominum feudi fuiſſe certioratum de qualitate feudi.

Igitur videtur dicendum, in caſu noſtro inveſtituram non præjudicare domino feudi, ad hoc, ut ipſe vel de evictione vel ad æſtimationem rei in feudum conceſſæ teneatur.

Quintò,

10 Quintò, clauſula, † *Salvis juribus noſtris*, hoc videtur operari, ut dominus feudi etiam ſciens qualitatem rei in feudum conceſſæ ſibi non præjudicet, *Matt. de Afflict. c. 1. num. 26. qui ſucceſſ. tenean. arg. gloſ. in c. Cumana extr. de elect.* Tum quia dominus apponens hanc clauſulam, intelligitur non voluiſſe præjudicare juri fiſci, *arg. c. ſuper eo, extr. de offic. delegat.*

Tum quia dominus adjiciens hanc clauſulam, quod potuit, noluit, Et quod voluit, non potuit, *l. multum C. ſi quis alteri vel ſibi.*

Quare cum in inveſtitura, de qua in caſu noſtro agitur, ſic adjecta clauſula, *Salvis juribus noſtris*, videtur dicendum, dominum feudi non teneri, nec de evictione neque de æſtimatione rei in feudum conceſsæ, etiam poſita, dominum feudi ſciviſſe rem in feudum conceſſam, alienam eſſe.

11 Sextò, † conſuetudo loci conſuetudinibus feudalibus derogat, uſque adeò, ut licet feudum abſque conſenſu domini alienari nequeat, conſuetudine tamen induci poſſit, ut feudum abſq; domini conſenſu licitè alienetur, *Bald. c. 1. in princ. num. 9. de probibit. feud. alien. per Frider. Bald. conſ. 9. num. 6. lib. 1. Dec. conſ. 445. num. 24. Iacob. de S. Georg. ver. & cum pacto. col. 3. num. 16. Curt. in tract. feud. 4. part. num. 110. Zaſ. in tract. feud. 9. part. num. 22. Card. Pariſ. conſ. 13. & conſ. 103. num. 9. lib. 1. Dec. conſ. 208. num 9. conſ. 269. num. 8. conſ. 586. num. 4. & conſ. 688. num. 16. Ruinus. conſ. 72. num. 7. lib. 5. Godzadinus conſ. 8. num. 41. & conſ. 26. num. 8. 59. Socin. jun. conſ. 101. num. 11. lib. 2.* Utq; conſuetudine induci poſſit, ut fœmina ſuccedat in feudo, *Dec conſ. 39. num. 12. Card. Pariſ. conſ. 13. num. 22.*

12 Atque † conſuetudo illius vel majorum ejus, qui feudum concedit, inveſtitutam factam declaret, *Hieronym. Graeus conſ. 2. num. 63. lib. 1. Alexan. conſ. 124. nu. 4. lib. 5.*

Cum ſit certi juris, in omni diſpoſitione id intelligi actum, quod in iſto loco, in quo diſpoſitio facta fuit, uſitatum ſive conſuetum eſt, omnemq; diſpoſitionem recipere interpretationem & declarationem à ſolitis ſive conſuetis, *l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. de ædilit. edict. l. ſi prius. §. 1. ibi Bart. ff. de aqua. plu. arcen. Bart. & Ronchegal. l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duob. reis. Iaſ. l. certi condictio. §. ſi nummi. ff. ſi cert. peta. Iaſon. l. ut liberis. C. de collation. Nicol. Everb. in S. topic. in loc. à ſolitis ſive conſuetu. Fel. c. cum M. Ferrarienſ. extr. de conſtitut.* Et in ſpecie, quod inveſtituta intelligi atq; declarari debeat, ſecundum conſuetudinem atque ſtatuta illius loci, in quo inveſtitura facta fuit, tenet *Iacob. de S. Georg. in tract. feudal. ver. qui quidem inveſtiti. num. 66. Matt. de Afflict. in præludio feudal. num. 163. Matt. de Afflict. c. 1. num. 206. & 216. ex quib. cauſ. feud. am. Car. Pariſ. conſil. 12. num. 44. & conſil. 13. num. 30. lib. 1.*

Et ſi conſuetudo illius loci, in quo inveſtitura facta eſt, ſit diverſa à conſuetudine illius loci, in quo res in feudum conceſſa ſita eſt, inveſtituta potius intelligitur ſecundum conſuetudinem illius loci, in quo res feudalis ſita eſt, quàm ſecundum conſuetudinem illius loci, in quo inveſtitura facta fuit, *Bald. c. 1. §. ſi controverſia de pace conſtantia. Mat. de Afflict. deciſ. 336. num. 5.*

Sed in P. in qua & inveſtitura præſens facta, & bona controverſa ſita ſunt, conſuetudine receptum perhibetur, quod dominus feudi neque de evictione neque ad æſtimationem rei alienæ in feudum conceſſæ teneatur.

Igitur videtur dicendum, hanc conſuetudinem derogare juribus feudorum, quæ volunt, dominum feudi obligari vaſallo ad evictionem vel ad præſtandum æſtimationem rei alienæ vel alteri obligatæ in feudum conceſſæ.

13 Septimò, dominus † feudi ita demum de evictione feudi vel ad æſtimationem rei in feudum conceſſæ tenetur, quando vel tota res in feudum conceſſa evicta fuit, vel quando dominus vaſallo nihil tradidit, de illis, quæ ipſi in feudum conceſſit, Secus verò eſt, ſi dominus vaſallo vel tradiderit partem rei in feudum conceſſæ, vel res in feudum conceſſa, tantùm pro parte evicta fuerit, *Matt. de Afflict. c. 1. in princ. num. 14. de inveſtit. de re alie. fact.*

14 Tum quia † fidejuſſor evictionis non tenetur, ſi res pro parte evicta fuerit, *arg. l. ſi in rem, & ibi gloſ. ff. de rei vendicat. c. 2. extr. de libel. oblat.*

Tum,

Tum, quia contra venditorem hæredi-
15 tatis re particulari † evicta non agitur de
evictione, *c.1.C.de evict. Alex.cõſ.136.n.9.lib.1.*
16 Octavò, cum † contractus ex conven-
tione legem accipiant, *l.1.§.ſæpè.ff. depoſ.l.*
contractus.ff. de reg. jur. Et pactis atque con-
ventionibus legum diſpoſitionibus dero-
getur, *l.paciſci.ff.de pactis.* receptum eſt, con-
tractum feudi ex pactis ſive tenore inveſti-
turæ legem & formam recipere, *Bald. in
prælud. feudor. num. 47. Bald. l. quoties. C. de
ſuis & legit. Dec. conſ. 193. num. 1. conſ. 435.
conſ. 468. nu. 9. conſ. 614. nu. 3. & conſ. 680.
num 1. Zaſ. in tract. feud. 6. part. num. 24.* &
17 ad † tenorem inveſtituræ ſemper & recur-
rendum, illumq; & attendendum & ſe-
quendum eſſe, *c. ſi cui de extraord. capit.* et-
iamſi iſte tenur naturæ feudi ac conſuetu-
dinibus feudorum refragetur, *c.1.§.præ-
terea. ibi Bald. quid ſit inveſtit. c. 1. ibi Bald. &
Dd. de duob fratrib. à Capita. inveſtit. c. 1. ibi
Dd. de feud. non hab. propr. natur. Bald. c.1.§.
deniq. quæ fuit prima cauſ. Bald. conſ. 207. &
conſ. 275. lib. 2. Rom. conſ 33. incip. viſo tenore in-
veſtituræ & conſ. 499. Paul de Caſtr. conſ. 176.
lib.1. conſ. 146. & conſ. 338. lib.2. M. Lauden. c. 1.
col. 1. qui feud. dar. poß. Cæpol. cauſ. civil. conſ. 24.
Alex. conſ. 52. n. 12. lib. 4. Barb. conſ. 4. conſ. 40.
conſ. 43. 44. 51. lib. 1. conſ. 10. 11. 26. 33. 36.
38. 50. 61. lib. 2. conſ. 86. lib. 4. Socin conſ 67.
col. 2. lib 1. Curt. ſen. conſ. 49. 50. & 63. Curt.
jun. conſ. 1. & conſ. 20. Iaſ. conſ. 78. conſ. 114.
lib.1. conſ. 180. col. 3. lib. 2. conſ. 17. col. 2. lib. 3.
& conſ. 217. lib. 4. Alb. Brun. conſ. 9. 39. & 41.
col. 2. Dec. conſ. 78. n. 6. conſ. 269. col. 1. 2. conſ. 328.
conſ. 435. 614 n. & conſ. 680. n 1. M. de Affl deciſ.
265. n. 102. & 103. Hipp. conſ. 99. lib. 2. Card. Pa-
riſ. conſ. 5. in pr. lib. 1.*

Huc accedit, quod alibi traditum eſt, te-
norem inveſtituræ eſſe potentiorem omni
natura, nec eum reſtringendum, ſed indefi-
nitè interpretandum, prout verba ſonant,
*Bald. conſ. 251. incip. conſiderandum, quod quan-
do Emphyteuſ. lib. 2.* Sed in caſu noſtro vide-
tur expreſsè inveſtitura actum, ut Dn. Do-
ctor totum illud jus in dictis prædiis acci-
peret, quod Princeps habet vel habiturus
eſſet, ut ſi quid eſſet devolutum, id accipe-
ret, ſin minus, ſola ſpe contentus eſſet, ſicut
hoc ſatis videtur colligi ex illis verb. So
viel der Güter erledigt oder vns eröffnet ſeyn.
Igitur videtur dicendum, in noſtro caſu nõ
habere locum conſuetudines feudales, quę
volunt, domin. feudi, qui vaſallo poſſeſſio-
nem vacuam rei in feudũ conceſſæ tradere
non poteſt, cogi vaſallo vel ęquivalens feu-
dum tradere vel æſtimationem præſtare.

Nonò, agenti ex † obligatione in diem 18
ante diem venientem exceptio obſtat, *l.
cedere diem. ibi Alciat. & Dd. ff. de verb. ſignific.
§. temporales. Inſtit. de perpet. & tempor. act.
Bart. l. ita ſtipulatus. ff. de verbor. obligat.* Sed
in caſu noſtro ex illis verbis, quando &
quo tempore cætera dicta bona feudalia ra-
tione devolutionis pro parte vel omnia
ſingulaque aperirentur, videtur liquere,
obligationem deſcendendentem ex inve-
ſtitura, de qua in caſu noſtro agitur, non
puram, ſed in diem eſſe.

Namq; hoc verbum † *Quando* ſive *Quan-* 19
docunq. ſecundum multorum Dd. ſenten-
tiam, conditionem, *Bart. l. 1. num. 17. ff. de
condit. & demonſtr. arg. l. cum vit. ff. eod. tit. l.
quod pupillæ. ff. quando dies lega. ced.* ſecun-
dum v. aliquorum tempus ſive diem deno-
tat, *Fulgoſ. l. 2. in princ. & ibi Dec. n. 2. arg. ill.
text. ff. ſi cert. pet. Dec. c. quoniam contra. n. 3.
arg. ill. text. extr. de probat. fac. text. l. res da-
tæ in dotem. ff. de jur. dot. l. 2. §. cæterum. jun-
cta gl. oſ. ff. ſolut. matrim. l. mancipiorum. ff. de
opt. leg. l. ſi cum viro. in princip. ff. de re milit. l.
tutor. in pr. ff. de jurejur.*

Igitur videtur dicendum in noſtro caſu,
Dn. Doctori non permitti ex obligatione
deſcendente ex inveſtitura agere contra Il-
luſtr. Principes P. antequam dies obligati-
onis veniat, feuda nempè controverſa Illu-
ſtribus Principibus aperiantur.

Decimò, ex obligatione † conditiona- 20
li ante conditionem exiſtentem actio ipſo
jure non oritur, ſive illa conditio ſit tacita
ſive expreſſa, *l. cedere diem. & ibi Alciat. &
Dd. ff. de verbor. ſignificat. l. interdum. in princ.
ff. de verb. obligat. §. ſub conditione Inſtit. eod.
tit. gl. l. item quia. §. 1. ff. de pactis. Bart. l. ita
ſtipulatus. ff. de verbor. obligat.*

Cum itaq; in caſu noſtro ex illis verbis
inveſtituræ, Vnd da ſie vnd jhre männliche
Leibslehenserben verſtorben / vnd ſolche Le-
hen vnd angefels Güter vns vnd vnſern Er-
ben künfftiglichen würden eröffnet. Videa-
tur colligi, obligationem ex inveſtitura de-
ſcendentem conditionalem eſſe, videtur
dicendum, in caſu noſtro ante illam condi-
tionem exiſtentem, antequam nempè bona
controverſa Illuſtr. Principibus aperiantur,
Dn. Doctori nullam actionem natam eſſe.

Undecimò, † inveſtitura de feudo vi- 21
ventis pure facta, poſſeſſore feudi non con-
ſentiente, per ſe & ipſo jure nulla eſt, *c.1. ver.*

eo pacto. & ibi Andr. de Iſern. Alvar. Præpoſ. & M. de Afflict. qui ſucceſſ. feud dat. ten. c. 1. & ibi Dd. qui ſucceſſ. ten. c. 1. §. ſi quis inveſtierit. & ibi Alvar. & M. de Afflict. de feud. dat. in vic. l. commun. c. 1. & ibi Matth. de Afflict. de Cler. qui inveſt. fecit. Alvar. & Præpoſ. c. 1. §. motibus. ſi de feud. defunct. content. Iac. de S. Georg. in tract. feud. ver. inveſtivi, num. 12. Hieron. Schurff. conſ. 53. lib. 1.

Cum itaque bona ſita in pagis C. & R. tempore inveſtituræ facto Dn. Doctori ad alios pertinuerint, aliurumq; feuda fuerint, videtur dicendum, inveſtituram factam Dn. Doctori, ſi illa pura eſſet, ipſo jure non valete, & per conſequens, cum omnis actus ita interptetari debeat, ut potiùs valeat quàm pereat, *l. quoties. ff. de reg. jur. l. quoties. & ibi gl. & Dd. ff. de verb. obligat.* videtur dicendum, inveſtituram factam Dn. Doctori de bunis ſitis in pagis C. & R. ita interpretandam eſſe, ut illa inveſtitura non purè, ſed ſub illa conditione, ſi relicta bona per mortem illorum, à quibus iſta bona poſſidentur, domino feudi aperta fuerint, facta intelligatur, utque ante hanc conditionem exiſtentem Dn. Doctori contra Illuſtres Duces P. nulla actio competat.

22 Duodecimò, in † promiſſionibus alternativis ſufficit unum tantùm adimplere, & uno adimpleto toti promiſſioni ſatisfit, *l. ſi hæredes plures. ff. de condit. inſtitut. l. ſi is qui 200. §. utrum. & ibi Bart. ff. reb. dubijs. l. cum pupillus. §. disjunctivo. ff. condit. & demonſt. l. cum quærebatur. ff. judic. at ſolv. c. in alternativis. de reg. jur. lib. 6.* Sed in inveſtitura noſtra de qua agitur, videtur facta promiſſiu alternativa, prout videtur colligi ex illis verbis: Zu welcher zeit die andern vorbenandten Lehengüter angefelles weiſe zum theil oder alle vnd gantz eröffnet werden.

Igitur videtur dicendum, cum pars tantùm illorum bonorum, de quibus Dn. Doctur ab Illuſtr. Principibus inveſtitus aperta, eiq; Dn. Doctori tradita ſit, Illoſtr. Principes P. promiſſioni in inveſtitura factæ ſatisfeciſſe, nec ulterius à Dn. Doctore conveniri poſſe.

23 Decimò tertiò, † alternativæ diſpoſitiones pariunt dubitationem & incertitudinem, *l. ubi autem §. qui illud aut illud ff. verb.*
24 *oblig.* Et clari juris eſt, quod in † ambiguis fuit interpretatio pro proferente, *l. in ambiguis. & ibi Dec. & Cagn. ff. de regul. jur.* Item & pro promiſſore contra ſtipulatorem, *l. veteribus. & ibi Bart. & Dd. ff. de pactis. l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationib. & ibi Alex. & Iaſ. ff. verbor. obligat.*

Præſertim in † donationibus reliquisq; 25
promiſſionibus, quæ ex mera liberalitate deſcendunt. Cum ſit clari juris, quod nemo liberalitatis ſuæ damnum vel pœnam pati debeat, *l. ad res donatas. ff ædil. edict.* Cum itaque in caſu noſtro inveſtitura ſit & alternativè concepta, & ex meta liberalitate proceſſerit, videtur dicendum, verba inveſtituræ pro promiſſoribus contra ſtipulatorem, nempè pro Illuſtr. Ducibus P. ita accipienda & interpretanda eſſe, ut Dn. Doctori contra Illuſtr. Principes nulla actio competat.

Decimò quartò, † Celſus JCtus ex ſen- 26
tentia Neratii ſcriptum reliquit, quem modũ eſſe beneficii ſui vellet Princeps ipſius, æſtimationem eſſe, *l. Neratius. ff. reg. jur.* Ex quo viderur inferri, Illuſtr. Principibus P. liberum eſſe, inveſtituram factam Dn. Doctori pro ſuo libitu intetprerari, ut Dn. Docturi ulterius nullum jus nullave actio competat.

Decimò quintò, à † verbis claris nullâ 27
interpretatione recedendum eſt, *l. ille aut ille. §. cum in verbis. & l. non aliter. in pr ff. de legat. 3.* Sed in caſu noſtro ex inveſtitura ſatis videtur liquere, quod Illuſtris Princeps P. Dn. Doctorem de bonis ſibi apertis purè, in aliis verò ſibi non apertis, tantùm ſub conditione inveſtire voluerit.

Igitur viderur dicendum, in caſu noſtro nullam admitti interpretationem, qua dominos ultra hoc obligaretur, vel ad æſtimationem, vel ad feudum æquivalens.

Decimò ſextò, † donator vel quilibet 28
alius concedens alteri rem titulo lucrativo de evictione conveniri nequit, *l. Ariſto. §. Labeo. & ibi Bart. ff. de donat. l. 2. & ibi gloſſ. Bald. & Dd. C. de evict. l. 1. C. de jur. dot. l. ad res donandas. C. ædilit. edict.* Quare cum in caſu noſtro inveſtitura, de qua agitur, titulo lucrativo facta fuerit, videtur dicendum, Dn. Doctori contra Illuſt. Principes actionem de evictione non competere.

Decimò ſeptimò, nemo † plus juris in alium cõferre poteſt, quàm ipſe haber, *l. nemo plus juris. ff. de regul. jur. l. traditio. ff. acq. rer. dom. c. nemo plus juris de reg. jur lib. 6.* Cum itaq; Ill. Princeps P. in bonis ſibi nondum apertis, quoad utile dominium nullum aliud

aliud jus, quàm ſpem ſolam habuerit, videtur dicendum, Illuſtr. Principem P. Dn. Doctori, illam ſolam ſpem conceſſiſſe, neque Dn. Doctori ultra hoc actionem contra Illuſt. Principes P. competere.

30 Decimò octavò, actus † agentium ultra intentionem ipſorum non operantur, *l. non omnis. in princip. & ibi Dd. ff. ſi cert. petat.* & ubi deficit conſenſus, ibi quoq; & obligatio ceſſat, *l. obligationum ſubſtantia. §. fin. ff. act. & obligat.* Sed in caſu noſtro ex inveſtitura ſatis videtur liquere, quod domini feudi voluntas, intentio & propoſitum fuit, quod ipſe Dn. Doctorem tantùm de ſpe feudorum non apertorum inveſtire voluerit. Igitur videtur dicendum, quod dominus feudi ultra hoc non obligetur, vel ad feudum æquivalens, vel ad præſtandum æſtimationem feudi nondum aperti.

Decimò nonò, pro hac opinione ad-
31 duci poteſt id, † quod tradit *Blancus in ſua ſumma in par. quib. mod. feud. acquir. fol. 5. col. 2. & 3.* ubi quærit, utrum dominus feudi poſt inveſtituram abuſivam teneatur vaſallo vel ad traditionem rei, vel ad Intereſſe, & reſpondet diſtinguendo: Aut dominus poteſt tradere, rem in feudum conceſſam, & tunc ipſe omninò compellitur ad tradendum, & ſi ipſe ſit in mora traditionis, tenetur vaſallo ad omnem utilitatem, *c. 1. §. fin. de nov. form. fidelit.* Aut verò dominus non poteſt tradere rem in feudum conceſſam, tunc ſiquidem ipſe dolo malo fecit, quò minùs poſſit illam rem tradere, ipſe condemnabitur vel ad id, in quantum vaſallus ſine ulla taxatione in litem juraverit, *argum. l. arbitrio. in princip. ff. de dolo. l. qui reſtituere. ff. de rei vendicat. l. Iulianus ff. de in litem juran.* vel ſaltem ad ipſius rei æſtimationem, *l. in re furtiva. ff. de condict. furt. l. promiſſor. ff. conſtit. pecun.* Sin verò dominus non fecit, quò minùs poſſit rem in feudum conceſſam tradere, nec illam rem dolo ſed culpa deſierit poſſidere, vel in mora rei tradendæ fuerit, & ipſe condemnatur vaſallo, quantum revera ipſius interfuit, *argum. d. l. Iulianus. d. l. arbitrio. l. item ſi verberatum. §. fin. & l. ſi culpa. ff. de rei vendicatio.* Sin verò dominus rem in feudum conceſſam, nec dolo nec culpa deſierit poſſidere, nec in mora rei tradendæ fuerit, videtur quod dominus ulterius non ſit obligatus, quàm tantùm ad hoc, ut ipſe caveat de re tradenda, ſi in poteſtatem ejus pervenerit, *argum. l. 1. §. fin. ff. depoſiti. l. ſi fundus. §. in venditione. ff. de pignor. l. Titio fundus. in fin ff. de condit. & demonſtr.*

Et hæc, dicit Blancus, locum habent, ſi precio interveniente res data ſit in feudum, alioquin verò, ſi precio non dato, ſed gratis & ex mera liberalitate ſit facta feudi conceſſio, inquit, parcendum eſſe, qui rem tradere non poteſt, *argum. l. ſi extraneus. ff. de jur. dot. l. inter eos. & l. Neſennius. §. fin. ff. de re judic.*

Cum itaque in caſu noſtro, prout pars adverſa prætendit, inveſtitura fuerit facta gratis & ſine precio, & dominus neque dolo neque culpa deſierit poſſidere rem in feudum conceſſam, nec etiam fuerit in mora rei tradendæ, videtur dicendum, dominum feudi in caſu noſtro obligari vel ad nihil vel tantùm ad hoc, ut ipſe Dn. Doctori præſtet cautionem de re tradenda, ſi in poteſtatem ſuam pervenerit.

Vigeſimò, pro hac ſententia com-
probanda facit id, † quod tradit *Præpoſit. in* 32
c. 1. in princip. num. 7. de controverſ. inveſtit. ubi inquit, Si dominus feudi non habeat facultatem tradendæ rei in feudum conceſſæ, ipſum obligari vaſallo ad id, quod intereſt, & hoc procedere, ſi dominus feudi vel dolo vel lata culpa rem in feudum conceſſam deſierit poſſidere, ſin autem ipſe neq; dolo neq; culpa deſierit rem in feudũ conceſſam poſſidere, ipſum vaſallo nec ad id, quod intereſt, quidem obligari.

Quare cum in caſu noſtro Illuſtr. Duces P. bona controverſa neque dolo neque culpa deſierint poſſidere, videtur dicendum, ipſos Dn. Doctori etiam ad id, quod intereſt, non teneri.

Vigeſimò primò, ſi † dominus feudi 33
inveſtierit aliquem de feudo vaſalli ſui viventis, quem mortuum credebat, hæc inveſtitura non valet, nec etiam poſtea convaleſcit, licet vaſallus viveos poſtea abſque hæredibus maſculis deceſſerit, *Andr. de Iſer. Alvar. & Præpoſ. c. 1. §. motibus. & ibi Matth. de Afflict. num. 3. ſi de feud. defunct. cont. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. ver. inveſtivi. num. 13. Dec. conſ. 185. num. 11.* Cum itaque in caſu noſtro Illuſtr. Dux P. Dn. Doctorem inveſtierit de illo feudo, quod ſibi apertum falsò credebat, cum illud ſibi apertum non fuerit, videtur dicendum, illam inveſtituram ipſo jure nullam eſſe, nec dominum feudi ex ea ad Intereſſe vel ad aliud quid obligari.

34 Vigeſimò ſecundò, ſi † dominus feudi inveſtierit alium de feudo vaſalli ſui viventis in unum caſum, ſi videl. illud feudũ domino apertum facit, per mortem vaſalli decedentis abſq; hærede maſculo, atq; hoc feudum alio modo quàm per mortem vaſalli domino apertum fuerit, dominus non obligatur ratione inveſtituræ præſtitæ vaſallo hoc feudum tradere, niſi in inveſtitura tacitè vel expreſſè contrarium actum fuerit, *Andr. de Iſern. Alvarot. Præpoſit. & Matth. de Aſſlict. c. 1. §. moribus. ſi de feud. defunct. contro. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. ver. inveſtivi. num. 14.*

Igitur videtur in ſimili dicendum, in caſu noſtro, in quo Illuſtr. Princeps P. Dn. Doctorem de bonis controverſis inveſtivit tanquam de bonis ſibi apertis, ex hac inveſtitura non obligati, quoad bona controverſa ſibi non aperta.

35 Vigeſimò tertiò, Dictio, † *Prout, Sicut, Secundum*, & ſimiles relatæ ad aliquod de præterito, de quo conſtat, reſtringunt atq; limitant ea, quæ in præcedentibus dicuntur, ſive poſita ſunt, *Bart in conſtit. ad reprimendum. ver. prout. Corn. conſ. 302. nu. 6. lib. 4. Socin. l. pactum quod bona fide. C. de pactis. Alex. conſ. 46. num. 9. lib. 1. Dec. conſ. 63. nu. 6. conſ. 362. nu. 2. Dec. l. pen. C. inſtit. & ſubſtit. Felin. c. quoniam. Abb num. 12. extr. de offic. deleg Curt. jun. conſ. 92. num. 10. Card. Pariſ. conſ. 39. num. 4. & conſ 47. num. 47. lib. 3. Socin. jun. conſ 75. nu. 25. & conſ. 122. nu. 33. lib. 3. Ripa reſponſ. 12. nu. 23. tit. de diverſ. reſcript.*

Cum itaq; in inveſtitura facta Dn. Doctori anno 51. 11. Januar. conceſſioni feudi ſint adjecta illa verba: Als dieſelbigen Güter durch tödlichen Abgang C. der K. los gefallen / vnd dieſelbigen zum theil wiederumb durch tödlichen Abgang C. von der S. vns mit ſchwehren Schulden vnd Bürden beladen/eröffnet. Videtur dicendum, per illa verba præcedentem conceſſionem limitari atq; reſtringi, Quod Illuſt. Princeps P. Dn. Doctori tantùm videatur conceſſiſſe in feudum illa bona, quæ ſuæ Illuſt. dominationi per mortem C. de S. aperta fuerunt, non autem illa quæ C. de S. ante obitum ſuum alienavit.

Vigeſimò quartò, in brevi teſtato facto Anno 49. 19. Jul. reperiuntur hæc verba: Zum dritten / ſo haben wir jm auch die Güter / ſo weiland der Hochgeborne Fürſt Herr C. Hertzog zu S. P. &c. vnſer freundlicher lieber Anherr / H. von der S. vnd M. L. in den Dörffern D. C. vnd R. zu einem Angefell gegeben / die zum theil durch C. von der S. tödlichen Abgang vns gereit eröffnet / gnediglich geliehen. Quod verbum, † Die / cum 36 ſit relativum, videtur reſtringere atq; limitare præcedentia, ita ut Ill. Princeps P. intelligatur, Dn. Doctorem tantùm inveſtiiſſe de illis bonis, quæ p mortem C. de S. ſuæ Ill. Celſ. aperta fuerunt. Namq; clari juris eſt, quod Relativi, *Qui* vel *Quis*, ea natura ſit, ut præcedentia limitet atq; reſtringat, *arg. l. ea tamẽ adjectio. & ibi Bar. ff. legat. 3. Bar. l. omnes populi ff. juſt. & jur. Bar. Iaſ. & Dd. l. 1. C. de ſum. Trin. & fid Cath Bald l. præcipimus. in pr. C. de appell. Ang. §. jus autem civile. Inſt. de jur. nat. gent. & civil. Soc. jun. conſ. 68. n. 9. & conſ. 104. n. 25. lib. 1.* Eamq; ob cauſam videatur dicendum, Ill. Ducem P. Dn. Doctori non teneri præſtare æſtimationem illorum feudorum, quę C. de S. ante obitum ſuum alienavit, quæque ideo per mortem ejuſdem aperiri non potuerunt.

Vigeſimò quintò, in omnib. † diſpoſitionib. illud ipſum pro diſpoſito habetur, quod 27 contrahentes veriſimiliter diſpoſuiſſent, ſi de eo interrogati fuiſſent, *l. tale pactum. §. fin. & ibi gl. Iaſ & Dd. ff. de pactis. l. quæro. §. inter locatorem. ff. de conduct. & locat. l. ſi unquam. & ibi Tiraq in pr. n. 55. C. de revoc. donat. Alex. conſ. 24. n. 34. lib. 2.* Sed veriſimile eſt in noſtro caſu, Ill. Principem P. ſi de illo interrogatus fuiſſet, hoc pepegiſſe, ut ſi non omnia bona, ſed aliqua tantum ipſi aperta eſſent, ipſe de evictione aliorum bonorũ ad æſtimationem conveniri non poſſet, Igitur videtur dicendum in noſtro caſu hoc pro cautu ſive convento accipiendum eſſe.

Et licet hæc & ſimilia, quæ pro hac ſententia adduci poſſent, prima fronte fortiter urgere videantur. Ego tamen his & ſimilibus non obſtantibus veriſſimum judico, Illuſtres Principes P. obligatos eſſe, vacuam poſſeſſionem illorum bonorum, quæ Ill. quondam C. Dux P. piæ memorię, H. à S. in pagis C. & R. in feudum conceſſit, Dn. Doctori tradere, vel ſi ipſis hoc facere impoſſibile ſit, Dn. Doctori vel feudum æquivalens, vel æſtimationem juſtam præſtare, nec Illuſtres Principes liberari, ſi ipſi parati eſſent Dn. Doctori illas actiones, quas ipſi forſan contra poſſeſſores illorum habere poſſent, cædere.

Namq; certum eſt, Illuſtrem Principem P. Dn. Doctori illa bona, quæ Illuſt. quondam

dam.

dam C. Dux P. H. à S. in pagis D. C. & R. in feudum conceſſit, tanquam ſuæ illuſtri dominationi per mortem C. à S. aperta purè & ſimpliciter in feudum conceſſiſſe, nec Principem cogitaſſe vel conveniſſe, ut bona in pagis C. & R. non ſtatim, ſed tandem poſt mortem illorum, quibus C. à S. illa bona partim vendidit, partim permutavit, ad Dominum Doctorem devolverentur, ſicut hoc ſatis probatur ex ſequentibus verbis brevis teſtati, namque in brevi teſtato ponuntur hæc verba:

Tertiò, bona etiam, quæ quondam Illuſtriſſimus Princeps B. Dux P. avus noſter H. de S. & M. L. in pagis D. C. & R. in expectantiam conceſſit, quæ pro parte per C. de S. mortem nobis modò aperta ſunt, & per obitum H. L. ſuisq; maſculis feudi hæredibus nobis noſtrisq; hæredibus aperirentur devolverenturq; illi Doctori clementer in feudum conceſſimus.

Ex quibus verbis clarè liquet, quod illuſtris Dux P. Dn. Doctorem de illis bonis, quæ H. de S. in pagis D. C. & R. habuit, purè & ſimpliciter & tanquam de feudis ſibi apertis per mortem C. de S. inveſtierit:

38 Namque clari juris eſt, quod † relativum, *Qui* vel *Quæ*, adjectum certæ ſpeciei vel corpori determinato non reſtrictivè, ſed demonſtrativè ponatur, *Bald. Rubr. nu. 23. C. de contrah. empt. Iaſ. l. 1. lect. 1. num. 4. C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol.*

Quare cum in caſu noſtro dicatur Illuſtr. Ducem P. Dn. Doctori conceſſiſſe in feudum ea bona, quæ Illuſtris quondam C. Dux P. in pagis D. C. & R. in feudum conceſſerat. Et poſtea ſubjũgatur, quę bona pro parte ꝑ mortem C. de S. aperta ſunt. Sequitur, dominium feudi dimidiam partem illorum bonorum, & ſic omne illud, quod in illis bonis H. de S. poſſedit, tanquam ſibi per mortem C. de S. apertum Dn. Doctori in feudum conceſſiſſe.

39 Namque clari juris eſt, quod † appellatione partis, dimidia pars contineatur in Legibus, Statutis, Conſuetudinibus, Libellis, Confeſſionibus teſtium depoſitionibus & contractibus, reliquisq; diſpoſitionibus, *l. nomen filiarum. §. portionis. l. rectè. §. fin. ff. de verb. ſignif. l. ſi ſtipulatio. §. qui in decem. ff. de ſolut. l. de ætate. §. ſi interrogatus. ff. de interrog. actio. l. planè. §. ſi ita Titio. ff. de legat. 1. l. etiam. ff. de uſufruct. l. ſi pœnæ. ff. de falſo. ff. de condict. indeb. cum ſimilib. alleg. per Tiraquell. repet. l. ſi unquam. verb. omnia vel partem aliquam. num. 8. C. de revoc. donat.*

Quod etiam ſuadetur ex eo, quod in brevi teſtato dicitur, Illuſtrem Principem P. conceſſiſſe Dn. Doctori in feudum illa bona, de quibus Illuſtr. quondam C. Dux P. H. de S. & M. L. in pagis D. C. & R. inveſtivit, & ſubjungitur, quæ bona ꝑ parte per mortem C. de S. ſunt aperta, partim verò per mortem H. L. vel ſuorum hæredum abſq; hæredibus maſculis aperienda.

Ex quibus verbis clarè liquet, dominum feudi Dn. Doctori illa bona, quæ H. de S. & M. L. in dictis pagis D. C. & R. poſſederunt, pro parte dimidia tanquam ſibi aperta, pro parte verò dimidia tanquam ſibi aperienda in feudum conceſſiſſe.

Deinde hanc ſententiam probant literæ inveſtituræ, nempè hæc verba:

Similiter etiam bona illa feudalia, quæ Illuſtriſſimus Princeps, Dominus avus noſter Dux B. in P. &c. laudatæ memoriæ, ante aliquot annos H. de S. & L. M. in pagis D. C. & R. quum illa bona per obitum C. K. aperta fuerunt, gratioſè conceſſit, illaq; pro parte C. de S. nobis cum debitis aperuit: quæq; debita dictus de W. ad noſtram clementem conceſſionem ſolvit. Ad hæc reſidua M. L. in dictis bonis, quæ hoc tempore H. L. poſſidet, quando illa per obitum ſuum ſuorumq; feudi hæredum mortem nobis noſtrisq; hæredibus aperirentur devolverenturque.

Ex quibus verbis ſatis liquet, quod Illuſtriſs. Princeps P. de omnibus bonis ab Illuſtri quondam C. Duce P. H. de S. & M. L. in pagis D. C. & R. præter illa, quæ adhuc hodiè ab H. L. poſſidentur, Dn. Doctorem purè & ſimpliciter & tanquam de feudis ſibi apertis inveſtierit.

Namque clari juris eſt, quod † appellatione reſidui totum contineatur, *l. pater. & ibi Alex. & Iaſ. C. de hæred. inſtit. l. quod ſi Mævius. ff. eod. tit. Raph. Cuman. conſ. 105. incip. Antonio benedicto filio.* 40

Idem eſt in dictione † *Cæterorum, l. cæterorum. ff. de verb. ſignif.* Sicut etiam appellatione reliquorum totum continetur, *l. cum optio ff. de opt. leg. l. reliquorum. ff. de verbor. ſignif. l. 2. cum gl. C. ſi propter publ. penſitat.* 41

Ideoq; receptum eſt, ſi a debitore meo, qui mihi 100. debet, 20. pro reſiduo ſolvente, illa viginti pro reſiduo recepero, hanc & ſolutionem & receptionem probare, quod totum debitum antea ſolutum fuerit,

fuerit, *Rain. Angel. & Immol. l. ſi ex pluribus. in princ. arg. ill. text. junct gl. in verb. ſolviſſe. ff. de ſolut. Bald. & Salicet. l. ſiquidem. C. de except. Bald. l. ab Anaſtaſio. C. mandati. Paul. de Caſtr. Alex. & Iaſ. l. pater tuus. C. de hæred. inſtitut. Cæpoll. caut.* 121.

Quare, cum in inveſtitura, de qua in caſu noſtro agitur, dicatur, Illuſtr. Principem P. Dn. Doctori in feudum conceſſiſſe omnia illa bona, de quibus avus ſuæ Illuſtris Celſit. H. de S & M. L. in pagis D. C. & R. inveſtierat. Et ſubjungatur, quod illa bona pro parte per mortem C. de S. domino feudi aperta fuerint, quodq; reſidua portio M. L. quam hoc tempore H. L. poſſidet, per mortem H. L. ejusq; heredum abſque hæredibus maſculis domino feudi aperienda ſit, ſequitur, quod in caſu noſtro Illuſtr. Dux P. Dn. Doctorem de omnibus illis bonis præter illam portionem, quam H. L. adhuc hodie poſſidet, & ſic de tota illa purtione, quam H. de S. poſſedit, purè & ſimpliciter & tanquam de feudo ſibi aperto per mortem C. de S. inveſtierit. Quod etiam ſuadetur ex verbo, *Pro parte*, in inveſtirura poſito, quod regulariter dimidiam partem denotat. Quum itaq; ex prædictis ſatis liqueat, Ill. Principem P. Dn. Doctorem de bonis poſſeſſis ab H. de S. in pagis D. C. & R. tanquam de feudis ſibi apertis purè & ſimpliciter inveſtiviſſe, ſequitur, Ill. Ducem P. obligatum eſſe, vel dicta bo-
42 na Dn. Doctori † tradere, vel ipſi æquivalens feudum aut juſtam æſtimationem illorum bonorum præſtare, ſicut hoc ſatis probatur, Primò per text. *c. 1. in princ. junct. gl. verb. poſſeſſionem. de controv. inveſtit.* Namque text ibidem inquit: Si inveſtitura fuerit facta coram Paribus curiæ aut in brevi teſtato, rectè eum, qui inveſtitus eſt, cogitur dominus mittere in puſſeſſionem.

Secundò, hanc ſententiam probat tex. *c. 1. §. fin. de nov. form. fidel.* ubi tex. inquit: Inveſtitura vero facta & fidelitate ſubſecuta, omninò cogitur dominus inveſtitum in vacuam poſſeſſionem mittere, quod ſi differat, omnem utilitatem vaſallo præſtabit.

Tertiò hanc ſententiam probat tex. *c. 1. §. ſi facta. ſi de feudo def. content.* ubi text. inquit: Si facta de feudo inveſtitura pœniteat dominum, antequã poſſeſſioné transferat, an præſtando Intereſſe vaſallu liberetur, quæſitum fuit, Reſponſum eſt, prætermiſſa illa condemnatione dominum poſſeſſionem feudi, de quo inveſtituram fecit, tradere compellendum.

Quartò, hanc ſententiam confirmat text. *c. 1. in princ. de inveſtitur. de re alte. fact.* ubi text. inquit: Si vaſallus ignorans fuerit inveſtitus de re aliena, vel alteri obligata, ipſum rectè agere contra duminum feudi, ut aliud ejuſdem bonitatis ſeu quantitatis feudum præſtetur. Neq; in illo textu fit diſtinctio, utrum dominus feudi vaſallum inveſtierit de re aliena tanquam ſimpliciter ſua, an verò tanquam ſibi aperta.

Igitur ex generalitate illius textus ſequitur, dominum feudi, qui alium ignorantem inveſtivit, de re aliena indiſtinctè obligari, inveſtito aliud feudum ejuſdem bonitatis præſtare, etiamſi ipſe de illo feudo inveſtierit vaſallum tanquam de re ſibi aperta.

Tum quia lex † generaliter & indi- 43
ſtinctè loquens, generaliter intelligenda, *l. 1. §. cum urbem. ff. de offic. Præfect. urb: l. regula. §. fin. ff. de jur. & fact. ignor. l. 1. ff. de legat. præſt.* Nec a nobis diſtinguenda eſt, *l. 3. ff. de offic. Præſid. l. de pretio. ff. de publ in rem act.*

Tum quia verba generalia omnia comprehendunt, *l. Iulianus. in princ. ff. de legat. 3. l. à procuratore. C. manda. l. pluribus. ff. de acceptat. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact.* etiam in diſpoſitione odioſa & pœnali, *Angel. in m fin. col. fin. verſ. tertiò quæritur. ff. de conſtit. Princip. Anton. de Butr. c. olim. extr. de verbor. ſignif. Dec. conſ.* 5.

Tum etiam, quia generalis diſpoſitio tantùm operatur, quoad omnes ſpecies ſub illa generalitate comprehenſas, quantum operatur ſpecialis diſpoſitio, quoad ſpeciem in illa diſpoſitione expreſſam, *l. ſi duo. ibi Bart. ff. de adminiſtr. tutor. l. Gallus. §. inſtituens. ibi Bald. & Alex. ff. de lib. & poſthu. l. ſi chorus. ff. de legat. 3.*

Quintò, † hanc ſententiam probat is 44
idem text. *in d. c. 1. in princ. de inveſtit. de re alien. fact.* Quia cum in illo textu generaliter dicatur, dominum feudi, qui vaſallo ignoranti rem alienam vel alteri obligatam in feudum conceſſit, vaſallo aliud feudum ejuſdem æſtimationis præſtare cogi, nec in illo textu diſtinguatur, utrum dominus feudi vaſallo ignoranti rem alienam gratis, an verò pro precio in feudum conceſſerit, ex illo textu ſequitur, etiam illum dominum, qui non pro precio ſed gratis & ex mera liberalitate vaſallo rem alienam in feudum conceſſit, vaſallo

aliud

aliud feudum ejuſdem bonitatis præſtare cogi.

Tum quia textus generaliter & indiſtinctè loquens, generaliter intelligendus, nec a nobis diſtinguendus eſt. Tum, quia ſecundum illa tempora, quando iſtud *capit. 1. in princip. de inveſtit. de re alien. fact.* conditum fuit, feuda plerunq; & frequentius non pro pecunia, ſed gratis, & ex mera liberalitate concedebantur, *c. 1. in princ. de feud dat. in vic. l. commiſ.*

45 Et clari juris eſt, quod † leges ſive jura ad ea, quæ frequenter contingunt, referantur, *l. jura conſtitui. & l. nam ad ea, ff. de legibus.*

46 Tum, quia † propria natura tàm feudi quàm inveſtituræ eſt, ut feudum non pro pecunia vel alia re, ſed gratis & ex mera liberalitate concedatur, *c. 1. in princip. de feud. dat. in vic. l. l. commiſ.* Uſque adeo, ut feudum pro pecunia vel alia re æſtimabili conceſſum, feudum improprium & degenerans cenſeatur, *Alex. conſ. 54. 2. volum. Fr. Curt. conſ. 48. & conſ. 49. Albert. Brun. conſ. 14. num. 2. & conſ. 18. Curt. in tract. feud. 1. part. quæſt. 6. num 14. Card. Pariſ. conſ. 4. nu. 13. & 38. lib. 1. Zaſ. in tract. feud. ult. part. num. 19.*

47 Et certi juris eſt, quod quælibet † diſpoſitio ſecundum propriam & originalem naturam illius rei, de qua ſpecialis mentio fit, intelligenda ſit, *arg. l. 4. ff. de uſur.* Et hoc, quod etiam is dominus feudi, qui vaſallo rem alienam ex mera liberalitate in feudum conceſſit, vaſallo aliud feudum ejuſdem bonitatis præſtare cogatur, expreſſè & in ſpecie tradit *Alvar Præp. & Mat. de Afflict. in d. c. 1. in pr. de inveſt. de re alie. fact. Curt. in tr. feud. 2. part. 2. part. princ. nu. 36.*

48 Sextò, in † donatione indiſtinctè habet locum evictio, quando donatio incipit à promiſſione, etiamſi illa donatio ſit pura & ſimplex, *l. 1. ibi Bald. C. de jur. dot. gloſ. l. Ariſto. §. fin ibi Bart. & Dd. ff. de donat. gl. l. 2. C. de evict. gloſ. l. ad res donatas. ff. de ædil. edict.* Sed in noſtro caſu conceſſio feudi incepit non à traditione, ſed à promiſſione.

Igitur ſequitur, in caſu noſtro dominum feudi obligari Dn. Doctori de evictione, etiam poſito, ſed non conceſſo, hanc conceſſionem feudi factam fuiſſe gratis & ex mera liberalitate.

49 Septimò, in † donatione remuneratoriâ, quæ videlicet fit ob merita præcedentia, donator indiſtinctè tenetur de evictione, etiamſi donatio à traditione inceperit, *Iacob. Aret. Rayner. Bart. Alex. Franc Aret. Petr. Beſut. Iaſ. & Dd. l. Iulianus. §. qui fundum. ff. de verb. obligat. Bart. l. idemq. §. fin. cum l. ſeq. arg. ill. text. ff mandat. Alex. conſ. 47. col. 2. lib. 3. Iaſ. l. ex hoc jure 18. effectu. ff. de juſt. & jur. Iaſ. l. ſi non ſortem. §. libertus. 17. effectu. ff. de condict. indeb. Iaſ. conſ. 34. col. fin. lib. 1. Anton. Rubr. conſ. 99. col. final.*

Quare, cum in caſu noſtro conceſſio in feudum, non ex mera gratia, ſed propter benemerita præcedentia facta fuerit, ſequitur, in caſu noſtro etiam ex hoc capite Illuſtres Duces P. Dn. Doctori de evictione, nempè ad præſtandum ipſi vel juſtam æſtimationem vel feudum æquivalens, obligatos eſſe, & quod conceſſio feudi in caſu noſtro fuerit facta propter benemerità Dn. Doctoris, ſatis probatur ex Inſtrumento tàm inveſtituræ quàm brevis teſtati.

Namq; tam in brevi teſtato quàm in inveſtitura expreſſè dicitur, Bona controverſa nec non etiam alia bona, de quibus in inveſtitura fit mentio, Dn. Doctori eſſe conceſſa propter ègregia merita, quæ ipſe Dn. Doctor Illuſtri Principi partim tanquam Cancellarius, partim tanquam Conſiliarius, partim verò alias præſtitit. Per quæ verba ſatis probantur benemerita Dn. Doctoris. Tum quia in caſu noſtro ſumus & inter perſonas non prohibitas, & in tali actu, quem Princeps P. liberè, etiam nullis meritis præcedentibus celebrare potuiſſet.

Et certum eſt, quod † etiam generalis mentio meritorum, merita probet inter perſonas non prohibitas in tali actu, quem iſtæ perſonæ etiam abſq; meritis explicare potuerant, *Iaſ conſ. 154. incip. in cauſa mota. lib. 2. Dec. conſ. 20. Dec. l. ſi donatione. nu. 18. & 19. Card. Pariſ conſ. 73. nu. 63. & 67.* 50

Tum, quia aſſertio generalis meritorum à Principibus vel aliis Magiſtratibus prolata merita plenè probat *Iaſ. l. ſi donatione. n. 7. limit. 3. C. de collatio. arg. gl. c. paſtoralis. in princ. ver. exonerare. extr. de offic. deleg. Guilh. de Cugn. Alber. Alex. & Iaſ. l. 1. in pr. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdict.*

Tum, quia in caſu noſtro aſſertio meritorum non eſt omninò generalis ſed eſt ſpecialis, eam ob cauſam, quia tam in brevi teſtato quàm in literis inveſtituræ fit mentio de illis meritis, quæ Dn. Doctor Illuſtr. Principi tanquam Cancellarius, item tanquam Conſiliarius præſtitit.

51 Et eertum eſt, † ſpecialem aſſertionem
benemeritorum benemerita plenè proba-
re, *Bald l illud. col. pen. verſ. quartò quæro. C.
de SS. Ecclеſ. Bald. l. ſi tibi. col. 1. ff. ſi cert. petat.
Bald. l. fin ff. de exerc. actio. Bald. l. cum pater.
§. rogo. ff. de legat. 3. idemq́; l. ſi pater tuus. C.
qui bonis ceder. poß. Bald. c. ſuſcitatus. col. 1 &
c. edoceri. col. 3. extr. de reſcript. idem in addit.
ad Specul. in tract. de donat. ſ. 1. verſ. quid ſi
pater. item in ſua Margar. ver. donatio, col. 3.
Ang. & Raph. Cum. l. Aquilius. ff. de donat. Flo-
rian. l. quæ pater. col. 3. verſ. ſed an ſufficiat. ff.
famil. herciſcund. Paul. de Caſtr. conſ. 345. col.
3. lib. 1. & conſ. 193. col. 3. lib. 2. Guido Pap.
ſing. 375. Iaſ. conſ. 154. col. 5. lib, 2, & conſ. 73.
col. ult. lib. 5.*

Et cum in principio tàm brevis teſtati
quàm literarum inveſtituræ poſita ſit illa
clauſula: Quod Illuſtr Dux P. Dn. Docto-
ri illam conceſſionem fecerit propter be-
nemerita Dn. Doctoris, dubio omni caret,
illam clauſulam ad omnia feuda, de quibus
tàm in brevi teſtaro quàm in inveſtitura fit
mentio, eſſe referendam, & ita interpre-
tandam, ut Illuſtr. Princeps P. Dn. Doctori
etiam illa bona, quæ ſunt ſita in pagis D.C.
& R. propter benemerita conceſſiſſe cen-
ſeatur.

Namque clari juris eſt, quod clauſu-
52 la in principio † alicujus inſtrumenti poſi-
ta ad omnia in illo inſtrumento contenta,
non tantùm ad immediatè ſubſequentia,
ſed etiam ad remotiora & mediatè ſequen-
tia, *l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. & ibi
Bart. & Dd. ff. de edendo. c. ſecundò requiris &
ibi Dec. & Dd. extr. de appellat*, Sicut & econ-
versò, clauſula in fine poſita, ad omnia præ-
cedentia refertur, *l. 1. & ibi Iaſ. C. de liber.
præter. d. c ſecundò requiris. & ibi Dec. Felin. c.
cauſam quæ. num. 4. extr. de reſcript.*

Quinimò, clauſula in principio poſita,
eſt majoris efficaciæ & potentiæ ad deter-
minandum ſequentia, quàm clauſula in fi-
ne poſita ad determinandum præcedentia,
*Bart. l. quisquis. arg. gl. ibidem. ff. de legat. 3.
Bart. & Paul. de Caſtr. l. avia. in princ. ff. de
condit. & demonſtr. Bart. & Iaſ. l. ſi quis ex argen-
tarijs. ſ. initio. ff. de edend. Fulgoſ. Paul. de Ca-
ſtro & Iaſ l. 1. C. de liber. præter. Roman. conſ.
104. & conſ. 53. col. 1. Alex. conſ. 51. lib. 3.
Alex. l. patris & filij. ff. vulg. & pupill. Corn.
conſ. 242. col. 4. lib. 4. Aret. l. cum filiofamil.
col. 4. & ibi Iaſ. col. fin. ff. de leg. 1. Dec. conſil.
339. & conſ. 500. Andr. Tiraquell. in tract. de
utroq́; retract. 1. part. §. 1. gl. 14. num. 25.*

Et hoc potiſſimùm in caſu noſtro pro-
cedit, propter dictionem, Dergleichen/
poſitam in inveſtitura feudali, cujus dictio-
nis, cum ſit illa natura, ut ſit repetitiva ſi-
milium, ſicut hoc ſatis patet ex illis, quæ
tradunt *Bart. & Dd. l. in repetendis. ff. de le-
gat. 3.*

Illa dictio ſatis denotat bona in pagis
D. C. & R. perinde ut bona zur M. Dn.
Doctori propter benemerita in feudum
conceſſa fuiſſe,

Deinde etiam hoc, quod in caſu no-
ſtro conceſſio omnium bonorum Dn. Do-
ctori ab Illuſtr. Principe P. in feudum facta
propter benemerita Dn. Doctoris facta
fuerit, ſatis ſuadetur ex eo, quod negari
non poteſt, Dn. Doctorem Illuſtri Princi-
pi multa bona & egregia merita tàm in of-
ficio Cancellarii quam in ſimplicis Conſi-
liarii officio, nec non etiam alias præſtitiſſe.

Quodque Dd. communiter tradunt,
conceſſionem † ſive donationem factam 53
benemerito propter merita præcedentia
factam cenſeri, etiamſi in donatione vel
conceſſione meritorum nulla fuerit facta
mentio, *gloſ. Bart. Alex. & Dd. l. ſi donatione.
C. de collat. Bart. l. ſi tibi. §. ſi pactus. col. 1. ff.
de pactis. Bart. l. 1. ſ. nec Caſtrenſe. col. pen. ff.
de collat. bon. Bart. in tract. de duobus fratrib.
quæſt. pen. Signorol. conſ. 186. Bald. l. etſi mor-
tis. verſ. quæro nunquid. C. ad l. Falcid. Bald. l.
1. col. 3. C. de confeſſis. Bald. l. cum virum. col. 3.
C. de fideicommiſ. idem conſ. 298. lib. 1. & in ſua
Margar. ver. donatio. col. 3. Nicol. de Neapol.
l. tutor. §. quæ tutorib. ff. de excuſat. tut. Petr.
Iacobi in tit. de in integr. reſtit.* ut poſsit agi re-
ſciſſoria perſonali actione, *charta pen. Iaſ. l.
ex hoc jure in 2. effect. antidoralis obligationis. ff.
de juſt. & jur. Iaſ. conſ. 154. col. pen. lib. 2.*

Ex quo ſequitur, cum conſtet, Dn. Do-
ctorem de Illuſtr. Principe P. benemeri-
tum eſſe, conceſsionem bonorum in pagis
D. C. & R. Dn. Doctori propter beneme-
rita ipſius factam cenſeri, etiamſi in inve-
ſtitura expreſſum non fuiſſet, illa bona Dn.
Doctori propter benemerita conceſſa.

Octavò, † pro hac ſententia confir- 54
manda facit text. *c. 1. ſi de feud. vaſall. ab ali-
quo interpell. fuer.* ubi dicitur, re aliena in
feudum conceſſa & evicta, dominum feu-
di obligari vaſallo vel ejuſdem æſtimatio-
nis feudum reſtituere, vel æſtimationem
juſtam præſtare. Nec in illo textu diſtin-
guitur, utrum illud feudum vaſallo gratis,
an verò pro pretio, item, utrum tanquam

ces

res ſimpliciter domini, an verò tanquam domino aperta conceſſum fuerit. Igitur, ex generalitate textus ſequitur, re aliena in feudum conceſſa, evicta, dominum feudi vaſallo indiſtinctè vel feudum æquivalens vel juſtam æſtimationem præſtare, etiamſi dominus vaſallo rem alienam gratis & tanquam ſibi apertam in feudum conceſſerit.

Nonò, Dd. communiter concludunt, ſi dominus feudi, qui inveſtituram fecit, rem in feudum conceſſam, de facto vel de jure impeditus, tradere non poteſt, illum vaſallo obligari ad præſtationem vel feudi æquivalentis vel juſtæ æſtimationis, *Matth. de Afflict. c. 1. in pr. nu. 10. de controv. inveſtit. Curt. in tr. feud. 2. part. 2. part. princ. nu. 36. arg. d. c. 1. in pr. de inveſt. de re alien fact.* Si itaq; in præſenti caſo Illuſtr. Principes P. non haberent facultatem vel poteſtatem tradendæ rei in feudum conceſſæ, ſequitur, ipſos obligatos eſſe Dn. Doctori vel feudum æquivalens vel juſtam æſtimationem præſtare.

Decimò, dominus qui ſimpliciter promiſſionem fecit vaſallo de ipſo inveſtiendo etiam inveſtitura non ſecuta, vaſallo ad id, quod intereſt, tenetur, ſi ipſi poſſeſſionem rei in feudum promiſſæ non tradat, *Andr. de Iſern. in prælud. feud. quæſt. 6. Andr. de Iſern. c. 1. in princ. & ibi Præpoſ. n. 2. & Matth. de Afflict. nu. 9. de controv. inveſtit. And. de Iſer. c. 1. §. ſi facta. & ibi Alvar. n. 8. Præpoſ. & Matt. de Afflict. nu. 28. ſi de feud defunct. Alvar. c. 1. §. fin. de nov. form. fidel. Iac. de S. Georg. in tr. feud. 2. part. 2. part. princip. nu. 34. Zaſ. in tr. feud. 6. part. nu. 12.*

Undecimò, hæc ſententia confirmatur ex eo, quod Dd. communiter tradunt, ſi dominus feudi poſt inveſtituram factam, alium de eadem feudo inveſtierit, eique poſſeſſionem tradiderit, licet ſecundò inveſtitus quoad retinendum feudum porior ſit, dominum tamen primò inveſtiro ad id, quod intereſt, obligari, *gl. And. de Iſer. Bald. Alvar. Præpoſ. & Matth. de Afflict. c. 1. §. ſi facta, ſi de feud. defunct. conten. Iac. de S. Georg. verb. inveſtiei. n. 4. Zaſ in tr feud. 6. part. nu. 12. M. de Affl. c. 1. in pr. n. 16. de controv. inveſtit.*

Duodecimò, hanc ſententiam confirmat tex. *in c. per tuas. ext. de donat.* in quo textu expreſsè dicitur, ſi dominus feudi, qui promiſerat quatuor modios terræ in feudum concedere vel abuſivè inveſtierat, vaſallum de quatuor modiis terræ, illi vaſallo tradiderit certum fundum, dimenſuratione facta, deprehenditur, duos tantùm modios continere, vaſallo permitti contra domin. feudi agere, ut ipſi reſiduum compleatur. Igitur ex illo text. ſatis liquet, vaſallo permitti non tantùm eo caſu, quo domin. feudi ipſi nihil omninò tradidit de reb. in feudum conceſſis, ſed etiam eo caſu, quo ipſi partem tantùm de reb. in feudum conceſſis tradidit, contra domin. feudi agere, vel ad hoc, ut ipſi feudum æquivalens reſiduo tradatur, vel ut ipſi juſta ęſtimatio reſidui pręſtetur, & per conſequens, cum in caſu noſtro Ill. Princeps P. Dn. Doctori non omnes res ipſi purè & ſimpliciter in feudum conceſſas tradiderit, omninò dicendum eſt, Dn. Doctori permitti contra Ill. Principes P. agere ad hoc, ut ipſi vel feudum æquipollens, reſiduo præſtetur, vel juſta æſtimatio reſidui ſolvatur.

Decimò tertiò, hæc ſententia confirmatur per tex. *in c. 1. in pr. de inveſtit. de reb. alien. fact.* Namq; in illo textu dicitur, quod dominus feudi, qui inveſtivit alium de re aliena vel alteri obligata, inveſtito obligari aliud feudum ejuſdem bonitatis & quantitatis præſtare, ſed certum eſt, quod ad rem alienam petendam vel vindicandam, nemini actio detur, cum rei vendicatio nulli competat quàm domino tantùm, *l. in rem. in princ. ff. de rei vendic.*

Et ſimili modo clari juris eſt, quod pro re noſtra alteri obligata debito ſoluto nobis pignoratitia actio competat, *l. ſi rem alienam. § fin. ff. de pignor. act.*

Igitur ex illo textu ſequitur, dominum feudi, qui vaſallum inveſtivit, de re ab alio poſſeſſa indiſtinctè obligari, vaſallo ad pręſtandum ipſi feudum æquivalens, ſive ipſe dominus habuerit actionem ad illam rem petendam ſive non, nec dominum cædendo inveſtito actiones ſuas contra poſſeſſorem liberari, quod etiam evidenti ratione ſuadetur. Namq; clari & indubitati juris eſt, quod dominus feudi inveſtito teneatur tradere poſſeſſionem rei in feudum conceſſæ, & illam quidem non ſimpliciter ſed vacuam, *c. 1. §. fin. de nov. form. fidel gl. c. 1. in pr. de controv. inveſtit. gl. c. 1. §. ſi facta. & ibi Dd. ſi de feud. defunct. content.*

Item, non impeditam non occupatam ab alio, ſed vacuam ab omni impedimento, *Alvarot. & Præpoſ. c. 1. §. fin. de nov. form. fidel. Alvar. & Præpoſ. c. 1. §. ſi facta ſi de feud defunc. conc. Præpoſ. c. 1. in pr. n. 2. de controv. inveſt. Curt. in tract. feud. 2. part. 2. part. princ. n. 32. arg.*

arg. l. 2. §. vacua. & ibi gl. l. 3. in pr. & §. 1. l. emptorem. ff. de act. empt. gl. l. cum res. & ibi Dd. C. de probat. gl. l. improba. §. vacuam. C. de acquir. poſſeß. gl. c. 2. ut lite pendent. lib. 6.

Et ſimili modo clari juris eſt, quod dominus, qui vaſallo poſſeſſionem vacuam tradere non poteſt, vaſallo vel feudum æquivalens vel juſtam æſtimationem præſtare cogatur.

Similiter legibus expreſsè cautum eſt, quod aliud pro alio invito creditore ſolvi nequeat, *l. 2. §. 1. & ibi gl. & Dd ff. ſi cert. petat. l. promiſſa. §. fin. ff. de conſtit. pecun. l. item liberatur. §. qui paratus. ff. quib. mod. hyp. vel pign. toll. l. ſi ſe. §. ait Prætor. ff. de re judic.*

Quodque is, qui alii quid ſolvere vel præſtare cogitur cædendo actiones, non liberetur, *l. non adverſus. C. ſi cert. petat. l. cum à quo. C. de ſolut.*

Igitur ſequitur, dominum feudi ab hac obligatione non liberari, ſi ipſi rem in feudum conceſſam non præſtare neq; æſtimationem ejus ſolvere, ſed inveſtito actiones ſuas contra poſſeſſores rei in feudum conceſſæ, cædere paratus ſit, ſive ipſi domino feudi, actiones contra poſſeſſores rei in feudum conceſſæ, competat ſive non.

Et ſic per prædictas rationes concludo Illuſtr. Principes P. obligatos eſſe Dn. Doctori, vel tradere vacuam poſſeſſionem illorum bunorum, quæ H. a S. in pagis C. & R. poſſedit, vel ſi hoc ipſis facere impoſſibile ſit, Dn. Doctori vel feudum æquivalens tradere, aut juſtam æſtimationem ſolvere, nec ſuas Illuſtr. Celſ. liberari, & ſi parati eſſent, Dn. Doctori præſtare illas actiones, quæ ipſis contra poſſeſſores bonorum forſan competerent, nec obſtant huic veriſſimæ deciſioni ea, quæ pro parte contraria adducta ſunt, namque ad illa omnia facilis èſt reſponſio.

Et ad primum argumentum contrarium reſpondeo, Primò, in caſu noſtro ſatis liquêre, quod Illuſtr. Dux P. Dn. Doctori feuda controverſa non gratis ſed pro benemeritis conceſſerit, ſicut hoc ſatis liquet ex eo, quod in principio tàm brevis teſtati quàm Inſtrumento inveſtituræ ponitur illa clauſula, quod Illuſtr. Dux P. Dn. Doctorem pro benemeritis ſuis inveſtierit de illis bonis, de quibus in Inſtrumentis iſtis fit mentio. Quodque legibus expreſsè cautum eſt, clauſulam in princ. poſitam, ad omnia tàm im̃ediatè quàm mediatè ſequentia porrigi.

Deinde hoc etiam colligitur ex eo, quod bona zu M. item bona in pagis D. C. & R. ſub una eademque oratione ſive in una conſtructione ponantur.

Et clari juris eſt, quod qualitas poſita in uno ex pluribus capitulis ſub una oratione vel conſtructione comprehenſis, in omnibus aliis capitulis in illa oratione ſive conſtructione repetita cenſeatur, *Bart. l. Prætor. §. & quæ. ff. vi bon. raptor.*

Similiter hoc colligitur ex eo, quod in caſu noſtro conſtat atque liquet, Dn. Doctorem multa benemerita in Illuſtr. Principem P. contuliſſe, quod ſuprà oſtenſum fuit, conceſſionem factam benemerito propter benemerita præcedentia cenſeri factam.

Nec obſtat huic noſtræ ſententiæ, 55
quod † in Inſtrumento inveſtituræ dicitur, Daß wir dem Erbarn vnnd Hochgelarten vnſerm lieben Getrewen B. von W. der Rechten Doctorn zu B. vnd C. geſeſſen/ von wegen ſeiner langen vielfeltigen vnnd trewen Dienſte/ ſo er vns im Cantzlerampt vnd ſonſt gutwillig gern gerne gethan/ Er auch ſampt ſeinen Erben künfftiger zeit noch thun kan / ſol vnd mag / auch aus ſondern Gnaden/ ꝛc. Et ſic in Inſtrumento inveſtituræ conjungantur illa verba: Propter benemerita & ex gratia. Quodq; multi Dd. tradunt, donationem propter benemerita factam gratis ſive purè, liberè & ſimpliciter donationem non ob cauſam, aut remunerationem, ſed ſimplicem cenſeri, *Oldrad. conſ. 5. Alex. conſ. 14. num. 1. lib. 1. conſ. 40. col. 5. lib. 5. Socin. conſ. 295. col. pen. lib. 2.*

Namque poſito, hanc ſententiam veram eſſe, illa ſententia procederet illo caſu tantùm, quando dicitur donatorem propter benemerita rem aliquam gratis ſive liberè, purè & ſimpliciter donaſſe, ſecus verò, ſi in donatione ſive Inſtrumento donationis ſcriptum ſit: Donatorem propter benemerita & etiam gratis rem aliquam donaſſe.

Namque tunc illa † donatio non ſim- 56
plex, ſed remunerandi gratia facta cenſeri debet, eam ob cauſam, quia dictio, *Etiam*, eſt dictio duplicativa, & habet hunc ſenſum, ut non tantùm gratis, ſed etiam propter benemerita donatio facta cenſeatur, *arg. c. tanta. extr. de Symonia. Clem. gravis ext. de ſentent. excomm. Ioan. Andr. c. cum in illis. de præbend. lib. 6. Lapus c. 1. ne ſede vac. lib. 6. Gemin. conſ. 65. & conſ. 120. Card. Pariſ. conſ. 46. nu. 30.*

num. 30. lib. 4. Quod etiam ex eo ſuadetur, quia dictio *Etiam*, non tantum implicat, ſed etiam aoget addendo & implicando, *Geminian. conſ. 125. col. 2. & conſ. 132.*

Præterea quoq; hæc ſententia non procedit eo caſu, quando donatio vel conceſſio eſt facta benemerito. Namq; donatio ſive conceſſio benemerito facta, propter benemerita præcedentia facta cenſetur, etiamſi in donatione & conceſſione ſit dictum, illam donationem vel conceſſionem gratis, liberè, purè & ſimpliciter factam, *Tiraq. repet. l. ſi unquam. verb. donatione largitus. nu. 80. C. de revoc. donat.*

Quare cum in caſu noſtro conſtet, Dn. Doctorem Illuſtr. Principi P. multa egregia marita præſtitiſſe, ſequitur, quod clauſula ex gratia in inveſtitura præſenti poſita, non impediat, quò minùs conceſſio feudi facta Dn. Doctori propter benemerita facta cenſeri debeat.

Secundò reſpondeo, etiam poſito, ſed
57 tamen non conceſſo, in caſu noſtro † feudum non propter benemerita, ſed gratis & liberè Dn. Doctori conceſſum fuiſſe, tamen illam doctrinam Baldi nobis nihil obſtare, namq; illa doctrina Baldi & ſequacium nullo textu probatur. Itaq; illa doctrina nullo modo tenenda aut ſequenda.

Namq; clari juris eſt, quod nullo Doctori, quantumvis magnæ authoritatis ſit, credendum, niſi dictum ſuum probet lege, *Archid. c. nolite. 11. q. 3. Bald. l. reſponſ. C. ex quibus cauſis major.* atque paria ſint, aliquid fieri ſine lege & contra legem, *Bald. c. in Geneſi. col. fin. extr. de elect.*

Huc accedit, quod illud, quod lege non cavetur, in practica non habeatur, *Bald c nihil. col. fin. extr. de elect.* Nec obſtat texr. *in c. duobus. de reſcript. lib. 6.* quem *Bald.* pro ſua ſententia citat.

Namq; ille text. non modò non probat ſententiam Baldi, verùm etiam non in feudis, ſed in beneficiis eccleſiaſticis loquitur, in quibus cum Princeps habeat majorem poteſtatem, atque in illis minùs obligetur quàm in feudis, ſequitur, illum textum ad materiam feudalem incommodè allegari.

Deinde etiam illa diſtinctio *Baldi & Matth. de Afflict.* refragatur textib feudalib. qui generaliter dicunt, dominum feudi obligatum eſſe vaſallo vel vacuam poſſeſſionem rei in feudum conceſſæ tradere, vel ſi hoc facere non poſſit id, quod intereſt, præſtare. Nec diſtinguunt, utrum ille dominus feudi ſit Princeps an verò alius: item, utrum hæc inveſtitura ſit facta gratis, an verò pro precio.

58 Præterea hæc † ſententia Baldi convincitur evidenti ratione. Namq; feudum etiam gratuitò conceſſum, eſt contractus, ſecundum communem atque receptam Dd. ſententiam, *Bart. l juriſgentium. §. quinimò. & ibi Dd. ff. de pactis. Bald. & Angel. l. legitima. ff. eod. tit. Bald. conſ. 291. lib 2. Angel. auth. ut ſponſalitia largitas. in princip. Imol. in c. quæ in Eccleſiarum, extr. de conſtit. Socin. conſ. 160. col. 6. lib. 2. Curt. jun. conſ. 1. col. pen. Curt. jun. in tract. feud. 1. part. 9 q. n. 36. & 2. part. 2. part. princ. n. 42. Alber. Brun. conſ. 2. nu. 17. Iaſ. inter conſ Alberti Brun. conſ. 8. n. 32. Card. Pariſ. conſ. 1. nu. 21. & conſ. 23. n. 79. lib. 1. Iacob. de Leonhard. conſ. 114. num. 204.*

59 Et clari juris eſt, quod † Princeps in contractib. jure communi utatur, *Bald l. ex imperfecto C. de teſtam. Iac de S. Georg. in tr. feud. ver. Princeps. Fel. c. 1. & ibi Dec n. 1. ext. de probat. Iac. Leonhardi inter conſ. Alb. Brun conſ. 114. n 211. & conſ. 117. n. 118.* & tanquam privatus cenſeatur, *Iac. Leonh. inter conſ. Alber. Brun. conſ. 114. n. 116. & conſ 117. n 99. 100. & 240. Sigiſm Neap. conſ. 38. nu. 28.*

Quare, cum jure communi feudali conſtitutum ſit, quod dominus feudi vaſallo poſſeſſionem vacuam rei in feudum conceſſę tradere, vel ſi hoc illi poſſibile non ſit, æquivalens feudum aut juſtam æſtimationem præſtare, etiamſi hęc inveſtitura gratis facta fuerit, ſequitur, etiam Principem, qui alium de feudo inveſtivit, hoc jure uti debere, & per conſequens, contrariam doctrinam *Baldi & M. de Affl.* cum illa non modò nullo jure probetur, ſed legibus & rationibus refragetur, nullo modo ſequendã eſſe.

Manifeſti n. juris eſt, quod etiam com
munis Dd. opinio, † quæ vel lege non pro- 60
batur, vel firmis rationib. reprobatur, minimè ſequenda ſit, *l. 1. §. ſed neq; C. de vet. jur. enucl c Capellanus. & ibi Abb ext. de feriis. Ioan. Andr. Abb. Fel & Dec c. 1 ext. de conſtit. Alex. & Iaſ. l. cum prolatus. ff de re judic.*

Tertiò reſpondeo, † poſito, illam doctri- 61
nam *Bal de M. de Affl.* veram eſſe, tamẽ illam doctrinam tantùm ꝓcedere eo caſu, quando conceſſio in feudum gratis facta Privilegium dici poteſt, utputa, quando Princeps de plenitudine poteſtatis alteri concedit feudum gratis, & vel res in feudum conceſſa vel perſona inveſtiti non convenit regulari naturæ feudi. Alioqui verò

inve-

inveſtitura à Principe etiam gratis facta non Privilegium ſed contractus dicitur, & per conſequens ceſſat doctrina *Baldi & M. de Afflict.* ſicut hoc declarat *Curt. in tractat. feudal. 1. part. 11. quæſt.*

Cum itaque in caſu noſtro non conſtet, quod Illuſtr. Dux P. voluerit uti plenitudine poteſtatis, atque & res in feudum conceſſa & perſona inveſtiti non refragetur regulari naturæ feudi, ſequitur, inveſtituram, de qua in caſu noſtro agitur, Privilegium dici non poſſe.

Quartò reſpondeo, doctrinam contrariam *Baldi & Matth. de Afflict.* tantùm locum habere eo caſu, quando ex inveſtitura expreſsè liquet, quod Princeps voluerit inveſtituram non ut inveſtituram ſimplicem, ſed ut Privilegium valere, alioquin verò ſecus. Namque Princeps in dubio præſumitur, non Privilegium inducere, ſed jure communi uti, *Innoc. c. innotuit. ext. de elect. Abb. c. ad hæc. extr. de reſcript. Abb c. illa quotidiana, in 2. notab extr. de elect. Angel. l. benè à Zenone. C. de quadriennij præſcript. Iaſ. l. quanquam. 2. C. de mil. teſtam. Dec. c. 1. n. 1. extr. de probat.*

Quare, cum in caſu noſtro ex inveſtitura non liqueat, quod Princeps P. non voluerit contrahere, ſed tantùm Privilegium concedere, imò inveſtitura contrarium manifeſtè innuat, ſequitur illam doctrinam *Baldi & Matth. de Afflict.* etiam ex hoc capite nobis nihil refragari.

62 Quintò reſpondeo, † illam doctrinam Baldi tantùm procedere in illo Principe, qui ſuperiorem non recognoſcit, qui videlicet & jura civilia tollere, & contra jura Privilegium inducere poteſt, ſecus verò eſſe in Principe ſuperiorem recognoſcente, qualis eſt Princeps P. Namq; ille nec habet Privilegia Imperatoris, nec Privilegium contra jura civilia concedere poteſt, *Alex. l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. Petr. de Ancbor. conſ. 331. nu. 2. Abb. conſ. 61. lib. 2. Socin. conſ. 7. lib. 3. Felin. & Dec. c. quæ in Eccleſiarum. extr. de conſtitut. Iaſ. l. apertiſſimi. C. de judic. Carol. Molin. in conſuetud. Pariſ. §. quintò. gl. 49.*

63 Huc accedit, quod appellatione † Principis ſimpliciter prolata tantùm Imperator, & alius non recognoſcens ſuperiorem, contineatur, *arg. l. Princeps. ff. de legib. l. digna vox. C. eod tit. c. 1. de natur. feud.* Et quod illa fuerit mens Baldi & ſequacium, quod ipſi voluerint illam diſtinctionem tantùm habere locum in alio Principe non recognoſcente ſuperiorem, ſatis ex eo liquet, quod *Bald.* & ſequaces tantùm pro ſua ſententia allegant text. *in c. duobus. de reſcript. lib. 6.* qui text. cum loquatur in Papa & ſi non recognoſcente ſuperiorem dubio omni caret, *Baldum & Dd.* ipſum ſequentes velle, quod illa opinio procedat in ſummo Principe non recognoſcente ſuperiorem. Quia manifeſti juris eſt, quod doctrinæ ac opiniones Dd. ſecundum text. quos allegant, & intelligendæ & reſtringendæ ſint, *Ioan. Andr. c. cum nuncius. extr. de teſtib. Bart. l. non ſolùm, §. ſi liberationis. ff. de liber. leg. Tiraquell. in tract. de utroq; retract. 2. part. gl. §. 1. gl. 7. nu. 53. Card. Pariſ. conſ. 71. num. 12. lib. 3.*

Ad ſecundum argumentum contrarium reſpondeo, † conſuetudines feudales, quæ volunt, dominum feudi, qui vaſallo rem, de qua ipſum inveſtivit, tradere non poteſt, etiam procedere illo caſu, quando dominus vaſallum inveſtivit de re aliqua, tanquam ſibi aperta, ſicut hoc in rationibus decidendi ſatis docuimus, & ultra ibidem dicta confirmatur, quia certum eſt inter hoc, utrum dominus inveſtierit vaſallum ignorantem ſimpliciter tanquam de re ſua, an verò de re ſibi aperta, nullam rationem diverſitatis aſſignari poſſe. Cum utroque caſu vaſallus ignorans reipſa quodammodo defraudetur. Igitur in utroque caſu idem jus ſtatuendum, juxta text. *l. illud. in princ. ff. ad l. Aquil. l. à Titio. in princip. ff. de verb. obligat.* 64

Nec obſtat, quod in inveſtitura ſemper ſubintelligatur clauſula, *Salvo jure alieno*, etiamſi expreſſa non fuerit, namq; hoc æquè procedit in illa inveſtitura, in qua dominus alium ſimpliciter de re ad alium ſpectante inveſtivit, ſicut hoc ſatis liquet ex iis, quæ pro contraria parte adducta ſunt.

Et tamen clari juris eſt, quod non obſtante hac clauſula, tacitè ſubintellecta, dominus feudi, qui aliunde re aliena inveſtivit, inveſtito teneatur vel feudum æquivalens vel juſtam æſtimationem præſtare, atque hæc clauſula illud quidem operetur, ne poſſeſſori præjudicium generetur, non autem hoc, ne dominus inveſtito vel ad feudum æquivalens, vel ad juſtam æſtimationem rei in feudum conceſſæ teneatur, ſicut hoc expreſsè probat text. *in c. 1. in pr. de inveſt. de re alie. fact.* & adjuvatur ratione.

Namq;

Namq; & dominus feudi & vaſallus, ſicut alii quilibet contrahentes præſumuntur, ſe voluiſſe conformare & juri communi, & naturæ contractus celebrati, *Alvar. inter conſ. Alber. Brun. conſ. 65. num. 2. Mar. Mantua. conſ. 333. num. 4. lib. 1. arg. l. 4. ff de uſur. l. quæro. §. inter locatorem. ff. de locat. & conduct. fac. id, quod tradit Bart. l. ſi jusjurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. liberto. Bart. l. hæres mei. §. cum ita. ff. ad SC. Trebellian.*

Quare cum & conſuetudines feudales ſanciant, & contractus feudi ea natura ſit, ut re in feudum conceſſa vel penitus, aut pro parte propter impoſſibilitatem juris vel facti non præſtita, vel penitus, aut pro parte evicta dominus cogatur vaſallo vel feudum æquivalens, vel juſtam æſtimationem præſtare, ſequitur, & dominum & vaſallum præſumi voluiſſe, ſe huic tam diſpoſitioni juris communis feudalis quàm naturæ contractus feudi conſervare, ut dominus feudi re in feudum conceſſa vel penitus, vel pro parte evicta, vaſallo vel feudum æquivalens vel juſtam æſtimationem præſtare cogatur.

65 Similiter non obſtat noſtræ ſenententiæ id, quod in † qualibet conceſſione ſubintelligatur clauſula. *Salvo jure tertij*, ſive illa conceſſio fiat titulo lucrativo ſive oneroſo, Item, quod is, qui alteri rem certam concedit titulo lucrativo vel oneroſo, tantum illud jus, quod ipſe in iſta re conceſſa habet, & nihil ulterius conceſſiſſe intelligatur.

Namq; clari juris eſt, quod is, qui alteri titulo oneroſo rem aliquam concedit, non tantum illud jus, quod ipſe in re conceſſa habet, ſed totam rem conceſſiſse intelligatur, eo caſu, quo is, cui conceſſio fit, ignorat rem conceſſam ad concedentem in ſolidum non ſpectare, ſicut hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Cynus l. 1. C. ſi pignus pignor. datum ſit. Bald. l. ex prædiis arg. ill. text. junct. gl. C. de evict. Bald. rubr. q. 6. C. de contrah empt. Bald. l. cum alienam. C. de legat. Bald. & Ang. l. 1. C. qui teſtamen. fac. poſ. Petr. Cyn. Bald. Ang. Imol. Alex. Iaſ. & Dd. l. ſi domus. §. ſin. ff. de legat. 1. Bald. l. 2. C. de remiß. pignor. Alexan. conſ. 63. num. 9. lib. 6.*

Quare, cum contractus feudi non ſit merus titulus lucrativus, nec mera, & pura donatio, ſed donatio ob cauſam, & ſic titulus oneroſus, *Alvarott. & Præpoſ. c. 1. in princ. de inveſt. de re alie. facta. Curt. in tract. feud. 2. part. 2. partis princip. num. 36.* ſequitur, quod dominus feudi, qui vaſallo ignoranti rem aliquam in feudum concedit, non tantum illud jus, quod ipſe in illa re habet, ſed totam rem in feudum conceſſiſſe intelligatur, & hoc potiſſimum, quando conceſſio in feudum fuit facta propter benemerita inveſtiti.

Namq; clari juris eſt, quod donatio ſive conceſſio propter benemerita facta non cenſeatur titulus lucrativus, vel mera donatio, ſed reputetur titulus oneroſus, & quandam quaſi permutationis ſpeciem obtineat, *l. Aquilius regulus. ff de donatio. l. ſed etſi lege. §. conſuluit ibi Bald. ff. de petit. hæreditat. Bart. in ſuperſcript. procem. ff. col. final. Bart. l. per diverſas. col. 2. verſ. juxta hoc quæro. C. mand. Iohan. And. in addit. ad Speculat. tit. de Inſtrum. editio §. porrò col. fin. Alberi. de Roſa. in 1. par. ſtatuto. q. 122. Panormit. rubr. extr. de donat. Panorm. c. per tuas. extr. eod. tit Panorm. conſ. 3. col. antepen lib. 2. Alexan l. jurisg. §. quinimò. ff. de pactis Alexan. conſil. 217. col 1. lib. 2. & conſ. 43. col. 6. lib. 4. Frid. Aret. conſil. 17. col. 5.*

Cum itaq; in caſu noſtro agatur de contractu feudi, & inſuper hæc conceſſio in feudum fuerit facta, propter benemerita & D. Doctoris, ſequitur, quod in caſu noſtro, Illuſtr. Dux P. non tantum illud jus, quod ipſe in illis rebus habuit, ſed illas ipſas totas & in ſolidum Dn. Doctori in feudum conceſſerit.

Et licet contractus feudi non ſit puro & ſimplex donatio, nec etiam titulus lucrativus, ſed titulus oneroſus, eamq; ob cauſam id quod pro contraria parte adductum fuit, in conceſſione facta titulo lucrativo tantum illud jus, quod concedens habuit, & nihil ulterius conceſſum intelligi nobis nihil obſtet, præſertim cum in caſu noſtro conceſſio feudi fuerit facta propter benemerita Domini Doctoris, tamen etiam alio modo ad illud contrarium reſpunderi poteſt, Quod videlicet, illud contrarium non procedit eo caſu, quando illud jus quod tertius haber in re conceſſa, eſt tale quod auferet omne emolumentum omneq; commodum rei conceſſæ, quale eſt jus uſus fructus, pignoris, multò verò magis jus utilis dominii ad tertium ſpectans,

Tunc enim in conceſſione re titulo lucrativo facta etiam tale jus ad tertium ſpectans comprehenditur, *l. Mevius. §. fundo. & ibi Din. Rayn. & Imol. ff. de legat. 2. Imol.*

c. peſtoralis extr. de donat. Alex. l. ſervi electione. §. fin. & ibi Iaſ. num. 22. ff. de legat. 1. Et licet in hoc contrattum teneant aliqui, *Alex. & Rapha. cum. l. ſi domus. §. fin. & ibi Iaſ. num. 23. ff. de legat. 1.* tamen præcedens opinio & verior & communior eſt, prout atteſtatur *Iaſ. in d. l. ſervi electione. §. fin. nu. 22.* Eamque ob cauſam illa opinio & in judicando & in conſulendo ſequenda eſt, namq; communes Dd. ſententiæ & in judicando & in conſulendo ſequendæ ſunt, *Bald. l. 1. arg. ill. text. ff. de ſenat. Bald. c. 1. §. judices de pac. juram. firman. Abb. Felin. & Dec. c. 1. extr. de conſtitut.*

Uſque adeò, ut judex qui à communi opinione recedit, & imperitus præſumatur, *Alex. conſ 95. num. 6. lib. 2.* & faciat litem ſuam, atq; parti læſæ ad id, quod intereſt, condemnetur, *Bart. l. final. C. de pen. judex. qui mal. judic. Angel. l. terminato. C. de fruct. & lit. expenſ. Abb. c. prudentiam in princ. ext. de offic. delega. Iaſ. l. cum prolatis. ff. de re jud.*

Quare cum L. H. habeat utile dominium in bonis ſitis in pago R. ſequitur, quod Ill. Dux P. concedens Dn. Doctori bona in pago R. in feudum, ipſi etiam hoc utile dominium, quam L. H. in R. habet, conceſſiſse intelligatur.

Deinde quoque hoc, quod dicitur, conceſſionem factam titulo lucrativo reſtringi, tantum ad illud jus quod concedere habuit, nec ulterius extendi, non procedit, quando tacite vel expreſsè conſtat de contraria mente concedentis, utputa, ſi concedens dicat, ſe totam ſive integram vel omnem illam rem concedere, tunc enim non tantum illud jus quod concedens habuit, ſed totam illam rem conceſſiſse intelligitur, Sicut hoc expreſsè atq; in ſpecie tradit, *Bart. l. ſervi electione. §. fin. & ibi Iaſ. num. 24 ff. de legat. 1. Bart. l. Mevius. §. fundo. ff. de lega 2.*

Sed in caſu noſtro liquet, quod Illuſtris Dux P. totam ſive integram portionem illorum bonorum, quam H. de S. in pagis D. C. & R. poſſedit Dn. Doctoti tanquam feudum apertum in feudum conceſſerit, ſicut hoc primò ſatis colligitur ex dictione, So viel. in inveſtitura poſita, quæ dictio dictioni univerſali æquipollet, Item & ex verſiculo, Zu dem auch das vbrige M. L. Antheil.

Quæ verba hanc expreſſam ſignificationem habent, quod Illuſt. Dux P. omnia bona in pagis D. C. & R. excepta tantum reſidua portione M. L, Et ſic totam illam & integram portionem, quam H. de S. in prædictis pagis poſſedit, Dn. Doctoti in feudum conceſſerit.

Namq; hæc dictio, reſiduum, totum, omne, ſive integrum ſignificat; ſicut hoc ſuprà diximus, Et ſic ex prædictis liquet, illam regulam, quæ vult, in conceſſionibus lucrativis tantum jus concedentis, & nihil, ulterius conceſſum intelligi, in caſu noſtro locum non habere, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, illam conceſſionem, de qua in caſu noſtro agitur, ex titulo merè lucrativo factam.

Prætetea †, non obſtat nobis text. in 66
c. 1. in princ. de Cap. qui cur. vendid. Namq; primò ille text. non procedit, niſi in illis locis tantùm, in quibus deciſio illius text. ex conſuetudine recepta & approbata eſt, ſicut hoc expreſsè tradit *And. de Iſern. c. 1. in princ. de Cap. qui cur. vendid.*

Quare cum fides fieri nequeat, in P.' diſpoſitionem illius text. conſuetudine receptam, ſequitur, illum locum non habere, ſed cum hæc reſponſio & fragilis ſit, & in *d. c. 1. in princip.* reprobetur, *à Matt. de Afflict.*

Ego aliter & ſecundò ad *d. c. 1. in princip.* reſpondeo, illum textum non procedere in rebus ſingularibus feudalibus alteri conceſſis, puta in bonis, quæ quis in certis pagis poſſedit, ſed illum textum tantùm loqui in Curia ſive toto territorio vendito, prout hoc ex verbis illius text. liquet.

Tertiò reſpondeo, illum textum locum non habere, quando in venditione vel conceſſione generali eſt facta expreſſa mentio de re alteri in beneficium conceſſa, ſicut hoc expreſsè probat text. in *d. c. 1. verb.* niſi expreſsè de eo actum ſit, & ibi *Matt. de Afflict. num. 7.*

Quartò reſpondeo, *text. in d. c. 1.* non procedere, quando in conceſſione ſive venditione generali adjicitur clauſula: Cum juribus & pertinentiis, *And. de Iſern. c. 1. in princip. & ibi Matth. de Afflict. num. 8. de Cap. qui cur. vendid.*

Quintò reſpondeo, *text. in d. c. 1.* proprocedere eo caſu, quando illud beneficium, quod alteri conceſſum eſt, ab ipſo corpore univerſitatis eſt ſeparatum, & nomine proprio nuncupatum: Secus autem eſt, ſi illud beneficium alteri prius conceſſum cum aliis unum nomen retinet, *Bald. d. c. 1. in princ. & ibi Matt. de Afflict. num. 18.*

Sextò

Sextò reſpondeo, *d. c. 1.* non procedere eo caſu, quando vel tota curia vel major pars alteri eſſet infeudata, *Bald. c. 1. in prin. & ibi Matt. de Afflict. nu. 22. de Cap. qui cur. vendid.*

Septimò reſpondeo, illum textum non procedere, quando dominus, qui de recenti aliquem de feudo ad curiam ſpectante inveſtivit, curiam concedit vel vendit, ſicut illa antiquitas cum ſuis feudis poſſeſſa erat, *Matth. de Afflict. c. 1. in princ. nu. 22 de Cap. qui cur. vend.*

Octavò reſpondeo, quod in omnibus illis caſibus, in quibus in venditione ſive conceſſione generali de curia facta, beneficium alteri prius conceſſum non comprehenditur, dominum feudi vaſallo ignoranti conceſſionem beneficii factam ad æſtimationem illius beneficii tenetur, *M. de Affl. c. 1. in prin. nu. 22. de Cap. qui cur. vend.*

Igitur ſequitur, diſpoſitionem, *c. 1. in princ. de Cap. qui cur. vendid.* in caſu noſtro locum non habere. Tum quia in caſu noſtro non curia ſed res ſingulares, nempè illa bona, quæ H. de S. in pagis D. C. & R. poſſedit, in feudum conceſſæ fuerunt.

Tum quia in caſu noſtro expreſſa eſt facta mentio de bonis in pagis C. & R. quæ antea partim vendita partim permutata fuerunt. Tum quia in conceſſione in feudum facta Dn. Doctori eſt adjecta ila clauſula, Cum juribus & pertinentiis.

Tum, quia bona in pagis C. & R. antea vendita & permutata priſtinum nomen retinent. Tum, quia bona in pago R. penitus vendita, & in pago C. pro majori parte permutata ſunt. Tum etiam, quia in inveſtitura facta Dn. Doctori dictum eſt, omnia illa bona, quæ in prædictis pagis prius H. de S. poſſedit, Dn. Doctori in feudum conceſſa eſſe. Quæ poſſeſsio H. de S. longè eſt antiquior venditione & permutatione ſubſecuta.

Et inſuper in inveſtitura adjectum eſt, Wie die alle Namen haben/ vnd die Güter vnd Stücke alle vnd ein jedes inſonderheit in jhren Grentzen vnd Mahlen von alters/ vnd noch gelegen/ Et poſito, ſed tamen non conceſſo, bona vendita & permutata in pagis C. & R. ſub inveſtitura facta Dn. Doctori, non comprehendi, Tamen Illuſtr. Principes P. ex ſententia Matth. de Afflict. obligati eſſent Dn. Doctori juſtam æſtimationem illorum bonorum præſtare.

Eodem modo † non refragatur no- 67
ſtræ deciſioni id, quod pars adverſa prætendit, inveſtituram factam de feudo ab alio poſſeſſo intelligi factam in defectum juris poſſeſſoris, & ſic in illum caſum, in quo feudum domino aperitur.

Namq; hoc procedit tantum in illis caſibus, quando vel in inveſtitura hæc conditio ſive eventus eſt expreſſus, vel quando inveſtitus ſcivit, illud feudum ab alio poſſideri, alioquin verò ſecus. Tum quia tempus vel conditio in inveſtitura vel alia diſpoſitione regulariter non ſubintelligitur, *l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. verb. obligat.*

Tum quia tàm inveſtitura quàm omnis alia diſpoſitio, cui tempus vel conditio expreſsè non inſeritur, pura cenſetur, *l. cum qui Calendis. §. quoties & ibi Dd. ff. verb. obligat. l. in omnibus oblig. & ibi Dec. & Cagnol. ff. regul. jur. §. omnis. Inſtitut. de verb. oblig.*

Tum quia conſuetudinibus feudorum generaliter cautum eſt, inveſtituram factam de re aliena vel alteri obligata, purè factam cenſeri, nec illam reputari ſuſpenſam in illum eventum, ſi illa res domino feudi quolibet modo acquiſita vel aperta fuerit.

Neq; in illo textu conſuetudinum feudalium hoc diſponente nulla fiat diſtinctio, utrum illa res ſit aliena quoad utile, directum, vel plenum dominium, *c. 1. de inveſtit. de re alien. facta.*

Ex quo ſequitur, cum non tantùm illa res dicatur aliena, cujus plenum vel directum dominium, verùm etiam illa cujus utile dominium ad alium ſpectat, *arg. l. 1. C. de fund. dotali.* Atq; vaſallus ſecundum communem atq; receptam Dd. ſententiam in feudo utile dominium habeat, *Innoc. c. ſi diligenti. & ibi Abb. 3. notab. extr. de præſcript. Bald. c. 1. in quib. cauſ. feud. amitt. Bald. c. 1. §. præterea. de capit. Corradi. Dec conſ. 339 nu. 6. Nic. Eberhardi in ſua top. in loco à feud. ad Emphyteuſ.*

Etiam inveſtituram de feudo viventis ignoranti factam puram cenſeri. Atq; dominum feudi ſecundum diſpoſitionem textus *in d. c. 1. de inveſtit. de re alie. facta.* ſtatim obligari inveſtito feudum æquivalens ejuſdem nempè bonitatis & quantitatis præſtare. Deindè etiam *Matth. de Afflict. in c. 1. num. 6. qui ſucceſſ. teneant.* quem locum pars adverſa pro ſua ſententia confirman-

da citat, loquitur, in illo caſu, in quo inveſtitura expreſsè collata fuit in eventum mortis illius, qui feudum poſſidet, ideoque doctrina *Matth. de Afflict.* extendi non poteſt ad illum caſum, in quo inveſtitura de feudo viventis vaſallo ignoranti purè facta fuit.

Præterea non obſtat huic deciſioni, quòd inveſtitura in præjudicium tertii non conſentientis non valeat.

Namq; licet inveſtitura non valeat in præjudicium tertii non conſentientis, tamen illa inveſtitura valet in præjudicium inveſtientis, ut videlicet ipſe vel feudum æquivalens, vel juſtam æſtimationem inveſtito præſtare cogatur, ſicut in ſimili venditio rei alienæ à non domino facta, domino quidem non præjudicat, ſed in præjudicium venditoris valet, ut ipſe ad id quod intereſt, emptori obligetur, *Item alienam. & ibi gl. ff. de contrahen. emptio.*

Et hoc quoad propoſitum noſtrum expreſsè probatur per text. *in d. c. 1. in princ. de inveſtitur. de re alien. fact.*

Namq; in illo textu generaliter dicitur, licet inveſtitura facta de re aliena vel alteri obnoxia in præjudicium domini vel illius, cui hæc res obnoxia eſt, non valeat, Inveſtituram tamen hanc valere in præjudicium inveſtientis, ut ipſe inveſtito feudum ejuſdem bonitatis & qualitatis præſtare cogatur, nec in illo textu diſtinguitur, utrum res aliena, de qua quis inveſtitus fuit, ſit aliena quoad plenum, directum, an verò utile dominium.

Igitur ſequitur, diſpoſitionem illius text. etiam habere locum in re aliena quoad utile dominium. Et per conſequens, cum feudum vaſalli viventis ſit alienum quoad utile dominium, omninò dicendum eſt, inveſtituram factam vaſallo ignoranti de feudo viventis, etiam poſſeſſore non conſentiente in præjudicium inveſtientis valere, quoad hoc, ut ipſe inveſtito aliud feudum ejuſdem bonitatis & quantitatis præſtare cogatur. Idem probat text. in *c. 1. in pr. de Cap. qui cur. vendid.*

Namq; ex illo text. expreſsè colligitur, in venditione generali curiæ, quoad præjudium venditoris contineri beneficium alteri prius in iſta curia conceſſum, & ſic, feudum vaſalli viventis, ſi de illo beneficio expreſsè actum fuerit, Nec in illo textu diſtinguitur, utrum in hoc intervenerit conſenſus vaſalli poſſeſſoris, an verò non, & ſic ex illo textu ſatis liquet, inveſtituram, venditionem, vel aliam diſpoſitionem expreſſam de feudo vaſalli viventis à domino feudi factam in præjudicium domini feudi valere, etiamſi in illa inveſtitura conſenſus poſſeſſoris non intervenerit.

Eodem modo non refragatur noſtræ ſententiæ id, quod contrarii conſulentes prætendunt, non eſſe veriſimile, quod dominus feudi voluerit præjudicare juri tertii, quodq; in inveſtitura vel in alio contractu non veniat id, de quo cogitatum nõ fuit. Namq; reſpondeo verum eſſe, quod dominus feudi in dubio non intelligatur voluiſſe præjudicare juri tertii, eamq; ob cauſam inveſtituram de re aliena vel alteri obligata factam tertio nõn præjudicare, attamen ex inveſtituræ verbis, quib⁹ ſemper inhærendum eſt, clarè liquere, Ill. Principẽ P. Dn. Doctori in feudum purè & ſimpliciter conceſſiſſe illa bona, quę H. de S. in pagis D. C. & R. poſſedit, eamq; ob cauſam ipſum dominum feudi obligatum eſſe, hæc bona D. Doctori vel integra tradere, vel ſi ipſe de facto vel de jure hoc facere penit⁹ vel pro parte prohibeatur, Dn. Doctori feudum æquivalens præſtare, juxta textum in *d. c. 1. de inveſtit. de re alien. facta.*

Similiter non obſtat noſtræ ſententiæ, 68
quod † unaquæq; res tranſit cum ſua cauſa ſuisq; oneribus, quia hoc idem verum eſt, quoad favorem illi⁹, qui jus reale in re aliqua habet, Secus autem eſt quoad præjudicium illius, cui res aliqua vel vẽdita eſt vel in feudum conceſſa, Namq; tàm venditor quàm is qui alteri rem in feudum cõcedit, tenetur emptori & vaſallo liberam & vacuam poſſeſſionem, videlicet, non impeditã non occupatam, non obligatam, non talem quæ avelli poteſt, rei in feudum conceſſæ tradere, & ſi ipſe de facto vel de jure impeditus hoc facere non potuerit, ipſe vaſallo feudum ejuſdem bonitatis & quantitatis præſtare cogitur.

Ultimò † non obſtat huic deciſioni 69
id, quod tradit *M. de Affl. in c. 1. §. præterea. col. 3. nu. 21. de prohib feud. alien. per Freder.* Namq; primò *M. de Afflict.* loquitur de ſummo Principe non recognoſcente ſuperiorem. Secundò illa deciſio ita intelligenda eſt, ut licet Princeps in inveſtitura alteri facta intelligatur reſervaſſe jus alteri competens, hæc tamen reſervatio operetur quidem quoad hoc, ut tertio prȩjudiciũ faciat, non autem quoad hoc, quò minus ipſe Princeps inveſtito vel feudum æquivalens rei in feudum conceſſæ præſtare cogatur. Ter-

Tertiò *Matt. de Aſſlict.* ibidem dicit, quod Princeps illa, quæ alteri per prius conceſſit, de Stylo Cancellariæ reſervaſſe intelligatur, non autem dicit, quod illa ſecundum mentem & intentionem Principis reſervata intelligantur.

Et certum eſt, quod illa reſervatio quæ non fit ex mente Principis ſed ex Stylo Cancellariæ, nihil operetur, nullumq; effectum producat, ſicut hoc inferius dicemus Et ſic per prædicta ſatis ſuperq; reſponſum eſt illis, quæ in ſecundo argumento contrario dicta ſunt.

Ad tertium argumentum contrarium reſpondeo, Primò, veriorem eſſe illo- 70 rum Dd. ſententiam, qui volunt † clauſulam, *Salvis juribus alienis*, in inveſtitura poſitam nihil operari, ſicut hoc expreſſè atq; in ſpecie decidit *Zeſ. in tract. feud. 6. part. nu. 25. & 26.*

Et hæc ſententia primò probatur ex eo, quod conſulentes pro parte contraria fatentur, clauſulam, *Salvis juribus alienis*, in inveſtitura ſemper intelligi, etiamſi illa expreſſa non fuerit. Quodq; legibus expreſſè cautum eſt, expreſſionem eorum quæ tacitè inſunt, nihil operari, *l. 3. & ibi Dd. de leg. 1. l. non rectè. C. de fidejuſſor.*

Secundò, clauſulæ in contractibus appoſitæ ſecundum naturam contractus intelligi, & potius ita accipi debent, ut ſint ſupervacuæ, quam ut aliquid contra naturam rei in contractum deductæ operentur, *Bal rub. nu. 9. C. de contrahen emptio.*

Quare cum natura feudi illa ſit, ut re aliena vel ad alium quolibet modo ſpectante in feudum conceſſa, dominus feudi inveſtito obligetur ad reſtitutionem vel feudi æquivalentis, vel æſtimationis juſtæ ſequitur, clauſulam, *Salvo jure alieno*, potius intelligendam, ut illa ſit ſupervacua, quàm ut inveſtiens contra naturam feudi, per hanc clauſulam relevetur ab hoc, ne ipſe pro re aliena in feudum conceſſa, vaſallo, vel ad feudum æquivalens vel ad juſtam æſtimationem teneatur.

Tertiò, conſulens pro adverſa parte ipſemet fatetur, hanc clauſulam, Salvo jure alieno, potius de Stylo alieno quàm ſecundum mentem & intentionem Principis in inveſtitura apponi.

71 Et certum eſt, illas † clauſulas quæ potius de Stylo Cancellariæ quàm ſecundum mentem & intentionem Principis in inveſtitura ponuntur, nihil operari nullumque effectum producere, ſicut hoc expreſſè atq; in ſpecie decidit *Bar. l. 2. quæſt. 6. C. de jur. Codicillorum. Bal. l. quoties col. 1. verſ. modo revocatur in medium. in fin. C. de hæred. inſtit. Ang. conſ. 364. col. 3. Ant. de Butr. c. Quintavallis. char. pen. & ibi Abb. col. 17. extr. de jurejur. Ant. de Butr. c. cum contingat. & ibi Abb. col. ult. extr. eodem tit. Ant. de Butr. conſ. 52. Abb. in ſua Diſputat. incip. ſtante ſtatuto col. antepen. Card. conſ. 120. incip. ad primum, in fin. Barb. l. 1. §. ſi quis ita. col. 15. ff. de verb. obligat. Barb. conſ. 42. col. 8. conſ. 48. col. 7. conſ. 58. col 8. lib. 1. conſ. 16. conſ. 34. conſ. 43. conſ. 52. col. 2. & 3. conſ. 60 lib. 2. conſ. 80. lib. 3. conſ. 52. lib. 4. Et inter conſ. Calcanei conſ. 27. col. 5. verſ. capio nunc tertio, Et inter conſ. Fr. Curtij ſenioris conſ. 67. Alex. conſ. 52. nu. 28. lib. 4. Corn conſ. 126. col. 2. lib. 1. & conſ 150. col. 3. lib. 3. Socin. conſ 159. nu. 25. lib. 2. & conſ. 103. col. 3. lib. 3. Ruinus conſ. 60. nu. 29. lib. 1. Socin. conſ. 250. col. fin. lib. 2. Dec. conſ. 180. col. pen. conſ. 304. col. 5. conſ. 399. col. 3. conſ. 500. nu. 12. & conſ. 520. nu. 15. Curt. conſ 50. col. 12. conſ 67. col. 6. Stephan. Bertrand. conſ. 170. num. 6. lib. 1. conſil. 74. lib 2. & conſil. 71. lib. 3.*

Quartò, clauſula, *Salvo † jure alieno*, nihil operatur, quoad ea quæ in inveſtitura 72 expreſſa ſunt. *Card. Pariſ. conſ. 6. nu. 22. conſ. 16. num. 30. & conſ. 70. nu. 13. lib. 1.*

Similiter clauſula, *Salvo jure alieno*, nihil operatur, quoad ea, quæ ex inveſtitura ſimpliciter colliguntur vel reſultant, ſicut hoc ſatis probatur ex eo, quod Dd. in ſimili tradunt, cum per inveſtituram factam vaſallo felonia præcedens ſalem tacitè remiſſa cenſeatur, clauſulam, *Salvo jure noſtro*, à domino feudi in inveſtitura poſitam, non operari hoc, quò minus dominus feudi vaſallo feloniam præcedentem remiſiſſe intelligatur, *Bald. c. quæ in Eccleſ nu. 33. extr. de conſtit. Iaſ l. 2. in princ. nu. 5. ff. ſi quis caut. Iaſ. l. 2. num. 131. C. de jur. emphyteuſ. Dec. conſil. 185. num. 11.*

Cum itaq; in caſu præſenti expreſſè dictum ſit, Illuſtrem Principem P. Dn. Doctori in feudum conceſſiſſe ea bona, quæ H de S. in pagis D. C. & R. poſſedit. Et inſuper ex inveſtitura ſimpliciter facta tacitè hoc reſultet, eaq; inveſtituræ ſimplicis naturæ ſit, ut dominus feudi, qui vaſallo de jure vel de facto impeditus, rem in feudum conceſſam tradere non poteſt, vaſallo aliud ejuſdem bonitatis & quantitatis tradere cogatur, ſequitur clauſulam, *Salvo jure alieno*, in inveſtitura præſenti poſitam nihil operari, quoad bona ſita in pagis, D. C. & R. præ-

ſertim quoad hoc, ne dominus feudi illa bona pro parte tradere non poteſt, ad aliud feudum ejuſdem bonitatis & quantitatis præſtare, Dn. Doctori obligatus ſit.

Secundò, ad hoc tertium argumentum contrarium reſpondeo, etiamſi poſito, ſed tamen non conceſſo, clauſulam, *Salvo jure alieno*, in inveſtitura poſitam aliquid operari, prout hoc tradunt *Signoroll. de Homodeis conſ. 60. col. 2. Alber. de Roſat. in ſuo Dictionario verb ſalvo. Card. Pariſ. conſ. 13. num. 12. conſ. 15. nu. 21. lib. 1. & conſ. 65. nu. 51. lib. 3. & M. de Afflict. c. 1. nu. 30. & 31. qui ſucceſſ. tenean tur*. Et inter cætera hunc effectum producere, ne dominus feudi de evictione obligetur, ſicut hoc tradunt, Dd. pro contraria ſententia citati, tamen illorum Dd. ſentẽtia procederet tantum illo caſu, quando hæc clauſula eſſet poſita in ipſa principali diſpoſitione, Secus autem eſt, ſi illa clauſula in inveſtitura ſit poſita poſt principalem perfectam & completam, in fine, & acceſſoriè vel in verbis executivis, tunc enim illa clauſula non operaretur hoc, quò minus dominus feudi, qui de facto vel de jure impeditus inveſtito rem in feudum conceſſam tradere non poteſt, vaſallo aliud feudum ejuſdem bonitatis & quantitatis præſtare cogatur.

73 Namq; certum eſt, quod † clauſulæ acceſſoriæ principalem diſpoſitionem non alterent vel mutent, *Iaſ. l. more. nu. 48. ff. juriſdict. omn. judic. Iaſ. l. ex pupillari ff. de vulgar. & pup. Dec. conſ. 470. nu. 4. Aym. Cravet. conſ. 25. nu. 3. lib. 1. Card. Pariſ. conſ. 76. nu. 34. lib. 2. & conſ. 49. nu. 46. lib. 3.*

Et intelligantur atq; reſtringantur ſecundum naturam principalis diſpoſitionis, *Dec. conſ. 373. nu 14. & conſ. 500. nu. 12. Socin. conſ. 40. nu. 8. lib. 1. conſ 164. col 4. lib. 2. conſ. 66. nu. 6 lib. 3. Card. Pariſ. conſ. 54. nu. 35 & conſ. 110 nu. 202. lib. 1 arg l. fin ff. de conſtitut. pecun l. cum principalis ff. de reg. jur. c. acceſſ de reg. jur. lib. 6. gloſ. l. ſi patronus. §. patronum. ff. ſi quid in fraud. patr.* Etiamſi illæ clauſulæ juratæ ſint, *Socin. conſ. 66 nu. 13. lib. 3. Cardin. Pariſ. conſ. 54. num. 37. lib. 1.*

74 Similiter & clauſulæ ad † executionem appoſitæ, non alterant nec mutant naturam principalis diſpoſitionis, *Clem. 1. de præbendis. Abb. c. cum nobis col fin extr. de conceſſ. præbend. Card. conſ. 25. in fin. tit. de præbend. Dec. conſ. 2. nu. 10 conſ. 20. nu. 10. conſ. 142. nu. 9. conſ. 305. nu. 8. conſ. 306. nu 8. conſ. 413. nu. 7. & 8. conſ. 500 nu. 9. & conſ. 521. nu. 14. Iaſ. l. jus civile. nu. 8. ff. juſt. & jure. Iaſ. l. qui Romæ. §. duo fratres nu. 77. ff. verb. obligat. Fran. Curt. conſ. 305. col. final. Card. Pariſ. conſ. 11. nu. 134. conſ. 54. nu. 36. conſ. 89. nu. 72. lib. 1. conſ. 75. nu. 35. lib. 2. conſ. 23. nu. 153. & conſ. 33. num. 9. lib. 3.*

Ideoq; receptum eſt, licet illa donatio, in qua fit mentio mortis, cenſeatur donatio cauſa mortis, hoc tamen non procedere eo caſu, quando in verbis acceſſoriis, ſive executivis eſt facta mentio mortis, *Bald in addit. ad Speculat. tit. de inſtrum. editio. col. fi. Alex. l. quæ dotis col. 4. verſ. 7. limito. & ibi Iaſ. nu. 40. & 41. ff. ſolut. matrim. Socin. conſ. 53. num. 3. lib. 1. Dec. conſ. 306. num. 6.*

75 Et licet clauſula, † authoritate vel vice noſtra cognoſcas, in reſcripto Principis poſita, denotet juriſdictionem non ordinariam ſed delegatam commiſſam, hoc tamen ita demum procedere, ſi illa clauſula in principali diſpoſitione ſive commiſſione ponatur, Secus autem eſſe, ſi illa clauſula in fine reſcripti vel in verbis executivis adjiciatur, *Card. & Imol. c. quoniam Abbas extr. de off. deleg. Alex. l. more. & ibi Iaſ nu 48. ff. juriſdict. om jud. Iaſ l. ex pupillari nu. 4. ff. vulg. & pupill. Iaſ. l. jus civile. nu. 7 ff juſt. & jur. Dec. conſ. 306. nu. 8. conſ. 413 nu. 8. conſ. 500. num. 11. & 521. num. 15.*

76 Huc accedit, quod per † clauſulam, promittens habere ratum, quicquid per procuratorem geſtum fuerit, non videatur data libera adminiſtratio, eam ob cauſam, quia talis clauſula acceſſoriè ponitur, *Bart. l. 1. & ibi Iaſ. num. 21. ff. de off. procur. Caſ. Dec. conſ. 500. nu. 12.*

Cùm itaq; in caſu noſtro clauſula, *Salvo jure alieno*, in inveſtitura non ponatur in principali diſpoſitione ſive conceſſione feudi, ſed acceſſoriè in fine inveſtituræ ſive conceſſionis feudi, ſequitur illam clauſulam in caſu noſtro nihil operari, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, illam clauſulam alioquin iſtius efficaciæ eſſe, ut aliquid operetur.

77 Tertiò reſpondeo, clauſulam; † *Salvo jure alieno*, nihil operari eo caſu, quando ea clauſula eſt poſita in modum ſimplicis proteſtationis, *Alber. Brunus conſ. 58. num. 9.* Cum itaq; in caſu noſtro hæc clauſula, *Salvo jure alieno*, in inveſtitura poſita, ſit in modum ſimplicis proteſtationis, ſequitur, illam clauſulam in caſu noſtro nihil operari.

Quartò reſpondeo, clauſulam *Salvo jure alieno*, tantum ad abundantem cautelam apponi, *Raph. Com. conſ. 116. Card. Pariſ. conſ 16. nu. 30. & conſ. 70. nu. 10. lib. 1.*

78 Et certi juris eſt, quod ea, quæ † tantum pro abundanti cautela ponuntur, naturam diſpoſitionis principalis non mutant, *l. non ſolent, & ibi Dec. & Cagnol ff reg. jur. l pediculis. ſ. Labeo ff. aur. & argent. leg. l. quæ extrinſecus, & ibi Iaſ. & Dd ff verb. oblig. l. teſtam. & ibi Iaſ. & Dd. C. de teſtam l. fin. & ibi Bar. C. de prædiis tamiatis lib. 11.* Cum itaq; natura contractus feudi ea ſit, quod dominus feudi, qui vaſallo vacuam poſſeſsionem rei in feudum cōceſſæ de facto vel de jure impeditus tradere non poteſt, inveſtito aliud feudum ejuſdem bonitatis & quantitatis præſtare cogatur, ſequitur, clauſulam, *Salvo jure alieno*, in Inveſtitura poſitam non mutare naturam contractus feudi, quoad hoc, ne dominus qui vacuam poſſeſsionem rei in feudum conceſſæ vaſallu tradere nequit, vaſallo aliud feudum ejuſdem bonitatis & quantitatis tradere cogatur.

79 Quintò reſpondeo, clauſulam, † *Salvo jure alieno*, nihil operari eo caſu, quando per illam principalis diſpoſitio redderetur ſupervacua, vel eluſoria, *Card. Pariſ. conſ. 70. nu. 4. & 5. lib. 1.* ſed in caſu noſtro conceſſio in feudum facta D. Doctori de bonis C. & R, vel parum vel nihil operaretur, ſi illa clauſula, *Salvo jure alieno*, hunc effectum producere deberet, ne Ill. Duces P. D. Doctori aliud feudum ejuſdem bonitatis & quantitatis præſtare cogerentur, Sequitur igitur, clauſulam, *Salvo jure alieno*, in caſu noſtro hoc operari non poſſe, ne Illuſtres Principes P. Dn. Doctori aliud feudum ejuſdem bonitatis & quantitatis præſtare cogantur.

80 Sextò reſpondeo, dictionem ſive clauſulam, † *uti Optimus Maximus*, in contractu poſitam, hunc effectum producere, ut evictio locum habeat etiam in illis caſibus, in quibus alioquin evictio locum non haberet, ſicut hoc expreſsè probat text. *l. quod ad ſervitutes ff. de evict. in quo text. ICtus expreſſè inquit:* Licet ſervitute fundi venditi evicta emptori actio de evictione contra venditorem non detur, hoc tamen non procedere, ſi fundus, *uti Optimus Maximusq;* eſſet, venditus fuerit, & ſic ex illo textu ſatis liquet, hæc verba, *uti Optimus Maximus*, hoc operari, ut actio de evictione locum habeat, etiam in illis caſibus, in quibus actio de evictione locum non haberet.

Sed in caſu noſtro illa bona quæ H. de S. in pagis D. G. & R. poſſedit, D. Doctori ſunt conceſſa in feudum, uti illa bona optima, maximaq; eſſent, ſicut hoc ſatis liquet, ex illis verbis in inveſtitura poſitis, Aller quitteſt vnd freyeſt beſeſſen.

Igitur ſequitur, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, clauſulam, *Salvo jure alieno*, in inveſtitura poſitam, hoc operari, ne dominus feudi, feudo vel evicto non tradito vaſallo aliud feudum ejuſdem bonitatis & quantitatis præſtare cogatur, hoc tamen non procedere in caſu noſtro, in quo clauſula, *uti Optimus Maximus*, in inveſtitura poſita eſt, quod etiam naturalis ratio ſuadet. Namq; dubio omni caret, quod duabꝰ clauſulis poſitis in inveſtitura, quarum una tendit adhoc, ut regularis natura inveſtituræ ſive contractus feudi mutetur, atq; a jure communi feudali diſcedatur, alia verò tendat ad hoc, ut regularis natura inveſtituræ ſive contractus reſervetur, atq; ad jus commune redeatur, illam clauſulam potiorem eſſe atq; prævalere, qua regularis natura inveſtituræ ſive contractus feudi conſervatur, & ad jus commune reditur, ſicut hoc ſatis probatur ex eo, quod legibus expreſsè cautum eſt, unamquamq; rem de facili reverti ad ſuam naturam, *l. ſi unus. §. pactus ne peteret. & ibi Iaſ. nu. 5. uſq. ad nu. 12. ff. de pactis. c. ab exordio cum gl. diſt. 35.* Uſq; adeò, ut licet in correctoriis non ſit licita extenſio, in correctoriis tamen extenſio licita ſit, quando per illam ad jus commune redimus, *gl. c. ſtatutum. verb. numerandum. de præbend. lib. 6. Ant. de Butr. c. olim. arg. ill. text ext. de verb. ſignificat. Alexan. l. ſi conſtante in princ. col. 6. ff. ſolut. matrim. Iaſ. Auth. quas actiones C. de S. S. Eccleſ.*

Cum itaq; per clauſulam, *uti Optimus Maximus*, & regularis natura feudi & jus commune feudorum conſervetur, quæ tàm regularis natura, quàm jus commune feudorum, vult, ut feudo evicto, vel propter impedimentum aliquod non præſtito, dominus inveſtito aliud feudum ejuſdem bonitatis & quantitatis præſtare cogatur. Per clauſulam verò, *Salvo jure alieno*, ſecundum Dd. ſententiam, & natura regularis feudi mutetur, & a jure communi feudorum recedatur, quoad hoc, ne dominꝰ feudi, feudo evicto, vel propter impedimētum aliquod non præſtito vaſallo aliud feudum ejuſdē bonitatis & quantitatis præſtare cogatur, ſequitur, ſi utraq; clauſula, videlicet clauſula, *uti Optimꝰ Maximꝰ*, & clauſula, *Salvo jure alieno*, in una eademq; inveſtitura poſita fuerit, clauſulam, *uti Optimus Maximus* prævalere,

lere, & hunc effectum perducere, ut non obſtante clauſula, *Salvo jure alieno*, dominus feudo, vel propter impedimentũ, non præſtito vel evicto, inveſtito aliud feudũ ejuſdẽ bonitatis & quantitatis præſtare cogatur.

81 Septimò reſpondeo, clauſulam, *Salvo jure alieno*, † nihil operari, eo caſu, quando dominus feudi ſciens rem alienam eſſe, vaſallo ignoranti illam in feudum concedit, ſicut hoc ſatis probatur ex eo, quod & legibus expreſſè cautum, & à Dd. communiter traditum eſt, pactum, ne venditor de evictione conveniri poſſit, non prodeſſe illi venditori, qui emptori ignoranti ſcienter rem alienam vendit, *l. tenetur. §. fin. & ibi Bart. l. emptorem. §. deniq; & ibi Bart. & Dd. ff. de act. empt. Iacob. de Are. l. non dubitatur. C. de evict. Io. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de empt. & vendit. §. fin. in princ. Salicet l. ſi rem §. quolibet tempore col fin ff. de evict. Bald. l. 1. nu. 9. C. de per. & com. rei vendit. Bal. l. ſi traditio nu. 5. C. act. empr. Corn. conſ. 226. incip in præſenti. col. 2. lib. 2. Aufrer. deciſ. Tholoſ. 360. Tiraquell. in tract. de utroq; retractu 2. part. in fine. num. 43.*

Quódq; is, qui ſcienter rem vitioſam vendit emptori ignoranti, ab emptore conveniri poſſit, licet ipſe expreſſe pactus fuerit, quod de vitiis rei venditæ teneri non velit, *l. 1. §. fin. & ibi gloſ. l. quæro & ibi Bart. & Bald. ff de act. empt. l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædilit. edict. Bald. l. 1. col. 2. C. eod. Alexan. l. ſi quis cum aliter. ff. de verbor. obligat. Alex. conſ. 14. lib. 5. & conſ. 63. lib. 6. Abb c. injuſtum extr. de rerum pronunciat. Corn conſ. 81. nu. 4. lib. 3. Card. Pariſ. conſ. 78. num. 23 lib. 3.*

Huc accedit, quod licet is, qui non rem aliquam, ſed quicquid juris in re aliqua habet, expreſſè vendit, illa re evicta, de evictione conveniri nequeat, *l. quod ſi in venditione ff. her. & act. vend.* Hoc tamen non procedat illo caſu, quando is qui dicit, ſe vendere quicquid juris in re habet, ſcit illam rem alienam eſſe, & emptor hoc ignorat, tunc enim cum de evictione teneri legibus expreſſè cantum eſt, *l. hoc autem. ff. de hæred. & act. vend. Ang. Im. & Alex. l. ſi ſi c. legatum. §. 1. & ibi Iaſ. nu. 22. ff. legat. 1. Aug. l. 1. C. de evict. Guido Pap. ſingul. 908. Fab de monte in tract. de empt. & vendit. 6. part. nu. 29. & 30. Alex. conſ. 14. num. 9. lib. 5.*

82 Idem eſt, ſi dominus † feudi ſcire debuerit, rem in feudum conceſſam alienam eſſe, tunc enim ipſe abſque omni dubio vaſallo de evictione ad præſtandum ipſi aliud feudum, ejuſdem bonitatis & quantitatis tenetur, ſive in inveſtitura fuerit adjecta clauſula, *Salvo jure alieno*, ſive pactum expreſſum, quod dominus de evictione non teneatur, inveſtituræ inſertum ſit.

Namq; generaliter verum eſt, quod paria ſint ſcire, & ſcire debere, *l. quod te. in fine. & ibi gl. Alberi. Bart. Bald. Ang. Salicet. & Dd. ff. ſi cert. petat. l. ſi duo. & ibi Alberic. & Ang. ff. acquir. hæred. l. ſi Titius. in princip. ff. de fidejuſſor. l. quicquid & ibi gloſ. fin. C. de reſcind. vendit. l. idem. §. 1. ff. ad. l. Aquil. l. qui fundum §. ſervus. & ibi Dyn. & Alberic ff. pro empt. l. 1. C. de peri. & com. rei vendic. l. prohibere. §. fin. & ibi Alberic. ff. quod vi aut clam. glo l. mora. verb. difficilis. & ibi Salibet. col. 3. ff. de uſuris.*

Quódque par culpa ſit, ſcire, & ſcire debere, *gloſ. l. qui cum alio. ff. de regul. jur.* Huc accedit, quod paria ſunt, ſcire, & ſcire potuiſſe, *l. Iulianus. ff. ad S. C. Maced. Angel. l. ſi duo. arg. ill. text. ff. de acquir. hæred.*

Quare cùm Illuſtr. Princeps P. ad alienationem factam de bonis in pago C. à C. de S. in L. H. præſtiterit conſenſum, prout mihi ex inſtrumento tranſmiſſo conſenſus liquet, & ſic tempore inveſtituræ factæ Dn. Doctori ſciverit bona in pago R. L. H. vendita eſſe, vel ſaltem hoc ſcire facile potuerit aut debuerit.

Cum in facto proprio † ignorantia nec præſumatur, nec juſta ſit, *l. quanquam. ff. ad S. C. Vellejan.* ſequitur Illuſt. Principem P. non obſtante clauſula, *Salvo jure alieno*, in inveſtitura poſita, domino Doctori aliud feudum ejuſdem bonitatis & quantitatis pro bonis ſitis in pago C. in caſu noſtro præſtare obligatum eſſe, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, hanc clauſulam, *Salvo jure alieno*, alioquin hoc operari, ne dominus vaſallo feudo vel evicto, vel propter impedimentum juris aut facti non præſtito, aliud feudum æquivalens præſtare cogatur. 83

Nec obſtat † ei forſan pars adverſa prætendere vellet ex curſu longi temporis decennii nempè, etiam in facto proprio, ignorantiam ſive oblivionem præſumi & tollerari, *l. ſi id quod in princip. & ibi gloſ. & Bart. ff. acquirend. poſſeſ. gloſ. l ſi de eo. §. 1. & ibi Bart. & Alexan. ff. eodem tit. gloſ. l. furtum. §. 1. ff. uſucap. gloſ. l. licet. & ibi Bald. & Angel. ff. acquir. poſſeſ. Iaſon* 84

l. ſi

l. ſi res obligat. ff. legat. 1. Iaſ. l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poſ. & in l. 1. num. 46. C. de ſerv. fugit. Bald. conſ. 37. num. 6. lib. 1. Socin. conſil. 38. num. 17. lib. 1. & conſil. 153. num. 8. lib. 2. Eamq; ob cauſam cum Illuſtris Princeps P. venditioni de pagis C. factæ conſenſerit, Anno. 39. die Lunæ poſt feſt. Dorotheæ: Et breve teſtatum Anno 49. die 19. Julii, Inveſtitura verò D. Doctori Anno 51. die 11. Januar. facta fuerit. Et ſic longum tempus interceſſerit inter conſenſum ad venditionem præſtitum, & inter inveſtituram D. Doctori factam, videatur dicendum in caſu noſtro præſumi Ill. Principem P. tempore inveſtituræ factæ ignoraſſe, ſe conſenſum præſtitiſſe ad venditionem bonorum in pago C.

Namq; reſpondeo primò, ex inſtrumento brevis teſtati ſatis liquere Illuſtr. Principem D. Doctori Anno 46. feciſſe promiſſionem de concedendo ipſi bona in pagis C. & R. in feudum, Ex quo ſequitur, quod tempore promiſſionis factę poſt conſenſum venditioni præſtitum decennium nondum elapſum fuerit. Et ſic regulam, quæ vult, ex curſu decennii oblivionem in facto proprio præſumi & tolerari, in caſu noſtro locum non habere.

35 Secundò reſpondeo, regulam, † quæ vult, in facto proprio præſumi, ignorantiam non habere locum eo caſu, quando illud factum proprium tale eſt, quod in contractum incidit, *Io. Sadoletus l. quod te. num. 122. ff. ſi cert. pet. at. arg. l. magnam. C. de contrab. & com. ſtip.*

Quare, cum conſenſus venditioni feudi à domino præſtitus in contractum incidat atq; pro inveſtitura habeatur, uſq; adeò, ut emptor ulterius inveſtituram petere obligatus non ſit, *And. de iſern. §. ſed e. ſi res & ibi Mat de Afflict. nu. 37. per quos fiat inveſtitura. M de Afflict. c. 1. in princ. nu. 109 quo temp. mil. M de Afflict. c. 1. § præterea ſi quis. nu. 2. de proh. feud. alien per Frider.* Sequitur, in caſu noſtro ignorantiam non præſumi nec tolerari, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, inter conſenſum venditioni præſtitum, & inter promiſſionem Dn. Doctori de inveſtiendo factam ſive inveſtituram ſubſecutam decennium interceſſiſse.

Tertiò reſpondeo, licet ex curſu longi temporis oblivio præſumatur etiam in facto proprio, cum tamen, qui cum alio contrahit, factum ſuum proprium, quod ante decennium vel longius tempus geſtum fuit, ſcire debere, ſicut hoc ſatis probatur per text. *l. qui cum alio. in prin. ff. reg. jur.* ſumpto argumento à majori.

Quare, cum paria ſint, ſcire & ſcire debere, ſequitur, ignorantiam facti proprii ei, qui cum alio contrahit non patrocinari, etiamſi illud factum de longinquo ſit.

Octavò reſpondeo, clauſulam, † *Salvo jure alieno*, inveſtituræ adjectam non patrocinari domino feudi quoad illam evictionem, quæ ex facto domini feudi vel ſucceſſoris ipſius deſcendit, ſicut hoc ſatis probatur ex eo, quod & legib. expreſsè cautum & à Dd. communiter traditum eſt, pactum expreſſum, ne venditor de evictione teneatur, non patrocinari venditori in illa evictione, quæ ex facto emptoris vel ſucceſſoris ipſius deſcendit, ſicut hoc expreſsè atq; in ſpecie decidit text. in *l. emptorem. §. deniq; in verb ut per ipſum & per heredem ejus emptorem habere licere. ff. act. empt. Bart. d. l. emptorem. §. final. Bald. l. 1. nu. 9. C. de per. & comm. rei vendit. Bald. l. ſi traditio. nu. 5. C. act. empt. Aufrer. deciſio Tholoſ. 260.* 36

Secundò, hanc ſententiam probat *text. l. 2. in pr. ff. act. & her. vend.* namq; in illo text. expreſsè dicitur, venditorem hæreditatis, qui alioquin de evictione ſingularium rerum hæreditatis venditæ non tenetur, teneri de evictione ſingularium rerum, ex facto ſuo deſcendente, & ſic ex illo text. ſatis liquet, quod ille, qui alioquin de evictione non tenetur, teneatur de evictione deſcendente ex facto ſuo.

Tertiò pro hac ſententia confirmanda facit text. *l. ſi procuratorem. § fin. juncto l. ſeq. ff mandat.* Namq; in illo text. JCtus inquit, licet procurator qui mandato alterius hominem emit, illo homine evicto, de evictione non teneatur, ipſum tamen teneri de evictione hominis empti, deſcendente ex facto ſuo.

Quartò, hanc eandem ſententiam confirmat, *tex. l. ſi quis à multis. ff. noxal. act.* in quo textu dicitur, licet is qui noxali judicio cōdemnatus, ſervum noxæ dedit, de evictione illius ſervi non teneatur, ipſum tamē teneri de evictione deſcendēte ex facto ſuo.

Quintò, pro hac ſententia confirmanda adduci poteſt id, quod in generali ſermone non contineatur perſona loquentis, *l. inquiſitio & ibi gloſ. & Dd ff. ſolut.*

Sextò, hanc ſententiam probat, namque certū eſt, quod pactum ut venditor de evictione conveniri poſſit non extendatur ad evictionē ex facto emptoris vel autoris

ſui

ſui deſcendente, *Bart. l. qui Romæ. §. duo fratres nu. 10. & ibi Crot. nu. 77. & 78 ff. de verb. obligatio. Ruin. conſ. 176. nu. 2. & 3. lib. 1. & conſ. 7. num. 20. lib. 1. Ant. Rube. repetit. l. non ſolum. §. morte. num. 111. ff. de oper. nov. nunc.*

Quare cum emptor & venditot ſint correlativa, & diſpoſitum de uno correlativorum, in alio quoq; correlativorum locum habeat, *l. fin. & ibi Bart. Iaſ. & Dd. C. de indict. vid. toll. l. fin. ff. de accept.* atq; etiam contrariorum eadem ſit diſciplina, *l. fin. §. fin. ff. de leg. 2.* potentia, *Bald. l. ab emptione arg. ill. text. ff. pactis.* ac unum idemq; ſtatutum, *Bal. c. cum veniſſent. extr. de judic. Iaſ. rub. nu. 13. ff. oper. nov. nunciat. Iaſ. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. verb. obligat.* ſequitur, quod ſicut pactum quo cavetur, ut venditor de evictione teneatur, non extenditur ad evictionem deſcendentem ex facto emptoris vel authoris ſui, ita quoq; & pactum tacitum vel expreſſum, ne venditor de evictione teneatur, extendatur ad illam evictionem, quæ ex facto emptoris vel ſucceſſoris ipſius deſcendit.

Septimò, hanc ſententiam confirmat, quod Dd. communiter tradunt, eum
87 qui † ſuſcipit in ſe periculum caſus fortuiti, non teneri de illo caſu, qui ex facto ejus, cui hæc promiſſio facta fuit, deſcendit, *l. cum proponas & ibi Br. & Bl. C. de naut. fœn. l. qui officij. §. fin. ff. contrah. empt. Petr. de Anchor. conſ. 414. Ioan. de Anania conſ. 74. col. 3. Alex. conſ. 84. nu. 3. lib. 6. Rom. ſing. 441. Bertachin. in tra. de gabel. col. 26. Iaſ. l. 1. col. 2. C. inſtit. & ſubſtit. Corn. conſ. 23. col. pen. lib. 2. Dec. c. ex parte. el. 2. col. fin. limit. 32. extr. de off. deleg. Dec. c. cum inter. 2. not. ib. extr. de except. & l. ſi ſoror. nu. 6. C. de collat. Fran. Ripa. in tract. de peſte. 1. part. 2. par. princ. nu. 81. & 87. Hippol ſing. 96. Aretin. conſ. 111. in fin. Aymon. Cravet. conſ. 85. num. 8. & conſ. 119. num. 11. lib. 1.*

88 Octavò, eandem ſententiam † comprobat id, quod D. tradunt, remota exceptione nonquam intelligi remotam illam exceptionem, quæ ex facto adverſarii deſcendit, *Ant. de Butr. c. cum Bartoldus. extr. de ſentent. & re judicata, Peruſ. c. dilecto. ext. de appellat. Dec. l. ſi ſoror. num. 6. C. de collat.*

Et ſic ex prædictis ſatis liquet, clauſulam, *Salvo jure alieno*, non patrocinari domino feudi, quò minus ipſe conveniri poſſit ex evictiune deſcendente ex facto, ipſius domini feudi ſucceſſoris vel authoris ipſius. Etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, veram eſſe illorum Dd. ſententiam qui volunt, clauſolam, *Salvo jure alieno*, ne dominus feudi de evictione conveniri poſſit, quare cum evictio illorum bonorum, quæ in pago C. à L. de S. cum conſenſu Ill. Ducis P. vendita ſunt, deſcendat ex facto ipſius Ill. Principis P. ex conſenſu nempè ipſius venditioni præſtito, ſequitur, hanc clauſulam, *Salvo jure alieno*, in caſu noſtro quoad bona in pago C. vendita non patrocinari Ill. Principibus P. quò minus ipſi D. Doctori feudum æquivalens præſtare cogantur.

Et quod hæc evictio ſive impedimentum præſtationis ex facto Illuſtr. Principis, qui conſenſit alienationi, deſcendat, ſatis probatur, ex eo, quod alibi Imperator inquit, Omnia noſtra facimus, quibus noſtram authoritatem accomodammus, *l. 1. verſ. omnia. C. de veter. jur. enucle.*

Quodq; alibi Ulpianus inquit, lege obvenire, hæreditatem non impropriè quis dixerit, etiam eam quæ ex teſtamento deſcendit, quia lege 12. tab. teſtamentariæ hæreditates confirmantur. *l. lege obvenire. ff. verb. ſignif.* Huc accedit, quod alienatio feudi à vaſallo facta ſine conſenſu domini per ſe & ipſo jure nulla eſt.

Quodq; is qui actum per ſe & ipſo jure nullum conſentiendo confirmat, illum actum de novo facere cenſeatur, *Bart. Alex. & Dd. l. more. & ibi Iaſ. nu. 30. ff. jurud. om. judic.*

Nonò, cum † unius excluſio, ſit aliorum omnium incluſio, *c. nonne. ext. de præſum. l. maritus. C. de procurat. l. cum prætor. in pr. ff. de judic.* Et exceptiu unius caſus à regula huj[us] efficaciæ ſit, ut denotet, omnes alios caſus ſub regula comprehendi, *l. nam quod liquidè. §. fin. ff. pen. leg.* receptum eſt, dominum feudi qui in unu vel pluribus certis caſibus jus ſuum in inveſtitura reſervat, in omnibus aliis juri ſuo renunciaſſe intelligatur, *Card. Pariſ. conſ. 9. nu. 11. lib. 1. conſ. 84. nu. 8. & conſ. 150. nu. 10. lib. 4.* 89 Et hæc ſententia confirmatur ex eo, quod Dd. tradunt Pactum adjectũ inveſtituræ, ne certis quibuſdam perſonis in inveſtitura nominatis, vendat vel alio titulo concedat, hoc operari, quod vaſallo intelligatur conceſſa facultas atq; poteſtas omnibus aliis perſonis præter illas, quæ in inveſtitura nominatæ ſunt, feudum vendendi vel alio titulo concedẽdi, *Bal. l. voluntas. nu. 6. C. de fideicommiſſ. Fel. c. quæ in Eccleſ. nu. 94. extr. de conſtit. Curt. in tract. feud. 1. part. quæſt. 4. nu. 6.*

Quodq;

Quodq; alibi traditum eſt, Imperatorem vel alium ſuperiorem reprobantem certa ſtatuta loci ſibi ſubditi, per hoc omnia alia ſtatuta illius loci confirmaſſe & approbaſſe intelligi, *Dyn. Bart. & Iaſ. l. legata inutiliter. in prin. ff. de legat 1. Bald. l. cum Prætor ff. de judic Bal. c. 1 in prin. per quos fiat inveſt. Alex. conſ 59. nu. 9. lib. 1. Bald. l. 2. circa med. C. de Sacroſ. Eccleſ. Fel c nonne. extr. de præſumpt.*

Huc accedit, quod poteſtas caſſans unum proceſſum Aſſeſſorum ſuorum per hoc omnes alios proceſſus Aſſeſſorum ſuorum approbaſſe intelligatur, *Iaſ l. maritus nu. 10. C. de procurator.* Quodq; licet Princeps nunquam præſumatur voluiſſe præjudicare juri tertii, Si tamen Princeps in reſcripto vel alia diſpoſitione exprimat unum caſum, in quo non vult præjudicare juri tertii, hanc expreſſionem hoc operari, ut Princeps in omnibus aliis caſibus non exceptis juri tertii, præjudicare voluiſſe intelligatur, *Alex. conſ. 216. incip. nec arguendi ſumus nu. 49. lib. 2. Dec. l. 1. nu. 30 ff. de reg jur. Dec. conſ. 284. nu. 2. & conſ. 520. nu. 90.*

His adde, quod licet in generali mandato nunquam comprehendantur illa, quæ ſpeciale mandatum requirunt, ſi tamen is qui alteri mandatum generale dedit, ab hoc mandato unum caſum, mandatum ſpeciale requirentem excipiat, hanc exceptionem huc operari, ut ei cui mandatum generale injunctum eſt, omnia alia ſpecialc mandatum requirentia permiſſa cenſeantur, *Dominic. & Lapus. Abb. c. qui ad agendum §. 1. de procurat lib. 6. Alex. l. fin. ff. quod quiſq; jur. Abb. c. quoniam frequenter. in princ. nu. 1. extr ut lite non conteſtata. Dec. c. conſultationib. in fin extr. de off. delegat. Dec. l. 1. nu. 31. ff. reg jur.* Quodq; illi, cui eſt reſervata poteſtas condendi teſtamentum reſpectu certæ cauſſæ & quantitatis, quoad omnes alias cauſas & quantitates teſtandi facultas denegata intelligatur, *Dec. conſ. 247. nu. 8.*

Et ſic ex prædictis ſatis liquet, quod dominus feudi reſervans ſibi jus ſuum in certis caſibus, in omnibus aliis caſibus juri ſuo renunciaſſe intelligatur, quodq; reſervatio juris domini in uno caſu in inveſtitura facta hoc operetur, ut dominus feudi in omnibus aliis caſibus à jure ſuo excludatur, ſed in caſu noſtro dominus feudi reſervavit ſibi jus ſuum in certis tantum & ſpecialibus caſibus, ſicut hoc ſatis liquet ex illis verbis brevis teſtati, Was wir aber an allen vorgeſchriebenen Lehengütern an Hebungen/Bete/Dienſten/Ablager/vnnd an der Gerechtigkeit in vnſer Kammer oder Empter gehabt vnd haben/ das alles haben wir vns vnd vnſern Erben auch ſonſt jedermeniglich ſeine Gerechtigkeit vorbehalten. Ex quibus verbis ſatis liquet, quod dominus feudi ea tantum quæ jus directi dominii ſive ſuperioritatis reſpiciunt, ſibi reſervaverit. Idem probatur & per inveſtituram, nempè per verba ſequentia, Jedoch was wir an vorgeſchriebenen Lehengüttern/ am Bete/Dienſte/Ablage vnnd andere Fürſtliche Gerechtigkeit bißhero gehabt haben.

Igitur ſequitur, quod Ill. Princeps P. in omnibus aliis caſibus, præter illos, quæ jus directi dominii ſuæ ſuperioritatis reſpiciunt, juri ſuo renunciaſſe & derogaſſe intelligatur, Et per conſequens, cum hoc, quod dominus feudo evicto, aut propter juris aut facti non præſtito inveſtito aliud feudum ejuſdem bonitatis & quantitatis præſtare cogatur, jus dominii reſpiciat, atq; nihil habeat commune cum jure ſuperioritatis ſive directi dominii rei infeudum conceſſæ, omninò dicendum & concludendum eſt, quod in caſu noſtro Illuſt. Princeps P. juri ſuo quoad hoc renunciaſſe atq; quodammodo conveniſſe cenſeatur, ne ipſe feudo vel evicto, vel propter impedimentum juris vel facti non præſtito contra dominum Doctorem petentem à ſua Illuſt. Celſitudine vel aliud feudum æquivalens, vel æſtimationem juſtam rei evictæ, ſe ullo jure ſuo.

Nec etiam clauſula, *Salvo jure alieno*, tueri poſſit, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, illam clauſulam, *Salvo jure alieno*, hoc operari, ne dominus feudi, qui hanc clauſulam inveſtituræ inſeruit, de evictione conveniri poſſit.

Namq; & hæc clauſula, † *Salvo jure alieno*, nunquam extenditur ad illa, quæ tacitè vel expreſsè in inveſtitura diſpoſita vel conventa ſunt, *Cardin. Pariſ. conſ. 70. nu. 12. lib. 1.* Et per verba tàm præcedentia quàm ſequentia inveſtituræ reſtringitur & declaratur, *Card. Pariſ. conſ. 6. num. 20. lib. 1.* 90

Et ſic ex prædictis liquet, quod clauſula, *Salvo jure alieno*, in caſu noſtro nihil operetur, quodq; Dn. Doctori permittatur contra Ill. Principem P. agere ad hoc, ut Ill. Celſitudo ſua, ſibi vel bona in feudum conceſſa tradat, vel pro illis, quæ ipſi de jure vel de facto impeditus tradere non poteſt, feudum æquivalens præſtet.

Nec obſtat, quod pro parte adverſa adductum

ctum fuit, clauſulam, *Salvo jure alieno*, conditionem denotare, namq; hoc non procedere in caſu noſtro, ſatis ex ſuperioribus liquet, & etiam ex eo probatur, quod Dd. tradunt, clauſulam, *Salvo & reſervato jure alterius*, poſitam in illa diſpoſitione, quæ per ſe perfecta eſt, conditionem non facere, *Bald. l terminato num. 7. C. de fruct. & litium expenſ. Celſus Hugo in tractat. clauſularum num. 226.*

Cum itaq; inveſtitura, de qua in præſenti caſu agitur, ſit per ſe perfecta, ſequitur, clauſulam, *Salvo jure alieno*, in inveſtitura poſitam, in caſu noſtro conditionem non facere.

Eodem modo non obſtat naturæ ſententiæ, quod pro parte adverſa ſententia *Andreæ de Iſern. in c. 1. § & bona committentium num. 78. quæ ſint regal.* adductum fuit, clauſulam, *Salvo jure alieno*, in inveſtitura poſitam, hoc operari, quod dominus feudi vaſallo nihil aliud, niſi jus tantùm ſibi competens in feudum conceſſiſse intelligatur.

Namq; hoc non procedere in caſu noſtro, ex præcedentibus ſatis liquet, & inter cætera comprobatur ex verbis, aller quitteſt vnnd freyeſt / inveſtituræ adjectis, Item & ex eo, quod Ill. Princeps P. jus ſuum ſibi tantum reſervaverit, quoad ea, quæ directum dominium vel ſuperioritatem reſpiciunt.

Præterea quoq; certum eſt, hanc clauſulam, *Salvo jure alieno*, in inveſtitura poſitam, quoad bona permutata in pago R. etiam ex alio capite nihil obſtare Dn. Doctori, Namq; cum illa permutatio abſq; conſenſu Ill. Principis P, & ſic domini feudi facta ſit; ſequitur, illam permutationem per ſe & ipſo jure nullam eſſe, nec per eam poſſeſsori jus ullum acquiſitum, ſed feudum permutatum ipſo jure ad Illuſt. Principem P. devolutum, ſicut hoc clarius eſt, quàm ut aliqua allegatione egeat.

Ideoq; hæc clauſula quoad illa bona, etiam ex hoc capite nihil operari debet, namq; clauſula *Salvo jure alieno*, nihil omninò operatur, niſi probetur alteri jus competere, *Ruinus conſil. 97. num. 9. lib. 2. Socin. jun. conſ. 126 num 39 & 40. lib. 3. & conſ. 65. num. 81. lib. 1. fac id, quod docet Alex. & Iaſ. l. ſi ſic. §. 1. ff de legat. 1.* Et ſic ex prædictis patet, nobis nihil obſtare illa, quæ in tertio argumento contrario dicta fuerunt.

Ad quartum argumentum † con- 91
trarium reſpondeo, conſuetudinibus feudalibus expreſsè cautum eſſe, quod dominus feudi, qui alteri conceſſit rem alienam in feudum, inveſtito indiſtinctè feudum æquivalens præſtare cogi, etiamſi ipſe non fuit certioratus de hoc, ſed ignoraverit, rem in feudum conceſſam alienam eſſe, *c. 1. in princ. de inveſt. de re alien. facta*, nec nobis quicquam obſtat doctrina *Matt. de Afflict. c. 1. num. 25. qui ſucceſ. teneantur*, quæ ab adverſa parte allegata eſt, namque illa doctrina *Matt. de Afflict.* planè in diverſis terminis atq; alienis a propoſito noſtro loquitur, etiamſi illa doctrina aliquo modo ad propoſitum noſtrum trahi poſſet, illa refragaretur textui in *d. c. 1. in princ. de inveſtit. de re alie. fact.* eamq; ob cauſam minimè ſequenda eſſe.

Ad quintum argumentum contrarium reſpondeo, primo omnes illas reſponſiones, quas dedimus ad tertium argumentum contrarium, etiam ad hoc quintum argumentum contrarium accommodari.

Secundò reſpondeo, † clauſulam, 92
Salvis juribus noſtris, in caſu noſtro non generalem ſed ſpecialem & limitatam eſſe, & tantum reſpicere directum dominium & jus ſuperioritatis, non autem alia jura domini, eamq; ob cauſam illam clauſulam, quoad alia jura domini nihil operari, nec impedire, quò minus Ill. Princeps P. pro iis bonis quæ Dn. Doctori tradere non poteſt, ipſi Dn. Doctori æquivalens feudum præſtare cogatur.

Namq; certum eſt, quod ſpecialis & limitata reſervatio juris, ſpecialem & limitatum effectum producat, nec porrigatur ad jura non reſervata, *Card. Pariſ. conſil. 33. num. 58. 59 & 60. lib. 3.* Quinimò ſpecialem & limitatam reſervationem juris ſui hoc operari, ſuprà docuimus, quod dominus feudi intelligatur ſibi in omnibus aliis juribus ſuis præjudicaſſe.

Tertiò reſpondeo, clauſulam, *Salvis juribus noſtris*, nihil operari quoad illa, quæ in inveſtitura expreſſa ſunt, *Socin. jun. conſil. 89. num. 8. & conſil. 126. num. 37. & 38. lib. 3.*

Sicut etiam clauſula, *Salvo jure alieno*, nihil operatur, quoad illa quæ in inveſtitura expreſſa ſunt, ſicut hoc ſupra diximus, & ultra ibidem allegata, illud tenet *Card. Ruinus conſ. 30. col. 1. lib. 5. Socin. junior. conſ 126. num. 40. & 41.*

Simili.

Similiter hæc clauſula, *Salvis juribus noſtris*, nihil operatur, quoad ea, quæ ex natura inveſtituræ tacitè veniunt, ideoque receptum eſt, cum per hoc, quod dominus feudi inveſtit vaſallum de illo feudo, quod is vaſallus propter feloniam amittere merebatur, felonia tacitè remiſſa intelligatur.

Quare, inveſtituram de illo feudo factam, quod vaſallus propter feloniam amiſit vel amittere merebatur, feloniam commiſſam indiſtinctè remitti, etiamſi in inveſtitura ſit adjecta clauſula, *Salvis juribus noſtris*, prout hoc expreſsè atque in ſpecie tradit *Bald. in c. quæ in Eccleſiar. num. 33. extr. de conſtit. Iaſ. l. 2. in princ. num. 5. ff. ſi quis caut. Iaſ l. 2. num. 131. C. de jur. Emphyteu. Dec. conſ. 185. num. 11.*

Quare, cum ex natura inveſtituræ tacitè hoc veniat, ut dominus feudi, qui alium de re aliena inveſtivit, vaſallo feudũ æquivalens pręſtare cogatur. Sequitur, clauſulam, *Salvus juribus alienis*, in inveſtitura, adjectam non patrocinari domino in hoc, quò minùs ipſe vaſallo feudum æquivalens præſtare cogatur, præſertim quoad bona in pagis D. C. & R. de quibus in inveſtitura facta eſt expreſſa mentio.

Nec obſtat nobis doctrina *Matth. de Afflict. in cap. 1. num. 26 qui ſucceſſor. teneant.* Namque *Matth. de Afflict.* ibidem loquitur, planè id diverſis terminis à propoſito noſtro, ideoque doctrina illa ad propoſitum noſtrum allegari non poteſt, cum à diverſis ſive ſeparatis non fiat illatio, juxta textum *l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. fin. ff. calumniato. l. Iulianus. ff. de condict. indeb.*

Deinde etiam *Matth. de Afflict.* loquitur in illis terminis, quando clauſula, *Salvis juribus noſtris*, eſt generalis, item, & quando clauſula, *Salvis juribus noſtris*, eſt adjecta clauſula, naturæ feudi in aliquo non mutata. Et ſic liquet, doctrinam *Matth. de Afflict.* nobis nihil obſtare.

Similiter non obſtat nobis textus *in c. ſuper eo. extr. de offic. delegat.* Namque ille textus nullam facit mentionem de clauſula, *Salvis juribus noſtris*, ideoque ille textus ad hoc propoſitum rectè non allegatur. Eodem modo non refragatur nobis regula: Quod potuit, noluit, & quod voluit, adimplere nequivit.

Namque certi juris eſt, quod dominus feudi concedens in feudum vaſallo rem alienam ſe obligare poſſit ad hoc, ut vaſallo feudum æquivalens præſtet. Et ſimili modo, dubio omni caret, dominum qui vaſallum ſimpliciter de re aliena inveſtivit, ſe obligare velle ad hoc, ut ipſe vaſallo feudum æquivalens præſtare cogatur, *arg. c. 1. in pr. de inveſt. de re alien. fact.*

Ad ſextum argumentum contrarium reſpondeo, Negando talem eſſe conſuetudinem in P. ut dominus feudi, qui vaſallum de re aliena quoad utile vel directum dominium inveſtivit, inveſtito aliud feudum æquivalens præſtare non cogatur.

Eamq; ob cauſam Illuſtres Principes P. ſe prætenſa conſuetudine juvare non poſſunt, niſi ſuæ Illuſt. Celſitudines illam conſuetudinem probent.

Namque clari juris eſt, quod † aſſer- 93
tioni Principis in præjudicium vaſallo fides non adhibeatur, *Panorm. c. quæ in Eccleſiar. in fin. extr. de conſtitut. Roman. conſ. 352. Curt. ſenior conſ. 49. & conſ. 50. Curt. junior in tractat. feud. 1. part. 2. part. principal. quæſt. 12. num 5.*

Et clari juris eſt, quod is, qui conſuetudinem allegat, non aliter ſe conſuetudine juvare poſſit, niſi ipſam conſuetudinem probet, *gl. l. 1. verb. probatis. & ibi Bald. arg. illius text. C. quæ ſit longa conſuetud. Bart. l. 2. num. 29. C. eod. tit. Ioan. Fabr. §. ex non ſcripto num. 13. & ibi Ang. num. 26. Inſtit. de jur. nat. gent. & civil. Alex. conſ 67. lib. 7. Soc. conſ. 39. num. 27. conſ. 46. nu 51. & conſ. 111. nu. 1. lib. 4. Dec. conſ. 402. num. 11. conſ. 472. num. 16. conſ. 420. num. 8. conſ 483. & conſ. 538. num. 8. Card Parіſ. conſ 27. num. 35. lib. 1. & conſ. 86. num. 11. lib. 2. Hieron. Schurff. conſ. 47. num. 10. lib. 3.*

Quinimò, ut probatio conſuetudinis ſufficiat, requiritur, ut allegans conſuetudinem illam plenè probet, *Bart. l. 2. num. 31. C. quæ ſit long. conſuetud.*

Ad ſeptimum argumentum contrarium reſpondeo, legibus expreſsè cautum eſſe, quod † actio de evictione locum ha- 94
beat non tantùm eo caſu, quando pars rei tantùm evicta eſt, *l. 1. & ibi gl. Bart. & Bald. ff. de evictio. l. bonitatis. & l. ſi fundo vendito. ff. eod. tit.*

Et in ſpecie, quod etiam parte rei in feudum conceſſæ evicta, vel re in feudum conceſſa propter impedimentum juris vel facti non integrè præſtita, contra dominum feudi actio competat ad hoc, ut vel pro parte evicta, vel pro reſidua parte propter impedimentum quodlibet non tradita, ipſe dominus vaſallo feudum æquiva-

lens præſtare cogatur, expreſsè probat tex. *in c. per tuas. extr de donat.*

Nec obſtat nobis doctrina *Matth. de Afflict.* quia illa doctrina manifeſtè falſa eſt, & non modò nulla lege vel ratione evidenti probatur, verùm etiam textui expreſſo refragatur, eamque ob cauſam minimè tenenda.

Similiter non obſtat nobis id, quod
95 pro parte adverſa allegatur, † fidejuſſorem evictionis non teneri, ſi res pro parte evicta fuerit, Namq; illa ſententia manifeſtè falſa eſt, nec probatur per text. & gl. pro illa ſententia allegata.

Eodem modo nobis nihil refragatur
96 id, quod traditur, contra † venditorem hæreditatis re particulari evicta de evictione non agi. Namq; ex eo argui non poteſt, ſimiliter & rè ſingulari de rebus in feudum conceſſis evicta contra dominum feudi de evictione agi non poſſe, namq; primò hoc refragaretur textui expreſſo *in d. cap per tuas.*

Secundò, hoc, quod de hæreditate dicitur, tantùm locum habet in univerſitate juris vendita. Secus autem eſt in univerſitate integrali vendita, qualis univerſitas eſt fundus, item, feudum & ſimilis res. Namq; in illis etiam parte evicta locum actio habet de evictione, prout hoc expreſsè atq; in ſpecie tradit *Bald. l. 1. ff. de evict.*

Tertiò, hoc, quod de hæreditate dicitur, non habet locum eo caſu, quando hæreditas vel tota vel pro parte evincitur ex illo capite, quia hæres non habuit jus vendendi illam hæreditatem, *Bald. l. 1. C. de evictio.* Sed in noſtro caſu bona in pago C. eam ob cauſam, ut ita loquar, ſaltem impropriè evincitur, quia dominus feudi Illuſtr. nempè Dux P. non habuit poteſtatem quoad translationem dominii, illa bona cum ea prius ſuæ Illuſtr. Celſitudinis conſenſu alteri vendita fuerint, Dn. Doctori in feudum concedere. Igitur ſequitur, dictam *l. 1. C. de evictio.* etiam ob hanc rationem nobis nihil obſtare. Deinde etiam multæ ſolutiones ex illis, quas tradit *Dyn. ad c. 1, in prin. de Cap. qui cur. vendid.* accommodari poſſunt *ad d. l. 1. C. de evict.*

Ad octavum argumentum contrarium reſpondeo, in caſu noſtro per tenorem ſive pacta inveſtituræ non eſſe derogatum diſpoſitioni, *c. 1, in princip. de inveſtit. de re alien. fact.*

Imò, ex inveſtitura ſatis liquere, ſaltem tacitè actum eſſe, ut Illuſtr. Dux P. re in feudum conceſſa vel non tradita vel evicta Dn. Doctori feudum æquivalens præſtare cogatur, ſicut hoc ex præcedentibus ſatis liquet, nec obſtat nobis clauſula: So viel der Güter erledigt vnnd vns eröffnet ſeyn/ namque illa clauſula nullo modo referri poteſt ad illa bona, quæ H. de S. in pagis D. C. & R. poſſedit. Namque cum illa bona Dn. Doctori expreſsè & in ſpecie tanquam feuda aperta Illuſtr. Principi purè & ſimpliciter in feudum conceſſa fuerint. Sequitur, illam clauſulam generalem, So viel/ ꝛc. non extendi ad illa bona, quæ H. de S. in pagis D. C. & R. poſſedit.

Clari enim juris eſt, quod clauſula † 97
generalis nunquam extendatur ad ea, quæ ſpecialem determinationem habent, *l. doli clauſula. & ibi Iaſ. ff verbor. obligat. c. cum dilect. & ibi Cardin. Pariſ. & Imol. extr de donat. Bald. l. 1. C. de legit. hæred. Salicet. Paul. de Caſtr. Iaſ. l. 1. C. liber. præterit.*

Deinde quoque certum eſt, quod una pars Inſtrumenti per aliam declaretur, juxta text. *l. ſi ſervus plurium. §. fin. ff. legat. 1.* Quodq; ea, quæ in principio Inſtrumenti ponuntur, ad ſequentia reſtringenda & declaranda efficaciora ſint, quam è converſo ſequentia ad reſtringenda & declaranda præcedentia, ſicut hoc ſuprà docuimus. Nec in caſu noſtro imaginari poteſt in inveſtitura tacitè vel expreſsè actum fuiſſe, ut bona vendita & permutata in pagis C. & R. domino feudi tanquam acquirerentur eo caſu, quo poſſeſſores illorum bonorum abſque hæredibus maſculis deceder ent, Namque de hoc in inveſtitura nulla fuit facta mentio, ſed fuit tantùm facta mentio de caſu mortis C. de S.

Et certum eſt, quod tàm in inveſtitura quàm in alia diſpoſitione perſona extrinſecus non intelligatur, *l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. Chryſogonus. ff. verb. oblig.*

Et ſimili modo clari juris eſt, quod † 98
omiſſum verbis habeatur pro omiſſo, *l. quicquid aſtring. ff. verb oblig.*

Huc accedit, quod alibi dicitur, quod ſcriptura non dicit, nec nos dicere debemus, *Bald. c. Rudolphus. col. 2. extr. de reſcript.* Quodq; non ſit recedendum à forma verborum contractus, *Bald. conſ. 266. col. 2. lib. 4. Raph. Cuman. conſ. 164. col. fin.*

His

His adde, quod nulla diſpoſitio debeat egredi ultra id, quam verba patiuntur, *Signor. conſ. 61.* quodq́; tutius in dubio non recedere à verbis contractus, *Bald. conſ. 180. in fin. lib. 2.*

Hanc ſententiam confirmat etiam id, quod traditur, à quo removentur verba contractus, ab eo removeri & jura ipſius, *Bald. conſ. 437. col. fin. lib. 1.* Quodq́; ſingula verba contractus & inſtrumenti ponderanda ſint, nec noſtrûm ſit, iis quicquam addere vel detrahere, *Bald. l. lecta. verſ. ex prædictis. ff. ſi cert. petat. Socin. conſ. 66. vol. 2. lib. 1.* Hinc & *Bald. in l. ex hoc jure. col. 2. quæſt. 6. ff. de juſt. & jur.* dicit, non eſſe recedendum à tenore contractus, & alibi is idem *Bald. in l. quoties. col. 1. C. de ſuis & legit.* dicit, quod verba contractus ſunt forma ipſius, quæ dat eſſe rei, nec ei aliquid addi poteſt aut detrahi.

Ad nonum argumentum contrarium reſpondeo, inveſtituram, de qua in caſu noſtro agitur, non in diem, ſed puram eſſe, ſicut hoc ex prædictis liquet, nec nobis quicquam obſtant verba in inveſtitura poſita, Wann vnd zu welcher zeit die vorgenandten Lehengüter angeſels weiſe zum theil oder alle vnd gantz eröffnet werden.

Namque certum eſt, & ex inveſtitura ſatis liquet, quod Illuſtr. Dux P. dominum Doctorem de quibuſdam bonis tanquam ſibi apertis purè inveſtierit, & quod de quibuſdam aliis præfatus Ill. Dux P. Dn. Doctorem, tanquam de ſibi aperiendis ſub conditione diſcretivè inveſtierit.

Et præallegata Wenn/ ꝛc. & illis ſimilia in inveſtitura poſita, tantùm reſpiciunt illa feuda, de quibus Ill. Dux P. Dn. Doctorem tanquam de feudis ſibi aperiendis inveſtivit, nec ullo modo extendi vel porrigi poſſunt ad illa feuda, de quibus tanquam ſibi apertis Ill. Dux P. Dn. Doctorem inveſtivit, ſicut hoc ſatis liquet ex verbis inveſtituræ, nempè ex his: Mit allen vnd jeglichen vorgenandten erledigten vnnd künfftig anfallenden Gütern/ wenn die / wie vorberürt/ erledigt vnd eröffnet werden.

Item ex illis verbis: Die vorgeſchriebene erledigte Güter/auch wenn vnd zu welcher zeit die vorbenandten Lehengüter angeſels weiſe/ zum theil oder alle erledigt vnd erledigt werden. Ex quibus verbis clarè liquet, quod ea fuerit mens atque intentio Illuſtr. Principis, quod non voluerit illam clauſulam Wenn/ ꝛc. extendi ad illa bona, de quibus ſua Illuſtr. Celſitudo Dn. Doctorem tanquam de feudis ſibi apertis purè inveſtivit.

Namque certum eſt, quod † clauſula 99
vel qualitas adjecta uni ex pluribus rebus vel caſibus, de quibus diſcretivè diſponitur, ad aliam rem vel alium caſum non extendatur, *Iaſ. l. ſi quis id quod. nu. 13. ff. de jurisd. omn. judic.*

Deinde quoq; certi juris eſt, quod hæc verba, Wenn/ ꝛc. & ſimilia in inveſtitura poſita, ſint verba generalia, quodq́; verba generalia non referantur ad illa, quæ ſpecialem determinationem habent.

Quare cum ex inveſtitura expreſsè liqueat Ill. Principem P. Dn. Doctorem de illis feudis, quæ H. de S. in pagis D.C. & R. poſſedit, tanquam de feudis ſibi apertis purè & ſimpliciter inveſtierit, ſicut hoc in præcedentibus manifeſtè oſtendimus, ſequitur, illa verba: Wenn vnnd zu welcher zeit/ ꝛc. & ſi quæ illis ſimilia in inveſtitura reperiri poſſent, nullo modo referri poſſe ad illa bona, quæ H. de S. in pagis prædictis poſſedit.

Ad decimum argumentum contrarium reſpondeo, tàm ex inveſtitura quam ex brevi teſtato ſatis liquere, inveſtituram de bonis, quæ in pagis dictis H. de S. poſſedit, Dn. Doctori factam non conditionalem ſed puram eſſe, prout hoc ſuprà declaravimus.

Nec obſtant verba in inveſtitura poſita: Vnd jedoch ſie oder jhre männliche Leibs lehenserben verſtorben / vnnd ſolche Lehen vnd angeſels Güter vns oder vnſern künfftiglichen eröffnet würden.

Namque certum eſt, quod illa verba tantùm reſpiciant illa bona, quæ J. E. poſſedit, ideoque illa verba minime porrigi debent ad illa bona, quæ H. de S. in pagis D. C. & R. poſſedit, de quibus Dn. Doctor purè inveſtitus eſt, quæq; nihil commune habent, cum bonis J. E. ſed prorſus ſunt ſeparata ab illis bonis.

Namq; certum eſt, quod clauſula † uni- 100
cum tantum capitulum reſpiciens & determinans, ad alia capitula in eodem Inſtrumento poſita, minimè extendi debeat, *Bar. l. fin. ff. de reb. dub. Paul. de Caſtr. l. ſi idem cum eodem. §. fin. ff. de juriſdict. omn. judic. Iaſ. l. 1. C. liberis præterit. Card. Pariſ. conſ. 36. nu. 21. lib. 1. Socin. jun. conſ. 128. num. 243. lib. 2. & conſ. 68. nu. 14. lib. 3.*

101 Similiter clauſula in † Inſtrumento poſita, non refertur ad negotia diverſa, *Dec. c. ſecundò requiriu. nu. 3. extr. de appellat.* vel ſeparata, *Socin. conſ. 10. lib. 1. Card. Pariſ. conſ. 88. nu. 33. lib. 1. & conſ. 38. nu. 24. lib. 2. Socin. jun conſ. 160. num. 59. lib. 2.* aut diverſam vel ſeparatam rationem habentia, *Bald. l. 1. C. de liber. præterit. Angel. conſ. 28. incip. teſtator reliquit. Petr. de Anchor. conſ. 67. incip. ſubtiliter & ad plenum. Rom. conſ. 280. incip. in caſu. Dec. d. c. ſecundò requiriu. nu. 3. Dec. conſ. 213. Card. Pariſ. conſ. 36. num. 25. lib. 1. Socin. jun. conſ. 1. num. 29. lib. 1. & conſ. 68. n. 117. lib. 3.*

Eodem modo clari juris eſt, quod clauſula etiam generalis nunquam porrigatur ad ea, quæ ſpecialem determinationē habent, ſicut hoc ultra ſuperius adducta tenet *Abb. conſ. 20. lib. 2 Bald. & Dec. c. ſecundò requiriu. ext. de appell. Rom. conſ. 152. & conſ. 480 Ioan. de Imol. & Alex. l. cohæredi. §. qui patrem. ff. de vulg. & pupil. Alex. conſ. 48. lib 1. Curt. conſ 42. & conſ. 63. Socin. conſ. 30. lib 2 Iaſ. l. talu ſcriptura n. 27. ff. legat. 1. Dec. conſ 11. n. 14. Card. Pariſ conſ. 36. n. 16. conſ 70. n 17. conſ 88. n. 32. & 33. lib. 1. conſ. 36. n. 20. conſ. 66. n 18. conſ. 85. n. 49. conſ 90. n. 35. lib. 2. Soc. jun. conſ. 17. n 20. lib. 1. & conſ. 13. n. 23. lib. 3.*

Ad undecimum argumentum contrari-
102 m reſpondeo, licet † inveſtitura facta de feudo vaſalli viventis, ipſo vaſallo non cōſentiente non valeat, quoad hoc, ne ipſi vaſallo viventi & non conſentienti ex hac inveſtitura præjudicium generetur, inveſtituram tamen factam de feudo vaſalli viventis etiam non conſentiente vaſallo, quoad præjudicium domini valere ad hoc nempè, ut dominus feudi, qui de feudo vaſalli viventis tanquam de feudo vacanti alium hoc ignorantem inveſtivit, inveſtito aliud feudum æquivalens præſtare cogatur, ſicut hoc ſuprà docuimus, & ultra illa confirmatur ex eo, quod legibus expreſsè cautum eſt, licet venditio rei ſacræ vel alterius, quæ in noſtro commertio eſt, non valeat quoad hoc, ut illa res prophana efficiatur, vel dominium illius rei emptori acquiratur, venditionem tamen rei ſacræ valere ad præjudicium venditoris nempè, quoad hoc, ut venditor emptori ignoranti ad Intereſſe obligetur, *§. fin. Inſtit. de empt. & vendit.*

Ad duodecimum & decimum tertium argumentum contrarium reſpondeo, inveſtituram factam Dn. Doctori de illis bonis, quæ H. de S. in pagis D. C. & R. poſſedit, non alternativam ſed puram & ſimplicem eſſe, ſicut hoc ex verbis & tenore inveſtituræ ſatis liquet.

Nec obſtant Dn. Doctori verba: Zu welcher Zeit die andern vorbenandten Lehengüter angefelles weiſe zum theil oder alle vnd gantz eröffnet werden.

Namque illa verba, prout in præcedentibus diximus, nullo modo referri poſſunt ad illa bona, quæ H. de S. in dictis pagis poſſedit. Et ſic liquet ea, quæ in 12. & 13. contrario argumento adducta ſunt, nobis nihil refragari.

Ad decimum quartum † argumentum 103
contrarium videlicet ad text. *l. Neratius. ff. de reg. jur.* reſpondeo, Primò, illum text. tantùm loqui in ſummo Principe non recognoſcente ſuperiorem.

Secundò reſpondeo, illum textum procedere tantùm in Privilegio Principis, nec habere locum in contractu Principis. Namque Princeps in ſuis contractibus utitur jure communi, & reputatur ut privatus, ſicut ſuprà docuimus.

Quare cum in inveſtitura, de qua in præſenti caſu agitur, non ſit Privilegium, ſed ſit contractus, ſicut ſuprà diximus, & Illuſtr. Duces P. Imperatorem ſuperiorem recognoſcant, ſequitur, *d. l. Neratius.* in caſu noſtro locum non habere.

Tertiò reſpondeo, interpretationem quamlibet non veriſimilem nullo modo admittendam, *Dyn. c. cum ſint partium. de regul. jur. lib. 6. Bald. l. ſi de interpretat. in pr. ff. de legib. Bald. l. ſi quis ambigua. & ibi Angel. ff. de judic. Felin. c. ſuper quæſtionum. col. 1. ext. de offic. delegat.*

Cum itaque interpretatio noſtra quam ferimus ad inveſtituram Illuſtr. Ducis P. ſit & veriſimilis, & ex verbis inveſtituræ clarè colligatur, ſequitur, ſi Ill. Principes P. aliam interpretationem inveſtituræ addere vellent, hanc interpretationem non eſſe recipiendam in præjudicium Dn. Doctoris, cum Dn. Doctor pro ſe habeat verba clara inveſtituræ.

Namque certum eſt, quod nulla ſit
admittenda † interpretatio ad hoc, ut à 104
verbis claris ſive diſpoſitione clara recedatur, *l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. 3. Bart. l. ab executore. col. 2. verſ. item ſi verba, & ibi Imol. Angel. Aretin. ff. de appell. Bart. l. duob. §. ergò ſi quis. ff. de jurejuran. Bald. l. ea quæ. C.*

commi-

commination. vel epiſtol. Bald. l. voluntatis. C. de fideicommiß. Ang. l. ſi quis intentione. col fin. ff. de judic. Imol. conſ 21. lib. 2. Dominic. c. licet. verb. præmiſſæ. 9. notab. extr. de teſtam. Paul. de Caſtr. conſ. 338. col. 2. lib. 1. Franc. Aretin. l. 5. §. ſtipulatio col. 1. ff. verb. oblig. Franc. Aret. & Iaſ. l. quicquid aſtringendæ. ff. verb. oblig. Fr. Aret. l. edita, & ibi Fr. Purpuratus. num. 100. C. de edendo. Alex. l. divortio. col. 4. ff. ſolut. matr. Socin. l. naturaliter. §. nihil commune. col. 7. ff. acquir. poſſeß. Barbat. conſ. 38. lib. 2. Stephan. Bertrand. conſ. 269. nu. 4. lib. 5.

Quod uſque adeò verum eſt, ut neque Imperatori, neque alii Principi non recognoſcente ſuperiorem, permittatur Privilegium vel beneficium ſuum clarum interpretari in præjudicium juris tertii ex illo Privilegio beneficii acquiſiti, *Petr. de Anch. conſ. 398. num. 5. Paul. de Caſtr. l. hæredes palam. §. ſi quid poſt. col. 2. ff. de teſtam. Paul. de Caſtr. conſ. 28. col. fin. conſ. 148. col. fin. & conſ. 340. col. 1. lib 2. Philip. Dec. l. in ambig. ff. de reg. jur.*

Quartò reſpondeo, facultatem ſive poteſtatem declarandi actum aliquem ad hæredes illius, qui actum geſſit vel celebravit, non extendi, *gl. & Bart. l. idem Pomponius. §. fin. & ibi Bald. ff. de judic. gl. Bart Alex. Iaſ. & Dd. l. inter ſtipulantem §. 1 ff. verb. oblig Bart. Bald. & Ang. l. ſi quis intentione. ff. de judiciis. Bart & Dd l. ſi quis à filio. §. ſi quis plures ff. legat. 1. Innoc. c. fin. extr. de ſucceß. ab inteſt. Iaſ. l. centeſimus. §. fin. arg. ill. tex ff. verb. obligat.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut etiam procedat in ſucceſſore Ducis, Comitis vel alterius Magiſtratus, namque nec illi permittitur actum à defuncto geſtum declarare vel interpretari, *Ang. l. ex facto. ff. vulg. & pupill. Bald. l. 2. ff. de ſentent. ex brevic. recitan. Felin. c. cum veniſſent. nu. 2. extr. de judic.*

Quare, cum Illuſtr. Dux P. qui hanc inveſtituram Dn. Doctori fecit, mortuus ſit, ſequitur, filiis & ſucceſſoribus ſuæ Ill. Celſ. Modernis nempè Illuſtr. Ducibus P. non permitti inveſtituram factam declarare vel interpretari, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, interpretationem ſive declarationem aliàs locum habere potuiſſe.

Ad decimum quintum argumentum contrarium reſpondeo, falſum eſſe, quod ex Inſtrumento inveſtituræ claré liqueat, Illuſtr. Principem P. Dn. Doctorem de feudis controverſis non puré ſed conditionaliter inveſtire voluiſſe, imò contrarium ex inveſtitura apertè & manifeſtè patet.

Ad decimum ſextum argumentum contrarium reſpondeo, Primò, † illud ar- 105
gumentum non habere locum in conceſſione in feudum.

Secundò, illud argumentum non procedere in donatione, quæ incipit à promiſſione.

Tertiò, illud argumentum non habere locum in illa donatione, quæ fit propter benemerita donatarii.

Quare, cum in caſu noſtro omnia illa tria concurrant, quorum & unum ſufficeret, ſequitur, decimum ſextum argumentum contrarium nobis nihil refragari, Deinde etiam ad hoc argumentum reſponderi poteſt, illud non procedere, quando evictio deſcendit ex facto donatoris.

Ad decimum ſeptimum argumentum contrarium reſpondeo, licet nemo plus juris in alium transferre poſſit, quàm ipſe habet, tamen ex hoc inferri non poſſe, ſi quis alteri conceſſerit rem alienam, in qua concedens tantùm ſpem habet, non illam rem alienam, ſed ſpem ſibi competentem tantum conceſſiſſe, præſertim ſi hæc conceſſio fuerit facta titulo oneroſo, & illi, qui ignorat, illam rem aliam eſſe, imò contrarium probatur quoad propoſitum noſtrum, *in c. 1. in princip. de inveſtit. de re alien. fact.*

Ad decimum octavum argumentum contrarium reſpondeo negando, quod fuerit mens vel intentio Illuſtr. Principis P. Dn. Doctorem tantùm inveſtire de illa ſpe, quam ipſe in bonis controverſis habuit, nec ex verbis inveſtituræ hanc mentem colligi poſſe, imò ex verbis inveſtituræ ſatis contrarium liquere, quod Illuſtr. Dux P. bona controverſa Dn. Doctori purè & ſimpliciter in feudum concedere voluerit, quæ verba inveſtituræ & attendenda & ſequenda, & ſecundum illa judicandum, quæ fuerit mens vel intẽtio Principis. 106

Namq; certi juris eſt, quod † à verbis contractus inveſtituræ non ſit recedendum, quia mens, intentio & voluntas tàm contrahentis quam inveſtientis ex verbis colligatur, *l. Labeo. §. idem Tubero. ff. ſtipul. legat. Bald. c. 1. extr. teſtib. Bald. c. ſuper literis. extr. eod Bald. l. voluntatis. in fin. C. fideicom.* Quodq; illa mens, intentio vel voluntas tàm contrahentis quàm inveſtientis, quæ ex verbis contractus vel inveſtituræ nullo modo colligi poteſt, minimè attendenda vel ſequenda ſit, *Bart. l. in ambiguo ff. reb. dub. Iaſ. l. 3. C. lib. præter. Bal. conſ. 182. col. 5. lib. 1.*

Quodq; potiùs admittendum ſit, ut actus pereat, quàm ut illa mens, intentio vel voluntas in conſideratione habeatur, quæ nullo modo ex verbis contractus vel inveſtituræ colligi poteſt, juxta doctrinam *Iaſ. l. quoties. ff. de verb. obligat.*

107 Huc accedit, quod † propoſitum in mente retentum nihil operetur, *l. ſi repetendis. C. de condict. ob cauſ.*

Ad decimum nonum argumentum
108 contrarium reſpondeo, Primò, † doctrinam Blanci in hoc, quod ipſe vult, parcendum eſſe domino feudi, qui gratis & ex mera liberalitate alteri rem alienam in feudum conceſſit, nec etiam ab inveſtito ad feudum æquivalens conveniri poſſe, communiter reprobatam eſſe, ſicut hoc ſuprà ex ſententia *Alvarot Præpoſ. Matth. de Afflict. & Curtii* docuimus.

Secundò reſpondeo, illam doctrinam expreſsè refragari textui *in c. 1. in princip. de inveſtit. de re alien. fact.* prout illum textum ſuprà ad hoc propoſitum induximus.

Tertiò reſpondeo, illam ſententiam Blanci, etiam non probari per illos textus, quos ipſe pro ſua ſententia citat.

Namque primò, omnes illi textus loquuntur in donatione ſimplici. At feudum etiam gratis conceſſum, non eſt donatio ſimplex, ſed ob cauſam.

Deinde quoque illi textus non habent locum in donatione facta propter benemerita.

Præterea illi textus nihil aliud dicunt, quàm quod donator, qui ſolvendo non eſt, non poſſit condemnari ultra id, quod facere poteſt, nec ullam faciunt mentionem de hoc, quod donator qui ſolvendo eſt, re donatâ evictâ, donatario de evictione obligetur, ad æſtimationem rei donatæ.

Quare, cum Illuſtr. Duces P. abſq; dubio ſolvendo ſint, & in caſu præſenti ſimus in conceſſione feudi, quæ eſt & donatio ob cauſam, & propter benemerita Dn. Doctoris facta, ſequitur, omnes illas leges, quas Blancus pro ſua ſententia citat corruere, & per conſequens hanc deciſionem Blanci nullo modo ſubſiſtere poſſe.

Tum, quia certi juris eſt, quod destructo fundamento, & omnia illa, quæ ſuper illo fundamento extructa ſunt, corruant, *c. cum Paulus. 1. q. 1, l. ei in princip. ff. de re judic.*

Tum, quia nulli Doctori, quantumvis magnæ authoritatis eſt, credendum; niſi dictum ſuum probet lege, ut ex ſuprà dictis liquet.

Tum etiam, quia erubeſcimus ſine lege loqui. Similiter nec quoad alia membra diſtinctionis Blanci; Blanci diſtinctio nobis quicquam obſtare vel obeſſe poteſt. Namq; Blancus ipſemet, quoad alia membra ſuæ diſtinctionis fatetur, illum dominum feudi, qui effecit, vel ex cujus facto hoc deſcendit, quò minùs ipſe rem in feudo conceſſam, inveſtito tradere poſſit, indiſtinctè obligari vaſallo, vel ad feudum æquivalens, vel ad juſtam æſtimationem rei in feudum conceſſæ.

Quare, cùm Illuſtr. Dux P. in caſu præſenti per ſuum conſenſum præſtitum venditioni bonorum, in pago R. effecerit, quò minùs ipſe illa bona Dn. Doctori tradere poſſit, ſequitur, Illuſtr. Ducem P. etiam ſecundum mentē atq; diſtinctionem Juan. Blanci à parte adverſa citati, Dn. Doctori obligatum eſſe, vel ad feudum æquivalens, vel ad juſtam æſtimationem illorum bonorum.

Secundò reſpondeo, illam doctrinam Blanci, quatenus vult, ſi dominus rem in feudum conceſſam, nec dolo nec culpa deſierit poſſidere, nec in mora rei tradendæ fuerit ipſum vaſallo non obligari ulterius, inquè tantùm ad hoc, ut ipſe caveat de re tradenda, ſi in poteſtatem ſuam pervenerit, procedere tantùm eo caſu, quando dominus feudi poſt inveſtitutam factam abſque dolo vel culpa rem alteri in feudum conceſſam poſſidere deſiit. Secus autem eſt, ſi ipſe ante inveſtituram factam rem in feudum conceſſam, vel abſque dolo & culpa poſſidere deſierit, vel illam nunquam in poſſeſſione ſua habuerit. Tunc enim dominus vaſallo indiſtinctè feudum æquivalens præſtare cogitur, eam ob cauſam, quia dominus feudi, qui alteri concedit in feudum rem alienam vel ab alio poſſeſſam, in culpa eſt, ideò, quia ipſe malè inveſtituram factam non inveſtigavit, utrum hæc res ſit aliena vel ab alio poſſeſſa, ſicut hoc expreſsè tenet *gl. c. 1. in princ. verb. ignoraverit. de inveſt. de re alien. fact.* cujus gloſſæ auctoritas major eſt, quàm ullius alterius Doctoris, uſque adeò, ut ab illa in judicando vel conſulendo nunquam recedendum ſit.

Ideoq; mirum non eſt, dominum feudi, qui alium de re aliena vel ab alio poſſeſſa inveſtivit, indiſtinctè obligari inveſtito ad feudum æquivalens, licet ipſe nun-

quam

quam habuerit poſſeſſionem rei in feudum conceſſæ, vel illam ante inveſtituram factam, abſque dolo vel culpa deſierit poſſidere. Namque contractus feudi eſt contractus ultrò citroq; obligatorius, ſicut ex prædictis patet, & certum eſt, quod in contractibus ultrò obligaroriis & dolus & culpa veniat, *l. contractus. ibi Dec. ff. de reg. jur. l. ſi ut certò. §. incommodate. ff. commod. Bart. & Dd. l. quod Nerva. ff. depoſit.*

Quod etiam ex eo probatur, quod in contractu Emphyteuſis, & dolus & culpa veniat, *Bald. & Dec. auth. qui rem. C. de SS. Eccleſ. Raph. Fulgoſ. conſ. incip. Ser. Antonius de Taſpada Franc. Curt. in addit. ad Alex. l. divortio. §. 2. ff. ſolut. matrim.* A qua Emphyteuſi ad feudum arguere licitum eſt, *Iaſ. l. 1. C. jure Emphyteu. Nicol. Everhard. in loc. à feud. ad Emphyteuſin.*

Et quod hæc fuerit mens & intentio Joann. Blanci, ſatis patet ex juribus per ipſum allegatis. Namque omnes illi text. quos ipſe pro ſua ſententia citat, loquuntur in illo caſu, quando quis poſt contractum initum rem aliquam abſque dolo & culpa deſiit poſſidere.

Quare, cum doctrina Doctoris ſit intelligenda & reſtringenda ſecundum illos textus, quos pro ſua ſententia allegat *Bart. l. non ſolùm. §. ſi liberationis. ff. liber. legat. cum ſimilib. alleg. ſup.* Sequitur, & doctrinam Joan. Blanci eſſe reſtringendam ad illum caſum, quando dominus feudi rem in feudum conceſſam poſt inveſtituram factam, abſque dolo vel culpa deſiit poſſidere, & ita interpretandam, ne extendatur ad illum caſum, quando dominus feudi vel rei in feudum conceſſæ, poſſeſſionem nunquam habuit, vel rem in feudum conceſſam ante inveſtituram factam, abſque dolo vel culpa deſiit poſſidere, quod etiam ſatis probatur per text. *in d. c. 1. in pr. de inveſtit. de re alien. fact.*

Namque in illo textu generaliter dicitur, dominum feudi, qui vaſallum de re aliena inveſtivit, obligari vaſallo, ad præſtandum feudum æquivalens, nec diſtinguitur, utrum dominus feudi illam rem alienam unquam poſſederit an verò non, item, utrum dominus feudi illam rem ante inveſtituram factam, dolo deſierit poſſidere vel non.

Igitur ex generalitate illius textus ſatis liquet, diſpoſitionem illius textus locum habere indiſtinctè, ſive dominus rem alienam in feudum conceſſam, unquam poſſederit ſive non. Item, ſive ipſe ante inveſtituram factam rem alienam, dolo deſierit poſſidere ſive non.

Namque certi juris eſt, quod textus generaliter & indiſtinctè loquens, generaliter intelligendus, nec à nobis diſtinguendus ſit, ſicut hoc ex ſupra dictis liquet.

Quinimò, cum poſſeſſio facti ſit, *l. poſſeſſionem. ff. de acq. poſſ.* & facta non præſumantur, *l. in bello. §. factæ. ff. captivis & poſtlim. reverſ.* Certum eſt, in caſu *d. c. 1. in pr. de inveſt. de re alien. fact.* præſumi non poſſe, dominum feudi unquam habuiſſe poſſeſſionem rei alienæ quam in feudum conceſſit, & ſic diſpoſitionem illius capituli abſq; omni dubio procedere in illo caſu, quando dominus, qui alium de re aliena inveſtivit, nunquam habuit poſſeſſionem rei in feudum conceſſæ.

Præterea etiam dolus nunquam præſumitur, *l. quoties. §. qui dolo. ff. de dolo. l. merito. ff. pro ſocio.*

Similiter quoque nec culpa præſumitur, niſi illa expreſſe probetur, *gl. & Dd. l. ſi quis ex argentariis. §. fin. ff. de edend. gloſſ. & Bart. l. ſi creditor. C. pignorat. act. Aym. Cravet. conſ. 8. nu. 20. conſ. 151. num. 18. & 19. lib. 1. Beneren. Strac. in tract. de naut. 4. part.* Igitur ſequitur, diſpoſitionem illius textus *in c. 1. in princ. de inveſt. in re alien. fact.* etiam locum habere, quando dominus feudi ante inveſtituram factam, rem alteri in feudum conceſſam abſque dolo vel culpa deſiit poſſidere, quod etiam ex eo confirmatur, quod in ſimili traditur, licet venditor, qui poſt venditionem celebratam rem venditam, dolo vel culpa ſua deſiit poſſidere, emptori neque ad Intereſſe neque ad precii reſtitutionem teneatur, *§. cum autem. Inſtit. de empt. & vendit.* Eum tamen venditorem qui rem alienam vendit, emptori indiſtinctè ad id, quod intereſt, obligari, etiamſi ipſe illius rei poſſeſſionem vel nunquam habuerit, vel illam ante venditionem initam abſque dolo & culpa poſſidere deſierit, *l. rem alienam. juncta gl. C. contrahend. empt.*

Cum itaque Illuſtr. Dux P. nunquam habuerit poſſeſſionem bonorum controverſorum in pago C. & R. ſequitur, ſuam Illuſt. Celſitudinem Dn. Doctori, non obſtante diſtinctione Blanci, ad feudum æquivalens obligatum eſſe.

Ad vigeſimum argumentum contrarium

109 rium reſpondeo, ſimiliter † ſententiam *Præpoſ. in c. 1. de controverſ. inveſtit.* procedere tantùm illo caſu, quando dominus feudi poſt inveſtituram factam rem alteri in feudum conceſſam, abſque dolo vel culpa ſua deſiit poſſidere. Secus autem eſſe, ſi ipſe ante inveſtituram factam rem alteri in feudum conceſſam, abſque dolo vel culpa poſſidere deſiit, ſicut hoc ſatis liquet ex illis, quæ in reſponſione ad præcedens argumentum contrarium diximus.

Et ſatis patet ex textu *in l. ſi ut certo. §. nunc videndum. ff. commod.* quem *Præpoſ.* pro ſua ſententia allegat. Namque ille textus tantùm loquitur in dolo, culpa & caſu eveniente, non ante ſed poſt contractum celebratum.

Igitur opinio *Præpoſit.* ſecundum illum textum reſtringenda & intelligenda eſt, quod tantùm habeat locum eo caſu, quando dominus feudi poſt inveſtituram factam rem alteri in feudum conceſſam, abſque dolo vel culpa deſiit poſſidere, & hoc ſecundum vulgaram juris regulam, quæ vult, doctrinam Doctoris eſſe reſtringendam ſecundum illum textum, quem Doctor allegat.

Ad vigeſimum primum argumentum
110 contrarium reſpondeo, illud argumentum procedere eo caſu, quando † vaſallus ſcivit qualitatem rei in feudum conceſſæ, ſecus autem eſt, ſi ipſe ignoraverit illam qualitatem, tunc enim licet hæc inveſtitura poſſeſſori feudi non præjudicet, tamen illa hoc operatur, ut dominus feudi inveſtito aliud feudum æquivalens præſtare cogatur, ſicut hoc ex ſuprà dictis ſatis liquet.

Ad vigeſimum ſecundum argumentum contrarium reſpondeo, inveſtituram in caſu noſtro in nullum caſum vel eventum, ſed purè & ſimpliciter factam, eamq; ob cauſam 22. argumentum contrarium nobis nihil obeſſe.

Ad vigeſimum tertium argumentum
111 contrarium reſpondeo, dictionem, † *Sicut*, in inveſtitura poſitam, referri non ad hoc, quod bona in pagis D. C. & R. per mortem C. de S. aperta fuerunt, ſed ad hoc, quod illa bona per mortem C. K. domini feudi aperta fuerunt.

Quare, cum omni dubio careat, bona in dictis pagis D. C. & R. penitùs & abſque diminutione aliqua domino feudi aperta fuerint, dubio omni caret, dictionem, *Sicut* vel *Prout*, in inveſtitura poſitam, inveſtituram non reſtringere ſed declarare, atque potiùs demonſtrativè quàm limitativè poni.

Secundò reſpondeo, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, dictionem, *Sicut*, etiam referri ad hoc, quod bona prædicta per mortem C. de S. domino feudi aperta fuerunt, tamen illa verba inſtrumenti inveſtituræ, in quibus fit mentio, quod dicta bona per mortem C. de S. domino feudi aperta ſunt, habent annexam copulam.

Et certi juris eſt, quod etiam in illis caſibus, in quibus dictio, *Sicut* vel *Prout*, alioquin limitativè ſive reſtrictivè accipitur, illa dictio non reſtrictionem ſed ampliationem inducat, quando illi dictioni eſt annexa copula, & ſicut hoc ſatis probatur ex eo, quod in ſimili traditur, licet dictio Relativa, *Qui*, regulariter limitationem inducat, tamen, *Qui*, habentem annexam copulam, Et, non limitationem ſed ampliationem ſive argumentum inducere, *l. ea tamen. ibi Bart. ff. de legat. 3. Bart. & Dd. l. 1. C. de SS. Eccleſ. Bart. l. omnes populi. ff. de juſt. & jur.*

Tertiò reſpondeo, dictionem, *Sicut*, *Prout*, ſecundum & ſimilem non reſtrictivè, ſed demonſtrativè accipi, eo caſu, quando id, quod in diſpoſitione præcedenti ponitur, non in genere, ſed in ſpecie certum eſt, ſicut hoc expreſſè atque in ſpecie tradit *Bald. l. edita. lectur. 2. num. 110. C. de edend. & idem ſentit ibidem Bart. num. 29.* Eandem quoque ſententiam amplectitur *Bart. & Dd. l. cum qui. §. Iulianus arg. ill. tex. ff. de conſtit. pecun. Corn. conſ. 101. num. 6. lib. 3. Alex. l. admonendi. ibi Iaſ. lect. 1. num. 41. ff. de jurejuran. Feln. c. 2. extr. reſcript. Iaſ. l. penult. C. de inſtit. & ſubſtit. Iaſ. auth. ſi quis in aliquo. C. de edend.*

Quæ ſententia etiam confirmatur ex eo, quod traditur, cum dictio, *Sicut*, *Prout*, & ſimilis habent varias ſignificationes, per eam nunquam recedi à verbis claris præcedentibus, *Corn. conſ. 121. num. 8. lib. 4.*

Quare, cum in caſu noſtro dictum ſit: Dergleichen auch die Lehengüter / ſo viel der Hochgeborne Fürſt / vnſer freundlicher lieber Herr Grosvater / Hertzog E. zu S. P. ꝛc. hochſeliger löblicher vnnd milder Gedechtnis / verſchiener Jahr / H. von der S. vnnd M. L. an vnnd in den Dörffern D. C. vnnd R. als dieſelben Güter durch tödlichen Abgang C. K. geliehen vnd gegeben.

Atque in caſu noſtro ſpecificè conſtet, & omninò certum ſit, quæ bona in pagis præ-

prædictis ab Illuſtri quondam Duce C. H. de S. & M. L. in feudum conceſſa fuerint, ſequitur, dictionem, Als / in caſu noſtro etiam ex hoc capite non reſtrictivè ſed demonſtrativè tantùm poni.

Nec obſtant Dn. Doctori ea, quæ in vigeſimo tertio argumento contrario dicta ſunt. Namque illa opinio, de qua in vigeſimo tertio argumento contrario fit mentio, eſt originalis *Bartoli in conſtit. ad reprimendum*, verb. *Prout*, cujus auctoritate moti reliqui omnes Dd. à me citati, illam opinionem ſequuntur.

Quare, cum Bartolus in dicto loco pro ſua ſententia tantùm allegeret textum *l. edita. C. edend.* ſequitur, illam doctrinam Bartol. & ſequacium ſecundum illum textùm in *d. l. edita.* intelligendam & reſtringendam eſſe. Et per conſequens, cum *d. l. edita.* loquatur, in illo caſu, in quo diſpoſitio præcedens non omninò nec in ſpecie, ſed tantùm in genere certa eſt, illam doctrinam ita intelligendam & reſtringendam, quod non habeat locum, quando diſpoſitio præcedens, ſive ea, quæ in diſpoſitione præcedenti dicta ſunt, in ſpecie & omninò certa ſunt.

112 Ad vigeſimum quartum argumentum contrarium reſpondeo, Relativum, † *Qui*, non poni reſtrictivè, quando per Relativum *Qui*, enunciativè adjicitur demonſtratio ad certam ſpeciem, vel corpus determinatum, *Bald. Rubr. quæſt. 21. C. contrahend. empt. Oldrad. conſ. 197. Iaſ. l. 1. lectur. 1. num. 9. C. ſumma Trinit. & fide Cathol.*

Item, & quando Relativum, *Quæ*, non principaliter, ſed acceſſoriè ponitur, *Iaſ. d. l. 1. lect. 1. nu. 3. C. de SS. Eccleſ. arg. l. fin. §. Titia ff. de liberat. legat.* vel quando ex aliis verbis Inſtrumenti aliud declaratum reperitur, *arg. l. ſi ſervus plurium. §. fin. ff. de legat. 1. Bart. & Dd. l. final. §. idem quæſit. ff. de condict. indeb.*

Quare, cum in caſu noſtro Relativum *Quæ*, referatur ad certa bona, quæ certam & ſpecificam determinationem habent, & ponatur non principaliter, ſed acceſſoriè, atque inſuper ex verbo, Zum theil / aliiſque verbis in inveſtitura poſitis, ſatis liqueat, Illuſtrem Principem P. Dn. Doctorem de bonis in pagis D. C. & R. tanquam de feudis ſibi apertis pro dimidia parte, & ſic pro tota illa portione, quam H. de S. in dictis pagis poſſedit, ſequitur, Relativum, *Quæ*, in caſu noſtro non poni reſtrictivè, quod etiam ex eo ſuadetur, quod alibi traditum eſt, Relativum, *Quæ*. in inveſtitura poſitum non reſtrictivè ſed declarativè accipi, *Socin. junior conſil. 68. num. 19. lib. 1.*

Ad vigeſimum quintum & ultimum argumentum contrarium reſpondeo, omnem † Principem, etiam illum, qui ſuperiorem non recognoſcit, in contractibus ſuis jure communi uti & præſumi, ſe in contractibus ſuis voluiſſe conformare & naturæ rei in contractum deductæ, & diſpoſitioni juris communis, ſicut hoc ſuprà copioſè diximus, & confirmatur ex eo, quod alibi traditum eſt, voluntatem Principis præſumi eſſe talem, qualis de jure eſſe debet, *Bald. Alexand. & Dd. l. ex facto. in princip. ibi Iaſ. num. 5. argum. illius text. ff. vulg. & pupill. Bald. l. omnes populi. ff. iuſt. & jur. Bald. c. licet. extr. de offic. ordin.* 113

Hinc eſt, quod verba poſita in reſcripto vel alia diſpoſitione Principis, debeant conformari æquitati & juri, etiamſi verba huc non patiantur, *gloſ. 3. c. paratus. 23. quæſt. 1.*

Quare, cum conſuetudinibus feudalibus expreſsè cautum ſit, quod is dominus, qui vaſallum de re aliena vel ab alio poſſeſſa inveſtivit, inveſtiro aliud feudum ejuſdem bonitatis & quantitatis præſtare cogatur, veriſimile eſt Illuſtrem Ducem P. concedentem Dn. Doctori in feudum bona in pagis D. C. & R. ſe voluiſſe conformare huic diſpoſitioni juris communis, & etiamſi de hoc interrogatus fuiſſet, ſe ad præſtationem feudi æquivalentis obligare, ſi illa bona Dn. Doctori penitùs vel pro parte aut evicta aut propter impedimentum juris vel facti tradita non fuerint, quæ præſumprio & interpretatio cum utrique parti, nempe & Dn. Doctori, qui per hanc feudum conſequitur & Illuſtribus Principibus, qui per hæc Dn. Doctorem ultra alia feuda, quæ ipſe Dn. Doctor ab Illuſtribus Principibus poſſidet, Dn. Doctorem ſibi etiam ratione hujus feudi æquivalentis obligant, atque Dn. Doctori merita partim in parentem illorum, partim in ipſos Illuſtres modernos Principes collata remunerant, & utilis & favorabilis & laudabilis ſit, illa interpretatio omninò ſequenda & tenenda eſt.

Namque

114 Namque certum eſt, quod † Judex etiam in dubiis caſibus debeat eligere illam viam, per quam utrique parti conſulitur, *Paul. de Caſtr l. 1. ibi Iaſ. num. 16. arg. ill. text. ff. ſi quis caut.* Multò verò magis hoc fieri debet in caſu noſtro, in quo prædicta interpretatio ex verbis inveſtituræ clarè colligitur.

Præterea etiam multæ aliæ reſponſiones ad dictum 25. argumentum contrarium accommodari poſſent, quas partim brevitatis ſtudio, partim propter alias occupationes omitto.

Et ſic per prædicta concludo, non obſtantibus illis, quæ pro parte contraria vel adducta ſunt vel adduci poſſent, Illuſtres Principes P. obligatos eſſe, D. Doctori bona controverſa in pagis C. & R. tradere, vel ſi hoc ipſi quolibet modo impediti non fecerint, ſuas Illuſtres Celſitudines Dn. Doctori feudum æquivalens præſtare cogi.

CONSILIUM QVADRAGESIMUM QVARTUM.

Continens materiam coquendi cereviſiam.

SUMMARIA.

1. Nobilibus an & quando cereviſiam coquere & alijs vendere liceat, & num. 7. uſq. ad nu. 18. ubi rejicitur Schurff. opinio negativa, uſq. ad num. 23.

2. Nobiles mercimonium exercere non debent.

3. Nobilitas & mercatura ſibi repugnant.

4. Nobilis mercaturam exercens nobilitatem perdit, juxta comm.

5. Coquere, vile & illiberale artificium cenſetur, & num. ſeq.

6. De utilitate piſtorum.

8. Mercimonium non exercet, qui fructus ſibi in agris proprijs natos, alijs vendit.

9. Vel vinum oleumvè ex olivis uvisq. expreſſum, & num. 16.

10. Sub ſimplicibus mixtum comprehenditur, & de hoc diſpoſitum in alio obtinet

11. Rem propriam alteri locans non negotiatur.

12. Mercator ſive negotiator propriè quis?

13. Nobiles opera miniſtrorum viles artes exercere poſſunt.

14. Tabernarius quando inter viles perſonas numeretur.

15. Clerici per tertium, viles & ſibi prohibitas artes exercere non vetantur.

17. Verbis legis ceſſantib. & diſpoſitio ejus ceſſabit.

19. Iudex contra communem judicans, imperitus præſumitur, & parti ad Intereſſe tenetur. Fallit num. 21.

20. Non tenenda opinio quæ lege non probatur.

22. Declaratur text. l. Nobiliores. C. de commerc. & merc.

23. Deſtructo fundamento corruit & ſuperſtructum.

24. Conſuetudine introduci poſſet, ſi aliàs jure non liceret, ut Nobiles cereviſiam coquere & vendere poſſint.

25. Ut & mercaturam exercere.

26. Nobiles Veneti & Genuenſes ex conſuetudine ſine nobilitatis jactura negotiantur.

27. Conſuetudo ignobilem nobilem efficere poteſt.

28. Ut

28. Vt privilegium.

29. Mercatura quo jure Nobilibus prohibita.

30. Conſuetudo per ſe illicitum licitum reddit.

31. Contra jus civile quid faciens, in mala fide eſſe præſumitur.

32. Non ut ad præſcriptionem: ſic & ad conſuetudinem inducendam, bona fides requiritur.

33 Cauſam diſcontinuam habentia, quoto tempore præſcribantur, & num. 46. ubi & quid de jure Saxon. & num. 47.

34. Quoto verò tempore conſuetudo in his inducatur.

35. In præſcriptione, qua quis contra jus commune præſcribere vult, regulariter titulus requiritur.

Declaratur num. 45.

36. Non tamen in conſuetudine, quæ contra jus commune inducitur.

37. Spacio 10. annor. conſuetudo inducitur.

38. De jure Saxon. 30. annor. unius anni & diei.

39. Ius coquendi cereviſiam præſcribi poteſt, & num. ſeq.

At quoto tempore num. 48.

40. Vt regulariter quodlibet jus.

41. Et ea, quæ per privilegium acquiri poſſunt.

42. Et Nobilitas.

43. Ex curſu longi temporis bona fides præſumitur, licet poſſidenti jus commune refragetur.

44. Præſumptio bonæ fidei non niſi alleganti patrocinatur.

47. Iurisdictio cur abſque titulo 30. annis præſcribatur.

48. Et jus confirmandi Epiſcopum.

49. Ius collectandi cum titulo decem abſq; titulo 30. annis.

50. Ius piſcandi in flumine publico abſq; titulo 30. annis.

51. Sicut & jus venandi & aucupandi.

52. Ius piſcandi quo caſu cum titulo 10. annis præſcribatur?

53. Ius cædendi ligna in ſylva aliena ſpacio 30. annor.

54. In præſcriptione juris ne incolæ alicujus loci ad molendinum alicujus accedere cogantur, 30. anni ſufficiunt juxta communem.

55. Merum & mixtum Imperium habens, Statutum condere poteſt, ne ſubditi ab alijs quàm ipſis cereviſiam emant.

Confirmatur nu. ſeqq. uſq; ad nu. 65. Vbi ad argumentum contrarium reſpondetur.

56. Valet Statutum, ne ſubditi forenſibus res ſuas vendant, vel ab his quid emant, n. ſeq.

57. Emere & vendere correlata ſunt, in quibus diſpoſitum de uno, etiam in alio obtinet, & num. 63.

58. De ordinata charitate, & de Statuto ex illa facto.

59. Diſpoſitum de rebus & in perſonis obtinet.

60. De libera diſpoſitione rerum & perſonarum ſuarum.

61. Nobiles plerunq; melioris conditionis ſunt quàm alij.

62. De diſpoſitione judicandum ſecundum id, quod principaliter fit.

64. Valet Statutum ſecund. Dd. ne ſubditi alterius quàm ſtatuentis molendina; pro molendo frumentum accedant.

66. Reo nihil obeſt, ſi onus probandi, quod in ſe recepit, non adimplevit.

67. Reſcriptum res eſt inter alios acta, quæ alijs non nocet.

68. Reſcriptum Principis rei judicatæ vim non obtinet.

Sententia in cauſis ſummarijs lata nulli præjudicat, niſi omnes de quorum præjudicio agitur, citati fuerint.

69. Per reſcriptum vel mandatum Principis regulariter non interrumpitur præſcriptio.

70. Onus probandi Actori incumbit.

71. Poſſeſſio ab onere probandi relevat.

72. Et poſſeſſio jurium incorporalium indiſtinctè, quando huic nulla juris præſũptio refragatur.

IN QVÆSTIONE NOBIS propoſita, plurima dubia diſcutienda ſunt. Primò, utrum Nobilib. permittatur cereviſiam ex hordeo & lupulo in ipſorũ agris nato, coquere & ſubditis ſuis vendere. Secundò, pręſuppoſito, ſed tamen non conceſſo, Nobilib. ſecundum juris communis diſpoſitionẽ cereviſiam coquere, aliisq; vendere interdictũ eſſe: utrũ conſuetudine introduci poſſit, ut Nobilib. permittatur cereviſiam coquere & aliis vendere. Tertiò, utrum Nobil. jus coquendi & vendendi cereviſiam præſcribere poſſint. Quartò, utrum Nobiles à B. ſubditis ſuis præcipere poſſint, ut ipſi non ab aliis, ſed ab ipſis Nobilib. tantùm cereviſiam emant. Quintò, utrum conventio inita inter C. & L. à B.M. & C. à B. noceat ſive obſit. Sextò, utrum mandata Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Magdeburgenſis quicquam obſint prædictis M. & C. à B. vel utrum per illa præſcriptio ſive conſuetudo interrupta ſit. Septimò, cui onus probandi incumbat.

DIVI.

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QUO NIHIL FELIX FAUSTUMQUE.

QVOAD PRIMÆ queſtionis deciſionem videtur prima fronte di-
1 cendum, † Nobilibus ſecundum juris communis diſpoſitionem, cereviſiam coquere, aliisq; etiam ſubditis ſuis vendere minimè permiſſum eſſe.

2 Primò, † quia textus expreſsè inquit, Nobiliores natalibus & honorum luce conſpicuos & patrimonio ditiores, pernicioſum urbibus, & mercimonium exercere prohibemus, ut inter plebeios & negotiatores facilius ſit emendi vendendique commercium, *l. nobiliores. C. de commerc. & merc.*

Secundò, hanc ſententiam probat textus *l. ne quis C. de dignitatib. lib.* 12. ubi textus inquit, ne quis ex ultimis negotiatoribus vel monetariis abjectisq; officiis, vel deformib. miniſteriis, ſtationariis omniq; officiorum face, diverſisq; paſtis, turpibus lucris aliqua frui dignitate perrentet, ſed etiamſi quis meruerit, repellatur.

Tertiò, per textum *l. ſi cohortalis C. de cohortalib. lib.* 12. ubi textus inquit, Sed etiam cunctos, qui diverſarum rerum negotiationibus detinentur, jubemus à provincialibus officiis removeri, ut omnis honor & militia à contagione hujuſmodi ſegregetur.

Quartò, per textum *in l. humilem. C de inceſt. nupt. & l. 1. C. de naturalib. liber.* in quibus locis dicitur, Eam perſonam, quæ mercimoniis publicè præfuit, humilem, vilem & abjectam eſſe.

3 Quintò, quia † nobilitas & mercatura ſibi invicem repugnant, nec ſeſe ſimul compatiuntur, *argum. l. milites. C. de locat. & conduct. l. 1. C. negotiatores ne militent. lib.* 12.

Sextò, quia Doctores noſtri magis
4 communiter tradunt, † mercaturam exercere Nobilibus, uſque adeò prohibitum eſſe, ut Nobiles mercaturam exercentes nobilitatem perdant, *Ant. de But. Rubr. ext. ne Clerici vel Monachi. Ioan. Fabr. l. falsò. C. de diverſ. reſcript. Luc. de Penna l. final. col. 3. C. de fundis limitroph. lib. 11. Cæpol. in tractat. de Imperatore militum deligendo in materia nobilitatis in 18. opinio. Guido Papæ deciſ. 196. incip. Nobiles, etiamſi de nobiliori genere eſſent. & deciſ. 391. incip quid autem de Nobilib. Matth. de Afflict. in conſtitut. Siciliæ. incip. intentionis. col. 9. notab. 6. Matth. de Afflict. c. 1. col. 6. verſ. quid de mercatoribus. tit. quis dicatur Dux. Tiraquell. in tract. de nobilitat. c. 33. Beneven. Strach. in tract. de mercator. 2. part. num. 17. & 3. part. num. 14.*

Septimò, hæc ſententia confirmatur,
quia † coquere inter vilia & illiberalia ar- 5
tificia recenſetur, *Ariſtot. lib. 1. Politicor. cap. 4. Cicero in Oratione pro Roſcio Amerino. Iul. Firmicus lib. Aſtronomico. 3. cap. 9. in ſeptimo loco.* Sicut & ex legibus civilibus colligitur, coquorum artem ſervilem fuiſſe, *l. legatis ſervis. §. ſi unus. & l. ſervus urbanus. §. ſerva. ff. de legat. 3.* & antiquis viliſſimum mancipium cenſebatur, teſte *Livio lib. 9. belli Macedonici.* Quare, cum Nobilibus minimè conveniat, vilia & illiberalia artificia exercere, videtur dicendum, Nobiles non decere cereviſiam coquere aliisq; vendere.

Octavò, cum † panem coquere atque 6
piſtorem eſſe, ſervile munus, *l. quæſitum eſt. §. Trebatius. ff. de fun. inſtruct.* & vile ac ſordidum artificium ſit, *l. maximarum. C de excuſat. muner. lib. 10. & l. 1. C. de perfectiſſim. dignitat. lib.* 12. eamq; ob cauſam piſtores arcebantur & à perfectiſſimis dignitatibus, *l. 1. C. de perfectiſſ. dignitat. lib.* 12. & à reliquis omnibus dignitatibus, *l. 1. C. de piſtoribus, lib.* 11. Videtur dicendum, Nobilibus, qui abſque omni dubio in dignitate conſtituti ſunt, minimè convenire panem coquere, & per conſequens, cum inter panem coquere & cereviſiam coquere, nulla diverſitatis ratio aſſignari poſſit, videtur ſimili modo dicendum, Nobiles minimè decere cereviſiam coquere, Namque in illis caſibus, inter quos diverſitatis ratio aſſignari nequit, idem jus ſervandum eſt, *l. illud. in princ. ad leg. Aquil. l. à Titio. in princ. ff. de verb. obligat.*

Nonò, quod cereviſiam coquere aliisq; vendere Nobilibus interdictum ſit, expreſsè atque in ſpecie tradit *Hieron. Schurff. conſ. 32, num. 3. lib. 1.*

Et li-

7 Er licet hæc † & ſimilia, quæ pro hac ſententia adduci poſſent, prima fronte urgere videantur, ego tamen his & ſimilibus, quæ pro hac ſententia adduci poſſent, non obſtantibus, veriſſimum judico, Nobilibus ſecundum juris communis diſpoſitionem minimè prohibitum eſſe cereviſiam præſertim ex lupulo & hordeo in agris ipſorum nato coqnere, aliisq; maximè ſubditis vendere, quam ſententiam primo confirmat id, quod Dd. noſtri communiter tra-
8 dunt † ei cui mercimonia ſive negotiationes interdictæ ſunt, indiſtinctè permitti vinum, oleum & frumentum, lupulum reliquosq; fructus ſibi in agris propriis natos aliis vendere, *Abb. conſ 6. nu. 2. lib. 7. Dec. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, nu. 57. ext. de conſtitut. Dec. conſ. 472. num. 27. Benevent. Stracha in tract. de mercatoribus 1. parte num. 48. Fran. de Platea in tract. de ex communicat. §. 38 nu. 5. Pet de Ancho. c. quanquam. nu. 5. de cenſibus. lib. 6. Stephan. Bertran. conſ. 214. nu. 14. lib. 2. par. 2. Alciat. l. mercis appellatione nu. 4. ff de verb. ſignific.* & in ſpeciè, qnod Nobilibus permittatur, vinum, oleum, frumentum reliquosq; fructus in agris propriis natos aliis vendere, tradit *Aymon. Cravet. in conſ 163. nu. 3. lib. 1.*

9 Et annotandum eſt, quod Dd. concludant, † Nobilibus aliisq; quibus negotiatio interdicta eſt, permitti, non tantum olivas, item & uvas in agris ſuis propriis natas vẽdere, ſed etiam ex olivis oleum & ex uvis vinum exprimere aliisq; vendere, quare, cum per hoc, quod quis ex olivis, oleum, & ex uvis vinum facit, ſpecies & olivarum & uvarũ mutetur, atq; nova ſpecies vini nempè & olei efficiatur, *§. cum ex alien. Inſt. de re diviſ. l. adeò. §. cum quis ex alien ff de acquir. rer. do* ſequitur, Nobilibus permiſſum eſſe, fructus in agris ſuis natos, non tantum in iſta forma vendere, in qua forma nati ſunt, ſed etiam ex iis aliam ſpeciem efficere eamque vendere, & per conſequens, ipſis etiam permitti ex hordeo atq; lupulo in agris ſuis nato cereviſiam coquere eamq; vendere.

Nec obſtat huic noſtræ veriſſimæ deciſioni id, quod forſan dici poſſet, rationem diverſitatis militare inter vinum, oleum quod tam vinum quàm oleum ex una tantũ materia, nempè hoc ex olivis, illud verò ex uvis exprimatur, & inter cereviſiam, quæ non ex una materia, ſed ex materia mixta nempè ex hordeo & lupulo ſimul cõficitur.
10 Namq; reſpondeo, † quod cum ſub ſimplicibus mixtum comprehendatur, atq; diſpoſitum de ſimplicibus etiam in mixta locum habeat. *gl. Bar. Alex. Iaſ. & Dd. l. 2. in princ. ff. de verb. oblig. gloſ. Ang. Iaſ. & Dd. §. omnium. Inſt. de actio. arg. l. ſi ita ſcriptum, & ibi Iaſ ff. de liber. & poſthum. l. ſi ita §. 1. & l. Clemens in pr. ff. de hæred. inſtituend.* ſicut Nobilibus aliisq; per ſonis, quib⁹ negotiatio interdicta eſt, permittitur ex una ſpecie uva nẽpè vel oliva ſibi nata aliam novam ſpeciem vinum nempè vel oleum facere eamq; vendere, ita quoq; Nobilibus aliisq; perſonis permitti ex pluribus ſpeciebus ſibi natis nempè ex hordeo & lupulo unam ſpeciem cereviſiam nempè facere eamq; vendere.

Secundò, pro hac ſententia † cõfirmanda 11
facit, quod is qui fundũ ſive aliam rem ſuã propriam alteri locat, vel vendit, negotiari non dicatur, quodq; is, cui negotiatio ꝓhibita eſt, permiſſum ſit fundũ ſuum aliamq; rem ſuam alteri vendere & ex re ſua fructũ percipere, *Bar l. legatis, in pr ff. de leg. 3. Alex. l. divortio in pr. nu. 26 ff ſol. matrim. Bertrachin. in tract. de Gabel. in 7 par. nu. 48. Aym. Crav. conſ 6. n. 111. & 115. Benev. Stracha in tract. de mercatorib. 1. par. n. 48.* Igitur ſequitur, quod ſimili modo is qui ex lupulo & hordeo in agro ſuo nato cereviſiam coquit eamq; vendit, negotiari non dicatur, quodq; Nobilibus aliisq; perſonis, quibus negotiatio prohibita eſt, ex hordeo atq; lupulo ſuo cereviſiam coquere aliisq; vendere minimè interdictum ſit.

Tertiò, † mercator ſive negotiator pro- 12
priè is dicitur, qui rem comparat, ut eam integram & immutatam vendendo lucretur: is verò qui rem comparat, non ut integram ita & immutatam vendat, ſed ut inde aliam ſpeciem faciat, eamq; vendat, mercator ſive negotiator propriè hic dicitur, ideoq; ei cui negotiatio vel mercatura prohibita eſt, minime interdictum eſt merces emere, ex iis aliam ſpeciem efficere eamq; vendere, *Frid. de Sen. conſ. 207. incip Nos. Abb. conſ. 6. nu 2. lib. 1. Card. Clem. fin. de vita & honeſt. clerico. Alex. & Iaſ l. cætera. §. ſed etſi quis. ff de leg 1. Alex. in add ad Bart. l. legatis in pr. ff de leg. 3. Alciat l. mercis appellatione ff. de verb. oblig. Benev. Stracha in tract. de mercatorib. 1. par. nu. 23. & de hac re eſt text. expreſſa in c. ejiciens diſtinct. 88. Natt. conſ. 199. nu. 2.* Igitur ſequitur, licet Nobilib⁹ prohibita ſit mercimonia & negotiationes, ipſis tamen non eſſe prohibitum merces emere & ex ea aliam ſpeciem facere, eamq; vendere, & multò magis Nobilibus licere ex hordeo & lupulo in agro proprio nato cereviſiam coquere aliisq; vendere.

Quartò,†Nobilibus opera ſervorum
13 ſive miniſtrorum & artes etiam viles &
ſordidas exercere prohibitum non eſt, *Ti-
raquel. in tracta: de nobilita. capite 17. num. 7.*
14 quod ex eo comprobatur, quod† taberna-
rius ita demum inter viles perſonas nume-
ratur, ſi ipſe per ſe hanc artem exerceat,
non autem ſi ipſe per alios hoc faciat, *Albe-
ric. de Roſat. l. humilem. C. de inceſt. nupt. Alciat.
in tractá. præſumption. reg. 1. præſumption. 48. nu.
10. & in lib. 2. de verb. ſignificat. Clem. 3. verſ. ſic
cum verba Alciat l. mercis ff. de verb. ſignificatton.*
15 quodq;†Clericis, quibus cereviſiam macel-
lariorum tabernariorum reliquasque viles
artes exercere prohibitum eſt, easdem ar-
tes per interpoſitas perſonas exercere per-
miſſum ſit, *glo. Clement. 1. verſ. publicè, & per-
ſonaliter, arg. illius text. & ibi Pet. de Anchora.
Cardinal. & Innocen. de vita & honeſta. clericor.
Archidiac. & Domin. c. nulli diſtinct. 44. Domin.
c. 1. col. 2. de vita & honeſta clerico lib. 6. Philip.
Fran. & Dec. c. ſignificante. extr. de appellat. fa-
cit text. Clem. ultima, de vita & honeſta cler. lib.
6. Clem. ne in agro. §. porrò ver. perſonalem de ſta-
tu monach.*

Ex quo ſequitur, etiam poſito, quod ce-
reviſiam coquere vile & ſordidum artifici-
um ſit, Nobilibus tamen opera ſervorum
& miniſtrorum ſuorum cereviſiã coquere
permiſſum eſſe. Et ſic per prędictas rationes
concludo, Nobilibus Dominis B. qui in ca-
ſu propoſito à municipio C. conventi ſunt,
ſicut & omnibus aliis Nobilibus ſecundum
juris communis diſpoſitionem permiſſum
eſſe, opera ſervorum atq; miniſtrorum ce-
reviſiam præſertim ex hordeo & lupulo in
agris ipſorum propriis nato, coquere & ali-
is maximè ſubditis vendere.

16 Nec obſtant † huic noſtræ veriſſimæ
deciſioni ea, quæ pro parte contraria addu-
cta ſunt. Namq; ad ſex prima argumenta in
contrarium adducta reſpondeo, licet No-
bilibus aliisq; hominibus in dignitate con-
ſtitutis mercaturam, negotiationes ſive
mercimonia exercere prohibitum ſit, cum
tamen ſecundum communem atque rece-
ptam Dd. ſententiam is, qui fructus ex agris
ſuis perceptos, vel prout ex agris ſuis
eos percepti, vendit, vel illos in aliam for-
mam ſive ſpeciem mutat, atq; ita diſtrahit,
mercaturam, negotiationes ſive mercimo-
nia exercere non dicatur, Conſtitutiones
prohibentes Nobilibus mercaturam nego-
ciationes ſive mercimonia exercere, ad il-
los minimè extendi debeat, qui fructus ex
agris ſive poſſeſſionibus ſuis perceptos vel
vendunt, vel in aliam ſpeciem mutãt, & ita
diſtrahũt. Id enim†quod lex vel conſtitutio
non dicit, nec nos dicere debemus, *Bal. conſ.* 17
*99. col. 1. lib. 4. arg. l. ſi ſervum. §. non dixit. ff. de
acquiren. hæredita. facit text. l. illam & ibi Iaſ. &
Dec. C. de collatio.*

Et ubi deficiunt verba legis vel conſti-
tutionis, nec ipſa lex vel conſtitutio locum
habet, *l. ita autem in princ. & ibi Bart. ff. de ad-
miniſtrat. tuto. l. 4. §. toties & ibi Bart. & Alex ff.
de dam. infecto. l. Fulcinius. ſ. 1. ff. ex quib. cau. in
poſſeſſio. eatur. l. omnibus. §. hos accuſare. ff. de
accuſation. l. fin. C. de præd. decurion. lib. 10. c. in-
demnitatibus. ſ. pen. de electio. lib. 6.* nec un-
quam diſpoſitio legis vel conſtitutionis
ultra verba illius extendenda eſt, *l. quod con-
ſtitutum, & ibi Bart. ff. de teſtamen. milita. Tira-
quel. repetit. l. ſi unquam verb. libertis num. 4. C.
de revocan. donation. ſicut & præclarè Bal. noſter
conſ. 447. col. 3. lib. 5. inquit.* Non debere non
interpretari conſtitutionem id diſponere,
quod non loquitur. Quinimò veriſimile
eſt, Legumlatorem noluiſſe cõſtitutionem
vel legem extendi ad id, quod in lege vel
conſtitutione aliqua verbis expreſſum non
eſt, *arg. l. 1. ſ. ubi autem. C. de cadu. tollen. c. inter
corporalia extr. de translatio Prælato. c. ad audi-
entiam ext. de decim.*

Ad ſeptimum & octavum argumentum
contrarium reſpondeo, licet coquere tàm
panem quàm cereviſiam vile & ſordidum
artificium ſit, cum tamen Nobilib[9] permiſ-
ſum ſit, opera ſervorum ſive miniſtrorum
etiam vilia & ſordida artificia exercere, ſi-
cut ſuprà docuimus, Nobilibus omni jure
licere prædictas artes, opera & miniſterio
aliorum ſervorum nempè exercere, & per
conſequens, etiam reis conventis licitũ eſſe
opera atq; miniſterio aliorum, ſervorum
nempe ſive famulorum cereviſiã coquere.

Ad nonum argumentum contrarium
reſpondeo, ſententiam Hieron. Schurff cõ- 18
muniter reprobatã. Namq; Dd. noſtri com-
muniter concludunt, & Nobilibus & omni-
bus aliis, quibus negotiationi interdictum
eſt, permitti fructus ex agris, prædiis ſive
poſſeſſionibus ſuis perceptos non tantum
prout percepti ſunt, diſtrahere, ſed illos eti-
am in aliam ſpeciem aliamq; formam trãſ-
mutare & vendere. Ideoq; opinio Hieron.
Schurff. hoc caſo neq; in judicando neq; in
conſulendo ſequenda erit. Semper enim &
in conſulendo & in judicando illæ opinio-
nes & amplectendæ & ſequendæ ſunt, quæ
communiter approbatæ & receptæ ſunt, *Bal.*

c. 1. ſ.

c. 1. §. judicoe, de pac. juram. firma. Bal. l. 1 arg. ill.
text. ff. de Senatorib. Abb. Fel. & Dec. c. 1. extr. de
conſtitut. abb. c. novimus, extr. de verb. ſignificat.
Alex. conſ. 5. lib. 5. fa. text. c. de induciis. 3. q. 3. l. 1.
ff. de off. quaeſt. l. Athletas in prin. ff. de his qui no-
tant infam. l. fin. C. de fidecom. c. prudentiam in
pr. ext. de off. delegati. quod uſq; adeò verum
19 eſt, † ut judex qui contra communem opi-
nionem judicat, etiam imperitus præſuma-
tur, *Alex. conſ. 95. nu. 6. lib. 2.* & faciat litem ſu-
am, atq; parti læſæ ad id, quod intereſt, con-
demnetur, *Bar. l. fin. C. pœna. jud. qui malè judi-*
cat. Angel. l. terminato C. de fruct. ib. & lit. expenſ.
Abb. d. c. prudentiam, in prin. Abb. c. 1. extr. de ſent.
& re judica Abb. c. 1. extr. de decim. Pet. de Anchor.
Clem. Ne Romani, de election. Ant. de But. c. ex lite-
ris el. 1. extr. de Sponſalib. Fel. c. 1. num. 54. extr. de
conſtit. Iaſ. l. cum prolatis ff. de re judic.

20 Deinde † opinio Hieronymi Schurff
nulla lege probatur, & certum eſt, illas opi-
niones minimè ſequendas eſſe, quæ lege nō
probantur, *l. diſſentientis. C. de repud. l. illam &*
ibi Iaſ. Dec. & Dd. C. de collation. §. conſideremus
Auth. de trien. & ſemiſſe. c. illa ext. ne ſede vacan-
te c. is qui, de ſenten. excommunicat. lib. 6. quod
uſq; adeò verum eſt, ut nec gloſſæ nec Do-
ctori, quantumvis magnæ authoritatis, fi-
des adhiberi debeat, ſi ipſius ſententia lege
non probatur, *Archidiac. c. nolite 11. q. 3. Bald. l.*
reſpublica. C. ex quib. cau. majo. imò id, quod le-
ge non cavetur, in practica non habetur,
Bal. c. nihil ext. de election. & etiam contra cō-
21 munem opinionem † judicare licet, quæ le-
ge non probatur, *Anc. de But. c. tua noe. col. 2.*
ext. de uſur. And. Barbat. conſ. 10. lib. 2. Nec quic-
22 quam † nobis obſtat text. *l. nobiliores. C. de com-*
merc. & mercatorib. quē text. Hieron. Schurff.
pro ſua ſententia citat. Namq; ille text⁹ ſe-
cundum communem receptam & veriſſimā
ſententiam non procedit, quando Nobiles
fruct⁹ in fundis ſuis propriis natos vel ven-
dere, vel in aliam ſpeciem mutare & ita di-
ſtrahere volunt: ideoq; cum ille textus non
probet opinionem Hieron. Schurff. ſequi-
tur, & opinionem Hieron. Schurff. quæ tan-
tum ſuper illo textu fundatur, corruere.

23 Namq; † deſtructo fundamento, de-
ſtruitur etiam omne illud, quod ſuper iſto
fundamento extructum eſt, *c. cum Paulus 1.*
q. 1. l. legi in prin. ff. de except. rei judic. Præterea
opinio Hieron. Schurff. multis fortiſſimis
rationibus convincitur, ut ex prædictis pa-
tet: & certum eſt, illas opiniones quæ pro-
babilibus rationibus convinci poſſunt, neq;
in judicando, neq; in cōſulendo ſequendas
eſſe, *Ioan. And. Abb. Fel. & Dec. c. 1. extr. de conſtit.*
Bal. c. 1. §. judices de pac. juram. firm. Abb. d. c. pru-
dentiam in pr. Abb. c. Capellanus arg. ill. text. ext.
de feriis, Abb. c. 3. ext. de cenſ. Abb. c. ex literis. el. 1.
ext. de Sponſal. Abb. c. tua noe extr. de uſuris. Abb.
conſ. 1. lib. 1. Alex. & Iaſ. l. cum prolatis ff. de re ju-
dica. Iaſ. Auth. noviſſima nu. 22. C. de inofficio. teſt.
Dec. conſ. 259. nu. c. & conſ. 481. nu. 12. fa. text. l.
Æmilius. ff. de minorib. l. 1. §. ſed neq; C. de veter.
jur. enucl. Et ſic per prædictas rationes con-
cludo, quod non obſtantibus illis, quæ pro
contraria ſententia adducta ſunt, Nobilib.
à B. ſecundum juris cōmunis diſpoſitionem
permitti, cerevisiam præſertim ex frumēto
& lupulo in agris ipſorū propriis nato, co-
quere, aliiſq; maximè verò ſubditis vēdere.

Ad ſecundum dubium reſpondeo, abſq;
omni † dubio conſuetudine introduci poſ- 24
ſe, ut Nobilibus cerevisiam coquere aliiſq;
vendere liceat, etiam poſito, ſed tamen non
conceſſo, Nobilibus ſecundum juris com-
munis diſpoſitionem hoc prohibitum eſſe.
Quam ſententiam confirmat primò † id, 25
quod Dd. noſtri generaliter tradunt, licet
mercatura & negotiatio Nobilibus prohi-
bita ſit, conſuetudine tamen introduci poſ-
ſe, ut Nobilibus mercaturam & negotia-
tionem exercere permittatur, *Cæp. in tract.*
de impera. milit. elig. in materia nobilitatis 18. opi-
nione. Tiraq. in tract. nobilit. quaeſt. 33. n. 21. Hinc
& Poggius Florentinus in lib. ſuo quem de
nobilitate inſcripſit, tradit, apud † Venetos 26
& Genoenſes Nobiles conſuetudine per-
mittente licitè citra vituperium & nobili-
tatis detrimentum mercaturam exercere.
Igitur ſequitur, etiam poſito, ſed tamen nō
conceſſo, quod coquere cerevisiam & co-
ctam vendere, ſpecies mercaturæ ſit, con-
ſuetudine tamen introduci poſſe, ut Nobi-
libus cerevisiam coquere aliiſq; vendere
permittatur. Secundò, hanc ſententiam
confirmat, quod † conſuetudo illum qui 27
alioquin ignobilis eſt, nobilē efficere poſſit,
quod is nobilis reputetur, quem conſuetu-
do loci nobilem reputat, *Bar. l. 1. col. 7. col. 9.*
& col. pen. & ibi Ioan. de Plate. col. 2. C. de dignit.
lib. 12. Bal. conſ. 387. col. 2. lib. 1. Cæpol. in tract. de
impera. milit. diligen. in materia nobilitatis nu. 12.
opinione Ioan. Roma in tract. de nobilita. 4. quaeſt.
princ. & ult. quaeſt. princ. Imm. c. de multa extr. de
præbend. Iacob. de Zocchis c. per venerabilem verſ.
videbatur in 3. quaeſt. & ibi Card. Alex. §. ult. circa
ca antepen. verſ. quæro ergo principaliter extr. qui
filij ſint legitimi. Socin. conſ. 246. col. 1. lib. 2. Dec. c.
novit. 6. notabili ext. de judic. Dec. l. fœminæ. n. 74.

ff.de reg.ju. M. de Afflict. in conſtit. Siciliæ incip. intentionis noſtræ in 6.notab. Matt.de Afflict. c.1. nu. 40. quis dicatur Dux. Carol Ruin.conſ.66 nu. 23. lib. 3. Rochus Curt.in repetit.c.fin.char.5.verſ. ſeptima infertur extr.de conſuetud Franc.Rip lib. 2.reſponſorum.cap.26.col 2. Alciatus l. mercis.ff. de verb. ſignificat.

Quare, cum conſuetudo eum, qui alioquin ignobilis eſt, nobilem facere poſſit, ſequitur, quod multò magis conſuetudo Nobilibus id permittere poſſit, quod ipſis alioquin prohibitum eſt, & per conſequens conſuetudinem Nobilibus permittere poſſe & cerevifiam coquere & aliis vendere, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, Nobilibus ſecundum juris communis diſpoſitionem hoc interdictum ſive prohibitum eſſe.

28 Tertiò, † conſuetudo idem poteſt quod poteſt privilegium. *Oldrad.conſ. 172. Lop. & Card.Clem. 2. de religioſ. dom. Abb.c. accedentes in prin.not.& ibi Fel nu.6 ext.de præſcript.arg.c. duo ſimul.extr.de offic.ordin.c.cum contingat.ext. de for. compet.* Quare cum per privilegium Nobilibus abſq; dubio id permitti poſſit, quod ipſis alioquin prohibitũ eſt, cum privilegium etiam eum, qui penitus ignobilis eſt, nobilem efficere poſſit, *M. de Afflict.c. 1. nu. 41. quis dicatur Dux. Tiraq in tract. de nobilit. cap.6.* ſequitur, etiam conſuetudinem Nobilibus id permittere poſſe, quod ipſis alioquin prohibitum eſt, & per conſequens valere conſuetudinem, quæ permittit Nobilibus cerevifiam coquere aliisq; vendere, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, hoc Nobilibus ſecundum juris communis diſpoſitionem prohibitum eſſe.

29 Quartò, † cum non jure naturali neq; gentium, ſed jure civili tantùm Nobilibus mercaturam atq; negotiationem exercere prohibitum ſit, *arg. d. l. nobiliores. C de commer. & mercat.* atq; cõſuetudo permittens id, quod jure civili tantum prohibitum eſt, indiſtinctè rata ſit, *l. de quibus & ibi Dd. ff. de legibus. §. ex non ſcripto. Inſtit. de jure natur. gent. & civili*, ſequitur, & conſuetudinem permittentem Nobilibus mercaturam & negotiationem exercere ratam eſſe, & per conſequens, valere conſuetudinem, quę Nobilibus permittit cerevifiam coquere aliisq; vendere, etiam, poſito ſed tamen non conceſſo, legem prohibentem generaliter Nobilibus negotiationem ſive mercaturam exercere, intelligi, Nobilibus etiam prohibuiſſe cerevifiam coquere aliisq; vendere.

Quintò, † id quod per ſe illicitum eſt, 30
conſuetudo licitum reddit, *Bart. l ſi pignore. §. fin. arg ill. text ff. de pignor. act idem Bar. l. quis ſit fugitivus. § apud Labeonem. arg. ill. text. ff. de ædil. edict. Ludov. Rom. l. certa conditio. §. ſi nimini & ibi Iaſ ff. ſi cert. pet. Iaſ. L. 1. in pr. nu. 1 ff. quod quis. jur. Iaſ. l certi juris not 4. C. de judic. Tiraq. in tract. de pœn. cau. 42 nu. 10. facit text. c. illa diſtinct. 12 c quinque, diſtinct. 41. c. objiciuntur. 32. q. 4. c. deniq; & ibi gl. diſt 4. l. pignus. & ibi gl ff. C. de pignor actio. gl. c cum venerabilis, & ibi Abb. extr de conſuet. Rom. ſingul. 29. Bal l. 1. quæſt. 3. C. de his quæ ſpec. nomine Alex. conſ. 39 lib 3. conſ. 8. nu. 8. & conſ. 240. nu. 8. lib. 6. Hippol. de Marſil. l. 1. ff. ad l. Corn. de ſicar. Iaſ. l. de quibus nu. 7. ff. de legib. Iaſ. l ſingularia col. antepen. ff. ſi cert. pet. Iaſ. l. at prætor § jurari, nu. 13 & l qui juraſſe, in pr. ff de jurejur. Iaſ l. 1. lect. 1. nu. 62 C. de ſumma Trinit. & fide Cathol. Dyn. c. nam concupiſcentiam ext. de conſtit. Dec. conſ. 170. col. 3. Aymon. Cravet. conſ. 6. num. 103.*

Igitur ſequitur, etiam citra tamen præjudicium veritatis poſito, ſecundum juris communis diſpoſitionem Nobilibus cerevifiam coquere aliisq; vendere prohibitum eſſe: conſuetudinem tamen, quæ Nobilibus permittit cerevifiam coquere aliisq; vendere, valere. Nec obſtat, Nobilibus dominis à B. quod forſan allegari poſſit, tàm ipſos quàm aliós Nobiles habitantes im Ampt L. fuiſſe in mala fide, eo ipſo, quod ipſi contra juris communis diſpoſitionem cerevifiam coxerunt aliisq; vendiderunt.

Omnis † enim is, qui contra juris 31
communis diſpoſitionem quid facit vel præſumit, in mala fide eſſe dicitur, *l. quemadmodum, & ibi gl. C de agric. & cenſit. lib. 11. c. qui contra jura, & ibi Dyn. de reg. ju lib. 6.*

Namq; reſpondeo, † licet ad indu- 32
cendam præſcriptionem bona fides requiratur, *c. fin. & ibi Dd. extr. de præſcript.* in conſuetudine tamen inducenda bonam fidem non requiri, ſed conſuetudinem etiam ab illis, qui in mala fide ſunt, induci poſſe, *Ang. l. de quibus, & ibi Iaſ. nu. 43. & 44. ff. de legibus Calderin. conſ. ult. tit. de conſuet. Abb. c. cum Eccleſia Sutrina nu. 45. ext. de cau. poſſeſ. & proprietat. Abb. c. ſuper quibusdam nu. 9. ext. de verb. ſignific. Alex. conſ. 6 lib. 1 conſ 124 lib. 4. Ægid. Bellemer. conſ. 7. col. pen. conſ 31. in fin. & conſ 41 col. pen. Dec. conſ. 134 Dec. Rub. num. 2. extr. de conſuetud. Franciſ. Bald. in tract. de præſcription. 2. par. quæſt. 10. nu. 7. Aymon. Cravet. in tract. de antiquit. temp. 4. part. §. 1. nu. 16.*

Simi-

33 Similiter non obſtat huic noſtræ ſententiæ,† quod jus coqoendi cereviſiam,ſit jus,habens cauſam diſcontinuam quodq; ea, quæ cauſam diſcontinuam habent,non præſcribantur, niſi ſpatio illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat.

Namq; reſpondeo,licet in præſcribendis juribus cauſam diſcontinuam habentibus, requiratur ſpatium illius temporis,cujus in contrarium memoria non extat,con-
34 ſuetudinem † tamen etiam in his quæ cauſam diſcontinuam habent, indiſtinctè induci,ſpatio longi temporis, *Bart. repetit. l. de quibus nu.14 & ibi Iaſ.nu.42.ff.de legib. Bart. l. 2 nu.16.C quæ ſit longa conſuetudo.Ioan.Fabr.§. ex non ſcripto nu 9. & ibi Ang.nu.10.Inſt.de jur. natur.gent.& civili Corn.conſil.155.& conſ.278. lib.4 Aym.Crav.in tract.de antiquit.temp.4. par. §.1.nu.9.qu.vnvis in hoc contrarium ſed male teneat Alex.conſ.173.lib.6.Dec conſ.483.nu.26.*

Eodem modo non refragatur noſtræ ſententiæ,quod forſan dici poſſet, Nobilibus volentibus cereviſiam coquere,reſiſtere juris communis diſpoſitionem, quæ ꝓhibet Nobilibꝰ cereviſiam coquere aliisq; vendere,quodq; cum præſcriptio, cui juris communis diſpoſitio refragetur, non procedat abſq; titulo,atq; Nobiles à B.ſive pręſcriptionis titulum forſan docere nequeant,ipſi Nobiles a B.ſe nulla præſcriptione vel conſuetudine tueri vel juvari poſſint.

35 Namq; reſpondeo,† licet in præſcriptione,qua quis aliquid contra juris cōmunis diſpoſitionē pręſcribere vult, regulari-
36 ter titulus requiratur,*c.1.de præſcr.lib.6.*† in cōſuetudine tamen, quæ contra jus cōmune inducitur, indiſtinctè titulum non requiri, *Ioan. And.c.fin.ext.de conſuetudine. Oldr. conſ.234.Fel.c.diligenti nu.6.extr. de præſcript. Franc. Bald.in tract. de præſcript.2. parte quæſt. 10.n.5.* Et ſic per prædicta concludo,Nobilibus à B.indiſtinctè permitti cereviſiam coquere aliisq; vendere,ſi ipſi docere poſſint in illo territorio, diœceſi ſive præfectura, in qua ipſi habitant,uſitatum atq; conſuetudine receptum eſſe, quod Nobiles cereviſiam coquant,aliisq; vendant,etiamſi ipſi & titulo & bona fide careant.

37 Porrò † hæc conſuetudo, licet illa juris communis diſpoſitioni refragetur, indiſtinctè ſpacio decem annorum inducitur. Namq; ſpacio decem annorum indiſtinctè quælibet conſuetudo inducitur, licet illa conſuetudo ſit contra jus commune, *Ant.de Bus.c.fin.& ibi Abb.nu.11.extr.de conſuet.Ioan.Fab.§.ex non ſcripto.nu. 9. & ibi Ang. n.11.Inſt.de jur.natura gent.& civili.Corn.conſ. 125.lib.4.Iaſ.l.de quibus nu.43.ff. de legib. Curt. jun.conſ.42.col.pen.Cardin.Pariſ conſ.25 nu.61. lib.1.Hieron.Schurff conſ.47.lib.3. Aym. Crav. in tract.de antiquitat. temp. 4. part.§.1.nu.7.*

Secundum conſuetudinem generalem juris Saxonici receptum † conſuetudi- 38
nem non induci, niſi lapſu triginta annorum anni & dierum.Itaq; ſi iſto loco in quo Nobiles à B. habitant, jus Saxonicum ſervaretur Nobiles a B, cogerentur probare, Nobiles in iſto territorio diœceſi ſive præfectura ultra triginta annos annum & diem cereviſiam coxiſſe aliisq; vendidiſſe:ſin autem in iſto loco jus civile ſervaretur,ſufficeret,ſi Nobiles à B.fidem facerent,in iſto territorio ſive præfectura Nobiles ultra decennium cereviſiam coxiſſe aliisq; vendidiſſe. Ad tertium dubium reſpōdeo,poſi-
to,ſed tamen non conceſſo,† Nobilibus ju- 39
re communi prohibitum eſſe cereviſiam coquere, aliisq; vendere, Nobiles tamen hoc jus præſcribere poſſe, ut ipſis cereviſiam coquere aliisq; vendere permittatur.

Namq; certum, regulariter quodli-
bet † jus præſcribi poſſe, *l.ſicut.& l.omnes C. de præſcript.30.vel 40.annor.* etiamſi hoc jus 40
tale ſit,quod præſcribens ſecundum juris communis diſpoſitionem habere,vel quaſi poſſidere nequit, *c.1.de præſcript.lib.6.* à qua regula cum non reperiatur jus coquendi cereviſiam exceptum, ſequitur, & jus coquendi cereviſiam præſcribi poſſe; regulæ enim juris ſemper inhærendum & ſecundum eam & judicandū & pronunciandum eſt,niſi de exceptione doceatur,*l.ab ea parte. ff.de probation.l.ſicut quoq;.§.puto ff de hered.inſtituen.Iaſ.l.ex quacunq;.nu.33 ff.ſi quis in jus vocat.non ierit.Dec.l.1 ff de reg.ju.*

Deinde quoq;† legibus cautum repe- 41
rimus,omnia illa præſcribi poſſe, quæ per privilegium acquiri poſſunt, *Abb.& Fel.c.accedentes extr.de præſcript.Franc.Bald. in tract. de præſcript.5.par.5.part.pr.quæſt.1.cum ſimil.alleg.*

Qoare cum Nobilibus abſq; omni dubio tale privilegium concedi poſſit, ut ipſi cereviſiam coquere aliisque vendere poſſint,ſequitur Nobiles etiam hoc jus pręſcribere poſſe,ut ipſis cereviſiam coquere aliisq; vendere liceat.

Præterea, † cum ipſa Nobilitas præ- 42
ſcriptionem acquiri poſſit, ſicut hoc tradit *Tiraq.in tract.de nobilit.in 14.quæſt.* certè multò magis is, qui jam Nobilis eſt, hoc pręſcri-

Digitized by Google

bere poteſt, ut ipſi hoc permittatur; id quod Nobilibus alioquin interdictum eſt, & per conſequens Nobiles jus coquendi& vendendi cerevisiam præſcribere poſſe, etiamſi ipſis cerevisiam & vendere & coquere, ſecundum juris communis diſpoſitionem prohibitum ſit. Nec obſtat huic noſtræ deciſioni, quod nulla præſcriptio curram cum mala fide, *c.fin.txt.de præſcript.* quodque cũ is, qui quid contra jus facit vel poſſidet, in mala fide præſumatur, *l. quemadmod. C. de agric.& cenſ. lib.11.* Nobiles jus coquendi & vendendi cereviſiam, poſito, illud jure communi ipſis prohibitum eſſe, præſcribere nequeant.

43 Namq; reſpondeo † ex quaſi poſſeſſione ſive curſu longi temporis bonam fidem præſumi, etiamſi poſſidenti jus commune refragetur, *Innoc.c.2.extr.de in integr. reſtitut. Abb.c.conſultationibus.nu 8.extr.de ju.Patro. Abb. conſ.89.col.3.lib.1. Alex.conſ.151.lib.2.conſ.16. col.8.lib.5.conſ.78.col.fin.lib.6. Aret.conſ.63.col. pen.* Cum itaq; Nobiles à B. non tãtum longo ſed etiam longiſſimo tempore fuerint in quaſi poſſeſſione juris & coquendi & vendendi cereviſiam, ſequitur ipſis præſcriptionem malæ fidei non obeſſe, ſed hanc præſumptionem alia & fortiori præſumptione bonæ fidei ex curſu ſive quaſi poſſeſſione non modò longi, verùm etiam longiſſimi temporis non obſtante præallegata præſomptione malæ fidei hoc jus tam coquendi quàm vendendi cereviſiam præſcripſiſſe. Conſulo tamen Nobilibus à B. ut ipſi hanc præſumptionem bonæ fidei allegant.

44 Namq; † præſumptio bonæ fidei nunquã patrocinatur, niſi ei, qui hanc præſumptionem allegat, *Bald.& Ang. l. ſuper longi.C. de præſcript.long.temp.Iaſ.l.cum quid nu. 17.ff.ſi cert. pet.*

45 Deinde † non obſtat huic noſtræ deciſioni quod forſan dici poſſit, Nobilibus volentibus cereviſiam coquere, aliiſq; vendere, juris communis diſpoſitionem refragari, quodq; cum ſemper in præſcriptione requiratur titulus eo caſu, quando poſſidenti jus commune reſiſtit, *c.1.de præſcription. lib.6.* Nobiles non aliter jus coquendi & vendendi cereviſiam præſcribere poſſint, niſi ipſi huius præſcriptionis titulum probant, & per conſequens Nobiles à B. cum ipſi hujus juris titulum docère nequeant, hoc jus minimè præſcripſiſſe.

Namq; reſpondeo, licet eo caſu, quando poſſidenti jus commune reſiſtit in præſcriptione, requiratur titulus, hoc tamen procedere tantum eo caſu, quando poſſidenti jus commune & in genere & in ſpecie, de qua agitur, reſiſtit, ſecus autem eſſe, quando jus commune non reſiſtit expreſsè poſſidenti in ea ſpecie, de qua agitur, licet poſſidenti in genere reſiſtat: tunc enim præſcriptio indiſtinctè abſq; titulo procedit, *Bald.l.1.nu 18 C.de ſervit. & aqua. Pet. de Ancher.c.fine poſſeſſione de regul. jur. lib.6. Fel.c. ſi diligenti.nu.3.extr. de præſcript.*

Quare cum in noſtro caſu non expreſſè reperiatur Nobilibus in ſpecie prohibitum cereviſiam coquere aliiſq; vendere, & ſic, jus commune in ſpecie non refragatur Nobilibus coquentibus & vendentibus cereviſiam, ſequitur, Nobilibus abſq; omni dubio etiam citra titulum præſcribere jus coquendi & vendendi cereviſiam. Deinde certum eſt, 40. annorum præſcriptione etiam abſq; titulo præſcribi illud jus, quod præſcribentem poſſidere jus commune prohibet, *Ant.de Bus.c.pervenit. extr. de cenſib.*

Quare cum Nobiles à B. eorumq; majores ultra quinquaginta annos fuerunt in quaſi poſſeſſione coquendi & vendendi cereviſiam, ſequitur, ipſos abſq; omni dubio præſcripſiſſe hoc jus, etiamſi ipſi hujus juris titulum probare non poſſent: Item etiamſi ipſis jus commune refragetur. Porrò, hoc jus coquendi & vendendi cereviſiam ſecundum juris Saxonici diſpoſitionem præſcribi ſpacio 30. annorum unius anni & dierum.

Namq; † ſecundum conſuetudinem generalem in terris Saxonicis receptam etiam jura diſcontinua, ſive cauſam diſcontinuam habentia, indiſtinctè præſcribuntur ſpacio 30. annorum unius anni & dierum. Secundum verò juris communis diſpoſitionem Nobiles habentes titulum juris coquendi & vendendi cereviſiam, hoc jus præſcribunt ſpacio longi temporis, decem nempe annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes. 46

Namq; etiam jura diſcontinua ſive cauſam diſcontinuam habentia ab eo, qui horum jurium titulum verum habet, præſcribunt ſpacio longi temporis, *Paul.de Caſt. l.ſervitutes.ff.de ſervit. Cap.in tract. de ſervit.urban prædior.cap.19.nu.9. Franc.Balb.in tract. de præſcript.2.par.4.par.principal quæſtio.1.nu.4.* Sin autem illi Nobiles qui hoc jus coquendi & vendendi cereviſiam præſcribere nolunt, hujus juris nullum titulum habeant, licet primâ fronte dici poſſet, illos hoc jus

non

non præſcribere, niſi ſpacio illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, eam ob cauſam, quia hoc jus coquendi & vendendi cauſam diſcontinuam habet. Et clari juris eſt, ea, quæ cauſam diſcontinuam habent, non præſcribi niſi ſpacio illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, *gloſ. & Dd. l. ſervitutes. ff. de ſervitut. gloſ. & Dd. l. 2. C. eod. tit.* Ego tamen hac ratione non obſtante, verum eſſe judico, jus & vendendi & coquendi cereviſiam præſcribi ſpacio 30. annorum ſecundum juris communis diſpoſitionem etiam ab eo, qui hujus juris titulum non habet.

Namq; hoc jus coquendi & vendendi cereviſiam, potius perſonæ quàm prædii utilitatem reſpicit. Et certum eſt, ea jura, quæ potius perſonæ quàm prædii utilitatem reſpiciunt, indiſtinctè ſpacio 30. annorum præſcribi, etiamſi præſcribens titulo careat,

47 Quæ ſententia probatur. Primò ex eo, † quod Dd. communiter tradunt, jurisdictionem, quæ per ſe cauſam diſcontinuam habet, cum illa potius perſonæ quàm prædii utilitatem reſpiciat, etiam abſq; titulo præſcribi ſpacio 30. annorum, *Cynus l. 2. q. 6 C. de ſervitut. Bart. l. juſto. §. non mutatis ff. de uſucapion. Aret conſ. 153. incip. conſultatio: col. fin. verſ. 2. permittendum. Corn. conſ. 268. num. 23. lib. 4. Cæpol. in tract. de ſervitut. urb. prædio. nu. 9. cap. 19.*

Secundò, hanc ſententiam confirmat id, quod traditur licet jus confirmandi Epiſcopum diſcontinuum ſit, cùm tamen illud non prædio ſed perſonæ Archiepiſcopi debeatur. 48 In præſcriptione† tamen huj⁹ juris non requiri lapſum illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, ſed ſufficere lapſum longiſſimi temporis triginta annorum nempè, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie decidit *Domin. c. non eſt de conſuetud lib. 6. & refert atq; ſequitur Aufrerius in deciſ. Tholoſan. quæſt. 324.*

49 Tertiò, hanc ſententiam probat † id, quod traditur, licet jus collectandi diſcontinuum ſit, cum tamen hoc, jus non prædio ſed perſonę debeatur, illud cum titulo ſpacio longi temporis, & abſq; titulo ſpacio longiſſimi temporis 30. annorum nempè præſcribi, ſicut hoc decidit *Alexan. conſ. 68. lib. 2. Felin. c. cum nobis extr. de præſcript. Curt. junior conſ. 60. col. 2. in fin. Tiraquel. in tract. de utroq. retractu 1. par. §. 36. gl. 2. nu. 41. Aymon. Crav. in tract. de antiquit. temporis 4. par. §. materia iſta, nu. 31. & 32.*

Quartò huc accedit, † quod jus piſcandi 50 in flumine publico abſq; titulo præſcribatur ſpatio 30. annorum, licet illud jus diſcontinuum ſit, *gl. fin. l. ſi quiequam ff. de diverſ. & temp. præſcript. gl. §. fluminum. Inſtit. de rerum diviſio.* Quintò, ad hanc ſententiam confir- 51 mandam adduci poteſt id, quod † traditur, jus venandi & aucupandi, quod per ſe diſcontinuum eſt, abſq; titulo præſcribi ſpacio 30. annorum *Hieron. Schurff. conſ. 1 lib. 3.*

Sextò, pro hac ſententia confirmanda facit id, quod Dd. tradunt † jus piſcandi eo 52 caſu, quo illud non prædio, ſed perſonis familiæ, nempè Nobilium & incolis alicujus civitatis aut pagi debetur, præſcribi cum titulo ſpacio longi temporis & abſq; titulo ſpacio longiſſimi temporis 30 annorum nempè, *Paul. de Caſtro conſ. 444. incip. in cauſa quæ vertitur col. 3. in fin. lib. 1. conſ 3 incip in cauſa quæ vertitur coram Domino Poteſtatis Pergami. & conſ 112. incip. ſuper primo videtur dicendum, dictam ſententiam col. 2. poſt medium lib. 2. Aym. Cravet. conſ. 4. nu 5. lib. 2.*

Septimò, hanc ſententiam confirmat 53 & id, quod Dd. tradunt, † jus incidendi ligna in ſylva vel nemore, alterius debitum perſonis, familiæ nempè Nobilium vel incolis alicujus civitatis vel pagi præſcribi ſpatiò longiſſimi temporis 30. annorum nempè, *Alber. de Roſa. l. ſicut, § ſi quid univerſitati. ff. quod cujusq; univerſ. nom. Card. Pariſ. conſ. 111. nu. 65 lib. 1.*

Octavò, hæc ſententia & alia ratione comprobatur. Namq; Dd. magis communiter tradunt, † in præſcriptione illius juris, 54 quo quis præſcribere vult, ut incolæ alicujus loci civitatis vel pagi ad ſuum molendinum vel furnum accedere cogantur, quod jus per ſe diſcontinuum eſt, non requiri lapſum ill. temporis, cujus in contrarium memoria non extat, ſed ſufficere curſum longiſſimi temporis 30. annorum nempè, *Abb. c. Abbate S. Sylvani extr. de verb. ſignif. Cæpol. in tract. de ſervit. urb. prædior. c. de furn. Iaſ. l. quò minus. nu. 32. & ibi Ripa ff de flumin. Guido Papa q. 298. & q. 631. Alber Brun. conſ. 56. Iacob. de S. Georgio in tract. feud. ver. & cum venationibus Fran. Balb. in tract. de præſcript. 4. par. 5. par. princ. q. 5. nu. 3. Aym. Cravet. in tract. de antiquit. temp. § materia iſta nu. 99.* Et ſic per prædicta concludo, Nobiles jus & vendendi & coquendi cereviſiam etiam ſecundum juris communis diſpoſitionem abſq; titulo hoc jus coquendi & vendendi cereviſiam, ſpacio 30. annorum præſcribi poſſe.

Cæterum, cum conſuetudo & præſcriptio non ſint contraria, Nobilibus a B. permiſſum eſt, ſimul & ſemel allegare & conſuetudinem & præſcriptionem, *Bal. l.1. C. de ſervis fugit. Franc. Balb. in tract. de præſcription. 1. par. q. 10. nu. 12.*

55 Quoad quartum dubium † videtur dicendum, Nobilibus à B. ſi ipſi in pagis ſuis merum & mixtum imperium & omnimodam juriſdictionem habeant, permitti tale ſtatutum condere, ne ſubditi ipſorum ab aliis quàm ipſis cereviſiam emant.

56 Quæ ſentent. confirmatur primò ex eo, quod Dd. communiter tradunt, † valere ſtatutum, quo cavetur, ne ſubditi extraneis ſive forenſibus res ſuas vendant, *Bart. l filiusfamilias § divi q. 3. & ibi Ang. Imm. Alex. & Iaſon, lect. 1. nu. 71. & lect. 2 nu. 106. ff. de legat. 1. Ioan. Andr. Pet. de Anchor. & Dominic. & Philip. Fr. in c. fin de jurejur. Calc lib. 6. Bar. Bal. & Salicet. l. dudum arg. ill. text. C. de contrah. empt. Bart. l ſi in emptione § 1. & ibi Bal. Salicet. & Alex. arg. ill. text eo tit. Bart. l. in quorum ff de pignor. Bart. l. ſi quis ita §. ea lege. ff. de verb. oblig. Bart. l. ult. C. de exact. tribu lib. 10. Bart. l. 2. C. de prædiis novicul. lib. 11. Alex. conſ. 103 nu. 6. lib. 2. conſ. 78. col. 1. & conſ. 152. col. 1. eo. lib. 1. Dec. conſ. 661. col. 1. fa. text. l. 1. C. non licere habitato. Metrocomiæ. lib. 11. cum ſimilib. alleg. per Tiraquel. in tractat. de utroq; retractu in præfatione 1. partis num. 18.*

57 Quare cum † emere & vendere correlativa ſint, atq; diſpoſitum de uno ex correlativis, etiam in alio correlativorum locum habeat, *l fin. & ibi Iaſ. & Dd. C. de indicta vidu tollen. l. 1. & ibi Bart. C de cupreſſ. lib. 10. l. fin. & ibi Bar. ff. de acceptilation.* ſequitur, ſimili modo valere ſtatutum prohibens ſubditis, ne ipſi cereviſiam vel aliam rem à forenſibus ſive extraneis non ſubditis nempè, emant.

Secundò hanc ſententiam probat *text l. mercatores C. de commerc. & mercatorib.* Namq; cum, ut ex illa lege colligitur, lex civilis prohibens ſubditis Romano Imperio quid emere ab illis, qui Romano imperio ſubjecti non ſunt, valeat, videtur dicendum, ſimili modo valere ſtatutum prohibens ſubditis à non ſubditis quid emere.

Tertiò, hanc opinionem confirmat id, quod Dd. tradunt, valere ſtatutum, quo cavetur, ne ſubditi vinum, oleum, frumentum, vel quid aliud extra territorium portent vel vendant, *Hoſtienſ. Ioan. And. Anto. de But. de Inno. c. 2. & ibi Fel. nu. 22. ext. de conſtitut. Bart. l. fin. arg. ill. text. ff. de decret. ab ordine faciend. Bar. l. mercatores arg. ill. text. C. de commer. & mercator. fa. text. l. 1. C. quæ res exportar. non debeant.*

Igitur videtur dicendum, ſimili modo valere ſtatutum, quo cavetur, ne ſubditi cereviſiam vel quid aliud extra territorium ſive pagos noſtros emant, ſed in territorium ſive pagos noſtros importent.

Quartò, † cum ordinata charitas incipiat à ſeipſa, *l præſes. C. de ſervis. & aqua. c. ſi non licet 23. quæſt. 5. Socin. conſ n. nu. 7. conſ. 26. nu. 2. lib. 1. & conſ. 8. nu. 6. lib. 3. Corn. conſ. 282. nu. 5. lib. 1. & conſ. 141. num. 7. lib. 2. Albert. Brun. conſ. n 4. nu. 423. & conſ. 117. nu. 163. Card. Pariſ. conſ. 26. nu. 32. lib. 1.* 58

Et ordinata charitas plus amet ſe in ungue pedis, quàm adverſarium in vertice capitis, *Bal. conſ. 312. incip. viſis actis col. 1. lib. 4.*

Et Alpibus ille canat, qui ſe plus diligit ullum, *Bal. conſ. 399. col. 1. lib.* . Receptum eſt, & eum qui ſe plus altero diligit, dolum non intelligi committere, *Paul. de Caſt. conſ. 192. incip verba oppoſita col. 2. lib. 1. Aymon. Crav. conſ. 5 nu. 16. lib. 1.* Et ſtatutum ex ordinata charitate factum, ratum eſſe, licet illud alterius præjudicium reſpiciat, *Ioan. And. Hoſtienſ. & Ant. de But. c. dilecti & ibi Abb. nu. 7 ext. de arbit. Matt. de Afflict. c. 1. § poſt natalem nu. 9. de pace tenenda. Matt. de Afflict. deciſion. Neapolita. 290. Sigiſmund Neapol. conſ. 25. nu. 7. & 6.*

Quare, cum edictum ſive ſtatutum prohibens ſubditis, ne ipſi ab aliis quàm à Dominis ſuis Nobilibus nempè, cereviſiam emant, ex ordinata charitate factum ſit, ut videlicet lucrum quod ex emptione cereviſiæ provenit, potius ipſis dominis quàm extraneis ſive forenſibus acquiratur, ſequitur, hoc ſtatutum indiſtinctè ratum eſſe, licet illud aliorum præjudicium reſpiciat.

Quintò, cum diſpoſitum de rebus & in perſonis quoq; locum habeat, *l. qui furere & ibi Albert. de Roſa. & Bald. ff. de ſtatu homin. l. ſi quis filio exhæredato. §. pen ff. de injuſto rupto irritoq; facto teſt. l. ſi quis in §. ſi ita legatum ff. de legat. 1.* atq; † ſecundum legitimas ſanctiones, cuilibet licitũ atq; permiſſum ſit, de rebus ſuis pro ſuo libitu diſponere etiamſi hoc tendat in præjudicium illius, qui ex illis rebus lucrũ percepit, *l. Imperatores. ff. de ſervit. urbanor. prædior. l. 1. §. Deniq; l. 2. §. pe. & l. ſi in meo. ff.* 59

de aqua

de aqua plu. arcen. l. fluminum. §. fin. cum duab. legib. ſequent. ff. de dam. infect.

Sequitur eodem modo cuilibet licitum atq; permiſſum eſſe, pro ſuo libitu diſponere de perſonis ſuis ſive ſibi ſubditis, etiamſi hæc diſpoſitio reſpiciat præjudicium perſonarum non ſubditarum. Et per conſequens ſtatutum ſive edictum quo cavetur, ut ſubditis non ab extraneis ſive à non ſubditis, ſed ipſis dominis ſuis Nobilibus cereviſiam emant, ratum eſſe.

Sextò, cum privatis, qui habent peculiare dominium rerum ſuarum, permittatur alteri inferre illud lucrum, quod ipſe ex re ſua ſive occaſione rei ſuæ percipit, *l. 1. Denig, l 2. §. pen. & l. ſi in meo ff de aqua pluv. arcen. l. fluminum. §. fin. cum duabus legib ſequent. ff de dam infect.* videtur multò magis dicendum, Nobilibus, qui in illis pagis, quos in feudum acceperunt univerſale dominium habent, *arg. ejus quod tradit Cat l. 1. § fin. ff. de rei venditat. Bal. Alex. Iaſ. Dec. & Dd. l. 1. C. unde legitim.* licitum atq; permiſſum eſſe, aliis auferre illud lucrum, quod ipſi ex pagis ſuis vel occaſione pagorum ſuorum ab incolis nempè pagorum ſuorum percipiunt.

61 Namque Nobiles aliis non deterioris ſed plerumque melioris conditionis ſunt, ſicut hoc latè tradit *Tiraquel in tract. de Nobilit. capit. 20.*

Quare cum edictum factum à Nobilibus, ne illi qui pagus ſuos incolunt, ab illis qui ipſis ſubditi non ſunt, cereviſiam emant, privet non ſubditos illo lucro, quod ipſi ex illis rebus, in quibus Nobiles ſaltem univerſale dominium habent, pagis nempè ſuis ſive occaſione pagorum ab illis nempè qui hoſce pagos incolunt, percipiunt, videtur dicendum, hoc edictum licitum eſſe.

62 Septimò, cum in omnibus diſpoſitionibus id, quod principaliter fit & attendendum & ſecundum illud de tota diſpoſitione judicandum ſit, *arg. l. Iulianus. ff. de in integ. reſtitut. l. ſi quis nec cauſam in princip. & ibi Iaſ. Dec. & Dd. ff. ſi cert. petat. l. 1. §. inde quærit. ff. de exercit. actio.* ille actus qui alteri præjudicium affert, non principaliter ſed ſecundariò perinde habendus eſt, atq; ſi ille alteri nullum præjudicium adferret, *gloſ. fin. c. quamvis de pact. lib. 6. Iaſ. l. nec quisquam l ubi decretum. col. 6. ff. de offic. proconſul. Iaſon l ſi quis nec cauſam. in princ. num. 8 ff. ſi cert. petat. Iaſon l. decem. ff. de verbor. obligat. Dec. l generaliter. col. 3. C. de inſtitution. & ſubſtitution. Aymon. Cravet. in tract. de antiquitat. temp. 4. part. §. circa præmiſſa num. 15.*

Igitur cum prædicta prohibitio fiat principaliter in favorem ipſorum Nobilium prohibentium atq; ſecundariò tantum præjudicet civitatibus, videtur dicendum, hanc prohibitionem perinde valere, atq; ſi hæc prohibitio nulli præjudicium afferret.

Octavò, † cum ſubditi ſive coloni 63 volentes res ſuas ſive fructus ſuos vendere, cogantur illas res ſive illos fructus potius vendere Domino ſive ſuperiori ſuo quàm alteri, *l. 1. & ibi Bart. C. de metall. & metalla. lib. 10.* videtur dicendum ſimili modo incolas alicujus pagi volentes cereviſiam vel quid aliud emere, cogi illud potius à Domino ſive ſuperiori ſuo quàm ab alio emere.

Namq; emere & vendere correlativa ſunt, & diſpoſitum de uno ex correlativis, etiam in alio correlativorum locum habet, *l. fin. & ibi Bart. Iaſ. & Dd. C. de indict. viduit. tollen.*

Nonò, hanc ſententiam confirmat id, quod Dd. tradunt, † valere ſtatutum, 64 quo cavetur, ut ſubditi pro molendo frumentum non ad molendina extraneorum ſed ad molendina ipſius ſtatuentis accedat, *Bal inter conſ Pet. de Anchor. c. 11 Pet. de Anchor. c. 1. ext. de conſtitution. Alex. conſ. 211. nu. 11. lib. 2. Aymon. Cravet. in tractat. de antiquitat. temp. 4. parte. §. circa præmiſſa Ioan. Calderin. conſil. 21. tit. de conſtitution. cui conſilio ſe etiam ſubſcripſit Pet. de Anchora.*

Ex quo videtur ſimili modo inferri ſtatutum quo cavetur, ut ſubditi cogantur cereviſiam à Domino ſive ſuperiore ſuo non autem ab extraneis emere.

Nec obſtat huic deciſioni id, quod forſan dici poteſt, † cum ſtatutum prohi- 65 bens ſubditis cereviſiam ab aliis quàm à dominis ſuis emere, refragatur juri communi tale ſtatutum à Nobilibus juriſdictionem habentibus condi non potuiſſe.

Namq; certum eſt, Magiſtratus ſuperiorem recognoſcentes, licet illi juriſdictionem perpetuam habeant, contra jus commune ſtatuta condere non poſſe, *Hoſtienſ. & Ioan. And. c fin. ext de offic. Archidiac. Ioan. And. in add. ad Speculat. Rub. de Bald. conſ. 330. lib 4. Curt ſenior conſ. 79. col. fin. Martin. Lauden in tract de princ. §. 92. Albert. Brun. conſ. 108. lib. 3. Bald. & Iaſ. l. omnes populi. ff de juſt. & jur, Abb. conſ. 1. num. 3. lib. 2. Alexan. & Iaſ l. ne-*

l. nemo poteſt ff. de legat. 1. Alex. conſ. 17. nu. 14. lib. 4. conſ. 34. nu. 4. lib. 6. & conſ. 90. lib. 7. Fel. 1. 1. extr. de reſcript. Fel. c. quod ſuper his ext. de majo. & obedien. Iaſ. l. 1. C. de precib. Imperator. offer. Iaſ. l. apertiſsimi C. de judic. Dec. l. 1. in prin. nu. 20. ff. quod quiſq; jur. Dec. Rub. nu. 22. C. qui admit. Dec. c. quæ in Eccleſiarum extr. de conſtit. Aymon. Crav. conſ. 103. nu. 2. lib. 1. Ad hoc enim contrarium reſpondeo, ſtatutum prohibens ſubditis ab aliis quàm ab ipſis ſtatuentibus dominis nempè illorum ſubditorum cerevisiam emere, non refragari juris communis diſpoſitioni. Namq; per hoc ſtatutum auffertur aliis illud lucrum, quod lucrum ipſi ex rebus vel perſonis ſive etiam occaſione rerum vel perſonarum illorum dominorũ percipiunt: & certum eſt, ſecundum juris communis diſpoſitionem cuilibet licitum & permiſſum eſſe, auferre aliis illud lucrum quod alii percipiunt ex re, vel perſonis ſuis: item, & illud commodum, quod alii percipiunt occaſione rerum ſive perſonarum ſuarum.

Et ſic per prædicta videtur concludendum, Nobilibus habentibus merum & mixtum Imperium, permitti tale ſtatutum condere, ut ſubditis ſuis non ab extraneis ſed potius ab ipſis Nobilib⁹ cereviſiam emant, quod abſq; dubio procedit eo caſu, quando Nobiles tale ſtatutum condunt cum conſenſu ſubditorum ſuorum. Namq; certum eſt, omnes Magiſtratus inferiores cum conſenſu ſubditorum ſuorum etiam contra jus commune ſtatuta condere poſſe, *Dec. l. 1. in prin. nu. 22. ff. quod quiſq; jur. facit id quod tradit Bart. l. omnes populi. nu. 8. ff. de juſt. & ju. Archidiaco. c. certè 12. q. 1. Dom. c. placuit 12. q. 2. Aymon. Cravet. in tract. de antiquitat. temp. 4. par. §. circa præmiſſa.*

66 In quinto dubio concludo, † compromiſſum ſive conventionem inter civitatem C. & inter C. & L. à B. non nocere M. & C. à B. Namq; licet in prædicta conventione ſive compromiſſo prædicti C. & L. à B. cum illi eſſent Rei, receperũt in ſe onus probandi, ipſis competere jus coquendi & vendendi cereviſiam, atq; in probatione defecerint, tamen hoc nec ipſis quidem C. & L. à B. multò verò minus M. & C. à B. nocere debet. Certi enim juris eſt, reo nihil obeſſe, licet ipſe onus probandi, quod in ſe recipit, non adimpleverit, nec ipſum eam ob cauſam condemnari poſſe, niſi Actor intentionem ſuam planè probet, *gloſ. Bart. Florian. & Dd. l. circa ff. de probation. Bar. Alex. Iaſ. & Dd. l. divus. ff. de re judica. Bald. l. 1. col. 19. verſ. & cum quæritur. C. de confeſſ. Ab c. 2. & ibi Fel. nu. 36. & Dec. nu. 12. & 13. extr. de reſcript. Dec. c. licet cauſam nu. 24. verſ. quartò fallit. extr de probation.*

Ad ſextam quæſtionem † reſpondeo, 67
prædicta mandata ſive reſcripta Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Archiepiſcopi Magdeburgenſis M. & C. à B. nihil obeſſe, nec per illam præſcriptionem juris coquendi & vendendi cereviſiam interruptam fuiſſe.

Primò, quia hæc reſcripta ſunt res inter alios acta, & certum eſt, quod res inter alios acta aliis non præjudicet neq; noceat, *1. C. res inter alios acta.*

Secundò, quia certum eſt, reſcripta, epiſtolas ſive mandata Principum vel Archiepiſcoporum rei judicatæ autoritatem non obtinere, *l. 2. & l. programma. C. commin. epiſt.*

Tertiò, † quia ad conceptionem ſive 68
promulgationem hujus mandati ſive reſcripti Nobiles à B. citati non ſunt, & certi juris eſt, ſententiam etiam in cauſis ſummariis prolatam non valere, neq; ulli præjudicare, niſi illi, de quorum præjudicio agitur, ad illam ſententiam citati ſive vocati fuerint, *l. 1. §. item cum ex edicto ff. quæ ſentent. ſive appellatio. reſcind. c. cum olim, & ibi gloſ. ext. de teſtib. Clem. ſæpe de verb. ſignificat. Abb. c. conſuluit & ibi Dec. nu. 8. extr. de probat. Roman. ſingular. 367. incipien. citatur quis. Alex. l. ſi finita §. Julianus col. 11. ff. de dam. infecto.*

Quartò, † quia certum eſt, per reſcri- 69
ptum ſive mandatum Principis vel Archiepiſcopi regulariter non interrumpi præſcriptionem, *l. ſicut verſ. nec ſufficiat. C. de præſcription. 30. vel 40. anno gl. Authen. de exhiben. re. in prin. & ibi Ang. Fel. 1. illud. extr. de præſcript. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 3. par. 6. par. prin. quæſt. 4. prins. verſ. quæro igitur primo. num. 4.*

In ſeptimo dubio concludo, † non 70
Nobilibus à B. incumbere onus probandi, quod ipſis jus & coquendi & vendendi cereviſiam competat, ſed civitatem C. probare cogi, quod Nobilibus à B. non liceat cereviſiam coquere & vendere. Ad quam ſententiam tenendam moveor primò, quia Civitas C. partes Actoris, Nobiles verò à B. partes Rei obtinent.

Et certum eſt, quod Actori non autem Reo onus probandi incumbat, *l. qui accuſare & ibi Iaſ. Dec. & Dd. C. de eden. l. actor. & ibi Bald. & Dd. C. de probation. c. 2. extr. ut Eccleſ. benef. ſive demin. conſ.*

Secun-

71 Secundò,† ad hanc ſententiam confirmandam facit, quod Nobiles à B. ſunt in quaſi poſſeſsione vendendi & coquendi cereviſiam, quodq; legibus expreſsè cautum eſt, poſſeſsionem ab onere probandi relevare, *§. commodum. Inſtitut. de interdict. l. is qui deſtinavit. ff. de rei vendication. l. final. C. eo. tit.*

Tertiò, quia Nobiles à B. non modò nullam habent præſumptionem juris contra ſe, ſed ipſi habent expreſſam non tantùm præſumptionem, ſed & diſpoſitionem juris pro ſe, quod ipſis cereviſiam coquere liceat.

Quare,† cum quaſi poſſeſsio jurium incorporalium indiſtinctè & abſque dubio relevet ab onere probandi eo caſu, quando huic quaſi poſſeſsioni nulla juris præſumptio refragatur, *l. circa, & ibi gloſ. verb. ingenium. ff. de probation. l. liberis. §. final. ff. de libera. cau. l. moveor. C. de ſer. exportand. Bart. & Iaſ. l. ſi prius. ff. de oper. nov. nunciat. Bald. & Alexand. l. Titia. ff. ſol. matrimo.* ſequitur, & hanc quaſi poſſeſsionem juris coquendi & vedendi cereviſiam ipſos ab onere probandi relevare. 72

CONSILIUM QVADRAGESIMUM QVINTUM.

Pro Illuſtriſ. March. G. F. ut ſucceſſori in bonis feudalibus Illuſtriſ. M. A. contra civitatem N. concernentem ditionem Illuſtriſ. M. A.

SUMMARIA.

1. Primæ quæſtionis explicatio & deciſio uſq; ad n. 49. ubi deciditur. 2. quæſtio, uſq; ad n. 51. ubi tertia & quarta uſq; ad n. 77. ubi quinta, & n. 78. ubi ſexta.

2. Cauſa pacis quàm favorabilis, ubi pulchrè, & n. ſeqq. & n. 30. 35.

3. Laus Socini junioris Præceptoris D. Schraderi.

4. Conſtitutio Imp. de pace facta VVormat. anno 1521. de impunitate ejus, quod contra bannitum præſumitur & num. 39.

5. Ad defenſionem ſuam & ſuorum factum, legitimè factum cenſetur.

Declaratur. num. 43.

6. Secundum facta præterita, & præſentia & futura æſtimantur.

Fallit num. 42.

7. Accingentem ſe ad lædendum nos vel res noſtras, impunè lædimus, & repellimus etiam in itinere, num. 9.

Declaratur. num. 44.

8. Terror armorum juſtus juſtam defenſionis cauſam præbet.

Declaratur. num. 45.

10. Injuriam etiam leviſſima perſonæ illata, quàm gravis.

11. Timor belli æquiparatur bello præſenti.

Declaratur num. 46.

12. Secundum Senecam bello ipſo pejor eſt.

13. Incendio orto, cuilibet permittitur domum vicini, quæ inter ſuam eſt & flagrantem arcendi incendij gratia deſtruere.

Declaratur num. 47.

At hoc caſu vicinia ædium domino damnum reſarcire cogitur.

14. Quando pro defenſione noſtra etiam innocen-

centem & pugnæ aſtantem lædere & occidere liceat. & n. 48.

15. *Sententia banni ex conſtit. Imper. noviſs. contra vaſallum aliquem feudi poſſeſsorem lata, Item, & occupatio bonorum feudalium banniti agnatis jus ſuccedendi in feudum habentibus, præjudicare non debet.*

16. *Bona feudalia banniti ſecund. conſtit. novel. Imp. qualiter domino feudi quoad bannitus vivit, applicentur, & eo mortuo ad agnatos redeant.*

17. *Vſuſfructuarius cauſam proprietatis deteriorem facere non poteſt.*

18. *Nec eo abuti, & n. 20.*

19. *Imò ne formam quidem mutare.*

21. *Emphyteuta non poteſt ſilvas fundi Emphyteutici extirpare, etiamſi Emphyteuticum fundum meliorem hoc modo facere velit.*

22. *Vaſallus feudi conditionem deterioris reddentis pœna.*

23. *Marito non licet abuti rebus dotalibus.*

24. *Nec patri in rebus quas filio poſt mortem ſuam titulo fideicommiſſi reſtituere gravatus eſt.*

25. *An liceat ædificia in fundo alterius exſtructa, propria auctoritate deſtruere, & n. ſequen.*

26. *Nemo ſibi ipſi jus dicere poteſt.*

27. *De probatione Defenſionis.*

28. *Imperatoria Majeſtas facilè quem defendere poteſt.*

29. *Semper illa idonea & ſolvendo eſt.*

31. *Papa in præjudicium non ſubditi diſpenſare non poteſt.*

32. *Nec Magiſtratus ſtatutum condere vel abrogare.*

33. *Nec Imperator abſoluta poteſtate uti.*

34. *Magiſtratus non poteſt cogere forenſem, ut alteri cautionem de non offendendo præſtet.*

36. *Vicini banniti ſecund. conſt. Imp. læſis à bannitis contra bannitum auxilium præſtare coguntur.*

37. *Niſi agnati eius vel cognati ſint.*

38. *Sub diſpoſitione generaliter concepta agnationis.*

Ius exceptum ſemper intelligitur.

Illuſtratur valdè eleganter.

40. *Per conſtitutionem generalem ſpecialioribus nunquam derogatum cenſetur.*

49. *De pœna fractæ pacis, & qualiter in eam quis incidat.*

50. *Quælibet cauſa colerata etiam beſtialis, quem à dolo & pœna corporali excuſat.*

52. *Damna belli ei imputanda, qui primus bellum movit.*

Declaratur num. 67.

53. *Pacem ſub pœna datam rumpenti, pœna, & num. 68.*

54. *Bello ſedato an & quando damna hinc inde data reſici non debeant, & n. 69.*

55. *Pro damno illato agi non poteſt, quando hoc habet admixtam culpam illius, cui id illatum eſt. Declaratur nu. 70.*

56. *Culpa non poteſt imputari ei, qui quid facit pro damno futuro vitando.*

Declaratur num. 73.

57. *De ordinata charitate & n. 74.*

58. *Vtrum & in quantum quis ex delicto conveniri poſſit, inſpiciendum tempus delicti perpetrati.*

59. *Spes ſuccedendi in agnatis, quoad hæreditaria bona improbabilis eſt, nec æſtimationem recipit, ſecus quoad feudalia, & nu. 75. ubi ratio.*

60. *Actio perſonalis ratione rei vel delicti circa rem perpetrati competens, nunquam ſequitur ſingularem ſucceſſorem.*

61. *Damnum alicui inferens, id reſarcire cogitur.*

62. *Remediis opportunis non utens in dolo præſumpto eſt, & tenetur læſo ad damna & intereſſe.*

63 *Vtrum juſtum bellum gerens, teneatur damnum alteri illatum, reſarcire.*

64. *Cauſa publicæ utilitatis.*

65. *Papa auferens alicui Eccleſiaſticum beneficium, cogitur illi de alio ſimili beneficio providere.*

71. *Provocatus delinquens regulariter non excuſatur.*

72. *Conventus ex uno delicto ad damnum reſarciendum, exceptione alterius diverſi delicti, removeri ab agendo nequit.*

76. *Quomodo propter damnum rei illatum in re habens agere poſſit, ipſo jure vel interveniente ceſſione.*

78. *Actione injuriarum quid vindicari poſſit.*

CASUS NOBIS PROPOSITUS, ſuper quo juris informatio petitur, talis eſt, Civitas N. ejuſq; ſocii & confœderati Illuſtri M. A. bannito imperii bellum intulerunt, eum ex ditione ſua expulerunt, & omnibus arcibus, munitionibus atque civitatibus captis, omniq; ditione ipſius in poteſtatem ſuam redacta, omnes munitiones præfati Illuſtris M. A. magnis ſumptibus extructas, item, omnes arces, tam munitas quàm non munitas omniaq; ædificia immediatè ad Illuſtrem M. A. ſpectantia deſtruxerunt atque ſolo adæquaverunt. Silvas præfati Illu-

Illuſtris M. A. immodicè excidendo arbores fructiferas, præſertim verò quercus vaſtaverunt, venationum & piſcationum uſum immoderatis & intempeſtivis venationibus & piſcationibus ferè inutilem reddiderunt. Præterea & incoles præfatæ ditionis Ill. M. A. novis immoderatis atq; inuſitatis exactionibus, collectis, mulctis, angariis & perangariis gravaverunt, eorumq; facultates hiſce gravaminibus majori ex parte exhauſerunt.

Quare quæritur primò, utrum civitas N. ejusq; ſocii & confœderati prædicta jure facere potuerint.

Secundò, utrum ſi civitati N. ejusque ſociis & confœderatis prædicta facere non licuerit, ipſa civitas N. unà cum ſociis & confœderatis ſuis in pœnam fractæ pacis inciderint.

Tertiò, cum Illuſtris M. A. defunctus ſit atque illius ditio omniaq; bona feudalia ad Illuſtrem M. G. F. tanquam proximiorem agnatum pervenerint, utrumnè Illuſtri M. G. F. ejusque agnatis Illuſtriſſimis Electoribus & Principibus permittatur civitatem N. ejusque ſocios & confœderatos propter vaſtatam ditionem Illuſtris M. A. deſtructas munitiones & ædificia, ſylvas extirpatas, piſcationes & venationes deteriores redditas, incolas novis & innſitatis exactionibus, aliisque gravaminibus exhauſtos, pro ipſorum Intereſſe in jus vocare,

Quartò, utrum civitas N. eorumq; ſocii & confœderati cogi atq; compelli poſſint arces, munitiones & ædificia ab ipſis diruta, deſtructa & ſolò æquata, reficere atque in priſtinum ſtatum reſtituere aliaq; damna illata prædictæ ditioni Illuſtris M. A. reſarcire.

Quintò, qua actione N. conveniri poſſint.

Sextò, cum hæc deſtructio & devaſtatio à N. eorumq; ſociis & confœderatis facta ſit conjuncta cum maxima ignominia atque dedecore totius Illuſtriſſimæ familiæ M. utrumnè Illuſtr. M. permittatur injuriarum actione contra N. eorumq; ſocios & confœderatos experiri.

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QUO NIHIL FELIX FAUSTUMQVE.

QVOAD PRIMAM quæſtionem prima fronte videtur dicendum, N. eorumq; ſociis & confœderatis licuiſſe optimo
1 jure † arces & munitiones Illuſtris M.A. diruereq & ſolo adęquare.

Primò, quia N. eorumq; ſocii & confœderati cauſa pacis & ad vitandas prædationes & rapinas, quæ ex dictis munitionibus fiebant, haſce munitiones deſtruxerunt & ſolo adæquaverunt. Namq; ſi Ill. M. A. hominibus coactis prout N. metuebant, haſce munitiones recuperaſſet, ſicut N. eorumq; ſociis & confœderatis impoſſibile fuit, haſce munitiones contra M. A. impetum tuere, ipſe Ill. M. A. hiſce munitionibus fretus longè facilius pacem publicam turbare atq; N. eorumq; ſocios & confœderatos lædere & offendere quàm alioquin potuiſſet.

2 Ideoq; † videtur dicendũ, N. potuiſſe optimo jure cauſa pacis conſervandæ præfatas munitiones Ill. M. A. deſtruere & ſolo adæquare. Cauſa n. pacis facta juſtè facta cenſentur, & cauſa pacis etiam alioquin prohibita, permiſſa ſunt, *c. quod ſicut. in fin pr. ext. de elect. c. his quæ. ext. de major. & obed. c. niſi eſſent. & ibi Ant. de But. & Abb. ext. de præbend. c. hæ quippe 3 q. 6. c. 1. & c. ecce 23. q. 4. Soc jun conſ. 68. n. 21. & n. 158. lib. 3 Abb. c quia. n. 2. extr. de conſang. & affin. Card. Pariſ conſ 68. n. 130. lib. 4.* Ideoq; cauſa pacis vel faciendæ vel conſervandæ Magiſtratibus licitum eſt, bona aliqua ſubditis ſuis etiam ipſis non conſentientibus, auferre aliisq; concedere, *Bald. l. bona à Zenone. C. de quadrien. præſcriptio. Alex. conſ. 94. lib. 5. Iaſ. l. Barbatius. n. 24. ff. de offi. Prætor. Iaſ. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. n. 82. ff. de lib. & poſthum. Iaſ. l. 2. n. 16. C. de in jus vocan.* quod tamen alioquin licitum non eſt; ſimiliter & cauſæ pacis componendæ vel conſervandæ permittitur Magiſtratui damna & injurias illatas ſubditis ſuis, etiam ipſis non conſentientibus remittere, *Bald. Ang. & Iaſ. l. conventionum. ff. de pact. Angel. l.*

venditor. §. final. ff. com prædio. Angel. l. Antiochenſium ff. de Privileg. credito. Petr. de Anchor. c. Canonum Statut. 1. extr. de conſtitutio. Pet. de Anchor. c. peccatum. de reg. jur. lib. 6. Petr. de Anchor. conſ. 161. Iaſ. l. Barbarius. num. 25. Iaſ. d. §. & quid ſi tantum. num. 80. Eodem modo licet Bannitus vel deportatus ab Imperatore reſtitutus non recuperet bona, in alium quolibet titulo à fiſco translata.

Cauſa tamen pacis conſervandæ Bannitus & deportatus ab Imperatore reſtitutus, omnia bona ſua, quæ ipſe propter deportationem vel Bannum amiſerat, etiam illa, quæ à fiſco quolibet titulo in tertium translata ferunt, recuperat, *Bald. c. 1. ver. Privilegia omnia arg. ill. text. de pac. conſtant. Ludov. Rom in. l. ſed ſi hac. §. liberos. ff. de in jus vocan. Abb. c. 1. arg. ill. text. extr. de paroch. Aret. d. §. & quid ſi tantùm. & ibi Iaſ. num. 79. Bart. l. quæcunq. C. de fide inſtrumentor. lib. 10. Iaſ. d. l. Barbarius. num. 281.*

Huc accedit, quod licet Imperatori alioquin non permittitur, pœnas pecuniarias parti applicandas illi, qui in haſce pœnas incidit, remittere non conſentiente illa parte, cui hæ pœnæ applicari debent, *gl. Bald. Iaſ. & Dd. l. 2. C. de in jus vocan. Bald. & Iaſon l. reſcripta. C. de precib. Imper. offerend.*

Hoc tamen de cauſa pacis vel faciendæ vel conſervandæ Imperatori facere permiſſum eſſe, *Iaſon d. §. & quid ſi tantùm numer. 81. idem Iaſ. d. l. 2. num. 14. C. de in jus vocand.*

Eandem ſententiam confirmat, quod licet ſecundum Conſtitutiones novellas ſacri Ramani Imperii Imperatori non permittatur, Bannitum Imperii illa parte, id, cujus utilitatem ſententia Banni lata fuit, non conſentiente, à ſententia Banni abſolvere, prout hoc expreſsè cautum eſt in Conſtitutione regia de pace facta Wormatiæ Anno 1495. & in Conſtitutione Imperiali de pace facta Wormatiæ Anno 1521. & in ordinatione Imperii facta Auguſtæ ſuper judicio Camerali Anno 1548. lib. 2. cap. 15. Imperatori tamen cauſa pacis conſervandę hoc facere permiſſum eſſe, *Socin. junior conſ. 68. num. 16. cum num. ſequentib. lib. 3.*

Ex quibus omnibus videtur dicendum, N. eorumque ſociis & confœderatis licitum fuiſſe, cauſa pacis conſervandæ munitiones Illuſtris M. A. deſtruere & ſolo adæquare.

Secundò, † hanc controverſiam quaſi in ſpecie decidere videtur excellentiſſimus noſtræ ætatis. Jureconſultus dominus atque Præceptor meus dominus *Marianus Socin. jun. conſ. 68. num. 158. lib. 3.* ubi concludit, propter conſervandam pacem atq; quietem publicam, permiſſum eſſe iis, qui arces atq; munitiones Bannitorum cœperunt, haſce arces vel munitiones captas deſtruere.

Tertiò, † hanc eandem ſententiam videtur comprobare Conſtitutio Imperialis de pace facta Wormatiæ An. 1521. in qua hæc verba ſcripta reperiuntur: Aber dem Beſchedigten ſampt ſeinen Verwandten vñ Helffern ſol in mitler Zeit/ auch für vnd ehe die Declaration folgt/ gegen denſelben Thätern vnd Friedbrechern / nach den jhren vnd deren Mithelffern vnd Enthaltern/ ſein Gegenwehr vnd Verfolgung zu thun/ zu friſcher That/ oder wenn er ſeine Freunde vnd Helffer haben mag / ſolchs auch allenthalben an Churfürſten / Furſten vnnd Stände des Reichs des wiſſens zu haben/ auszuſchreiben/ zu erkundten / vnbenommen/ nicht ververbotten / ſondern gentzlich vorbehalten ſeyn. Es ſollen auch dieſelben Beſchedigten jhre Verwandter vnd Helffer durch ſolch jhr beſchehen Gegenwehr/ Verfolgung vnd Handlung (wo die Beſchedigung vnd Friedebruch kundbar vnnd offenbar / oder ſich nochmals erfind) in keine Poen gefallen/ nicht gefreuelt/ noch alsdann nichts verwircket haben.

Ex quo textu ſatis liquet, parti læſæ vel offenſæ non tantùm defenſionem, ſed etiam vindictam atque omnia alia contra Bannitum licita & permiſſa eſſe.

Quare, cum Illuſtris M. A. Banno Imperiali ſubjectus fuerit, ex illo textu videtur ſequi, N. eorumque ſociis & confœderatis licitum fuiſſe, arces & munitiones Illuſtris M. A. diruere, ditionem illius vaſtare, ſylvas extirpare, venationes & piſcationes deteriores reddere, multas exactiones aliaque gravamina imponere, & ſimilia etiam majora contra ipſum intentare.

Quartò, † id quod quis ob defenſionem vel ſuam vel ſuorum facit, juſtè atque legitimè factum cenſetur, *l. ut vim. & ibi Bart. Bald. Iaſ. & Dec. ff. de juſt. & jur. l. ſcientiam. §. qui vim aliter. ff. ad leg. Aquil. l. 1. & ibi Bart. & Bald. C. unde vi. c. 1. § ſi quis homines. de pac. ten. in uſib. feud. c. olim, ext. de reſtitut. ſpoliato.*

ſpoliato. c. 1. & ibi. Abb. extr. de divort. 2. & ibi Abb. & Felin. c. ſignificaſti. el. 2. & ibi gl. Abb. & Fel. extr. de homicid. Sed N. eorumq; ſocii & confœderati ob defenſionem ſuam & ſuorum prædictas munitiones Illuſtris M. A. diruerunt. Igitur videtur, ipſos juſtè feciſſe. Et quod N. eorumq; ſocii & confœderati ad defenſionem ſuam præfatas munitiones deſtruxerunt, ſatis ex eo liquet, quod N. impoſſibile fuit ipſorum ſumptibus, præſidiis aliiſque repreſſariis, præfatas munitiones firmare atque haſce munitiones contra hoſtilem impetum tueri.

Quare, cum Illuſtris M. A. etiam ſæpè acie cæſus, & exercitu amiſſo, novum exercitum conſcripſerit, atque bellum contra N. eorumque ſocios & confœderatos inſtauraverit, N. probabiliter timuerunt, ne Illuſtris M. A. exercitu novo conſcripto & hominibus coactis munitiones amiſſas vi recuperaret, atque ex illis majorem plagam, quam antea & ipſis N. & eorum ſociis & confœderatis inferret.

6 Secundum † enim facta præterita & præſentia & futura æſtimantur, *l. ſive poſſidetis. & ibi Bartolus & Baldus C. de probatio. c. ſcribam. & ibi gloſſ. Abb. & Felin extr. de præſumptio. cap. qui ſemel malus. & ibi Dyn. de regul. jur. lib. 6. Bartol. Alexand. & Iaſ. l. ſi prim. ff. de oper. nov. nunc.*

Igitur ſequitur, N. optimo jure licuiſſe ad defenſionem ſuam præfatas munitiones Illuſtris M. A. diruere & ſolo adæquare.

Quintò, hanc ſententiam confirmat id, quod traditur, non tantùm eum, qui nos lædit vel offendit, ſe etiam eum, qui
7 ſe † accingit vel præparat ad lædendum vel offendendum nos, pro defenſione noſtra interficere vel lædere permiſſum eſſe, *Bald. l. in lege. argum. ill. text. ff. de locat. & conduct. Iaſ. l. ut eum. ff. de juſt. & jur.*

Quare, cum Illuſtris M. A. etiam ſæpius acie victus, ſe ſemper præparaverit atque accinxerit ad ditionem ſuam recuperandum N. ſocios & confœderatos eorum lædendos, videtur dicendum, N. licuiſſe pro defenſione ſua arces atque munitiones Illuſtris M. A. deſtruere & ſolo adæquare.

Sextò, negari non poteſt, quin N. ſaltem terrore armorum atque metu belli ipſis inpoſterum ab Illuſtri M. A. inferendi, munitiones Illuſtris M. A. diruerunt,
8 & certum eſt, quod † terror armorum juſtam cauſam defenſionis præſtet, *Corn. conſ. 162. num. 23. lib. 1.*

Septimò, hanc ſententiam confirmat id, quod traditur, † licitum atque permiſſum 9 eſſe, illi, qui nobis vim inferre, atque in res noſtras impetum violentum facere nititur, etiam antequam ad res noſtras appropinquet, in itinere occurrere, eumque quolibet modo ab inferenda violentia repellere, *Bald. l. 1. num. 29. C. unde vi. arg. ff. conſtat. ff. de Publican. l. 3. §. transfugas. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. l. quis ſit fugitivus. §. idem ait. ff. de ædil. edict.*

Quare, cum perſonæ omnibus rebus præſtantiores ſint, *§. fin. Inſtit. de jur. natur. gent. & civil. l. juſtiſſimè. ff. ædil. edict.* atque omnis etiam † leviſſima injuria perſonæ 10 illatæ gravior cenſetur, quolibet pecuniaria damno, *l. in ſervorum. ff. de pœn.* & permittatur pro defenſione noſtra perſonam illius, qui nos lædere nititur, repellere, etiam ante vim illatam, videtur dicendum, N. eorumq; ſociis & collegis multò magis licitum fuiſſe pro defenſione ſua diruere arces atq; ædificia Illuſtris M. A. qui ſemper viſus fuit, ut data occaſione N. eorumque ſocios & confœderatos læderet.

Octavò, † metus ſive timor belli æqui- 11 paratur bello inſtanti ſive præſenti, *Petr. de Anchor. conſ. 87. incip. promiſſa. Alexand. l. divortio. ff. ſolut matrim. Andr. Barb. in addit. ad Bald. c. 1. §. vaſalli, qui pro tempore, de pac. conſtant. Iaſ. & Dec. l. 2. C. de tranſactio. Dec. conſ. 355. Albert. Brun. conſ. 127. num. 169. arg. l. continet. §. fin ff. quod metus cauſ. l. metus. ff. ex quibus cauſ. major. l. noviſſimè. § ſi quis compulſus. & ibi Bald. ff. quod falſ. tut. auth. geſt. l. Pœdius. in princip. ff. de incendio rui. & naufrag. uno teſte Seneca:* † Timor belli eſt peior 12 ipſo bello.

Sed dubium non eſt, quin N. eorumq; ſociis & confœderatis omninò licitum fuiſſet, munitiones Illuſtris M. A. funditùs diruere, ſi poſt captos haſce munitiones Illuſtris M. A. N. eorumq; ſociis & confœderatis bellum intuliſſet, & N. contra ipſius Illuſtris M. A. impetum & oppugnationes prædictas munitiones præſidiis firmare & tueri non potuiſſent.

Igitur videtur dicendum, cum N. eorumq; ſocii & confœderati occupatis captiſq; hiſce munitionibus ſemper timuerint, ne Ill. M. A. data occaſione exercitum conſcriberet & vi armata, dictas munitiones recuperaret N. eorumq; ſociis & con-

fœderatis licitum fuiſſe, rimore hujus belli auferendi prædictas munitiones diruere.

Nonò, pro hac ſententia adduci poteſt id, quod legibus cautum eſt, cuilibet
13 permitti † incendio orto domum vicini, quæ eſt inter domum ſuam propriam & inter illum locum, in quo incendium ortum fuit, arcendi incendii atque defendendi domum ſuam gratia, deſtruere, *l. ſi quis. §. 1. & ibi Bald. ff. ad leg. Aquil. l. alius. §. eſt & alia. & ibi Bart. ff. quod vi aut clam. l 3. §. quod autem. ff de incend. rui. & naufrag. Bald. l. ad comparandas. nu 3. C. Mandat. Speculat. §. 1. num. 58. de act. Abb. c. 1. extr. de immunitat. Eccleſiar. Angel. in tractat. de malef. ver. incendiario. num. 10. Felin. c. ſignificaſti. num. 14. extr. de homicid. Felin. c. ſua nos. extr. eod. tit. Auguſt. Arimin. in add. ad. Ang. in tr. de malef. ver. & dictus Titius. nu. 34. add. ad Abb. 1. ſi egreſſus. extr. de injur.* Unde videtur dicendum, N. eorumque ſociis & confœderatis licitum fuiſſe, munitiones Illuſtris M. A. diruere nulla habita conſideratione, quod Illuſtriſſimi M. Electores & Duces Illuſtris M. A. agnati de hiſce bonis, utpote feudis antiquiſſiis ſimultaneè inveſtiti ſunt.

Decimò, hanc ſententiam confirmat id, quod Dd. in longè fortioribus terminis tradunt, non tantùm eum, qui nos offen-
14 dit, vel lædit, ſed etiam alium penitùs † innocentem vel aſtantem forſan rixæ vel ſe interponentem bono animo ad diruendum rixam, pro defenſione noſtra licitum eſſe lædere vel occidere, ſi aliter periculum vitare non poſſumus, *Angel. l. 1. argum. ill. text. junct. gloſ. fin. C. ad leg Cornel. de Sicar. Iaſ. l. ut vim. num 33. ff. de juſt. & jur. Auguſt. Arimin. in addit. ad Angel. in tractat. de malef. ver. & dictus Titius ſe defendendo. num. 34.*

Quare videtur dicendum, multò magis licuiſſe N. eorumque ſociis & confœderatis pro defenſione ſua arces munitas Illuſtris M. A. deſtruere, non obſtante hoc, quod Illuſtriſſimi M. agnati Illuſtris M. A. jus ſuccedendi & ſimultaneæ inveſtituræ habent.

Undecimò, hanc ſententiam comprobat id, quod tradunt Dd. ei, † qui læditur vel offenditur, ſi ſe alio modo defendere nequeat, permitti, puerum vel quem alium aſtantem arripere, illum adverſario objicer, atq; illo veluti clipeo quodam adverſarii JCtus excipere, *Angel. Aret. in ſua diſputatione incip. Aſt alus gamne aggreſſus. Fel. c. ſignificaſti. cl. 2. nu. 4. extr. de homicid. Dec. d. l. ut vim. n. 9.*

Duodecimò, pro hac ſententia etiam adduci poteſt id, quod traditur, extructum vel ædificatum etiam in fundo alieno in præjudicium juris noſtri ſive ſervitutis, quod jus vel ſervitutem nos in ſundo alieno habemus, pro defenſione juris vel ſervitutis noſtræ propria authoritate diruere nobis permiſſum eſſe, *Petr. de Anchor. Clem. 2. de cenſib. Abb. c. 1. extr. de ju. immunit. Ang. §. æquè. num. 17. & ibi Anton. cujus in add. Inſtit. de actio. Petr. Raven. in ſuo breviar. ſuper denota. conſ. 2. verſ. & nota unam pulchram.*

Et licet hæc & ſimilia, quæ pro hac ſententia adduci poſſent, fortiter urgere videantur, ego tamen his & ſimilibus, quæ pro hac ſententia allegari poſſent, non obſtantibus, veriſſimum judico, N. eorumq; ſociis & confœderatis non licuiſſe capta jam & in ſuam poteſtatem redacta univerſa ditione Illuſtris M. A. arces aliaq; ædificia in præfata ditione exiſtentia tàm munita quam non munita authoritate propria deſtruere & ſolo adæquare. Multò verò minùs illis permiſſum fuiſſe, ſylvas extirpare vel vaſtare, venationes, piſcationes immodicis & intempeſtivis venationibus & piſcationibus deteriores reddere & ſubditorum ſive incolarum facultates exhaurire immodicis exactionibus, collectis, mulctis, angariis & perangariis aliisq; gravaminibus.

Quæ † ſententia primò ꝓbetur per text. 15
expreſſum in declaratione Imperiali de pace publica facta Norenb. An. 1522. *ſub Rubr.* So der Kreiß Heuptleute vnd Raht zu gemelter Exemption Büchſen / Büchſenmeiſter / Pulvers vnd anders bedürffen würde / ubi textus formaliter inquit: Wo es aber Lehengüter weren / als ſo davon nicht weiter dann Nutzung / ſo auſſerhalb der Vnterhaltung des Lehens vbrig ſeyn würde / des lebenlang dem ſie zu ſolcher Zeit allein oder in gemeinſchafft zugehörig weren / zu ſolchem der Zirckel gegen gewendt mögen werden / aber ſonſt dem Lehenherrn an ſeinem Eigenthumb auch den andern Lehenserben an ihren Lehensgerechtigkeiten vnd ſonſt menniglichen an ſeinen wiſſentlichen vnd erfundigen Gerechtigkeiten / ſo ſich anders dieſelben den gewaltigen Thätern vnd Beſchedigungern durch den Inhaber des Lehens heupt nicht theilhafftig gemacht hetten / ſolches alles vnnachtheilig ſeyn.

Idem

Idem dicit text. in eadem declaratione de pace publica facta Norenbergæ Anno 1522. *ſub Rubr.* Dem Lehenherrn auch andern/ ubi textus dicit: So auch in allen obgemelten Fällen die wiſſentlich Landfriedbrecher/ Thäter/ Helffer oder jhre Anhalter/ auch des Reichs declarirt Echter einige Lehengüter beſeſſen oder inhetten/ alsdann ſolchs in allwege dem Lehenherrn an ſeinem Eigenthumb vnd annemung deſſelben/ auch den Lehenserben an ſeinen Lehen/ darzu ſonſt menniglichen an ſeinen wiſſentlichen vnnd ausfündigen Gerechtigkeiten/ ſo ſich anders dieſelbigen der gewaltigen Thätern/ Friedbrechern vnd jhren wiſſentlichen Anhaltern oder erklerten Echtern nicht hülfflich oder beyſtendig erzeiget hetten / vnnachtheilig ſeyn.

Ex quibus Conſtitutionibus ſatis liquet atq; patet, quod ſententia Banni contra aliquem vaſallum feudi poſſeſſorem lata: Item, & occupatio bonorum feudalium Banniti non debeat præjudicare neque damnum inferre agnatis ipſius vaſalli, qui in illis feudis ſimultaneam inveſtituram vel jus ſuccedendi habent.

Sed certum eſt, quod per ſententiam Banni: item, per occupationem bonorum feudalium Banniti, maximum præjudicium fieret agnatis Banniti, ſimultaneam inveſtituram in hiſce bonis habentibus, ſi illis, qui hæc bona occupaverunt, permitteretur, ædificia tam munita quàm non munita, maximis ſumptibus extructa diruere, ſylvas exſtirpare, venationes & piſcationes immodicis & intempeſtivis venationibus & piſcationibus deteriores reddere, incolarum facultates immodicis exactionibus, collectis, mulctis, angariis, perangariis, aliisq; gravaminibus exhaurire.

Igitur ſequitur, illis, qui Bannitorum bona feudalia occuparunt, prædicta minimè licere facere, & per conſequens, N. eorumque ſocios & confœderatos in bonis feudalibus Illuſtris M. A, Banniti Imperii ab ipſis occupatis, hæc & ſimilia in præjudicium agnatorum Illuſtris M. A. reſpicientia nullo jure præſumpſiſſe.

Secundò, hæc ſententia confirmatur ex eo, quod Conſtitutionibus novelli Imperii expreſsè cautũ eſt, bona feudalia banniti, domino feudi quoad Bannitus vivit, applicari, atque illi, ad cujus gratiam ſententia Banni lata fuit, tantum fructus ſive reditus, qui deductis neceſſariis impenſis ſuperſunt, quoad vivit Bannitus, præſtandos, mortuo Bannito hæc bona ad agnatos illius proximiores ſimultaneam inveſtituram habentes, redire debere, prout hoc expreſsè diſpoſitum eſt, in Conſtitutione de pace publica facta Wormatiæ Anno 1521. *Rubr.* Die Poen aller Friedbrecher / *& in ordinatione ſuper judicio Cameræ facta Auguſt. Anno 1548. cap. 19. lib. 2.*

Cum itaque is, qui tantùm habet jus percipiendi fructus ſive reditus ex aliqua re, non aliter uti debeat, quàm quilibet bonus paterfamiliâs illa re uſus fuiſſet, ſi illa res ipſius propria eſſet, *l. 1. §. cavero. ff. uſusfruct. quemadmod. cave. junct. l. idem eſt. ff. eod. tit.* & nullus bonus paterfamiliâs ædificia ſua munita vel non munita magnis ſumptibus extructa deſtruat, multò verò minùs ſylvas extirpat, venationes & piſcationes deteriores reddit, vel ſubditos ſuos immodicis exactionibus, collectis, mulctis, angariis, perangariis, aliisvè gravaminibus exhauriat, ſequitur, N. eorumq; ſociis & confœderatis, qui nihil aliud juris in ditione Illuſtris M. A. habuerunt, quam ut ipſis dominus feudi Imperator nempè, fructus ſive reditus ex iſta ditione perceptos, qui deductis neceſſariis ſumptibus & impenſis ſupereſſent, præſtaret, nullo modo licuiſſe arces ſive ædificia tam munita quàm non munita Illuſtris M. A. diruere, ſylvas extirpare, venationes & piſcationes deteriores reddere, & incolas ditionis illius occupatæ novis & immoderatis exactionibus, collectis, mulctis, angariis & perangariis gravare.

Tertiò, hanc ſententiam comprobat text. *l. æquiſſimum. §. fructuarius. ff. de uſufr.* ubi textus inquit, † Fructuarius cauſam 17
proprietatis deteriorem facere non debet, meliorem facere poteſt. Et aut fundi eſt uſusfructus legatus aut alterius rei. Et ſi quidem fundi uſusfructus legatus eſt, non debet neque arbores frugiferas excidere, neque villam diruere, neque quicquam facere in perniciem proprietatis.

Quare, cum uſufructuario, qui majus jus in iſta re, cujus uſusfructus ad ipſum ſpectat, habet, quam is, cui ex re aliqua jus percipiendi fructus ſivè reditus competit, in iſta re habeat, *arg. l. feudi Trebatiam. & ibi Bart. ff. de uſufruct. lega. gl. l. ſi quis ita. ff. de uſufru.* non liceat neque arbores frugiferas excidere, neque ædificia vel ullas illius fundi, in quo uſumfructum habet, diruere,

neque aliud quicquam præſumere, ex quo jus proprietatis deterius efficeretur, ſequitur, quod N. eorumq; ſociis & confœderatis, qui nullum aliud jus in ditione Illuſtris M. A. habuerunt, quam ut ipſis à domino feudi Imperatore nempe, fructus ſive reditus ex illa ditione percepti, quoad Illuſtris M. A. viveret, præſtarentur, multò minùs licuerit arces ſive ædificia præfatæ ditionis tàm munita quàm non munita diruere, arbores frugiferas excidere, aliaq; præſumere, ex quibus ipſa ditio M. A. deterior efficeretur.

Quartò, hæc ſententia confirmatur per textum *l. ſi pendentes. §. 1. ff. de uſufruct.*
18 ubi textus inquit, quod † uſusfructuarius re, in qua uſumfructum habet, neque abuti, neque contumelioſè vel injurioſè uti debeat.

Cum itaque N. eorumque ſocii & confœderati minus jus habuerint in ditione Illuſtris M. A. quam habet uſusfructuarius in illa re, cujus uſusfructus ad ipſum ſpectat,

Et prædictæ deſtructiones arcium & ædificiorum tàm munitorum quàm non munitorum, vaſtationes ſylvarum, venationum & piſcationum, item, exactiones, collectæ, mulctæ, cæteraq; gravamina incolis illata, non tantùm ditionem Illuſtris M. A. deteriorem reddiderint, ſed etiam ad contumeliam & injuriam Illuſtriſſimæ familiæ M. qui de hac editione ſimultaneè inveſtiti ſunt, redundent, ſequitur, hæc à N. eorumq; ſociis & confœderatis nullo jure præſumpta.

Quintò, hanc ſententiam comprobat textus *l. æquiſſimum §. ſed ſi ædium. ff. de*
19 *uſufruct.* ubi deciditur, † uſufructuario ædium ſive ædificii, in quo uſumfructum habet, ne formam quidem mutare vel transformare licere.

Igitur ſequitur, N. eorumque ſociis & confœderatis, qui in ditione Illuſtris M. A. ne jus uſusfructus quidem habuerunt, multò minùs licuiſſe ædificia, tàm munita quam non munita præfatæ ditionis diruere & ſolo adæquare,

20 Sextò, † hæc ſententia etiam corroboratur per textum *l. ſed etſi quid. §. mancipiorum. de uſufruct.* ubi Jureconſultus expreſsè decidit, eum, qui mancipiorum aliquòrum uſumfructum habet, non debere hiſce mancipiis abuti, ſed illis ſecundum conditionem illorum uti.

Quare, cum N. eorumque ſocii & confœderati in ſubditis Illuſtris M. A. minus jus habuerint quàm habet uſusfructuarius in illa re, cujus uſusfructus ad ipſum ſpectat, ſequitur, N. eorumque ſociis & confœderatis non licuiſſe ita abuti ſubditis Illuſtris M. A. ſicut illis abuſi fuerunt, imponendo illis immoderatas & inuſitatas exactiones, collectas, mulctas, angarias, perangarias, cæteraque gravamina.

Septimò, hæc ſententia comprobatur per textum *l. divortio. §. ſi feudum. ff. ſolut. matrimon.* ubi in fortioribus terminis deciditur, ne marito quidem, qui conſtante matrimonio fundi dotalis dominus eſt, permitti arbores fructiferas ex fundo dotali excidere.

Igitur multò minùs licuit N. qui in ditione Illuſtris M. A. non tantum jus habuerunt quantum habet maritus in fundo dotali, ſylvas Illuſtris M. A. vaſtare, arbores fructiferas ex illis excidendo.

Octavò, ad hanc ſententiam confirmandam adduci poteſt id, quod tradit *Bald. l. 1. & ibi Iaſ. num. 39. C. de jur. emphyteu.* ubi præfati Doctores in fortioribus terminis concludunt, † Emphyteutæ, qui 21
utile dominium in fundo emphyteutico habet, non permitti ſylvas fundi emphyteutici extirpare, licet illo loco ſylvatum extirpatarum vineas plantare atque fundum emphyteuticum meliorem efficere velit.

Nonò, hæc ſententia confirmatur ex eo, quod traditur à Doctoribus noſtris communiter, ne vaſallo quidem, qui in bonis feudalibus utile dominium habet, licere † ædificia bonorum feudalium di- 22
ruere, arbores excidere, incolas feudorum immoderatis exactionibus, collectis, mulctis, angariis vel perangariis gravare aut alio modo feudi conditionem deteriorem reddere, quinimò, ſi vaſallus contrafecerit, concludunt, Dd. communiter ipſum omni jure ſuo, quod in hiſce bonis habuit, privandum, *Innocent. & Gemin. c. ad Apoſtolicæ. argum. illius text. de ſentent. & re judic. lib. 6. Bald. Alvarot. Præpoſit. & Matth de Afflict. c. 1. ff. quicunq; advocatiam. argum. illius text. de pace tenen. Bald. c. final. extr. de ſenten. & re judic. Bald. Alexand. & Iaſ. l. divortio. §. ſi fundum ff. ſolut. matrimon. Paul de Caſtr. Iaſ. & Dec. authent. qui rem. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Socin. conſil. 272. numer. 9. lib. 2. Iacob.*

de S.

de S. Georg. in tractat. feud. ver. quæritur etiam. num. 2. verſ. dictiq; vaſalli. num. 36. Curt. in tractat. feudal. 4. part. num. 44. Zaſ. in tr. feud. 10. part. num. 54. Iaſ. in præl. feudor. n. 68. Matth. de Afflict. c. 1. §. fin. num. 41. quib. mod. feud. amitt. Matth. de Afflict. c. 1. §. licet. nu. 15 ſi de feud. defunct. Matth. de Afflict. deciſ. Neapolitan. 265. num. 72. Socin. jun. conſil. 134. num. 38. lib. 3. fac. text. l. idem. & ibi Bald. C. de locat. & conduct. cap. propter ſterilitatem. & ibi Abb. extr. eod. tit. l. cognoſmimus. C. de mancip. & orig. lib. 1. l. eos. C. de aquæduct. lib. 11. l. hoc amplius. in princip ff. de damn. infect. l. Imperator. ff. ad Senatuſconſ. Trebell. l. ſi cum dotem. §. ſi verò. l. ſi conſtante. §. ſi maritum. ff. ſolut. matr. l. final. C. de ſent. paſ. l. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.

Quare ſequitur, multò minùs licuiſſe N. eorumq; ſociis & confœderatis in ditione Illuſtris M. A. in qua ipſi habuerunt, neque utile dominium neque uſumfructum, ſed tantùm jus percipiendi reditus ſive fructus à manu domini feudi pro tempore vitæ M. A. ædificia tàm munita quàm non munita deſtruere ſylvas, venationes & piſcationes vaſtare, incolas immoderatis & inſuſitatis exactionibus, collectis, mulctis, angariis & ſimilibus gravaminibus vexare, vel alio modo conditionem hujus ditionis deteriorem reddere.

Decimò, hæc ſententia comprobatur ex eo, quod legibus expreſsè cautum eſt, 23 non permitti, † neque marito abuti rebus dotalibus, quarum ipſe interim dominus eſt, quasq; ſoluto matrimonio uxori ſuæ reddere cogitur, *l. ſi cujus dotem. §. ſi verò. l. ſi conſtante. §. ſi maritus. ff. ſolut. matrimon.* ne-24 que † patri diſſipare eas res vel abuti ipſis rebus, quas ipſe filio ſuo poſt mortem ſuam titulo fideicommiſſi reſtituere gravatus fuit, *l. Imperator. ff. ad Senatuſconſult. Trebellia.* neque hæredi culpa vel dolo deteriorem reddere eam rem, quàm ipſe ſub conditione alteri reſtituere rogatus fuit, *l. domos. l. ſequen. ff. de legat. 1.*

Cum itaq; ſecundum conſtitutiones novellas Imperii de pace, quæ jubent, bona feudalia Bannitorum mortuo Bannito agnatis illius reſtituere & N. & ſocii illorum & confœderati obligati fuerint, ditionem illuſtris M. A. occupatam mortuo Illuſtri M. A. Illuſtriſſimis M. agnatis proximioribus dicti Illuſtris M. A. reſtituere, ſequitur, ſimili modo N. eorumque ſociis & confœderatis non licuiſſe hanc ditionem deteriorem reddere, deſtruenda ædificia, tam munita quàm non munita vaſtando ſylvas, venationes & piſcationes, gravando incolas immoderatis exactionibus vel ſimili modo.

Undecimò, hæc deciſio etiam ex eo ſuaderi poteſt, quod legibus expreſsè cautum eſt, & à Doctoribus noſtris magis communiter tenetur, † nemini licere au- 25 thoritate propria deſtruere muros, ſæpes, ædificia in fundo alterius & ab alio poſſeſſore extructa, licet ex hac extructione alteri præjudicium generetur, hæcq; ædificia aliis noceant, *l. quemadmodum. §. 1. ff. ad leg. Aquil. Innocent. Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Anton. de Butr. cap. 3. extr. de immunitat. Eccleſ. Bart. l. 1. §. nunciatio. num. 3. & 9. & ibi Alexand. ff de oper. nov. nunc. Paul. de Leazar. Clement. 2. de cenſib. Cæpol. in tractat. de ſervit. ruſt. prædior. cap. 3. num. 80.*

Quare, cum ædificia à N. eorumq; ſociis & confœderatis deſtructa, fuerint extructa in ditione Illuſtris M. A. ad Illuſtriſſimos M. B. jure utilis dominii ſpectante & ab ipſis poſſeſſa, ſequitur, quod N. eorumque ſociis & confœderatis prædicta ædificia propria authoritate deſtruere non licuerit, etiamſi ipſis ex hiſce ædificiis vel præjudicium gigni vel damnum aut læſio inferri potuiſſet.

Nec obſtant ea, quæ ſuprà in argumento duodecimo pro ſententia contraria adducta, allegata fuerunt. Namque illa & vera non ſunt, & à Dd. noſtris communiter reprobata, deinde quoque non refragatur huic undecimæ rationi id, quod dici forſan poſſet N. eorumq; ſocios & confœderatos eo tempore, quo ipſi dicta ædificia tàm munita quàm non munita in ditione Illuſtris M. A. deſtruxerunt, poſſeſſionem hujus ditionis habuiſſe: ideoq; ipſos haſce deſtructiones licitè facere potuiſſe: tum quia negatur N. eorumq; ſocios & confœderatos præfatam ditionem Illuſtris M. A. illo jure poſſediſſe, cum ſecundum Conſtitutiones novellas Imperii hæc ditio ſtatim atque Illuſtris M. A Banno Imperiali ſubjectus fuit, ad Imperatorem tanquam dominum feudi devoluta fuerint, & N. eorumque ſocii & confœderati in hiſce bonis nihil aliud juris acquiſiverint, niſi ut ipſi petere potuiſſent fructus ex hiſce bonis à Domino feudi perceptis

Hhh 4 ſibi

ſibi deductis expenſis neceſſariis aſſignari, prout hoc ſatis patet ex Conſtitutione regia de pace facta *Wormatiæ Anno 1495. Rubric:* Die Poen der Friedbrecher/ *& ex Conſtitutione Imperiali de pace facta Wormatiæ Anno 1521. Item, ex ordinatione Imperiali ſuper judicio Cameræ facta Auguſtæ Anno 1548. cap. 19. lib. 2.* tum, quia etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, N. ditionem Illuſtris M. A. juſtè poſſediſſe eo tempore, quo ipſi hæc ædificia deſtruxerunt: tamen cum hæc ædificia non eo tempore, quo ipſi illa poſſederunt, ſed antea extructa fuerint, ſatis ex prædictis liquet, ipſis non licuiſſe hæc ædificia authoritate propria diruere.

Duodecimò, poſito, ſed tamen non conceſſo, N. aliquam juſtã & legitimam cauſã deſtruendi ædificia tam munita quam non munita habuiſſe, tamen N. eorumq; ſociis & confœderatis, quia habuerint copiam Judicis vel Ordinarii Imperatoris nempè vel Cameræ Imperialis, non licuiſſet propria authoritate non intercedente, cauſæ cognitione & ſententia ſive juſſu Judicis,
26 dicta ædificia deſtruere. Cum † nemo ſibiipſi jus dicere poſſit, *l. nullus. C. de jud. l. ſi quis in tantam. C. unde vi. l. extat. ff. quod metus cauſ. l. 1. ff. quor. legator l. non eſt ſingulis. & ibi Dec. ff. de reg jur. c. 1. §. ſi quis verò. & ibi Bald. & Matth. de Afflict. de pa. juramen. firman. c. porrò. junct. gl. extr. de divortio. fac. text. l. 1. C. ne quis in ſua cauſ. l. qui juriſdictioni. & ibi Iaſ. ff. de juriſdict. omn. judic.*

Ex quibus omnibus colligitur evidentiſſima & indubitata deciſio, ad primam quæſtionem nobis propoſitam, quod videlicet N. eorumque ſociis & confœderatis non licuerit occupata jam & in poteſtatem ſuam redacta ditione tota Illuſtris M. A. neque ejus arces vel ædificia tam munita quàm non munita deſtruere, neque ſylvas, venationes vel piſcationes vaſtare, neque incolas illius ditionis immoderatis exactionibus, collectis, mulctis, angariis, vel perangariis gravare, vel aliud quicquam præſumere, ex quo præfata ditio deterior efficeretur. Neque obſtant ea, quæ pro contraria parte adducta fuerunt. Namque ad ea omnia facilis eſt reſponſio. Et quoad primum argumentum pro contraria parte adductum, in qua dicitur N. pacis conſervandæ gratia prædicta ædificia munita Illuſtris M. A. deſtruiſſe, & pacis cauſa id permiſſum, quod alioquin prohibitum eſt. Dico hoc argumentum omninò nobis non obſtare, quoad deſtructionem ædificiorum non munitorum, vaſtationes ſylvarum, venationum & piſcationum & gravamina incolarum, namque hæc non modò non tendunt ad conſervationem pacis, imò cum illa vergant in injuriam, contumeliam & damnum totius Illuſtriſſimæ familiæ M. ea majoris mali occaſionem præbere poſſint.

Similiter negatur N. cauſa pacis conſervandæ arces munitas M. A. deſtruxiſſe. Ideoque N. incumbit onus probandi, hanc deſtructionem cauſa pacis factam fuiſſe, *arg. l. ſi per alium. §. docere. & ibi Paul. de Caſt. & Iaſ. l. final. ff. ne quis eum qui in jus vocatus eſt vi eximat. l. Fulcinius. §. cum hoc. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſio. l. 1. §. ait Prætor. & ibi Bart. ff. ne quid. in loc. publ. l. Prætor. §. dicere. ff. vi. bonor. rapto.* nec ſufficit N. ſimpliciter probare, ſe cauſa pacis conſervandæ arces munitas Illuſtris M. A. deſtruxiſſe, ſed requiritur, ut N. evidenter doceant non aliter pacem conſervari potuiſſe, niſi deſtructis hiſce munitionibus, prout hoc ſatis probatur per text. *Clem. 1. de homicid.* ubi text. in ſimili decidit, requiri ad hoc, ut defenſio probata ſufficienter cenſeatur, ut quis fidem faciat, ſe aliter mortem evitare non potuiſſe, niſi aggreſſorem ſuum interficeret, idem decidit *Bart. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. arg. ill. text. ff. ad leg. Aquil. fac. text. l. is qui aggreſſorem. ver. in dubio vitæ diſcrimine conſtit. C. ad leg. Cornel. de Sicar. text. c. 1. §. ſi quis verò hominem ver. non neceſſariò ſed voluntariè de pace tenen.* Eandem ſententiam comprobat doctrina *Bald. l. 1. col. 6. C. de confeſſ.* ubi *Bald.* decidit, ad defenſionem probandam non ſufficere probare, quod quis ad defenſionem ſuam aliquid fecerit, ſed requiri, ut probetur hoc ad defenſionem neceſſariam factum, quod videlicet aliter periculum evitare non potuerit.

Quinimò, N. eorumq; ſociis & confœderatis non modò impoſſibile erit docere, ſe haſce munitiones pacis publicæ conſervandæ gratia deſtruxiſſe, ſed contrarium evidenter ex omnibus geſtis liquet. Namq; N. eorumq; ſocii & confœderati debuiſſent totam ditionem M. A. poſtquam eam in poteſtatem ſuam redegerunt, illicò aſſignaſſe domino feudi Imperatoriæ nempè Majeſtati, prout hoc ſatis expreſſè ſancitum reperimus in Conſtitutione regia de pace publica facta Wormatiæ Anno 1495. *Rubr.* Die Poen der Friedbrechers

& in

& in conſtitutione Imperiali de pace publica facta Wormatiæ Anno 1521. item, in ordinatione ſuper judicio Cameræ facta Auguſtæ cap. 19. lib. 2. de qua Imperatoria majeſtate nulla unquam ſiniſtra ſuſpicio colligi potuit, quod ipſa huſce munitionibus ad turbandam pacem publicam abuſura fuiſſet, *Socin. jun conſ. 68. num, 156. lib. 3.*

28 Similiter certum eſt, † Imperatoriam Majeſtatem facilimè contra omnem impetum omnemq; concurſum, vim & oppugnationes Illuſtris M. A. defendere atque tueri potuiſſe.

29 Cum † Imperatoria Majeſtas ſemper ſit & idonea & ſolvendo, *Socin jun. conſ. 68. num. 149. lib. 3. arg. l. 2. ff. de fun. dota. l. 3. §. item ſciendum. ff. ſi quis plusquam. per leg. Falcid. l. 1. § ſi ad fiſcum. ff. ut legato ſive fideicomm. no. caveat. junc. l. fiſcus. cum in privat. & ibi gloß. ff. de jur. fiſci.*

Igitur ſatis liquet, hanc deſtructionem munitionum Illuſtris M. A. a N. eorumq; ſociis & confœderatis factam pacis conſervandæ gratia factam dici non poſſe. Et poſito, ſed tamen non conceſſo, hanc deſtructionem munitionum Illuſtris M. A. pacis conſervandæ vel tuendæ gratia factam, tamen ſimili modo non licuiſſet N. eorumq; ſociis & confœderatis prædictas munitiones propria auhoritate deſtruere.

30 Namque licet cauſa † pacis tuendæ vel conſervandæ ea permittantur interdum, quæ alioquin prohibita ſunt. Hæc tamen tantùm permittuntur reſpectu ſubditorum; item, quoad bona ſubditorum: Secus autem eſt, quoad extraneos & non ſubditos eorumq; bona.

Ideoque licet Imperatori aliisq; Magiſtratibus permittatur cauſa pacis vel componendæ vel conſervandæ vel ob aliam publicam utilitatem bona privatorum auferre & aliis concedere: tamen hoc procedit tantùm, quoad ſubditos Imperatori aliorumq; Magiſtratuum & eorum bona: ſecus autem eſt, quoad non ſubditos: namque illis nec Imperator nec alius quilibet Magiſtratus propter pacem vel conſervandam vel faciendam bona auferre aliisque concedere nequit. *Paulus de Caſtr. conſ. 156, conſ. 216. incip. præſuppoſito. conſ. 28 c. incip. primum dubium Felin. c. quæ in Eccleſiarum. nu. 30. & ibi Dec. num. 24. extr. de conſtitutio. Dec. c. novit. num. 13. extr. de judic.*

Similiter licet Imperatori permittatur ex cauſa Privilegium datum ſubdito retractare, Privilegium tamen non ſubdito datum Imperatori ex nulla cauſa etiam ne pacis quidem retractare permittitur, *Innocent. Abb. & Dd. cap. novit. & ibi Felin. numer. 9. & Dec. num. 13. extr. de jud. Archidiacon. cap. quicunq. 11. quæſt. 1. idem Archidiacon. cap. licet. de electio. lib. 6. Roman. conſ. 252. conſ. 352. Abb. conſ. 35. & conſ. 41. lib. 1. Lapus allegatione 100. Cardin. conſ. 85. & conſ. 147. Paul. de Caſtr. conſ. 229. & conſ 317. lib. 1. Abb. c. ſuggeſtum. extr. de decur. Alexand. conſ. 102, num. 1. lib. 1. conſ. 54. & conſ. fin. lib. 4. And. Sicul. conſ. 2 lib. 4. Bertrand. conſ 160. lib. 1. Dec. d. c. quæ in Eccleſiarum. num. 24. Andr. Tiraquell. repetit, l. ſi unquam, ver. donatione largitus. num. 13. C. de revocand. donatio.*

Eodem † modo licet Papæ permiſſum 31
ſit, in præjudicium ſubditi ſui diſpenſationem facere: in præjudicium tamen non ſubditi Papæ, ex nulla cauſa diſpenſare licet, *Domin. c. licet tamen. de elect. lib. 6. Dec. d. c. novit. num. 13.*

Huc accedit, † quod licet ſuperiori ſive 32
Magiſtratui permittatur legem latam vel Statutum conditũ abrogare, quoad ſubditorum præjudicium: quoad præjudicium tamen non ſubditorum Magiſtratui legem latam & Statutum conditum tollere vel abrogare non licet, *Dec. d. c. novit. n 13. Dec. c. Eccleſia S. Mariæ. n. 53. extr. de conſtitut.*

His adde, † quod licet Imperatori per 33
mittatur, abſoluta poteſtate uti quoad ſubditos: in præjudicium, tamen non ſubditorum Imperatori abſoluta poteſtate uti permiſſum non eſſe, *Ant. de But & Imol. Clem. Paſtorali. de ſent. & re judic. Ant. de But. Clem. ne Romani de elect. Socin. conſ. 164. conſ 266. lib. 2. conſ. 27. conſ. 120. lib. 3. Aymon. Cravet. conſ. 7. num. 9.*

Eandem ſententiam confirmat id, quod
traditur, † licet is qui timet, ne ab aliquo of- 34
fendatur vel lædatur, poſſit adire Magiſtratum, & petere, ut adverſarius ſuus cogatur ipſi præſtare cautionem de non offendendo: tamen hoc ita demum habere locum, ſi is, à quo quis ſe offendi timet, ſit ſubditus huic Magiſtratui quem ipſe pro præſtanda cautione adiit: ſecus autem eſſe, ſi hic à quo læſio vel offenſio timetur, non ſit ſubdit[9] huic Magiſtratui, tunc n. Magiſtratum cogere non poſſe, ut forenſis ſive non ſubditus alteri cautionem de non offenrendo præſtet, *Bartol. Bald. & Angel. l. ſed etſi ſuſceperit. §. final. ff. de judic. Iaſ. l. ſi ſuper*

poſſeſ-

poſſeſſione. num. 7. C. de tranſactio, Felin. Rubr. num. 10. extr. de treug. & pac. Ex quibus ſatis liquet atque patet, quod licet aliquibus caſibus cauſa pacis id permiſſum ſit, quod alioquin prohibitum eſt, hoc tamen tantùm procedere quoad ſubditos eorumq; bona: ſecus autem eſſe, quoad forenſes ſive extraneos eorumq; bona.

Quare, cum neque Illuſtriſſimi M. B. neque etiam ditio Illuſtris M. A. de qua ditione reliqui Illuſtriſſimi M. B. ſimultaneam inveſtituram habent, N. eorumq; ſociis & confœderatis ſubjecta ſit, ſequitur, N. non licuiſſe arces munitas præfatæ ditionis cauſa pacis deſtruere, quod ipſis alioquin permiſſum non fuiſſet.

35 Ad † ſecundum argumentum contrarium, quod videlicet Dominus atque Præceptor meus Marian. Socin. junior de jure reſpondit, munitiones Bannitorum captas cauſa pacis conſervandæ deſtrui poſſe, reſpondeo, dominum atque Præceptorem meum in caſu longè diverſo à præſenti caſu de jure reſpondiſſe, ideoque ejus deciſionem ad præſentem caſum allegari vel detorqueri non poſſe, *arg. l. Papinianus exuli in princ. ff. de minoribus. l. Iulianus. ff. de condict. indeb. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poß. l. ſi maritus. C. de donatio. inter vir. & uxor. Cardinal. Pariſ. conſ. 100. num. 28. lib. 1.*

Namque in caſu propoſito Præceptori meo caſtra ſive munitiones ad æmulationem ſive invidiam illorum, qui ea deſtruere volebant, extructa fuerunt, quod jus in noſtro caſu factum doceri nequit.

Deinde etiam dominus atque Præceptor meus reſpondit, ita demum licere, caſtra & munitiones bannitorum captas deſtruere, ſi nullo alio modo pax conſervari poſſit, ſed in noſtro caſu, prout ſupra oſtenſum fuit, pax aliter conſervari potuiſſet.

Namque ſi N. eorumq; ſocii & confœderati arces & munitiones captas reſtituiſſent ſtatim domino feudi, prout ipſi ſecundum novellas Conſtitutiones facere tenerentur, ipſi potuiſſent tutiſſima pace frui, nec habuiſſent ullam juſtam cauſam timendi, ne haſce munitiones Illuſtris M. A. recuperaret, & ipſos ex hiſce munitionibus offenderet. Nec refragatur huic ſententiæ, quod N. eorumq; ſocii & confœderati antequam hæ munitiones caperentur, parati fuerunt, haſce munitiones atque univerſum territorium Illuſt. M. A. Illuſtriſſimis M. agnatis Illuſtris M. A. cedere, idq; ſe facturos obtulerint, modò ipſi Illuſtriſſimi M. haſce munitiones occuparent atque facerent, ne ex illis ipſis vis vel injuria inferretur, & quod Illuſtriſſimi M. haſce conditiones accipere recuſaverunt. Namque Illuſtriſſimi M. optimo jure haſce conditiones recuſaverunt: tum, quia vivo Illuſtri M. A. Bannito Imperii illius bona feudalia non ad ipſos ſed ad Imperatorem dominum feudi nempe devoluta fuerunt, tum, quia Illuſtriſſimi M. optimo jure recuſaverunt bellum contra patruum ſive agnatum ipſorum quamvis Bannitum movere.

Namque † licet ſecundum conſtitutiones Imperii vicini Banniti cogantur læſos à Bannitis contra Bannitum opem atque auxilium præſtare, tamen † ſi hi vicini ſint agnati vel cognati Banniti, ipſi læſis contra Bannitum opem vel auxilium præſtare non coguntur. 36 37

Cum † enim agnationis gratia multa permittantur, alioquin prohibita, ego veriſſimum judico, ſub diſpoſitione generaliter concepta agnationis jus ſemper exceptum intelligi, *arg. l. final. C. de Codicill. l. 3. §. ſi eum. ff. de lib. hom. exhibend. l. civiliter prohibentur. l. milites agrum. §. pen. de re milit.* 38

Ideoque licet quis regulariter etiam invitus teſtimonium dicere cogatur contra ſanguine junctum, tamen invitus teſtimonium dicere quis non compellitur, *l. 4. ff. de teſtib,* & licet nemo pro alio abſque mandato agere poſſit, conjunctus tamen conjuncto abſque mandato agere poteſt, *l. ſed & hæ. in princip. ff. de procurator. l. exigendi. & ibi Iaſ. C. de procurator. gl. l. 1. extr. eod. tit.* & licet legatum rei alienæ ab ignorante rem legatam alienam relictum, non valeat, ratione tamen conjunctionis perſonarum hoc legatum valere receptum eſt, *l. rem alienam. C. de legat.* & licet donatio non præſumatur, *l. cum de indebit. ff. de probatio.* propter conjunctionem perſonarum donatio præſumitur, *arg. l. Procula. ff. de probatio. Bart. Alex. & Iaſ. l. qua dotis. ff. ſol. lat. matrimon.*

Præterea miles, qui propter affectionem parentum, affinium vel ſanguine junctorum diutius emanſit, pœna emanſoris non punitur, *l. qui cum uno. §. fin. ff. de re militar.* & is, qui recepit & occultavit malefactorem ſanguine junctum, non punitur eâ pœnâ, qua is, qui extraneum receptat, afficitur, *l. 2. ff. de receptatorib. gloſ. Alvarot.*

Præpoſ.

Præpoſ. & M. de Affl. c. 1. §. receptatores. de pa. juram. firmin. Albert. Gand. in tract. de maleſ. Rub. de furib & latronib. n. 15. Boniſac. de Vital. in tract. de maleſ. Rub. de receptatorib. n. 4. hac eadem ratione & uxor receptans maritum bannitum non punitur pœna ſtatuta in receptatores Bannitorum, *Speculat. §. fin. de donat. inter vir. & uxor. Angel. in tract. de maleſ. ver. dicto maleficio. n. 25. Boniſac. de Vital. d. Rub. de receptatorib. n. 5. & 6.*

Huc accedit, quod Statutum ſub certa pœna prohibens bannitis alimenta præbere, non extendatur ad patrem, qui filio ſuo bannito propter affectionem paternam atque ſanguinis vinculum alimenta præſtat, *Socin. jun. conſ. 54. lib. 3.* eandem ſententiam confirmat, quod capitula paci inter aliquos ea conditione facta, ne una pars auxilium vel opem alterius partis inimicis præſtet, non extenduntur ad conſanguineos ſive conjunctos opem præſtantis, ſed quod his auxilium præſtari poſſit, licet ipſi fuit inimici alterius partis, prout hoc expreſſè atque in ſpecie decidit *Paul. de Caſtro conſil. 298.* quem refert atque ſequitur *Alexand. in addit. ad Bartol. l. 2. ver. an habeat. ff. de receptatorib.*

Quare cum Illuſtriſſimi M. Illuſtri M. A. proxima linea conſanguinitatis conjuncti fuerint, certum eſt, ipſos non fuiſſe obligatos Illuſtri M. A. bellum inferre, illius ditionem occupare, vel N. eorumque ſociis & confœderatis opem & auxilium præſtare, quodque hoc quod prædicti Illuſtriſſimi M. terram ipſius Illuſtris M. A. nondum captam in fidem ſuam recipere, atq; hanc terram ejecto Ill. M. A. vi occupare recuſaverunt, ipſis minimè fraudi eſſe, neque præjudicium aliquod generare debeat.

Præterea, poſito, ſed tamen non conceſſo, prædictas munitiones ad invidiam ſive æmulationem N. extructas atque N. eorumque ſociis & confœderatis non aliter ſalvam atque incolumem pacem eſſe potuiſſe, niſi deſtructis hiſce munitionibus, quod tamen falſum eſt, tamen N. eorumque ſociis & confœderatis nullo modo licuiſſe authoritate propria non præcedente cauſæ cognitione neque interveniente authoritate judicis prædictas munitiones diruere, prout hoc ſatis liquet ex illis, quæ tradit *Bartol. Alexand. & Dd. l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. nov. nunc.* & ex iis, quæ ſuprà diximus.

Ad tertium argumentum contrarium reſpondeo, † licet in Conſtitutione Imperiali de pace publica facta Wormatiæ Anno 1521. omne illud, quod contra Bannitum quoquo modo vel ad defenſionem vel ad vindictam præſumitur, impunitum eſſe ſanciatur, hanc tamen Conſtitutionem Imperialem eſſe intelligendam ſecundum alias Conſtitutiones Imperiales à me ſuprà allegatas, quæ expreſſè diſponunt, neque Banni ſententiam, neque ejus executionem, occupationem nempe bonorum feudalium Banniti, agnatis Banniti in hiſce bonis præjudicium parere vel damnoſam eſſe debere. Atque ita interpretandam, ne aliis Conſtitutionibus Imperialibus contradicere videatur. Una enim Conſtitutio ſemper ſecundum aliam intelligenda & ita interpretanda eſt, ne alii Conſtitutioni contradicere videatur, *l. 1. §. quibus. & ibi Bart. & Bald. C. de nov. Cod. facien. l. 1. C. de inoff. donat. c. cum expediat. de elect. lib. 6. l. non eſt. l. ſed & poſteriores. & ibi Bartol. ff. de legibus. gloſſ. §. ſed hodie. Inſtitut. de ſatisdatio. gloſſ. §. ſuſcepto. authent. de exhibend. re. gloſ. au. hoc niſi offeratur. C. de lit. conteſtatio. gloſ. Bartol. Alexand. & Iaſ. l. ſciendum. in princip. ff. qui ſatiſd. cogant. gloſ. §. 1. ver. venientibus. auth. de hæred. quæ ab inteſta. Bart. l. omnes populi. n. 35. ff. de juſt. & jur. Bart. l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam. Bald. l. 1. C. de cond. indeb. Bald. l. 1. C. per quas perſon. nob. acq. Abb. c. gratum. extr. de offi. delega. Abbas cap. ſuper quæſtionum. in princip. extr. eod. tit. Iaſ. l. cum falſa. C. de jur. & facti ignoram. Alex. conſ. 80. num. 4. lib. 1. Dec. l. ubi repugnatio ff. de regul. jur. Dec. conſ. 627. Cardin. Pariſ. conſ. 73. nu. 20. conſ. 77. num. 12. conſ. 105. num. 23. conſ. 106. num. 44. lib. 1. fac. text. c. cum tu. & ibi Abb. & Felin. extr. de teſtib. c. inter dilectos. ext. de fide inſtrumentor. Bart. Alexand. Iaſ. & Dec. l. 2. §. creditum ff. ſi cert. pet. Aymon. Cravet. conſ. 70. num. 5.* 39

Præterea, in Conſtitutionibus Imperialibus ſuprà à me citatis traditur, per modum regulæ neq; ſententiam Banni neq; ejus executionem nocere vel præjudicare debere agnatis Banniti, quoad bona feudalia Banniti, in quibus agnati ipſius ſimultaneam inveſtituram habent.

Igitur alia Conſtitutio Imperialis permittens Bannitum lædere, offendere, & quodlibet

quodlibet contra ipſum præſumere, juxta haſce conſtitutiones intelligenda & ita interpretanda eſt, ne hiſce Conſtitutionibus contradicat. Namque juxta legem vel Conſtitutionem regulam credentem omnes aliæ leges & Conſtitutiones intelligendæ atque ſecundum eam reſtringendæ ſunt, *Bald. Prætor ait. §. eruq; differentia. ff. vi bon. rapt.*

Deinde quoque certum eſt, quod per
40 Conſtitutionem † generalem conſtitutionibus ſpecialioribus nonquam derogatum cenſeatur, *Bartol. d. l. ſed & poſteriores. ff de legib. idem Bart. in conſtitut. ad reprimendum. ver. non obſtantib. arg. l. alimenta. §. Baſilicæ. ff. de aliment. & cib. legat. gloſ. l. decurionibus. C. de ſilentiar. lib. 12.*

Sed illæ Conſtitutiones Imperiales, quæ ſanciunt, ne Bannitis vel executio Banni occupatio nempe bonorum feudalium præjudicet agnatis Banniti habentibus ſimultaneam inveſtituram in hiſce bonis feudalib. ſunt longè ſpecialiores illa Conſtitutione, quæ ſanxit, Bannitum lædere vel offendere, diſtinctè permiſſum eſſe.

Igitur ſequitur, hanc Conſtitutionem generalem aliis Conſtitutionibus ſpecialioribus non nocere, neque præjudicare, & per conſequens, cum hæc ex deſtructione munitionum Illuſtris M. A. vaſtatione ſylvarum, venationum, piſcationum, nec non gravaminibus incolarum à N. eorumque ſociis & confœderatis præſumptis & bona feudalia Illuſtris M. A. notabiliter deteriora facta fuit & Illuſtris M. G. F. ſucceſſori M. A. maxima damna illata ſint, dubium non eſt N. eorumq; ſocios & confœderatos deliquiſſe contra Conſtitutiones Imperiales, quæ expreſsè diſponunt, occupationem bonorum feudalium Banniti debere fieri abſq; damno & præjudicio agnatorum Banniti, qui in hiſce bonis ſimultaneam inveſtituram habent, nec ſe poſſe juvare vel tueri illa Conſtitutione, quæ ſanxit, Bannitum lædere vel offendere permiſſum eſſe.

Huc accedit, quod cum ſententia Banni lata Bannitus juxta Conſtitutiones novellas Imperii omnia feuda ſua amittat, eaq; applicentur Domino feudi, quoad Bannitus vivit & poſt mortem Banniti agnatis illius, atque N. eorumq; ſocii & confœderati prædictas deſtructiones & vaſtationes in bonis feudalibus M. A. fecerint poſt ſententiam Banni adverſus Illuſt. M. A. latam, ipſi N. eorumq; ſocii & confœderati per prædictas deſtructiones & vaſtationes non tam Illuſtrem M. A. quàm dominum feudi atque Illuſtriſſimos M. agnatos Illuſtris M. A læſerunt.

Quare, cum hoc caſu conſtet, verba Conſtitutionis Imperialis permittentis Bannitum impunè offendere & ipſa quoque Conſtitutio hoc caſu ceſſare debet.

Namque regulariter ubi ceſſant verba diſpoſitionis alicujus, & ipſa quoque diſpoſitio locum non habet, *l. 1. §. ſi is qui navem. ff. de executor. actio. l. ita autem. in princ. ff. de adminiſtr. tut. l. 4. §. toties. & ibi Bart. & Alex. ff. de damn. infect.*

Ad † quartum argumentum contrati 41
um reſpondeo, verum eſſe, quod N. eorumque ſocii & confœderati prædictas deſtructiones & vaſtationes fecerint ad defenſionem ſui. Namq; quod ad ſylvarum, venationum & piſcationum vaſtationem, item gravamina ſubditorum, item & deſtructionem ædificiorum non munitorum attinet, nullo modo dici poteſt, iſta à N. eorumq; ſociis & confœderatis ad defenſionem ſuam præſumpta.

Similiter dici non poteſt. N. eorumq; ſocios & confœderatos munitiones Illuſtris M. A. jam ceptas, & in poteſtatem ſuam redactas ad deſeſionem ſuam deſtruxiſſe.

Primò, quia Illuſtris M. A. omnibus bonis ſuis exutus, ſæpiſſimè acie victus fuit omnesq; vires fractæ, ita ut non fuerit veriſimile Illuſtrem M. A. ullas vires recolligere atque vi vel bello territorium ſuum recuperare potuiſſe. Namque licet Illuſtris M. A. aliquoties victus homines coëgerit, exercitum conſcripſerit atq; bellum reſtauraverit, tamen ex hoc præſumi non poteſt, ipſum fractis viribus omnibus atque bonis omnibus exutum exercitum conſcribere atque bellum reſtaurare poſſe, eo, quia licet ex præteritis capiatur præſumptio, de futuris tamen hoc non proce-
dit, quando † contraria præſumptio atque 42
circumſtantiæ aliud ſuadent, *l. pen. ff. de in integr. reſtitut. c. literas. extr. de præſumpt.*

Secundò, poſito, ſed tamen non conceſſo, N. eorumq; ſocios & confœderatos juſtè atque probabiliter timuiſſe, ne Illuſtr. M. A. contra ipſos bellum inſtauraret atq; munitiones amiſſas, vi atque bello recuperaret, tamen N. eorumq; ſociis & confœderatis non licuiſſet munitiones Illuſtris

M. A.

M. A. propria autoritate deſtruere, tum quia N. ſe ab hoc metu penitus liberare potuiſſent, ſi ipſi prædictas munitiones, prout ſecundum Conſtitutiones novellas Imperii tenebantur, illico domino feudi
43 Imperatori nempè reſtituiſſent, † & factum ob defenſionem non aliter licitum reputatur, niſi quando quis aliter periculum evitare non potuit, *l. ſcientiam. §. quis cum aliter ff. ad. Aquil. Clement. 1. de homicid. l. 2. C. ad l. Cornel. de Siccar.* tum quia N. eorumq; ſocii & confœderati habuerunt judicis copiam & nemini regulariter permittitur quanquam autoritate propria præſumere vel facere, quando is judicis copiam habet, *l. nullus C de jud* tum etiam quia præfatæ munitiones non in territorio N. eorumq; ſociorum & confœderatorum, ſed in territorio M. A. extructæ fuerunt, & certum eſt, extructum vel ædificatum in fundo vel territorio alterius etiam ad defenſionem ſuam vel juris ſui propria autoritate diruere licitum non eſſe, *Bart. & Dd. l. 1. §. nuntiatio. ff. de oper. no. nun. cum ſimilib. allegat. ſupr.*

Ad quintum argumentum contrarium reſpondeo, falſum eſſe id, quod M. A. eo tempore quo N. eorumq; ſocii & confœderati munitiones illius ſolo æquaverunt, ſe accinxerit vel præparaverit ad exercitum conſcribendum, bellum reſtaurandum & ditionem ſuam vi recuperandū.

44 Deinde, etiam eum qui accingit vel præparat ſe ad † offendendum vel lædendum nos, non aliter pro defenſione noſtra occidere vel lædere licet, niſi & certum ſit, hæc præparamenta fieri & ad lædendum vel offendendum nos, *Aug. Arimineuſ. in add. ad Ang. in tract. de maleſic. ver. & dictus Titius, nu. 12.* Noſq; periculum aliter evitare non poſſumus, *arg. d. §. qui cum aliter,* quæ ſententia etiam ex eo probatur, quod Dd. tradunt, eum qui mortem vel vulnera nobis minatur, non aliter nobis pro defenſione noſtra lædere vel occidere permiſſum eſſe, niſi is, qui haſce minas protulit, & non pervenerit ad actum aliquem proximum deſtinatum ad lædendum, vel niſi ipſe expectaret ſocios ſuos, ita quod ipſe quis mortem vel damnum minatus fuit, in certo periculo conſtitutus fuerit, nec ipſe aliter periculum evitare poſſit, niſi eum, qui minas protulit, occidat vel lædat, *Bar. l. 1. num. 16. unde vi Ang. in tract. de maleſic. ver. & dictus Titius n 27. & ibi Auguſt. Ariminenſ. Iaſ. l. ut tum n. 14. ff. de juſt. & ju Abb. c. olim. nu. 16. extr. de reſtit.*

Spoliator. Quare, cum N. aliter periculum evitare potuiſſent, reſtituendo nempè haſce munitiones Imperatori, etiamſi poſito, ſed tamen non conceſſo, quod Illuſtris M. A. ſe accinxiſſet vel præparaſſet ad recuperandas munitiones ſuas bello, ſequitur N. eorumq; ſociis & confœderatis non licuiſſe præfatas munitiones propria autoritate diruere.

Ad ſextum argumentum contrarium 45
reſpōdetur. Primò, terrorem † armorum juſtam defenſionis cauſam præbere, quando aliter periculum evitari non poteſt, *d. § qui cum aliter. d. Clem 1. de homicid.* ſed N. eorumque ſocii & confœderati aliter periculum evitare potuerunt, prout ſuprà docuimus. Igitur ſequitur terrorem armorum ipſis nihil patrocinari.

Secundò, terror armorum ita demum excuſat, quando ille terror eſt & juſtus & præſens, ſive inſtans: ſecus autem eſt, quando terror vel non eſt juſtus, vel nō eſt præſens vel inſtans: tunc enim ille terror non excuſat; *Dec. l. 2. C. de transact.* eo qui vani timoris vel terroris nulla excuſatio eſt, *l pro inde. ff quod met cau. l. 2. ff. ex quib cau. major. l. ſi quis ab alio. in pr & ibi Iaſ ff. de re judic. l. vani timoris ff. de reg jur l. 2. & ibi Bal C. de his qui per met. jud. non appellav gloſ. l. metum ff. quod met. cau.* nec audiendi vel excuſandi ſunt illi, qui vel fugiunt ad ſonum cimbali, alio non viſo, *Ang. d. l. metum Iaſ d. l. ſi quis ab alio, in pr.* vel timent ea, quæ non ſunt digna etiam ſuſpicione, *Bal. l. fin in prin. C. de ju deliberan.*

Quare cum N. eorumq; ſocii & confœderati nullum nec juſtum nec præſentem, vel inſtantem terrorem armorum docere poſſint eò, quia Illuſtris M. A. tum temporis nec exercitum conſcriptum habuit, nec etiam fractus penitus viribus exercitum conſcribere potuit, ſequitur N. eorumq; ſociis & confœderatis hunc vanum terrorem armorum non patrocinari.

Ad ſeptimum argumentum contrarium reſpondetur, Primò, illud ita demum procedere, quando quis aliter periculum evitare non poteſt. Secundò, Illuſtris M. A. nondum eo tempore exercitum comparaverat, multò verò minus ingreſſus fuit iter, ad inferendum bellum N. eorumq; ſociis & confœderatis, vel ad recuperandam bello ditionem ſuam amiſſam, igitur ſequitur, ea quæ in ſeptimo argumento contrario dicta ſunt, noſtræ ſententiæ non obſtare.

Ad octavum argumentum contrarium reſpondeo, Primò, † timorem belli &
46 bellum æquiparari, quando hic timor & juſtus eſt & præſentis ſive inſtantis belli, alioquin verò ſecus eſt, prout ſuprà docuimus. Secundò, timor belli non æquiparatur bellu, quando inter bellum & timorem belli diverſitatis ratio aſſignari poteſt, *Dec. l. 2. C. de transaction.*

Sed in noſtro caſu maxima ratio diverſitatis militat, inter bellum & timorem belli, namq; in bello præſenti & inſtanti copia judicis haberi non poteſt, contra timorem verò belli, in noſtro caſu N. eorumq; ſociis & confœderatis autoritate judicis conſuli potuiſſet. Igitur ſequitur, in præſenti caſu bellum & timorem belli non reputati.

Ad nonum argumentum contrarium
47 reſpondeo, nullo caſu permiſſum eſſe † incendii non præſentis neq; inſtantis, ſed futuri incendii cauſa ædes alterius deſtruere, *d. l. §. alius §. eſt & alia ff. quod met. cau.* incendii verò præſentis & inſtantis incendii gratia, ſi quis ædes vicini deſtruxerit, ipſe indiſtincte excuſatur, ſi hæc deſtructio juſſu vel autoritate judicis facta fuerit, *d. §. eſt & alia.* ſi autem hæc deſtructio autoritate propria ſive privata facta fuerit, etiam arcendi præſentis incendii gratia domum vicini deſtruens non aliter excuſatur, niſi incendiũ ad ædes deſtructas poſtea pervenerit, *d. §. eſt & alia.* Ex quo ſequitur, N. eorumq; ſociis & confœderatis nullo modo licuiſſe præfatas munitiones Illuſtris M. A. diruere, tum quia N. eorumq; ſocii & confœderati non timore belli præſentis vel inſtantis, ſed timore futuri belli, quod tamen nullis juſtis rationibus ducti timuerunt, præfatas munitiones Illuſtris M. A. deſtruxerunt, tum quia N. eorumq; ſocii & confœderati non autoritate neq; juſſu Imperatoris, ſed autoritate propria prædictas munitiones deſtruxerunt, & poſt hanc deſtructionem Illuſtris M. A. nunquam bellum movit, multò verò minus in ditionem ſuam ad eam recuperandam cum exercitu pervenit.

Ad decimum & undecimum argu-
48 mentum contrarium reſpondeo, illa argumenta tunc demum procedere, quãdo quis & in certo atq; præſenti periculo conſtitutus fuit, & aliter periculum nullo modo evitare potuit, *arg. l. ſcientia. §. qui cum aliter ff. ad l. Aquil. Clement. 1. de homicid.*

Sed in propoſito nobis caſu N. neq; in certo & præſenti periculo conſtituti fuerunt, & periculum etiam alio modo evitare potuerunt. Igitur ſequitur, illa argumenta noſtræ ſententiæ non obſtare.

Ad duodecimum argumentum contrarium reſponſum eſt ſuprà. Ex quibus omnibus evidentiſſimè liquet atq; patet, ea quæ à contraria parte adducta fuerunt, noſtræ ſententiæ non obſtare, atq; N. eorumque ſociis & confœderatis non licuiſſe neq; ædificia tàm munita quàm non munita deſtruere, neq; ſylvas, venationes, & piſcationes vaſtare, neq; incolas immoderatis exactionibus, collectis, mulctis, angariis, perangariis, aliiſq; gravaminibus onerare & exhaurire.

Ad ſecundam quæſtionem videtur 49
prima fronte dicendum † N. eorumq; ſocios & confœderatos contra conſtitutiones Imperiales de pace publica deliquiſſe, atq; in pœnam fractæ pacis incidiſſe.

Primò, quia conſtitutiones Imperiales de pace publica ſuprà a me citatæ, expreſſè diſponunt, occupationem bonorum feudalium banniti nullum præjudicium parere, nullumvè damnum inferre debere agnatis banniti, qui in hiſce bonis feudalibus jus ſimultaneæ inveſtituræ habent.

Sed certum eſt, hanc deſtructionem ædificiorum tàm munitorum quàm non munitorum Illuſtris M. A, item, vaſtationes venationum, piſcationum & ſylvarum, nec non gravamina inuſitata incolis impoſita, maximum præjudicium peperiſſe, Illuſtri M. A. G. F. ad quem bona feudalia Illuſtris M. A, ipſo jam defuncto, devoluta ſunt. Igitur ſequitur N. eorumq; ſocios & confœderatos contra conſtitutiones de pace publica latas, deliquiſſe, & pœnas fractæ pacis incurriſſe.

Secundò, hæc ſententia comprobatur, quia in conſtitutionibus Imperialibus de pace publica ſatis expreſſè ſancitum eſt, ne quis alterius arces, civitates, forum, municiones, vel pagos, incendiis vel aliis modis vaſtet, neve quis ſibi ipſi jus dicat, ſed ut quilibet contra adverſarium ſuum ex quacunq; cauſa coram ordinario judice experiatur, ut patet ex conſtitutione Regia de pace publica facta *Vormatiæ Anno 1495. & ex conſtitutione Imperiali de pace publica facta Vormatiæ Anno 1521.*

Quare cum N. eorumq; ſocii & confœderati Illuſtris M. A ædificia tàm munita quàm non munita autoritate propria vaſtaverunt,

verunt, deſtruxerunt, & ſolo æquaverunt, videtur ipſos contra conſtitutiones Imperiales de pace publica deliquiſſe, & in pœnam fractæ pacis incidiſſe. Sed tamen his & ſimilibus, quæ pro hac ſententia adduci poſſent, non obſtantibus, verius eſſe judico N. eorumq; ſocios & confœderatos in pœnam fractæ pacis non incidiſſe.

Namq; cum pœna fractæ pacis non tantum ſit bonorum publicatio, ſed etiam vitæ amiſſio, cum ipſe impunè lædi & offendi poſſit, ut ex conſtitutionibus Imperialibus de pace publica latis, liquet, certum eſt, in pœnam fractæ pacis, quem non aliter incidere, niſi ipſe dolo malo pacem fregerit, vel contra conſtitutiones de pace publica latas deliquerit. In omnibus enim illis caſibus, in quibus pœna vel corporis vel ultimi ſupplicii quis punitur, pœna non aliter imponi vel irrogari poteſt, niſi quis dolo malo deliquerit; *l. in lege, & ibi Bart. ff. ad l. Cornel. gloſ. Iaſ. & Dec. l. in actionibus. ff. de in lit. juran. Bart. l. quod Nerva. nu. 20 ff. depoſiti Bart. l. 1. §. non autem. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe juſ. fue. Cæpol. conſ. 29. conſ. 30. conſ. 31. & conſ. 33. Iaſ l. 1. ff de legibus Card. Pariſ. conſ. 154. nu. 18. conſ. 167. nu. 11. lib. 4.*

Quinimò ad hoc, ut quis pœna corporali affici vel puniri poſſit, non ſufficit quilibet dolus, ſed requiritur, ut delinquẽs fuerit in dolo non præſumpto vel ficto, ſed in dolo vero, *Cardinal. Pariſ. conſ. 16. nu. 10. lib. 4.*

Quare cum N. multis ſpecioſis rationibus, quas pro parte contraria deduximus, moti, munitiones Illuſtris M. A. deſtruxerunt, ſequitur ipſos non fuiſſe in dolo neq; in pœnam fractæ pacis incidiſſe, licet illæ rationes, quibus ipſi moti, prædictas vaſtationes & deſtructiones fecerunt, minus juſtæ fuerunt.

50 Namq; † quælibet cauſa colorata, etiam injuſta & beſtialis, quem & dolo & à pœna corporali excuſat, *l. igitur. §. poteſt ff. de liberal. cau. l. 1. in fine. ff. de ubig. l. 3. §. qui ignorans. ff. ad SC. Sill. gl. l. 1. §. fin. & ibi Iaſ. n. 24. ff ſi quis jus dicen. non obtemp. gloſ. l. ſatis. ff. de in jus vocan gl pen. l ex conſenſu. §. fin. ff. de appellation Cæpol conſ. 21. conſ. 22. conſ 23. & conſ. 30. Iaſ. l. ſi quis id quod, 8. notab ff. de jurisd. om iud. Iaſ. l. ex quacunq; 5. notab. ff. ſi quis in jus vocat. non ie Iaſ. l. ſi quis maior. C. de tranſact. Dec. conſ. 170. conſ. 197. conſ. 256 conſ. 277. Card. Par. conſ. 151. nu. 29. lib. 4. Aym Crav. conſ 46 nu. 14. Soc. conſ 59. nu. 31. lib. 3. Paul. Caſtrenſ conſ. 192.*

Nec obſtat, quod prædictæ deſtructiones & vaſtationes per ſe & ſua natura ſunt illicitæ, & quod in his, quæ per ſe & ſua natura illicita ſunt, dolus præſumatur, *l. 1. C. ad l. Corn de Sicar. l ſi non comitii. C. de injn. c. 1. & ibi Abb. & Fel. ext. de præſumpt. Bart. l. Aurelius. §. idem quæſit. ff. de lib. legat. Card. Pariſ. conſ 78. nu. 16. lib 4.*

Hæc enim præſumptio doli penitus in noſtro caſu excluditur, per illas rationes, licet injuſtos quib⁹ N. eorumq; ſocii & confœderati moti fuerunt ad faciendas prædictas deſtructiones & vaſtationes, prout hoc in ſimili decidit, *Card. Par. conſ. 52. nu 36. lib. 4. arg. d. l. igitur §. poteſt ff. de liberal. cau.* Ex quibus breviter concludo, ſalvo tamen cujuslibet melius ſentientis ſaniori judicio, N. eorumq; ſocios & confœderatos in pœnam fractæ pacis non incidiſſe; quamvis tamen hæc quæſtio ſatis dubia ſit & multæ fortiſſimæ rationes contra N. adduci poſſent.

Ad † tertiam & quartam quæſtionem videtur prima facie concludendum, Illuſtriſſimis M. nullam actionem contra N. 51
eorumq; ſocios & confœderatos competere ad hoc, ut N. eorumq; ſocii & confœderati coguntur vel ædificia tam munita quàm non munita reficere vel damna, per quæ territorium Illuſtris M. A. deterius redditum fuit.

Primò † quia Illuſtris M. A. bellum 52
contra N. eorumq; ſocios & confœderatos incœpit eosq; bello laceſſivit, & certum eſt, quod omnia damna in bello hinc & inde accepta, illi imputantur, qui primus bellum movit, ſive alios bello laceſſivit, *l. quoniam multa C. ad l Iul. de vi publ. l. 1. §. cum arietes ff ſi quadrupes pauper. feciſ. dicat.*

Secundò, hanc ſententiam probat id, quod traditur, † Si unus ex illis, qui pacem 53
compoſuerunt, eamq; ſub pœna certa ſervare promiſerunt, cauſam & originem rixę dederit, vel in alium inſultum fecerit, vel alio modo pacem ruperit, ipſum ſolum in fractæ pacis pœnam incidere, nec adverſario ipſius quicquam imputandum, ſi ipſe laceſſitus, eam qui prius pacem fregit, vel in ipſum inſultum fecit, læſerit vel offenderit, *Ioan. And. in regula. fruſtra in mercuriali, idem Ioan. And. in Add. ad Speculat. tit. de treug. & pac. imp in. Bar. l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quad. pau. fe. dicatur Bar l cum pater § libertu. ff de legat. 2. Salicet Bal. & Paul de Caſt. l. qui fidem. ff. de tranſact. Bal. Salicet Alexan Iaſ. & Dec. l. cum proponas. C. de pact. Abb. & Fel. c. 1 ext. de treu. &*

*pac. Alex. l. ſemel mora. ff. ſol. matr. Alex. l. ſi in-
ſulam. ff. de verb. obligation. Alex. conſ 113. lib. 4.
Corn. conſ 42. lib. 2. Paul. de Caſt. conſ. 74. Ant.
Corſet. in tract. de poteſta. regia. 41. col. antepen.
& pen. verſ. e 17. Card. Par. conſ. 164. num. 23.
conſ. 165. nu. 22 lib. 4.*

Quare cum Illuſtris M. A. bellum
inceperit N. eorumq; ſocios & confœde-
ratos laceſſiverit, videtur dicendum, N.
eorumq; ſociis & confœderatis non eſſe
imputandum id, neq; ipſos eam ob cauſam
conveniri poſſe, quod ipſi bello laceſſiti di-
tionem Illuſtris M. A. prædictis modis va-
ſtaverunt atq; deteriorem reddiderunt.

Tertiò, † hanc ſententiam confir-
54 mat id, quod traditur, bello ſedato, damna
hinc inde data refici non debere, *Socin.
conſ. 134. num. 59. lib. 3.*

55 Quartò, † pro damno illato agi non
poteſt, quando hæc habet admixtam cul-
pam illius, cui damnum illatum fuit, *So-
cin. conſ. 156. num. 11. lib. 2. Aymon. Cravet.
conſ. 119. num. 11.* Sed certum eſt, prædi-
ctas vaſtationes & deſtructiones habere
admixtam culpam Illuſtris M. A. qui N.
eorumq; ſocios & confœderatos bello la-
ceſſivit. Igitur videtur dicendum Illu-
ſtriſſimis M. pro hoc damno illato nullam
actionem contra N. eorumque ſocios &
confœderatos competere.

56 Quintò, † culpa non poteſt imputari
ei, qui quid facit pro vitando damno futu-
ro, *Abb. conſ. 60. lib. 1. Aymon. Cravet. conſ. 8.
num. 21.* Sed N. eorumq; ſocii & confœ-
derati pro vitando damno futuro prædi-
ctas munitiones deſtruxerunt. Igitur vi-
57 detur dicendum, † illos non fuiſſe in culpa
nec propter culpam conveniri poſſe.

Sextò, cum ordinata charitas incipi-
at à ſe ipſa, *l. præſens C. de ſervitut. & aqua. c.
ſi non licet 23. quæſt. 5.* & ordinata charitas
plus ſe curet in ungue pedis, quam adver-
ſarium in vertice capitis, *Bald conſ 312. in-
cip. viſis actis col. 1. lib. 4.* Et Alpibus ille pe-
reat, qui ſe plus diligit ullum, *Bal. conſ 299.
incipien. dicunt. Petrus lib. 2*, receptum eſt, il-
lud quod fit ideò, quod quis ſe plus altero
diligit, dolo atq; culpa carere, *Pet. de Anchor.
conſ. 11. Paul. de Caſtr. conſ. 192. incipien. verba
oppoſita col. 2. lib. 1.*

Quare cum N. prædictas munitio-
nes Illuſtris M. A. ideo deſtruxerint, quia
ipſi ſe ſuosq; poſteros ſubditos atq; liber-
tatem ſuam quam Illuſtriſſimos M. dilexe-
runt, videtur dicendum, ipſos & dolo &
culpa carere, eamq; ob cauſam ipſos nulla
actione ad damnum reſarciendum conve-
niri poſſe. Septimò, pro hac ſententia adduci
poſſunt omnia illa argumenta, quæ in pri-
ma quæſtione pro N. adduximus, ex quibus
videtur apparere, N. facientes prædictas va-
ſtationes & deſtructiones licitè feciſſe, &
per conſequens, illos in his deliquiſſe, neq;
ad damnum reſarciendum conveniri poſ-
ſe, quia id quod fit, lege permittente, pœ-
nam nullā meretur, *l. Gracchus C. ad l. Iuli. m.
de adult.* Octavò, † pro hac deciſione adduci 58
poteſt, quod in delictis ad hoc, utrum, & in
quantum, quis ex delicto conveniri poſſit,
inſpiciamus tempus delicti perpetrati, *l. 1. ff.
de pœn. l. ſi quis decurio C. ad l. Cornel. de falſ. l. in
delictis. §. ſi damnum extraneus. ff. ad l. Aquil. Bar.
& Iaſ l ſi ſervum. ff. ſi ex noxal. cau. agat.* Sed
certum eſt, quod inſpecto tempore delicti
perpetrati eo videlicet tempore, quo N. eo-
rumq; ſocii & confœderati prædictas vaſta-
tiones & deſtructiones fecerunt Illuſtriſſi-
mis M. B. nulla actio ad damnum reſarcien-
dum propter prædictas vaſtationes & de-
ſtructiones competat. Namq; tempore ho-
rum deſtructionū & vaſtationum Illuſtris
M. A. adhuc fuit in vivis, & aliis Illuſtriſſi-
mis M. in hiſce bonis vaſtatis & deſtructis
nullum aliud jus, quam ſpes ſuccedendi tā-
tum competiit, † quæ ſpes improbalis eſt, 59
& æſtimationem nullam recipit, *Bar. l. is po-
teſt n. 6. & 7. & ibi Alex. & Iaſ. ff de acq. hered.*
Nono, territorium ſive ditio Illuſtris M. A.
eo tempore, quo hæ deſtructiones & vaſta-
tiones factæ fuerunt, nec ad Illuſtriſſimos
M. ſed ad dominū feudi Imperatorem nem-
pe pertinuit, ſecundum diſpoſitionem no-
vellarum Conſtitutionū, quæ expreſsè ſan-
ciunt, ut vaſallo bannito ſive banno Impe-
riali ſubjecto, bona illi⁹ feudalia applicen-
tur, non agnatis vaſalli ſed domino feudi,
quoad bannitus vivit. Igitur licet mortuo
Illuſtri M. A. bona ipſius reſtituta fuerint
Illuſtri M. G. F. tamen videtur dicēdum non
ipſi Illuſtri M. G. F. ſed domino feudi Impe-
ratori nempè, propter haſce deſtructiones
& devaſtationes actionem cōtra N. eorum-
que ſocios & confœderatos competere.

Quia actio † perſonalis ratione rei 60
vel delicti circa rem perpetrati compe-
tens, nunquam ſequitur ſingularem ſuc-
ceſſorem, *l. 1. §. ſi fundum. ff. de aqua pluv.
arcen. l. is qui puteum. §. ſi poſtea. ff. quod vi aut
clam. l. quod ſæpe. §. ff ſi res. de contrah. empt. l.
ſi ea res. ff. de action. empt. Bart. l. ſi tertius §.
ſi is qui prius. ff. de aqua pluv. arcen. Dyn. c. is*

qui in

qui in jus de reg. jur. lib. 6. qualis eſt is, qui in feudum ſuccedit, *c. 1. An. agnat. Bal. conſ. 232. incip. fœmina lib. 1. conſ. 182 incip. Petrus lib. 3. Alber. Brun. conſ. 18. nu. 13. Aym. Craves. conſ. 197. nu. 1.* ubi præfati Dd. concludunt, cum is, qui in feudum ſolum ſuccedit, ſucceſſor ſingularis ſit, ipſum non cogi æs alienum defuncti ſolvere, ad quod faciẽdum ſucceſſor univerſalis regulariter cogitur.

Et licet per hæc & ſimilia, quæ pro hac ſententia adduci poſſent, concludendum videretur, Illuſtribus M. contra N. eorumq; ſocios & confœderatos nullam competere pro damnis, per quæ territorium Illuſtris M. A. deterius factum fuit, actionem. Ego tamen his & ſimilibus, quæ pro hac ſententia adduci poſſent, non obſtantibus, contrariam ſententiam veriorem judico, atq; ſecundum legitimas diſpoſitiones Illuſtri M. G. F. ad quem mortuo Illuſtri M. A. prædicta bona feudalia ex pacto & providentia majorum pervenit, contra N. eorumq; ſocius & confœderatos competere actionem, qua N. eorumq; ſocii & confœderati cogantur Illuſtri M. G. F. omnia damna, per quæ ditio Illuſtris M. A. propter prædictas vaſtationes & deſtructiones deterior facta fuit, reſarcire.

Primù, quia certum eſt N. eorumq; ſociis & confœderatis nullo modo licuiſſe ſubacta jam & in poteſtatem ſuam redacta univerſa ditione Illuſtris M. A. ædificia tàm munita quàm non munita deſtruere, ſylvas, venationes & piſcationes vaſtare, incolas immoderatis gravaminibus exhaurire, aliove modo dictam ditionem deteriorem reddere, prout hoc latè in prima quæſtione docuimus.

Deindè quoq; certum eſt, Illuſtri M. G. F. per prædicta à N. eorumq; ſociis & confœderatis maximum damnum illatum. Igitur ſequitur, Illuſtrem M. G. F. optimo jure à N. eorumq; ſociis & confœderatis petere poſſe, damna ipſi illata, per quæ territorium prædictum feudale deterius factum fuit, reſarciri.

61 Namq; is, qui † alteri lege non permittente quocunque modo damnum inferat, vel ex cujus facto aliquod damnum ſentiit vel læſus fuit, damnum paſſo vel læſo hoc damnum reſarcire cogitur, *l. ſi ſervum. §. tertio Capite. §. penult. & §. final. l. qui occidit. §. in hac actione. ff. ad l. Aquil. l. qui ſervandarum in princip. & §. final. l. ſi rem, in princip. l. duo ſecundum liberum. ff. de præſcription. verb.* Etiamſi hoc damnum alteri non dolo neq; lata culpa, ſed culpa ſaltem leviſſima in faciendo conſiſtente, illatum fuerit, *l. in lege Aquilia. ff. ad l. Aquil. Bart. l. quo bona. §. cum inter. ff. de dam. infect. Alexan. conſil. 50. num. 12. lib. 1. Socin. conſil. 54. col. final. lib. 4. Iaſon l. ſi mora. ff. ſol. mat. Aym. Craves. conſ. 95. num. 2.*

Secundò, is qui non † utitur remediis oportunis, eſt in dolo præſumpto, atque parti læſæ tenetur & damna & Intereſſe reſarcire, *Bald. conſil. 395. in princip. Pro domino Divaldo col. 2. lib. 2. Aymon. Cravet. conſil. 97. num. 7. arg. l. idemq; §. ſi ignorantes. ff. mandat. l. final. §. illud. verſ. ſumma eſſe. C. de tempor. appellation.* 62

Sed N. eorumq; ſocii & confœderati in defendendo ſe contra prætenſum timorem belli atq; contra læſionem quàm ex munitionibus deſtructis timebant, ſi illas Illuſtris M. A. recuperaſſet, non ſunt uſi oportunis remediis.

Namq; non aſſignarunt haſce munitiones domino feudi, Imperatoriæ nempè majeſtati, quod & facere tenebantur, & hoc facto ipſi ſe ab omni periculo liberare potuiſſent prout ſuprà ducuimus.

Igitur ſequitur, quod ipſi detinentes & vaſtantes territorium Illuſtris M. A. ſint in dolo præſumpto, quodq; ipſi Illuſtri M. G. F. qui ex hac deſtructione & vaſtatione graviter læſus eſt, omne damnum reſarcire cogantur.

Tertiò, quia novellæ Conſtitutiones Imperiales ſuprà à me citatæ, expreſsè ſanciunt, occupationem bonorum feudalium banniti, ita fieri debere, ne ex hac agnatis vaſalli banniti, ad quos ſucceſſio feudi pertinet, præjudicium generetur.

Igitur ſequitur, ſi is, qui bona feudalia banniti occupavit, & ita tractaverit, ut ea notabiliter deteriora efficiantur, atq; ſic per hoc, agnatis vaſalli damnum inferatur, ſive præjudicetur agnatis vaſalli, dari contra hanc ipſis agnatis actionem, ad id, quod intereſt, *arg. l. ſtatuas. ff. de acq. rer. dom.*

Quartò, † hanc ſententiam comprobat id, quod tradit *Ang. de Clav. in ſum. verb. bellum nu. 12.* ubi quærit, utrum gerens juſtũ bellum, teneatur damnum alteri illatum reſarcire, & reſpondet, Quod non tenetur de illis damnis, quæ bona fide intulit, à quibus commodè abſtinere non poterat, ſecundum conſuetudinem pugnæ. 63

Si qua tamen animo graſſandi & malitioſè intulit, cum aliàs poſſet abſtinere & ſibi conſulere, ea inquit Angel. damnum paſſo reſarcire cogitur.

Quare cum N. abſtinere potuerint à dictis vaſtationibus, ſilvarum, venationum & piſcarionum gravaminibus, incolis illatis, nec non & deſtructionibus ædificiorum non munitorum, ſequitur ipſos cogi Illuſtri M. A. omnia damna per prædicta facta, illata reſarcire.

Similiter cum & N. poſt occupatam jam & in poreſtarem ſuam redactam univerſam ditionem illuſtris M. A. potuiſſent abſtinere à deſtructione arcium munitarum ſibiq; alia via, tradendo nempè haſce arces Imperatori, prout debebant conſulere, certum eſt, illos obligatos eſſe Illuſtri M. G. F. etiam hoc damnum, quod ipſi per deſtructionem munitionum illatum eſt, reſarcire.

Præterea poſito, ſed tamen non conceſſo, N. eorumq; ſocios & confœderatos lege permittente præfatas munitiones deſtruxiſſe, ipſi tamen nihilominus Illuſtri M.G.F. qui ex hac deſtructione grave damnum accepit, omne damnũ reſarcire cogerentur, quod evidẽtiſſimis rationib⁹ probatur. Primò, per text. *l. 2. C. quib. ex cau. ſer. pro præ. liberta. accip.* ubi expreſſè diſpoſitum eſt, in illis caſibus, in quibus ſervi pro præmio à fiſco invito domino libertate donantur fiſcum cogi domino pretium ſervi vendere. Secundò, per text. *l venditor. § ſi conſtat. ff. com. prædio. ubi.* deciditur, eum qui permittente lege vel ſtatuto invito domino in fundo alieno lapides cædit, domino fundi pro hoc ſolarium ſolvere cogi. Tertiò, per text. *l. 2. in princ. ff. ad l. Rhod. de jactu.* in quo text. Jureconſultus decidit, licet permiſſum ſit, nave in periculo conſtituta, merces alienas, quæ in nave vehuntur pro conſervanda & nave & aliis mercibus, quæ in eadem nave vehuntur, in mare abjicere: tamen dominum navis & dominos mercium, ad quorum communem utilitatem alienæ merces in mari projectæ ſunt, illis cujus merces in mari projectæ ſunt, omne damnum reſarcire cogi.

64 Quartò hanc ſententiam † comprobat doctrina Dd. comuniter recepta, quæ vult, licet Principi vel etiam alii magiſtratui permittatur, ex cauſa publicę utilitatis res proprias ſubditis ſuis ex cauſa pubicę utilitatis auferre, Principem tamen vel alium magiſtratum rem ſubditis ſuis ex cauſa publicæ utilitatis auferentem illis ſubditis pro hac re damnum reſarcire, pretium nempè ſolvere cogi, *Guilb. de Cug. Bart. Alber. Bal. & Fulgoſ l. fin. § fin. ff. de pignor. actio. gloſ. l. Barbarius & ibi Iaſ nu. 36 ff. de offic. prat Ang. conſ. 136. Fel. c. quæ in Eccleſiarum nu. 28. & ibi Dec. nu. 29. extr. de conſtitution. Aymon. Cravet. conſ. 95. nu. 7.*

Quintò, licet civitati ex cauſa publicæ utilitatis permittatur per agrum alienum foſſam facere, civitas tamen cogitur domino agri alieni damnum, quod ipſe ex hoc facto accepit, reſarcire, *Bald. l. 2. C. quib. ex cau. ſer. pro præ. liberta. accip. Felin. d. c. quæ in Eccleſiarum nu. 28. Iaſ. d. l. Barbarius num. 38. Iaſ. l fin. nu. 3. C. ſi cont. jus vel utilit. publ.*

Sextò, civitas quæ propter delictum unius conſortis domum communem deſtruit, licitè tenetur ſocio inſonti ſolvere, precium partis ſuæ, *Bald. d. l. 2. C. quib. ex cau. ſer. pro præmio liberta. accip. Bart. l. at ejus ait. § fin. ff. de aqua pluv. arcen. arg. l. mulier. in opus Sal. ff. de cap. l 2. C. de deſertorib. lib. 12.*

Septimò, hæc ſententia confirmatur per id, quod tradit *gloſ. c. ad hæc. verſ. non poteſt, de allodiis*, ubi gloſ. concludit, ſi vaſallus perdat feudum ſine culpa ex facto domini, dominum teneri ipſi vaſallo de alio feudo providere, ex quo Bald. ibidem in- 65
fert, † Papam qui aufert alicui beneficium Eccleſiaſticum, cogi illi, cui hoc beneficium ablatum eſt, de alio ſimili beneficio providere, *Et Matth. de Afflict. ibidem, per eandem gloſ. decidit, ſi Rex vel Imperator auferret ex plenitudine poteſtatis emptori gabellas venditas, ipſum emptori ad id, quod intereſt, teneri.*

Octavò, Papa cogens Epiſcopum renunciare Epiſcopatui ſine delicto Epiſcopi, obligatur huic Epiſcopo de alio Epiſcopatu providere, *Innocent. c. niſi cum pridem, extr. de renun.*

Nonò, licet † incendii arcendi cau- 66
ſa permittatur domum vicini propria autoritate diruere, vicinia tamen ad cujus utilitatem hæc deſtructio facta fuit, domino ædium deſtructarum omne damnum omneq; id quod intereſt, reddere ſive reſarcire, cogitur, *Speculat. §. 1. num. 58. de actore Guiel. de Cug. Bart. & Bald. l. 2. in princ. arg. ill. text. ff. ad l. Rhod. de jactu. Iacob. de Butr. & Albert. de Roſa. l. ſi quis fumo, §. 1. ff. ad l. Aquil. Paul. de Caſtr. conſ. 220. Fel. c. tua nos extr. de homicid. Benevent. Strach. in tract. de mercatorib. tit. de nautis 5. par. ver. ſed nec eſt. num. 2.*

Nonò,

Nonò, hæc ſententia comprobatur per doctrinam *Matth. de Afflict. c. 1. §. ſi verò contigerit num. 17. de pac. juramen. firman.* ubi Matth. de Afflict. generaliter & indefinitè concludit, eum, qui facit aliquid juris autoritate, ſi ex hoc facto alteri præjudicium generetur, læſo ſive præjudicium ſentienti, id quod intereſt, præſtare cogi.

Ex quibus omnibus ſatis liquet atq; patet, quod & N. eorumq; ſocii & confœderati indiſtinctè obligati ſint Illuſtri M. G. F. reſarcire omne damnum, quod ipſe ex hoc accepit, quod ipſi præfatas deſtructiones, vaſtationes & deteriorationes fecerunt, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, ipſos prædicta, lege permittente feciſſe.

Nec obſtant huic veriſſimæ deciſio-
67 ni ea, quæ pro parte † contraria allegata fuerunt: Namq; ad primam allegationem contrariam nempè, *ad d. l. quoniam nullis C. ad l. Iul. de vi publ. & ad l. 1. §. cum arietes ff. ſi quadrup. paup. feciſ. dicatur,* reſpondeo, primò, illa jura procedere in iis, quæ in ipſo bello ſive in ipſo conflictu fiunt. Secundò, dico, illas leges procedere in illis tantum, à quibus laceſſitus commodè & abſque periculo abſtinere non potuit.

Quare cùm N. eorumq; ſocii ab hiſce deſtructionibus & vaſtationibus abſq; ſuo periculo abſtinere potuiſſent, atq; etiam præter hæc prædictæ vaſtationes & deſtructiones, non in ipſo bello, ſed finito jam bello & omnibus viribus Illuſtris M. A. fractis factæ fuerint, certum eſt N. eorumq; ſociis & confœderatis prædictas leges non patrocinari.

68 Ad ſecundum argumentum contrarium † reſpondeo, illud indiſtinctè procedere, quando laceſſitus ſive offenſus incontinenti, & ad defenſionem ſuam neceſſariam, dum videlicet ipſe periculum aliter evitare non potuit, laceſſentem ſive offendentem lædit, illi damnum infert, ſin autem offenſus vel laceſſitus offendentem vel laceſſentem non in continenti ad defenſionem ſuam, ſed ad vindictam ex intervallo forſan vel dum aliter periculum evitare potuit, læſerit, vel illi damnum intulerit, ipſe quidem non tenetur pœna conventa fractæ pacis, ſed tamen ipſe conveniri poteſt ad damna ſive Intereſſe reſarciendum. Namq; id, quod ad vindictam fit, indiſtinctè prohibitum eſt, & contra faciens, præter alias pœnas legales, parti læſæ & damnum & Intereſſe reſtituere cogitur, *l. qui cum aliter. §. ſed ſi defendendi. ff ad l. Aquil. l. nullus C de jud. c. ſignificaſti, & ibi gloſ. & Dd. ext. de homicid. gloſ. l. 2. C quand. liceat ſine jud. ſe vindic.* Quare cum N. eorumq; ſocii & confœderati non ad defenſionem ſed potius ad vindictam & contumeliam totius Illuſtriſſimæ familiæ M. prædictas vaſtationes & deſtructiones fecerint, certum eſt, ipſos Illuſtri M. G. F. & damna & Intereſſe reſarcire cogi.

Ad tertium argumentum contrari- 69
um reſpondeo, † prædictas deſtructiones & vaſtationes à N. eorumq; ſociis & confœderatis factas, non in ipſo bello, ſed poſt bellum finitum fractis jam omnibus viribus Illuſtris M. A. Igitur ſequitur doctrinam Socin. quæ in caſu diverſo in damnis nempè in bello datis, loquitur, nobis non obſtare.

Secundò dico, hoc procedere tantum in damnis, à quibus inferens commodè abſtinere non potuit, ſecus autem eſt in aliis damnis, à quibus inferens commodè abſtinere potuit, illa enim damnum paſſis reſtituenda ſunt, ut ea ne Imperator quidem faciens vel componens pacem abſque juſtiſſima cauſa non conſentientibus damnũ paſſis, remittere poſſit, *Hoſtienſ. c. quanto extr. de jurejuran. Bal. l. ſi domus. ff. de ſervitut. urban. prædio Gemina c. ſi quem § notandum 2. q. 3. Iaſ. l. 2. nu. 10. C. de in jus vocan.*

Ad quartum argumentum contrarium reſpondeo, Primo, illud argumentum
procedere quando † culpa eſt ordinata ſivè 70
diſpoſita ad damnum poſtea contingens: ſecus autem eſt, quando culpa non eſt ordinata vel diſponſita ad damnum, poſtea contingens, tunc enim is, qui culpa ſua damnum ſentit, contra damnum inferentem ad reſtitutionem damni rectè agit.

Namq; culpa præcedens caſum vel damnum, nunquam imputatur illi, qui eſt in culpa, quando hæc culpa non eſt ordinata vel diſpoſita ad damnum poſtea contingens, *l. non omne. ff. de ſtatu lib. l. is qui. ff de act. & oblig. c. quia diverſitatem ext. de conc. preb. Bar. l. 2. §. fin. ff ſi quis caut. Bar. l. ſi ut certo. §. interd. ff. Commod. Paul. de Caſ. l. fin. § ſi ea conditione. ff. ad l. Rhod. de jact. Paul. de Caſt. conſ. 136. lib. 1. Alex. conſ. 74. lib. 6. Alex. l. 2. §. quod diximus. n. 6. ff. ſi quis caut. Dec. c. ex ratione n. 19. ext. de Appellat. Dec. l. contractus. ff. de reg. ju. Aym. Crav. conſ. 8. nu 29. Benevent. Stracch. in tract. de mercatoribus. tit. de naut. navib. & navig. 4. parte.*

Quare ſequitur, quod etiam poſito,
46 ſed tamen non conceſſo, Illuſtrem M. A. fuiſſe in culpa laceſſendo bello N. eorumque ſocios & confœderatos, cum tamen hæc culpa non ſit diſpoſita neq; ordinata ad damnum, quod poſtea N. eorumq; ſocii & confœderati per prædictas vaſtationes & deſtructiones Illuſtriſſimis M. intulerunt, Illuſtri M. G. F. contra N. eorumq; ſocios & confœderatos actionem competere ad reſarciendum ſive reſtituendum ipſi damnum illatum, non obſtante hoc, quod Illuſtris M. A. fuerit in culpa illos bello laceſſendo,

Secundò reſpondeo, hoc argumentum propriè procedere eo caſu, quando is, cujus culpa damnum evenit, propter damnum illatum non contra inferentem, ſed contra tertium quendam agere vult, in quibus terminis propriè loquitur Sucinus. Secus autem eſt, quando is qui fuit in culpa ad reſarciendum damnum illatum, contra damnum inferentem agere vult, hoc enim indiſtinctè admittitur, quando damnum inferens dolo ſaltem præſumpto alium læſit, quod optima ratione prubatur.

Namq; is, qui per vias inſolitas, ſive inuſitatas proficiſcitur, eſt in culpa, *Bart. l. 1. §. 1. arg. ill. text. ff. de his qui eje. vel effud. Bart. Bald. & Sal. l. cum proponas. arg. ill. text. C. de naut. fœno. Bart. l. 2. arg. ill. text. C. de curſu publ. lib. 12. Ang. l. pe. C. quæ res ven. non poſ. Corn. conſ. 273. lib. 1. Fel. c. poſtulaſti. nu. 8. extr. de foro compet. Iaſ. l. 1. nu. 23. ff. ſi quis caut. Nicol. Boer. deciſio. 178. Aym. Cravet. conſ. 115. nu. 5.*

Quare, cum N. fuerint vel in dolo præſumpto, vel ſaltem in latiſſima culpa in hoc, quod ipſi prædictas deſtructiones & vaſtationes fecerunt, ſequitur, Illuſtri M. G. F. permitti contra ipſos agere ad damnum ſibi illatum reſarciendum.

Tertiò reſpondeo, hoc argumentum contrarium tunc demum procedere, quando illi qui eſt in culpa, propter culpam præcedentem damnum illatum eſt, prout uterque tàm Socin. quàm Aymon. Cravet. in tali caſu loquuntur, ſecus autem eſt, quando non illi qui fuit in culpa; ſed cuidam tertio damnum illatum fuit: hoc enim caſu damnum paſſus, indiſtinctè pro damno illato contra inferentem agere poteſt: non obſtante hoc, quod illud damnum propter culpam tertii ipſi illatum fuerit.

Namq; dolus vel culpa alterius, tertio nunquam nocere vel obeſſe debet, *l. ſi quis in ſuo. §. fin. ibi Iaſ. C. de inul. l. Teſtis. l. ſancimus C. de pœn. l. aratem. ff. de pœn. l. non debetur alteri, & ibi Dec. ff. de reg. ju. c. non debet, & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6. Fel. c. jus generale diſt. 1. Dec. c. 2. extr. de conſtitution.*

Quare, cum per prædictas vaſtationes & deſtructiones N. eorumq; ſocii & confœderati non ipſi Illuſtri M. A. qui fuit in culpa ipſos bello laceſſendo; quique propter ſententiam banni contra ipſum lata, omne jus ſuum, quod in bonis ſuis feudalibus habuit, amiſerat, ſed Illuſtri M. G. F. qui in hiſce bonis feudalibus ſimultaneam inveſtituram habet, quiq; in nulla culpa fuit, damnum intulerunt, ſequitur, Illuſtrem M. G. F. contra N. eorumq; ſocios & confœderatos ad reſarciendum ipſi damnum illatum, agere poſſe, nec ipſi quicquam obeſſe id, quod Illuſtris M. A. fuit in culpa ipſos bello laceſſendo.

Huc accedit, quod † provocatus de- 71
linquens regulariter non excuſatur, *l. ſi non convicii & ibi Bald. C. de inju. c. ſignificaſti el. 2. extr. de homicid. Abb. c. dilecti & ibi Fel. num. 10. extr. de exception. Abb. c. 1. de injur. Abb. c. 1. ext. de his qui filias occiderunt. Archidiac. & Domin. c. neſand. 3. q. 11. Dec. l. quicquid coloc. nu. 7. ff. de reg. jur.*

Igitur ſequitur, N. eorumq; ſocios & confœderatos non excuſari quò minus illi Illuſtri M. G. F. damnum reſarcire cogantur, licet ipſi provocati ſive laceſſiti ab Illuſtri M. A. prædictas vaſtationes & deſtructiones fecerint.

His adde, quod is qui ex † uno deli- 72
cto convenitur, ad damnum reſarciendum exceptione alterius diverſi delicti ad diverſum finem tendentis, removeri ab agendo nequeat, *Innocent. & Ioan. de Ana. c. intelleximus, extr. de jurejuran. Ioan. de Ana. c. ſignificaſti, extr. de homicid. Speculator. §. 1. ver. quid ſi te vocavi num. 11. de accuſato. Angel. l. ut vim, num. 36. ff. de juſt. & jur. Abb. c. dilecti & ibi Dec. num. 15. extr. de exception. Abb. c. tum te, num. 25. extr. de ſentent. & re judic. Petr. de Anchor. conſil. 325. Oldrad. conſil. 53. Socin. conſil. 118. num. 5. conſil. 140. num. 12. Alexan. l. final. ff. quod quiſ. jur. Felin. c. 1. ext. de exception. Add. ad Abb. c. final. extr. de injur.*

Quare

Quare cum bellum illatum ab Illuſtri M. A. N. eorumq́; ſociis & confœderatis ſit diverſum à prædictis vaſtationibus & deſtructionibus, atq; ad diverſum finem tendat, ſequitur, quod N. eorumq́; ſociis & confœderatis non permittatur Illuſtri M. G. F. contra ipſos ad Intereſſe agenti, propter prædictas vaſtationes & deſtructiones objicere exceptionem de bello ipſis ab Illuſtri M. A. illato.

73 Ad quintum argumentum contrarium reſpondeo, illud argumentum † contrarium procedere primò, eo caſu, quando id, quod quis pro vitando damno futuro facit, non eſt conjunctum cum alterius damno vel injuria, in quibus terminis Abb. de jure reſpondit.

Secundò, dico hoc argumentum tunc demum procedere, quando timor damni futuri eſt juſtus & inſtans ſive præſens: Secus autem eſt, quando timor damni futuri non eſt juſtus neq; pręſens, vel inſtans, tunc enim cum inani timoris nulla ſit æſtimatio factum pro vitando hoc damno, culpa non caret, *arg. l proinde. ff. quod met. cau. l. ſi quis ab alio in princ. ff. de re judica.*

Tertiò, dico, hoc argumentum procedere eo caſu, quando damnum aliter evitari nequit: Secus autem eſt, quando damnum aliter evitari poteſt, *arg. l. ſententiam §. qui cum aliter ff. ad l. Aquil.*

Quare, cum prædictæ vaſtationes & deſtructiones ſint conjunctæ cum damno & injuria omnium M. atq; N, eorumq́; ſocii & confœderati prædictas deſtructiones & vaſtationes fecerint non pro vitando periculo belli præſentis & inſtantis, ſed pro vitando periculo belli futuri, cujus tamen nulla veriſimilis præſumtio fuit, atq; etiam ipſi præter hoc periculum futura belli aliter evitare potuerint, ſequitur, ipſis non licuiſſe pro vitando damno vel periculo futuro prædictas vaſtationes & deſtructiones facere.

74 Ad ſextum argumentum contrarium reſpondeo, illud † argumentum primò procedere à rebus noſtris propriis, in quibus terminis loquitur, *l. præſes C. de ſervitut. & aqua.* Secus autem eſt in rebus alienis, quas propter hanc regulam, quod videlicet ordinata charitas incipiat à ſe ipſa, neq; vi neque clam auferre, neq; deſtruere neq; vaſtare licet, ut patet ex toto *titul. de vi bonorum raptorum & de vi & vi armata, in ff. & C.*

Secundò dico, hanc regulam procedere, quando quis moderamen inculpatæ tutelæ ſervat, & quid ad defenſionem neceſſariam facit, alioquin verò ſecus eſſe, *arg. l. ſcientiam. § qui cum aliter. junct. § ſeq ff. ad l. Aquil. Clement. 1. de homicid.*

Quare, cum N, eorumq; ſocii & confœderati prædictas vaſtationes fecerint, non in rebus propriis, ſed in rebus alienis atq; etiam prædictæ vaſtationes & deſtructiones non ſint factæ ad defenſionem neceſſariam, ſequitur, N. eorumq́; ſociis & confœderatis nullo jure prædictas vaſtationes & deſtructiones feciſſe, & per conſequens, ipſos & in culpa latiſſima fuiſſe, & Illuſtri M. G. F. omnia damna omneq́; id quod intereſt, reſarcire cogi.

Ad ſeptimum argumentum contrarium evidentiſſima reſponſio, patet ex his quæ diximus circa primam quæſtionem.

Ad † octavum argumentum contrarium reſpondeo, tempore vaſtationum atq; deſtructionum prædictarum Illuſtrem M. A. propter ſententiam banni contra ipſum latam, omne jus ſuum, quod ipſe in bonis ſuis feudalibus habuit, amiſiſſe. 75

Ideoq; ſequitur, hoc argumentum contrarium, quatenus vult ſpem ſuccedendi agnatis improbabilem vel æſtimationem recipere, nobis nihil obſtare. Deindè quoq; certum eſt, licet ſpe ſuccedendi agnatis in bona hæreditaria improbabilis ſit, ſpem tamen ſuccedendi agnatis in bona feudalia & probabilem eſſe & æſtimationem recipere.

Namque ſpes ſuccedendi agnatis in bona hæreditaria tantum ex legis diſpoſitione nobis competit, atq; agnatis noſtris liberum eſt teſtamentum condere, & hæreditatem ſuam aliis etiam extraneis relinquere: ſed ſpes ſuccedendi agnatis in bona feudalia, competit nobis ex contractu, ex pacto nempè & providentia illius, qui primò feudum acquiſivit, *c. 1. §. 1. de feu. March.* nec hæc ſpes nobis nullo modo auferri vel adimi poteſt vel teſtamento vel alio modo, *c. 1. in princip. de ſucceſſ. feud. c. 1. in princip. de alienat. feud. patet.*

Igitur dubium non eſt, hanc ſpem & probabilem eſſe & æſtimationem recipere. Namq; omnis ſpes ex contractu deſcendens, probabilis dicitur, atq; æſtimationem recepit, *arg. § ex conditionali Inſtitut. de verb. obligation.*

Huc accedit, quod vaſallus in feudo habeat jus limitatum pro tẽpore vitæ ſuæ,

quod-

quodq; vaſallus intelligatur gravatus poſt mortem ſuam, agnatis ſuis hoc jus poſt mortem ſuam reſtituere, *And. de Iſer. c. 1. §. hoc quoq;, & ibi Matt. de Afflict. nu. 8. de ſucceß. feud. And. de Iſern. c. 1. §. quid ergo, nu. 7. & ibi Matt. de Afflict. nu. 20. de inveſt. de re alien. fac. Idem Matt. de Afflict. in prælud. feud. nu. 178. Card. Par. conſ. 23. n. 129. lib. 1. conſ. 65, nu. 13. lib. 3. Dec. conſ. 445. num. 33.*

Quare, cum in iis rebus, quas quis rogatus eſt nobis poſt mortem ſuam reſtituere, habeamus & probabilem & æſtimabilem ſpem ſuccedendi, *arg. l. fin. §. pen. & § fin. C. com. de leg.* ſequitur, quod etiam poſito, Illuſtrem M. A. tempore vaſtationum prædictarum nondum amiſiſſe propter ſententiam banni jus, quod in bonis ſuis feudalibus habuit, nihilominus tamen Illuſtri M. G. F. propter jus, quod ipſe in hiſce bonis habuit, propter probabilem nempè & æſtimabilem ſpem ſuccedendi in hæc bona, competere actionem ad damnum, quod N. intulerunt, ſibi a N. eorumq; ſociis & confœderatis reſarciendum.

Ad nonum argumentum contrarium reſpondeo, licet propter ſententiam banni contra Illuſtrem M. A. probatam, bona ipſius feudalia domino feudi Imperatori nempè applicata fuerint; cum tamen conſtitutionibus novellis Imperii expreſsè cautum ſit, ut mortuo bannito bona ipſius feudalia ad agnatos proximos ipſius revertantur, Illuſtri M. G. F. pro ſuo jure, quod ipſe in hiſce bonis feudalibus etiam tempore vaſtationum prædictarum habuit, ad id, quod intereſt, atq; damnum ipſi illatum reſarciendum, agere poſſe, dubio caret.

76 Namq; non tantum is, qui † alicujus rei dominium habet, ſed etiam is, qui jus aliquod in re habet, propter damum illatum huic rei, agere poteſt, ſive ipſe in hac re habeat uſum vel uſumfructum, ſive etiam aliud quodlibet jus, *l. 2. ff. ſi quadrup. pauper. fe. dicatur l. item mela. §. fin. ff. ad l. Aquil. l. ſi uſusfructus. ff. de aqua pluv. arcen.*

Et poſito, ſed tamen non conceſſo, Illuſtri M. G. F. propter damna illata præfatis bonis feudalibus actionem ipſo jure ideò non competere, quod hæc tempore banni illati non ad Illuſtrem M. G. F. ſed ad dominum feudi pertinuerunt, tamen cum dominus feudi obligatus fuerit ad reſtituenda prædicta bona feudalia Illuſtri M. G. F. poſt mortem Illuſtris M. A. ipſe Illuſtris M. G. F. ab Imperatore petere atque impetrare poſſet, ut Imperator ipſi cæderet actionem ad repetenda ſive reſarcienda ſibi hæc damna.

Namque omnis is, cui res aliqua debita eſt, vel reſtitui debet, propter damnum huic rei illatum, permittitur à debitore petere atq; impetrare, ut is ſibi actiones ſuas cædat contra damnum inferentem, *l. is qui in puteum. §. ſi poſtea. ff. quod vi aut clam. quod ſæpe. §. ſi res. ff. de contrahen. emption. Bart. l. ſi tertius. §. ſi quis prius. ff. de aqua pluv. arcen. Dyn. c. is qui jus, de regul. jur. lib. 6.*

Nec obſtant huic ſententiæ text. pro contraria parte citati. Namq; illi text. tantum procedunt eo caſu, quando damnum infertur rebus illis, in quibus nullum jus habemus, quæq; nobis debitæ non ſunt: tunc enim propter damnum hiſce rebus illatis nobis actio non datur, licet hæ res poſtea noſtræ factæ fuerint, ſecus autem eſt, ſi damnum fuerit illatum rebus illis, quæ nobis vel debitæ ſunt, vel in quibus jus aliquod habemus, tunc enim pro damno hiſce rebus illato vel ipſo jure vel interveniente ceſſione, actio nobis datur ſive competit.

Quare, cum Illuſtris M. G. F. in bonis feudalibus Illuſtris M. A. etiam vivo Illuſtri M. A. jus ſimultaneæ inveſtituræ habuerit, atque etiam dominus feudi, Imperator nempè, obligatus fuerit Illuſtri M. M. G. F. hæc bona feudalia mortuo Illuſtri M. A. reſtituere, ſequitur, Illuſtri M. G. F. propter damna hiſce bonis illata, actionem competere, contra N. eorumque ſocios & confœderatos vel ipſo jure, vel ſaltem ceſſionis beneficio interveniente.

Ex quibus ſatis liquet atque patet, quod non obſtantibus his quæ pro ſententia contraria adducta fuerunt, Illuſtri M. G. F. actio competat contra N. eorumque ſocios & confœderatos, ad reſarciendum damnum præfatis bonis feudalibus illatum.

Cæterum, cum ex prædictis vaſtationibus atque deſtructionibus principaliter damnum ſenſerit Illuſtris M. G. F. ad quem hæc bona feudalia mortuo Illuſtri M. A. tanquam agnatum proximiorem pervenerunt, ipſi tantum, non autem

autem ipſo vivo reliquis Illuſtriſſimis M. qui ex hiſce devaſtationibus & deſtructionibus non principaliter ſed in conſequentiam læſi fuerunt, contra N. eorumque ſocios & confœderatos actionem competere, prout hoc ſatis probatur per *l. qui liberis, §. hæc verba & ibi Iaſ. ff. de vulg. & pupill. l. ſi quis nec cauſam & ibi Iaſ. ff. ſi cert. petat.* quamvis tamen Illuſtriſs. M. permittatur propter ipſorum Intereſſe actioni ab Illuſtri M. G. F. contra N. eorumque ſocios & confœderatos inſtituendæ, aſſiſtere, juxta doctrinam *Bart. l. ſi quis. §. 1. ff. de Appellat.*

77 Ad † quintam quæſtionem breviter reſpondeo, Illuſtri M. G. F. contra N. eorumque ſocios & confœderatos actionem legis Aquiliæ competere, prout hoc in ſimili decidit *Socin. jun. conſil. 68. num. 154. lib. 3. arg. l. ſi ſervus ſervum. §. tertio autem capite, & §. ſi quis aquæductum. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad l. Aquil. §. capite tertio Inſtit. eod. tit.*

Ad ſextam quæſtionem nobis propoſitam reſpondeo, cum prædictæ vaſtationes & deſtructiones reſpiciant injuriam omnium Illuſtriſſimorum M. omnibus Illuſtriſſimis M. permitti actione injuriarum contra N. eorumque ſocios & confœderatos agere atque N. eorumque ſocios & confœderatos obligatos eſſe univerſæ Illuſtri familiæ M. pro hiſce Injuriis ſatisfacere: namque † omne id 78
quod injuriam ſive contumeliam alicujus reſpicit, actione injuriarum vindicari poteſt, *l. item apud Labeonem, ff. de injur. cum ſimilib.*

CONSILIUM QVADRAGESIMUM SEXTUM.

In quo diſſeritur, de læſione contingente in diviſione bonorum feudalium.

SUMMARIA.

1. In diviſione ſorte facta beneficium l. 2. C. de reſc. vend. locum non habere, firmatur hic. Contrarium n. 26. & 27.

A Iudicio ſortis non appellatur, ibidem

Declaratur num. 30.

2. Nec minori læſo per ſortis diviſionem in integrum reſtitutio conceditur.

Declaratur num. 31.

3. Ex actu, qui in initio tàm ad commodum quàm incommodum habere poteſt, nemo lædi intelligitur, licet poſtea incommodum contingat.

Declaratur num. 32.

4. Beneficium l. 2. C. de reſcind. vendit. non habet locum in feudis.

Declaratur num. 33.

5. Nec in contractibus ſtricti juris.

Declaratur num. 29.

6. Diviſio contractus ſtricti juris eſt.

Contrarium num. 28. & 34.

7. Verba Gereden vnd geloben / *quid importent.*

8. In quib. contractibus innominatis, pœnitentiæ locus non ſit.

9. Diviſio contractus innominatus eſt.

10. Beneficium d. l. 2. non procedit in ſtipulatione.

11. Nec

11. *Nec non in contractu juramento firmato.* Contrarium multi tenent: nu. 38. ubi prius declaratur ab auctore.

12. *Etiamſi contrahentes non fuerint de hoc remedio certiorati.*

13. *Pœna venientis contra contractum juratum.*

14. *Promiſſio facta* bey Ehren / Trewen vnd Glauben / *obtinet vim juramenti.*

Declaratur num. 39.

15. *In dubio contractus celebratus, intelligitur quem partes nominarunt.*

Declaratur num. 47.

16. *Beneficium d. l. 2. non obtinet in transactione.*

Contrarium verius. num. 49.

17. *Nec renunciatione.*

Declaratur num. 50.

18. *Nec donatione*

Declaratur num. 51.

19. *Nec in iis contractibus, in quibus intervenit repetitus conſenſus.*

Contrarium verius, num. 52.

20. *Nec tunc obtinet; quando contrahentes poſt contractum factum eum approbant, & promittunt contra eum non venire.*

Contrarium num. 54.

21. *Nec datur eo quod ſciens læditur.*

22. *Quilibet præſumitur ſcire bonorum ſuorum vires & valorem.*

Declaratur num. 55.

23. *In deliberate factis, error prætendi non poteſt.* Contrarium nu. 57.

24. *Clauſula,* Ex certa ſcientia. *quid operetur, & quando & num. 56. 57. & 58.*

25. *Clauſula,* motus proprii, *& nu. 59.*

27. *Remedium d. l. 2. de Reſc. vendit. in quibus contractibus obtineat.*

35. *Stipulatio ſuper contractu interpoſita, in quo d. l. 2. beneficium locum habet, non impedit ejus legis beneficium.*

36. *De natura ſtipulationum ſuper contractibus innominatis interpoſitarum.*

37. *Stipulatio interpoſita ſuper contractu bonæ fidei, naturam ejuſdem aſſumit.*

40. *In proœmiis dicta, in ſequentibus repetita intelliguntur.*

41. *Geminatio enixam & deliberatam mentem oſtendit.*

42. *Actus vel contractus à quo denominationem accipere debeat. & n. 44. & 47.*

43. *Ex modo procedendi colligitur quem contractum celebrare contrahentes voluerint.*

45. *In contractibus verba diſpoſitiva enunciationis potiora ſunt.*

46. *Verba ſecundum mentem contrahentium & ſubjectam materiam intelligenda, etiamſi verba ad impropriam ſignificationem detorquerentur.*

48. *Diviſio bonorum an poſſit dici transactio.*

53. *Geminatio actus alicujus ut efficax ſit, quid requiratur.*

57. *Clauſula,* Conſultè, deliberatè & ex certa ſcientia, *contractui inſita, enormiter læſum à beneficio d. l. 2. non excludit.*

59. *Nec clauſula,* motus proprii.

60. *Secundæ quæſtionis deciſio uſq; ad num. 85. ubi deciditur tertia, uſq; ad num. 106. ubi quarta, & num. 107. ubi quinta & ultima.*

61. *Læſo infrà dimidium juſti precii non ſuccurritur, niſi aliter convenerit; & nu. 83.*

62. *In contractibus capienda interpretatio eſt, ut contrahentium æqualis ſit conditio.*

63. *Præſertim ut inter fratres æqualitas ſervetur.*

64. *De æqualitate inter liberos ſervanda, notabilia. Quodq; ob id, ut æqualitas inter fratres ſervetur, à juris communis regulis recedamus. Plura num. ſequentib.*

65. *Lex quomodo amet inter fratres æqualitatem & concordiam num. 67.*

66. *Actus in dubio ſecundum jus commune celebratus, intelligitur.*

67. *Æqualitas inter fratres quid efficiat.*

68. *Actus omnis ſecundum æquitatem reſtringitur, extenditur, declaratur, & num. 78.*

69. *Summa æquitas ſuadet inter fratres æqualitatem.*

70. *Verba in contractibus poſita, ſecundum contrahentium qualitatem intelligenda ſunt.*

71. *Nobiles & honeſtos viros non decet deceptio.*

72. *Ex actibus præcedentibus ſequentes declarantur.*

73. *De finibus mandati diligenter obſervandis.*

74. *Actus quilibet ita intelligendus, ne ſupervacuus ſit.*

75. *Quod extenditur pulchrè.*

76. *Mens contrahentium ex iis colligitur, quæ in præfationibus dicuntur.*

77. *Et tam cauſa contrahendi indicat.*

79. *Ex multis ſenſibus contractus juſtior eligendus.*

80. *In diſpoſitione ne ſupervacua ſit, multa comprehenduntur, quæ alioquin non comprehenderentur.*

81. *Verba in contractibus poſita, intelligi debent de caſu magis dubitabili.*

82. In

82. In contractibus capienda illa interpretatio eſt, quæ utriq; utilis ſit.

84. Verba, Wo auch/ꝛc. *quid importent.*

86. Contractus innominati ſtipulatione firmati, nominati cenſentur.

Naturam tamen contractus nominati æſtiment, num. 98.

87. Innominatus non habet locum condictio ob cauſam.

Fallit, num. 95. & aliter declaratur nu. 99.

88. Vt nec in contractibus innominatis, ſtipulatione confirmatis, Contrar. *num. 97. 98. 99. & num. 104.*

89. Regula, Fidem frangenti, fidem denegandam, *in contractibus nominatis, quando non obtineat, & num. 101.*

90. Intellectus l. cum precib. C. *de rer. permutat. & num. seq. & num. 102. & 103.*

91. Natura dictionis adverſativæ, Verò, *& num. 103.*

92. Condictio ob cauſam in diviſione locum habet.

93. Et in Tranſactione.

94. Quomodo verò in contractibus nominatis mixtis, cum contractu innominato.

95. Et quando in contractibus nominatis.

96. Quodq; obtineat in ſtipulatione non ſimplici, ſed ob cauſam facta.

97. Itemq; in contractibus innominatis, in quibus intervenit acceptilatio.

100. A condictione quæ datur ex capite pœnitentiæ ad illam, quæ datur ex capite cauſæ non ſecutæ, argumentum non procedit.

105. Condictio ob cauſam in contractibus innominatis, quando competere incipiat, & qualiter.

CASUS NOBIS PROPOSItus talis eſt, Duo fratres Nobiles volentes à communione bonorum feudalium, quæ ampliſſima partim in Marchia B. partim verò in Archiepiſcopatu M. poſſident, eam ob cauſam diſcedere, ne diſcordiæ, quas materia communionis ſolet excitare, inter illos orirentur, Presbytero cuidam, cui vires atque qualitates bonorum ſuorum feudalium probè cognitas atque perſpectas credebant, mandaverunt, ut is omnia ipſorum bona communia in duas æquales partes divideret, qui Presbyter bona ipſorum communia in duas partes ita diviſit, ut ex bonis feudalibus in Arciepiſcopatu M. ſitas, unam, ex bonis v. feudalib. in Marchia B. ſitis, aliam partem faceret, utque is, cui bona feudalia in Archiepiſcopatu M. ſita obvenirent, alteri octo millia florenorum ſolveret. Hac diviſione facta, & in ſcriptis redacta, prædicti fratres Nobiles adhibitis aliquot conſanguineis ſuis harum partium electionem in ſortis caſum deduxerunt, atque ita evenit, ut uni fratrum bona feudalia in Marchia B. ſita, alteri verò bona feudalia in Archiepiſcopatu M. ſita, ſortis judicio delata ſint.

Deinde, prædicti fratres conventionem ſcriptam fecerunt, in qua cautum eſt, quod prædicti fratres Nobiles non vi neq; metu coacti, neque perſuaſionem alicujus ad id inducti, ſed motu proprio, ſpontè, deliberatè, conſultè & ex certa ſcientia hanc diviſionem fecerint, quodque unus alteri pro ſe & hæredibus ſuis refutaverit & tradiderit ea bona feudalia, quæ ipſi in diviſione obvenerunt, cum omni jure atq; omnibus pertinentiis, & quod prædicti fratres Nobiles pepigerint, ut ſi unus ex ipſis de illis bonis, quæ ipſi in diviſione obvenerunt, controverſia moveretur, unus alium defenderet, utque unus alteri ſuppleret omnem defectum, qui in ſchedulis ſive brevibus diviſionis reperiretur.

Et prædicta omnia habere rata neque ea revocare, aut contra ea ullo modo vel ratione venire, prædicti fratres Nobiles per honorem & fidem ſuam atque per verbum veritatis promiſerunt. His ita geſtis, ille frater, cui bona in Marchia B. ſita ſortis judicio obvenerunt, deprchendit, ſe in diviſione prædicta enormiter læſum atque aliqua ex illis bonis, quæ tanquam communia in diviſione deducta, & ipſi ſortis judicio delata fuerunt, alienaſſe.

In quo quidē caſu nobis propoſito quinque quæſtiones diſcutiendæ ſunt: Primò, utrum, ſi unus ex fratribus in diviſione hac communium bonorum ſorte facta læſus fuerit ultrà dimidium juſti precii, ipſi contra hanc diviſionem ex remedio *l. 2. C. de reſcinden. venditio.* ſuccurratur.

Secundò, poſito, unum ex fratribus per diviſionem quidem læſum, ſed nec ultra dimidium juſti precii, utrum huic fratri

læſo remedium aliquod competat vel ad reſcindendam diviſionem, vel ad petendum ſupplementum.

Tertiò, poſito, fratri læſo infra dimidium juſti precii, competere tantum remedium ad petendum ſupplementum, utrum ſi alter frater recuſet vel negligat, ipſi hoc, in quo læſus fuit, ſupplere, fratri læſo permittatur a diviſione recedere.

Quartò, utrum fratri læſo permittatur partem dimidiam illius arcis, quæ in diviſione alteri fratri obvenit, quamquam ipſe fratri ſuo ad proximum Feſtum Paſchatis tradere, ſecundum pactum incontinenti juxta diviſionem factam promiſit, retinere, etiam hoc tempore elapſo, donec frater ſuus ipſi ſuppleat id, in quo ipſe in diviſione læſus fuit & diviſionis placitum ex parte ſua plenè adimpleat.

Quintò, utrum fratri læſo permittatur ea bona, quæ in diviſione alteri fratri obvenerunt atque tradita ſunt, propria authoritate occupare, ſi frater ſuus ipſi id, in quo læſus fuit, ſupplere & placitum diviſionis ex parte ſua adimplere recuſet.

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QUO NIHIL FELIX FAUSTUMQUE.

QVOAD PRIMAM quæſtionem videtur prima fronte dicendum beneficium *l. 2. C. de reſcind. venditio.* in noſtro caſu locum non habere.

Primò, quia in caſu noſtro diviſio forte facta fuit, † ſed a judicio ſortis ſecundum communem atque receptam Dd. ſententiam non licet appellare, *Bald. l. final. in princ. & ibi Iaſ. num. 10. C. com. de legat. Iaſ. l. hujusmodi. §. fin. num. 16. ff. de legat. 1. Dec. c. licet cauſam. num. 28. extr. de probatio. Dec. l. 1. num 17. C. de pact. Dec. l. de fideicommiß. num. 3. C. de Tranſactio. Carol. Molin. in conſuetud. Pariſienſ. §. 123.* Igitur videtur ſimili modo dicendum, nec contra diviſionem judicio ſortis factam, beneficium *l. 2. C. de reſcind. vendit.* implorari poſſe.

2 Secundò; contra diviſionem per ſortes factam, nec † minori quidem læſo in integrum reſtitutio conceditur, *Bal. l. ait Prætor. §. fin ff. de minorib.* quod confirmatur, quia ſors nihil aliud eſt quàm fortuna ſive caſus: ſed minori vel alteri ex fortuna ſive caſu læſo in integrum reſtitutio non conceditur, *l. verum. § ſciendum. & ibi Bald. & §. ſi locupleti. ff. de minoribus. Iaſ. d. l. de fideicommiß. Dec. l. 1. n. 17. C. de pact.* Igitur ſequitur, minori vel alteri læſo ſorte, in integrum reſtitutionem non concedi, & per conſequens, nec ipſi permitti, contra læſionem per ſortem contingentem beneficium *l. 2. C. de reſcind. vendit.* implorare.

3 Tertiò, † hæc ſententia comprobatur, quia ex illo actu, qui ſe ab initio poteſt habere, tam ad commodum quàm ad incommodum nemo lædi intelligitur, licet poſtea incommodum contingat, nec ei, cui poſtea incommodum contigit tanquam læſo vel reſtitutione in integrum vel alio remedio ſuccurritur, *l. de fideicommiß. & ibi Alex. Iaſ. & Dec. C. de Tranſact. ſi pater puellæ. & ibi Iaſ. & Dd. C. de inofficioſ. teſtam. Dec. l. 1. nu. 17. C. de pact.* per quam regulam Dd. noſtri tradunt, puellam gravatam fideicommiſſo ſub illa conditione, ſi ipſa deceſſerit abſq; liberis, non cenſeri læſam, ſi tutor ipſius, ipſa adhuc impubere exiſtente, tranſigat, cum fideicommiſſario, ut is accepta certa pecuniæ ſumma fideicommiſſum remittat, licet iſta puella poſtea nubat, & liberis ſuperſtitibus decedat, eam ob cauſam, quia potuit fieri, quod illa puella vel non ſuſcipiat liberos, vel liberi ſuſcepti ante ipſam decedant, & ſic ratione illius dubii & incerti eventus læſio conſiderari non debet, ſicut hoc expreſsè atq; in ſpecie decidit *Calc. conſ. 96.* quem refert atq; ſequitur *Aym. Cravet. conſ. 142. n. 8.*

Quare, cum in propoſito noſtro antequam ſors jacta fuit, diviſio prædicta ſe æqualiter habuerit etiam reſpectu ſaſi, tàm ad lucrum quàm ad damnum, atque æquè poſſibile fuerit, huic læſo per ſortes lucrum contigiſſe, ſicut ipſi læſio cõtigit, dicendum videtur, licet ipſe poſtea p ſortes læſus fuerit, ipſi tamen neque ex beneficio *l. 2. C. de reſcinden. venditio.* neq; per aliud remedium

con-

contra haoc læſionem ſuccurri. Et hoc, quod beneficium *d. l. 2.* non habeat locum quaodo læſio contingit ratione dubii eventus, decidit expreſsè *Aymon. Cravet. conſ. 114. num. 13.*

4 Quartò, † beneficium *l. 2. C. de reſcinden. venditio.* non habet locum in feudis, *Specu-lat. §. nunc videndum. verſ. ſed nunquid. de emptio. & venditio. Petr. de Belloper. Guido de Zaſa. & Angel. l. de quibus. & ibi Iaſ. num. 27. ff. de legib. Bald. l. 2. num. 6. & ibi Salicet. quæſt. 6. C. de reſcinden. vendit. M. de Afflict. c. 1. in pr. nu. 50. de feud. cognit. Albert. Brun. conſ. 41. num. 32. Nicol. Everhard. in ſua Top. in loco à ratione legis larga ſive ampla.*

Quare, cum in caſu noſtro bona diviſa, ſint bona feudalia, videtur dicendum, in caſu noſtro beneficium *d. l. 2.* locum non habere, etiamſi probari poſſit, unum ex fratribus in diviſione ultra dimidium juſti precii læſum fuiſſe.

5 Quintò, † in contractibus ſtricti juris non habet locum beneficium, *d. l. 2.* ſecundum communem atque receptam Dd. ſententiam, *Bart. & Ioan. de Imol. l. ſi quis cum aliter. & ibi Iaſ. num. 18. ff. de verbor. obligat. Bart. l. 2. C. reſcinden. vendit.* Sed diviſio eſt contractus ſtricti juris, Igitur in diviſione non habet locum beneficium *l. 2. C. de reſcind. vendit.*

6 Et quod diviſio ſit contractus ſtricti juris, evideoti ratione ſuadetur, namque ſecundum communem atque receptam Dd. ſententiam, omnes contractus, qui non recenſentur inter contractus booæ fidei, *in §. actionum. Inſtit. de act.* ſtricti juris cenſentur, *gl. & Dd. d. §. actionum. arg. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni juris. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de act. & obligat.*

Quare, cum diviſio non recenſeatur inter contractus booæ fidei, *in d. §. actionum.* ſequitur, diviſionem contractum ſtricti juris cenſendum.

Sextò, in fine receſſus ſive Inſtrumenti diviſionis eſt appoſita hæc clauſola, Welches wir A. vnd B. auch hiermit krafft dieſes Brieffs / bey vnſern Ehren / Trewen/ Glauben vnd wahren Worten gereden vnd geloben/ ꝛc. ex quibus verbis, Gereden vnd geloben/ colligitur, hunc contractum diviſionis ſtipulatione mutua confirmatum fuiſſe.

7 Namque hæc verba, † Gereden vnd geloben/ ſive promittimus, in Inſtrumento aliquo poſita, ſtipolationem factam ſignificant, *§. ſi ſcriptum. & ibi Angel. Inſtit. de inutilib. ſtipulatio. gloſ. & Dd. l. 1. C. de uſur. Bart. & Dd. l. lecta. & ibi Iaſ. num. 6. ff. ſi cert. petat. Dd. l. ſciendum. arg. ill. text. ff. de verbor. obligatio. fac. text. §. fin. Inſt. de fidejuſſorib.*

Sed certum eſt, quod quando ſuper contractu inoominato, ioterponitur ſtipulatio, iſte contractus innominatus naturam ſoam perdat, atque natutam ſtipulationis ſortiatur.

Namque contractus innominatus ſtipulatione confirmatus perinde cenſetur nominatus contractus, ſicut ſtipulatio nominatus contractus eſt, *Bartol. l. 2. C. de condict. ob cauſ. Iaſon ſub Rubric. num. 16. ff. de verborum obligationib.* Et licet † in contracti- 8
bus nominatis habeat locum pœnitentia, tamen in contractibus innominatis ſtipulatione confirmatis, pœnitentiæ locus non eſt, periode, ut in ſtipulatione pœnitere noo licet, *Baldus l. quamvis. C. de tranſactio. Paulus de Caſtr. & Iaſon l. ſi pecuniam. in princip. ff. de condict. ob cauſ. Paulus de Caſtr. Alex. & Iaſ. Rubr. ff. de verbor. obligat. Alexand. l. 2. in prin. ff. de pact.*

Quare, cum † diviſio contractus 9
nominatus ſit, *Bart. l. diviſionis placitum. ff. de pact. Bart. l. 1. C. commun. utriusq. judic. Bartol. Rubr. C. de rei permutatio. Dec. l. cum proponas. la. 2. num. 2. C. de pact.* Et † ſtipulatio- 10
nis ſit ea natura, quod io illa remedium *l. 2. C. de reſcinden. venditio.* locum non habet, ſequitur, nec in diviſione confirmata ſtipulatione habere locum remedium, *d. l. 2.* & per conſequens, cum in caſu noſtro diviſio ſit ſtipulatione confirmata, videtur dicendum, in hac diviſione non habere locum remedium *d. l. 2.* etiamſi probati poſſit, in caſu noſtro unum ex fratribus enormiſſimè in diviſione læſum.

Septimò, in † contractibus juramen- 11
to confirmatis non habet locum beneficium, *d. l. 2.* ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie decidit *gloſ. & Dd. d. l. 2. & ibi Bartol. num. 8. & 9. C. de reſcinden. venditio. gloſ. & Dd. cap. cum cauſam. extr. de emptio. & venditio. Angel. & Salicet. authent. Sacramenta puberum. & ibi Iaſon num. 45. C. ſi adverſ. venditio. Abb. conſil. 71. col. penult. 2. dubio. lib. 1. Alexand. conſil. 42. num. 9. lib. 1. & conſ. 127. numer. 2. lib. 2. Socin. conſil. 48. ad finem lib. 4. Corn. conſil. 189. col. 3. lib. 2. conſ. 21. col. 2. conſil. 71. col. 2. conſ. 72. col. 3. conſ. 124.*

col. 1. conſ. 183. col. penul. conſ. 214. col. 3. conſ.
288. col. 9. lib. 3. conſ. 17. col. 6. conſ. 27. col. 4.
conſ. 147. col. 2. conſ. 179. col. 2. poſtmodum.
lib. 4. Cardin. Pariſ. conſ. 96. lib. 1. Aym. Cra-
12 *vet. conſ. 114. num. 9.* Quod † procedit, † et-
iamſi contrahentes, qui contractum ſerva-
re juraverunt, non fuerint certiorati de re-
medio *d. l. 2.* ſicut hoc expreſsè atque in
ſpecie decidit *Alex. conſ. 42. num. 9. lib. 1. &*
conſ. 127. lib. 2. & confirmatur evidentiſſi-
13 ma ratione, namque † jurans ſimpliciter
contractum aliquem ſervare, perdit omnia
remedia, quibus illum contractum alio-
quin impugnare poterat, licet ipſe de hiſce
remediis certioratus non fuerit, ſicut hoc
expreſsè decidunt Dd. communiter *Ioan.*
Andr. c. quamvis. de pact. lib. 6. Bart. Iaſ. &
Dd. l. ſi duo patroni. §. item Iulianus. ff. de jure-
juran. Bart. & Dd. authent. Sacramenta pube-
rum. C. ſi adverſ. vendit. Bart. d. l. 2. num. 10.
C. de reſcinden. venditio. Bart. & Alex. l. ſcien-
dum. & ibi Iaſ. num. 35. ff. de verbor. obligatio.
Anton. de Butr. & Abb. c. ſi diligenti. & ibi Fel.
num. 14. extr. de for. compet. Anton. de Butr. &
Abb. c. ex reſcripto. arg. illius text. extr. de jure-
juran. Paul. de Caſtr. conſ. 8. incip. in cauſa quæ
vertitur. lib. 2. Alex. conſ. 27. num. 3. lib. 1. Iaſ.
l. penult. num. 19. C. de pact. C. Aufrer. in ad-
dit. ad deciſ. Tholo. 37. Anton. de Butr. in repet.
l. 1. ff. de jurejur. in 16. effectu.

Quare, cum contractus diviſionis in
noſtro caſu jurejurando confirmatus ſit, ſe-
quitur, in noſtro caſu beneficium *d. l. 2. C.*
de reſcinden. venditio. locum non habere.

Quod autem in caſu noſtro con-
tractus diviſionis jurejurando confirma-
14 tus ſit, ſatis ex eo liquet, † Daß die bey-
den Brüder die außgerichten Theilung ſtet
vnnd feſt zuhalten bey jren Ehren/Trewen/
Glauben vnd wahren Worten geredet vnd
gelobet. Namq; paria ſunt jurare & promit-
tere aliquid per fidem ſuam ſive ſub verbo
veritatis, *cap. ad aures. & ibi gloſ. extr. quod*
met. cauſ. cap. pervenit. & ibi gloſ. extr. de fi-
dejuſſoribus. gloſ. cap. penult. extr. de jurejuran.
Innocent. cap. etſi Chriſtus. extr. eod. tit. Specul.
§. final. verſ. ſed pone compromiſſum per fidei
præſtationem. de arbitr. Ioan. Andr. & Anton.
de Butr. cap. cum tempore. extr. de arbitr. Bald.
c. in literis. extr. de præſumpt. Angel. Ludovic.
Roman. & Alexand. l. 3. §. jurare. & ibi Iaſon
num. 2. & 3. extr. de jurejurand. Ioan. Fab. &
Alex. l. ſi quis major. & ibi Iaſ. num. 28. C. de
tranſact. Iaſ. §. item ſi quis poſtulante. num. 53.
54. & 56. Inſtit. de act.

Octavò, in præſenti caſu † potiùs con- 15
tractus tranſactionis quàm diviſionis cele-
bratus videtur, tum, quia contrahentes in
Inſtrumento receſſus, nominant hunc con-
tractum tranſactionem, & certum eſt, eum
contractum in dubio celebratum intelli-
gi, quem contrahentes nominaverunt, *Ol-*
drad. conſ. 159. incipien. ex præſenti themate in
1. dubio. Dec. conſ. 32. Iaſ. l. final. num. 2. arg.
ill. text. ff. de cond. cauſ. da. Aym. Cravett. conſ.
22. num. 4. & 13. fac text. l. Labeo. ff. de ſupel-
lect. lega. Andr. Tiraquell. in tractat. de utroq;
retract. 1. part. §. 30. gl. 1. num. 7. & 8. ubi
multa ad hoc cumulat: tum, quia & ex In-
ſtrumento receſſus ex narratione facti ap-
paret, fratres ideò hanc diviſionem fece-
runt, ne in poſterum inter illos lites, diſ-
cordiæ & rixæ orirentur, & contractus ce-
lebratus propter vitandas lites, non tan-
tùm præſentes etiam motas, ſed etiam fu-
turas ſive movendas, tranſactio eſſe vide-
tur, *arg. l. 2. & ibi Alexand. Iaſ. Dec. & Dd. C.*
de tranſact. Igitur videtur dicendum, in præ-
ſenti caſu remedium, *l. 2. C. de reſcinden.*
vendit. locum non habere. Namque bene-
ficium *d. l. 2.* † in Tranſactione locum non 16
habet, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie
decidit *gloſ. Innocent. Ioan. Andr. & Petr. de*
Anchor. c. cum cauſa. ext. de empt. & vend. Spec.
§. nunc dicendum. verſ. quid de tranſactione. de
empt. & vend. Guil. de Cug. l. ex cauſa. ff. de uſu-
cap. pro empt. Petr. Richar. Ma. Cyn. Bald. &
Salic. l. 2. C. de reſcinden. vendit. Bald. l. ordo.
C. de executio. rei judic. Bald. Rub. ext. de tranſ-
act. Ang. l. in ſummis. ff. de condict. indeb. Abb.
conſ. 12. incip. & ſi copioſius. col. 1. lib. 2. Ioan.
de Ana conſ. 33. incipien. circa primum dubium.
Raph. Cuman. Alex. Aretin. & Iaſ. l. ſi quis cum
aliter ff. de verb. obligat. Alex. conſ. 42. num. 11.
lib. 1. Alvar. l. quamvis. col. 2. C. de tranſact. Al-
var. l. interpoſitas C. eod. tit. M. de Affl. deciſ. Nea-
pol. 20. n. 2. Card. Pariſ. conſ. 96. n. 61. lib. 1. And.
Tiraq. in tr. de utroq; retr. in 1. part. §. 24. n. 4.

Nonò, in caſu præſenti non fuit facta
tantùm ſimplex diviſio, ſed poſt diviſio-
nem factam frater læſus ex diviſione pro ſe
& hæredibus ſuis renunciavit omni juri,
quod ipſe in bonis, quæ fratri ſuo per divi-
ſionem obvenerunt, habuit.

Igitur videtur dicendum, hunc fratrem
læſum etiam ex hoc capite à beneficio *d. l. 2.*
excluſo. Namque beneficium *d. l. 2.* non
habet locum in † renunciatione, *Petr. de* 17
Anch. conſ. 433. incip. poſtquam ita Domina. col. 1.
Socin. conſil. 48. col. 2. circ. med. verſ. poſſunt.
lib. 4.

lib. 4. Aymon. Cravet. conſ. 114. num. 12. Cardin. Pariſ. conſ. 5. num. 491. lib. 4. quæ ſententia comprobatur & forti ratione. Nam-
18 que in † donatione non habet locum remedium *d. l. 2. ſicut decidit Alexand. conſ. 53. lib. 3. Corn. conſ. 35. conſ. 36. conſ. 189. lib. 1. conſ. 11. col. 1. conſ. 133. col. fin. conſ. 161. col. 3. conſ. 214. col. 3. lib. 3. Socin. conſ. 80. lib. 1. Aymon. Cravet. conſ. 114. num. 12. conſ. 160. num. 1. conſ. 192. num. 1. Item Alexand. conſ. 125. num. 7. lib. 1. & conſ. 105. num. 3. lib. 6.*

Quare, cum renunciatio donationis ſpecies ſit, *l. ſi quis delegaverit. ff. de venatio.* ſequitur & in renunciatione remedium, *d. l. 2.* locum non habere.

19 Decimò, † in omnibus contractibus, in quibus intervenit geminatus ſive repetitus conſenſus, ceſſat remedium, *d. l. 2.* ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie decidit *Paul. Caſtr. conſ. 386. incip. factum ſic ſe habet. col. 2. ad fin. lib. 2. Abb. conſ. 71. col. pen. 2. dub. lib. 1. Dec. conſ. 181. col. 2. ad fin. conſ. 216. col. final. verſ. & præſertim iſta concluſio. Alexand. conſil. 133. col. 3. poſt medium conſ. 139. & conſ. 147. col. 5. Aymon. Cravet. conſ. 14. num. 7. & conſ. 151. num. 31. Panthal. de Crem. repet. l. 2. C. de reſcinden. vend.* quæ ſententia etiam comprobatur per doctrinam, *Bald. conſ. 464. incip. videamus. col. 2. lib. 3.* ubi *Bald.* in ſimili decidit, quod geminatio conſenſus faciat ceſſare præſumptionem ſimulationis. Sed in propoſito noſtro intervenit conſenſus geminatus, namque contrahentes primò fecerunt diviſionem, deinde ex intervallo fecerunt inſtrumentum receſſus, in quo promiſerunt factam diviſionem habere ratam, & contra eam non venire.

Igitur videtur dicendum, in caſu noſtro non habere locum remedium, *d. l. 2.*

Undecimò, remedium *d. l. 2.* locum
20 non habet, quando † contrahentes poſt contractum factum eum approbant & promittant contra eum non venire, *Bellame. conſ. 24. col. 5. poſt medium. verſ. ideò ſi venditor. Aymon. Cravet. conſ. 160. num. 6.* ſed in noſtro caſu contrahentes poſt diviſionem factam eam approbaverunt & promiſerunt contra eam non venire.

Igitur ſequitur, in noſtro caſu remedium *d. l. 2.* non habere locum.

Duodecimò, remedium *d. l. 2.* non ha-
21 bet locum in eo, † qui ſciens læditur, *Bald. & Dd. l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. oblig. Alex. conſ. 127. lib. 2. Dd. l. 2. C. de reſcinden. vend. arg. l. cum donationes. & ibi Iaſ. C. de tranſact. l. non putavit. §. ſi quis ſua manu. ff. de bon. poſſ. cont. tab. l. 1. §. uſq; adeò. ff. de injur. l. nemo fraudare. & ibi Dec. ff. de reg. jur. l. ſcienti. de reg. jur. lib. 6.*

Quare, † cum præſumptio ſit, dictos 22
fratres ſicut quemlibet alium dominum bonorum ſuorum vires ſciviſſe, *l. quisquis. C. de reſcind. vendit. Bart. authent. ſed cum teſtator. C. ad l. Falcid.* videtur dicendum, in caſu noſtro beneficium *d. l. 2.* locum non habere.

Decimò tertiò, hæc diviſio fuit facta deliberato & conſilio præhabito, ſicut hoc ex Inſtrumento receſſus liquet, Igitur videtur dicendum, in hac diviſione beneficium *d. l. 2.* locum non habere.

Nam † in iis, quæ deliberatè facta ſunt, 23
nemo errorem vel ignorantiam prætendere vel allegare poteſt, *gloſſ. c. ex literis. verſ. admonita extr. de divort. Bald. l. ſiquidem. C. de except. Bald. l. cum pretium. ad fin. C. de libera. cau. Bal. l. 1. col. 10. C. de confeſſ. Bald. c. dudum. cl. 2. extr. de electio. Bald. l. non ſolùm. in princip. ff. de Procuratorib. Anton. de Butr. c. fin. col. 13. extr. de confeſſ. Florian. l. de ætate. §. final. ff. de interrogat. actio. Angel. §. fin minùs. Inſtit. de act. Ludovic. Roman. conſ. 346. Aym. Cravet. conſ. 112. num. 9.*

Decimò quartò, in Inſtrumento receſſus dicitur, quod hi fratres ex certa ſcientia hanc diviſionem fecerint. Igitur videtur dicendum, huic fratri læſo nullo modo beneficium *d. l. 2.* competere.

Namq; hæc clauſ. † *Ex certa ſcientia*, eſt ejus 24
efficaciæ, ut excludat omnem non modò præſumptionem, ſed & allegationem & probationem erroris, ignorantiæ & doli, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie decidit *Bart. Bald. & Iaſ. l. ſed etſi quæſitum. §. fin. ff. ſi quis cautio. Bart. & Iaſ. l. fin. §. idem quæ ſie. ff. de condict. indeb. Bart. & Iaſ. l. ſi dari ff. de verb. oblig. Bald. l. mater. C. de rei vendicatio. Bald. l. 2. num. 10. C. de reſcind. vendit. Alexan. conſ. 42. num. 7. lib. 1. Socin. conſ. 59. num. 33. lib. 3. Franciſc. Curt. conſ. 63. col. antepenult. Card. Pariſ. conſ. 96. num. 70. & 71. lib. 1. conſ. 15. num. 60. & 61. lib. 2. Alexan. conſ. 4. nu. 9. lib. 1. conſ. 61. num. 3. lib. 2.*

Huc accedit, quod hæc clauſula, *Ex certa ſcientia*, tollat præſumptionem ſimulationis, *Cardin. Pariſ. conſ. 54. num. 16. lib. 1.* item & ſubreptionem, obreptionem & defectum intentionis, *Innocent. cap. 2. extr. de conſtitut. util. & inutil. Ioan. Andr. c. fin. extr.*

ut lite pendent. *Card. Pariſ. conſ. 3. nu. 71. conſ. 5. nu. 120. & 24. & conſ. 141. nu. 2. lib. 4.*

Decimò quintò, videtur dicendum,
25 fratrem † læſum & ob eam cauſam beneficium *d. l. 2. C. de reſcind. vendit.* implorare non poſſe, quia in Inſtrumento receſſus, in quo hi fratres diviſionem factam approbaverunt, & contra eam promiſerunt, non venire, eſt inſerta hæc clauſula, quod hæc diviſio facta fuerit motu proprio.

Namque hæc clauſula, *Motus proprij*, multum operatur, & in aliquibus æquiparetur clauſulæ, *Ex certa ſcientia, argum c. ſi motu proprio, cum ibi notatis de præbend. lib. 6. Bald. l. omnes. C. de quadrien. præſcript. Card. Pariſ. conſ. 15. num 98. lib. 2. conſ. 17. num. 25. conſil 22. num. 10. & conſil. 74. num. 22. lib. 4.*

Et licet hæc & ſimilia, quæ pro hac ſententia adduci poſſent, prima fronte fortiter urgere videantur, nos tamen his
26 & † ſimilibus non obſtantibus in propoſito nobis caſu veriſſimum judicamur, fratrem læſum ex diviſione contra hanc diviſionem beneficium *l. 2. C. de reſcinden. venditio.* implorare poſſe, ſi ipſe fidem facere poſſit, ſe ultra dimidium juſti precii læſum fuiſſe.

Quæ ſententia probatur, primò, per textum expreſſum, *l. majoribus. junct. gloſ. verſ. vel perperam. C. comm. utriuſq; judic.* in quo textu expreſſè deciditur, in diviſione deceptum ultra dimidium juſti precii beneficium *d. l. 2.* implorare poſſe.

Secundò, hoc expreſſè etiam decidit *Corn. conſ. 240. lib. 4.* ubi ſimili modo dicit, in diviſione beneficium *d. l. 2.* locum habere. Idem tenet *Bald. conſ. 386. lib. 1. & conſ. 91. lib. 2.*

Tertiò, quia remedium *d. l. 2.* habet locum non tantùm in emptione vel
27 venditione; † ſed etiam in omnibus contractibus veris vel quaſi bonæ fidei, ſive illi nominati ſint ſive innominati, *gl. fin. l. ſi olei. C. de locatio. Bartol. l. item pretio. §. quemadmodum. ff. eod. tit. Bart. & Bald. d. l. majoribus. Bart. l. 2. num. 4. C de reſcinden. venditio. Corn. conſ. 240. lib. 4. Iaſ. l. de quibus. nu. 28. de legib. Nicol. Everhard. in ſua Topica in loco à ratione legis, larga ſive ampla quarto caſu principali, Bald. conſ. 108. lib. 1.*

Quare, cum diviſio ſit contractus bonæ fidei, ſequitur, in diviſione habere
28 locum beneficium *d. l. 2.* & † quod diviſio ſit contractus bonæ fidei, expreſſè tenet *Corn. conſ. 240. lib. 4.* & probatur evidentiſſima ratione.

Namque diviſio & vicem emptionis obtinet *l. 1. C. comm. utriuſq. judic.* & eſt quaſi quædam permutationis ſpecies, *l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de legat. 2. Socin. conſil. 25. lib 4. Corn. conſ. 228. num. 11 lib. 4. Dec. l. cum proponas. la. 2. num. 2. C. de pact.*

Quare, cum tàm emptio quàm permutatio ſit contractus bonæ fidei, dicendum eſt, & diviſionem quoque bonæ fidei contractum eſſe.

Præterea certum eſt, communionem rerum, quæ per diviſionem diſſolvitur, bonæ fidei eſſe, *l per hoc judicium. §. in hoc judicium ff. com. dividen. §. 1. actionum. Inſtit. de actio.*

Igitur ſequitur, & diviſionem bonæ fidei eſſe. Namque omnes illi actus ſive modi, per quos contractus bonæ fidei diſſolvuntur, ſive à contractibus bonæ fidei diſceditur, bonæ fidei cenſentur, & omnia diſpoſita de contractibus bonæ fidei in hiſce quoque modis locum habeant, *Bart. & Iaſ. l. ab emptione. argum. ill. tex. ff. de pact. Bald. l. 1. arg. ill. text. quand. liceat ab emptio. reced. Bart. l. de tutela. C. de in integrum reſtit. minor.*

Quartò, hanc quæſtionem quaſi in ſpecie decidit *Bald. d. l majoribus. num. 3.* ubi *Bald.* inquit, Si fratres dividunt ad brevia ex ſortis infelicitate emergit intolerabilis deceptio, quod debet in melius reformari, & hanc diviſionem *Baldi* refert atque ſequitur *Iaſ, l. final. in princip. num. 10. C. com. de legat. Peruſ. Rubr. extr. de appellatione. Dec. c. hanc cauſam. num. 28. extr. de probatio. Dec. l. 1. num. 17. C. de pact. Carol. Molin. in conſuetud. Pariſien. §. 123. Ludovic Roman. conſ. 471. incip. lucrum autem. Card. Alex. Rubr. col. 15. extr. de appellat. Hippol. de Marſil. l. 1. num. 179. C. de raptu virg.*

Et ſic videtur, hanc ſententiam Baldi communiter eſſe approbatam, nec ab ea in judicando vel conſulendo recedendum per ea, quæ traduntur in locis vulgatis.

Quintò, etiam in † contractibus ſtricti 29
juris ultrò citroq; obligatoriis habet locum beneficium *d. l 2.* ſicut hoc expreſſè atq; in ſpecie decidit *Bald. l. 2. nu. 5. C. de reſcind. vendit.*

Quare, cùm diviſio ſit contractus ultrò citroq; obligatorius, ſequitur, poſito, ſed tamen non conceſſo, diviſionem eſſe contractum ſtricti juris, nihilominus in di-

in diviſione beneficium *d. l. 2.* locum habere.

Sextò, hanc ſententiam confirmat id, quod tradit *Bart. l. cotem ferro. l. quos maximos, num. 8. & 9. ff. de publ. in rem.* ubi *Bart.* concludit, licet is, qui perceptionem fructuum emit aleam ſive fortunam emere dicatur, tamen in hac emptione beneficium *d. l. 2.* locum habere, ſi quis ultra dimidium juſti precii deceptus fuerit.

Septimò, quando ſpes vel venditor vel in alium contractum deducitur, decepto ultra dimidium juſti precii ex remedio *l. 2. C. de reſcind. venditio.* ſuccurritur, quando quis non ex futuro eventu ſed inſpecto ſtatu, qui tempore contractus fuit, ultra dimidium juſti precii deceptus reperitur, *Bart. d. ſ. quos maximè. Panthaleon de Crema repetit. l. 2. C. de reſcind. vendit.*

Quare, cum in noſtro caſu unus ex fratribus, qui in judicium ſortis conſentit, fuerit læſus, non tàm ex futuro incerto eventu, quam per id, quod ipſe conſenſit in hoc, ut electio illarum partium, quas æquales eſſe putabat, cum tamen una altera ultra dimidium juſti precii melior ſit, quod nemo ſapiens facere ex certa ſcientia ſolet, *argum. ſ. quoniam. authent. ut ꝗ, qui ſe obligat. habe. perhibent.* Sequitur, in noſtro caſu ab omni dubio beneficium *d. l. 2.* locum habere, ſi unus ex fratribus docere vel fidem facere poſſit, ſe ultra dimidium ju-
30 ſti precii per hanc diviſionem ſorte factam læſum fuiſſe. Nec obſtant ea, † quæ pro contraria ſententia adducta fuerunt.

Et ad primum argumentum reſpondetur, illud non procedere, quando quis enormiter ſive ultra dimidium juſti precii per judicium ſortis læſus fuit, tunc enim à judicio ſortis appellari poteſt, *Bald. d. l. majoribus. Iaſon d. l. final. in princip. num. 10. C. com. de legat. Paiſ. Rubr. extr. de appellatio. Decius d. cap. licet. num. 21. Dec. d. l. 1. num. 17. C. de pact. Carol. Molin. in conſuetud. Pariſienſ. §. 123.*

Ad ſecundum argumentum reſpon-
31 deo, ſimiliter illud procedere, niſi † læſio ex ſorte contingens, ſit enormis, ultra nempè dimidium juſti precii, tum enim læſo tàm per beneficium reſtitutionis in integrum quàm per alia remedia contra hanc læſionem ſuccurritur.

Nec obſtat huic ſolutioni *text. l. verum. ſ. ſciendum. & ſ. ſi locupleti. ff. de minoribus.* ubi textus indiſtinctè decidit, quod eventus damni reſtitutionem non indulgeat, nec diſtinguit ille textus, utrum damnum eventu contingens enorme an verò modicum ſit, & per conſequens, cum lex generaliter & indiſtinctè loquens, ſit generaliter & abſque diſtinctione intelligenda, *l. 1. ff. de legat. præſtand. l. de precio. ff. de publ. in rem act.* Videbatur dicendum, contra damnum ex eventu contingens, reſtitutionem in integrum non concedi, licet illud damnum enorme ſit.

Quia reſpondeo, illam legem contrariam procedere illo caſu, quando eventum, ex quo damnum contigit, nullus procedit vel error vel inconſulta facilitas, alioquin verò ſecus eſt.

Ideoque ſi minor viginti quinque annis habens rem communem cum alio, conſentiat in hoc, ut illa res communis valdè inæqualiter dividatur, & hæ partes, cui ſiut applicandæ, ſortis judicio committatur, certè, ſi huic minori judicio ſortis obveniat pars minima: alteri verò applicetur alia pars longe majoris precii, & ſic reperiatur, ipſum enormiter læſum, nemo dixerit, hunc minorem contra hanc læſionem in integrum reſtituendum, eò, quia inconſulta facilitate ſuas res fortunæ incertæ commiſit, quod nemo ſapiens ſolet facere, hoc ſatis colligitur ex textu *d. l. ſciendum. & d. ſ. ſi locupleti.* & hoc, quod minori detur in integrum reſtitutio contra damnum ex eventu contingens, quando inconſulta facilitas interceſſit, expreſsè atque in ſpecie decidit *Raph. Cuman. conſil. 143.* quem refert atque ſequitur *Decius l. 1. num. 17. C. de pact.*

Ex quo ſequitur, cum illud remedium, quo majoribus læſis vel propter abſentiam vel propter errorem aut aliam juſtam cauſam ſuccurritur, non ſit minus favorabile quàm remedium reſtitutionis in integrum, quod minoribus propter ætatem minorem conceditur, *gloſ. l. cum quidam in princip. ver. aberat. ff de act. hæredutat. Bartolus l. ſi qua milites. argum. ill. text. ff. de minorib. Salicet. l. 1. C. de reſtitut. milit. Alexand. l. cum filiusfamilias. §. in hac. numer. 6. ff. de verborum obligationib.* & majori quoque contra læſionem enormem

 ex di-

ex diviſione ſorte factam contingentem, per remedium *d. l. 2. C de reſcind. vendit.* ſuccurrendum, ſi ipſe putans rem communem in æquales partes diviſam, cum tamen una pars altera ultra dimidium juſti precii melior ſit, conſentiat, ut optio ſive electio ſorti committatur, & ipſi judicio ſortis, ut hæc pars deferatur, & ſic ultra dimidium juſti precii decipiatur. Quod & evidenti ratione ſuadetur. Namque ut ſuprà diximus, in omnibus contractibus bonæ fidei item & illis, qui bonæ fidei contractibus æquiparantur, decepto ultra dimidium juſti precii ex beneficio *l. 2. C. de reſcind. vendit.* ſuccurritur.

Quare, cum pactum ſive conſenſus, quo quis errore ductus, conſentit, ut electio ſive optio partium rei communis inæqualiter diviſæ judicio ſortis committatur, ſit contractus, *gl. 1. l. 1. in pr. ff. de act. & obligat.* ſequitur, ſi quis in hoc pacto ſive conſenſu, ultra dimidium juſti precii deceptus fuerit, quia videlicet una illarum partium, quas æquales eſſe putabat, altera ultra dimidium juſti precii melior eſt, ipſi poſtea ſortibus miſſis & enormiter læſo remedio *d. l. 2.* ſuccurrendum, non tàm contra judicium ſortis, quàm contra pactum ſive contractum præcedentem, quo ipſe errore ductus, in judicium ſortis conſenſit, non conſenſurus, ſi ipſe ſciviſſet eas partes, quarum electio judicio ſortis committitur, valdè inæquales eſſe.

Ad tertium argumentum contrarium, 32 quod † videlicet ex tali actu, qui ſe ab initio æqualiter habere poteſt, tàm ad commodum quàm ad incommodum, neq; quis lædi intelligatur, neque læſo aliquo remedio ſuccurratur, licet ipſi poſtea in commodum contingat, reſpondeo, illud argumentum procedere tunc demum, quando quis non per errorem, ſed ex certa ſcientia talem actum celebrat, utputa, ſi quis habens rem communem cum alio, quæ valebat quadringentis aureis ex certa ſcientia conſentiat ut hæc rès dividatur in duas inæquales partes, quarum una centum, altera v. trecentos aureos valet, utq; harum partium optio ſorti committatur. Namque huic abſque omni dubio neque beneficio *d. l. 2.* neque ullo alio remedio ſuccurritur, licet ipſi ſorte deferatur pars valens centum aureos, etſi ipſe ultra dimidium juſti precii ex eventu ſortis lædatur. Secus autem eſt, ſi quis talem actum, qui ſe ab initio æqualiter tàm ad damnum quàm ad commodum habere poteſt, celebret, utputa, ſi quis credens rem communem valentem quadringentis aureis in duas inæquales partes diviſas, cum tamen diviſio illa ita inæqualis ſit, ut una pars valeat centum, altera verò trecentis aureis per errorem conſentiat, ut optio harum partium ſorti committatur, tunc enim ſi ipſe ex eventu enormiter lædatur, eiq; iſta pars, quæ centum tantùm aureis valet, ſorte deferatur, ipſi contrà hanc læſionem remedio *d. l. 2.* conſulitur, ſicut hoc expreſsè tenet *Aymon. Cravet. conſ. 140. num. 28.* & ita intelligenda & declaranda eſt communiter recepta & approbata doctrina, *Bald. in d. l. majorib.* qui indiſtinctè dicit, ſi ex diviſione ſorte facta contingat enormis læſio, illam diviſionem in melius reformandam.

Ad quartum argumentum contrarium, quod † videlicet in feudo non habeat locum beneficium *d. l. 2.* reſpondeo, primò, illud argumentum procedere in contractu feudi, quo videlicet dominus feudi alteri rem aliquam in feudum concedit, & ipſe dominus ultra dimidium juſti precii decipitur, tum enim, quia contractus feudi eſt contractus ſtricti juris ſecundum communem atque receptam Dd. ſententiam, *Bal. c. 1. in pr. num. 6. & ibi Matth. de Afflict. num. 2. ſi de inveſtitur. feud. contro. fuer. Socin. conſ. 165. num. 3. lib. 2. Curt. in tract. feud. 1. part. princ. quæſt. 8. num. 37. Mar. Mantua. conſ. 74. num. 1. lib. 1.* dubio omni caret, in contractu feudi ſicut & in omnibus ſtricti juris contractibus remedium *d. l. 2.* ceſſare, ſecus verò eſt, ſi vaſallus feudum ſuum alteri cum conſenſu domini vendat, vel cum alio permutat vel dividat, tunc enim ſi ipſe vaſallus ex hoc contractu enormiter læſus fuerit, ipſi contra hanc læſionem remedium *d. l. 2.* conceditur, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie decidit *Matth. de Afflict. c. 1. in princip. num. 85. de feud. dat. in vicem. l. commiſſor.* 33

Secundò reſpondeo, hoc argumentum contrarium procedere illo caſu, quando feudum alicui conceditur gratis, vel quando id, quod pro feudo datur, reſpicit potiùs honorem vel præeminentiam domini feudi quàm commodum pecuniarium: ſecus autem eſt, quando illud, quod pro feudo conceditur, reſpicit commodum pecuniarium: tunc enim in feudo indiſtinctè beneficium *d. l. 2.* locum habet, ſicut hoc

expreſsè

expreſsè atque in ſpecie decidit *Ludovic. Roman. l. ſi quis cum aliter. ff. de verbor. obligat.*

Quare, cum pro illa parte feudi, quæ fratri læſo ſorte applicata fuerit, alius frater quaſi quodam permutationis genere aliam partem feudi, quæ precio innominato æſtimari poteſt, acceperit, dicendum eſt, in noſtro caſu abſque omni dubio beneficium *d. l.* 2. locum habere.

34 Ad quintum argumentum contrarium, quod † videlicet diviſio ſit cenſenda contractus ſtricti juris, eam ob cauſam, quia diviſio non recenſetur inter contractus bonæ fidei, *in §. actionum, Inſtit. de actio.* reſpondeo, diviſionem eſſe contractum ultrò citroq; obligatorium, ideoque in diviſione indiſtinctè locum habere debet remedium, *d. l.* 2. etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, diviſionem eſſe contractum ſtricti juris, ſicut hoc ſuprà ex ſententia Baldi docuimus.

Secundò, ad hoc argumentum contrarium reſpondeo, diviſionem eſſe contractum bonæ fidei, ſicut hoc ſupra oſtendimus. Nec obſtat, quod diviſio non enumeretur inter contractus bonæ fidei, *in d. §. actionũ.* & q; omnes contract⁹ in iſto §. inter contractus bonæ fidei non relati, ſtricti juris cenſeantur, quia reſpondeo, primò, negando quod in iſto *§.* inter bonæ fidei contractus non enumeretur diviſio. Namque cum diviſio permutationis ſpecies ſit, *l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de legat.* 2. *& in d. §. actionum.* inter contractus bonæ fidei referatur permutatio, ſequitur, ſub generali nomine permutationis, & diviſionem quoque inter contractus bonæ fidei enumeratam: quia tantùm operatur generalis expreſſio quoad omnes ſpecies ſub illa generalitate comprehenſas, quantum operatur ſpecialis expreſſio quoad ſpeciem expreſſam, *arg. l. ſi duo. ff. de administrat. tutor. l. omnes. in pr. C. de quadrien. præſcript.*

Tertiò reſpondeo, illud argumentum, quod vult, contractus non expreſſos *in d. §. actionum,* procedere in illis contractibus, qui propriè contractus ſunt: ſecus autem eſt in illis contractibus, qui potiùs distractus quàm contractus ſunt: atque per quos præcedens contractus diſſolvitur: nam illi, licet non ſunt relati *in d. §. actionum.* ſunt bonæ fidei, ſi contractus præcedens, qui per hunc actum ſubſequentem diſſolvitur, bonæ fidei ſit, ſicut hoc ſuprà ex communi & recepta ſententia Dd. docuimus. Quare, cum per diviſionem diſſolvatur communio rerum, quæ communio abſque dubio bonæ fidei contractus eſt, *d. §. actionum. l. per hoc judicium. §. in hoc judicium. ff. com. dividun.* ſequitur, & diviſionem bonæ fidei cenſendam, etiamſi de illa *in d. §. actionum.* mentio facta non fuiſſet.

Ad ſextum argumentum contrarium reſpondeo, communem atque receptam Dd. ſententiam eſſe, quod † ſtipulatio interpoſita ſuper tali contractu, in quo contractu habet locum beneficium *d. l.* 2. non impediat, quò minùs læſus ultra dimidium juſti precii beneficium *d. l.* 2. implorare poſſit, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie decidit *Bart. & Salicet. d. l. 2. C. de reſcinden. vendit. Bart. Alexand. Iaſ. & Dd. l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obligat. Anton. de Butr. c. cum cauſa. extr. de empt. & vendit. Paul. de Caſtr. l. ſi dati. ff. de verb. oblig.* Et cum hæc ſententia communis ſit, ab ea neq; in judicando, neque in conſulendo diſcedendum eſt, *Bart. l. final. C. de pœna jud. qui malè judicant. Bald. c. 1. §. judices. de pac. juram. firman. Angel. l. terminato. C. de fruct. & lit. expenſ. Bald. l. 1. argum. ill. text. ff. de ſenatorib. Abb. Felin. & Dec. c. 1. ext. de conſtitut. Abb. c. prudentiam. in princip. argum. ill. text. extr. de offic. delegat. Abb. c. 1. extr. de ſentent. & re judic. Abb. c. novimus. arg. ill. text. de verbor. ſignificat. Petr. de Anchor. Clem. ne Romani. de elect. Alexand. conſ. 95. num. 6. lib. 2. & conſ. 51. lib. 5.* 35

Nec obſtat huic ſententiæ, quod contractus † innominati ſtipulatione confirmati naturam ſtipulationis ſortiantur. 36
Quia reſpondeo, licet contractuum innominatorum natura nonnihil in aliquibus immutetur, ſi ſuper his ſtipulatio interpoſita fuerit, regulariter tamen contractus innominati, ſtipulatione confirmati, naturam ſuam retinent, atque ſtipulatio interpoſita ſuper contractibus innominatis, naturam illorum contractuum innominatorũ ſortitur. Namq; certa juris regula eſt, q; ſtipulatio interpoſita ſuper actu vel contractu aliquo naturam illius actus vel contractus, ſuper quo interpoſita eſt, ſortiatur, & in omnibus & per omnia ſecundum naturam illius actus regulatur, ſicut hoc expreſsè probat *l. ſi enim. § qui injuriarum. ff. ſi quis cautio. l. ſi ſtipulatus. ff. de uſu. l. ſi legati. & gl. ff. de legat. 1. l. 1. §. belliſſimè. & §. ſi quis ſub conditione. ff. ut legator. ſive fideicom. ſerv. l. damni infect. quidam. ff. de damn. infect. l. 2. §. parvi. ff. de privileg. credito. Bart. l. cum*

qui

quis decedens. §. codicillis. ff. de legat. 3. Bart. l. fin. ff. de ſolutio. Bald. cap. 1. ad fin. de vaſall. qui cont. conſtitut. Lothar. Franciſc. Aret. l. ſciendum ff. de verb. obligat.

Igitur ſequitur, & ſtipulationem interpoſitam ſuper diviſionem vel alio cootractu innominato ut in cæteris, ita quoque & in illo naturam diviſioois vel alterius contractûs innominati ſortiri, ut ſicut in illo contractu innominato, ita & in ſtipulatione ſuper illo contractu interpoſita, læſo remedium *d. l. 2.* concedatur, quæ ſententia etiam comprobatur per textum *l. 5. §. conventionales. ff. de verb. obligat.*

Nam cum in illo textu generaliter & indefinitè diſponatur, ſtipulationes interpoſitas ſuper contractu, pendere ex negotio contracto, nec in ulla lege fiat diſtinctio, utrum ſtipulatio ſit interpoſita ſuper contractu nominato an verò innominato, ſatis ex illo textu liquet, & ſtipulationem interpoſitam ſuper diviſione vel alio contractu innominato ex illa diviſione pendere, & perinde ut ipſa diviſio ex remedio *d. l. 2.* impugoari poſſe.

Deinde etiam hæc ſententia comprobatur ex eo, qood Dd. noſtri magis communiter tradunt, licet ſtipulatio dandi pro ſe & ſua oatura ſit præciſa: ſtipulationem tamen dandi interpoſitam ſuper contractu innominato in hoc ſortiri naturam contractus innominati, ut non ſit præciſa, ſicut hoc expreſſè atque in ſpecie decidit *Bar. Angel. & Alex. l. cum mota. arg. ill. text. C. de tranſact. Ang. Imol. & Alex. l. ſtipulationes non dividuntur. ff. de verb. oblig.*

Hanc eandem ſententiam comprobat id, quod tradit *Alex. l. 1. ff. de pact.* ubi *Alex.* cooludit, licet ſtipulatio interpoſita ſuper contractu innominato, immutet naturam illius contractus innominati, quoad hoc, ut ex illo contractu innominato, ſtatim etiam ante implementum factum, actio oriatur: hunc tamen contractum innominatum quoad reliquos effectus naturam ſuam retinere & efficere, ut ſtipulatio illius contractus innominati ſuper quo interpoſita eſt, naturam aſſumat, ideoque licete in contractu ſtipulationis non habeat locum condictio ob cauſam: tamen in ſtipulatione interpoſita ſuper contractu innominato, condictionem ob eam cauſam locum habere.

Præterea, hanc ſententiam confirmat
37 id, quod tradunt Dd, licet † ſtipulatio interpoſita ſuper contractu bonæ fidei, præ ſe ſtricti juris ſit, *Bar. l. ſingularia. ff. ſi cert. petat. idem Bart. l. qui bis idem. ff. de verb. oblig.* ſtipulationem tamen ſuper contractu bonę fidei interpoſitam & naturam & privilegia contractus bonæ fidei aſſumere, *Bart. d. l. ſi quis cum aliter. Bart. l. videamus. §. ſi actionem. ff. de uſur.*

Quare, cum Privilegium atque natura contractum bonæ fidei ſit illa, ut enormiter læſo concedatur remedium *d. l. 2.* ſequitur & ſtipulationem ioterpoſitam ſuper contractu bonæ fidei illam naturam ſortiri, ut enormiter læſo, remedio *d. l. 2.* ſuccurratur.

Ad ſeptimum argumeorum contrarium reſpondeo, † licet multi Dd. non levis 38
authoritatis ſint illius ſententiæ, quod beneficium *d. l. 2.* etiam habeat locum io contractibus juratis, eaq; ſententia multis fortiſſimis rationibus probari poſſit, quas rationes ex parte refert *Aym. Cravet. conſ. 192.* tameo poſito, illam ſeotentiam Dd. quæ vult, beneficium *d. l. 2.* in contractibus juratis locum non habere, veram eſſe, illa ſententia procedit tantùm illo caſu, quando juramentum fuit ſolenniter per Deum præſtitum: ſecus autem eſt, in promiſſione facta per fidem ſuam, ſive per verbum veritatis, vel alio modo. Namque licet promiſſio facta, Bey ſeinen Ehren / Trewen / Glauben vnd wahren Worten / obtineat vim juramenti ſive æquiparetur juramento, quoad hoc, ut illa promiſſio perinde ut juramentum actionem in factum producat, item, quoad hoc, ut is, qui temerè & lege non permittente contra hanc promiſſionem venit, perjorii reus efficiatur, tamen hæc promiſſio non confirmat contractum alioquin invalidum, nec excludit quem à remediis legitimis, qua promittens ad impugnandum hunc contractum habuit, ſicut hoc expreſſè atque in ſpecie decidit *Innocent. & Bald. c. etſi Chriſtus. extr. de jurejuran. Iaſ. l. ait Prætor. §. jurari. num. 2. ff. eod. tit.*

Hanc ſenteotiam confirmat id, quod traditur, licet juramentum præſtitum per creaturam ſit ſervandum, & producat actionem in factum, perinde ac ſi hoc juramentum per Deum præſtitum fuiſſet, juramentum tamen per creaturam præſtitum, contractum alioquin invalidum non confirmare, nec excludere aliquem à beneficiis legitimis, quæ ipſe contra hunc con-

tractum habet, ſicom hoc expreſsè decidit *Bald. auth. Sacramenta puberum. C. de adverſ. vendit. Iaſ. d. §. jurari. num. 1.*

Similiter hanc ſententiam confirmat id, quod traditur, juramentum minoris non aliter confirmare contractum ab ipſo munitum, neque aliter ipſum excludere à beneficio reſtitutionis in integrum & aliis beneficiis legitimis, niſi ipſe hoc juramentum præſtiterit ſolenniter tactis Scripturis, ſicut hoc expreſsè atq; in ſpecie decidit *gl. Andr de Iſern. Alvarot. Præpoſit. & Matth. de Aſſlic. cap. 1. §. item Sacramenta de pace juramenti, firman. Iacob. de Butr. Bart. Bald. & Salicet. d. authent. Sacramenta puberum & ibi Iaſ. num. 13. Bald. l. 1. C. ſi adverſ. venditio. Paul. de Caſtr. d. §. jurari.*

Huc accedit, quod illud propriè juramentum dicatur, quod præſtatur non verbotenus, ſed tactis Scripturis, *Bald. l. generaliter. §. in omnibus. C. de reb. cred. Andr. de Iſern. Bald Alvarot. & Præpoſ. d. §. item Sacramenta. Iaſ. d. auth. Sacramenta. num. 14.*

Quare, cum in caſu noſtro non tantũ non fuerint tactæ Scripturæ, ſed nec juramentum ullum præſtitum, ſed ſulummodò promiſſio, Bey jhren Ehren / Trewen / Glauben vnd wahren Worten / facta, ſequitur, quod per hanc promiſſionem non fuerit promittens excluſus a beneficio *d. l. 2.* quodque doctina Dd. quæ volunt in contractibus juratis non habere locum beneficium, *d. l. 2.* hoc caſu non præcedant.

Ad octavum argumentum contrarium reſpondeo, in caſu noſtro non tranſactionem ſed diviſionem factam; namque in primis verbis Inſtrumenti receſſus poſita ſunt hæc verba: Daß ſie ſich vntereinander vergliechen / vnnd entſchloſſen eine Erbtheilung auffzurichten / ex quibus verbis ſatis liquet, quod in præſenti caſu dicti fratres Nobiles voluerint facere non tranſactionem ſed diviſionem.

40 Namq; ea, quæ † in præfationibus ſive proœmiis dicuntur, & in omnibus ſeqq. repetita intelliguntur, *l. Titia §. idem reſpondit. & ibi Iaſ. & Dd. ff. de verbor. obligat. l. item quia. §. fin. ff. de pact.* & cauſam finalem contractus vel diſpoſitionis, item & mentem contrahentium ſive diſponentis indicant, *Bart. & Bald. l. fin. arg. ill. text. ff. de hæredib. inſtituend. Bart. l. cum hi. in princip. argum. ill. text. ff de tranſact. Bart. l. ambitioſa. col. pen. ff. de decret. ab eod. faciend Bald. l. 1. §. quibus. C. de nov. Codice facien. Cardin. cap. penult. in fin. extr. de Cler. conjugat. Alexand. conſ. 7. nu. 3. lib. 2.*

Præterea, in fine Inſtrumenti receſſus dicitur, Vnd haben wir A. vnd B. vor vns vnd vnſere Erben / auch wir N. von N. vnd N. von N. als hierzu gebetene Freunde / in welcher Gegenwertigkeit dieſe Erbtheilung vollzogen / ex quib. verb. ſimili modu liquet, quod hi duo fratres Nobiles non tranſactionem ſed diviſionem fecerint, & quia in Inſtrumento receſſus aliquoties repertã ſunt hæc verba, Erbtheilung / & in proœmio ſive principio Inſtromenti receſſus, expreſsè dicatur, quod contrahentes voluerint facere diviſionem, abſque dubio ex Inſtrumento receſſus ſatis liquet, hoſce duos fratres non tranſactionem ſed diviſionem celebrare voluiſſe.

Namque † geminatio vel repetitio 41 & deliberatam mentem ſive voluntatem oſtendit, *l. Baliſta. & ibi Bart. ff. ad Senatusconſult. Trebellian. gloſ. c. ſi quis juratus. 2. q. 3 Ludovic. Roman. conſ. 346. Aymon. Cravet. conſ. 20. num. 2. Cardin. Pariſ. conſ. 10 nu 57. conſ. 32. num. 52. conſ. 131. num. 1. lib. 1. conſ. 9. num. 43. conſ. 12. num. 143. conſ. 24. num. 30. conſ. 94. num. 4. lib. 2. conſ. 3. nu. 43. conſ. 10. num. 29. conſ. 1. conſ. 15. num. 20. conſ. 26. num. 30. conſ. 50. num. 21. lib. 2. conſ. 1. num. 76. conſ 10. num. 31. lib. 4. Nicol. Everhar. in ſua Topic. in loco & ingemmatio. Aym. Cravet. conſ. 112 num. 8. fac. l. ſi mulier. ad Senatusconſult. Vellejan.*

Hanc ſententiam confirmat id, quod traditur, † quemlibet actum atque contra- 42 ctum ab eo denominandum, quod principaliter inter contrahentes agitur, *l. ſi quis nec cauſam. & ibi Bald. Iaſ. & Dd ff ſi cert. petat. l. 20. in princip. & ibi Bald. & Dd l. qui exceptionem. & ibi Dd ff. de condict. indeb. l. 1. §. quod ſi rem. ff. depoſiti. l. ſi quis donationis. ff. de contrah. empt. Ioan. Andr. Imol. Card. Flor. Panorm. Barbat. & Guido Pap. c. ad quæſtiones. extr. de rei permutat. Bart. & Bald. l. ſi emptionem per illum text. ff. de contrah. empt. Bart. & Iaſ. l. 1. ff. de rei permut.*

Quare, cum in caſu noſtro contrahentes principaliter id egerint, ut bona cummunia dividerent, ſequitur, in noſtro caſu diviſionem non autem alium contractum celebratum intelligi, & quod contractus diviſionis in noſtro caſu principaliter fuerit, ſatis ex eo liquet, quia hic contractus primus & præcedens fuit, & ſemper is contractus, qui primus & præcedens, principalis

palis judicatur, *l 1. §. idem Pomponius. ff. depoſiti. l. ſi ſervus communis ita. & ibi Bart. ff. de ſtipulat. ſerv. Bald. auth. hoc amplius. col. pen. C. de fideicomm. Iaſ. l. 2. §. prius. num. 19. ff. de vulg. & pupill.*

43 Deinde, etiam † ex modo procedendi colligitur, in propoſito caſu non tranſactionem ſed diviſionem celebratam. Namq; cum in caſu noſtro bona communia juſſu atque mandato duorum fratrum in duas partes fuerint diviſa, & optio harum partium ſorti fuerit commiſſa, quomodo in diviſione bonorum procedi ſolet, ſequitur, in præſenti caſu non tranſactionem ſed diviſionem initam.

Namque ex modo & forma procedendi colligitur, quem contractum contrahentes celebrare voluerint, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie decidit *Aymon. Cravet. conſ. 20. num. 8.* & ſatis probatur per doctrinam *Bart. d. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. Petr. de Anchor. conſ. 269. incip. pro declaratione primi dubij. Alexand. conſ. 55. col. 2. lib. 5.* ubi Dd. in ſimili concludunt ad cognoſcendum, an fuerit compromiſſum in aliquem, ut arbitrum vel arbitratorem inſpici modum procedendi coram eo.

44 Huc accedit, † quud quilibet contractus judicatur & denuminatur ab effectu etiam contra formam & ſunū verborum, *Bart. l. cotem ferro. §. quos maximos. ff. de Publican. Bart. l. ubi ita donatur. ff. de donat. cauſ. mort. Bart. in quæſt. quinta incip. Publicanus. Dec. l. ſi paſcenda. C. de pact. Dec. authent. ex teſtamento. C. de collatio. Dec. l. ſi donatione. col. 1. C. eod. tit.*

Quare, cum effectus hujus contractus ſive compoſitionis nullus alius fuerit, quàm quod res communes & bona communia inter contrahentes diviſa fuerint, ſequitur, hunc contractum omni modo diviſionem non autem tranſactionem cenſendam.

Nec obſtat huic noſtræ ſententiæ, quod in Inſtrumento receſſus contrahentes enunciativè appellaverunt hunc con-
45 tractum tranſactionem, quia † potiùs in contractibus verba diſpoſitiva quàm enunciativa mentem contrahentium probant, quod ſatis probatur ex eo, quod Dd. tradunt, verba diſpoſitiva verbis enunciativis potiora eſſe, ſicut hoc liquet ex iis, quæ tradit *Iaſ. & Dd. l. ex his verbis. C de milit. teſtam.*

Quare, cum in Inſtrumento receſſus enunciativè tantùm hic contractus appelletur Tranſactio, diſpoſitivè autem dicatur, quod partes voluerint facere diviſionem, ſatis liquet & in caſu noſtro nō Tranſactionem ſed diviſionem factam, & hoc verbum, *Tranſactio*, & ſecundum mentem contrahetium & ſecundum ſubjectam materiam pro compoſitione aliqua, ſive placito diviſionis accipiendum.

Namque † verba ſemper & ſecun- 46
dùm mentem contrahentium; & ſecundum ſubjectam materiam intelligenda ſunt, etiamſi capiendo hanc interpretionem verba ad impropriam ſignificationem detorquerentur, *l. ſed etſi poſſeſſori. §. item ſi juravero. & ibi latiſſimè. Iaſ. ff. de jurejurand. l. ſi uno in princip. ff. de locat. & conduct. l. ſed caſus. §. ſi fundus. ff. de contrah. empt. l. final. C. quæ res pign. obligari poſſit.*

Deinde † reſpondeo, illud, quod 47
dicitur, contractum quemlibet talem eſſe judicandum, qualem eum contrahentes nominaverunt, ita demum procedere, niſi conſtet de contraria mente contrahentium, tunc enim contractus potiùs eſt nominandus ſecundum mentem contrahentium, quàm ſecundum verba contractus, *Tiraquell. in tractat, de utroq. retract. in 1. par. § 30. gloß. 1. num. 21. argum. l. inſulam. ff. de præſcript. verb. l. ſi olei. C. de locat. & conduct. l. ſi uno. in princip. ff. de locat. & conduct. cum multis ſimilibus allegatis per Tiraquell. in præallegat.*

Quare, cum in caſu noſtro conſtet, quod contrahentes voluerint facere diviſionem, ſequitur, quod in caſu noſtro contractus, de quo agitur, ſit judicandus diviſio, nulla habita conſideratione, quibus verbis contrahentes uſi fuerint.

Similiter non obſtat huic ſententiæ,
quod dicitur, † illum actum, qui celebra- 48
tur vitandæ futuræ litis gratia, Tranſactionem cenſendam, quia reſpondeo, illud non procedere in diviſione, quæ fit propter vitandas lites futuras, quæ ex communione ſola oriri poſſent.

Namque cum omnis diviſio fiat ad vitandas lites ſive diſcordias, quæ ex communione oriri poſſent, *l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de legat. 2.* ſequeretur, ſi vellemus dicere diviſionem factam ad vitandas videlicet lites, quæ ex communione oriri poſſent, Tranſactionem, eſſet, omnem diviſionem tranſactionem eſſe, nec ullo caſu in diviſione beneficium *d. l. 2.* locū habere,

quod

quod tamen planè falſum eſt & refragatur, *d. l. majoribus. C. com. utriu. judic.*

Quare cum in propoſitò caſu hi duo fratres nobiles propter nullum alium timorem litis, quam illius tantum, quæ ex communione inter ipſos oriri poſſet, bona ſua diviſerint, ſequitur, hanc diviſionem veram & propriam diviſionem, nõ autem tranſactionem cenſendam. Præterea hoc quod dicitur, illum actum, qui celebratur evitandæ futuræ litis gratia, transactionem cenſendam, ita demum procedit, quando ille actus celebratur, evitandæ futuræ litis gratia: ſecus autem eſt, ſi ille actus celebratur ob alium finem, tunc enim, cum in omnibus actibus inſpiciatur, id, quod principaliter agitur, *l. ſi quis nec cauſam, & ibi Baldus, Iaſon & Dd. ff. ſi cert. petat.* ille actus transactio cenſeri non debet. Quare, cum in noſtro caſu principaliter id actum fuerit inter contrahentes, ut bona communia dividerentur, certi juris eſt, hunc actum non transactionem, ſed diviſionem cenſendum.

49 Quinimò poſito, ſed tamen non conceſſo, in caſu noſtrò non † diviſionem, ſed transactionem celebratam adhuc credo in caſu noſtro, ſi de læſione ultra dimidium juſti pretii doceri poſſit, beneficium *d. l. 2.* locum habere. Namque verior & communior ſententia eſt, quod remedium *d. l. 2.* etiam in transactione locum habeat, ſicut hoc expreſſe tenet *Bart. & multi alii Dd. ibidem relati per Iaſ. in l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obligat. & licet Iaſ. ibi teneat contrarium, tamen ipſemet Iaſ. in d. §. ſi quis cum aliter. atteſtatur, hanc ſententiam communiorem eſſe; idem tenet Panthaleon de Crema in repetit. d. l. 2. col. 11. & Fabian. de Monte ſancti Sabini in tract. de emptio. & vendit. 8. quæſtio. prin. col. 4. ubi ipſe dicit, hanc opinionem & communem & æquam, eandem ſententiã amplectitur Dec. in conſ. 203. ubi affirmat, hanc opinionem communẽ eſſe.* Et hæc ſententia abſque dubio procedit, quando in tranſactione intervenit valdè enormis læſió ultra dimidium juſti pretii, ſicut hoc expreſſe atque in ſpecie decidit *Corn. conſ. 166. & conſ. 189. lib. 1. & conſ. 27. lib. 4. Dec. d. conſ. 203. conſ. 246. conſ. 479. conſ. 551. conſ. 597. idem Dec. l. cum te. C. de tranſact. & hanc ſententiam Corn. & Dec. refert & ſequitur. Carol. Molin. in add. ad Alexand. conſ. 42. nu. 11. lib. 1. ubi etiam teſtatur, hanc ſententiam in praxi ſervari ſolitam, & hæc ſententia multis fortiſſimis rationibus comprobari poſſet, quas brevitatis ſtudio omittimus.*

Ad nonum argumentum contrarium, 50 quod videlicet † in renunciatione non habeat locum beneficium *d. l. 2. C. de reſcinden. vendit.* reſpondemus, illud argumentum contrarium procedere eo caſu tantum, quando renunciatio fit ex vera liberalitate & animo donandi: ſecus autem eſt, quando renunciatio non fit ex vera liberalitate, neque animo donandi, tunc enim etiam in renunciatione habet locum remedium *d. l. 2.* ſicut hoc expreſſe atque in ſpecie decidit *Dec. conſ. 181. Aym. Cravet. conſ. 192. nu. 1.* quæ ſententia probatur & ex eo, quod Dd. noſtri communiter tradunt, † licet in 51 donatione, quæ fit ex vera liberalitate, non habeat locum beneficium *d. l. 2.* in donatione: tamen quæ non fit ex vera liberalitate, ſed vel ob cauſam vel correſpectivè *d. l. 2,* locum habere, ſicut hoc expreſſe atque in ſpecie decidit. *Paul. de Caſtr. conſ. 174. incip. contra ſuperius conſulta ad fin. lib. 1. Corn. conſ. 166. col. 3. conſ. 189. col. 3. lib. 1. conſ. 33. col. fin. verſ. dato autem, conſ. 161. col. 3. conſ. 214. col. 3. lib. 3. conſ. 179. col. fin. conſ. 258. col. 5. circ. medium. conſ. 291. ad finem lib. 4. Dec. conſ. 180. Curt. jun. conſ. 141. col. 3. ad fin.*

Quare, cum in noſtro caſu renunciatio & ſit correſpectiva, & etiam non ſit facta ex vera liberalitate, certum eſt, in noſtro caſu non obſtante renunciatione, beneficium *d. l. 2.* locum habere. Secundò, ad hoc argumentum contrarium reſpondeo, illud argumentum procedere eo caſu, quando renunciatio eſt facta abſolutè & principaliter per ſe, nec eſt alterius contractus acceſſoria: ſecus autem eſt, ſi renunciatio ſit acceſſoria alterius contractus præcedentis: in quo contractu alioquin habet locum beneficium *d. l. 2.* tunc enim ſicut renunciatio acceſſoria ad alium contractum, qui omnibus aliis ità quoque & in hoc, ut adverſus eum beneficium *d. l. 2.* locum habeat, illius contractus acceſſoria eſt, cujus naturam & retinet & aſſumit.

Namque certiſſima juris regula, acceſſorium in omnibus & per omnia naturam ſui principalis & retinere & ſequi, *c. acceſſorium. & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6.*

Digitized by Google

lib. 6. l. cum principalis. & ibi Dec. ff. ſeo. tit. l. ſi cum. § qui injuriarum. & ibi Bald. ff. ſi quis cantionib. l. 1. §. belliſſimè. & §. ſi ſub conditione. ff. ut legato. ſive ſideicom. l. damni infecti. quidem ff. de dam. infecto. Quare, cum in noſtro caſu renunciatio non ſit abſoluta, neque per ſe principaliter facta, ſed ſit acceſſoria ad contractum diviſionis, in quo contractu beneficium *d. l. 2.* locũ habet, ſequitur & in renunciatione, de qua in noſtro caſu agitur, beneficium *d. l. 2.* locum habere.

Ad decimum argumentum contra-
52 rium reſpondeo, † licet aliqui Dd. ſunt
illius ſententiæ, in illis contractibus,
in quibus geminatus conſenſus intervenit, ceſſare remedium *d. l. 2.* veriorem tamen illam ſententiam eſſe, quæ vult, etiam in illis contractibus, in quibus geminatur ſive repetitus conſenſus intervenit, beneficium *d. l. 2.* locum habere, ſicut hoc expreſſè atque in ſpecie decidit *Ludov. Rom. conſ. 54. incipien. Viſis, circa id, Socern. conſ. 86. col. 4. lib. 1. Corn. conſ. 11. & conſ 140. lib 3. Dec. conſ. 60. ad fin. quam ſententiam confirmat id, quod tradit Bartol. Alexand. Iaſ. & communiter. Dd. d. l. ſi quis cum aliter ff. de verb. obligat. cum ſimilibus ſupra allegatis, ubi Dd. communiter concludunt remedium d. l. 2. locum habere in contractu venditionis,* licet ſuper illo ſtipulatio interpoſita fuerit, & ſic geminatus conſenſus intervenerit Deinde hanc opinionem comprobat id, quod & legibus expreſſè cautum & à Dd. noſtris communiter traditum eſt, confeſſionem erroneam etiam ſæpius repetitam prætextu erroris revocari poſſe, *l. 1. & ibi Bald. Iaſ. & Dec. C. de erro. calculi. Iaſ. l. errores n. 29. C. de jur. & facti ignorant. Card. Pariſ. conſ. 131. nu. 35. lib. 1.*

Huc accedit, quod geminatio actus vel conſenſus, non excludet aliquem à remedio reſtitutionis in integrum, *Card. Par. conſ. 89. nu 66. lib 1.*

Præterea illorum Dd. ſententia, qui
53 volunt, † in contractibus, in quibus ge-
minatus conſenſus intervenit, ceſſare remedium *d. l. 2.* ſi aliquo caſu vera eſſe poſſet, quod tamen falſum eſſe procederet, illo caſu, tantum, quando geminatio conſenſus ex intervallo facta eſſet: ſecus autem eſt, ſi illa geminatio in continenti facta fuiſſet, tunc enim illa nihil operaretur, nec aliquem à beneficio *d. l. 2.* excluderet, ſicut hoc expreſſè atque in ſpecie decidit *Panthaleon. de Cre. reper. l. 2. nu. 31. C. de reſcinden. vendit.* & probatur evidente ratione.

Namque ad hoc, ut geminatio confeſſionis conſenſus vel alterius actus efficax ſit, requiritur, ut illa geminatio ex intervallo fiat, *gloſſ. l. ſi convenit. ff. de pignorat. act. gl. l. ab eo. de appellat. lib. 6. Cyn. & Bald. l. 2. C. de dot. promiſſ. Bart. cl. cum qui. cir. fin. ff. de om. legat. Bart. l. cum de in rem. verſ. ff. de uſur. Bald. in proœm. C. in ult. colum. Iaſ. l. ſi certis annis. nu. 4. 5. & 6. C. de pact: Iaſon l. penult. num. 25. C. eo. tit. Iaſ. l. 1. C. de fideicõm. Nicol. Eberh. in ſua Topic. in loco à locutionis geminatione.*

Quare, ſi in noſtro caſu promiſſio, de non veniendo contra diviſionem fuiſſet facta in continenti poſt diviſionem factam, abſque omni dubio in caſu noſtro hæc promiſſio ſive geminatio conſenſus non impediret, quo minus remedium *d. l. 2.* in noſtro caſu locum haberet: quinimò, & ſi hæc geminatio conſenſus ex intervallo facta fuiſſet, nihilominus tamen beneficium *d. l. 2.* in caſu noſtro locũ haberet, ſicut ſupra docuimus.

Ad undecimum argumentum † con- 54
trarium, quod videlicet is, qui poſt cõtrarium perfectum & abſolutum promiſit, illum contractum habere ratum, & nihil contra eum facere excludatur à beneficio *d. l. 2.* reſpondemus, illud argumentum falſiſſimum eſſe, & à Dd. noſtris communiter reprobatum.

Namq; Dd. noſtri communiter tradunt in locis ſupra à me citatis, beneficium *d. l. 2.* etiam illi competere, qui poſt contractum venditionis vel ſimilem abſolutum per ſolennem ſtipulationem, promiſit hunc contractũ obſervare, quæ ſententia & ex eo comprobatur, quod Dd noſtri magis communiter tradunt, etiam confeſſionem, etiam ex intervallo repetitam prætextu erroris revocari poſſet, hoc abſque dubio verum eſt, quando quis eodem errore quo contractum in quo enormiter læſus fuit, celebravit, inducitur ad faciendam promiſſionem, de ſervando contractu, tunc quia eodem remedio ipſi ſuccurritur, contra hanc promiſſionem, quo remedio ipſe ſe contra principalem contractum juvare poteſt, *arg. l. doli mali exceptio. ff. de novat.*

Ad

55 Ad duodecimum argumentum † contrarium, quod videlicet beneficium *d. l. 2.* non habeat locum in eo, qui ſciens ultra dimidium juſti pretii læditur, & quod quis in dubio præſumatur, ſtare valorem ſive æſtimationem rei ſuæ venditæ, vel alio titulo in alium translatæ, reſpondemus, illam regulam, quæ vult, quemlibet præſumi valorem rei ſuæ venditæ, procedere eo caſu, quo quis in cõtractu venditionis, diviſionis, vel ſimili ultra dimidium juſti pretii læſus fuit, tunc enim in dubio præſumitur quis ignoraſſe valorem rei ſuæ in alium quolibet titulo translatæ, ſicut hoc expreſſè atque in ſpecie decidit *gl. & Bart. l. quiſquis. C. de reſcinden. vendit. Bald. l. 2. num. 9. C. eo. tit. Anton. de But. conſ. 52. incip. Tota ergò dubitatio, in fine. Alexand. conſ. 1. in prin. lib. 6. Imol. l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obligat. Corn. conſ. 189. lib. 1. Dec. conſ. 180. nu. 6. & conſ. 349. nu. 6. & 7. Card. Par. conſ. 20. nu. 99. lib. 1. Socin. 159. col. pen. verſ. reſpondetur ex quo. lib. 2. Corn. conſ. 11. col. 5. circ. medium, conſ. 140. col. 2. lib. 3. Corn. conſ. 258. col. 4. circ. medium. lib. 4. Aymon Cravet. conſ. 192. nu. 5.*

Secundò reſpondemus, regulam, quæ vult, quemlibet generaliter præſumi, ſtare valorem rerum ſive bonorum ſuorum, non procedere in eo, qui amplum & latè diffuſum patrimonium habet. *Bald. l. 2. nu. 9. C. reſcinden. vendit.*

Quare, cum prædicti fratres facientes diviſionem omnium bonorum ſuorum communium, amplum atque latè diffuſum patrimonium habuerint, & unus ex illis ultra dimidium juſti pretii in diviſione læſus fuerit, ſequitur, præſumi hunc læſum valorem bonorum communiũ ignoraſſe, & per conſequens beneficium *d. l. 2.* in noſtro caſù locum habere.

Ad decimum tertium contrarium ar-
56 gumentum reſpondeo † juris clauſulam, *Deliberatè, conſultè & ex certa ſcientia*, præſumi potius ex conſuetudine Notariorum, quàm ex voluntate ſive juſſu contrahentiũ, inſtrumento receſſus inſertam, ideoq; hæc clauſula parum vel nihil operatur, ſicut hoc, quod ad hanc clauſulã expreſſè atque in ſpecie decidit *Card. Pariſ. conſ. 20. num. 87. lib. 1.* Et hoc ſatis confirmatur ex eo, quod Dd. noſtri tradunt, etiam alias clauſulas, quæ inſtrumentis inſeri ſolent, præſumi potius ex conſuetudine Notariorum, quàm voluntate partium in inſtrumento appoſitas.

Ideoque eas parum operari. *Bartolus l. 1. quæſt. 6. ff. de jur. Codicil. Abb. c. cum contingat. ver. novus caſus extr. de jurejuran. Card. conſ. 120. Socin. conſ. 103. col. 3. circ. fin. lib. 3. Corn. conſ. 189. lib. 1. Card. Pariſ. conſ. eo. num. 10. lib. 1. conſ. 66. nu. 18. lib. 2. conſ. 19. numer. 20. & conſ. 74. num. 69. lib. 3.*

Præterea, hæc clauſula eſt acceſſoria ad contractum principalem diviſionem nempe, ideoque ex hac clauſula obligatio ex diviſione deſcendens augeri, ampliari vel alterari non debet, *arg. l. ex pupillari. & ibi Iaſon ff. de vulg. & pupill. Clement. 1. de prabend. l. cum principalis. & ibi. Dd. ff. de regul. jur. Socin. conſ. 64. incip. viſa. col. 4. verſ. poſtremo. lib. 2. Dec. conſ. 306. incipien. juridicam. num. 8. conſ. 373. incipien. viſo. num. 13. Card. Par. conſ. 20. numer. 88. & conſil. 11. numer. 102. libr. 1.*

Et † poſito, ſed tamen non conceſſo, 57
hæc verba, Conſultè & deliberatè, poſita in inſtrumento, receſſus probare, quod hæc diviſio ſit facta conſultè & deliberatè: tamen per hoc non impediretur frater læſus enormiter, contra hanc læſionem beneficium *d. l. 2.* implorare.

Namque ſecundum receptam atque communem Dd. ſententiam etiam in iis, quæ conſultè & deliberatè fiunt, errorem vel ignorantiam allegare, & actum conſultè & deliberatè geſtum, prætextu erroris & ignorantiæ retractare licet, *Bald. l. error. nu. 12. & ibi Iaſon num. 28. C. de jur. & facti ignoran. Bald. l. jusjurandum. & ad pecunias in princ. & ibi Ludovic. Roman. ff. de jurejuran. Bal. c. fin. num. 16. & ibi Anton. de Butr. extr. de confeſſ. Ioann. Andr. c. fin de jurejurand. l. 6. Ludovic. Roman. l. ſi verò. §. de jure. ff. ſol. matrim. idem Ludovic. Rom. conſ. 391. Iaſ. Dec. & Ant. de Alexand. l. 1. C. de error. Calc. Vital. in tractat. clauſular. ubi de errore loquitur. col. 7. fac. text. l. de atate. §. ex cauſa. ff. de interrogat. act.*

Nec obſtant ea, quæ pro contraria parte adducta ſunt: namque illa ſunt communiter reprobata, prout teſtantur Dd. in locis prævallegatis.

Et in ſpecie, quod hæc clauſula,

Conſultè, deliberatè, & ex certa ſcientia, contractui inſerta, non excludat eum, qui enormiter læſus eſt à beneficio *d. l. 2.* expreſſè decidit *Card. Pariſ. conſ. 20. lib. 1.*

58 Ad † decimum quartum argumentum contrariũ reſpondeo, Primò, ſimiliter & hanc clauſulam, *Ex certa ſcientia*, eſſe & acceſſoriam ad contractum diviſionis præcedentem, & præſumi potius ex conſuetudine & ſtilo Notariorum, quàm de voluntate partium receſſui inſertam, ideoque hanc clauſulam parum vel nihil operari, nec obligationem ex diviſione deſcendentem mutare vel ampliare poſſe.

Secundò, ad hoc argumentum contrarium reſpondeo, licet propter hanc clauſulam contractui vel inſtrumento inſertam ſcientia præſumatur, tamen ſecundum communem atque receptam Dd. ſententiam non prohibetur is, qui ignorantiam prætendit, contrarium probare, *Bald. Angel. & Iaſ. l. ſed etſi quis. § fin. ff. ſi quis cantion. Paul. de Caſtr. conſ. 131. incip. licet iſta Domina Liſa. Alex. l. ſi dari. ff. de verb. obligation. Socin. conſ. 214. lib. 2. conſ. 103. lib. 3. conſ. 79. lib. 4. Decius conſ. 130. num. 4. conſ. 48. num. 7. Cardin. Pariſ. conſ. 1. num. 80. conſ. 20. nu. 98. lib. 1. conſ. 4. num. 52. lib. 2.*

Præterea hæc clauſula nihil operatur, quando conſtat, rem ſe aliter habere, *Socin. conſ. 38. col. 3. lib. 3. Card. Pariſ. conſ. 1. nu. 82. lib. 1. conſ. 4. nu 31. lib. 2. conſ. 3. num. 60. lib. 4.*

Similiter & hæc clauſula, *Ex certa ſcientia*, adjecta contractui, nihil operatur, in iis, quæ contrahentibus fuerunt veriſimiliter incognita. *Card. Par. conſ. 1. nu. 81. lib. 1. conſ. 4. nu. 52. lib. 2. conſ. 3. num. 59. lib. 4.* Item in iis, quæ ſunt magis præjudicii. *Card. Pariſ. conſ. 1. nu. 82. lib. 1.* & in illis caſib. ubi de enormi læſione conſtat, *Dec. conſ. 180. num. 6. & conſ. 349. num. 6. & 7. Card. Pariſ. conſ. 20. nu. 99. lib. 1. conſ. 75. nu. 33. lib. 3.*

Quare, cum in caſu noſtro probata ſit ignorantia. & conſtat, rem aliter ſe habere; ex eo ipſo, quod liquet de enormi læſione, & propter enormem læſionem præſumatur ignorantia, atque etiam agatur de magno præjudicio fratris enormiter læſi: certum eſt hanc clauſulam, *Ex certa ſcientia*, inſtrumento receſſus inſertam nihil operari, nec fratrem enormiter læſum à beneficio *d. l. 2.* excludere, & quod clauſula, *Ex certa ſcientia*, inſerta, non excludat aliquem à beneficio *d. l. 2.* expreſſè atque in ſpecie decidit *Card. Par. conſ. 20. lib. 1.* Ubi etiam addit, licet contractui inſerta ſit hæc clauſula, *Ex certa ſcientia*, tamen errorem ſive ignorantiam probari eo ipſo, quod quis probat enormem læſionem, ſicut hoc etiam eſt de mente *Dec. conſ. 48.*

Ad decimumquintum argumentum contrarium reſpondeo, † licet clauſula, *Motus proprii*, alioquin ſit magni effectus, hanc clauſulam tamen non denotare, vel confortare ſcientiam, *Bald. l. fideicommiſſ. §. ſi ſervo. arg. ill. text. ff. de legat. 3. Rota. in noviſſ. deciſ. 332. Ioann. de Mill. in ſuo repertorio. Ver. gratia. verſ. gratia non poteſt dici ſurreptitia. Card. Par. conſ. 1. nu. 77. lib. 1. conſ. 4. num. 28. lib. 2.* nec extendi ad ea, quæ veriſimilia non ſunt. *Rota in noviſſ. tit. de prebend. deciſ. 28. Card. Pariſ. conſ. 1. num. 30. lib. 1. conſ. 4. nu. 28. lib. 2. conſ. 74. nu. 42. lib. 4.* 59

Similiter hæc clauſula, *motus proprii*, non ſupplet errorem, ignorantiam, *Card. Par. conſ. 4. nu. 28. lib. 2.* vel defectum, mentis, intentionis aut conſenſus, ſecundum communem atque receptam Dd. ſententiam. *Ioan. And. & Dd. c. ſi motu proprio, de prebend. lib. 6. Dd. Clement. ſi Romanus Pontifex de prebend. Rota in noviſſ. in tit. de prebend. deciſio. 6. Egid. Belle. deciſ. 475. & deciſ. 746. Card. Par. conſ. 82. num. 66. lib. 1. conſ. 4. num. 27. lib. 2. conſ. 5. nu. 113. conſ. 42. nu. 76. conſ. 74. num. 3. conſ. 89. nu. 21. conſ. 140. num. 7. lib. 4.*

Igitur cum omnis is, qui in contractu ultra dimidium juſti pretii ignoranter læditur, habeat beneficium *d. l. 2.* nec ſit veriſimile, quam ex certa ſcientia celebraturum talem contractum, in quo ipſe enormiter læditur, & omnis is, qui in diviſione vel alio contractu enormiter læſus fuit, præſumatur ipſum contractum non ex certa ſcientia, ſed ignoranter celebraſſe, ſequitur, quod non obſtante clauſula, *motus proprii*, in caſu noſtro beneficium *d. l. 2.* locum habeat.

Et ſic ex his omnibus ſatis liquet, atque patet, quod non obſtantibus illis, quæ pro contraria ſententia adducta, in noſtro caſu habeat locum bene-

ficium

ficium *d. l. 2.* unus ex fratribus docere ſive fidem facere poſſit, ſe ultra dimidium juſti pretii in diviſione læſum.

Et cum natura contractus diviſionis talis ſit, ut enormiter læſo contra hanc diviſionem ex remedio *d. l. 2.* ſuccurratur, clari juris eſt, eum qui contra diviſionem etiam ſtipulatione confirmata, remedium *d. l. 2.* implorat, non cenſendum contra promiſſionem ſuam delinquere, ſicut hoc expreſſe atque in ſpecie decidit *Card. Pariſ. conſ. 20. nu. 104. lib. 1.*

60 Quoad † ſecundæ quæſtionis deciſionem, licet multæ rationes contrariæ adduci poſſent, tamen quia illa quæſtio nobis dubii juris eſſe non videtur, concludimus, ſi unus ex nobilibus fratribus, qui bona ſua feudalia diviſerunt, in diviſione fuerit læſus, ſed non ultra dimidium juſti pretii, ipſum quidem non habere actionem aliquam ad reſcindendum contractum diviſionis, ſed ipſum agere poſſe ad ſupplementum illius, quantò minus ipſe in diviſione accepit, ſive quantum portio illius vilior eſt portione fratris ſui.

61 Namq; licet alioquin † læſus in contractibus ultra dimidium juſti pretii contra eum, cum quo contraxit, nullum regreſſum vel ullam actionem habeat. *l. in cauſæ. la. 2. §. fin. ff. de minorib. l. ſi voluntate. C. de reſcinden. vendit.*

Cum tamen in inſtrumento regreſſus inſerta ſit clauſula, Were auch / daß Mangel im beyden Regiſtern verfiele / ſoll einer dem andern denſelben erſtatten / nos veriſſimum judicamus, vigore hujus pacti fratri læſo competere actionem ad ſupplementum illius, quantum ipſi minus in diviſione obtigit. Contractus enim ex conventione legem accipiunt. *l. 1. §. ſi conveniat. ff. depoſiti. l. contractus. ff. de reg. jur.* Et pactis contrahentium etiam legis diſpoſitioni derogari poteſt. *l. paciſci. ff. de pact.*

Et quod illo pacto hoc actum ſit, ut læſo in diviſione etiam in minima ſumma detur actio ad petendum ſupplementum illius, in quo ipſe læſus fuit, multis fortiſſimis rationibus comprobari poteſt.

62 Primò, namque in † contractibus illa capienda eſt interpretatio, ut contrahentium ſit æqualis conditio, utque æqualitas inter contrahentes ſervata intelligatur, *Aymon. Cravet. conſ. 70. nu. 1. argum. l. ſi id quod. §. fin. ff. de reſcinden. venditione. l. penult. C. com. utriuſ. judic.*

Quare, præcedens interpretatio hujus pacti omnino amplectenda eſt, namque per eam efficitur, ut æqualis conditio utriusque contrahentis & æqualitas inter contrahentes ſervetur.

Secundò, † diſpoſitio in ultima voluntate facta ita interpretatur, ut æqualitas inter fratres ſervetur, *l. cum pater §. evictis. ff. de legat. 2. l. ſi ita legatum. & ibi Socin. ff. de condit. & demonſtrat. Decius conſ. 59. numer. 3. & conſ. 337. num. 1. Card. Pariſ. conſ. 106. num. 12. & conſ. 126. num. 30. lib. 1. conſ. 25. numer. 24. lib. 2. conſ. 2. num. 26. conſ. 109. num. 12. lib. 3. & conſ. 71. num. 16. lib. 4.* 63

Quare, cum diſpoſitum de ultima voluntate, & in pactis ſive contractibus locum habeat. *l. qua de legat. & ibi Iaſ. ff. de legat. 1.* Sequitur, & pacta ſive contractus ita interpretanda, ut æqualitas inter fratres ſervetur.

Tertiò, † ratione æqualitatis inter fratres ſervandæ à regulis juris communis recedimus. *Socin. conſ. 61. nu. 11. lib. 4. Card. Par. conſ. 92. num. 23. & conſ. 126. num. 30. lib. 1. conſ. 2. num. 27. & conſ. 69. nu. 79. lib. 3.* 64

Ideoque licet dotem à patre profectam & ad eum reverſam, is pro quo hæc dos data fuit, mortuo patre non retineat præcipuum, ſed ea inter omnes filios illius patris ſit æqualiter dividenda, tamen hæc fallit ratione inæqualitatis inter fratres evitandæ, *l. fin. C. com. utriuſ. judic.* & licet donatio ſimplex à patre filio in poteſtate conſtituto facta, mortuo patre conferri non debeat, tamen hæc fallit ratione inæqualitatis inter fratres vitandæ, *l. illud. C. de collat.* Præterea ut æqualitas inter liberos ſervetur, capimus eam interpretationem, ut prius teſtamentum potius valeat, quàm poſterius, *Aymon. Cravet. conſ. 143. num. 15.* Utque ſubſtitutio breviloqua, quæ per ſe & ſua natura comprehendit, & vulgarem & pupillarem ſubſtitutionem ſimul contineat tantum vulgarem ſubſtitutionem, *Bart. l. Lucius. num. 8. & ibi Alexand. & Iaſ. nu. 14. ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut.*

Similiter propter inæqualitatem inter fratres ſervandam contra juris communis regulas diſpoſitio generalis reſtringitur, *Franciſc. Aretin. conſ. 56. col. 8. conſ. 153. col. 3. verſ. confirmatur iſta concluſio. Socin. conſ. 98. col. 3. lib. 1. Aym. Cravet. conſ. 70. num. 23.* Et ſubſtitutio compendioſa facta perſonis diſparibus ita interpretatur, ut fideicommiſſariam ſubſtitutionem tantum contineat, etiamſi ex tali interpretatione ſubſtitutio penitus redderetur inefficax. *Corn. conſ. 180. col. 2. ad fin. lib. 1. Aym. Cravet. conſ. 143. nu. 16.*

Huc accedit, quod licet per hoc, quod fratres res aliquas ſeparatim atque diviſim longo tempore poſſederunt, diviſio facta præſumatur, *gl. l. princ. C. com. dividundo. Iaſ. §. quadam. n. 40. Inſt. de action.* hoc tamen ita demum verum eſſe, ſi partes ſeparatim vel diviſim à fratrib. poſſeſſæ æquales ſint: ſecus autem eſt, ſi illæ partes inæquales ſunt, *Bal. & Paul. de Caſtr. d. l. pen. C. com. dividun. Paul. de Caſtr. l. quam Tuberonis §. ſunt quidam. ff. de peculio. & conſ. 126. lib. 2. Roman. conſ. 418. Alex. conſ. 5. lib. 5. Capol. cauſar. civil. conſ. 22. col. 4. Felin. c. ſicut. extr. de ſentent. & re judicat. Iaſ. conſ. 128. lib. 1. conſ. 172. col. 3. lib. 4. Franciſc. Balb. in tractat. de præſcript. 5. par. 3. par. prin. q. 10. nu. 44. Albert. Brun. conſ. 66. Nicola. Boer. deciſio. 58.* Et licet filius emancipatus donationem ſimplicem ipſi à patre factam conferre teneatur, hoc tamen non procedere, quando ex hac collatione inæqualitas inter fratres reſultaret *Dec. conſ. 59.* His adde, quod ſervandæ æqualitatis cauſa, inter fratres donatio à patre filio facta, ipſi filio in legitimam imputetur, licet illa donatio alioquin in legitimam non imputaretur, *Socin. conſ. 18. lib. 4.* Hanc ſententiam confirmat id, quod traditur, licet teſtamentum imperfectum inter liberos conditũ valeat, hoc tamen ita demum procedere, ſi in hoc teſtamento liberi æqualiter inſtituti fuerint, alioquin verò non. *Roman. conſ. 179. & conſ. 385. Decius l. 1. C. Vnde liberi. Dec. conſ. 105. nu. 6. & conſ. 631. Curt. jun. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtament. quamvis in hoc ultimo contrarium teneat, Baldus & Salicet. l. filii. C. famil. hercisc. Paul. de Caſt. Cornel. & Riminal. d. §. ex imperfecto. Card. Pariſ. conſ. 34. & conſ. 35. lib. 2. Socin. jun. conſ. 24. num. 6. lib. 3.*

Eandem ſententiam comprobat id, quod tradit *Aymon. Cravet. conſ. 125. num. 7.* ubi concludit, filium doctorem in diviſione hæreditatis paternæ, ratione inæqualitatis vitandæ, teneri conferre ſumptus & impenſas ſtudii, quas impenſas ipſi pater vivus ſuppeditavit: quaſq; ipſe regulariter conferre non cogitur: quam tamen deciſionem non ponimus pro conſtanti.

Et ſic ex prædictis ſatis liquet, quod propter hoc, ut æqualitas inter fratres ſervetur à juris communis regulis recedamus. Ideoque ſequitur, licet alioquin is, qui in contractu vel diviſione læſus fuit, non poſſit agere ad ſupplementum ejus, in quo læſus fuit, ſi hæc læſio ſit minor dimidio juſti pretii: æqualitatis tamen inter fratres ſervandæ cauſa pactum, de quo ſupra diximus, ita interpretandum, ut frater læſus in diviſione, ad ſupplementum illius, in quo læſus fuit, agere poſſit: licet hæc læſio ſit infra dimidium juſti pretii.

Quartò, † lex inter fratres æqualita- 65
tem amat, *l. cum pater. §. evictis. ff. de leg. 2. & l. fin. C. com. utriuſ. jud. l. illud. C. de collat.* & hortatur, patrem ut inter liberos bona ſua æqualiter diſtribuat. *§. illud Auth. de empt.* atque etiam jubeat, ut diviſiones inter fratres æquis portionib. fiant, *l. pen. C. com. dividund.* Prætor quoq; æquales facit liberos, *l. ſi poſt mortem. §. fin. ff. de bon. poſſeſſ. cont. tabul.* Et Iureconſultus ſubſtitutionem inter liberos æqualiter factam, interpretatur, *l. qui hoc jure. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtitutio.*

Quare, cum omnis † contractus, o- 66
mniſq; actus in dubio ſecundum juris communis diſpoſitionem celebratus intelligi debeat, *l. ſi duo. & ibi Bald. & Paul. de Caſtr. ff. de acq. hæredit. Tiraquell. in tr. de utroq; retractu. 2. par. §. 1. gl. 2. num. 14. facit quod docet Bart. l. ut inferendo. §. ſi liberi. ff. de oper. liberto. Card. Pariſ. conſ. 22. num. 59. lib. 2.*

Sequitur, & pactum inſertum inſtrumento receſſus quo cavetur, ut unus alteri ſuppleat omnem defectum, qui ſchedulis ſive brevibus diviſionis inveniri poſſit, ita intelligendum, quod prædicti fratres Nobiles, ſi voluerint confirmare juris communis diſpoſitio-

nem, &

nem, & bona ſua æqualiter dividere, & convenire, ut ſi quæ inæqualitas in diviſione facta reperiretur, ea ſuppleretur reſarciretur vè, licet hæc inæqualitas ſit infra dimidium juſti pretii.

67 Quintò, † lex ſanxit, ut quantum fieri poteſt, evitetur, ne altercationis cujusdam occaſio inter fratres oriatur, *l. cum oportet. in prin. & §. fin. autem. C. de bon. quæ liber.* Sed æqualitas inter fratres eſt inductiva, nutritiva, confirmativa, & conſolitativa concordiæ & fraternæ charitatis, & econtra, inæqualitas eſt nutritiva diſcordiæ & præbet occaſionem altercationi. *Socin. conſ. 4. num. 6. libr. 1.*

Quare, cum omnes contractus omniaque pacta ſecundum legum ſanctiones intelligenda ſint, ſequitur & contractum diviſionis & pacta juxta eam adjecta, ita interpretanda, ut æqualitas inter fratres ſervata intelligatur, utque fratri læſo permittatur ad ſupplementum agere.

68 Sextò, † omnes actus, omniaq; pacta ſecundum æquitatem reſtringenda, extendenda & declaranda ſunt, *Bald. conſ. 434. lib. 1. Socin. conſ. 44. col. 4. ad fin. verſ. & dicta verba lib. 1. Iaſ. l. à divo. pio. §. in venditione. ff. de re judica. Iaſon. l. ſi ſervum. §. ſequitur nu. 3. ff. de verbor. obligat. Aymon. Cravet. conſ. 70. nu. 24.*

69 Quare, † cum æquitas ſumma ſuadeat, ut inter fratres æqualitas ſervetur & contractus diviſionis & pacta juxta illam adjecta ita intelligenda ſunt, ut inter fratres æqualitates ſervata ſit, utq; illi cui minor atque in hoc portio in diviſione obvenit, permittatur contra alium fratrem ad ſupplementum agere.

70 Septimò, † & verba & pacta omnia in contractibus poſita ſecundum qualitatem contrahentium intelligenda & declaranda ſunt, *arg. l. plenum. § equitii. ff. de uſu. & habitat. l. 1. C. ſi quis imperat. maledixerit. l. pen. in prin. ff. de aliment. legat.*

71 Quare, † cum contrahentes, de quibus in noſtro caſu agitur, ſunt viri & honeſti & Nobiles, & viros honeſtos, maximè verò Nobiles nullo modo deceat alium lædere, vel decipere, etiam infra dimidium juſti pretii, *glo. & Dec. l. ſemper in contractibus. ff. de regul. jur. Baldus Authen. ad hæc. C. de uſur. Baldus c. quanto. extr. de Iurejuran. Ioan. de Ana. c. in civitate. extr. de uſur. Decius l. ſi quis in conſcribendo. num. 10. C. de pact.*

Sequitur, pactum appoſitum in inſtrumento receſſus quo cavetur, ut unus alteri omnem defectum, ſi quis defectus in ſchedulis ſive brevibus diviſionis deprehenderetur, ſupplere cogatur, ex qualitate contrahentium ita intelligendum, ut unus alteri non tantum illum defectum, qui eſt ultra dimidium juſti pretii, ſed etiam illum, qui eſt infra dimidium juſti pretii, ſupplere cogatur.

Octavò, † ex actibus præcedentibus actus atque contractus ſequentes declarantur, *l. ſi ſervus plurium. §. fin. & l. qui filiabus. in prin. ff. de legat. 1. l. utrum. ff. de petit. hæreditat. c. ſecundo requiris in prin. ff. ibi Decius extr. de appellation. Card. Pariſ. conſ. 14. num. 31. & conſ. 23. num. 108. lib. 1.* Et ea, quæ in actu præſenti dicta vel acta ſunt, in actu ſubſequenti, qui eſt acceſſorius, actus præcedentis repoſita intelliguntur, *Bartolus l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. num. 4. ff. de verb. obligat. Baldus l. etiam. C. de jur. dot. Iaſ. l. litia. §. idem reſpondet. ff. de verb. obligat.* 72

Quare, cum prædicti fratres Nobiles Presbytero, qui bona illorum diviſit ante diviſionem factam nominatim & in ſpecie mandaverint, ut ipſe bona communia in partes æquales divideret, ſicut in figuratione caſus narratur, ſequitur pactum ſubſequens & inſtrumento receſſus inſertum, quo cavetur, ut unus alteri ſuppleret omnem defectum, qui in ſchedulis ſive brevibus diviſionis à prædicto Presbytero factis inveniretur, ſuppleret, intelligendum ſecundum mandatum præcedens, atque ita interpretandum, ut unus alteri omnem defectum æqualitatis etiam minimum, omneque id, quo ipſe in diviſione læſus fuit, ſupplere cogatur.

73 Nonò, cum † fines mandati diligenter obſervandi ſint, *l. diligenter ff. mand. c. per tuas. extr. de arbit. c. porro. & ibi. gl. extr. de privileg.* non tantum quoad ſubſtantiam, ſed etiam quoad qualitatem mandati. *c. cum veniſſent. & ibi Bald. extr. de eo qui mitt. in poſſeſ. rei. ſervan. cauſ.* Omne illud, quod fit contra vel præter ſubſtantiam, qualitatem, vel formam mandati in præjudicium mandantis, multũ vitioſum & defectuoſũ eſt, *l. tranſactionis. C. de transact. l. ſi procurator. & ibi Iaſ. C. de procurat. l. cum mandati. C. manda. l. item rorum. §. ſed ſi ita. & ibi Bart. ff. quod cauſ. univerſitat. nom. c. cum dilectus. extr. de reſcript. c. Piſanis. & ibi Abb. extr. de reſtitut. ſpoliat. Beneven. Strac. in tract. de mercatu. ſub titulo. mandati. numer. 2.*

Quare, cum prædicti nobiles presbytero ſuo mandaverint, ut ipſe bona ſua æqualiter divideret, pactum adjectum in inſtrumento receſſus, quo cavetur, ut unus alteri suppleret defectũ, qui in ſchedulis ſive brevibus diviſionis reperiretur, ſequitur, hoc pactum ita interpretandum, ut unus alteri omnem defectum æqualitatis ſuppleret, ſi poſtea appareret, hunc presbyterum contra formam mandati bona ipſorum inæqualiter diviſiſſe.

74 Decimo, † omnes actus, omnes contractus, omniaq; pacta ita interpretanda ſunt, ne ſint ſupervacua, ſed ut aliquid operentur, *l. ſi quando. in prin. ff. de legat. 1. c. ſi Papa de privig. lib. 6. l. 1. in prin. & ibi notat. ff. quod met. cauſ. l. 1. in fine. cum ibi notat. ff. ad muncipal. l. 3. in prin. & ibi Iaſ. ff. de jurejuran.*

Quod uſque adeo verum eſt, ut o-
75 mnes † contractus, omniaq; pacta ita accipienda ſint, ut ſingula verba illius pacti habeant aliquid ponderis, atque ad aliquem effectum trahantur, *Baldus conſ. 51. incipien. generali ſtatuto. in ſin. lib. 5. Aymon. Cravet. conſ. 20. nu. 9. conſ. 84. nu. 12. & conſ. 135. num. 24.* Deinde, hoc procedit, ut omnes actus, omneſq; contractus ita intelligendi ſint, ut nullum verbum nullave ſyllaba in iis ſit ſupervacua, & ſine effectu operandi. *gl. c. ſolita. extr. de major. & obedien. Bald. Rub. num. 9. C. de contrahen. empt. Paul. de Caſt. conſ. 57. incipien. Primo videndum eſt, de intellectu. libr. 1. Iaſon d. l. 3. in prin. ff. de jurejuran. Card. Par. conſ. 113. num. 43. lib. 1. conſ. 20 numer. 10. lib. 2. conſ. 5. num. 35. & 94. & conſ. 33. num. 19. libr. 4. Aymon. Cravet. conſ. 20. numer. 9. conſ. 84. numer. 12. conſ. 105. num. 7. & conſil. 135. num. 24.*

Quinimò verba contractuum debent potius impropriari & intelligi contra eorum naturam, quam ut nihil operentur, *l. ſi ſtipulatus fuero per te. ff. de verb. oblig. l. ſtipulatio iſta. §. ſed ſi ſervus & §. poſſidere. ff. eo. tit. c. ſi ſententia. de ſenten. excom. lib. 6. Bald. c. 1. de Capita. qui cur. vend. Abb. conſ. 32. col. 1. lib. 2. Decius. conſ. 48. col. 2. poſt medium. conſ. 69. col. 3. ad fin. Aymon. Cravet. conſ. 20. numer. 9. conſ. 105. num. 7. conſ. 118. num. 19. conſ. 119. conſ. 135. num. 24.* Et potius capienda eſt illa interpretatio, ut pactis ſive contractibus juri communi derogetur, quam admittendum, ut verba pactorum ſive contractuum ſint ſupervacua, *argum. eo. quæ tradit Ludovic. Roman. & Fulgoſ. Authen. ex teſtamento. C. de collat. Cornel. conſ. 91. col. 5. lib. 1. Decius conſ. 626. col. 2. poſt medium. Aym. Cravet. conſ. 105. nu. 7. Iaſ. l. 1. num. 40. ff. de off. ejus cui mandat. eſt juriſd.*

Quare, cum pactum inſtrumento receſſus adjectum quo cavetur, ut unus alteri ſuppleat omnem defectum in ſchedulis ſive brevibus diviſionis adjectum, omninò eſſet ſupervacuum, ſi illud pactum intelligeretur de defectu contingente ex læſione ultra dimidium juſti pretii, neceſſariò hoc pactum intelligendum eſt, de defectu læſionis, infra dimidium juſti pretii, ut ejus ſupplementum peti poſſit.

Undecimò, † cum omnia pacta contractus adjecta ſecundum mentem contrahentium intelligenda ſint, *l. ſed & Celſus. §. ſi fundus. ff. de contrahen. emption. C. de liber. præterit. l. fin. l. 3. Codic. quæ res pignor. obligar. poßint. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. jur.* Et in noſtro caſu ea fuerit mens contrahentium, quod ipſi bona ſua æqualiter dividere, nec unus alterum infra vel ultra dimidium juſti pretii decipere voluerit, ſequitur, prædictum pactum receſſui adjectum, ex mente contrahentium ita interpretandum, ut fratri læſo propter quamlibet læſionem etiam infra dimidium juſti pretii ſupplementũ petere permittatur.

Quod

Quod autem in noſtro caſu mens ſive voluntas dividentium fuerit, ut diviſio æqualiter fuerit, ſatis colligitur ex eo, quod hi duo fratres Nobiles ante diviſionem factam presbytero, qui bona ipſorum diviſit, mandaverunt, ut ipſe bona eorum æqualiter divideret: Nam

76 ex iis, † quæ in præfationibus, ſive in præcedentibus dicta ſunt, mens contrahentium colligitur, *Bart. & Bald. l. fin. ff. de heredib. inſtituen. l. ſi ſervus plurium. §. fin. ff. de legat. 1.*

Deinde quoque, quod mens duorum fratrum ea fuerit, ut bona ipſorum inæquales partes dividerentur, ex eo ſatis liquet, quod in figuratione caſus narratur, fratres eam ob cauſam hanc diviſionem feciſſe, ne diſcordiæ & alterationis inter illos occaſio oriatur.

77 Namque cum † ratio ſive cauſa contrahendi mentem contrahentium indicet, *Paul. de Caſtrenſ. conſ. 332. incip. Viſo teſtamento Michaelis, col. 2. circ. med. lib. 1. conſ. 174. incipien. videtur dicendum, quod dictus Iudæus, col. 2. circ. medium. & conſ. 438. incipien. quantum ad primum quæſitum, col. 2. lib. 2. Aymon Cravet. conſ. 3. num. 14.* Et æqualitas inter fratres concordiam & fraternam charitatem conſervet, inæqualitas autem occaſionem rixæ, diſcordiæ & altercationis præbeat, ſequitur, eam mentem atque intentionem fuiſſe fratribus dividentibus bona ſua, ut bona ſua æqualiter dividerentur.

78 Duodecimò, in † contractibus & pactis interpretatio ita fieri debet, ut ſervetur bona fides & æquitas naturalis. *Bal. conſ. 112. incipien. quæritur, qui intelligant. ad fin. lib. 1. Aymon. Cravet. conſ. 70. nu. 13.*

Quare, cum & naturalis æquitas & bona fides poſtulet, ut ſicut in cæteris contractib. ita & in diviſione, præſertim quæ inter fratres fit, æqualitas ſervetur. *Dec. conſ. 308. col. 2. circ. fin. Aymon. Crav. conſ. 145. num. 13. & conſ. 195. nu. 5.* Clari juris eſt, pactum receſſus inſertum, ita interpretandum ut æqualitas, in omnibus & per omnia inter fratres ſervata intelligatur, utque ei, qui in diviſione læſus fuit, ſupplementum petere liceat, & ſi hæc læſio ſit infrà dimidium juſti pretii.

79 Decimòtertiò, † ex multis ſenſibus pacti vel contractus juſtior ſenſus eligendus & amplectendus eſt, *Baldus conſil. 118. incipien. petita venia. col. 2. circ. fin. lib. 3. Aymon. Cravet. conſ. 70. num. 14.*

Quare, cum juſtior ſenſus prædicti pacti inſtrumento receſſus inſerti ſit ille, ut per hoc pactum omnis inæqualitas non tantum illa, quæ eſt ſupra, ſed etiam illa, quæ eſt infra dimidium juſti pretii, inter contrahentes ſublata intelligatur, ſequitur hunc ſenſum & amplectendum & ſequendum.

Decimòquartò, † ut diſpoſitio ſive pactum non ſit ſuperfluum, multa in illo comprehenduntur, quæ alioquin non comprehenderentur. *Oldr. conſ. 300. incipien. factum eſt tale magiſtro. col. fin. Aymon. Cravet. conſ. 135. num. 24. arg. l. fructus qui locatus. ff. de fund. inſtruct.* 80

Ideoque generalis renunciatio, quæ alioquin ad caſum fortuitum non extenditur, ad caſum fortuitum porrigitur, ſi illa renunciatio abſque hoc nihil operatur. *Bart. l. ſed ut ſi. §. quæſitum. ff. ſi quis cautio. Curt. jun. conſ. 68. col. fin.* Et licet generalis renunciatio non extendatur ad fideicommiſſum conditionale, renuncianti ex teſtamento debitum, tamen hoc fallit, ſi hæc renunciatio alioquin nihil operaretur, *Bart. l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 19. & ibi. Dd. ff. de verb. obligat.*

Quare, cum ſecundum juris communis diſpoſitionem etiam nullo pacto interveniente læſo in diviſione ultra dimidium juſti pretii competat actio, ad petendum ſupplementum, & eam ob cauſam hoc pactum inſtrumento receſſus inſertum nihil omninò operaretur, ſi illud pactũ reſtringeretur ad illũ caſum, quo quis ultra dimidium juſti pretii læſus deprehenderetur, ſequitur, neceſſariò hoc pactum ita interpretandum, aut etiam fratri læſo in diviſione infra dimidium juſti pretii ad ſupplementum agere permittatur.

Decimòquintò, † verba in contractibus poſita, intelligi debent de caſu magis dubitabili, *Abb. conſ. 85. col. 3. lib. 1. Aymon. Cravet. conſ. 84. num. 12. conſ. 135. num. 24. arg. l. quod Labeo. ff. de Carbonia. edict.* 81

Quare, cum nemo dubitet de hoc, quod illi, qui ultra dimidium juſti pretii in diviſione læſus fuit, competat actio ad petendum ſupplementum, ſequitur,

ſequitur pactum prædictum inſtrumento receſſus inſertum, ita accipiendum, ut fratri læſo etiam infra dimidium juſti pretii, actio ad ſupplementum detur.

82 Decimoſextò, † in contractibus atque pactis ſemper accipienda eſt ea interpretatio, quæ utriq; contrahentium utilis eſt, atque per quam nulli præjudicium fit, nullusve in damno relinquitur. *Paul. de Caſtr. Ludovi. Roman. & Alex. l. 1. arg. ill. text. & ibi Iaſ. nu. 16. ff. ſi quis cautio. Bald. conſ. 48. incipien. iſta quæſtio in fin. lib. 4. Dec. conſ. 162. & conſ. 500. Aym. Cravet. conſ. 20. num. 12. & conſ. 91. num. 11. Card. Par. conſ. 74. nu. 80. lib. 3. conſ. 53. nu. 4. & conſ. 58. nu. 9. & 49. lib. 4.*

Quare, cum ita intelligendo pactum prædictum, ut unus frater alteri fratri omnem defectum atque læſionem etiam illam, quæ eſt infra dimidium juſti pretii ſupplere cogatur, nullus ex contrahentibus in damno relinquatur, ſequitur, hanc interpretationem omninò & amplectendam & ſequendam.

Ex his ſatis liquet atque patet, fratri læſo in diviſione bonorum communium vigore pacti inſtrumento receſſus inſerti, actionem ex ſtipulatu ad petendum ſupplementum ejus, in quo læſus fuit, contra alium fratrem ſuum competere, etiamſi hæc læſio non excedat dimidium juſti pretii.

Nec obſtat huic noſtræ veriſſimæ de-
83 ciſioni regula, quæ vult, † contrahentibus licitum atque permiſſum eſſe ſe invicem decipere, quodque decepto vel læſo infra dimidium juſti pretii non detur actio ad petendum ſupplementum. Namq; hoc non procedit eo caſu, quando contrarium actum vel conventum fuit, ſicut in noſtro caſu factum eſt, tunc enim vigore pacti conventi læſo vel decepto in contractu indiſtinctè ad ſupplementum agere permittitur.

Quinimò, cum in caſu noſtro diviſio, non per ipſos fratres nobiles, ſed per quendam presbyterum nomine atque juſſu ipſorum fratrum nobilium facta fuerit, videtur dicendum, ne cum ſcripto pacto fratri in diviſione læſo, etiam infra dimidium juſti pretii competere actionem, ad hoc, ut ipſi vel læſio ſuppleatur, vel contractus diſſolvatur: dummodo tamen hæc læſio arbitrio judicis, vel boni viri gravis ſit, ſicut hoc expreſſè atque in ſpecie decidit *Bartolus l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. num. 25. ff. pro ſocio. Anton. de Butr. c. Quintavalle. & ibi Abbas num. 35. extra de jurejurau. Innoc. l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. obligat. Ludovic. Roman. l. ſi quis cum aliter. ff. eo. tit. Corn. conſ. 240. lib. 4. ubi ipſe hanc ſententiam Bartoli communem eſſe atteſtatur.*

Verum, quia quoad hanc deciſionem Bartol. multi præcipuæ authoritatis Jureconſulti refragantur, atque in caſu noſtro fratri læſo juxta pactum receſſui inſertũ, actio ex ſtipulatu contra fratrem ſuum indiſtinctè competat, etiamſi hæc læſio ſit infra dimidium juſti pretii, & non enormis, nos in caſu noſtro de hac deciſione Bartoli ulterius diſputare ſupervacuum duximus.

Porrò actio ex ſtipulatu in præſenti caſu longè eſt utilior fratri læſo quàm eſt remedium *d. l. 2. C. de reſcinden. vendition.*

Namque in actione ex ſtipulatu, in præſenti caſu frater læſus obtinebit, etiamſi ipſe de modica læſione tantum fidem fecerit, in remedio autem *d. l. 2.* ipſe obtinere nequit, niſi ipſe probet enormem læſionem, quæ excedat dimidium juſti pretii, ideoque nobis longè conſultius videtur, ut frater læſus contra fratrem ſuum ad ſupplementum actione ex ſtipulatu experiatur, quàm remedium *d. l. 2.* inſtituat.

Cæterum quod ad eas res ſive reditus attinet, quæ cum aliena eſſent, tanquam communia in diviſione deducta fuerunt, fratri læſo, cui hæ res ſive reditus in diviſione ſorte facta obvenerunt, abſque omni dubio permittitur contra fratrem ſuum ad dividendum æſtimationis illius redituum ſive rerum agere, etiamſi illud pactum, de quo ſuprà mentionem fecimus, receſſui inſertum non fuiſſet, juxta text. expreſſum. *l. ſi cum venditor. §. fin. ff. de evict. l. ſi familiæ. & ibi gl. Bart. & Bald. C. familiæ herciſc. l. ſi fratres. & ibi Bartol. & Bald. C. com. utriuſ. judicii.*

Et † cum in noſtro caſu receſſui ſit 84
inſerta hæc clauſula „ Wo auch

einem

einen von dieſen beyden Theilen ſeiner zugeſchlagenen Güter halben angefochten würde / ſoll einer bey dem andern ſtehen / vnnd jhnen in dem vertretten / ſequitur fratrem læſum cui prædictæ res atque reditus in diviſione ſorte facta obvenerunt, contra fratrem ſuum ad dimidium æſtimationis horum redituum atq; harum rerum agere poſſe, etiamſi ipſe frater læſus ab initio ſciviſſet, hos reditus vel has res alienas eſſe.

Namq; hæc verba, Wo auch/promiſſionem de evictione important, ſicut hoc tradunt *Dd. in l. ſtipulat. § ſi. in prin. ff. de verb. obligat.* & certum eſt, eum cui res alienæ in diviſione obvenerunt, hiſce rebus evictus vel non præſtitus ad dimidium æſtimationis illarum rerum agere poſſe, etiamſi ipſe ſciviſſet, has res alienas eſſe, *arg. d. l. 2. ſi fratrer. & l. ſi fundum. C. de evict. l. apud Celſum. §. item Labeo. ff. de except. dolt.* Et per hoc eſt ſatisfactum ſecundæ quæſtioni.

Ad tertiam quæſtionem videtur prima
85 facie dicendum, † etiamſi unus ex fratribus alteri fratri læſo excuſet ſupplere id, in quo ipſe læſus fuit, ipſum tamen non poſſe à diviſione reſilire, & condictione ob cauſam contra fratrem ſuum agere.

Namque in caſu noſtro diviſio ſtipulatione confirmata fuit.

86 Quare, † cum & diviſio & alii contractus innominati ſtipulatione confirmati nominati contractus cenſentur, *Bart. l. 2. C. de condict. ob cauſ. Paul. de Caſt. & Alexand. l. 1. ff. de pact. Alexand. conſ. 16. lib. 2. conſ. 40. num. 17. lib. 4. Iaſon Rub. n. 16. ff. de verb. oblig. Fel. c. 1. nu. 13. extr. de*
87 *pact.* Et in † contractibus nominatis non habeat locum condictio ob cauſam, nec liceat à contractu recedere, etiamſi pars adverſa ſit in mora adimplendi contractum, *l. fin. & ibi Bart. Bald. Alexand. Iaſ. & Dd. ff. de condict. ob cauſ. l. 1. & ibi Iaſon ff. de reſcinden. vendit. l. incivile. & ibi Bald. C. de rei vendicat. l. ſicut. C. de action. & obligat. l. Empti fidem. C. de reſcind. vendit. l. ſi non donationis. C. de contrah. empt.* Videtur dicendum, fratri læſo in caſu noſtro non licere à contractu diviſionis diſcedere, vel condictione ob cauſam contra fratrem ſuum experiri, ad hoc, ut res diviſæ in priſtinum ſtatum reſtituantur, ac rurſus communicentur, licet frater ſuus ſit in mora ipſi ſupplere id, in quo ipſe læſus vel deceptus fuit.

Secundò, hæc ſententia comproba-
tur ex eo, quod † in diviſione cæteriſq; 88
contractibus innominatis ſtipulatione confirmatis, non habet locum condictio ob cauſam ex capite pœnitentiæ, *Baldus l. quamvis. C. de tranſaction. Paul. de Caſtrenſ. Rub. & ibi Iaſ. num. 18. ff. de verb. obligat. Iaſon l. ſi pecuniam. in prin. ff. de cond. ob cauſ. Iaſon l. cum mora. num. 8. C. de tranſact.*

Igitur videtur ſimili modo dicendum in diviſione cæteriſque contractibus innominatis non habere locum condictionem ob cauſam ex capite cauſæ non ſcientiæ.

Tertiò, hæc ſententia comprobatur. Namque in contractibus nominatis executione facta non habet locum regula,
quæ permittit † fidem non ſervare illi, 89
qui nobis fidem ſervare denegat, *Bald. l. incivile. C. de rei vendicat. Alexand. & Dec. l. cum proponas. C. de pact. Felin. c. pervenit. el. extr. de iuran.*

Quare, cum & diviſio in caſu noſtro eam ob cauſam, quæ ſtipulatione confirmata eſt, & contractus nominatus & præterea in noſtro caſu fuerit facta executio, quod ex eo probatur, quod in inſtrumento receſſus continetur, quod unus alteri refutaverit omne jus, quod ipſe in parte alteri delata habuit, quodq; unus alteri partem ſuam cum omnibus pertinentiis ſuis tradiderit, ſequitur in noſtro caſu, non eſſe locum condictionis ob cauſam, quo ad hoc, ut à contractu diſcedatur, atque res diviſæ in priſtinum ſtatum communionis deducatur, licet alter frater ſit in mora adimplendi pactum, juxta diviſionem adjectum.

Quartò, hanc ſententiam compro-
bat † text. *l. cum precibus. C. de rer. permu-* 90
tat. qui textus ita hanc noſtram ſententiam probat. Namq; cum in illo textu Imperator dicat, ſi ſecundum fidem placiti ſtipulatio ſubjecta eſt, ſucceſſores ejus cum quo contractum habuiſti, convenire non prohiberis, ſi verò nulla ſtipulatio interceſſit, præſcriptis verbis actio eſt, ut vel fides placiti tibi ſervetur, vel quod alterius accipiendi fundi gratia dediſti, cauſa non ſecuta reſtituatur.

Et

91 Et † natura dictionis adverſativæ, *verò*, ſit illa, ut oſtendat præcedentia à ſequentibus tam in jure, quam in facto differre. *Bart. l. hos amplius. §. de his autem ff. de dam. infecto*, videtur dicendum in contractu permutationis condictionem ob cauſam locum non habere eo caſu, quando permutatio ſtipulatione confirmata fuit.

Quintò, hanc ſententiam expreſſe atque in ſpecie tenet *Ludovic. Roman. l. ſi ciendum. ff. de verbor. obligat. Iaſ. l. cum mota. nu. 9. C. de transact. Iaſ. Rub. nu. 19. ff. de verb. obligat. Card. Par. in addit. ad Bart. l. 2. C. de condict. ob cauſ.* in quibus locis Dd. generaliter & indiſtinctè concludunt, condictionem ob cauſam locũ non habere in contractibus innominatis, ſtipulatione confirmatis, licet pars adverſa ſit in mora adimplendi contractum.

92 Et † licet hæc & ſimilia, quæ pro hac ſententia adduci poſſent, prima facie fortiter urgere videantur, ego tamen his & ſimilibus non obſtantibus veriſſimum judico, fratri læſo contra fratrem ſuum competere condictionem ob cauſam, & ad hoc ut à diviſione diſcedatur, & ad hoc, ut res diviſæ in priſtinum ſtatum communionis reducantur, ſi frater ſuus ſit in mora, ipſi juxta pactum inſtrumento receſſus ſupplementum ejus, in quo ipſe læſus fuit faciendi, ut alia capitula diviſionis placiti adimplendi, quæ ſententia probatur primò, per textum expreſſum, *l. ſi cum patruo junc. gl. fin. C. com. utriusq. judic.* Ubi Imperator expreſſè ſanxit, ſi unus ex contrahentibus pactum in diviſione adjectum non impleat, alteri diviſionem factam non nocere, quò minus ipſe & à diviſione diſcedere & agendo contra adverſarium ſuum, quia pactum in diviſione adjectum non implevit, impetrare poſſit, ut res diviſæ rurſus communicentur.

Secundò, hanc ſententiam probat *gl. & Bar. l. 1. C. com. utrius. judic.* Ubi expreſſè concludunt, condictionem ob cauſam in contractu diviſionis locum habere.

Tertiò, hanc ſententiam probat text. *l. ſi diverſa. C. de transact.* Ubi Imperator inquit, ſi diverſa pars contra placitum agere nititur, æquitatis ratio ſuadet refuſa pecunia (cum & tu hoc deſideras) cauſam ex integro agi.

Quartò, hanc ſententiam confirmat vulgata regula, quæ vult, quod non ſervanti fidem, ſimili modo fides ſervari non debeat. *l. cum proponas. el. 2. & ibi Bald. Alex. Iaſ. Dec. & Dd. C. de transact. c. pervenit & ibi Abb. Fel. & Dd. extr. de jurejurand. c. fruſtra. & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6.*

Quintò, hanc ſententiam comprobat quod traditur, & † in transactione locum habere condictionem ob cauſam ad repetendum id, quod transactionis nomine datum fuit, ſi is cui quid transactionis nomine datum fuit, transactionem adimplere recuſet. *Bart. l. ſive apud acta. C. de transact. Bart. & Angel. l. ſi pro fundo. C. eo. tit. Iaſ. l. cum proponas. C. eo. tit.* 93

Sextò, hæc ſententia comprobatur ex eo, quod & legibus cautum, & à Dd. noſtris magis communiter traditum eſt, in † contractibus nominatis mixtis cum contractu innominato habere locum condictionem ob cauſam, ex eo capite, quod adverſarius contractum adimplere recuſat, quando contractus innominatus dedit cauſam contractui nominato, *l. cum te, & ibi Bart. & Bald. C. de pact. inter empt. Bart. Bald. & Alexand. l. fin. ff. de cond. ob cauſ. Bald. l. 2. C. eo tit.* 94

Quare, cum in caſu noſtro diviſio atque pacta diviſioni adjecta dederunt cauſam ſtipulationi, ſequitur, fratri læſo in caſu noſtro non obſtante hoc, quod diviſio ſtipulatione confirmata fuit, permitti, & à contractu diviſionis diſcedere, & contra fratrem ſuum condictione ob cauſam experiri ad hoc, ut res diviſæ in priſtinum ſtatum communionis reducantur, ſi frater ſuus ſit in mora adimplendi diviſionis placita.

Septimò, † in contractibus nominatis habet locum condictio ob cauſam, quando contractus innominatus, cum quo contractus nominatus mixtus eſt, eſt magis principalis, quàm contractus nominatus, *Iaſ. l. fin. nu. 15. ff. de condict. ob cauſ.* Sed certum eſt, quod in noſtro caſu contractus diviſionis unà cum ſuis pactis ſit contractus principalis. Igitur ſequitur, in hoc contractu condictionem ob cauſam locum habere, non obſtante eo, quod huic contractui ſtipulatio adjecta fuit. 95

Octavò, † in ſtipulatione non ſimplici, ſed ob cauſam facta habet locum 96

condictio

condictio ob cauſam, ſi pars adverſa placita non adimpleat, *Cornel. conſil. 318. nu. 5 lib. 3.* ſed in propoſito nobis caſu, ſtipulatio non eſt ſimplex, ſed ob cauſam & correſpectiva: igitur omninò dicendum eſt, in noſtro caſu condictionem ob cauſam competere, ſi pars adverſa placita diviſionis adimplete recuſet.

97 Nonò, † hæc ſententia probatur per text. *l. ſi quis accepto & l. ſi mulier. ff. de cond. ob cauſ.* in quibus juribus expreſſè deciditur, in contractibus innominatia, in quibus intervenit acceptilatio, condictionem ob cauſam locum habere, ſi pars adverſa contractum non adimpleat.

Quare, cum acceptilatiò ſit ſtipulationis ſpecies, & non niſi per ſtipulationem fieri poſſit, ex illis textibus ſatis liquet, in contractibus innominatis habete locum condictionem ob cauſam, licet in illis contractibus intervenerit ſtipulatio.

98 Decimò, † hanc ſententiam probat id, quod tradit, *Bart. Alexan. Iaſon & Dd. l. cum mota C. de transaction. Angel. & Immol. l. ſtipulationes non dividantur. ff. de verbor. obligation. Alexan. Rubr. num. 17. ff. eo. tit. Alexan. conſil. 76. num. 1. & 2. lib. 5.* ubi concludunt, licet contractus innominatus ſtipulatione confirmatus, cenſeatur quodammodò contractus nominatus, ipſum tamen naturam contractus nominati retinere.

Quare, cum contractus innominati natura ea ſit, ut in illo habeat locum condictio ob cauſam, ſequitur & in contractu innominato ſtipulatione confirmata, condictionem ob cauſam locum habere.

Undecimò, hanc ſententiam quod in contractu innominato ſtipulatione confirmata habeat locum condictio ob cauſam, expreſſè atque in ſpecie decidit *Alexan. l. 1. ff. de pact. Cornel. conſil. 101. & conſil. 306. lib. 1. ubi Cornel. teſtatur & Baldum novellum ita de jure reſpondiſſe: idem tenet Carol. Molin. in conſuetud. Pariſ. §. 166. & in addit. ad Alexan. conſil. 16. lib. 2. ejuſdem ſententiæ eſt Bartol. Bald. & Alexan. in d. l. final. ff. de condict. ob cauſ.* dum ibi tradunt, in contractibus innominatis habete locum condictionem ob cauſam, quando illis dedit cauſam contractus innominatis.

Eandem ſententiam amplectitur *& Iaſ. ſibi contrarius in d. l. fin. ff. de condict. ob cauſ* dum ibi vult, in contractu nominato permiſſo cum contractu innominato condictionem ob cauſam locum habere, quando contractus innominatus eſt principalior contractus.

Et ſic ſatis liquet, illam ſententiam Dd. quæ vult, in contractibus innominatis ſtipulatione confirmatis condictionem ob cauſam locum habere, magis communem eſſe, ideoque ab illa neque in judicando neque in conſulendo recedendum erit.

Quare, cum diviſio ſit contractus innominatus, ſicut hoc ſupra docuimus, ſequitur, in præſenti caſu non obſtante hoc, quod diviſio ſtipulatione confirmata fuerit, permitti, ſi pars adverſa placita diviſionis non adimpleat, & à contractu diviſionis recedere, & condictione ob cauſam agere, ut res diviſæ in priſtinum ſtatum communionis reducantur.

Nec obſtant † huic veriſſimæ deciſioni ea, quæ pro parte contraria adducta fuerunt. Et ad primum argumentum contrarium quo dicebatur, cum contractus innominati ſtipulatione confirmati, contractus nominati cenſeantur, in illis ſicut & in cæteris contractibus nominatis condictionem ob cauſam locum non habere, reſpondemus, illam regulam, quæ vult, in contractibus nominatis non habere locum condictionem ob cauſam, procedere in illis contractibus nominatis, qui ſunt propriè nominati contractus & non permixti cum contractibus innominatis, neque acceſſorii ad contractos nominatos, ſecus autem eſt in contractibus nominatis, vel permixtis cum contractibus innominatis vel acceſſoriis ad contractos innominatos: namque in illis habet locum condictio ob cauſam, *Bartol. Bald. Alex. Iaſon & Dd. d. l. final. ff. de condict. ob cauſ.* 99

Quare cum contractus innominatus ſtipulatione confirmati non ſint, propriè contractus innominati, ſed tantum quoad quid videlicet, quoad hoc ut actionem producant, & ne in illis pœniten-

nitentiæ locus ſit, naturam contractus
nominati ſortiantur: in reliquis verò
naturam contractus innominati retine-
ant, *Alexan. l. 1. ff. de pact. Alexan. Rubr.
ff. de verbor. obligationib. Alexan. conſil. 76.
lib. 5. Iaſon l. cum mota num. 12. C. de tranſ-
action.* & inſuper non ſint puri contra-
ctus nominati, ſed permixti cum con-
tractibus innominatis, & contractus no-
minatus ſtipulationis, quo confirmantur,
ſit tantum acceſſorius contractus, ſequi-
tur, in contractibus innominatis ſtipu-
latione confirmatis, condictionem ob cau-
ſam locum habere.

100 Ad † ſecundum argumentum con-
trarium reſpondeo, maximam rationem
diverſitatis militare inter condictionem
ob cauſam, quæ datur ex capite pœni-
tentiæ, & illam quæ dicatur ex capite
cauſæ non ſecutæ, vel pacti vel imples
ti, ſicut patet ex *l. dedita. 1. §. 1. cum ibi
notatis. ff. de condiction. ob cauſ.* igitur de una
ad alium argumentari non licet, *arg. l.
final. ff. de calumniator. l. Papinianus exuli.
in princip. ff. de minoribus. l. Iulianus. ff. de
condict. indeb. Iaſon l. creditori ff. de oper. no-
vi nunc.*

Ad tertium argumentum contra-
101 rium reſpondemus, † illud argumentum
procedere in contractibus nominatis ſim-
plicibus & meris: ſecus autem eſt, in
contractibus nominatis miſtis cum con-
tractibus innominatis, ſicut hoc tradunt
Dd. communiter in *d. l. final. ff. de condict.
ob cauſ.*

Ad quartum argumentum † con-
102 trarium reſpondemus, *text. in d. l cum preci-
bus*, nullo modo probare contrariam ſen-
tentiam. Namque, cum & legibus ex-
preſsis & fortiſsimis rationibus proba-
tum ſit, in contractibus innominatis ſti-
pulatione confirmatis non condictionem
ob cauſam locum habere, ille textus in
d. l. cum precibus in verſ. ſi verò, ne aliis le-
gibus contra dicat, ita intelligendus eſt,
ut præcedenti verſiculo contradicat, quo-
ad hoc, quod in præcedenti verſiculo
actio exſtipulatu, in ſequenti verò non
actio exſtipulatu, ſed actio præſcriptis
verbis detur, non autem quo adhoc, ne
in præcedenti verſiculo, quando videli-
cet ſuper permutatione ſtipulatio inter-
poſita fuit, condictio ob cauſam detur.

Namque jura juribus concordare
& unam legem ſecundum aliam intelli-
gere & interpretari & ratio & æquitas
ſuadet *l. 1. §. quibus C. de nov. C. facien. l.
2. C. de inoffic. dote c. cum expediat. de election.
lib. 6. l. ſed & poſteriores. ff. de legib.*

Deinde, etiam ad hoc argumen-
tum contrarium reſpondeo hanc dictio- 103
nem, † *verò*, ex veriſimili mente legum
latoris ſæpe propriam ſuam ſignificatio-
nem perdere, & non adverſativè ſed vel
continuativè vel cauſaliter ſecundum
ſubjectam materiam accipi, *l. eas & ibi
gloſ. & Bart. ff. de condictio. & demonſtra-
tion.* ſicut & alias conjunctiones ex veri-
ſimili mente diſponentis ad impropriam
ſignificatione trahi, nec rarum nec inuſi-
tatum eſt, *l. cum quidam. C. de verbor. ſi-
gnification. Bartol. l. Gallus. §. quidam. ff. de
lib. & poſthum. Nicola. Everhar. in ſua To-
pica in loc. à natura alternativorum & in loco
à natura copulæ.*

Quare, cùm legibus expreſsè cau-
tum ſit, condictionem ob cauſam lo-
cum habere etiam in contractibus inno-
minatis ſtipulatione confirmatis, & non
ſit veriſimilis mens Imperatoris, quod
ipſe aliis ſuis legibus derogare voluerit,
d. §. quibus l. præcipimus C. de Appellation.
potius admittendum eſſet, ut dictio ad-
verſativa, *verò*, in caſu *d. l. cum precibus*,
ad ſignificationem impropriam trahere-
tur, quam, ut ſecundum propriam ſigni-
ficationem præcedenti verſiculo contra
id, quod aliis legibus diſpoſitum eſt, in
facto & in jure contradiceret.

Ad quintum argumentum † con- 104
trarium reſpondeo, illorum Dd. ſenten-
tiam, qui volunt, in contractibus inno-
minatis ſtipulatione confirmatis condi-
ctionem ob cauſam non habere locum,
& falſam & communiter reprobatam eſſe,
ſicut hoc ſuprà docuimus, igitur illo-
rum ſententia nec ſequenda nec ample-
ctenda, *arg. l. 1. & ibi Bald. ff. de ſenato-
rib. l. 1. ff. quæſtionib. l. Athletas in princip.
ff. de his qui notant. infam. Felin. Dec. & Dd.
c. 1. extr. de conſtitution.*

Ex quibus omnibus ſatis liquet,
atque patet, quod non obſtantibus il-
lis, quæ pro contraria parte adducta
ſunt

ſunt, fratri læſo permittatur, & à diviſione facta, diſcedere, & contra fratrem ſuum condictione ob cauſam experiri, ut res diviſæ in priſtinum ſtatum communionis reducantur, ſi frater ſuus placita diviſionis adimplere & ipſi omne id, in quo ipſe in diviſione læſus fuit, supplere recuſet.

103 Et hæc condictio † ob cauſam fratri læſo incipit competere ſtatim atque alter frater ſuus eſt in mora adimplendi diviſionis placita & ipſi integraliter ſupplendi id, in quo læſus fuit, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecio decidit, *Bart. l. actione num. 921., C. de transactio. gloſ. l. ſi pecuniam in princip. verb. ſed cum liceat & ibi Bald. col. final. & Iaſ. num. 21. ff. de condict. ob cauſ.* Et hanc ſententiam probat textus *l. dedi, §. idem eſt, verſic, Quod ſi ita. ff. de condict. ob cauſ.*

Namque ille textus inquit, eum qui dedit alteri Stichum eo pacto, ut is hunc Stichum intra certum tempus manumitteret, ſi hic Stichus manumiſſus non fuerit, ſtatim tempore illo elapſo condictione ob cauſam hunc Stichum repetere poſſe.

Quare cum lapſus temporis conſtituat aliquem in mora, *l. magnam. & ibi Bald. C. de contrahen. & committen. ſtipulation. l. Trajectitiæ. ff. de action. & obligationib. Iaſ. l. ſi ex legati. ff. de verb. obligation.* ſatis ex illo textu liquet, in contractibus innominatis condictionem ob cauſam oriri ſtatim, atque eſt adverſarius in mora adimplendi contractum vel pacta, & per conſequens, cum diviſio ſit contractus innominatus, ſicut ſupra latè docuimus, ſequitur, hunc fratrem læſum à contractu diviſionis recedere & condictione ob cauſam contra fratrem ſuum experiri poſſe, ut res diviſæ in priſtinum ſtatum communionis reducantur ſtatim, atque frater ipſius eſt in mora adimplendi placita diviſionis, atque ipſi ſupplendi id, in quo ipſe læſus fuit.

Cæterum, cum in caſu noſtro in inſtrumento receſſus non ſit expreſſus certus dies vel certum tempus, intra quem diem ſive intra quod tempus alter alteri id, in quo ipſe læſus fuit, ſupplere debeat, certi juris eſt, quod in caſu propoſito alter frater non aliter in mora conſtitui poſſit, niſi appellatione interveniente, *l. mora in princip. & ibi gloſ. ff. de uſur. d. l. ſi ex legati, & ibi Iaſon & Dd. l. quod te. ff. ſi cert. petat. ſufficit tamen hoc caſu unica l. Titia Seja. §. uſuras & ibi Bart. ff. de legat. 2. l. cum procurator, §. 1. ff. de oper. nov. nunt. l. 3. §. 1. ff. quod vi aut clam. gloſ. l. mora, in princip. ff. de uſur: Bartol. Iaſon & Dd. l. qui Romæ. §. Seja ff. de verbor. obligationib. Bald. Angel. Rapha. Cuman. Paul. de Caſtrenſ. Iaſon & Dd. d. l. qui Romæ. §. cohæredes & extrajudicialis interpellation. gloſ. Bartol. Iaſon & Dd. d. §. cohæredes.*

Ideoque ſi frater læſus alium fratrem ſuum ſaltem ſemel per ſe vel per alium extrajudicialiter interpellaverit, ut ipſe placita diviſionis adimpleat, atque ſibi juxta pacta in diviſione adjecta ſuppleat id, in quo ipſe in diviſione læſus fuit, is hoc facere abſque juſta & legitima cauſa negligat, frater læſus contra alium fratrem ſuum condictione ob cauſam ſtatim experiri poteſt.

Et tamen in poteſtate atque optione fratris læſi etiam poſtquam frater ſuus in mora conſtitutus fuit, contra fratrem experiri vel actione ex ſtipulatu ad hoc, ut ipſe contrarium adimpleat, ſibique omne id, in quod ipſe læſus fuit, ſuppleat, vel condictione ob cauſam ad reducendas res diviſas in priſtinum ſtatum communionis.

Dummodò tamen meminerint, neque actionem ex ſtipulatu aliter fratri læſo competere; neque alium fratrem aliter per interpellationem in mora conſtitui, & per conſequens fratri læſo non aliter condictictione ob cauſam dari, niſi ipſe frater læſus ante omnia ex parte ſua plenè placita diviſionis adimpleverit.

Namque clari juris eſt, quod condictio ob cauſam, nunquam detur niſi illi tantum, qui ex parte ſua contractum planè & integrè adimplevit, *Bartol. l. ſi pecuniam in princip. num. 17. ff. de condict. ob cauſ.*

Digitized by Google

Similiter legibus expreſsè cautum eſt, ex contractibus ultrò citròq; obligatoriis, qualis eſt hic contractus diviſionis, nemini actionem in effectu dari, niſi ipſe contractum ex parte ſua integrè & plenè adimpleverit, *l. hæreditatis venditæ. ff. de hæredit. & act. vendit. l. Iulianus §. offerri & l. qui pendentem. ff. de action. empti. Bald. conſ. 375. lib. 5.*

106 Quartæ quæſtionis deciſio facilis eſt. Namq; † frater læſus in diviſione, non tantum dimidiam partem arcis, quæ fratri ſuo in diviſione delata fuit, quanquam ut ipſi uſq; ad proximè futurum feſtum Paſchatis poſſideret, conventum fuit, ſed & omnia alia bona, quæ fratri ſuo in diviſione obvenerunt, quorumq; poſſeſsionem frater ſuus nondum nactus eſt, retinere poteſt, nec ea fratri ſuo tradere cogitur, antequam frater ſuus in omnibus & per omnia placita diviſionis adimpleat, atq; ſibi id omne, in quo ipſe in diviſione læſus fuit, juxta pacta diviſioni adjecta, ſuppleat, *arg. l. fiſtulas. §. qui fundum. ff. de contrahen. emption. l. hæreditatis venditæ. ff. de hæreditat. & actio vendit. l. Iulianus. §. offerri ff. de actio empti l. quod ſi nolit. §. idem Marcellus ff. de ædil. edict.* quæ ſententia & fortiſſima ratione comprobatur, namq; certa juris regula eſt, quod non ſervanti fidem, fidem ſervare optimo jure ejus recuſat, *l. cum proponas la. 2. & ibi Bart. Bald. Alex. Iaſ. Dec. & Dd. C de pact. c. fruſtra & ibi Dyn. de reg. in lib. 6. Socin. in tract. fallentiar. reg. 149.* etiamſi hæc fides ſit jurata, *c. pervenit. el. 2. & ibi Abb. Anton. de Butr. & Fel. extr. de jurejuran. c. ficut & ultimo, extr. eo tit.* vel quis non ſponte ſed propter impedimentum aliquis fidem datam non ſervaverit, *Anton. de But. & Abb. d. c. ficut.*

Et hæc concluſio uſq; adeò vera eſt, ut fratri læſo permittatur dimidiam partem arcis cæteraq; bona, quorum poſſeſsionem frater ſuus nondum adeptus eſt, retinere, donec frater ſuus placita diviſionis planè adimpleat, nec ipſi prædicta bona reſtituere vel tradere cogatur, quamdiu vel minimum, etiam nummo unico plus non valens ad implendum reſtat, *Bald. l. fin. C. commod. Bald Rub. q. 10. C. de contrahen. emption. Bald. c. cum adeò, extr. de reſcriptis Iaſ. Authen. qui rem. C. de Sacroſanct. Eccleſ. fac. l pen. & ibi Alexan. C. de his quib. ut indig. Dec. d. l. cum proponas la. 2.*

Et hæc quidem procedunt, ſi frater læſus contra fratrem ſuum ſe exceptione tueri velit; cæterum ſi frater læſus contra fratrem vel actionem ex ſtipulatu, vel condictionem ob cauſam inſtituere velit, ipſe, non aliter auditur, niſi ipſe placita diviſionis ex parte ſua integrè adimpleat, atq; fratris ſui omnia, bona quæ ipſi in diviſione obvenerunt, tradat.

Ad quintam quæſtionem breviter reſpondemus, fratri læſo non permitti ullo modo illa bona, quæ fratri ſuo in diviſione obvenerunt, quorumq; poſſeſsionem frater ſuus adeptus fuit, propria autoritate occupare vel invadere, *l. nullus. C. de judic. l. 1. C. ne quis in ſua cauſa l. ſi pacto quo pœnam C. de pact. l. ſi quis in tantam. C. unde vi l. ſi quis ad ſe fundum C. ad l. Iul. de vi pub. l. extat. ff. quod met. cauſ. l. 1. in princip. ff. quor. legator.* ſed ipſe frater læſus contra fratrem ſuum iis actionibus, de quibus in præcedentibus mentionem fecimus, experiri poteſt.

CON-

CONSILIUM QVADRAGESIMUM SEPTIMUM.

In cauſa transactionis, quod D. Ludolphus Schraderus Nomine Facultatis juridicæ Francofortenſis conſcripſit.

SUMMARIA.

1. Veritas quomodo eruatur.

2. In grandi dubio non paſſim reſpondendum.

3. Teſtibus contrariis vel ſingularibus fides nulla adhibenda.

Declaratur num. 25. & 26.

4. Transactio quomodo probetur.

5. Ut & Emptio, Venditio reliquiq; contractus nominati.

6. Transactio metu inita rata non eſt.

7. Potentis corpus vultus juſtum metum inducit.

Declaratur num. 41.

8. Et minæ.

Declaratur num. 35. & 40.

9. Et ſolæ preces potentis.

Declaratur num. 42.

10. Timor violentiæ ad infringendum contractum.

11. Etiamſi probabilis ille timor non juſtus ſit.

12. Transactio contractus innominatus eſt.

13. In quibus pœnitentia obtinet. Fallit tamen in transact. num. 43.

14. Num transactio non aliter rata ſit, niſi Inſtrumentum ſuper illa conſcriptum fuerit, & 44.

15. Teſtis ſimpliciter articulum verum dicens, probat omnia in iſto contenta.

16. Transactio, quomodo aliquo hinc inde dato, retento vel promiſſo indiſtinctè rata ſit.

17. Teſtium duorum vel trium depoſitio plenam fidem facit.

18. Teſtis de auditu deponens, præſumptionem inducit.

19. Et teſtis de credulitate teſtificans.

20. Item extra judicialiter & abſq; juramento deponens.

21. Officiali publico in quibus credatur.

22. In interrogatoriis poſita contra ponentem ſaltem indicium faciunt, & alias probationes adjuvant.

23. Quilibet actus in dubio ſpontè non metu celebratus præſumitur.

24. Confeſſio adverſarii unum idemq; Capitulum continens, quando pro parte approbari & pro parte improbari poſſit.

25. Teſtibus diverſa deponentibus digniores, minus dignis præferendi, ſi habeant conteſtes.

26. Plurib. teſtib. ſi plures contradicant, quibus major fides adhibenda.

27. De Teſtibus vicinis.

28. Teſtis non plenè recordans de facto, fidem non facit.

29. Teſtis ignorans quæ in eodem contextu geſta ſunt, ſuſpectus redditur.

30. Teſtium dicta concordanda ſunt, non cavillanda.

31. Teſtibus Nobilibus magis quàm ruſticis creditur.

32. De auditu alieno teſtimonium non valet.

33. Metus non præſumitur.

34. Qualis metus ad transactionem vel alium contractum metu initum, retractandum requiratur.

35. Et quomodo probandus & n. 37.
36. Suſpicio metus quando ſufficiat.
37. Suſpicio metus quando ceſſet.
39. Frangens carceres quando habeatur pro confeſſo & convicto, vel non.
45. Secundæ quæſtionis deciſio.
46. Dominium & poſſeſſio quando per ſolum titulum transferatur, ſine traditione.
47. Non curatur quid de æquipollentibus fiat.
48. Diſpoſitum de uno ex æquiparatis, etiam in alio obtinet.
49. Verba, Habeant & retineant, *æquipollent verbis* Dedit & tradidit.
50. Tertiæ quæſtionis deciſio.
51. Transactio generaliter facta, generaliter intelligi debet.
52. Et in dubio ad incognita porrigi.
53. Generalis diſpoſitio quid quantumq; operetur.
54. Transactio ſuper facto inita, quomodo extendatur.
55. Qualis cauſa talis effectus.
56. Diſpoſitio à cauſa ſive ratione ſua tanquam fundamento regitur.
57. De crimine, per quod quis incidit in pœnam fractæ pacis, an transfigere liceat.
58. Quartæ quæſtionis explicatio, ut ſupervacua omittitur.

CASUS, SUPER QUO CONſilium petitur, breviter ſe habet, uti ſequitur. Pagus P. incultos aliquot agros habuit, quos per longum tempus pro paſcuis aliisq; utilitatibus omnes in communi uſurparunt, ac tandem convenerunt dictos incultos agros in habitatoribus iſtius pagi per L. cuilibet ſecundum numerum villarum & non numerum manſionum, vulgò Hoffſtaͤddes/dividere, quemadmodum etiam hoc Nobili E. de A. (qui in dicto pago domicilium ſuum habet) indicarunt: ulteriusq; ab ipſo petierunt, ut in diviſione illa vel præſens eſſe, vel alium in ſui locum ſubſtituere vellet. Ad quod E. de A. reſpondit, poſſe illos dictos agros per L. dividere, dummodo ipſi in diviſione agros aliquot, etiam attribuerent. Ideoq; inhabitatores iſtius pagi, dictam diviſionem inſtituerunt, in qua Nobili B. N. nomine ſuarum villarum quæ in illo pago P. eo tempore habuit, poſtmodumq; ratione aliarum villarum, quæ per L. ad ipſum pervenerant, aliqui agri obvenerunt: quos agros dictus B. N. ipſiusq; villani per longum tempus poſt factam diviſionem non coluerunt, uti decuit, ſed incultos reliquerunt. Tandem verò Nobilis E. de A. præſumpſit dictos agros vertere, colere, & panicum in iis ſeminare. Id cum B. N. innotuit, per duos Nobiles nimirum M. N. & B. C. ad E. de A. miſit illique indicari juſſit, cum injuſtè agrum illum ſeminarit, ſeminatum panicum metere vel in horreum ſuum vehere non deberet: vel ſi illum metere vellet, ut tunc in locum, in quo uterque juriſdictionem haberet, transvehetetur, ibique tamdiu maneret, donec inter ipſos de eo convenirent.

Cumque E. de A. honeſtam illam oblationem acceptare nollet, B. N. inde occaſionem arripuit, arreſtum ſuper panico illo in agro petere & obtinere. E. de A. verò non attento atreſto dictum panicum meſſuit inq; horreum ſuum vehere curavit. Unde B. N. rurſus conſilium hoc iniit, quod panicum illum ex horreo A. ſumpſerit, inque ſuum transferri curavit. Dumque E. de A. ſuper hoc Illuſtriſſimo Principi territorii conqueſtus eſſet, & idcirco literas ad B. N. impetraſſet, qui autem ad lueras illas luculenter reſpondit, ſublimè nominatus Illuſtriſſimus Princeps Præfecto ſuo in V. nominato N. E. hanc cauſam cognoſcendi & in concordia componendi mandavit.

Ad quod mandatum dictus N. E. Præfectus in V. utramq; partem cum ipſorum conſanguineis & amicis coram ſe comparere citavit, cum quibus ad controverſum agrum profectus eſt, totiusque cauſæ circumſtantias à villanis cognovit, tandemq; inter utramq; partem controverſias amicè hoc modo in totum compoſuit atq; transegit, quod A. N. controverſum agrum cum ſatione habere retineretq; & E. de A. ſex modios ſiliginis pro ſatione dare deberet. Ideoq; B. N. ſiliginem, qui in controverſo agro ſequenti anno crevit, meſſuit, inq; ſuum horreum ferri curavit, Inde autem ſequutum eſt, quod E. de A. propter hæc contra B. N. ad pœnam fractæ pacis una cum reſtitutione egerit. Cumq; B. N. contra illam actionem exceptionē transactionis opponeret, illique per interlocutoriam eam exceptionem probare injunctum eſſet: Ille ad docendam illam teſtes aliquot produxit, illosque legitimè exami-

examinari atteſtationesque ipſorum publicari petiit, prout hæc omnia acta judicialia actitataq; demonſtrant.

Quæritur ergo primò, num B. N. oppoſitam exceptionem transactionis ſatis probaverit.

Secundò, num illa transactio ſolummodò ad panicum ſed etiam ad ſiliginem extendatur.

Tertiò, num per dictam transactionem non ſolummodò civilis actio, in qua E. de A. reſtitutionem & refuſionem petere potuerit, verùm etiam criminalis actio, quæ pacem publicam concernit, ſublata ſit.

Quartò poſito, nequaquam tamen conceſſo, B. N. transactionem non ſufficienter probaſſe, quæritur num B. N. per ſuperius commemorata facta pœnam fractæ pacis meruerit.

Poſt diligentem perlectionem conſiderationemque intentatæ actionis, oppoſitæ exceptionis ulteriorumque productorum, teſtium depoſitiones aliasque actiones, exiſtimamus nos Decanus, Ordinarius, cæterisq; Doctores Facultatis Juridicæ Academiæ Francophurdiæ ad Oderam, quantum primam quæſtionem concernit, quod Reus B. N. oppoſitam exceptionem transactionis uti de jure debuit, ſufficienter probaverit.

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QUO NIHIL FELIX FAUSTUMQUE.

1 CUM VERITAS SÆpius † examinata magis ſplendeſcat in lucem, *c. gravem. 35. quæſt. 9. gloſ. antepenult. c. cum Ioannes Heremita extr. de fide inſtrumentor. Specul. as. 9. nunc tractemus notab. 8. de Advocat. Iaſ. Authen. jubemus. nu. 8. C. de judic.*

Et diſputando veritas facilius inveniatur, *l. munerum. §. mixta. ff. de mune. & honorib. l. 2. §. his legibus. ff. de orig. jur. l. cum quidam & ibi Iaſ. 6. notab. ff. de liber. & poſthum. l. proximè. ff. de his quæ in Teſtament. delentur. l. Ophilius. ff. de legat. 3. Authen. ut defuncti ſe. in princip.*

Atque ferro viam aperiat, qui per contraria tranſit, *Bald. l. precibus. col. 5. verb. modo contra C. de impuber. & aliis ſubſtitut. Bald. l. ſi pecuniam. ff. de conduction. ob cauſam. Curt. ſenior conſ. 50. colum. 2.*

2 Uſque adeò, ut Doctores noſtri rectè admoneant, † ubi grande dubium emergit, non eſſe paſſim reſpondendum & diſputandum, ſed id, de quo diſputatur, eſſe ponderandum & diſputandum, *Præpoſit. c. 1. de eo qui ſibi & hæred. ſuis maſcul.*

Nos utile & ex re eſſe duximus, antequam ad deciſionem hujus primæ quæſtionis deſcendamus, adducere omnia illa, quæ pro parte contraria allegari poſſunt.

Et quod exceptio transactionis in propoſito nobis caſu probata non ſit, primò ex eo perſuaderi poſſe videtur, quod in noſtro caſu teſtes non ſunt concordes, ſed partim contrarii, partim ſingulares.

Namque aliqui teſtes dicunt, transactionem factam eſſe, ſicut hoc expreſsè dicit 1, 2, 4. & 7. teſtis circa nonum articulum, alii dicunt transactionem non eſſe acceptatam à parte adverſa, ſicut hoc expreſsè dicit tertius & 16. teſtis, circa 9. articulum, alii verò deponunt, transactionem quidem factam, ſed id quod transactionis cauſa à Reo actori promiſſum fuit, acceptatum non fuiſſe. Igitur videtur dicendum, per prædictos teſtes non probari transactionem factam.

3 Namque clari juris eſt, † quod teſtibus contrariis vel ſingularibus nulla fides adhibeatur, *l. qui falsò ff. de teſtib. l. eos qui. ff. de falſis c. licet & ibi Abb. Felin. & Dec. extr. de probation. gloſ. & Salicet. l. teſtium C. de teſtibus. Bald. l. de quibus, col. antepenult. ff. de legib. Bald. Rubr. de controverſ. inveſtitut.*

Bald. l. juriſjurandi C. de teſtib. Petr. de Ancbora conſ. 64. incipien in cauſa quæ vertitur inter Philippum col. 2. & conſ. 147. incipien. ſuper alia querela col. 1. Alexan. conſil. 73. col. 2. in princip. lib 1. conſil. 128. col. 2. conſil. 143. col. 1. lib. 2. conſil. 94. col. 2. lib. 3. conſil. 21. col. 2. lib. 4. conſil. 94. col. 2. lib. 6. Franciſ. Aretiu. conſil. 71. incipien. diligenter col. 3. Iaſ. repet. Admonendi ff. de jurejuran. Dec. conſil. 159. col. 4.

Secundò, hæc ſententia comprobatur ex eo, quod cum transactio contractus reciprocus ſit, neque transactio iniri poſſit, niſi aliquid hinc inde detur, retineatur vel promittatur, *l. transactio, & ibi Bald. Alexan. Iaſon & Dd. C. de transaction. l. ſuus hæres C. de repudian. hæreditat.*

Neque etiam probari poſſit, niſi teſtes deponant aliquid hinc inde datum, retentum vel promiſſum eſſe, *Paul. de Caſtro. d. l ſuus C de repudien. hæreditat. Iaſon d. l. transactio. C. de transaction.*
5 ſicut † emptio, venditio, locatio, conductio, reliquiq; contractus nominati non aliter neque teſtibus neque inſtrumentis probari poſſunt, niſi & in Inſtrumento fiat mentio & teſtes deponant, quid, quantumve hinc inde datum vel promiſſum fuerit, *Iacob. de Raven. & Rayner. l. 1. C. de contrahen. & committen. ſtipulation. Fulgoſ. Alexan. & Iaſon l. ſi duo patroni. §. Marcellus ff. de jurejuran. Ludov. Roman. ſingular. 742. Alexan. conſil. 18. num. 1. lib. 1. & conſ. 39. incip. lis & quæſtio lib. 5. Hippolit. de Marſil. ſingula. 38.*

Sed in noſtro caſu aliqui ex teſtibus dicunt, actorem ſex modios ſiliginis transactionis nomine ſibi à Reo promiſſus acceptare noluiſſe, præterea & Reus ipſe fatetur, ſe illos ſex modios promiſſos nunquam ſolviſſe: Igitur videtur dicendum in noſtro caſu transactionem ſufficienter prubatam non eſſe.

6 Tertiò, † Transactio metu inita rata non eſt, *l. interpoſitas. & ibi Bart. Bald. Iaſ. & Dd. C. de transaction. l. 1 ff. quod met. cauſ.*

Sed in noſtro caſu videtur transactionem metu initam, igitur dicendum videtur, Transactionem, de qua in noſtro caſu agitur, ratam non eſſe, etiamſi probatum fuerit, eam factam & ab utraque parte receptam fuiſſe;

Et quod in noſtro caſu Transactio metu inita ſit, ex eo probari videtur, quod teſtes in hac cauſa producti circa tertium interrog. 9. articuli deponunt, Nobilem D. B. N. torvo vultu maledictis nec non & minis induxiſſe, Nobilem E. de A. ad hanc transactionem ineundam.

Namque & † torvus ſive terribilis vultus potentis juſtum metum inducit, *Bald. c. 1. §. injuria. de pac. juramen. firman. Angel. l. qui in aliena. §. final. ff. de acquiren. hæreditat. Iaſ. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori nu. 7. ff. de oper. no. nunc. Hieronym. Chu. in addit. ad Dec. l. in omnibus cauſis pro facto. ff. de regul. jur.* 7

Similiter † & minæ juſtum metum 8
inducunt, *l. final. §. ſi juſto. ff. quod met. cau. Bart. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætorii. num. 14. & ibi Alexan. & Iaſ. ff. de oper. nov. nunc. Bart. & Alexan. l. metum. C. qui met. cauſ. Cynus l. unica C ſi quis Imperatori maledic. Bald l. Interpoſitas C. de Transact. Bald. in Conſilio ſchismatis. Abb. c. cum dilectus num. 8. extr. quod met. cauſ Bald. & Immola l. final. ff. de hæreditat. inſtituen. Alexan. conſil. 156. nu. 5. lib. 5. Cardin. Pariſ. conſil. 67. num. 42. lib 3. & conſil. 66. lib. 4. Nicola. Boeri. deciſio 100. num. 13. Felin. & Dec. c. 1. extr. de offic. deleg. Thomas Grammat. deciſion. 5.*

Huc accedit id, quod Doctores
noſtri tradunt, † etiam ſolas preces po- 9
tentis juſtum metum inducere, *Abb. d. c. cum dilectus num. 8. fac. gloſ. l. 1. verbo, quemadmodum. ff. quod juſſu.*

Hanc ſententiam etiam † confirmat 10
id, quod Doctores noſtri tradunt, timorem violentiæ inferendæ, eſſe juſtum metum ad inſtingendum contractum, licet impreſſio ſecuta non fuerit, *Alexan. conſil. 98. num. 5. lib. 3. d. Hieronym. Chu. in addit. ad Dec. l. in omnibus. ff. de regul. jur.*

Quodque ſufficiat ad reſcindendum actum vel contractum propter metum ſubeſſe juſtam cauſam metus, *Bald. l. final. col. 1. C. de jure deliberan. Alexan. conſil: 144. lib. 2.*

Quinimò apud Doctores noſtros ſcriptum repetimus, ſatis eſſe ad retractandum
actum aliquem propter metum, quod † quis 11
ſaltē probabiliter, licet nō juſtè timuit, ſibi vel vim inferri vel periculū imminere. *Lucas*

de Pen.

de Pen. l. ſi coloni. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. Thomas Grammat. deciſio. 5. num. 8. deciſio 18. num. 17.

12 Quartò, pro hac ſententia adduci poteſt,† quod tranſactio contractus innominatus ſit, *Bartolus l. 1. §. 1. arg. ill. text. ff. de pact. Bart. l. 2. arg. ill. text. ff. de jurejuran. Bart. Iaſ. & Dd. l. ſive apud acta. C. de tranſactio. Bald. Rubr. num. 4. C. de rer. permutatio.*

13 Quodq; in † contractibus innominatis etiam rectè atq; legitimè initis tum ex contrahentibus etiam altero invito & reluctante pœnitere & à contractu recedere liceat, *l. ſi pecuniam in princip. & ibi Bart. Iaſ. & Dd. ff. de cond. ob cauſ.* igitur videtur dicendum Nobili E. de A. indiſtinctè permitti à contractu tranſactionis recedere, etiamſi probatum eſſet, tranſactionem ritè & legitimè initam.

14 Quintò † in noſtro caſu tranſactio in ſcriptis relata non eſt: igitur videtur dicendum Nobili E. ab A. & pœnitere & à contractu tranſactionis recedere permiſſum eſſe, *arg. l. contractus C. de fide inſtrument.*

Et licet hæc & ſimilia quæ pro contraria ſententia D. adduci poſſent, prima fronte fortiter urgere videantur. Nos tamen his & ſimilibus, quæ pro hac ſententia allegari poſſent, non obſtantibus, veriſſimum judicamus, Nobilem D. B. N. ſuam exceptionem tranſactionis plenè probaſſe.

Namque primus 2. & 4. teſtis, qui omnes ſunt homines Nobiles integerrimæ vitæ & optimæ exiſtimationis, quique huic tranſactioni interfuêre, deponunt, ſimpliciter verum eſſe, nonum articulum, in quo continetur, tranſactionem inter Nobilem D. B. I. N. & E. de A. ita initam fuiſſe, ut Nobilis D. B. N. fundum controverſum cum fructibus pendentibus & habeat & retineat, atque viciſſim Nobilis E. de A. ſex modios ſiliginis, igitur ſequitur, per prædictorum teſtium depoſitiones exceptionem tranſactionis plenè probatam.

15 Indubitati enim juris eſt, quod † teſtis, qui ſimpliciter articulum verum eſſe dicit, omnia contenta in iſto articulo probet, *Ludov. Roma, l. Celſus in fin. ff. de uſucapion. Socin. conſil. 56. num. 12. lib. 4. Cardin. Pariſ. conſil. 88. num. 8. & 9. lib. 3. Socin. jun. conſil. 73. num. 13. lib. 2. arg. l. ſi defenſor. §. qui interrogatus & ibi Bald. ff. de interactio. §. præterea. Inſtitut. de inutilit. ſtipulat. fac. id quod tradit Bart. l. Labeo. ff. de ſuppellect. legat.*

Similiter legibus expreſſè cautum eſt, † tranſactionem ſuper lite aliqua factam, aliquo hinc inde dato, retento vel 16
promiſſo, indiſtinctè ratam eſſe, *d. l. tranſactio. C. de tranſaction. d. l. ſuus C. de repudian. hereditat.*

Etiamſi illa, quæ hinc inde dantur, retinentur, permittuntur, vel remittuntur, æqualia non ſint, *Bald. l. final. col. 2. C. de execution. rei judica. Bald. & Iaſon d. l. tranſactio. C. de tranſaction.*

Quinimò, etſi illa, quæ in tranſactione vel ab utraque parte vel ab una parte tantum promiſſa fuerunt, neque ſecuta, neque effectum ſortita fuerint, quod propter ſolam promiſſionem ſive potentiam tranſactio valeat, Doctores noſtri tradunt, *Bald. d. l. ſuus num. 9. C. de repudian. hæredicat. Dec. l. ſi ſuper poſſeſſione C. de tranſaction.*

Quare cum tribus teſtibus fide dignis & omni exceptione majoribus probetur tranſactionem inter Nobilem D. B. N. & E. de A. eo pacto initam, ut Nobilis D. N. fundum controverſum habeat & retineat, utque ipſe viciſſim E. de A. reddat, ſolvatque ſex modios ſiliginis, ſequitur de exceptione tranſactionis plenam fidem factam eſſe.

Namque certi & indubitati juris eſt, † duorum vel trium teſtium depoſitionem plenam fidem facere, *l. ubi numerus. ff. de teſtib. c. in omni negotio, & c. licet extr. eo. tit.* 17

Secundò, quod in caſu noſtro tranſactio facta ſit, probatur per ſeptimi teſtis depoſitionem. Namque ſeptimus teſtis dicit, circa nonum articulum, licet ipſe non interfuerit tranſactioni, ſe tamen ab aliis audiviſſe, tranſactionem ita, ut in articulo continetur, factam fuiſſe. Igitur ejus depoſitio aliorum teſtium dicta ſaltem adjuvare debet.

Namq;

Digitized by Google

Namque licet teſtis de auditu deponens neque plenam neque ſemiplenam probationem faciat, dictum tamen illius † aliqualem præſumptionem inducere & aliorum teſtium depoſitiones coadjuvare, Doctores noſtri magis communiter tradunt, *Archidiacon. c. hoc videtur 22. quæſt. 5. Bald. conſil. 219. incipien. Teſtes. col. 2. lib. 4. Ludo. Roman. in repetit. l. ſi verò. §. de viro col. final. ff. ſolution. matrimo. Roman ſingula. 342. Socin. conſil. 295. col. 2. lib. 2. Alexan. conſil. 77 num. 4. lib. 1. Iaſon Rubr. num. 9. ff. de jurejuran. Iaſon in repetit. l. admonendi col. 54. ff. eod. tit. Curt. ſenior conſil. 76. num. 4. Curt. junior. in tractat. de teſtib. concluſio. 31. Curt. jun. Authen. ſi quis in aliquo col. 4. num. 33. C. de edend. Hippolyt. de Marſil. ſingula. 371. & 557. Dec. conſil. 272. col. 2. & conſil. 595. col. 1. in fine Felin. c. tam literis num 3. extr. de teſtibus.*

Quod etiam ex eo confirmatur, quod Dd. noſtri tradunt, licet teſtis de credulitate deponens neque plenam, neque ſemiplenam fidem faciat, teſtem
19 tamen † qui de credulitate deponit, indicium facere, *Angel. conſil. 3 incipien. publicatus eſt proceſſus. Iaſon Rubr. num. 9. ff. de jurejuran.*

Tertiò, hanc probationem transactionis adjuvat etiam id, quod Præfectus in V. quo mediatore hæc transactio facta eſt, & ſæpius confeſſus eſt & adhuc fatetur, hanc transactiooem initam & ab utraque parte receptam eſſe,

Quodque prædictus Præfectus Illuſtri Principi P. ſcripſit, & hanc transactionem initam & tenore transactionis ad Principem transmiſſo, petiit illam transactionem à Principe confirmari,

Namque licet dictum teſtis qui extrajudicialiter & abſque juramento quid dicit vel deponit, neque plenam neque ſemiplenam probationem faciat, *c. tuis*
20 *& c. nuper extr. de teſtib.* dictum † tamen teſtis, qui quid extra judicium abſque juramento dicit, indicium ſive præſumptionem facere, Doctores concludunt, *Iacob. de Belviſo & Bald. c. 1. §. ſi duo & ibi Matth. de Affl. num. 10. de pace tenen. Felin. d. c. tuis. num. 2. extr. de teſtibus.*

Igitur ſequitur, licet confeſsio Præfecti cum illa & extrajudicialis & non jurata ſit, plenam probationem non faciat, prædictam tamen confeſſionem ſaltem indicium ſive præſumptionem facere aliaſque probationes coadjuvare, præſertim cum ipſe publico officio fungatur, atque ratione officii ſui ex mandato Illuſtris Ducis P. cum Nobili D. B. N. & Nobili E. de A. egerit atque effecerit, ut ipſi hanc transactionem inierit.

Atque clari juris ſit, † Officiali publico credi in his, quæ ipſe ratione officii ſui geſſit, *arg. l. 1. §. quies & ibi Bartol. ff. de offic. præfecti urb. l. magis puto. §. ne tamen. ff. de reb. eod. l. ſi quis Decurio C. ad l. Cornel. de falſ. l. ſi qua per calumniam. C. de Epiſcop. & Cler. Bart. l. divus num. 7. ff. de cuſto. reo. Iaſ. §. quadrupli num. 18. Inſtitut. de actio.*

Quartò, hæc probatio transactionis adjuvatur etiam ex eo, quod pars adverſa in interrogatorio decimo noni articuli ponit E. de A. Præfecto inter ipſum & Nobilem D. B. N. agenti & proponenti, ut ipſe transactionem eo modo, quo inita eſt, approbaret, reſpondiſſe, hoc faciam, ex quibus verbis ſatis colligitur, quod etiam ſecundum propriam confeſsionem partis adverſæ probetur, Nobilem E. de A. transactioni initæ & conſenſiſse eamque approbaſſe,

Namque, licet ea, † quæ in articu- 22
lis ſive interrogatoriis ponuntur, quis non intelligatur confiteri, quoad hoc, ut illa contra ponentem plenam fidem faciant, *Ioan. Andr. c. finali & ibi Dominic. de juramen. Calum. lib. 6. Bart. l. 2. §. qui obſervari num. 19. C. de juramen. calumniæ Bald. l. ſunt num. 6. C. de repud. hæreditat. Anto. de Butr. c. quoniam contra, primo notab. extr. de probation. Anton de Butr. c. ex parte extr. de confeſſion. Abb. c. cum venerabilis. num. 58. extr. de exception. Alexan. conſil. 137. num. 3. lib. 1. Dec. l. 2. num. 7. C. de inſtitut. & ſubſtitut. Robert. Maran. in ſpeculo ſuo au. 6. par. §. 419. actus num. 6. & 7.*

Tamen ea, quæ in articulis ſive interrogatoriis ponuntur, contra ponentem ſaltem indicium ſive præſumptionem facere, aliaſque probationes coadjuvare, ſatis ex eo perſuaderi poteſt, quod Dd. in ſimili tradunt.

Licet

Licet verba enunciativa probationem non faciant, verba tamen enunciativa ſaltem indicium facere aliaſque probationes adjuvare, *Iaſon & Dec. l. ex his verbis C. de militar. teſtamen.*

Nec obſtat huic noſtræ ſententiæ, quod in prædicto decimo interrogatorio non ſimpliciter dicitur, E. de A. reſpondiſſe hoc faciam, ſed adjicitur, ipſum metu inductum ita reſpondiſſe.

23 Namque cum in † dubio quilibet actus præſumatur ſponte & non metu celebratus, *Bald. conſil. 62. incipien. facta in primo dubio lib. 1. Cardinal. Pariſ. conſil. 60. num. 20. lib. 4. Aymon. Cravet. conſil. 115. num. 13. arg. l. merito. ff. pro ſocio l. quoties. §. qui dolo. ff. de probation.* præſertim ſi ille actus fuerit celebratus vel geſtus coram Iudice vel Officiali publico, qui judicis munere fungitur: qualis eſt transactio de qua in noſtro caſu agitur, *Bart. l. 1. arg. ill. text. C. de prædiis decurion. lib. 10. l. transactionem. C. de transaction. Socin. conſil. 59. in princip. lib. 3. Iaſ. l. Pacta noviſſima 3. notabil. C. de pact. Iaſon c. 1. col. 3. qui feud. dar. poſſeß. Aymon. Cravet. conſil. 114. num. 2 lib. 1. fa. id quod tradit Bald. conſil. 447. incipien. contrahentes lib. 1. Petr. de Ancharan. conſil. 388. incipien. in caſu promiſſo uſq; ad fin. Curt. jun. conſil. 34. col. 2. & conſ. 67. col. 2. ad fin.*

Sequitur, in caſu noſtro Nobili B. N. permiſſum eſſe prædictam confeſſionem reprobare eatenus, quatenus in illa continetur eam metu factam, & eam approbare eatenus, quatenus in illa continetur, partem adverſam transactioni conſenſiſſe.

24 Certi enim & indubitati juris eſt, civilibus † indiſtinctè permitti confeſſionem adverſarii unum idemque Capitulum continentem pro parte approbare & pro parte reprobare, quando contra illam confeſſionem præſumptio juris militat, quoad illam partem quis quam reprobare vult, *Bart. l. Aurelius. §. idem quæſiit. ff. de liber. legat. Abb. c. bone el. 2. extr. de poſtulatio. Prælato. Cornel. conſil. 94. col. 2. lib. 3. Robert. Maran. in ſuo Specul. aureo. 6. part. §. quintus actus num. 27.* & ſic per prædicta ſatis liquet Nobilem D. B. N. non tantum teſtium depoſitionibus, verum etiam aliis evidentibus indiciis & præſumptionibus exceptionem transactionis plenè probaſſe.

Nec obſtant huic noſtræ deciſioni illa, quæ pro parte contraria adducta ſunt. Namque ad primum argumentum contrarium reſpondemus, illud procedere eo caſu tantum, quando teſtes contraria vel diverſa ponentes nullos omninò habent conteſtes. 25

Secus autem eſt, quando teſtes, qui contraria vel diverſa deponunt, habent conteſtes. Tunc enim inprimis teſtes digniores minus dignis, & Nobiles ruſticis præferuntur, *l. 3. in princip. ff. de teſtib. c. in noſtra & ibi gloſ. Abb. & Felin. num. 10. extr. de teſtib. Robert. Maran. repetit. l. is poteſt num. 326. ff. de acquir. hæreditat.*

Quare cum in noſtro caſu teſtes deponentes transactionem initam digniores ſint, illis teſtibus, qui negant, transactionem factam eſſe.

Namque tres ex illis teſtibus, qui affirmant transactionem initam, Nobiles ſunt: illorum verò teſtium, qui negant transactionem, factam, unus tantum Nobilis alter verò ruſticus eſt, ſequitur in noſtro caſu depoſitiones illorum teſtium, qui affirmant transactionem factam, eſſe præferendas dictis illorum teſtium, qui negant transactionem initam fuiſſe.

Secundò, † quotieſcunque pluribus teſtibus plures teſtes, ſive ab una parte ſive ab utraque parte producti contradicunt cæteris paribus teſtibus numero pluribus fides adhibenda eſt, *c. in noſtra & ibi gloſ. Abb. & Felin. extr. de teſtib.* 26

Sed in noſtro caſu plures teſtes quatuor nampè, affirmant transactionem eſſe factam: pauciores verò duo videlicet, negant transactionem initam. Igitur ſequitur in caſu noſtro dicta illorum teſtium, qui affirmant transactionem eſſe factam, præferenda eſſe dictis illorum teſtium, qui negant transactionem initam fuiſſe.

Tertiò, quoties pluribus teſtibus plures teſtes contradicunt, illis teſtibus potior fides adhibenda eſt, quos veritatem facti melius noviſſe veriſimile eſt, *l. cum de ætate. ff. de probation. l. ob carmen. §. final. ff. de teſtib fac. id, quod tradit Bald. c. 1. §. ſi res, de pac. tenen. Felin. c. in noſtro num. 12. extr. de teſtibus.*

Ubi Dd. in ſimili concludunt, † teſtibus vicinis qui melius veritatem noviſſe præſumũtur, potiorem fidem adhibendã 27

eſſe.

eſſe, ſed in noſtro caſu veriſimile eſt, illos teſtes qui deponunt, transactionem initam, cum ipſi, ut ex illorum depoſitionibus patet, & transactioni interfuerint & omnia viderint, atque audiverint, quæ in transactione acta & conventa ſunt, melius noviſſe veritatem quàm illi teſtes, qui contrarium deponunt, cum unus ex ipſis decimus ſextus nempe, Teſtis circa teſtium interrogator. noni articuli, dicat, ſe cum aliis ruſticis, qui in hac cauſa teſtes producti ſunt, non interfuiſse transactioni, ſed a longinquo tantum vidiſse transactionem fieri, nec omnia exaudire potuiſſe, quæ à tranſigentibus hinc & inde dicta fuerunt.

Igitur ſequitur, in noſtro caſu etiam ex hoc capite potius eſſe credendum illis teſtibus qui affirmant, transactionem eſſe factam, quam illis qui contrarium dicunt.

Quartò, decimi ſexti teſtis fidei & aliis ex cauſis detrahitur, Tum, quia iſte cum non omnia audiverit, quæ à tranſigentibus acta atque dicta ſunt, juxta illius propriam depoſitionem circa tertium interrogator. 9. articuli, non poteſt plenè de facto recordari.

Et certum eſt, quod † Teſti non ple-
28 nè recordanti de facto fides non adhibeatur, *gloſ. l. Lutim. ff. de his qui notan. infam.* tum quia ipſe ignorat ea, quæ in eodem
29 contextu geſta ſunt, Et certum eſt, † quod ille teſtis qui ignorat ea, quæ in eodem contextu geſta ſunt, ſuſpectus reddatur, *Dec. conſil. 105. num. 5. Aymon. Cravet. conſ. 134. num. 13. lib. 1.*

Ad ſecundum argumentum con-
30 trarium reſpondemus, cum dicta † teſtium non ſint cavillanda, ſed quantum fieri poteſt & adjuvanda & ſuſtinenda, *Bal. l. de quibus. ff de legib. Bald. l. 4. C. de tempo. appellation. Paul de Caſtro. conſil. 371. num. 3. lib. 1. Immola conſil. 101. Alexan. conſil. 177. & conſil 184 num. 10. lib. 7. Cornel. conſil. 160. conſil. 172. num. 7. lib. 2. & conſil. 283. num. 7. lib. 3. Iaſ. l. ſi fidejuſſor in fin. ff. qui ſatisda. cogan. Iaſ. l. 2. §. final. nu. 21. ff. ſolut. matrim. Dec. c. tertio loco extr. de probation. Franciſ. Balb. repetit. l. Celſus. ff. de uſucapion. Cardin. Pariſ. conſil 87. num 41. lib. 3. & conſil, 138. num. 18. lib. 4. Socin. jun. conſil. 31. num. 6. lib. 2.*

Et omnes teſtes in dubio conteſtes præſumi, *Innocent. c. qualiter & quando el. 2. extr. de accuſation. Bald. l. 2. de bonor. poſſeß. ſecundum tabul. Bald. d. l. quibus.* Et dicta teſtium, quantum fieri poteſt, & concordanda & ita interpretanda eſſe, ne illa ſibi ſint contraria, *c. cum tu & ibi Anton. de Butr. Abb. & Felin. extr. de teſtibus.*

Non tantum quando teſtes hinc inde æquales ſunt, ſed etiam quando teſtes, qui pro una ſententia deponunt, ſunt vel plures vel digniores, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie tenet *gloſ. §. ſi teſtes. 4. quæſtion. 3. gloſ. c. in noſtram & ibi Anton de Butr. & Abb. extr. de teſtib. Anton. de Butr. & Abb. c. cum tu & ibi Felin. num. 5. Ioan. de Immo. Alexan. l. inter ſtipulantem §. 1. ff de verbor. obligation. Alexan. l. 1. ff. ſi cert. petat.*

Ideoque licet quintus, octavus & decimus quartus teſtis dicunt, transactionem quidem factam, ſed Nobilem E. de A. ſex modios ſiliginis ſibi transactionis nomine permiſſos acceptare noluiſſe, tamen eorum dicta, ne illa & ſibi ipſis & aliorum teſtuum depoſitionibus qui deponunt, Transactionem ita, ut in nono articulo continetur & initam & abſolutam fuiſſe, contraria ſint, ita intelligenda atque interpretanda ſint, Quod Transactio utraque parte conſentiente ita inita atque abſoluta fuerit, & Nobilis D. B. N. fundum controverſum & haberet & retineret, atque viciſſim Nobili E. de A. ſex modios ſiliginis daret ſolveretque.

Quodque tandem poſt transactionem initam atque completam E. de A. prædictos ſex modios ſiliginis ſibi transactionis nomine ritè & legitimè promiſſos & poſtea oblatos acceptare noluerit.

Quæ res hanc transactionem ſemel rectè & legitimè initam vitiare non poteſt. Tum, quia certi juris eſt, Transactionem valere, ſi ex una parte tantum promiſsio intervenerit, licet illa effectum ſortita non fuerit, *Bald. l. ſuus C. de repudian. hæred. Dec. l. ſi ſuper poſſeſſione C. de transaction.*

Tum quia transactio ſemel ritè vel legitimè inita ex pœnitentia unius partis etiam in continenti ſecuta, non efficitur irrita, *l. quamvis C. de transaction.*

Præterea

Præterea 5. 8. & 14. teſtis, omnes ruſtici ſunt, primus verò, ſecundus & quartus teſtis, qui præciſè dicunt, Tranſactionem initam atque completam, Nobiles ſunt.

31 Et clari juris eſt, † quod teſtibus nobilibus plus credatur quàm ruſticis, *Felin. c. in noſtra. num. 11.*

Deinde quintus teſtis deponit, tan-
32 tùm † de auditu alieno: Igitur illius depoſitioni nō eſt adhibenda fides, *c. licet ex quadam. & ibi Dd. extr. de teſtibus. l. teſtium. & ibi gloſ. & Dd. C. eod. tit.*

Huc accedit, quod decimus quartus teſtis circa undecimum interrogato: noni articuli dicit: Se neſcire, utrum E. de A. Tranſactioni conſenſerit, an verò non. Igitur & illius depoſitioni fides adhibenda non eſt.

Ad hanc ſententiam etiam facit, quod 1. 2. & 4 teſtis, qui ſimpliciter & abſolutè dicunt: Tranſactionem factam & completam fuiſſe, Tranſactioni atq; omnibus, quæ in Tranſactione acta ſunt, interfuêre.

Eamq; ob cauſam veriſimile ſit, illos melius de facto informatos, quàm octavus & decimus quartus teſtis, qui cum ruſtici ſint, Tranſactioni non interfuêre, ſed tantùm à longinquo, ut ex decimi ſexti teſtis depoſitione circa tertium interrogatorium noni articuli liquet, viderunt Tranſactionem iniri, ideoque prædictis 1. 2. & 4. teſti major fides adhibenda eſt quàm 8. & 14. teſti.

Antequam ad tertii argumenti contrarii deciſionem deſcendamus, primò an-
33 notandum eſt † metum non præſumi, eumq; qui metum allegat, metum probare cogi, *Bald. conſ. 62. lib. 1. Aym. Craves. conſ. 115. num. 13. lib. 1.*

34 Secundò præmittendum eſt, † non quemlibet metum ſufficere ad retractandam Tranſactionem vel alium contractum metu initum, ſed requiri ad hoc, ut ille metus ſit metus mortis, cruciatus corporis vel ſimilis, qui in virum conſtantiſſimum cadere, & virum conſtantiſſimum movere poſſet, *l. interpoſitas. & ibi Dd. C. de tranſact. l. metum. la. 1. & 2. & l. nec timorem ff. quod metus cauſ. l. vani timoris ff. de reg. jur. c. ad audientiam. & c. cum dilectus. & ibi gloſ. & Abb. extr. quod metus cauſ. c. veniens. el. 2. & c. conſultationi. extr. de ſponſalibus. gloſ. c. cum locum. extr. eod. tit. Alexand. conſ. 99. lib. 3. Socin. conſ. 4. lib. 4. Dec. l. in omnibus. la. 2. ff. de regul. jur. Dec. c. fin. col. 2. extr. de appellat. Iaſ. §. quadrupli. n. 54. Inſtit. de act. Card. Pariſ. conſ. 10. n. 56. lib. 1. conſ. 67. nu. 40. lib. 3. conſ. 5. nu. 171. conſ. 51. num. 20. conſ. 53. nu. 51. conſ. 58. nu. 64. conſ. 60. nu. 12. conſ. 66. n. 3. & conſ. 135. nu. 6. lib. 4.*

Tertiò, annotandum eſt, cum limitatus metus, limitatum effectum producat, *Cardin. Pariſ. conſ. 66. num. 14. lib. 4.* non ſufficere, ut quis probet, metum in aliquo actu interveniſſe, ſed requiri ad hoc, ut actus aliquis propter metum retractari poſſit, ut ille metus alicui fuerit illatus, ad hoc, ut iſte actus celebretur. Quodq; propter metum adhibitum, actus ſecutus ſive geſtus fuerit, *arg. l. penult. §. docere. ff. ne quis eum qui in jus voca. eſt, vi exim. l. hæredes palam. §. penult. & ibi Bart. ff. de teſtam. l. Falcinius. §. cum hoc. & ibi Bart. ff. ex quibus cauſ. in poſſeß. eatur. l. 2. §. homines coactos. & ibi Bart ff. vi bonor. rapto.*

Quartò, præmittendum eſt, † actum 35
vel contractum propter metum retractari non poſſe, niſi quis ſpecialiter probet, metum illatum talem eſſe, qui in conſtantem virum cadere poſſet, nec hoc caſu ſufficere, in genere probare metum illatum.

Tum, quia lex expreſsè requirit ad hoc, ut actus ſive contractus aliquis propter metum retractari poſſit, ut ille metus ſit illius qualitatis, ut in conſtantem virum cadere potuiſſet: Et certi juris eſt, quod quando lex requirit actum qualificatum, non ſufficiat probare illum actum, niſi ſimul & qualitas a lege requiſita probetur, *l. penult. §. docere & ibi Iaſ. ff. ne quis eum qui in jus vocat. eſt vi eximat. l. Fulcinius. §. cum hoc. & ibi Bartol. ff. ex quibus cauſ. in poſſeß. eatur.*

Tum, quia probatio de metu in genere facta, non eſt concludens, cum illa æquè poſſit convenire illi metui, qui non cadit in conſtantem virum quàm illi, qui cadit in conſtantem virum, & legibus expreſsè cautum eſt, probationem non concludentem nihil relevare, *l. non hoc. & ibi Iaſ. Dec. & Dd. C. unde legitimi. c. in præſentia. & ibi Dd. extr. de probatio.*

Quintò, permittendum eſt, licet Doctores noſtri concludant, † ſuſpicio- 36
nem ſolam metus ſufficere ad retractandum actum vel contractum metus cauſa geſtum: Tamen hæc ita demum verum eſſe, ſi ſuſpicio metus ſit talis, quæ nimirum conſtantem virum movere poſſet, alioquin

quin verò ſecus eſt, *d. l. nec timorem. ff. quod metus cauſ. d. l. vani timoris.*

37 Sextò, cum ſuſpicio ſive præſumptio metus ceſſat eo caſu, quando actus eſt celebratus vel præſente ſuperiori, *Card. Pariſ. conſ. 135. num. 10 lib. 4.* vel in eo loco, in quo quis habeat copiam Superioris, à quo impetrare poterat, ne ſibi vis fieret, *l. fin. in princ. ff. quod metus cauſ. Card. Pariſ. conſ. 66. num. 3. & conſ. 170. num. 21. lib. 4.* is qui allegat, hiſce caſibus ſibi metum illatum non conjecturis vel præſumptionibus, ſed evidentiſſimis probationibus de metu fidem facere debet, *l. fin in pr. & ibi gl. & Bart ff. quod metus cauſ. Card. Pariſ conſ. 66 n. 5. & conſ. 135. n. 12. lib. 4.* His ita præſuppoſitis, in propoſito nobis caſu probatum non eſt metum illatum E. de A, multò verò minùs probatum eſt, E. de A. eſſe illatum metum mortis, cruciatus corporis vel ſimilem, qui in conſtantem virum cadere poſſet, Similiter probatum non eſt, E. de A. eſſe metum illatum ad hoc, ut ipſe hanc Tranſactionem iniret, & hanc Tranſactionem propter metum illatum ſecutam fuiſſe. Igitur ſequitur, quod in noſtro caſu tranſactio nullo modo prætextu metus reſcindi poſſit.

Nec obſtat nobis, quod aliqui ex teſtibus deponunt, Nobilem Dominum B. N. in tractatu Tranſactionis minas protuliſſe.

Namque primò hoc unicus tantùm teſtis tertius videlicet dicit: Cæteri verò teſtes de minis nullam mentionem faciunt. Igitur cum hic teſtis ſit unicus & ſingularis: Sequitur, illius depoſitionem de minis probatr; nullam eſſe, *l. jurisjurandi. C. de teſtibus. c. licet univerſalis. extr. eod. tit.*

38 Deinde quoque certum eſt, † minas non aliter juſtum metum inducere, niſi is qui minas protulit, ſit malæ conditionis vel famæ. Qui & potuit & ſolitus erat minas exequi, *Cyn. Angel. & Salicet. L. 1. C. ſi quis Imperatori maledix. Bald. Alexand. & DD. l. metum C. de his quæ met. cauſ. Abb. c. 1. num. 3 & ibi Felin & Dec. extr. de offic. delegat. Abb. c. cum dilecti. num 8 extr. quod metus cauſ. Felin Rubr extr. de treug. & pac. Iaſ. l. ſi ſuper poſſeſſione. num. 6. C. de Tranſactio. Card. Pariſ. conſ. 67. num. 42. lib. 3. conſ. 66. num. 10. conſ. 100 num. 45. & conſ. 168. num. 11. lib. 4 Aymon Cravet. conſ. 49 num 1. lib. 1. Nicolaus Boer. deciſ. 100. num. 12. Thomas Grammat. deciſ. 5. num. 3. Ludovic. Carrer. in pract. crimin. repet. l. obſervare curabis. nu. 126.*

Quare, cum Nobilis Dominus B. N. non ſit homo malæ famæ vel conditionis, nec etiam ſolitus ſit aliis injuſtè mortem, vulnera, cruciatus corporis vel alias injurias inferre, ſed ſit homo & Nobilis & bonæ famæ & conditionis, ſequitur etiam, poſito, ſed tamen non conceſſo, in noſtro caſu legitimè probatum eſſe: Nobilem Dominum B. N. in tractatu Tranſactionis verba minatoria protuliſſe: Tamen neque ex iis juſtum metum illatum eſſe E. de A. neque propter hæc dici poſſe E. de A. metũ inductum ad faciendam hanc Tranſactionem.

Præterea minæ non aliter metum inducunt, niſi quis certum quod, mortem nempè, vulnera vel ſimile magnum malum alteri minatus ſit: ſicut hoc eſt de mente *Bald. in l. final. ff. de hæred. inſtituend. Alexand. l. metum C. quod metus cauſ.*

Namque cum præfati Doctores in præallegatis locis concludunt, Minas non aliter juſtum metum inducere, niſi is, qui minas protulit, fuerit ſolitus illud maleficium, quod minatus eſt perpetrare, nec ſufficere, ſi ipſe aliud maleficium perpetrare ſolitus ſit, ſequitur, illos Doctores requirere ad hoc, ut minæ juſtum metum inducant, ut quis certum malum minatus fuerit. Nam alioquin conſtare non poſſet, utrum minans ſolitus fuerit illud malum perpetrare vel non.

Huc accedit, quod tradunt Doctores, minas generaliter & indefinitè prolatas, quibus videlicet quis generaliter minatus fuit; ſe vindicare velle nullam inducere ſiniſtram ſuſpicionem contra minantem, *Guiliel de Cugneo, Salicet. & Alex. l. 1. C. de his quib. ut indig. Alexand. in addit. ad Bart l. final. ff. de quæſtio. Alexand. conſ. 18. col. 3. lib. 7. Aymon Cravet. conſ. 9. numer. 20. lib. 1.*

Eandem ſententiam comprobat id, quod traditur, licet † frangens carceres & 39
fugiens ex carcere, habeatur pro confeſſo & convicto: hoc tamen ita procedere, ſi quis propter certum delictum vel maleficium carceribus incluſus ſit, ſecus autem eſſe, ſi quis pro nullo certo maleficio, ſed tantùm ex inquiſitione generali carceribus incluſus ſit. *Bald. conſ. 230. incip. primus quæſtionis articulus eſt. lib. 2. conſ. 32. lib. 2. Felin. c. nullus. num. 4. extr. de præſumptio. Hippolit de Marſil. Rubr. num. 282. C. de probatio. Nicol Boer. deciſ. 215. num. 11.*

His adde, † quod minitatio ſive minæ ge- 40
neraliter factæ de expellendo aliquem ex

poſſeſ.

poſſeſſione ſua, non inducant juſtum metum, ſed in mitiorem partem interpretari atque de expulſione legitima intelligi debeant, *Baldus conſil. 98. incop. Betonus de Covo, col. 2. lib. 1.*

Pro hac ſententia etiam adduci poteſt, quod in delictis ſemper mitior interpretatio capienda ſit, *l. ſi Præſes, ff. de pœn.*

Ad hanc ſententiam confirmandam etiam facit, quod cum propter metum verè probatum actus metus cauſa geſtus, non aliter retractari poſſit, niſi quis fidem faciat, qualis metus illatus ſit, ſicut hoc ſuprà docuimus.

Certè multò minùs propter metum præſumptivè ex minis probatum, actus metus cauſa geſtus, retractari debet, niſi ſpecificè probetur, qualis metus per minas illatus ſit. Tum quia præſumptio non operatur plus, quàm veritas, *l. filio, quem pater. in princip. ff. de liber. & poſthum.* Tum, quia tantùm non debet eſſe potentius expreſſo, *l. nonnunquam. ff. de condit. & demonſtr. l. cum ex filio. §. 1. & ibi Iaſ. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtitut. l. expreſſa. ff. de regul. jur. l. donationes. la. 1. C. de donatio. inter vir. & uxor. Tiraquell. repetit. l. ſi unquam. ver. donatione largitus. num. 131. uſq; ad num. 133. C. de revocan. donatio Tiraquell. in tractat. de legib. connubial. gl. 5. num. 160.*

Quare cum in noſtro caſu nullus ex teſtibus in ſpecie dicat: Quid Nobilis Dominus B. N. E. de A. minatus fuerit, ſequitur, ex hiſce minis nullam præſumptionem metus reſultare, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, ſufficienter probatum eſſe, quod in noſtro caſu minæ intervenerint.

Similiter non obſtat noſtræ ſententiæ id, quod traditur, 41 † torvum ſive terribilem vultum potentis juſtum metum inducere, ſicut hoc ultra Doctores ſuperiùs allegatos tradit *Dec. c. 1. col. 1. extr. de offic. delegat. Matth. de Afflict. l. 1. §. injuria. 4. notab. num. 106. de pac. jurament. firmand. Aym. Cravet. conſ. 40. num. 3. lib. 1.*

Namque primò, nullus ex teſtibus dicit, Nobilem Dominum B. N. terribili & torvo vultu Nobili E. de A. metum incuſſiſſe.

Deinde quoque certum eſt: Terribilem vultum potentis nõ aliter juſtum metum ſufficientem ad reſcindendum contractum metûs cauſa geſtum inducere, niſi ipſe ſit Tyrannus, ſolitus injuſtè ſævire in eos, vel malè mulctare eos, erga quos torvum vultum præ ſe fert, *Abb. c. 1. num. 3. extr. de offic. delegat. Cardin. Pariſ. conſ. 66. num. 10. lib. 4.*

Quæ ſententia etiam ex eo confirmatur, quod traditur, † licet preces ſuperioris 42 juſtum metum inducant, hoc tamen non aliter procedere niſi probetur, illum ſuperiorem eſſe Tyrannum, & ſævire ſolitum in illos, qui precibus ipſius non obtemperant, *Ioan. Andr. & Abb. c. inſinuante. extr. qui Clerici vel vouentes. Felin. c. 1. num. 2. extr. de offic. deleg.*

Quare, cum probare nequeat, Nobilem Dominum B. N. in alios injuſtè ſævire ſolitum, ſequitur, in noſtro caſu metum non eſſe probatum, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, probatum eſſe, Nob. Domin. B. N. in tractatu Tranſactionis torvum ſive horribilem vultum habuiſſe; & ſic ex prædictis liquet, nihil obſtare nobis ea, quæ in tertio argumento contrario adducta ſunt.

Ad quartum argumentum contrarium reſpondemus, † licet in aliis contractibus 43 innominatis locum habeat pœnitentia: in contractu tamen Tranſactionis pœnitentiæ locum non eſſe, etiamſi unus ex tranſigentibus in continenti poſt Tranſactionem pœnitere, & à Tranſactione recedere velit, *l. cum te tranſegiſſe. & ibi Iaſ. & Dec. C. de tranſact. l. fratris. & ibi Iaſ. Dec. & Dd. C. eod. tit. l. quamvis. & ibi Iaſ. & Dd. C. eod. tit.* Quod uſq; adeò verum eſt, ut uni ex tranſigentibus altera parte invita non permittatur à Tranſactione reſilire, etiamſi altera pars ſit in mora adimplendi illa, quæ in Tranſactione conventa ſunt, *Guil. de Cug. & Paul. de Caſtr. l. ſi major. annis. C. de tranſact.*

Quinimò, Tranſactionem prætextu nullius læſionis retractari poſſe, Doctores noſtri magis communiter concludunt, *Innocent. Ioan. Andr. & Petr. de Anchar. c. pervenit. extr. de emptio. & venditio. Petrus Richard. Malumb. Cyn. Bald. & Salicet. l. 2. C. de jur. emphyteut. Dyn. Alexand. & Iaſ. l. ſi quis cum aliter. ff. de verbor. obligat. Alexand. conſ. 42. nu. 11. lib. 1. Matth. de Afflict. deciſ. Neapolitan. 220. Alciat. l. quamvis. C. de tranſaction. idem Alciat. l. interpoſitas. C. eod. tit. Cardinal. Pariſ. conſil. 96. num. 61. lib. 1. Aymon. Cravet. conſ. 121. num. 26. lib. 1. Thomas Gram. deciſ. 66. num. 20.*

Ad quintum argumentum contrarium reſpondemus, † contractum Tranſactionis perfectum cenſeri, ita ut unus ex tranſi- 44

gentibus altero invito à Tranſactione reſilire nequeat, etiamſi inſtrumentum ſuper illo confectum non fuerit, *l. cum te tranſegiſſe. & ibi Iaſ. & Dec. C. de tranſactio. fac. textus l. pactum quod bona fide. & ibi Iaſ. Dec. & Dd. C. de pactis: l. cum ter. C. de probatio. l. contrahit. ff. de pignorib.*

Nec obſtat huic noſtræ ſententiæ textus *l. contractus. C de fide inſtrument.* Quia ille textus tantùm procedit eo caſu, quando inter contrahentes expreſsè actum ſive conventum fuit, ut tranſactio non aliter rata eſſet, niſi inſtrumentum ſuper illa conſcriptum eſſet, *gloſ. §. fin. authent. de fide inſtrumentor. gloſ. authent. ſed novo. C. ſi cert. petat. Bart. l. contractus. & ibi Salicet. quæſt. 5. C. de fide inſtrument. Angel. conſ. 136. incipien. Domina Angelina. col. fin. Angel. Inſtitut. de empt. & vendit. in princ. & ibi Ioan. Fabr. verſ. in his. Franc. Aretin. conſ. 160. incip. longa eſt. col 3. Dec. l. pactum quod bona. n 5. C. de pact. Dec. conſ. 34. n 3. M. de Afflict. deciſ. Neapolit. 105. nu. 4.* & ſic per prædicta concludimus, Tranſactionem, de qua in caſu noſtro agitur, & plenè probatam & per ſe ratam atq; firmam eſſe.

45 Secundam quæſtionem quod † attinet, exiſtimamus, Tranſactionem non ſolummodò ad panicum ſed etiam ad ſiliginem ademptum ſe extendere, quodq; B. N. ratione acceptatæ conventæq; Tranſactionis, jure potuerit ſiliginem, qui in controverſo agro crevit, juxta tenorem Tranſactionis proprio facto metere & pro lubitu auferri curare, & quod propterea B. N. per illud nullum punibile factum commiſerit, multò minùs pœnam turbatorum fractæ pacis meruerit.

46 Namq; licet regulariter per ſolum titulum non transferatur neq; dominium, *l. traditionibus. & ibi Dd. C. de pact.* neque poſſeſſio, *l. ſi ex ſtipulatione. & ibi Dd. ff. de acqu. poſſeſſio.* atque ei, cui res ex Tranſactione vel alio contractu debita eſt, non permittatur illam rem propria authoritate occupare vel invadere, *d. l ſi ex ſtipulatione. & ibi Bart. Alexand. Iaſ. & Dd. ff. de acquir. poſſeſſio. l. nec ex vera. C. eod. tit.*

Tamen hoc non procedit, quando Tranſactio vel alius contractus in conſpectu fundi in contractum deducti celebratur, tunc n. tam per Tranſactionem quàm per alium contractum & dominium & poſſeſſio abſq; alia traditione transfertur, *Bal. l. nec vera n. 4. C. de acquir. poſſeſ.*

47 Quam ſententiam confirmat id, quod Dd. noſtri communiter tradunt, licet per abuſivam inveſtituram in vaſallum non transfertur neq; dominium neq; poſſeſſio feudi, per abuſivam tamen inveſtituram in accipientem indiſtinctè transferri & dominium & poſſeſſionem eo caſu, quando hæc inveſtitura eſt facta in conſpectu illius rei, de qua quis inveſtitur, *Cyn. l. 1. C. de donat. Andr. de Iſer. & Præpoſit. c. 1. in princ. & ibi M. de Afflict. nu. 9. quid ſit inveſtitura. Abb. c. 2. n. 10. extr. de conſuetud. Alexand. l. 3. in princip. num. 13. ff. de acquir. poſſeſ.*

Quare, cum in caſu noſtro Tranſactio ſit facta in ipſo fundo controverſo, ſicut hoc expreſsè dicit 1. & 8. teſtis circa octavum articulum: item ſeptimus & vigeſimus ſecundus teſtis 7. artic.

Sequitur, per hanc Tranſactionem & dominium & poſſeſſionem fundi controverſi ipſo jure in Nobilem Dominum B. N. translatam eſſe atq; Nobili Domino N. licuiſſe poſt hanc translationem factam & ſiliginem & alios fructus in iſto fundo pendentes metere & a ſolo ſeparare, ex fundo evehere, eoq; fundo pro ſuo libitu ut aliis rebus ſuis & à ſe poſſeſſis uti, *argum. l. nemo exterus. C. de jud. §. in re mandata. C. mandati.*

Ad hanc deciſionem confirmandam facit etiam id, quod Dd. noſtri communiter tradunt, ſi in contractu dictum ſit, quod unus alteri rem, de qua in contractu agitur, dederit & tradiderit per hunc contractum vel transferri dominium & poſſeſſionem rei in contractum deductæ in alium ipſo jure, vel alteri concedi licentiam rem in contractum deductam propria authoritate occupandi vel invadendi, ſi hic contractus ſit celebratus in abſentia rei, *Iacob. de Aret. Bart. & Alexand. l. prædia. arg. ill. tex. ff. de acquir. poſſeſ. Iacob. Butrig. Bart. & Bald. l. 2. C. de acquir. poſſeſ. Speculat. §. ſciendum. verſ. ſi verò res. de empt. & vendit. Abb. c. 2. nu. 10. extr. de conſuetud. Alexand. & Iaſ. l. ſi ex ſtipulatione. ff. de acquir. poſſeſ.*

Quare, cum in caſu noſtro & Tranſactio in ipſo fundo controverſo celebrata ſit, & in Tranſactione ſint adjecta hæc verba, ut Nobilis Dominus B. N. fundum controverſum habeat atque retineat, quæ verba æquipollent verbis, *Dedit & Tradidit*, Sequitur, in noſtro caſu per Tranſactionem initam, & dominium, & poſſeſſionem fundi controverſi

verſi ipſo jure in Nobilem Dominum B. N, translatam.

47 Tum † quia non curatur quid de æquipollentib. fiat, *l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. & ibi Bart. Alexand. & Iaſ. ff. de liber. & poſthum. l. mulier. in princip. ff. ad SC. Trebellian. l. ſi mater. & ibi Dd. C. de inſtitut. & ſubſtitut.*

48 Tum quia † diſpoſitum de uno ex æquiparatis, in alio æquiparatorum locum habet, *gloſ. fin. l. ſi quis ſervo. C. de furt.* tum etiam quia non curatur de modo, dummodò conſtet de effectu, *l. cum ſervus. & ibi Iaſ. & Dd. ff. de verbor. obligat.*

49 Et quod † licet verba, *Habeat* & *Retineat*, æquipolleant ſive æquiparentur verbis, *Dedit* & *tradidit*, eundemque effectum habeant, evidentiſſima ratione probatur.

Namque cum nemo habere vel retinere poſſit id, quod ſibi datum vel traditum non eſt, ſequitur, hæc verba, *Habeat* vel *Retineat*, poſita in aliquo contractu, præſupponere ſive denotare dationem ſive traditionem eo ipſo factam.

Certi enim juris eſt, quod poſito aliquo, omnia illa ponantur, per quæ ad illa pervenitur, *l. 2. & ibi Dd. ff. de juriſdict. omn. judic. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum ff. de Procurator. l illud. ff. de acquir. hæreditat. Felin. c. cum aliquibus. num. 6 extr. de ſentent. & re jud.* Et ſic per prædicta concludimus, Nobilem Dominum B. N. nihil deliquiſſe in hoc, quod ipſe poſt Tranſactionem initam ſiliginem pendentem in fundo controverſo propria authoritate à ſolo ſeparavit atque ex fundo abduxit.

Ad tertiam quæſtionem exiſtimamus, 50 juri † conſonum eſſe, quod per dictam Tranſactionem non ſolummodò civilis actio (in qua E. de A. reſtitutionem refuſionemq; petere poſſet) verùm etiam criminalis actio, quæ pacem publicam concernit, penitùs perempta ſublataq; ſit.

Namque ut ex nono articulo atque ex depoſitionibus teſtium ſuper illo articulo ſatis liquet, Tranſactio, de qua in caſu noſtro agitur, eſt generaliter atque indefinitè facta de controverſiis ortis ex abductione panici ex horreo E. de A.

Quare, cum ex hac abductione panici non tantùm controverſia civilis, ſed etiam controverſia criminalis orta ſit, ſequitur, hanc Tranſactionem non tantùm ad actionem ſive controverſiam civilem, ſed etiam ad actionem ſive controverſiam criminalem extendi.

Cum ſit certi atque indubitati juris, Tranſactionem † generaliter factam gene- 51 raliter intelligi, & ad omnes ſpecies ſub illa generalitate comprehenſas porrigi, *Iacob. Butrig. & Salicet. l. age cum Geminiano C. de Tranſact. Bart. Salic. & Iaſ. l ſi de certa. C. de Tranſact. Bart. Bald. & Iaſ. l. ſub prætextu ſpeciei. arg. ill. text. C. de Tranſactio Bald. l. tres fratres. ff. de pact. Anton. de Butr. & Panormit. c. 1. extr. de Tranſactio. Raph. Comenſ. conſ. 7. incip. viſis compromiſſo. col. penult. conſ. 8. incip. duo erant ſocij. & conſ. 234. incip. teſtator filio jam nato. Alexand. conſ. 42. lib 1. & conſ. 11. lib. 2. Bened. Capr. conſ 165. incip cum ut in facto præſupponitur. col. fin. Thol. Gram. deciſ. 66. num. 62.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut licet † 52 alioquin Tranſactio non porrigatur ad incognita tranſigentibus: Tranſactio tamen generalis in dubio extendatur etiam ad incognita contrahentibus, eam ob cauſam, quia generaliter tranſigentes ſaltem in genere de his cogitaverunt, *Bart. d. l. ſub prætextu. C de Tranſact. Bart. & Iaſ. l. ſi de certa. C. eod. tit. Angel. l. qui jure militari. ff. de militar. teſtam Angel. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbor. obligat. Imol. c. conquerente. col. 14. ext. de offic. ordinar Paul de Caſtr. conſ 30. incip. ſuper puncto iſto plura. lib. 1. Alex. conſ. 42. lib. 1. & conſ 11. lib. 2. Franc. Aretin. conſ. 33. incip. conſultatio præmiſſa. col. pen. Socin. conſ. 103. incip. in caſu reconventionis. col 4. lib. 3.*

Hanc ſententiam confirmat id, quod tantùm † operatur generalis diſpoſitio quo- 53 ad quamlibet ſpeciem quantum operatur ſpecialis diſpoſitio quoad illam ſpeciem, de qua agitur, *l. ſi duo in in princip. & ibi Bartol. ff. de adminiſtratio. tutor. l. Gallus. §. in. & ibi Bald & Alexand ff. de liber. & poſthum. l. thorus. in princip ff. de legat. 3. l. omnes & ibi Bald. & Angel. C. de præſcriptio 30. annor. c. ſi Sacerdos. extr. de offic. ordinar. Signorol conſ. 30. incip. quidam nomine Arnoldus. col. 1. Bart. l. tres tutores. in prin. ff de adminiſtr. tut Bart. l. Centurio col 6. ff de vulg & pupill. ſubſtitut. Bald. l. 1. C. de neceſſar. ſerv. hæred. inſtituen. Anton. de Butr. Abb Felin. & Dec. c ſedes Apoſtolica. extr. de reſcript. Domin. conſ. 65. col. 6. Fulgoſ conſ. 117. col. 3. Ægid. Belleme. conſ. 27. col. 2. Alexand. & Franciſc. Aretin. l. 1. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtitut. Alexand. conſ. 105. incip. ponderatu verbis. col. 1. conſ. 111. incipien. perſpectis literis. col. 2. & 3. & conſ. 235. incip. poſt redditum. col. 1. lib 6. Curt. ſenior conſ 49. col. 15. Dec. conſ. 23. col. 3. & conſ 259. col 2.*

Aym. Cravet. conſ. 162. num. 2. lib. 1. etiamſi illa diſpoſitio odioſa ſit, *Angel. l. fin col. fin. verſ. tertiò quæritur. ff. de conſtitutio Princ. Ant. de Butr. c. olim. extr. de verbor. ſignificat. Franciſc. Aretin. l. cum lege arg. ill. text. ff. de teſtament. Dec. conſ. 5. conſ. 115. conſ. 258. col. 3. conſ. 289. col. fin. & conſ. 353. col. 2. Aymon. Cravet. conſ. 118. num. 14. lib. 1.*

Quare, cum Tranſactio, de qua in caſu noſtro agitur, ſit & indefinita & generalis, ſequitur, per hanc Tranſactionem omnes controverſias, quæ ſub hac indefinita ſive generali locutione comprehendi poſſunt, nempè non tantùm civilem, verùm etiam criminalem actionem perinde ſublatam, atque ſi de unaquaque ſpecialiter & nominatim tranſactum fuiſſet.

Huc accedit, quod diſpoſitio generalis nihil intactum relinquat, *Bald. conſ. 305. incip. verba Principis. lib. 1.* quodq; diſpoſitio generalis omnia comprehendat, *Bald. conſ. 391. incip. in teſtament. lib. 1. Aymon. Cravet. conſ. 118. num. 13. & conſ. 153. num. 5. lib. 1.* etiamſi major ratio ſit in uno quàm in alio, *arg. l. 1. §. quod autem. ff. de alienatorib. l. in fraudem in fin & ibi Bald. ff de teſtam. militar. Socin. l. 2. §. ex his. ff. de verbor. obligat. Decius Rubr. lect. 2. col. 3. ff. ſi cert. petat. Dec. Rubr. col. 7. extr. de judic. Dec c. 1. col. 3. extr. de probat. Aymon. Cravet. conſ. 92. num. 4. lib. 1.*

Quare, cum in noſtro caſu Tranſactio generalis ſit, reſpectu panici violenter ablati ex horreo E. de A. ſequitur, hanc Tranſactionem generalem porrigi ad omnes controverſias ſpeciales ex hac violenta ablatione deſcendentes, nec ab hac Tranſactione ullam controverſiam ex hac cauſa originem trahentem, excludi, ſive illa controverſia ſit civilis ſive criminalis.

Deinde, ad hanc ſententiam comprobandum facit, quod diſpoſitio ſive Tranſactio generalis vel indefinita reſtringi non debeat nulla exiſtente ratione reſtringendi, *Bald conſ. 48. incip. quia verba. lib. 4. Abb. conſ. 1. col 2. conſ. 44. col. 2. conſ. 51. col. fin. conſ. 64. col. pen. lib. 1. & conſ. 55. col. 2. lib. 2. Angel. conſ. 281. col. 1. Aym Cravet. conſ. 84. num. 14. conſ. 92. num. 4. & conſ. 133. num. 6. lib. 1.*

Sed in noſtro caſu nulla ratio exiſtit, quare Tranſactio generaliter & indefinitè inita tantùm ad civilem actionem ſive controverſiam reſtringi debeat, imò cum omnes pœnæ odioſæ ſint, *arg. l quidam. & ibi Iaſ. ff. d. lib. & poſthum.* & pœnæ non irrigatæ indignatio ſolam duritiam contineat, *l. ſervum ea lege. ff de ſer. expectand.* atque etiam potior favorabiliorq; ſit cauſa illius, qui rem familiarem perſequitur, quàm illius, qui pœnam perſequitur, *l. 1. C. pen. fiſcalibus credito. præfer. lib. 10. gl. l. reſcriptum. in pr. ff. de pact.* maxima ratio ſuadet, ut hæc Tranſactio vires ſuas porrigat etiam ad criminalem accuſationem, qua agitur ad pœnam fractæ pacis.

Igitur ſequitur, hanc Tranſactionem non eſſe reſtringendam ad civilem actionem, qua agitur ad reſtitutionem damnorum & Intereſſe, ſed ita interpretandam, ut etiam comprehendat criminalem accuſationem competentem ad pœnam fractæ pacis.

Præterea, in noſtro caſu Tranſactio † 54
æſtimata ſuper facta ablatione nempe
violenta panici ex horreo E. de A. & certum
eſt, Tranſactionem ſuper facto initam
porrigi ad omnes actiones, omnes
controverſias tam civiles quàm criminales
ex illo facto deſcendentes, *l. duobus. §. colonus. ff. de jurejuran.*

His adde, quod † per cauſam cognoſci- 55
mus effectum, *Bald. Rubr. col. pen. ff. ſi cert. petat.* & quod talis cenſetur effectus, qualis
eſt cauſa, *Card. Florent. c. cum dilecti. col. 1.*
extr. de accuſatio. quodq; † quælibet diſpoſi- 56
tio à cauſa ſive ratione ſua tanquam fundamento
ſuo regatur, *Bald. c. etſi Chriſtus. in fin. extr. de jurejuran.* & ab ea extenſionem & ampliationem recipiat, *l. regula. §. ſi quis. & ibi Bart. & Bald. §. & licet ff. de jur & fact. ignorant. l. mulier. ff. ſolut. matrim. l. cum pater. §. dulciſſimis ff. de legat. 2. l. nomen debitorum. §. fin. ff. de legat 3. l. 2. §. mater. verſ quid ſi curatores. & verſ. quid ſi deceſſerint ff. ad SC. Tertullian l. 1. §. hoc interdictum. ff. de ſer. cum ſimilib. allegat. per Tiraquell. in tractat. ceſſant. cauſ. num. 149. uſq; ad num. 160.*

Sed in noſtro caſu cauſa Tranſactionis initæ ablatio nempè violenta panici ex horreo E. de A. generalis eſt, & parit tàm civilem actionem ad reſtitutionem nempè rei, damnorum & Intereſſe, quàm criminalem accuſationem ad pœnam fractæ pacis: Igitur & Tranſactio quæ vigore hujus cauſæ inita eſt, & generalis cenſenda & ita interpretanda eſt, ut ſub ea comprehendatur non tantùm civilis actio ad reſtitutionem rei damnorum & Intereſſe competens, ſed etiam criminalis accuſatio.

Nec obſtat huic noſtræ deciſioni,

quod

Digitized by Google

57 quod † forſan adverſa pars prætendere poſſet, quod de crimine, per quod quis incidit in pœnam fractæ pacis, tranſigere non liceat, quodq; eam ob cauſam, cum in Tranſactione generali non contineatur id, de quo quis in ſpecie tranſigere non poterat, *arg. l. quanquam. ff. de ritu nuptiar. l. ſi pater. ff. de his quæ in fraud. credito. l. Lucius. §. pen. ff. ad municipal. c. à nobis. & ibi Abb. extr. de ſentent. excommunicatio. Aym. Cravet. conſ. 272. num. 4. lib. 1. fac. l. obligatione. ff. de pignor. l. 1. C. quæ res pignor. obliga. poſ.* Tranſactio, de qua in caſu noſtro agitur, ad pœnam fractæ pacis minimè extendi debeat.

Namque reſpondeo, cum pœna fractæ pacis ſanguinis effuſionem contineat, eam ob cauſam, quod cuilibet permittitur, eum, qui ad pœnam fractæ pacis condemnatus eſt, & occidere & vulnerare, ſicut hoc liquet ex Conſtitutione de pace publica facta Wormatiæ Anno 1521. *ſub Rubr.* Die Poen aller Friedbrecher / dubium non eſſe, quod de pœna fractæ pacis ſive de accuſatione competente ad pœnam fractæ pacis tranſigere liceat.

Certi enim & manifeſti juris eſt, quod de omni crimine, pro quo pœna ſanguinis irrogari poteſt, tranſigere liceat, ſive illud crimen ſit publicum ſive privatum, *l. tranſigere. & ibi Cyn. Alber. Ioan. Fab. Salicet. Iaſ. num. 3. & Curt. num. 4. C. de Tranſactio Ant. de Butr. c. 1. extr. de colluſ. deteg.*

Præterea & ſuper ſpolio tranſigi permiſſum eſſe, *Cardinal. Pariſ. conſ. 1. num. 151. & 152. lib. 1.* tradidit.

Et ſic per prædicta concludo, Tranſactionem, de qua in caſu noſtro agitur, extendi non tantùm ad actionem civilem, ſed etiam ad accuſationem criminalem, præſentem nempè accuſationem, quà ad pœnam fractæ pacis agitur.

Et cum † Reus B. N. oppoſitam ſuam 58
exceptionem Tranſactionis ſufficienter probaverit, perq; illam omnia ſingulaque & non ſolùm civilis, verùm etiam criminalis actio, quam E. de A. ratione adductorum factorum contra B. N. forasſis habere potuerit, penitùs perempta ſit: non neceſſe fuiſſe exiſtimavimus, ad quartam quæſtionem juridicè nos reſolvere.

Quod hoc Conſilium Actis & Juri conſonum ſit, profitemur nos Decanus, Ordinarius, cæteriq; Doctores juridicæ Facultatis Academiæ Francophordianæ ad Oderam, cujusvis tamen melius ſentientis judicio ſalvo.

CONSILIUM QVADRAGESIMUM OCTAVUM.

Continens materiam locationis & conductionis,

SUMMARIA.

1. *De confeſſo & confeſſione propria.*

2. *Solutio mercedis vel penſionis quid arguat.*

3. *Conductionis titulo rem poſſidens locatori petenti illico poſſeſſionem ejus reſtituere cogitur.*

4. *Qualiter idem obtineat in quovis alio, qui rem aliquam alieno nomine poſſidet.*

5. *Rem meo nomine poſſidens, ſi ejus reſtitutionem mihi deneget, ſpoliare me dicitur.*

6. *In præjudicium conductoris ex ſola conductione probatur poſſeſſionem ad rei conductæ locatorem ſpectare.*

7. *De fide privatæ ſcripturæ in antiquis, & num. 11.*

8. *Communis opinio tenenda.*

9. *Pœna judicis à communi recedentis.*

10. *Cauſa poſſeſſorij dicitur modici præjudicij.*

12. *Per Inſtrumenta an & quando poſſeſſio ejusq́; traditio probetur vel non, & numer. 38. & 64.*

ɛ3. *Antiquum quod dicatur.*

14. *Conſtitutio victalitij in aliqua re arguit poſſeſſorem & dominum.*

15. *Actui auctoritatem præſtans, actum fateri & approbare intelligitur.*

16. *Appellatione rei meæ, quid comprehendatur.*

17. *Diſpoſitio l. ſi domus. §. fin. de legat. 1. an in titulis oneroſis obtineat.*

18. *In favorem alicujus introducta in ejus odium retorqueri non debent.*

19. *A propria ſignificatione verbi non recedendum.*

20. *Agenti ex l. ſi quis conductionis. C. de locat. exceptio dominij objici non poteſt.*

21. *Ratio quia nunquam agenti remedio recuperandæ vel redintegrandæ poſſeſſionis dominij exceptio opponitur.*

22. *Etiamſi quis dominium in continenti probare velit.*

23. *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*

24. *Probatio nunquam concludit per poſſibile.*

25. *Probatio non neceſſariò concludens probationis nomen non meretur.*

26. *Veriſimile non eſt, Principem alicui in jure ſibi quæſito præjudicare velle.*

27. *Interpretatio non veriſimilis non admittenda, nec probatio num. 29.*

28. *Non veriſimilia incredibilia reputantur.*

30. *Efficacia clauſulæ,* Salvo jure tertii.

31. *Hæc clauſula in inveſtituris non expreſſa ſubintelligitur, & num. 36.*

32. *Feudum præſumitur gratis conceſſum.*

33. *Præſumptioni juris ſtandum, donec contrarium probetur, & num. 103. 104.*

34. *Gratis alicui rem concedens ſimpliciter, intelligitur tantùm illud jus conceſſiſſe, quod ipſe in illa re habet.*

35. *Quod in feudi conceſſione obtinet, etiamſi illa non gratis ſit facta.*

37. *Clauſulæ conſuetæ apponi in inveſtituris, ſi omiſſæ ſint, pro appoſitis habentur.*

38. *Ex curſu temporis antiqui requiſita, in aliquo actu interveniſſe præſumuntur.*

39. *Ex eo quod quis Inſtrumenta cauſæ penes ſe habet, ſaltem præſumptivè probatur, quod mandatum habeat cauſam illam agendi.*

40. *Et ex eo, quod Inſtrumenta hæreditaria quis penes ſe habet, quod hæres ſit.*

41. In

Digitized by Google

41. *In factis antiquis probandis leviores probationes & conjecturæ ſufficiunt.*

42. *Sufficit initium poſſeſſionis probare, & ſemel poſſidens ſemper poſſediſſe præſumitur.*

43. *Quod obtinet non in primo poſſeſſore ſolùm, ſed & in omnibus ſucceſſoribus illius.*

44. *An verò poſſeſſio non præſumatur continuata ultra decennium.*

45. *Opinio melioribus rationibus nitens contra communem tenenda.*

46. *Quando ex ſolo titulo & dominium & poſſeſſio transferatur.*

47. *Pluribus titulis ſe juvare non eſt prohibitum.*

48. *De priori titulo & poſſeſſione fidem faciens præferendus illi eſt, qui ab eodem titulum & poſſeſſionem poſteriorem prætendit.*

49. *Ex prioritate tituli prior poſſeſſio præſumitur.*

50. *Titulum onerofum priorem habens, indiſtinctè præferendus illi, qui titulum habet lucrativum poſteriorem, licet probetur traditionem illi prius factam.*

51. *Ex contractu Principis dominium in accipientem ipſo jure ſine traditione transfertur ſecundum multos.*

52. *Per Inſtrumentum continens contractum Principis, dominium probatur etiam in illis caſibus, in quibus alioquin per Inſtrumentum non probatur.*

53. *Principes ſeculares habentes realem dignitatem, quo jure in territorijs ſuis utantur.*

54. *Princeps faciens aliquid in præjudicium illius, quod antea fecit, præſumitur circumventus.*

55. *Contractus cum Principe celebratus bonæ fidei eſt.*

56. *Dolus dans cauſam b. f. contractui ipſo jure illum annullat.*

57. *Colonus vel conductor domino à quo rem conduxit, nec in dominio nec in poſſeſſione præjudicat, vel ipſo quod curat, ſi de hac re inveſtiri ab alio, ſi nihilominus mercedem conventam domino ſolvit.*

58. *In facto alieno quis probabilem ignorantiam habet.*

59. *Ignorantia juſta cauſa eſt concedendi reſtitutionem in integrum.*

60. *Contra lapſum etiam 30. vel 40. annor. in integrum reſtitutio conceditur ignoranti juxta commun.*

61. *Imò & 100. vel 1000. annorum.*

62. *Conventus conditione ex l. ſi quis conductionis, C. de locat. actori præſcriptionis exceptionem objicere nequit.*

63. *Præſcriptio cum facti ſit, non præſumitur.*

65. *Hodie poſſidens non præſumatur olim poſſediſſe.*

66. *Pro alio poſſidens non præſcribit, & n. 72.*

67. *Vſufructuarius ejusvè hæres non præſcribit proprietatem.*

68. *Conductor ultra 30. annos rem poſſidens & uniformem Canonem ſolvens, an jus perpetuæ coloniæ præſcribat, & num. 90. ubi declaratur Baldi & ſequac. opinio.*

69. *Contra ea, quæ meræ facultatis ſunt, regulariter præſcriptio non currit.*

70. *Qualiter ſine poſſeſſione præſcriptio non procedat.*

71. *Conductor nec civilem nec naturalem poſſeſſionem habet.*

72. *Sed alterius nomine poſſidet.*

73. *An conductor contra locatorem præſcriptione juvare ſe poſſit, ſi ipſe poſſeſſionem locatori interverterit.*

74. *Refertur conſil. Ruini, & quid ille requirat ad hoc, ut quis per ſolutionem Canonis penſionis ſive mercedis jus emphyteuticum vel perpetuæ coloniæ præſcribat.*

75. *Per mutationem penſionis annuæ præſcriptio interrumpitur.*

76. *De fide privatæ ſcripturæ, & quando plenè probet, & n. ſeq. & n. 78. & 79.*

77. *Nobiles plebeis fide digniores.*

78. *Veriſimilia quantum probent.*

80. *Tractatus non arguit conſummationem & velut inſiemem.*

81. *Niſi præſumptivè.*

82. *Ex ijs, quæ in continenti fiunt, multa præſumuntur.*

83. *Reſponſio ſequens, ſecundum præcedentem interrogationem intelligenda eſt.*

84. *Pluritas actuum non præſumitur.*

85. *Interruptâ poſſeſſione qualiter nova præſcriptio requiratur.*

86. *In mala fide eſt ſciens, ſe eſſe obligatum.*

87. *Cum mala fide nulla præſcriptio currit. De jure Canon.*

88. *Mala fides defuncti univerſali ſucceſſori indiſtinctè nocet, juxta commun.*

89. *Error juris præſcribenti non patrocinatur.*

91. *Conductio in perpetuum impropria conductio eſt.*

92. *Verba accipienda in propria ſignificatione.*

93. *Verba ſimpliciter prolata, contra proferentem intelligenda.*

94. *In dubio præſumitur is contractus initus, qui in regione magis frequentatur.*

De con-

De communiter accidentibus, ibidem.

95. *In dubio inter contrahentes præſumitur actum, quod utriq; prodeſt.*

96. *Locatio non ſimplex ſed perpetua utile dominium transfert.*

97. *In dubio præſumitur talis contractus initus, qui dominium non transtulerit.*

98. *Semper inſpiciendum id, quod minus eſt, illuſtratur exemplis.*

99. *Captioſa liberalitas improbatur lege.*

100. *Donationes non præſumuntur.*

Ne quidem ex lapſu alicujus temporis num. 106.

101. *Etiam inter perſonas ſanguine junctas.*

102. *Emphyteuſis & locatio in perpetuum quatenus cenſeantur donationes ut emptio & venditio.*

103. *Præſumptiones liquidiſſimè probationes ſunt.*

104. *Præſumptiones juris ab onere probandi relevant.*

105. *Ex præſtatione Canonis quando titulus præſumatur.*

107. *Præſumptio inducta ex annuis præſtationibus cujuſmodi ſit.*

108. *Contra præſumptionem juris & de jure, quæ probatio contraria admittatur.*

109. *De reſtitutione vel recuperatione rei vel poſſeſſionis ſequeſtratæ, & num. ſeqq.*

110. *Res ſequeſtrata ei reddenda, cui jura volunt.*

111. *Ideò ſpoliato.*

112. *Facta ſequeſtratione omnia remanent in illo ſtatu, in quo fuerunt ante ſequeſtrationem.*

113. *Iudex locatori ſpoliato reſtitutionem petenti, illam ſimpliciter & ſine dilatione concedere debet.*

114. *Sequeſtratio facta propter ſcandalum evitandum relaxari ad petitionem ejus non debet, qui ſcandali cauſam præbuit.*

115. *Sequeſtrum in præjudicium poſſeſſoris vel detentoris; quibus caſibus licitè fiat.*

116. *Interdictum,* Uti poſſidetis, *non datur pro relaxandis areſtis.*

Nec remedium c. redintegrandæ, nu. 119.

117. *In interdicto,* Uti poſſidetis, *quis obtineat.*

118. *Conductori pro recuperanda poſſeſſione quomodo ſuccurratur.*

119. *Et an ei detur remedium, c. redintegrandæ.*

120. *Declaratur dictum, quod res ſequeſtrata neutri litigantium ante litem finitam reddenda.*

121. *Declaratur text. l. litib. C. de agricol. & cenſ.*

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QUO NIHIL FELIX FAUSTUMQVE.

AD CASUM PRÆſentem primamque quæſtionem breviter ut reſpondeam, exiſtimo, jure fundatum eſſe, quod J. de B. G. de C. controverſam dimidiam decimæ ante B. ſitam concedere, illiq; relinquere teneatur: præcipuè verò eo caſu, ſi G. de C. ex diſpoſitione *l. ſi quis conductionis. C. de locat. & conduct.* contra J. de B. agere juxtaq; diſpoſitionem illius L. actionem ſuam in id fundare velit, quod J. de B. illa bona ab illo de C. conduxerit, illiq; quotannis de illis bonis penſionem præſtiterit; atque illo ipſo decimas illas à C. recognoverit, ipſiusq; nomine poſſederit: quodq; ideò de B. teneatur de C. dictam dimidiam decimæ abſque omni contradictione concedere atque relinquere, idq; proter ſequentes jurium rationes.

Nam primò, J. de B. coram Teſtibus Notarioq; confeſſus eſt, quod dictus controverſas decimas ab A. de C. patri G. de C. pro 24. modiis frumenti conduxerit: Quæ confeſſio contra J. de B. plenam probationem inducit.

Namque clari & indubitati juris eſt, quod † confeſſus pro judicato habeatur, *l. 1. C. de confeſſ.* Quodq; confeſſio contra confitentem plenam fidem faciat, *l. de ætate. §. 1. ff. de interrog. act.* & Inſtrumento ſive probationi inſtrumentali æquiparetur, *l. cum te. & ibi Iaſ. Dec. & Dd. C. de tranſact. c. cum ad ſedem. §. nos prioris cauſa. extr. de reſtitut. ſpoliator.* atq; vim majorem habeat, quam ulla alia probatio, *Dec. d. l. cum te. num. 7. C. de tranſact.*

tranſact. arg. c. 1. de confeſſ. lib. 6. c. cum Iohannes extr de fide inſtrument. Imò, & notorium inducat, *c. fin. extr. de cohabitatio. Cleric. & mulier. c. cum olim. extr. de verbor. ſignificat.* & admittatur tàm contra præſumptionem juris & de jure, *gl. §. illud. authent. de æqual. dotis. & donat. propt. nuptias. gl. l. in contractibus. in princip. C. de non numer. pecun. Bart. authent. ſed jam neceſſe. C. de donat. ante nupt. argum. l. 1. & ibi Salicet. C. de dolo*, quàm contra ſententiam, quæ in rem judicatã tranſivit, *Innocent. c. quia plerumq. extr. de immunit. Eccleſ. Abb. c. is qui fidem. extr. de ſponſalib. Iaſ. l. admonendi. ff. de jurejurand.*

Neque obſtat, ſi forſan contra hoc prætendi velit, G. de C. (quando confeſſio illa facta fuit) præſentem non fuiſſe, quodq; ideò confeſſio illa in ipſius favorem nullam plenam fidem faciat. Cum legibus cautum ſit, confeſſionem factam parte abſente plenam fidem non facere, Nam cum G. de C. Notarium unà cum teſtibus ad J. de B. ablegavit, illiq; injunxerit, ut apud J. de B. omnes circumſtantias hujus cauſæ expiſcaretur, atque illud, quod confiteretur, audire & in notam ſumere deberet, de jure exiſtimatur, idem eſſe, quàm ſi G. de C. huic confeſſioni in perſona præſens adfuiſſet, juxta text. expreſs. *l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſſ.* ubi JCtus inquit, Certè Procuratorem, Tutorem, Curatoremvè præſentem eſſe ſufficit.

2 Secundò, † cum J. de B. A. de C. & poſt obitum ipſius præſenti G. de C. de dicta dimidia decima annuam penſionem ſolverit, eo ipſo probatur, J. de B. illam decimam non nomine proprio ſed nomine de C. poſſediſſe atque uſurpaſſe, & quod decimæ illæ tàm quoad dominium quam quoad poſſeſſionem ad G. de C. pertineant.

Namque clari & indubitati juris eſt, quod per ſolutionem mercedis ſive penſionis probetur ſolventem illam rem, pro qua ipſe penſionem ſolvit, nomine recipientis poſſidere, prout tradit *Bart. l. qui univerſa. §. qui per colonum. ff. de acquirend. poſſeſſ. Angel. & Alex. l. quamvis. §. 1. ff. eod. tit. Bald. c. cum veniſſent. extr. de reſtitut. ſpoliat.*

Huc accedit, quod & idem *Bald.* alibi dicit, quod pceptio penſionis repræſentat naturalem actum poſſeſſionis, prout hoc tradit *Bald. l. ad probationem. col. 2. C. locatio.*

Quodq; in fortioribus terminis traditur, quod ſi ſolvi tibi penſionem pro aliquo fundo indicium eſt, quod à te habui, quodq; proprietas illius fundi tua ſit, *arg. l. litibus. C. de agricol. & cenſ. lib. 11.* & ſic ex ſolutione cenſus præſumatur, quod ille, cui ſolvitur, ſit proprietarius, *Iacob. de Aret. l. indicia. & ibi Bald. C. de rei vendic.*

3 Et ulterius hinc ſequitur, † ſi G. de C. ex diſpoſitione *l. ſi quis conductionis. C. de locat. & conduct.* contra J. de B. actionem ſuam inſtituere velit, quod dictus J. de B. ipſi litigioſam illam dimidiam decimam abſque ulla mora cedere atque relinquere teneatur: ſeq; contra hoc nullis exceptionibus vel defenſionibus tueri poſſet, ſicut hoc expreſsè probat text. *l. ſi quis conductionis. C. de locat. & conduct.* ubi Imperator inquit, Si quis conductionis titulo agrum vel aliam quamcunque rem accepit, poſſeſſionem prius reſtituere debet, & tunc de proprietate litigare, & ſic ex illo textu expreſsè liquet, eum qui titulo conductionis rem aliquam poſſidet, locatori petenti illicò & in continenti poſſeſſionem illius rei reſtituere cogi, prout hoc ex illo textu ibidem colligunt, *Bart. Bald. Salic. & Dd. communiter.*

4 Et licet ille textus loquatur tantùm † in conductore, tamen ille textus ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam, non tantùm in conductore ſed quolibet alio, qui rem aliquam alieno nomine poſſidet, ſaltem quoad utilem actionem, locum habet, prout hoc expreſsè tradit *gl. & l. ſi quis conductionis. & ibi Salicet C. de locat. & conduct. Bart. & Paul Caſtrenſ. l. commodare. & ibi Alex. in addit. ff commodati. Bart. l. ſi alienam. & ibi Alex. num. 8 ff. ſolut. matrim. Paul. Caſtrenſ l. quæ rem. ff. depoſiti. & in l. rem alienam. ff. de pignorat. act. Dec. conſ 56. addit. ad Abb. c. inter dilectos. num. 26. extr. de fide inſtrument.* Et hujus deciſionis efficax aſſignatur ratio.

5 Namque cum eo ipſo, quod † colonus vel alius meo nomine rem aliquam poſſidens mihi reſtitutionem poſſeſſionis denegat, me illa poſſeſſione ſpoliare intelligatur, *Bart d. l. ſi quis conductionis. num. 2. & ibi Bald num. 2. & Salicet. num. 1. C. de locat. & conduct. Bart. l. fin. argum. ill. text ff. de precario. Bart. l. Pomponius. § cum quis. num. 7. ff. de acquirend. poſſeſſ. Alex. l. ſi rem alienam. num. 8. ff. ſolut. matrim Socin. conſ. 287. lib. 2.* Uſq; adeò, ut is qui ab eo, cui reſtitutioné poſſeſſionis denegavit, propria authoritate in continenti ex illa re expelli & dejici poſſit, *l. cum fundum. & ibi Bart. ff. de vi & vi armata.*

Sicut

Digitized by Google

Sicut & alius quilibet ſpoliatus ſpoliatorem ſuum in continenti dejicere & expellere poteſt, *l. 3. §. cum igitur. & ibi Bart. & Dd. ff. de vi & vi armata. c. cum ad ſedem. & ibi Dd. extr. de reſtitut. ſpoliat. gl. & Dd. c ſignificaſti. el. 2. extr. de homicid. Bart. & Dd. l. 1. C. unde vi.* receptum eſt, eum, cui reſtitutio poſſeſſionis denagata fuit, ab illo, qui iſtam poſſeſſionem ſuo nomine tenebat, perinde in continenti & ante omnia reſtituendum eſſe, *Bart. d. l. ſi quis conductionis. num. 2. & ibi Salicet. num. 1. C. de locat. & conduct. Bart. d. l. commodare. ff. commodati. Bart. l. fin. ff. de precario. Paul. Caſtrenſ. l. qui rem. ff. depoſiti. Alex. l. ſi rem alienam. num. 8 ff. ſolut. matrim.* Sicut quilibet alius ſpoliatus in continenti, & ante omnia reſtituendus ſit, *l. 1. C ſi per vim vel alio modo. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad leg. Iul. de vi. c. fin. extr. de ordin. cognit.*

Neque Joannes de B. contra hoc ſe defendere poterit, quod ille concedere nolit, Godehardum de C. ipſiusq; majores controverſam illam dimidiam decimam unquam in poſſeſſione habuiſſe: vel in hunc uſque diem adhuc habere.

Namque eo ipſo, quod Joannes de B. confitetur & concedit, quod controverſam decimam ab Aſcanio de C. præſentis G. de C. patre conduxerit, ſimul atque confitetur, neceſſarioq; concedere, habet quod Nobiles de C. iſtam ſæpedictam dimidiam decimam in poſſeſſione vel quaſi habuerint, inq; hodiernum diem adhuc habeant. Cum in jure expreſsè cautum ſit, quod in præjudicium † conductoris ex ſola conductione probetur, poſſeſſionem ad rei conductæ locatorem ſpectare, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradunt *Domini de Rota in antiquis, deciſ. 102. incip. item nota quod Inſtrumentum.* & refert atque ſequitur *Felin. c. inter dilectos. num. 8. extr. de fid. inſtrum.*

Et hoc abſque omni dubio verum eſt, quando ultra locationem alia concurrunt, tunc enim ex locatione non tantùm contra conductorem, ſed etiam contra quemcunque alium probatur, locatorem rei locatæ poſſeſſionem & habere & habuiſſe, *Bart. l. ad probationem. C. de locat. & conduct. Felin. c. inter dilectos, num. 8. extr. de fid. inſtrument.*

Ideoque cum in caſu præſenti ultra locationem factam multa alia concurrant, ex quibus probatur, Nobiles Dominos à C. quaſi poſſeſſionem dimidiæ decimæ controverſiæ & habuiſſe & habere, dubio omni caret, in caſu noſtro ex locatione facta ſatis probari, Nobiles Dominos à C. & habuiſſe & habere quaſi poſſeſſionem dimidiæ decimæ controverſæ.

Inſuper, Joannes de B. per illud tempus, quo controverſam dimidiam decimam uſurpavit, ſemper omniq; tempore Godehardo de C. ipſiusq; patri Aſcanio de C. annuam penſionem ſolvit, ex qua perceptione penſionis ſimiliter probatur, quod C. controverſam decimam ſemper omnique tempore in poſſeſſione habuerint, in hodiernumq; diem adhuc habeant, prout ſuperius dilucidè demonſtratum eſt, ad quod me refero.

Adhæc, Godehardus de C. cum antiquis regiſtris & annotationibus docere poteſt, quod majores ipſius ante complures annos, & nimirum Anno 1418. Anno 1419. Anno 1421. Anno 1422. Anno 1423. totam dimidiam decimam cum omnibus inde provenientibus in uſurpatione ac poſſeſſione habuerint, quemadmodum antiqua illa documenta & annotationes in perſonali audientia coram Ducalibus Dominis Conſiliariis produxit.

Et quamvis in contrarium adducitur, quod documenta illa atque annotationes privatæ ſcripturæ exiſtant, ideoque nullius effectus ſint nihilq; probent, hoc tamen nihil ad rem.

Nam tam annotitiones & rationes illæ, quàm actus poſſeſſorii, qui in illis annotati ſunt, excedunt centum annos.

Et eſt clari atque indubitati juris, quod in † factis antiquis privatæ ſcripturæ, & ſimiliter antiquæ plenam fidem & probationem faciant, præſertim quando agitur de poſſeſſione probanda, *Anton. de Butr. c. 2. col. 4. verſ. tertij caſus. extr. de fide inſtrum. Iaſ. l. admonendi. num. 77. ff. de jurejur. Iaſ. conſil. 61. col. 3. verſ. 3. lib. 3. & conſ. 166. col. 5. lib. 4.*

Et licet aliqui Dd. velint, ſcripturam privatam, etiam quando agitur de probando id, quod antiquum eſt, non plenam ſed ſemiplenam tantùm fidem facere, *Speculat. in tit. de inſtrument. edit. §. nunc dicendum. col. penult. verſ. regulariter ergò. Felin. c. 2. col. 3. ſimul. 5. extr. de fide inſtrum. Socin. conſ. 156. col. 5. lib. 2. Dec. c. cum cauſam. col. 2. verſ. 2. extr. de probatio. Iaſ. repet. l. admonendi. num. 87. & ibi Ripa ff. de jurejur. Iaſ. l. cum aliquis. col. fin. C. de jur. delibe.* Tamen hoc tantùm procedit in judiciis petitoriis, vel quando

agitur

agitur de proprietate ſive dominio rei vel juris probando.

Secus autem eſt in judiciis poſſeſſoriis, ſive in quibus agitur de poſſeſſione vel quaſi rei vel juris probanda. In iis enim ſcriptura privata antiqua & de factis antiquis loquens, plenam & omnimodam fidem facit, eam ob cauſam, quia in judiciis poſſeſſoriis ſive in quibus de poſſeſſione vel quaſi probanda agitur, tam unius teſtis quam alia quælibet probatio ſemiplena, & plenam fidem facit, & ad ſententiam proferendam ſufficit, ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam, ſicut hoc expreſſè & in ſpecie tradit *Bart. l. 2. ſ. fin. C. ubi in rem actio. Bart. l. 1. nu. 6. C. quorum bonorum. Petr. de Anchor. conſ. 41. incip. circa recuperanda. Calcan. conſ. 100. incip. quod veniat, col pen. verſ. nec habet. Corneus conſ. 172. nu. 24. lib. 2. conſ. 1. nu. 26. lib. 3. Socin. conſ. 187. & conſ. 266. nu. 28. lib. 2. Hieronym. Graſſus conſ. 22. nu. 8. & 7. lib. 2. Dec. c. cum cauſam. nu. 2. extr. de probat. Dec. c. 1. nu. 17. extr. de appel. Dec. l. 2. nu. 1. C. de Carbon. edict. Dec. l. fin. nu. 15. C. de edict. Divi Hadri. toll. idemq; Dec. conſil. 56. conſil. 252. & conſil. 663. Curt. jun. repet. l. Admonendi col. antepenult. & ibi Iaſ. nu 223 ff. de jurejur. Hippolyt. de Marſil. l. de minore. §. plurimum. num. 54. ff. quæſtion. Hippolyt. ſing. 433 & ſing. 620. Aymon. Cravet. conſ. 158. num. 12. lib. 1. Caſſaneus in conſuetud. Burgund. in 1. rubrica. verb. Meſſiers & ſorgens ibi Sont. Creuz. num. 4.*

Et cum hæc opinio communis ſit, ab illa neque in † judicando neque in conſulendo recedendum erit. Quia clari juris eſt, quod judex in judicando ſemper teneatur ſequi communes & receptas Dd. ſententias, *Bald. l. 1. arg. ill. text. ff. de Senatorib. Abb. Felin. & Dec. c. 1. extr. de conſtitut. Bald. c. 1. §. judices. de pace juramen. firman. Abb. c. novimus. arg. illius text. extr. de verborum ſignif. Alexan. conſil. 51. lib. 5. facit text. c. de induciis 3. q. 3. c. prudentiam. in princ. extr. de offic. delegat. l. 1. ff. de offic. quæſtor. l. Athletas. ff. de his qui notan. infam.*

Uſque adeò, ut † judex qui contra communem opinionem judicat, & imperitus præſumatur, *Alex. conſ. 95. num 6. lib. 2.* & faciat litem ſuam, & parti læſæ ad id, quod intereſt, condemnetur, *Bart. l. final. C. de pœna judicis qui male judicav. Angel. l. terminato. C. de fructib. & litium expenſ. Anton. de Butr. c. ex literis, extr. de Sponſalib. Abb. c. prudentiam. in princip. extr. de offic. delegat.*

Iaſ. l. cum prolatis. ff. de re judic. Præterea hæc ſententia evidenti ratione confirmatur.

10 Namque clari juris eſt, quod † cauſa poſſeſſorii dicatur modici ſive exigui præjudicii, etiamſi in illa agatur de poſſeſſione illius rei, quæ eſt magni valoris, *Rota deciſ. 1. in tit. de offic. Archidiac. in antiquiorib. Bart. l. Admonendi col. pen. verſ. ſed eſt advertendum. ff. de jurejurando. Dec. conſ. 56. nu. 1. Aymon. Cravet. conſ. 158. num. 12. lib. 1.*

11 Et ſimiliter clari & indubitati juris, quod † ſcriptura privata antiqua in iis, in quibus de levi ſive exiguo præjudicio agitur, plenam fidem faciat, prout hoc expreſſè tradit *Abb. c. cum cauſam. extr. de probationib.*

Inſuper in principalibus literis emptionis anno 1491. erectis hæc diſpoſitio reperitur: Et nos dicto Godehardo de C. ipſiusque hæredibus dictam dimidiam decimam in B. tradidimus in ipſius uſum uſurpationemque. Quo cum plenè probatur, Principem Illuſtriſſimum dictum Godehardum de C. præſentis Godehardi de C. avum in realem quaſi poſſeſſionem controverſæ dimidiæ decimæ poſuiſſe, atque ideò dictum Godehardum de C. realem poſſeſſionem vel q. litigioſæ dimidiæ decimæ per hoc acquiſiviſſe.

12 Namque licet alioquin † regulariter per inſtrumenta poſſeſſio ſive traditio poſſeſſionis non probetur, *l. prædia. cum ibi notatis per Dd. ff. de acquirend. poſſeſſion. Specul. in tit. de emption. & vendit. §. ſciendum verſ. ſi vero res cum verſ. ſequenti Bart. & Dd. l. 2. C. de acquir. poſſeſ. Bald. l. indicia. C. de rei vend. Bald. rubr. quæſt. 18. C. de fide inſtrum. Bald. §. Traditionem. Inſtitut. de rer. diviſ. Dd. c. cum veniſſent. extr. de reſtitut. ſpoliator.*

Tamen hoc fallit in inſtrumentis antiquis, per illa enim poſſeſſionem ſive traditionem poſſeſſionis plenè probari, expreſſè & in ſpecie tradit *Dec. conſil. 36. num. 6. & 8. ubi ipſe atteſtatur, eandem opinionem amplecti Paul. Caſtrenſ. conſil. 48. incip. in cauſa, quæ vertitur. col. 5.*

13 Et licet alioquin Dd. aſſerant, illud tantum † antiquum dici, quod 100. annorum metam excedit, *Innocent. c. veniens. extr. de verbi. ſignificat. Alexan. Iaſon & Dd. l. cum aliquis. C. de jure deliberandi, Alexan.*

conſ. 6. lib. 1. Cornel. conſ. 25. in fin. lib. 3. Curt. ſen conſ. penult. col. fin. Dec. c. 8. col. 4. extr. de appellat. Curt. jun. conſ. 17. col. 2. Paul. Caſtrenſ. conſ 139. lib. 1.

Tamen in iis, in quibus agitur de probanda poſſeſsione vel quaſi vel ſimili actu qui non eſt ita multum gravis præjudicii. Illud dicitur antiquum, quod 40. annos excedit, prout hoc tradit *Aymon. Cravet. in tract. de antiq. tempor. 1. part. §. 1. num. 6. & refert atq; ſequitur Hieronym. de Monte in tractat. de finib. cap. 70. num. 6.*

Ad hæc, Godehardus de C. ſenior præſentis Godehardi avus legitimæ ſuæ conjugi præſentis Godehardi aviæ, in Inſtrumento dotalitio, quod inter ipſos erectum fuit, in compenſum dotis dimidiam hanc controverſam decimam cum aliis bonis in victalitium conceſſit; atque pactis illis matrimonialibus Brunonem de B. Ioannis de B. patrem tanquam mediatorem interfuit, illaque cum aliis autoritate ſua conciliavit.

Simili modo Aſcanius de C. Godehardi de C. patrem ſeptem modios frumenti ex controverſa hac dimidia decima cum pacto de retrovendendo, vendidit, pro qua emptione Ioannes de B. tanquam fidejuſſor quærendæ ſe obligavit, atque in Inſtrumento deſuper erecto apertè confeſſus eſt, Aſcanium de C. frumentum illud è ſua dimidia decima ante B. vendidiſſe.

Ex quibus actibus ſaltem præſumptivè fides fit, non tantum quod quaſi poſſeſsio, verùm etiam quod dominium dictæ dimidiæ decimæ ad Nobilem dominum Godehardum à C. ejusque parentes & pertinuerit, & pertineat.

14 Namque certum eſt, † eo ipſo quod probatur, ſive fides fit, avum Godehard a C. uxori ſuæ conſtituiſſe victalitium in dimidia decimæ controverſæ, ſatis probatur atque præſumitur, quod ipſe & poſſeſsionem dictæ decimæ habuerit, & illud victalitium tanquam Dominus conſtituerit, juxta *text. l. Titia. ff. de ſolution.*

15 Et ſimiliter † legibus expreſsè cautum eſt, cum qui in aliquo actu autoritatem præſtat ſive tanquam autoritatem præſtans intervenit, omnia intelligatur fateri & approbare, quæ in illo actu geſta, dicta, vel conventa ſunt, *l. fidejuſſor. §. 1. ff. de pignorib. gloſ. c. ex literis verſ. teſtis inſcriptus, extr. de transaction. & illam gloſ. ibidem ſequuntur Anton. de Butr. & Abb.* qui dicunt, eum qui non tantum teſtis, ſed autor fuit, indiſtinctè ſibi præjudicare etiam in jure poſtea quæſito, *Idem vult Cardinal. Zabarell. d. c. ex literis & Bellemera. ibidem. Alberic. de Roſat. d. l. Cajus Felin. d. c. quoniam contra. numer. 46. extr. de probationib.*

Similiter per hoc, quod Ioannes de B. in obligatione Guarendæ confitetur, controverſam dimidiam decimæ ad Aſcanium de C. pertinere: quodque ſeptem illos modios frumenti ex decima illa ſua vendiderit, ſatis probatur, illam dimidiam decimam tàm jure poſſeſsionis quam jure dominii ad Aſcanium de C. pertinere.

Namque certum eſt, quod † appellatione rei meæ, vel ſuæ illa tantum res comprehendatur, quæ jure dominii mea vel ſua eſt, juxta text. expreſs. *l. ſervus. ff. de legat. 3.* 16

Neque in contrarium faciunt, quod ab adverſa parte in perſonali audientia 17 adductum fuit, † nimirum quod utraque & tàm vitalitii quam Guarendæ obligatio eo modo, interpretari atque intelligi debeant: quod Godehardus C. ſenior ſolummodò Jus ſuum ratione 24. modiorum frumenti in controverſa dimidia decima uxori ſuæ in victalitium conceſſerit, Aſcaniumque de C. ſeptem illos modios ex jure ſuo de illis 24. modiis ex controverſa dimidia decima vendidiſſe, atque ad hoc forſan allegare velint textum, *l. ſi domus. §. fin. cum ibi notatis per gloſ. & Dd. ff. de legat. 1.*

Namque primò, tàm victalitii obligatio quam emptio eſt titulus oneroſus, & jure cautum eſt, quod diſpoſitio *d. l. ſi domus. ff. de legat. 1.* Allein in titulis lucrativis, non autem in titulis oneroſis ſtatt habe / prout hoc tradit *Bald. Angel. Imol. Rapha. Alexan. & Dd. d. l. ſi domus. §. final.*

Secundò, † Diſpoſitio *d. l. ſi domus. §. final.* in diſponentis ſuorumque hære- 18

dum

dum commodum introducta eſt, ideoque contra diſponentem ſuosque hæredes vel in præjudicium ipſorum allegari nequit.

Cum ea, quæ in favorem alicujus introducta ſunt, in ipſius odium ſive præjudicium minimè detorqueri debeant *l. quod favore C. de legib. l. nulla. ff. eod. tit. facit. text. l. legatæ inutiliter. ff. de legatis. 1.*

Et confirmatur ex eo, quod alibi Dd. in ſimili tradunt, licet quilibet præſumatur bonus, cum tamen hæc præſumptio in favorem illius, pro quo militat, introducta ſit, illam in damnum ſive præjudicium ipſius allegari non poſſe, *gloſ. Bart. & Paul. Caſtrenſ. l. qui juraſſe. §. ſi pater. ff. de jurejuran. Felin. c. fin. num. 13. extr. de præſumption.*

Tertiò, ſuperiùs demonſtratum eſt, quod ſecundum propriam & genuinam ſignificationem vocabuli, Auß ſeinem halben zehenden / ſeu ex ſua dimidia decima ſolummodò illa dimidia pars decimæ comprehendatur, quæ ad aliquem jure dominii ſpectat.

19 Et eſt clari juris, quod † omnia verba ſint in propria ſignificatione accipienda, nec ab illa recedendum, *l. 1. §. ſi is qui navem. ff. de exercit. action. l. non aliter, in princip. & l. ille aut ille, §. cum in verbis. ff. de legat. 3.*

Quinimò omnis interpretatio, quæ verbis non congruit, rejicitur, *Bart. Imol. & Angel. Aretin. l. ab executore. ff. de appellat. Bart. l. duobus. §. ergo ſi quis. ff. de jurejurand. Bald. l. ea quæ. C. comminationes Epiſtolæ. Bald. l. voluntatis, col. fin. verb. quæro ſi ſtatuatur. C. de fidei commiſ. Bald. l. hac lege col. 1. C. de ſentent. ex brev. recitan. Bald. l. certo generi. §. 1. de ſervitut. urb. præd. Angel. l. ſi quis intentione. ff. de judiciis. Imol conſ. 81. Dominic. c. licet. col. 3. de Teſtament. Paul. Caſtrenſ. conſil. 338. lib. 1. Franc. Aretin. l. 5. §. ſtipulatio col. 1. ff. de verbor. obligat. Franc. Aretin. l. quicquid aſtringendæ, in princip. & ibi Iaſon ff. eod. tit. Franciſc. Aretin. l. adita col. 2. & ibi Franciſc. Purpuratus num. 100. C. de edend. Alexan. l. divortio col. 4. ff. ſolut. matrim. Socin. l. naturaliter. §. nihil commune col. 7. ff. de acquir. poſſeſ. Barbat. conſ. 38. col. 12. lib. 2.*

20 Ulterius neque † per hoc Ioannes, de B. contra hanc impetitionem ſe tueri vel defendere poterit; quod ab illo allegatur, parentem ſuum dimidiam illam decimam anno 1494. ab Illuſtriſsimo Duce Henrico ſeniore in feudum accepiſſe. Nam hæc exceptio dominium concernit: Et eſt clari apertique juris, quod conventus conductione *d. l. ſi quis conductionis C. de locat. & conduct.* nullam exceptionem dominii objicere, neque de dominio proprio vel alieno excipere poſſit, etiamſi ipſe paratus ſit illam exceptionem in continenti probare, juxta text. *d. l. ſi quis conductionis & ibi gloſ. Cyn. Bart. Bald. Salicet. & Dd. C. de locat. & conduct. Bart. & Paul. Caſtrenſ. l. commodare. ff. commodati Paul. Caſtrenſ. l. qui rem. ff. depoſiti. Paul. Caſtrenſ. l. rem alienam. ff. de pignorat. act. Bart. & Alexan. l. ſi rem alienam. ff. ſolut. matrim. Anton. de Butr. & Abb. c. inter dilectas & ibi Felin. num. 22. extr. de fide inſtrum. Socin. conſ. 287. lib. 2. Dec. conſ. 56.*

Quod non tantùm locum habet in illo dominio; quod conductor ſive alius rem quampiam alieno nomine poſſidens prætendit, ſe habuiſſe tempore conductionis factæ, verùm etiam in illo dominio, quod quis prætendit, ſe poſt conductionem factam de novo acquiſivíſſe.

Namque nec de illo quidem conventus condictione *d. l. ſi quis conductionis*, excipere poteſt, ſicut hoc ſentit *gloſ. Bart. & Fulgoſ. l. ſi quis fundum. §. fin. ff. de locat. & conduct. & expreſſius tradit Cardinal Pariſ. in addit. ad Bart. d. l. ſi quis conductionis.*

Et confirmatur hæc † deciſio evidenti ratione, quia remedium *d. l. ſi quis* 21 *conductionis* eſt remedium recuperandæ poſſeſsionis, & indubitati juris eſt, quod agenti recuperandæ, *Bartol. l. naturaliter. §. nihil commune. num. 27. & ibi Fabius. nu. 50. Bologninus num. 20. usq; ad num. 24. ff. de acquirend. poſſeſ.* vel redintegrandæ poſſeſsionis exceptio dominii ſive dominium reſpiciens objici non debeat, *Innocent. & Dd. c. ſæpe. extr. de reſtitutio. ſpoliat. Claud. d. §. nihil commune num. 60. & ibi Anton. Rubeus. num. 145. & Ripa. nu. 75.*

Etiamſi quis non vi, ſed clam aut alio quocunque modo poſſeſsionem ſuam amiſerit; *Innocent. c. poſt electionem. extr. de conceſſione prebendæ. Innocent. & Anton. de Butr. c. ſæpe. extr. de reſtitut. ſpoliat.*

Ioan. Calder. & Anton. de Butr. c. cum ad ſedem. extr. eod. tit. Bartol. l. ſi coloni. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. Imola & Alexan. d. §. nihil commune. & ibi Fabius num. 51. & 52. Claud. num. 79. Harmannoctius num. 36. Anton. Rubeus num. 145. Berengar. 2. cap. principali num. 50. & Ripa. num. 73. Socin. l. rem quæ nobis. ff. de acquiren. poſſeßio.

22 Item † etiamſi quis paratus ſit de dominio ſuo in continenti fidem facere, *gloſ. l. 1. §. 1. verb. ad recuperandam. ff. de vi & vi armata. Dyn. c. qui ad agendum, de reg. jur. lib. 6. Bart. l. ſi de vi. ff. de jud. cum multis ſimilib. allegat. per Boer. deciſ. 238. num. 2.*

Ad hæc in allegatis literis feudalibus nulla ſpecialis mentio ſit, quod Nobiles de B. hanc controverſam dimidiam partem decimæ in feudum acceperint: Ex quo ſequitur, cum pro B. duæ dimidiæ decimæ exiſtant, de quarum una controvertitur, de altera verò non: Et Nobiles B. dimidiam illam decimam, de qua nulla controverſia eſt, in poſſeſſione & uſurpatione habeant, ex literis illis nequaquam argui vel inferri poſſe, patrem Ioannis de B. cum controverſa hac dimidia decima inſeudatum eſſe, ſed quod literæ illæ feudales ſolummodò de illa dimidia decima, de qua nulla controverſia exiſtit, intelligendæ & interpretandæ ſint; præcipuè cum non ſit credibile, ſublimè nominatum Illuſtriſſimum Principem dimidiam controverſam decimam quam Illuſtriſſ. ſua Celſitudo ante triennium Nobilibus de C. hæreditariè vendiderat, B. in feudum conceſſiſſe, Et ſi literæ illæ feudales aliter interpretari deberent, ad B. non ſolùm dimidia ſed tota decima ante B. pertineret: quod ipſum tamen verbis literarum feudalium è diametro contrariari vellet, Ideoque illa illatio ſive collectio, quam B. ex literis feudalibus libenter colligere vult, nullo modo procedere poteſt.

Namque certi & indubitati juris 23 eſt, † quod non probet hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, *l. neq. Natales. C. de probationib.*

Quodque quælibet probatio debeat de neceſſitate concludere, atque alioquin nihil probet, *c. in præſentia. & ibi Dd. extr. de probationib. c. final. extr. de cauſ. poſſeßion. & proprietat. c. final. extr. de ſucceß. ab inteſtat. l. penult. §. docere. & ibi Bartol. ff. ne quis eum qui in jus vocat. eſt, vi eximat. l. non hoc & ibi Iaſon, Dec. & Dd. C. unde legitimi.*

Huc accedit, † quod probatio nunquam concludat per poſſibile, ſed debeat concludere per neceſſe, *Bald. c. Ad probationem la. 2. C. de probat.* 24

Quodque † probatio non neceſſariò concludens, nec nomen probationis mereatur, *Bald. l. matrem. arg. ill. text. C. de probation.* nec indicium vel præſumptionem faciat, *Bald. l. 2. col. final. C. de bonor. poſſeß. ſecund. tabul.* 25

Similiter indubitati juris eſt, quod probatio non neceſſariò concludens contra probantem, ſive contra illum, qui illam probationem profert, interpretanda ſit, *gloſ. c. in præſentia, extr. de probat. Bartol. l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verb. obligation. Bart. l. ſi quis intentione ambigua. ff. de jud. Bald. l. quoties. §. ſi quis ita. ff. de hæredib. inſtituend.*

Præterea quoque veriſimile non eſt, Illuſtrem Principem Henricum Seniorem de illamet eadem dimidia decima, quam ſua Illuſtris dominatio alteri avo nempè Godehard à C. antea vendidit, Brunonem à B. inveſtiviſſe, & vel Nobilib. à C. in jure ipſis quæſito præjudicare vel ſuam Illuſtrem dominationem evictionis periculo ſubjicere voluiſſe.

Namque non eſt veriſimile, † nec 26 præſumitur, principem velle alteri in jure ſibi quæſito Præjudicare, *l. 2. §. merito. & §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco public. fat. text. l. ex facto in princip. & ibi Iaſ. ff. de vulg. & pupil. Iaſon l. final. ff. de conſtitut. princip.*

Eodem modo veriſimile non eſt, quod Princeps ſe periculo evictionis ſubjicere voluerit, *arg. l. cum de indebito. ff. de probat. l. contra juris. §. final. & ibi Iaſ. & Dd. ff. de pactis. l. filiusfamil. ff. de donation.*

Igitur nec inſtrumentum inveſtituræ ita interpretari, nec per id probari poteſt, quod Illuſtris Princeps & dominus Henricus ſenior de dimidia

parte

parte decimæ controverſæ Nobilem Brunonem à B; inveſtierit.

27 Clari enim juris eſt, quod † interpretatio non veriſimilis non ſit admittenda, *c. cum ſint partium. de reg. jur. lib. 6. Bald. l. ſi quis intentione ambigua, & ibi Angel. ff. de judic. Felin. c. ſuper quæſtionum. col. 1. extr. de offic. delegati.*

28 Et cum ea, quæ non ſunt † veriſimilia incredibilia reputentur, *arg. l. Mevius, in princip. ff. de legat. 2.* Atq; experimentum verorum ſermonum ſit, quod conveniunt rebus ſenſatis ſive veriſimilibus, *Bald. in tractat. Schiſmatis quem poſuit ſub rubric. C. ſi quis aliquem teſtari probibuerit col. antepen. Bald rubric. col. 1. C. de probation. Bald. l. teſtium, col. pen. C. de teſtib. Bal. c. ad hac col 3. verſ.* Item ratione officii, *extr. de poſtulat. prælat Idemq; conſ. 237. col. 2 lib. 3. Curt. ſen. in tractat. de teſtibus concluſ. 32. Barbat. conſ. 80. col. 3. lib. 2.* Atq; id quod remotum eſt à veriſimili, quædam falſitatis imago ſit, *Bald. l. 1. col. 3. C. de ſerv. fugiti.*

29 Receptum eſt, non eſſe † admittendam probationem rei non veriſimilis, *Imola. c. quia veriſimile extr. de præſumption.* Nec judicem debere dare fidem non veriſimilib. *Petr. de Anchor. conſ. 257. col. final.* Quodq; is, qui allegat ea, quæ veriſimilia non ſunt, audiri non debeat, *Petr. de Anchor. conſ. 330. col. 4.*

Huc accedit, quod confeſſio non veriſimilis non ſit attendenda, *Bald. l ſi quis in hoc genus. C. de Epiſcop. & Cleric. Petr. de Anchor. conſ. 24. Cæpol. conſ. criminali. 32. col. 4. Alex. conſ. 52. col. 2. lib. 3. Hippolyt. de Marſil. l. de minore. col. 10. verſ. an hoc habeat locum. ff. de quæſtionib. Hippolyt. ſing. 329. Dec. l. cum te. col. 2. C. de tranſactionib. Cardin. Pariſ. conſ. 131. num. 23. lib. 1.*

Quodque etiam teſtibus plenè deponentibus non ſit fides adhibenda, quando deponunt non veriſimilia, *Bart. Bald. & Angel. l. Lucius in fine. ff. de infam. Felin. c. auditis col. 13. extr. de præſcription. Curt. jun. conſ. 17. col. 2. & conſ. 52. col. 3.*

Similiter nec juramentum continens non veriſimilia ſervari debet, *Socin. conſil. 194. col. 1. lib. 2.* Nec libro rationum, in quo continentur ea, quæ veriſimilia non ſunt, creditur, *Alex. conſ. 84. col. 1. lib. 7.*

Quinimò nec inſtrumentum publicum ullam fidem, ullamvè probationem facit, quando continet ea, quod veriſimilia non ſunt, *Bald. l. ſcripturæ, circa medium C. de fide inſtrum. Abb. conſ. 99. in fin. lib. 1. Dec. conſ. 11. col. 4. conſ. 94. col 2. conſ. 189. col. 4. & conſ. 399. col. 3. Curt. jun. conſ. 17. col. 2. & conſ. 178. col. 2.*

Nec ulla diſpoſitio, quantumvis ampla & generalis, ad id, quod non eſt veriſimile, trahi debet, *Angel. conſ 249. col. 2. Iaſ. conſ. 141. col. 9. lib. 2.*

Et ſic liquet, cum illa interpretatio, quod Nobiles à B. intelligantur inveſtiti de dimidia decima controverſa, veriſimilis non ſit, illam minimè admittendam. Deinde etiam illa interpretatio expreſsè verbis inveſtituræ refragatur, cum, prout narratur, in inveſtitura dictum ſit, Nobilem Brunonem à B. tantùm de dimidia decimæ inveſtitum, atq; ipſi Nobiles a B. præter illam dimidiam de qua controvertitur, aliam dimidiam, dictæ decimæ habeant, & ſic eſſent inveſtiti, & haberent totam decimam, ſi verba inveſtituræ etiam dimidiam decimam litigioſam comprehendere deberent, quod verbis expreſsè refragatur.

Idcoque illa interpretatio nullo modo admittenda eſt, cum omnis interpretatio, quæ verbis refragatur, rejici debeat, ſecundum jura ſuperiùs alleg.

Ulterius verò & abſque dubio literis illis feudalibus clauſula † illa, *Salvo jure tertij*, inſerta erit, quæ clauſula ejus efficatiæ virtutiſque eſt, quod cuilibet jus ſuum, quod in illis bonis feudalibus quis habere poſſet, reſervat, nullique per illam infeudationem ullum præjudicium vel detrimentum inferri poſſe, *Signorol. conſil. 60. col. 2. Cardinal. Pariſ. conſ. 5. nu. 26. conſ. 13. num. 12. conſ. 15. num. 11. lib. 1. & conſ. 65. num. 51. lib. 3. Matth. de Afflict. c. 1. num. 30. & 31. qui ſucceſſores teneantur.* 30

Et quamvis † hæc clauſula, *Salvo jure tertij*, in literis feudalibus expreſsè non reperiatur, omnes tamen literæ feudales vigore juris in ſe hanc interpretationem habent, quod in illis ſub intelligatur clauſula. *Salvo jure tertij*, quodque Princeps feudum concedens vel inveſtituram faciens, non cenſeatur voluiſſe præjudicare juri tertii, *Alexan. conſ.* 31

3. incipien. ex his. lib. 5. Dec. conſil. 285. numer. 11. & conſil. 468. num. 26. Matth. de Aſſlict. c. 1. §. ſi quis inveſtierit num. 74. de feudo dato invicem. l. commiſſariæ, Cord. Pariſ. conſ. 12, num. 38. lib. 1.

Et poſito, nequaquam tamen conceſſo, Ioannem de B. probare vel docere poſſet, ſublimè nominati Illuſtriſsimi Principis mentem voluntatemque fuiſſe, patri ſuo controverſam hanc dimidiam decimam, quam Illuſtriſſima ſua Celſitud. ante illa tempora, Godehardo de C. ſeniori hæreditariè vendiderat, in feudum concedere.

32 Tamen præſens Godehardus de C. illam Juris † præſumptionem pro ſe habet, quod illa infeudatiu nullo dato pretio, ſed gratis facta ſit, juxta *text. c. 1. in princip. de feudo dato. in vicem legis commiſſ.*

33 Quæ præſumptio locum habet, & cui credi debet, donec † contrarium probetur edoceaturque juxta text. *l. ſive poſſidetis. C. de probationib.* hincque ſequitur, Illuſtriſsimum Principem B. in dimidia illa decima non pluris, quàm ſua Illuſtriſsima Celſitud, ex jure reluitionis, quod S. Illuſtriſ. Celſitud. in controverſa dimidia decima ſolummodò in illis duobus caſibus, ſibi reſervavit, videlicet ſi Godehardus de C. vel ipſius hæredes abſque maſculis feudi hæredibus decederent: vel dicti de C. illam dimidiam decimam vendere vellent, neque pluris in feudum conceſsiſſe.

34 Quandoquidem jure expreſsè cautum eſt, quod † concedens gratis alicui rem aliquam ſimpliciter, intelligatur tantùm conceſsiſſe illud jus, quod ipſe in illa re habet, *c. paſtoralis & ibi Dd. extr. de donat. l. prædia & ibi Bartol. C. de collat. fund. fiſcal. lib. 11. Bald. l. monumenta, & l. cum alienam. & ibi Angel. C. de legat. Bald. rubric. queſtion. 6. C. de contrahen. emption. Bald. Angel. & Dd. l. ſi domus. §. fin. ff. de legat. 1. Alexan. conſil. 47. lib. 3.*

Quod non tantùm locum habet in eo, qui jus reale in re aliqua habet, ſed etiam in eo, qui tantùm actionem perſonalem ad rem aliquam habet.

Namque is ſimpliciter alteri gratis concedens illam rem tantùm actionem perſonalem, quam ipſe habet, conceſsiſſe intelligitur, *Iaſon d. l. ſi domus. §. final. num. 14. ff. de legat. 1. arg. l. apud Iulianum. §. Idem Iulianus l. ſi ſic. §. final. ff. de legat. 1. l. ſi Titius mihi. ff. de legatis 2.*

Quodque abſque omni dubio procedit in † inveſtituris literiſque feudalibus: Nam de jure præſumitur, dominum feudi vaſallo in bono feudali nihil ulterius in feudum conceſsiſſe, quàm ſolummodò illud jus, quod dominus feudi in illis bonis feudalibus habet, & hoc quidem ſine diſcrimine ſive inveſtitura fuit facta gratis, ſive pro precio, ſicut hoc ex ſupradictis liquet, potiſſimum eo caſu, quando clauſula, *Salvo jure tertij*, inveſtituræ expreſsè inſerta eſt, *Andr. de Iſern. c. 1. in princip. num. 2. de l. corradi* & idem eſt, etiamſi illa † clauſula inveſtituræ expreſsè non ſit inſerta. 35 36

Namque cum uſitatum atque conſuetum ſit, talem clauſulam inveſtituræ inſeri, illa etiamſi omiſſa fuerit, pro inſerta habetur, & idem operatur, atque ſi inveſtituræ expreſsè inſerta fuiſſet.

Cum ſit clari & indubitati juris, quod † clauſula conſuetæ apponi in inveſtituris, etiamſi illæ non fuerint appoſitæ ſive inveſtituris inſertæ, pro appoſiſitis ſive expreſsè inſertis habeantur, atque idem operentur, ac ſi illæ clauſulæ in inveſtitura expreſsè poſitæ fuerint, *c. cum Matth. Ferrarienſis & ibi Bald. Anton. de Butr. Imola. Panorm. Barbat. Felin. Dec. & Ripa. extr. de conſtitut. c. 2. extr. de reſcript. c. quod ad tranſlationem & ibi Abb. & Barbat. extr. de offic. delegati. Clement. 1. de pœnis l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædilit. edict. l. ſi prius. §. rectè placuit, & ibi Bartol. ff. de aqua. pluv. ar. Iaſon l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi cert. petat.* 37

Adhæc, Illuſtriſsimus Princeps Godehardo de C. ſeniori controverſam dimidiam decimam anno 1491. hæreditariè vendidit: inque literis venditionis mentio ſit, Illuſtriſsimam ſuam Celſitudinem Godehardum de C. ſeniorem in realem poſſeſsionem controverſæ decimæ collocaſſe, ex quo tantum apparet, Illuſtriſsimum Principem Godehar-

do de

do de C. poſſeſsionem vel quaſi controverſæ decimæ tradidiſſe, idque ob ſequentes rationes.

Primò enim literæ illæ venditoriæ antè ſeptuaginta & aliquot annos confectæ ſunt, ſuperiusque clarè deductum eſt, quod ex inſtrumentis antiquis, ſive quod inſtrumenta antiqua poſſeſsio, ſive traditio poſſeſsionis probetur.

38 Secundò, Doctores unanimiter omnes concludunt, quod per † inſtrumenta emptionis poſſeſsio, & traditæ poſſeſsionis indiſtinctè probetur, quando inſtrumentum vel in ipſo fundo vel in conſpectu fundi conſcriptum fuit, *Bart. & Dd. l. prædia. ff. de acquir. poſſeſ. Bartol. l. 2. C. eod. tit.*

Vnd iſt vber das Klares Rechtens/ quod ex curſu temporis nedum antiqui, ſed 30. annorum tantùm, etiam nullo alio adminiculo accedente, omnia requiſita ſive neceſſaria in aliquo actu interveniſſe præſumantur, *Alexan. l. qui in aliena, in princip. col. 3. ff. de acquir. hæred. Alexan. conſil. 179. col. 3. lib. 7.*

Non tantùm quoad præjudicium illorum, inter quos actus geſtus, vel contractus initus fuit, ſed etiam in præjudicium tertii, *Alexan. conſil. 177. col. 3. lib. 7. Socin. conſil. 254. col. 2. conſil. 270. col. 1. lib. 2. Curtel. conſil. 181. col. 6. lib. 2. Curt. ſenior. conſil. 77. col. 2. Dec. conſil. 442. col. 5.*

Etiamſi de illis requiſitis in inſtrumento nulla fuerit facta mentio, *Felin. c. ficut col. 15. extr. de ſentent. & re judicat. Dec. conſil. 341. col. 6. & conſil. 558. col. 2. circa final. Iaſon l. ſciendum. ff. de verb. obligation.*

Ideoque Godehardus de C. illam juris præſumptionem pro ſe habet, cum in literis emptionis nulla mentio fiat, quo in loco illæ datæ ſint, quod literæ illæ emptionis vel in ipſis fundis, ex quibus decima percipitur, vel in conſpectu illorum fundorum datæ ſint, quodque ideò etiam propter hanc cauſam, cum literis emptionis traditio poſſeſsionis vel quaſi decimæ illius expreſsè probata ſit.

Tertiò, quondam Generoſi & Illuſtres domini, Henricus dominus in H. & dominus Mauritius junior Comes in S. controverſam illam dimidiam decimæ Friderico de R. anno 1399. vendiderunt, prout ex adjecta Copia liquet.

Cum autem omnes in familia de R. ex hac vita deceſſerunt, familia de C. Godehardi de C. majores tanquam ipſorum proximi conſanguinei illam jure hæreditario adepti ſunt, atque ex hoc quaſi poſſeſsionem controverſæ decimæ acquiſiverunt, ſemperque ad illud uſque tempus (donec Godehardus de C. poſtea illam decimam à felicis memoriæ Illuſtriſs. Duce Henrico ſeniori emit) continuarunt, prout illud, quod de C. de R. præcipuè hanc decimam controverſam quod attinet, hæreditario jure acquiſierint, etiam circumſcriptis aliis probationibus ex hoc ſatis arguitur, quod Godehardus de C. dictorum de R. literas emptionis ſuper controverſas has decimas erectas penes ſe inque ſua poteſtate habeat.

Namque ſicut ex eo, quod quis inſtrumenta † cauſæ penes ſe habet, 39 probatur ſaltem ſemiplenè ſive præſumptivè, quod ipſe habeat mandatum illam cauſam agendi, *c. coram. juncta gloſ. 1. & ibi Innocent. & Canoniſtæ extr. de offic. de legati. Bartol. l. vulgo. ff. de adminiſtrat. tutor. Bartol. Angel. Imol. & Paul. Caſtrenſ. l. Mevia in princip. ff. ſolut. matrim. cum multis ſimilibus allegatis per Iaſon l. 1. C. de procurat.*

Ita quoque videtur dicendum ex eo, quod quis † inſtrumenta hære- 40 ditaria penes ſe habet, ſaltem præſumptivè probari, quem hæredem eſſe, quod potiſsimum in noſtro & ſimilibus caſibus locum habet, in quibus de factis antiquis probandis agitur.

Cum ſit clari & indubitati juris, quod in factis † antiquis probandis le- 41 viores probationes ſufficiant, atque conjecturæ & indicia in antiquis plenam fidem faciant, *l. cenſus & ibi gloſſ. ff. de probationib. l. qui ex liberis. ff. de bonor. poſſeſſion. ſecund. tabul. c. cum cauſam & ibi gloſſ. & Dd. extr. de probationib. c. cum*

Ooo 4 olim.

olim. extr. de cenſib. Paul. Caſtrenſ. conſ. 164. col. 1. lib. 2. Petr. de Anchor. conſ. 310. Et idem voluit Calcan. in conſil. 8. col. 5. antè medium, ubi ipſe inquit. quod in antiquis ſufficiat probatio per indicia: hinc alibi ſcriptum eſt, quod in antiquis ſufficiat probatio præſumptiva, & adminicularis, *Petr. de Anchor. conſ. ultim. col. final. in fine tertij dubij.* Quodque in antiquis ſufficiat probatio conjecturalis, licet neceſſariò non concludat, *Iaſon conſil. 128. col. 1. lib. 1.*

Quod autem majores Godehardi de C. poſt mortem familiæ de R. quaſi poſſeſsionem controverſæ hujus decimæ acquiſierint, per productos veteres libros rationum pleuè probatur.

In illis etenim mentio fit, quod Godehardi de C. majores, anno 1418. & ſequentes quinque annos ſæpe dictam dimidiam decimam uſurparint, fructus inde percepiſſe, inque ſuam utilitatem converciſſe.

Et cum demonſtrari vel doceri non poſſit, ab anno 1418. uſque ad annum 1491. atque ita ad illud uſque tempus, cum Godehardus de C. ſenior controverſam hanc decimam a ſublimè nominato Illuſtriſsimo Principe emit, ullum alium, præterquam Godehardum de C. ſeniorem, ſuosque majores de C. controverſam decimam in poſſeſsione & uſurpatione habuiſſe: Etiam per hoc, nimirum quod familia de C. controverſam decimam ab anno 1418. uſque ad annum 1423. incluſivè in poſſeſsione atque uſurpatione habuit, ſufficienter probatur, familiam de C. illam ſuam poſſeſsionem ſemper & omni tempore uſque ad annum 1491. incluſivè & ultra continuaſſe, atque ita etiam eo ipſo tempore cum Godehardus de C. ſenior, controverſam decimam ab Illuſtriſſimo Principe hæreditariè emit, in poſſeſsione ac uſurpatione habuerit: quodque ideò nullius alterius traditionis opus fuiſſet, præſertim cum Illuſtriſsimus Princeps eo ipſo, quod controverſam decimam Godehardo de C. vendidit, omne Jus, quod ſuæ Illuſtriſsimæ Celſit. in controverſa hac decima competit, Godehardo de C. tradiderit, in eumq; tranſtulerit.

Namque clari & indubitati juris
eſt, quod † ſufficiat initium poſſeſsionis 42
probare, quodque is, qui probat, ſe rem vel jus aliquod ſemel poſſediſse, ſemper illud poſſediſse & poſſeſsionem poſtea ſemper continuaſſe præſumatur, *Bart. l. ſive poſſideris C. de probation. Cyn. l. ſuper longi. C. de præſcript. long. tempor. Iohann. Fabr. inſtitut. de uſucapion. in princip. Abb. & Dd. c. cum ad ſedem extr. de reſtitut. ſpoliat. Bald. l. indicia circ. final. C. de rei vendic. Bald. & Salicet. l. non ignoravit C. ad exhibend. Alexan. conſil. 47. lib. 1. conſ. 102. lib. 2.*

Quod procedit, † non tantùm in 43
primo poſſeſsore, verùm etiam in omnibus ſucceſsoribus ipſius, tàm univerſalibus quàm ſingularibus.

Namque eo ipſo, quod probatur, aliquem ex majoribus meis rem vel jus aliquod ſemel poſſediſse, præſumitur & me & omnes ſucceſsores illius, tam mediatos, quam immediatos, illam poſſeſsionem ſemper continuaſſe & retinuiſſe, ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam *Bart. & Claud. Aquenſ. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquir. poſſeſ. Panor. c. cum ad ſedem. col. 5. verſ. ex his infertur, extr. de reſtitutionib. ſpoliat.*

Et licet aliqui Dd. velint † poſſeſ- 44
ſionem non præſumi continuatam ultra decennium, *Matthesil. ſing. 116. Curt ſen. conſil. 24.*

Tamen in hoc contrarium, quod videlicet is atque ſucceſſores ipſius, qui rem vel jus aliquod ſemel, probatur poſſediſse, illam poſſeſsionem ſemper etiam ultra decennium & longius tempus continuaſſe & præſumantur & probentur, expreſsè tradit *Alciatus in tractat. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 21. & 22. Covar. repet. c. poſſeſſor malæfidei. §. 1. num. 3. de regul. jur. libr. 6. Gabriel Sarama in addit. ad Matthesil. ſing. 116.*

In quibus locis præfati tres Dd. hanc ſuam ſententiam & multis firmiſſimis rationibus comprobant, & ad rationes pro contraria ſententia adductas reſpondent.

Et cùm hæc ſententia † meliori- 45
bus & firmioribus rationibus nitatur, prout ex traditis per præfatos tres Dd. liquet

liquet, ea abſque dubio & in judicando & in conſulendo ſequenda eſt.

Cum ſit clari & indubitati juris, illam ſententiam ſive opinionem Dd. quæ melioribus & firmioribus rationibus nititur, & in judicando & in conſulendo ſequendam, licet illi etiam communis Dd. opinio refragetur, *l. 1. §. ſed neq. C. de vet. jur. enucle. l. Æmilius ff. de minorib. Iohann. Andre, Abb. Felin. & Dec. c. 1. extr. de conſtitut. Abb. c. prudentiam, in princip. extr. de offic. delegati. Abb. c. Capellanus arg. ill. text. extr. de feriis. Abb. c. 3. extr. de cenſib. Abb. c. ex literis el. 1. extr. de Sponſalib. Abb. c. tua nos extr. de uſuris Abb. conſ. 1. lib. 1. Bald c. 1. §. judices de pac. juram. firmam. Alexan. & Iaſ. l. cum prolatis. ff. de re judicat. Iaſon Authent. noviſſima num. 22. C. de inofficio. teſtament. Dec. conſil. 23. num. 6. conſil. 259. numer. 2. & conſil. 458. numer. 12.*

46 Similiter legibus expreſsè cautum eſt, † quod quando res aliqua vel jus aliquod venditur, vel alio titulo conceditur, illi qui tempore venditionis vel alterius conceſsiunis poſſeſsionem vel quaſi aut ſaltem nudam detentionem illius rei vel vel juris habet, nulla alia traditio requiratur, ſed ſolus titulus etiam vim traditionis in ſe habeat, & ex ſolo titulo etiam nullo alio accedente, & dominium & vera poſſeſsio transferatur, juxta *text. expreſ. §. interdum. Inſtitut. de rer. diviſion.*

Nec quicquam obſtat vel impedit, quò minus Nobilis dominus Godert à C. ſe pluribus titulis, titulo nempè hæreditario, & titulo emptionis tueri atque juvare poſſit.

47 Namque omni jure permiſſum eſt, pluribus † titulis ſe juvare, præſertim quando vel primus titulus eſt dubius vel ſecunda conceſsio plenior, *Iohann. Monachus. Iohan. Andr. & Dominic. c. cum perſonæ, §. quod ſi talis, de privileg. lib. 6. Oldrad. conſil. 33. incipien. vidi quæſtiones. Aymon. Cravet. conſil. 16. num. 6. & conſil. 171. num. 2. lib. 1. Dec. c. bonæ, num. 5. extr. de appellationib.*

Atque ita ex his omnibus tantum apparet, Godehardum de C. ſeniorem anno 1498. in erecto contractu emptionis in continenti atque ſtatim quaſi poſſeſsionem & Guarendam controverſæ dimidiæ decimæ acquiſiviſſe:

Literæ verò feudales, quæ de B. produxerunt & in quibus Brunonem de B. Ioanni de B. patri, pagum B. unà cum dimidia decima ibidem conceſsiſſe prætenditur, poſtmodum primum anno nimirum 1494. conceſsæ ſive datæ ſunt: Ex quo ſequitur, etiamſi literæ illæ ad controverſam decimam extendi vel interpretari poſſent, (quod tamen nullo modo conceditur) quod nihilominus tamen Godehardus de C. quantum controverſam dimidiam decimam attinet, Ioanni de B. præferri & anteponi debeat.

Cum ſit clari & indubitati † juris, 48 eum, qui de priori titulo & poſſeſsione fidem facit, illi, qui ab eodem titulum & poſſeſsionem poſteriorem prætendit, præferendum eſſe juxta textum expreſsum; *l. quoties. & ibi Iaſon & Dd. C. de rei vendicat. l. ſive autem. §. ſi duobus. ff. de public. in rem act.*

Et de jure validè præſumitur, quod 49 illi, qui † priorem titulum habet, ſive de priori titulo fidem facit, vigore illius tituli poſſeſsio prius tradita fuerit, & quod eam ob cauſam is, qui priorem titulum habet, in dubio ſemper præferendus ſit illi, qui poſteriorem titulum habet, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Iacob. de Aretin. & Cyn. l. quoties & ibi Iaſon num. 37. C. de rei vendicat. Bald. Alvarot. Prapoſ. & Matth. de Afflict. c. 1. §. ſi facta, ſi de feud. defunct. conten. Bald. & Angel. l. ſive autem §. ſi duobus. ff. de public. in rem action. Bald. l. poſt ſententiam col. 2. C. de ſentent. & interloc. omn. judicior. Alexan. l. 1. C. de edict. divi Hadriani tollen.*

Huc accedit, quod ex prioritate tituli pro aliquo præſumatur, *Bald. l. 1. C. de edict. divi Hadria. tollend.*

Ex quo ſequitur, etiamſi Ioannis de B. literæ feudales de controverſa dimidia decima intelligi vel extendi poſſent: ullumque dubium in eo exiſtere poſſet, utrum Nobilis dominus Godehardus de C. ſenior, an verò Ioannes à B. prius acquiſiverit quaſi poſſeſsionem dimidiæ decimæ controverſæ: quod neceſsariò præſumatur, Godehardum de C. ſeniorem Guarendam & quaſi poſſeſsionem dimidiæ

Digitized by Google

dimidiæ controverſæ decimæ prius & ante B. acquiſiviſse. Et quod ideò etiam propter hanc cauſam præſens Godehardus de C. Ioanni de B. præferendus ſit.

Inſuper etiam Godehardus de C. ſenior, dimidiam controverſam decimam ab Illuſtriſsimo Principe pro propria ſua pecunia hæreditariè emit, Ioanni de B. autem pagus B. unà cum dimidia decima ab Illuſtriſsimo Principi gratis & abſque precio conceſſus fuit, quemadmodum hoc in dubio præſumitur, cui præſumptioni tam diu ſtatur, donec contrarium probatur.

Ex quo ulterius ſequitur, dato, doceri poſſe, literas feudales ad controverſam dimidiam decimam extendendas atque interpretandas, quodque Ioannes de B. inſuper ante Godehardum de C. ſeniorem quaſi poſſeſsionem Guarendamque controverſæ decimæ acquiſierit: (quod tamen Nobili de B. docere impoſſibile erit) quod nihilominus tamen, quantum ad controverſam decimam attinet, Godehardus de C. Ioanni de B. præferendus ſit.

Cum ſit clari & indubitati juris,
50 quod † is, qui habet titulum oneroſum priorem, indiſtinctè præferatur illi, qui habet titulum lucrativum poſteriorem, licet probetur atque fides fiat illi prius traditionem vel quaſi factam, *Bald. rubr. C. de his qui in priorum credit. locum ſucced. Iaſ. l. quoties num. 28. C. de rei vendicat.*

Inſuper à multis jurium interpretibus ſtatuitur quod † ex venditione do-
51 nationis & aliquo contractu principis dominium in accipientem ipſo jure etiam traditione nulla interveniente transferatur, *Iohann. Andr. c. olim de verbor. ſignific. Bald. c. licet cauſam col. 8. extr. de probat. Bald. in prælud. feud. col. 9. Alexan. conſ. 187. num. 17. lib. 2. Cardinal. Pariſ. conſ. 27. num. 20. lib. 1.*

Quodque per † inſtrumentum
52 continens donationem vel alium contractum principis dominium probetur etiam in illis caſibus, in quibus alioquin dominium per inſtrumentum non probatur, *Angel. l. officium. ff. de rei vendicat.*

Ideoque receptum eſt, quod in contractu cum Principe celebraro, ille qui priorem titulum habet, indiſtinctè præferatur illi, qui poſtea ab eodem Principe ſuper eadem re titulum acquiſivit, licet primus de traditione fidem non faciat, ſicut hoc ſatis probat id, quod tradit *Bald. in tit. de pace Conſtantiæ col. 31. verbor. poſſideant.* Ubi Baldus concludit, quod ſi Princeps concedit alicui beneficium vel gratiam, qui prior eſt tempore, potior eſt jure.

Et quod alibi is idem Baldus tradit, ſi Princeps conceſſit alicui benemerito caſtrum, ſi poſtea illud concedit aliis, ſecundam conceſſionem ipſo jure nullam eſſe, *Bald. l. 2. C. de legibus.* Quam doctrinam Baldi ibidem refert atque ſequitur *Fulgos. Paul. Caſtrenſ. & idem tenet. Romanus. conſil. 298. incipien. Circa præmiſſum & Roland. à Valle conſ. 2. nu. 149.*

Præterea quoque clari juris eſt, quod quando Princeps concedens vel vendens alicui Caſtrum, in illa venditione vel conceſsione dicat, aſſignamus tibi tale Caſtrum cum plenitudine juris vel alia æquipollentia verba proferat, ulterius nulla traditio ſive poſſeſsio facti neceſſaria ſit, *Bald. c. 1. quid ſit inveſtitur.*

Et prædicta non tantùm habent
locum in † Papa, Imperarote vel alio 53
Principe ſuperiorem non recognoſcente, ſed etiam procedunt in principibus ſecularibus habentib. regalem dignitatem perpetuam, & ad hæredes tranſitoriam.

Namque illi licet ſuperiorem recognoſcant, in territoriis ſive Ducatibus ſuis omnibus Privilegiis Imperatoris fruuntur, *Bald. l. more. ff. de juriſdict. om. judic. Bald. l. receptiva. C. de conſtitut. pecu. Bald. l. exemplo. C. de probat. Angel. conſil. 139. incipien in cauſa accuſationis. Alex. conſil. 2. num. 9. lib. 1. conſil. 1. num. 29. lib. 5. & conſ. 12. num. 9. lib. 7. Calcan. conſ. 2. conſ. 7. & conſ. 26. Cuman. conſ. 158. & conſ. 162. Socin. conſ. 3. & conſ. 65. lib. 3. Dec. conſ. 403. num. 6. Dec. c. paſtoralis. in princip. num. 2. extr. de appellat. Barbat. conſ. 34. lib. 2. Alber. Brun. conſ. 3. num. 7. conſ. 19. num. 4. conſ. 45. num. 18. Curt. jun. conſ. 1. num. 29. conſ. 61. num. 9. & conſ. 100. Iaſ. conſ. 100. num. 2. lib. 2. Carol. Ruin. conſ. 200 nu. 2. lib. 2. & conſ. 130. nu. 2. lib. 5. Cardin. Pariſ. conſil. 1. num. 25. & conſ. 69. nu 3. lib. 1. Socin. jun. conſ. 73. nu. 24.*

lib. 1.

lib. 1. conſil. 33. num. 9. conſ. 76. num. 1. conſ. 92. num. 3. conſ. 98. num. 1. conſil. 136. num. 2. lib. 3.

Cum igitur Dux Henricus Senior laudatiſsimæ pientiſsimæque memoriæ, Godehardo de C. ſeniori dimidiam controverſam decimam hæreditariè vendidit, ſuaque Illuſtriſsima Celſitudo inſuper in literis venditionis hæc formalia verba poni fecerint.

(Et nos dicto Godehardo de C. ſuisque hæredibus illam dimidiam decimam in B. in utendam poſſeſsionem, illamque deinceps ſecundum ipſorum beneplacitum utendam, prout alia ipſorum bona hæreditaria concedimus.) quæ verba æquipollent verbo aſſignamus: Nullum dubium in hoc eſt, Godehardum de C. ſeniorem præſentis Godehardi avum, per illam venditionem in continenti & dominium & poſſeſsionem controverſæ dimidiæ decimæ acquiſiviſſe: quodque ideò præſens Godehardus de C. tanquam hæres ſui avi, omnibus aliis, (quibus forſan illa Decima à dicto Illuſtriſsimo Principe poſtea vendita alio-ve titulo conceſſa eſſe poſſet.) præferendus ſit, etiam caſu, ſi alii quibus conceſsio poſtea facta prætenditur, de priori traditione reali fidem facere poſſent.

54 Iura communia ſcripta etiam ordinant, quod † Princeps concedens vel faciens aliquid in præjudicium illius, quod ipſe antea fecit, ſive geſſit, præſumatur circumventus, uſque adeò, ut contrarium probari non poſſit, etiamſi Princeps illa motu proprio fecerit, ſive geſſerit, *Bald. conſil. 327. col. 2. lib. 1. Aymon. Cravet. conſ. 143. num. 10. lib. 1.*

Ex quo igitur ſequitur, quamvis productæ literæ feudales illam interpretationem habere poſſent, quod illuſtriſſimus Princeps patri Ioanni de B. controverſam dimidiam decimam in feudum conceſſiſſet, quam dimidiam decimam ſua Illuſtriſs. Celſit. prius Godehardo de C. hæreditariè vendiderat, quod Illuſtriſs. ſua Celſit. ad illam conceſsionem circumventionibus, dolis & fraudibus adductus fuiſſet, quodque ideò illa conceſsio ſui ipſius natura ipſoque Jure nulla, invalidaque exiſtat, Godehardoque de C. in nullo præjudicare poſſit.

Cum omnis † contractus cum Prin- 55
cipe celebratus, ſit contractus bonæ fidei, *Bald in tit. de pace conſtantiæ verſ. ſi quis verò. verb. bonæfidei Iaſ. l. civitas. nu. 18. ff. ſi cert. petat.*

Et dolus † dans cauſam contractui, 56
bonæfidei contractum ipſo jure nullum reddat, juxta *text. l. eleganter, in princip. & ibi Bartol. Bald. & Dd. ff. de dolo. gloſ. Angel. & Iaſon §. actionum Inſtitut. de actionib. Bartol. Iaſon & Dd. l. ſi quis cum aliter, in princip. ff. de verbor. obligation.*

Ulterius ordinant communia ſcripta Jura, † quod ille, qui bona aliqua con- 57
duxit, domino à quo illa conduxit, eo ipſo, neq; in poſſeſsione, neque in dominio ſuo quicquam præjudicare poſſe, quod ea ipſa bona ſibi ab alio domino in feudum concedi permittit, eo caſu, ſi ille nihilominus illi à quo bona illa conduxit, penſionem ſive mercedem conductam annuatim præſtat, ſicut hoc expreſsè probat text. *l. quamvis. §. 1. ff. de acquir. poſſeſ.* ubi Juriſconſultus Paulus inquit, ſi conductor rem vendiderit, & eam ab emptore conduxerit, & utrique mercedes præſtiterit, prior locator poſſeſsionem per conductorem rectiſsimè retinet, & ſic ex illo textu liquet, quod multò minus colonus vel conductor domino, à quo fundum aliquem, vel jus aliquod conduxit, in dominio vel poſſeſsione ſua præjudicet, per hoc, quod ipſe procurat, ſe de illo fundo vel jure ab alio inveſtiri, eo caſu, quando ipſe nihilominus ſemper penſionem ſive mercedem conventam domino ſolvit.

Et ad hanc ſententiam comprobandam etiam facit id, quod in fortioribus terminis tradit *Aymon Cravet. in tractat. de antiquit. tempor. 4. part. §. abſolutis num. 32.*

Ubi concludit, ſi vaſallus aliqua ex ſuis bonis feudalibus tanquam libera emptori ignoranti vendiderit &, tradiderit, & tamen nihilominus domino alienationem ignoranti ſervitia de iſtis feudis venditis præſtiterit, ex illa venditione domino ignoranti nullum præjudicium fieri, etiamſi emptor illa bona tanquam libera ultra tempus longiſſimum bona fide poſſederit.

Ean-

Eandem ſententiam confirmat etiam id, quod tradit *Speculat. in tract. de præſcript. num.* 14. ubi Speculat. concludit, ſi colonus domino ignorante fundum conductum bonæ fidei emptori vendiderit, & tradiderit, licet emptor illum fundum ultra 30. annos bona fide poſſederit.

Hoc tamen domino ignoranti non præjudicare, quo minus ipſe ſemper & quandocunque contra hoc reſtitutio in integrum concedi atque ipſi mediante reſtitutione in integrum permitti debeat, fundum ſuum ab emptore vendicare & repetere eo caſu, quando conductor, qui fundum conductum vendidit, domino nihilominus penſionem ſive mercedem conventam præſtitit. Quam deciſionem Speculatoris refert atque ſequitur *Franc. Balb. in tract. de præſcript. 4. part. 4. partis principal. quæſt. 11. num. 7.*

Ex quo ſequitur, etiamſi productæ literæ feudales ad controverſam dimidiam decimam extendi & de ea interpretari deberent: Brunonemque de B. Ioannis de B. Patrem prius eo tempore controverſam dimidiam deciniam a majoribus C. jure conductionis poſſederit, (quod tamen non conceditur:) quod tamen illæ literæ feudales, cum B. C. de dimidia decimæ ſemper annuam penſionem ſolverint, Godehardo de C. etiam ex hac cauſa præjudicare non poſſe.

Ultra hæc Godehardus de C. ſenior, ipſiusque filius Aſcanius de C. præſensque Godehardus de C. ante hæc tempora probabilem ignorantiam productarum literarum feudalium habuerunt.

58 Cum in † facto alieno quis probabilem ignorantiam habeat, *l. verius. ff. de probat. l. final. & ibi Bart. ff. pro ſuo.*

Atque ita hinc ſequitur, etiamſi prætenſæ literæ feudales productæ, ad dimidiam decimæ extendi deberent; atque per hoc, vel quod illi antea non ſit contradictum Godehardo de C. ullum præjudicium, damnum vel incommodum adferre poſſet, quod Godehardo de C. è contrario vigore juris reſtitutio in integrum concedatur.

Cum legibus expreſſe cautum ſit,
59 quod † ignorantia ſit juſta cauſa concedendi reſtitutionem in integrum, quodque ignoranti contra illam læſionem, quam ipſe ignorans paſſus fuit, reſtitutio in integrum concedi debeat, *gloſ. l. ſi partem. §. ſi per fundum. ff. quemadmodum ſervit. amittat. gloſ. l. ſi ſic. verb. una ſervitus & ibi Paul. de Caſtrenſ. ff. eod. tit. gloſ. final. l. 2. & ibi Cyn. Bart. Bald. Salicet. Ioſ. & Dd. C. de jur. Emphyteu. gloſ. l. cum filiusfam. §. in hac, & ibi Dyn. Bart. Bald. Imola. Paul. Caſtrenſ. Alexan. Socin. & Dd. ff. de verb. oblig. gloſ. l. 1. ad fin. C. de patria poteſtate Dyn. c. cum quis in jus, de regul. juris. lib. 6 Bart. Ang. Alexan. & Dd. l. 1. §. ſi quis autem. ag. illius text. juncta gloſ. ff. de itin. actuq. privat. Paul. de Leazeris. Zenzelinus. & Cardinal. Florent. Clement. 1. de reſtitut. in integr. Petr. de Anchor. & Imol. c. potuit. extr. de locatione & conduct. Fulgoſ. conſ. 64. Abb. c. 1. col. fin. extr. de præſcription. Roman. l. quæ univerſas. §. fin. ff. de acquir. poſſeſſ.*

Quod uſque adeò verum eſt, † ut 60
ignoranti etiam contra lapſum triginta vel 40. annorum ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam reſtitutio in integrum concedatur, *gloſ. l. ſicut. verb. militia. & ibi Rainer. de foro livio C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Alexan. conſil. 71. col. 2. conſil. 84. col. 2. lib. 1. conſil. 169 col final. lib. 2. & conſil. 116. lib. 5. Socinus conſil. 80. col. fin. lib. 3. conſil. 66. col. 2. lib. 2. Dec. conſil. 36. conſil. 164. col. penult. & conſil. 266. col. fin. Godzad. conſil. 56. col. 3. circa med. Franc. Balb. in tract. de præſcriptionib. 4. part. 4. part. principal. quæſt. 29. Tiraquel. in tracta. de utroq; retractu, 1. part. §. 35. gloſ. 4. num. 36. Aymon. Cravet. in tract. de antiquit. temp. 4. part. §. materia iſta. num. 50.*

In quibus locis Dd. atteſtantur, hanc opinionem magis communem eſſe, qua de cauſa ab illa neque in judicando neq; conſulendo recedendum eſt, per jura vulgaria ſupra allegata.

Quinimò, non tantum contra † la- 61
pſum triginta vel quadraginta annorum, ſed etiam contra lapſum 100. annorum ignoranti reſtitutio in integrum conceditur, *Alexan. conſ. 13. col. fin.*

Et cum tempus quadriennii conceſſum ad petendam reſtitutionem in integrum ab initio utile ſit, *l. fin. & ibi Bald. C. de tempor. in integr. reſtitut. c. 1. & 2. de reſtitutione in integr. lib. 6. Zenzel. Iohan. de Lignano. & Cardinal. Zabarell. Clement. 1. de reſtitut. in integr. Abb. conſil. 52. num. 3. lib. 1. Idem c. 1. & ibi Felin. num. 9. extr. de præſcript.*

Socin.

Socin jun. conſ. 20. nu. 26. lib. 1. Dec. conſ. 36. in fin. & conſ. 42. in fin.

Receptum eſt, hoc tempus quadriennii ignoranti non currere, eamq; ob cauſam, licet ignoranti poſt læſionem commiſſam 100. vel etiam 1000. anni elapſi fuerint, nihilominus tamen ipſi vel hæredi ipſius contra illam læſionem intra quadriennium ab eo die, quo læſio ad ipſius notitiam deducta fuit, reſtitutio in integrum concedi debet, ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam, ſicut hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Bald. l. falſam. C. ſi ex falſ. inſtrument. Abb. c. 1. & ibi Feli. num. 9. extr. de præſcript. Abb. conſ. 32. num. 5. lib. 1. Alexand. conſ. 71. num. 7. conſ. 84. num. 3. lib. 1. conſ. 4. nu. 19. conſ. 89. nu. 10. conſ. 169. nu. 16. lib. 2. conſ. 13. nu 13. & 20 lib. 4. conſ. 116. nu. 3. lib. 5. Socin. conſ. 80. nu. 5. lib. 3. Corn. conſ. 87 nu. 4. lib. 4. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 4. part. 4. part. princip. quæſt. 29. n. 10. Tiraquell. in tract. de utroq. retract. part. 1. §. 35. gl. 4. num. 44. Aymon Cravet. in tractat. de antiquit. tempor. 4 part. §. materia iſta. n. 45. & 57.* In quibus locis *Franc. Balb. Tiraquell. & Cravet.* multos alios Dd. pro hac eadem ſententia citant, & atteſtantur, hanc ſententiam communiter receptam eſſe.

Atque ita cum prædictis omnibus tantum demonſtratum eſt, Joannem de B. contra Godehardum de C. cum literis illis feudalibus nullo modo ſe defendere vel tueri poſſe.

Simili modo Joanni de B. in nullo opitulari poterit, quod ab illo adducitur, jure cautum eſſe, quando aliquis uniformem Canonem de aliquibus bonis ultra præſcriptum juris tempus præſtat, quod tunc præſtatio illa Canonis adipiſcatur naturam Emphyteuſis, eo modo ac ratione, quod poſſeſſor de illis bonis neque dejici neque Canon in majus extendi poſſit, ſed quod ille, quamdiu Canonem ſolitum ſolvit, apud bona illa permanere debeat, quodq; ideò, cum Joannes de B. controverſam dimidiam decimæ ad 70. annos poſſederit, & ultra juris præſcriptum tempus uniformem Canonem de ea ſemper omniq; tempore præſtiterit atque exolverit, nunc non teneatur Godehardo de C. controverſam dimidiam decimæ tradere vel permittere, ut Canon augeatur vel in majus extendatur, ſed, quod quamdiu annuas penſiones illorum 24. modiorum frumenti Godehardo de C. ſolverit, apud illam dimidiam decimæ de jure defendi, neque de illa dejici debeat.

Cum primò de jure cautum exiſtat, quod † conventus condictione ex *l. ſi quis conductionis. C. de locat. & conduct.* Actori exceptionem præſcriptionis objicere nequeat, ſicut hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Decius conſ. 56. col. fin. in fin.* & idem tenet *Alex. conſ. 92. num. 28. lib. 5.* 62

Secundò, prætenſa adducta præſcriptio nimirum, quod Joannes de B. ipſiusq; pater controverſam dimidiam decimam ultra 70. annos in poſſeſſione habuerint, atque de illa ultra juris præſcriptum tempus uniformem Canonem ſolverint, in hoc uſque tempus probata non eſt, neque cum allegatis literis feudalibus probari poterit.

Nam de jure expreſsè cautum eſt, quod † præſcriptio cum ſit facti, non præſumatur, ſed is, qui præſcriptionem allegat, illam probare teneatur, *Abb. conſ. 82. col. 2. lib. 1. Franc. Balb. in tractat. præſcript. 3. part. 3. part. princip. quæſt. 3. num. 3.* 63

Nec per Inſtrumentum inveſtituræ probari poteſt, Nobilem Brunonem a B. ſtatim atq; prætenſa inveſtitura facta fuit, quaſi poſſeſſionem decimæ controverſæ adeptum fuiſſe. Tum, quia illa prætenſa inveſtitura non probat, neque fidem facit Brunonem à B. de dimidia decimæ controverſæ inveſtitum fuiſſe, ſicut hoc ſuperiùs docuimus.

Tum, quia per † Inſtrumentum nunquam probatur traditio poſſeſſionis, eo caſu, quando verè vel præſumptivè conſtat, quendam tertium eo tempore fuiſſe in poſſeſſione vel quaſi rei vel juris, ſicut hoc ſatis probatur per text. *l. quamvis. §. 1. & ibi Bart. & Alex. ff. de acquir. poſſeſ. Bart. Alex. & Dd. l. qui univerſas. §. quod per colonum. ff. de acquir. poſſeſ.* 64

Et in caſu noſtro ex ſuprà dictis ſatis liquet, ſaltem probabiliter vel præſumptivè, quod avus Nobilis Domini G. à C. tempore prætenſæ inveſtituræ habuerit poſſeſſionem vel quaſi dictæ decimæ controverſæ, ſicut hoc ſuprà ſatis oſtenſum eſt.

Eodem modo Nobilis J. a B. ex præſenti prætenſa poſſeſſione probare vel inferre non poteſt, quod ipſe dimidiam decimam litigioſam ultra tempus præſcriptum poſſederit.

Namque licet is, qui probat, ſe olim fuiſſe poſſeſſorem, hodie præſumatur eſſe

poſſeſſor, tamen è converſo is, qui hodie poſſeſſor eſt, olim poſſeſſor fuiſſe non præſumitur, *Bal. l. ex perſons. C. de probatio. Bald. conſ. 12. incip. quidam Dominus Matthæus lib. 1. Petr. de Anch. c. ſemel malus. de reg. jur. lib. 6.*

Tertiò, etiamſi B. demonſtrare ſive probare poſſet, ſe patremq; ſuum, controverſam dimidiam decimæ ultra de jure præſcriptum tempus pro uniformi Canone, poſſediſſe atque uſurpaſſe: Ex hoc tamen neque concludi neque inferri poſſet, J. de B. jus perpetuæ coloniæ ſive Emphyteuſis præſcripſiſſe, eo modo ac ratione, quod nunc temporis non teneretur, controverſam dimidiam decimæ Godehardo de C. ad ipſius inſtantiam & requiſitionem cedere.

Nam Joannes de B. coram Notario teſtibusque confeſſus eſt, ſe controverſam dimidiam decimæ ab Aſcanio de C. præſentis Godehardi de C. patre, pro annua penſione conduxiſſe. Inſuper etiam Joannes de B. ſemper Aſcanio de C. ejusq; filio Godehardo ex controverſa illa dimidia decima dictam annuam penſionem ſolvit, qua ipſa ſolutione tantùm ſe declaravit, quod † controverſam hanc dimidiam decimæ non ſuo, ſed nomine familiæ de C. poſſederit, proptereaq; ſe nulla præſcriptione tueri poſſit, ſicut hoc ex rationibus ſequentibus ſatis liquet & probatur.

Primò per textum *l. malè agitur. C. de præſcription. 30. vel 40. annor.* ubi Imperator inquit, Malè agitur cum dominis prædiorum, ſi tanta precariò poſſidentibus prærogativa defertur, ut eos poſt 40. annorum ſpacia qualibet ratione decurſa inquietare non liceat; cum lex Conſtantiana jubeat ab iis poſſeſſoribus initia non requiri, qui ſibi potiùs quàm alteri poſſiderunt, eos autem poſſeſſores non convenit appellare, qui ita tenent, ut ad hoc ipſum ſolitam debeant præſtare mercedem. Nemo igitur qui ad poſſeſſionem conductor accedit, diu alienas res tenendo jus ſibi proprietatis uſurpet, ne cogantur domini aut amittere, quæ locaverunt, aut conductores utiles ſibi fortaſſis excludere, aut omnibus annis ſuper dominio ſuo publicè proteſtari.

Secundò hanc ſententiam probat textus, † *l. neq. C. de uſufruct.* ubi Imperator in
67 ſimili inquit, neque fructuarium ad obtinendam proprietatem rerum, quarum uſusfructum habet, neque ſucceſſores ejus ulla temporis ex ea cauſa tenentes præſcriptio munit. Et ibi *Paul. de Caſtr.* dicit, quod ſi is, qui poſſidebat precario nomine, mortuus ſit, & hæredes per 30. annos & ultra etiam precarium ignorantes poſſederunt proprio nomine, illos non propterea rem ipſam præſcripſiſſe, & ſubjungit rationem, inquiens, Nam cum defunctus eo nomine tenuit, cenſentur hæredes ejus eodem modo tenuiſſe, licet tenuerint, ut domini: qui non ſuperveniente nova cauſa non interverterunt poſſeſſionem domino repoſcente, ſicut defunctus non potuiſſet ſibi mutare cauſam poſſeſſionis, quam deciſionem *Paul. Caſtrenſ.* refert atq; ſequitur *Franciſc. Balb. in tractat. de præſcript. 4. part. 4. partis princip. quæſt. 11.*

Tertiò, licet aliqui Dd. velint, † eum 68
conductorem ſive colonum, qui rem aliquam ultra 30. annos poſſedit ſive detinuit, & pro illa uniformem Canonem ſolvit, jus perpetuæ coloniæ præſcribere, ita ut ipſe ex re conducta ulterius invitus expelli & ipſi penſio ſive merces augeri nequeat, *Bal. & Ang. l. malè agitur. C. de præſcriptio. 30. vel 40. annor. Bald. l. omnes. col. 2. C. eod. tit. Alex. in addit. ad Bart. l. item quæritur. ſ. qui impleto ff. de locat. & conduct. Bertach. in 1. part. ſui repertorij. verb. colonus. verſ. 11.* Tamen illam ſententiam multis firmiſsimis rationibus reprobat *Aym. Cravet. in tract. de antiquitat. tempor. 4. part. ſ. materia iſta. num. 100.* ubi ipſe 20. firmiſsimas rationes contra hanc ſententiam adducit. Et ſimiliter illam ſententiam reprobat *Cravet. conſ. 107. n. 4. lib. 1.* in quibus locis ipſe concludit, conductorem ſimplicem nullo unquam tempore jus perpetuæ coloniæ ſive utile dominium in re conducta præſcribere, & cum illa ſententia melioribus & fortioribus rationib. nitatur, quam opinio contr. Baldi & ſequacium, illa omninò in judicando & conſulendo ſequenda eſt, per jura vulgat. ſuperiùs allegata.

Quartò, † contra illa, quæ ſunt meræ facultatis 69
ſive in libera voluntate, facultate ac poteſtate alicujus ſita, regulariter nulla currat præſcriptio, juxta textum *l. viam publicam. & ibi gloſ. & Bartol. de via publica. Panorm. cap. ex parte. Aſtenſis circa fin. 1. col. extr. de conceſſ. præbend. Panorm. c. Iohannes. de Cleric. conjugato. Panorm. c. Piſanit. ad fin. extr. de reſtitut. ſpoliat. cum multis ſimilibus allegat. per Franc. Balb. in tract. de præſcript. 4. part. 5. part. princ. quæſt. 1.*

Sed

Sed certum eſt, quod in locatoris libera & abſoluta poteſtate ſitum ſit, ſimplicem conductorem finito anno expellere & rem conductam ſuis ſumptib. colere: Igitur ſequitur, quod contra hoc nulla currat præſcriptio.

70 Quintò, nemo rem † aliquam vel jus aliquod ſive plenum, directum vel utile dominium alicujus rei vel juris præſcribere poteſt, niſi ipſe habeat & naturalem & civilem poſſeſſionem vel quaſi illius rei vel juris, vel ſaltem civilem tantùm, ſicut hoc, quod nemo rem vel jus aliquod præſcribere poſſit, niſi ipſe habeat vel utramq; vel civilem poſſeſſionem tantùm illius rei vel juris ſatis, probat tex. *L. 1. §. per ſervum. & ibi Bart. & Dd. ff. de acq. poſ. gl. l. 1. & ibi Dd. C. de ſerv. fugit. Dyn c. ſine poſſeſ. de reg. jur. lib 6. Bart. Alex. Iaſ. & Dd. l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poſ. Bart l. Celſus col. 3. verſ. procedo. ff. de uſucap.* & quod nemo utile dominium rei vel juris præſcribere poſſit, niſi ipſe habeat vel utramq; vel ſaltem civilem poſſeſſionem illius rei vel juris expreſsè, ita docent Dd. communiter, *Imol. nempè Aret. Alex. Iaſ. & Dd. d. l. 3. §. ex contrario. ff. de acq poſ. P. Caſtr. l. fin. in fin. C. de præſcript. long. tempor. Franc. Balb. in tractat. de præſcript. 3. part. 3. partis principal. quæſt. 3.*

71 Sed certum eſt, † conductorem ſimplicem nullam neq; civilem neq; naturalem poſſeſſionem rei conductæ habere, ſed omnem poſſeſſionem tàm naturalem quàm civilem rei conductæ penes locatorem manere, *arg. l. colonus. & l. cum fundum ff. de vi & vi armata. l. qui univerſas §. fin. ff. de acquir. poſſeſ.*

Igitur ſequitur, conductorem ſive inquilinum ſimplicem contra locatorem nihil neq; directum neq; utile dominium, neq; jus perpetuæ coloniæ, quod utile dominium in ſe continet, præſcribere poſſe.

72 Sextò, † ille qui non ſuo, ſed alieno nomine rem aliquam poſſidet, ſe nulla præſcriptione juvare vel tueri poteſt, *l. malè agitur. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. l. pignori. in princ. ff. de uſucap.*

Sed certum eſt, quod tàm conductor quàm hæres ipſius rem conductam non ſuo ſed alieno, locatoris nempè nomine poſſideat, *l. cum in plures. §. hæredem. & ibi gl. ff. de locat. & conduct. l. qui univerſas. §. quod per colonum. & §. fin. ff. de acquir. poſſeſ.*

Igitur ſequitur, quod neq; conductor neq; hæres conductoris directum vel utile dominiũ rei conductæ vel etiam jus perpetuæ coloniæ, quod eſt jus utilis dominii, contra locatorem præſcribere poſſit.

Septimò, neq; conductor, neq; alius, qui alieno nomine rem aliquam ſive jus aliq tenet vel poſſidet, rem illam ſive jus illud contra locatorem vel alium, cujus nomine ipſe illam rem tenet vel poſſidet, aliter præſcribere poteſt, niſi ipſe poſſeſſionem intervertit *gl. l. malè agitur. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. P. Caſtrenſ. l. neq; C. de uſufruct. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 4. part. 4. part. princ. quæſt. 11. num. 3.* Quæ interverſio poſſeſſionis fieri non poteſt, niſi interveniente nova cauſa, *P. Caſtr. d. l. neq; C. de uſufruct. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 4. part. 4. part. principal. quæſt. 11. num. 5.* 73

Quinimò, etiam ultra hoc, quod nova cauſa intervenit, requiritur declaratio voluntatis aut animi mutantis, quod conſtet, illum de novo poſſeſſionem intervertere voluiſſe, ſicut hoc expreſsè tradit *Socin. conſ. 131. col. 3. lib. 1.* & idem eſt de mente *Iaſ. l. 2. num. 157. C. de jur. emphyteu.* Sed in caſu noſtro non apparet J. a B. intervertiſſe Nobilibus à C. quaſi poſſeſſionem dictæ decimę controverſę, nec illud præſumitur, cum illud ſit ſpecies delicti, quæ delicta non præſumuntur, juxta *text. l. merito. ff. pro ſocio.* Nec etiam dici vel probari poteſt, in caſu noſtro ſupervenisse novam cauſam mutandi poſſeſſionem vel quaſi; neq; etiam Nobilis J. a B. in & hoc tempus declaravit ullo facto, quod ipſe Nobilibus Dominis à C. poſſeſſionem intervertere voluerit. Igitur ſequitur, quod Nobilis J. à B. contra G. à C. ſe nulla præſcriptione tueri vel juvare poſſit.

Octavò, clari & indubitati juris eſt, quod ſecundum diſpoſitionem juris Canonici conductor contra locatorem ſe nulla præſcriptione juvare vel tueri poſſit, etiamſi ipſe locatori poſſeſſionem intervertit; & hoc propter malam fidem & ſcientiam rei alienæ, quam conductor etiam interverſa poſſeſſione habet, *Felin. & Dd. c. ſi diligenti. extr. de præſcript. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 4. part. 4. part. principal. quæſt. 11. nu. 3. 1. part. 6. part. principal. 16 caſu. n. 3 1.*

Quæ diſpoſitio juris Canonici etiam in foro civili ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam ſervanda eſt, *gloſ. Abb. & Dd c. fin. extr. de præſcript.* ex quo ſequitur, quod Nobilis J. à B. ſe nulla præſcriptione contra Nobilem G. à C. tueri poſſet,

poſſe, etiamſi ipſe probare vel fidem facere poſſet, ſe Nobili G. a C. poſſeſſionem intervertiſſe.

74 Nonò, † hanc ſententiam confirmat id, quod tradit *Rain. conſ. 75. num. 4. lib. 1.* ubi ipſe in terminis noſtris quærit, utrum is, qui longiſſimo tempore uniformem Canonem ſive penſionem ſolvit, jus emphyt. ſive coloniæ perpetuæ præſcribat. Ita ut ſi ipſe paratus ſit, illam penſionem ſive Canonem ſolvere, ipſe expelli nequeat, & reſpondet Ruinus diſtinguendo, quandoque ab initio quis cœpit poſsidere tanquam Emphyteuta vel feudatarius, & de conceſsione non conſtat, tunc ſi per triginta annos rem poſſedit, & tanquam Emphyteuta ſolvit, præſcribere potuit *c. 1. §. ſi quis per 30. & ibi Dd. ſi de feud. defunct. content.* & iſto caſu loquitur *Bart. in l. comperit. C. de præſcriptio. 30. vel 40. annor.* quia naturalem poſſeſsionem acquiſivit ab initio, quæ ſufficit ad præſcriptionem utilis dominii, ſecundum *Bart. & Dd. l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſeſ.* vel quia fuit in q. poſſeſsione etiam civili juris emphyt. quod notatur *in l. ſi plures. §. dejectum. ff. de vi & vi armata. l. ait Prætor. §. ei qui. ff. ex quib. caſ. major & notat. Bart. l. naturaliter. in princip. ff. de acquir. poſſeſ.* quæ civilis poſſeſsio ad præſcriptionem ſufficit, ut habetur *in d. §. ex contrario.* & ita ibi ad propoſitum declarat *Alexan. per not. per Cyn. d. l. competit & per Bald. c. 1. §. ſi quis per triginta. ſi de feud. defunct. content. & per Ang. l. nemo. C. de acquir. poſſeſ.* & iſte non eſt caſus noſter, quia non apparet, quod adverſarii ſolverint ſemper tanquam conductores ad longum tempus, & quod ab initio cœperint tenere appotheeas tanquam tales.

Aliquando & ſecundò rem alienam quis tenuit, & pro ea ſolvit ſimpliciter per 30. annos, & ex qua cauſa ſolverit & ab initio tenuerit, non apparet, & iſto caſu non poteſt dici præſcripſiſſe directum dominium, quia ſolvendo recognovit alium in dominum, ſicut & contra creditorem non currit præſcriptio, quamdiu ab eo recepit uſuras, *l. cum notiſſimi. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. §. ſed eſi quis.* & prout etiam in ſimili declarant *Dd. in l. 1. C. de annal. except.*

Nec etiam dicto caſu dicitur præſcripſiſſe utile dominium tanquam Emphyteuta, vel tanquam colonus ad longum tempus, quamvis illud allegetur, quia ut quis tanquam talis dicatur præſcripſiſſe, eſt neceſſe, quod ſolverit ex dicta cauſa, & quod de hoc conſtet, *d. c. ſi quis per 30.* & iſtud expreſsè vult ibi *Bald. verſ. not. verbum, quod poſſeſſio.* ubi ex illo tex. not. quod poſſeſſio debet eſſe formis, id eſt, tanquam feudalis, & ſic ex cauſa, quia plus non debet operari præſtatio quàm ſtipolatio, quæ ſine cauſa non habet effectum, *l. ij. §. circa. de dol. except. alleg. not. per Petr. & Cyn. in l. 1. C. de contrah. & commit. ſtipulat.* ubi dicunt, ſolennitatem præſumi circa ea, quæ formiter acta ſunt, & non circa informia, id eſt, ubi non apparet cauſa, & ſimiliter iſto caſu, ex diuturnitate temporis & ex præſtatione diuturna non probatur titulus allegatus, juxta *l. cum de in rem verſo. de uſuris.* quia illud etiam procedit, quando præſtatio facta fuit ex certa cauſa ſecundum *Bald. in loco præalleg.* dicens, quod hoc modo loquitur *d. l. cum de in rem verſo.* & prout dicetur latiùs in ſequenti caſu,

Quandoque igitur & tertiò quis cœpit rem habere ex aliquo titulo, puta ſimplicis locationis & ad modicum temporis & rem tenuit per annos 30. & penſionem ſingulis annis uniformiter ſolvit, & iſto caſu eſt diſtinguendum, quia aut ſolvit tanquam colonus ſive inquilinus perpetuus, & hoc conſtat aut ſolvit ſimpliciter, & de cauſa ſolutionis non apparet.

Primo caſu quando per dictum tempus ſolvit ut colonus vel ut inquilinus perpetuus, & ſi hoc conſtaret, dici poſſet, quod jus colonatus præſcripſiſſet, quia diceretur ſibi cauſam poſſeſsionis mutaſſe & poſſeſſionem domino intervertiſſe, per not. *gl. & Dd. in c. 1. de feud. dat. in vic. l commiſſo.* ubi quærit gl. an creditor, qui poſſedit pignus per annos 30. & ultra, poſsit debitori volenti illud recuperare, opponere exceptionem præſcriptionis, & reſpondet gl. quod ſic, Si poſſeſsio fuit interverſa & mutata, ut quia ex alia cauſa exterinſeca cœpit poſsidere creditor rem pignoratam, & ex illa cauſa rem præſcripſerat, per *l. nec creditores. C. de pignorat. actio.* & idem etiam vult *Alvarot. in c. fin. ead. tit. in ult. col. verſ. opp. ultimo quod non poſſit.* ubi in caſu, de quo ibi creditor, quia ab initio rem habuit jure pignoris, præſcripſit, ut feudatarius, quia ſecundum eum poſſeſsio fuit per eum interverſa, quia cœpit poſsidere loco feudi, quod poſsidebat loco pignoris, alleg. *l. non ſolùm. §. quod vulgo. de uſucapio.* & iſto caſu procedere poteſt, quod notat

Bald.

Bald. in d. l. omnes. C. de præſcrip. 30. annor. & dicto caſu poteſt ex dicta præſtatione longiſſimi temporis probari titulus allegatus, per not. per *Bald. & Angel. in d. l. malè agitur*, quod allegantur in contrarium, quorum deciſio debet intelligi, quando conſtat, quod ſolutio non ex cauſa præcedenti, ſed ex alia, puta occaſione locationis perpetuæ facta reperitur & probatur.

Secundo verò caſu, quando ille, qui conduxit, ab initio ad modicum tempus ſolvit ſimpliciter per 30. annos, & ex qua cauſa ſolverit, non apparet, ſed ſumus in dubio, & præſumitur tunc, quod ex prima locatione fuerit toto tempore facta ſolutio, quæ ſingulo anno potuit tacitè renovari, & præſumitur renovata, *l. item quæritur. §. qui impleto. & l. qui ad certum, ff. locat.* quia mutatio & interverſio poſſeſſionis ex alia cauſa non præſumitur, ſicut nec mutatio voluntatis, *l. cum tacitum. de probat. & c. cum notre. de celebr. miſſa.* & per conſequens, non probatur præſcriptio, quia ſolvens tanquam ſimplex colonus non poſſedit, ut dictum eſt, & ſine poſſeſſione præſcriptio non procedit, *l. ſine poſſeſſione. de uſucap.* Nec etiam ex dicta diuturna & longiſſima præſtatione probatur alius titulus allegatus, *junc. d. l. cum de in rem verſo.* quia ubi cõſtat de cauſa, nunquam titulus allegatus probatur ex tempore ſecundum *Bald. in c. fin. de feud. dat. in vic. l. commiſſo. verſ. ſed mirabile videtur. alleg. ad hoc not. per gl. & Dd. in l. ſi certis annis. C. de pact.* fallit in feudo, ſecundum eum per illum text. vel dicendum eſt, quod illo caſu conſtabat, quod ille, qui habebat rem ex cauſa pignoris, poſſeſſionem domini intervertit, & cauſam poſſeſſionis mutavit: quia ut feudatarius ſervitium præſtitit, ut ibi etiam dicit *Alvar.* ſed ut dixi ex cauſa præcedenti debet in dubio præſumi facta ſolutio, & iſtud etiam voluit *Salicet. in d. l. ſi certis annis. & in d. l. cum de in rem verſo. in 1. quæſt.* ubi quærit, quid ſi poſt longam præſtationem allegetur titulus, an ad hoc ut probetur, ſit neceſſe, quod capituletur & probetur, quod ex cauſa allegata in libello ſingulæ præſtationes fuerint factæ: an ſufficiat ſimpliciter probare diuturnam præſtationem, & dicit *Salic.* quod iſta quæſtio non eſt tacta per Dd. & concludit, quod ſic, quia niſi probet, quamlibet præſtationem fuiſſe factam ex cauſa allegata, probatio erit dubia, quæ non relevat, *c. in præſentia. de probatio. & l. non hoc. C. unde cog.*

Item, quia fictio fictionis & improprietas improprietatis debet evitari, & earum pluralitas non debet admitti, *l. 1. cum ibi notat. C. de dot. promiſſ.* ſed ſi ſecus diceretur, dictum abſurdum ſequeretur, ergo &c. & quod iſtud ſequatur, patet, quod una præſumptio eſt, ut ex ſimplici præſtatione præſumantur cauſæ allegatæ: alia ut ex præſtatione diuturna probetur cauſa allegata, & cum *Salicet.* tranſit etiam *Alexand. in conſ. 114. lib. 1.* & ſic volunt, quod ad hoc, ut titulus allegatus probetur ex longæva præſtatione ſit neceſſe, quod ex dicta cauſa ſolutio ſit facta, & quod hoc probetur, & iſtud etiam ſatis eſt de mente *Bart. in d. l. cum de in rem verſo. de uſuris ad fin.* prout etiam fatetur ibi *Salicet. in d. 1. quæſt. remittendo ſe ad dicenda per eum. in 4. & 5. quæſtio. ſed ut dixi, iſtud etiam vult expreſſè Bald. in d. c. ſi quis per 30.* ubi no. quod poſſeſſio debet eſſe formis, id eſt, tanquam feudalis, & hoc modo ſecundum eum loquitur *d. l. cum de rem in verſo.* quæ loquitur de præſtatione formi, id eſt, cauſa interta, & hoc etiam probat per rationem, de qua ibi per eum & quam paulò antè retuli.

Si ergò, quando de aliquo titulo præcedenti non apparet ex tali longæva præſtatione, non probatur titulus allegatus, niſi probetur, quod ſingulæ præſtationes ſint factæ ex titulo allegato: multò minus titulus ille probatur, quando conſtat de alia cauſa præcedenti: & quod ab initio ex illa cœpit præſtatio fieri, ut in caſu noſtro: ſi non probetur, quod ex alio titulo poſtmodum allegato dictæ præſtationes ſint factæ: quoniam in dubio debet ex cauſa illa primordiali, & quæ verè ſuberat, ab initio præſumi, quod ſolutio & præſtatio fuerit continuata per prædicta, & *arg. no. per Bart. in l. triticum. de verbor. obligat. & in l. cum ſolit. ad fin. de uſucap. verſ. tertio caſu.* dum dicit, quod quis præſumitur habere poſſeſſionem virtute præcedentis tituli: & hoc, ut dixi, expreſsè vult etiam *Bald. in d. c. fin. de feud. dat. in vic. l. commiſſ.* dicens, quod quando conſtat de cauſa vera, titulus allegatus non probatur ex tempore, per *not. in d. l. ſi certis annis.* Unde ex his patet claré, quod iſto caſu non poteſt habere locum illud, quod dicit *Bald. & Angel. in d. l. malè agitur. & in d. l. omnes.* ſed quando probatur, quod ſolutio fuit facta ex cauſa allegata.

Et in caſu dubio ſive alia cauſa vera

procedat, ſive non, non acquiritur jus ex præſcriptione, neque probatur titulus ex poſſeſſione: & ſic ad omnia in contrarium allegata colligitur reſponſio ad prædicta.

Hactenus Ruinus, & ſic Ruinus in illo Conſilio expreſsè vult, illudq; multis firmis rationibus probat, ad hoc, ut quis per ſolutionem uniformis Canonis, penſionis ſive mercedis jus emphyteuticum ſive perpetuæ coloniæ præſcribat, omni caſu requiri, ut probetur atque fides fiat, ſolutionem uniformis Canonis, penſionis ſive mercedis ultra tempus longiſſimum à poſſeſſore tanquam ab Emphyteuta ſive colono perpetuo factam ſive alia cauſa vera procedat ſive non, quodq; hoc non probato, illud ex lapſu temporis non præſumatur, atque is, qui penſionem ſolvit, illam rem, pro qua penſio ſoluta fuit, domino ſive recipienti penſionem hoc petenti illam rem, pro qua penſio ſoluta fuit, ſemper & quandocunque reſtituere cogatur, nec poſſit ſe contra hoc ulla præſcriptione ſive temporis lapſu juvare vel tueri.

Ex quo ſequitur, quod in caſu noſtro cum non ſit probatum, quod Nobilis Dominus J. à B. pro dimidia decima controverſa ultra tempus longiſſimum, tanquam colonus perpetuus ſive Emphyteuta Canonem ſive penſionem uniformem ſolverit, ipſe prætendere non poſſit, ſe per ſolutionem Canonis ſive penſionis jus emphyteuticum præſcripſiſſe, ſive ponamus, quod in caſu noſtro conſtet, Nobilem J. à B. dimidiam decimam controverſam ab initio titulo locationis temporalis cœpiſſe quaſi detinere, ſicut hoc revera ex ipſius propria confeſſione conſtat, ſive ponamus, dubium & incertum eſſe, ex qua cauſa ſive titulo ipſe ab initio hanc dimidiam decimam quaſi poſſidere ſive quaſi detinere cœperit.

Decimò, hanc ſententiam confirmat. Namque in narratione facta dicitur, quod Anno 1534. inter Nobilem A. de C. & J. à B. fuit habitus tractatus de mutanda & augenda penſione ſive mercede annua.

Et certi atque manifeſti juris eſt, quod
75 per † mutationem ſive augmentum penſionis annuæ, præſcriptio interrumpatur, prout hoc tradit *Bald. & Angel. l. malè agitur. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.*

Et ad probandam mutationem atque augmentum Canonis producitur privata ſcriptura Nobilis J. de H. qui in iſta ſcriptura fatetur, quod ipſo præſente & authoritatem præſtante ſive tanquam mediatore interveniente dicta penſio ſive merces mutata & aucta fuerit.

Deinde ad hanc mutationem ſive augmentum penſionis probandum allegatur, quod Anno 1534. inter prædictos Nobiles A. de C. & J. de B. fuit habitus tractatus de augenda ſive mutanda penſione, quem tractatum factum eſſe etiam ipſe J. de A. confitetur, & adhuc unico teſte probari poteſt.

Et licet † privata ſcriptura contra ter- 76
tium plenam fidem non faciat, *l. exemplo. & l. rationes. C. de probationib. l. nuda. ff. de donatio. l. 2. & fin. ff. de conven. fiſci deb. lib. 10. Bart. l. 1. col. 2. C. de jurament. calum Dec. c. 2. 4. notab. extr. de fide inſtrument. Iaſ. l. ſi poſt diviſionem. C. de jur. & fact. ignor.*

Tamen ſcriptura privata ſaltem aliqualem præſumptionem inducit, *Bart. & Dd. l. admonendi. & ibi Iaſ. in repet. col. 40. verſ. ultimò in quantum. Bart. Vult. & Franc. Ripa col. 20. num. 98. ff. de jurejur. Iaſ. conſ. 129. col. 2. lib. 1.*

Et cum Nobiles ſint † fide digniores 77
plebeis, iisq; major fides adhibeatur, quam plebeis, *gloſ. l. 3. verb. plebeio. argum. ill. text. ff. de teſtib. gl. §. item teſtium. verb. ſi quis decurio 4. q. 3. Spec. in tit. de teſte. §. poſtquam. verb. porrò. verſ. porrò. Odofred. l. final. ff. de fide inſtrum. Bart. l. 1. col. 9. verſ. unde in dubio. C. de dignitatib. lib. 12. Lucas de Penna l. mulieres. col. 5. C. eod. tit. Alvarot. c. 1. §. ſimiles ruſtici de pace tenend* Uſque adeò, ut paucis Nobilibus plus credatur; quàm multis ignobilibus, *Bald. l. teſtium col. penult. C. de teſtib.* Receptum eſt, ſcripturæ privatæ hominis nobilis plus fidei adhibendum quàm ſcripturæ privatæ alterius, ſicut hoc ſatis probatur ex eo, quod tradit *Bald. l. 1. col. 3. verſ. quid ergò eſt in Codicib. C. de confeſſ.* ubi Baldus concludit, Codicibus mercatorum etiam pro ipſis plenam fidem adhibendam eſſe, ſi Mercatores & Nobiles ſint & quantitas parva.

Deinde etiam ſcriptura † privata, quæ 78
aliis adminiculis adjuvatur, plenè probat, *Iaſ. conſ. 129. col. 2. circa medium lib. 1.*

Similiter & ſcriptura † privata conti- 79
nens veriſimilia, plenam fidem facit, *Guil. de Cun. l. edita. & ibi Alex. ad fin. & Dec. col. 1. C. de edend. Bald & Alex. l. 1. col. fin. & ibi Salicet. num. 9. C. eod tit. Bald. Rubr. col. antepenult. C. de fide Inſtrum. Petr. de Anchor. Clem. 1. § ſi cæterum. col. 3. verſ. ſubſequenter quærit de uſuris.*

uſuris. Imol. in c. 2. extr. de fide inſtrum. Raph. Cuman. conſ. 136. col. fin. Bald. conſ. 117. lib. 2. & conſ. 418. lib. 3. Alex. conſ. 54. col. 2. & conſ. 186. lib. 2. Franc. Aretin. conſ. 6. col. 3. Corn. conſ. 71. lib. 4.

Quæ ſententia ex eo confirmatur, q alibi traditur, teſti alioquin nõ idoneo credi, quando ipſis veriſimilia deponit, *Angel. conſ. 367. col. fin.* Quodq; aſſertioni judicis veriſimili fides adhibeatur etiam in illis caſibus, in quib. alioquin aſſertioni ſive dicto judicis non creditur, *Petr. de Anch. conſ 277. col. fin.*

Huc accedit, quod licet alioquin non credatur confeſſioni unius in præjudicium alterius. Quod tamen confeſſioni mariti, qui aſſerit ſe emiſſe bona de pecunia uxoris, ſi illa veriſimilis ſit, in præjudicium creditorum plena fides adhibeatur, *Salicet. l. ſi mater. C. de contrah. empt.*

Idem eſt in confeſſione patris, qui confitetur, ſe habuiſſe pecunias à filio. Nam licet multum ſuſpecta ſit, tamen attenditur, ſi veriſimilia contineat, *Angel. conſ. 153. incip. pater emit fundum. Alex. conſ. 18. lib. 3. Dec. conſ. 96. col. 2. verſ. nec obſtat.*

Similiter licet non ſtetur ſimplici aſſertioni Prælati, quando ipſe vult aliquem remunerare tanquam benemeritum, tamen hoc fallit, quando talis aſſertio eſt veriſimilis ex aliis conjecturis, *Bald. l. jubemus. la, 2. in fin. pr. C. de SS. Eccleſ. Dec. c. quoniam contra. col. 21. extr. de probat.*

80 Præterea, † licet multa tractentur inter partes, quæ poſtea non concluduntur, nec veniunt ad finalem effectum, *l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. ff. de minoribus. l. ſi voluntate. C. de reſcindend. vendit. l. ſi iendum. §. edictum. ff. de ædilit. edict. facit text. l. final. ff. de interrogator. act. l. nec ambigitur. cum ibi notatis. C. de donatio. Dec. l. ſi ego. num. 3. ff. ſi cert. petat.*

Eamq; ob cauſam non ſufficiat probare colloquia habita inter partes vel tractatus tantùm, niſi etiam probetur, quod tales tractatus fuerint confirmati & concluſi inter partes, *Bald. l. multum intereſt. col. 2. C. ſi quis alteri vel ſibi. Bald. l. cum allegas. col. 2. & ibi Salicet. col. 6. C. de uſur. Ioan de Imol. l. ſi quis cum alter. in princip. ff. ſi cert. petat. Alex. conſ. 13. num. 17. conſ. 18. num. 2. conſ. 28. nu. 3. lib. 1. & conſ. 148. num. 5. lib. 5. Iaſ. l. Titia. §. 1. num. 4. limit. 2. ff. de verbor. obligatio. Dec. l. non omnis. in princip. num. 2. ff. ſi cert. petat.* Atque teſtes, qui interfuerunt tractatui, & non interfuerunt concluſioni, non probant conſummationem actus, *gl. l. eleganter. in princ. & ibi Iaſ. num. 2. ff. de condict. indeb. Bald. c. fin. col. fin. extr. de jurament. calum. Iaſ. l. Titia. §. 1. num. 5. ff. de verbor. oblig.*

Tamen probato † tractatu ſaltem conjecturam ſive præſumptionem oriri judico, quod conſummatio ſive perfectio actus ſecuta fuerit, ſicut hoc ſatis videtur probari ex eo, quod notat *Bald. l. 2. arg. ill. text. C. de dotis promiſſ.* ubi *Bald.* concludit, quod probato acceſſorio, probetur principale, quod dictum Baldi refert atque ſequitur *Dec. Rubr. num. 1. C. de edend.* ubi *Dec.* latiùs concludit, quod ex præparatoriis & præmiſſis ſatis arguatur & oſtendatur, quod ſequi debeat principale, propter quod facta fuit præparatio. 81

Huc accedit, quod is, qui eligit præparatorium, etiam videatur eligere id, ad quod fit præparatio, *Bald. l. fin. col. 1. C. de Codicillis.* Quodq; is, qui aliquem defendit in cauſa præparatoria, etiam in cauſa principali defenſionem ſuſcipere cogatur, *Bart. l. qui proprio. §. item quæritur. arg. ill. text. ff. de Procuratorib.*

His adde, quod tractatus dicatur eſſe principium rei uſque adeò, ut is, qui tractat ſive tractatum facit, de vendendo aliquam rem, eam vendere dicatur, *Bald. c. in cauſis. col. 1. verſ. tractatus. extr. de electio. Tiraquell. in tractat. de utroq; retract. part. 2. in fin. num. 31.*

Et hoc potiſſimùm procedit, quando is, qui tractatui ut mediator interfuit, in continenti poſt tractatum dicit vel ſcribit, conſummationem ſive perfectionem contractus ſecutam fuiſſe.

Namque ex iis, quæ in † continenti fiunt, multa præſumuntur, ſicut hoc expreſſè probat textus *l. ſi ventri. §. fin. & ibi Bart. Franciſc. Ripa & Dd ff de privileg. credit.* ubi *Bart. arg. ill. text.* concludit ex eo, quod probatur, Cajum locutum eſſe ad aurem Titii, qui poſtea in continenti occidit Mævium, & probari & præſumi, Cajum vel mandaſſe vel conſuluiſſe, ut Titius illud homicidium perpetraret. Quam deciſionem refert atque ſequitur *Bald Ang. & Iaſ. l. ſi quis mihi bona. §. ſed ſi mandavit. ff de acquir. hæredit. Ang. in tract. de maleſic. verb. Sempronium mandatorem. quæſt 21. Petr. de Anch. & Abb. c. ex literis. argum. illius text. extr. de ſponſalib.* 82

Huc accedit, quod ex eo, quod probatur,

Digitized by Google

aliquem in continenti ante homicidium commiſſum bona ſua alienaſſe, & probetur & præſumatur, illam alienationem in fraudem fiſci factam fuiſſe, *Bart. & Dd. l. poſt contractum ff. de donat.*

Quodq; ex eo, quod res alienata in perſonam promiſſam ab illa perſona in continenti transfertur in perſonam prohibitam, illa alienatio & probetur & præſumatur facta in fraudem prohibitionis, *Alex. conſ. 25. lib. 2. Dec. conſ. 182. col. 4. cum ſimilib. allegat Ripa d. l. ſi ventri. §. fin. ff. de privileg. credit.*

Et ſic ex prædictis liquet, per probationem tractatus de augenda & mutanda penſione habiti Anno 1534. Item & præfatam ſcripturam Nobilis Domini J. ab H. qui illi tractatui tanquam mediator ſive authoritatem præſtans interfuit, ſatis ſufficienterq; probari mutationem & augmentum penſionis annuæ dicto Anno 34. factam eſſe.

Namque primò illa ſcriptura eſt hominis & nobilis & fide digniſſimi.

Secundò, illa ſcriptura veriſimilia continet.

Tertiò, illa ſcriptura eſt de ſumma exigua habito reſpectu ad quantitatem fructuum, quæ ex dicta dimidia decima quotannis percipitur ſecundum quam quantitatem eſt æſtimandum, utrum penſio ſit magna vel parva.

Deinde etiam illa ſcriptura multis conjecturis præſumptionibus & indiciis, & inter cætera ex eo, quod tractatus de mutanda & augenda penſione præceſſit, & illum tractatum in continenti prædicta ſcriptura privata ſecuta eſt, adjuvatur & confirmatur.

Igitur ſequitur, ex illa ſcriptura privata Nobilis Domini J. ab H. juncta probatione tractatus ſatis ſufficienterq; probari, dictam mutationem & augmentum penſionis præſtandæ pro dimidia parte decimæ Anno 1534. factam fuiſſe.

Et per conſequens, cum ab anno 34. uſque ad præſens tempus non ſint elapſi 30. anni, allegatam & prætenſam præſcriptionem juris perpetuæ coloniæ in caſu præſenti nullo modo locum habere poſſe.

Cum ſecundum ſententiam Baldi & ſequacium, qui tenent jus perpetuæ coloniæ per præſtationem penſionis uniformis præſcribi requiratur, ut illa penſio uniformiter ultra annos 30. præſtita fuerit, *Bald. & Angel. d. l. malè agitur. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.*

Quod abſque omni dubio in caſu præſenti locum habet, cum illa mutatio ſive augmentum Canonis allegetur, tantùm ad finem probandi interruptionem ſive impedimentum prætenſæ præſcriptionis, quæ interruptio præſcriptionis per unicum teſtem ſive aliam ſemiplenam probationem plenè probatur, *Cardin. conſ. 108 incip. petitur quædam ſententia. Felin. c. illud. num. 12. extr. de præſcript. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 4. part. 3. part. 6. part. princ. n. 54*

Quam ſemiplenam probationem ex prædicta privata ſcriptura Nobilis Domini J. ab H. quæ & veriſimilitudine & multis conjecturis adjuvatur, oriri omni dubio caret. Præſertim cum multi Dd. generaliter velint, ſcripturam omninò privatam etiam nullis adminiculis ſubfulſam ſemiplenam fidem facere, *Bart. l. ſcripturas. nu. 6. in fin. C. qui pot. in pig. habeantur. Ant. de Butr. c. fin. extr. de jurejurand.*

Et poſito, ſed tamen non conceſſo, per prædictam privatam ſcripturam non ſatis ſufficienterq; probari Anno 34. mutationem & augmentum penſionis factum, tamen J. à B. coram teſtibus & Notario confeſſus eſt, fuiſſe habitum tractatum inter ipſum & Aſcanium à C. de augenda ſive mutanda penſione, & in illo tractatu conductionem dimidiæ decimæ controverſæ expreſsè renovatam, quæ confeſſio neceſſariò intelligenda eſt de illo tractatu & renovatione, quæ fuit facta Anno 1534.

Tum, quia interrogatio Notarii, ad quam illa confeſſio ſive reſponſio ſecuta eſt, ſecundum mentem & intentionem Notarii rogantis eſt, tantùm facta de illo tractatu habito Anno 34.

Et certum eſt, † reſponſionem ſive 83
confeſſionem ſequentem ſecundum interrogationem præcedentem intelligendam, *§. præterea. Inſtitut. de inutilib. ſtip. l. 1. & ibi Iaſ. & Dd. C. de diverſis reſcript. Bart. l. 1 ff ad leg. Iul. Majeſt.*

Tum, quia non conſtat nec probari poteſt, inter Aſcanium à C. & Joan. à B. alium tractatum fuiſſe habitum quam illum, qui inter ipſos habitus Anno 34. de mutanda & renovanda penſione.

Et certum eſt, quod † pluralitas actu- 84
um ſive tractatuum non præſumatur, *c. in præſentia. §. verum. el. 2. & ibi Anton. de Butr. col. 13. extr. de probat. gl. l. cum qui. §. in popularib.*

larib. in gl. magna circa medium. ff. de jurejuran. Bald. l. teſtium. col. 5. in fin. C. de teſtibus. Iaſ. l. 2. nam. 8. C. de bonor. poſſeſ. ſecund. tabul.

Ex quo ſequitur, etiamſi probari poſſit, quod in iſto tractatu non fuerit facta mutatio vel augmentum penſionis annuæ, cum tamen in illo tractatu habito Anno 34. fuerit facta expreſſa renovatio conductionis, per illam expreſſam renovationem conductionis præſcriptio, ſi quam J. à B. docere poſſit, lapſum ſuum ante illud tempus incepiſſe, interrupta ſit, & cum ab illo tempore nondum 30. anni elapſi ſint, J. à B. ſe nulla præſcriptione tueri vel juvare poſſit.

Namque clari & indubitati juris eſt, quod præſcriptio prætenſa ex ſolutione uniformis Canonis ultra tempus longiſſimum interrumpatur, eo ipſo, quod reconductio expreſſe facta ſive renovata fuit, *Aym. Cravet. in tract. de antiquitat. tempor. 4. part. §. materia iſta num. 104.*

Similiter legibus expreſſè cautum eſt,
85 quod † interrupta præſcriptione ab eo tempore, quo cauſa interruptionis ceſſat, nova præſcriptio requiratur, & ad illam inducendam tantum tempus neceſſarium ſit, quantum ab initio ad præſcriptionem requirebatur, *gl. l. cum notiſſimi. in pr. §. ſolum. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Bart. l. fin. in pr. & ibi Iaſ. ff. de eo per quem fact. fuit. Imol. & Paul. Caſtrenſ. l. naturaliter & ibi repetentes ff. de uſucap. Iaſ. l. nam & poſtea §. ſi is qui temporali. ff. de jurejurand. Iaſ. l. 1. C. quando libell. princip. oblat. ſit. litem conteſtat. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 4. part. 6. part. princip. num. 1. Abb. c. cum non liceat. col. 2. extr. de præſcrip. Abb. c. ſtud. col. 1. extr. eod. tit. Alex. l. fin. in pr. col. 2 ff. de eo per quem factum fuit. Bald. l. cum notiſſimi. §. imò. col. fin. verſ. attende. C. de præſcript. 30. annor. Franciſc. Balb. in tract. de præſcript. 2. part. 6. partis princip. nu. 1. & 3. part. 6. part. princip. nu. 1. arg. l. ſi ædes. §. libertas & ibi Bald. ff. de ſervitut. urb. præd.*

Quinimò, cum eo ipſo, quod conductio expreſſè renovatur, etiam pro priori Canone ſive penſione conductor obligetur locatori contra ipſam conductione, *l. ſi quis conductionis. C. de locat. & conduct.* agenti rem conductam reſtituere, uſq; adeò, ut ipſe ſe contra hoc nulla exceptione de dominio proprio vel alieno vel ſimili tueri poſſit, & ſic ſciat vel ſaltem ſcire debeat, ſe obligatum eſſe locator petenti rem conductam reſtituere, ego legibus conſonum eſſe judico, quod poſt hanc expreſſam renovationem conductionis etiam pro eadem penſione factam, conductor vel hæres ipſius ſe nullius temporis præſcriptione, contra locatorem reſtitutionem hujus rei petentem tueri poſsit.

Namq; clari & indubitati juris eſt, cum
qui † ſcit ſe obligatum eſſe, ſive perſonali 86
actione conveniri poſſe, in mala fide cenſeri, *Franc. Balb. in tract. de præſcript. 2. parte 3. part. princip. quæſt. 14. n. 4. Card. Pariſ. conſ. 92. nu. 21. & conſ. 110. nu. 30. lib. 3.*

Similiter clari juris eſt, quod ſecundum
diſpoſitionem juris † Canonici nulla præ- 87
ſcriptio cum mala fide currat, quodq; non tantùm illa mala fides, in qua quis ab initio fuit, verùm etiam illa, quæ poſtea ſupervenit, præſcriptionem impediat, *c. vigilanti & ibi Dd. & cap. fin. & ibi ſimiliter Dd. extr. de præſcript. cap. poſſeſſor. & ibi Decius de regul. jur. lib. 6. Franciſc. Balb. in tractat. de præſcript. 2. parte 3. partis 6. part. princip. quæſt. 2. nu. 1.*

Quod procedit non tantum in præſcriptione actionum realium, ſed etiam in præſcriptione actionum perſonalium, *gl. Innocent. Anton. de Butr. Felin. & Dd. c. fin. extr. de præſcript. Alex. conſ. 185. col. antepenult. lib. 2. conſ. 33. lib. conſ. 63. conſ. 90. lib. 4. Præpoſ. ca. 1. §. ſi quis per 30. ſi de feud. defunct. content. cum multis ſimilib. alleg. per Fr. Balb. in tr. de præſcriptio. 2. part. 3. part. princip. quæſt. 13.* & locum habet, non tantùm in præſcriptione à jure civili inventa, verùm etiam in præſcriptione à ſtatuto, lege municipali vel conſuetudine introducta, *Bart. l. omnes populi. 2. quæſt. 3. quæſt. principal. ff. de juſt. & jur. Angel. & Imol. l. ſequitur. § ſi viam. ff. de uſucap. Anton. de Butr. Abb. Felin. & Dd. c. fin. extr. de præſcript. Anton. de Butr. c. pervenit. extr. de cenſib. Alex. conſ. 185. col. penult. lib. 2. Corn. conſ. 264. & conſ. 338 lib. 1. & conſ. 55. lib. 3. Philip. Franciſc. c. poſſeſſor. de regul. jur. lib. 6.*

Quinimò etiam præſcriptio illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, abſq; bona fide non procedit, *gl. c. 1. verb. niſi. & ibi Philip. Franc. de præſcript. lib. 6. Angel. §. furtivè. Inſtit. de uſucap. Beroald. in ſuo. repertor. verb. præſcriptio quæ cauſatur. verſ. fin. Orland. de Curt. inter conſ. Calcanei. conſ. 6. col. pen. Bart. de Vulpib. inter conſ. Calcanei conſ. 53. col. 2. Iaſ. conſ. 24. col. pen. lib. 3. Alexand. conſil. 13. col. 4. in fin. Matth. de Afflict. deciſ. Neapolitan. 368. Franciſc. Balb. in tractat. de præſcriptio. 2. part. 3. part. principal. quæſt. 6. num. 20.*

num. 20, Aymon Cravet. conſ. 146. in fin. lib. 1. Aymon Cravet. in tract. de antiquitat. tempor. 4. part. §. materia iſta. num. 19. Card. Pariſ. conſ. 26 num. 31. conſ. 101. num. 113. lib. 1. & conſ. 66. num. 138. lib. 3. & hoc non tantùm in foro Canonico, ſed etiam in foro civili locum habet.

Namque jura civilia volentia præſcriptionem cum mala fide in aliquibus caſibus currere, per jura Canonica correcta ſunt, uſque adeò, ut jura Canonica requirentia bonam fidem in omni præſcriptione & quidem omni tempore ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam, etiam in foro civili ſervanda ſint, *gloſ. & Ioan. Andr. in c. poſſeſſor. de regul. jur. lib. 6. Hoſtienſ. in ſumma tit. de præſcript. rer. immobil. §. verum. col 1. lib. 2. Abb. Imol. Felin & Dd. c. fin. extr. de præſcript. Franc. Balb. in tr. de præſcript. 2. part. 3. partis principal. quæſt. 7. num. 4.*

Eodem modo legibus expreſsè cautum
88 eſt, quod mala † fides defuncti, hæredi ſive ſucceſſori univerſali indiſtinctè noceat, ſicut hoc communiter tradunt Dd. *Anton. de Butr. Abb. & Felin. c. ſi diligenti. extr. de præſcript. Imol. c. fin. extr. eod. tit. Roman. conſ. 701. incipit pro deciſione. Alex. & Iaſ. l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquir. poſſeſ. Ang. §. ſed tamen. Inſtit. de uſucap. Alex. conſ. 84. lib. 1. Franciſc. Balb. in tractat. de præſcript. 2. part. 3. part. princip. quæſt. 12.*

Præterea quoque manifeſti juris eſt, quod
89 error † juris præſcribenti non patrocinetur, quodque ad inducendam malam fidem & impediendam præſcriptionem, patia ſint ſcire & ſcire debere, ſecundum textum expreſſum *l. nunquam. in princ. l. ſi fur. §. 1. ff. de uſucap. l. irritum. & ibi Bald. C. pro donato.*

90 Nec obſtat † Nobili Domino G. à C. id, quod aliqui Dd. tradunt, eum, qui ultra triginta annos uniformem Canonem ſolvit pro re conducta jus perpetuæ coloniæ præſcribere, ita ut ipſe ulterius ex re conducta expelli non poſſit, nec etiam ipſi antiqua penſio augeri poſſit, prout hoc tradit *Bald. & Ang. l. malè agitur. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Alexan. in addit. ad Bart. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. de locat. & conduct. Bald. l. omnes. col. 2. verſ. exemplo colonus. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Bertach. in 1. parte ſui repertor. verb. colonus. verſ. et.*

Namque primò doctrinam Baldi & ſequacium multis firmiſſimis & urgentiſſimis rationibus reprobat *Aymon Cravet. in tract. de antiquitat tempor. 4. part. §. materia iſta, num. 100. cum viginti quinque ſequentib.* ubi ipſe viginti rationes contra opinionem Baldi adducit, & ſimiliter contra Baldum & ſequaces tenet is idem *Aymon Cravet. conſ. 107. nu. 4. lib. 1.* & cum hæc poſterior ſententia Aymonis Cravettæ melioribus & firmioribus rationibus nitatur, ſicut hoc videre licet ex rationibus ab Aymone Cravetta adductis, illa & in judicando & conſulendo ſequenda eſt, Cum legibus expreſsè cautum ſit, illas opiniones, quæ melioribus & firmioribus rationibus nituntur, & in judicando & in conſulendo ſequendas, licet illis communis Dd. opinio reſtagetur, *l. 1. §. ſed neq. C. de vet. jur. enucl. l. Æmilius. ff. de minorib. c. Capellanus. & ibi Abb. extr. de ferijs. cum ſimilib. allegat. ſuprà.*

Secundò, poſito, ſed tamen non conceſſo, doctrinam Baldi & ſequacium veram eſſe, tamen illa doctrina non procedit, niſi conductor ultra triginta annos rem conductam poſſederit, & ſemper uniformem Canonem ſolverit.

Tertiò, doctrina Baldi & ſequacium abſque omni dubio locum non habet, quando intra triginta annos expreſſa renovatio inveſtituræ facta fuit.

Quartò, doctrina Baldi & ſequacium nullo modo procedit, niſi probetur expreſsè conductorem colonum ſive alium, qui alieno nomine rem aliquam ſive jus aliquod poſſidet, vel quaſi domino poſſeſſionem intervertiſſe, & poſt illam interverſionem, illam rem ſive illud jus nomine proprio ultra triginta annos poſſediſſe vel quaſi, ſicut hoc ex prææallegao Conſilio Ruini ſatis liquet.

Quintò, doctrina Baldi & ſequacium abſque omni dubio non procedit, quando non probatur, quod ſingulæ præſtationes à conductore ultra tempus longiſſimum factæ, ab illo tanquam ab Emphyteuta ſive colono perpetuo factæ fuerint.

Sextò, doctrina Baldi ſecundum juris Canonici diſpoſitionem, quæ etiam in foro civili locum habet, nullo modo procedit, cum ſecundum illam diſpoſitionem conductor ſive colonus, etiamſi ipſe poſſeſſionem vel quaſi locatori intervertterit, nullius temporis præſcriptione ſe tueri & juvare poſſit, ſicut hoc ſuprà dictum eſt.

Sed in caſu noſtro Anno 34. facta eſt & expreſſa renovatio conductionis & mu-

tatio penſionis ſive mercedis. Deinde quoque in caſu noſtro non eſt probatum, quod Nobilis J. à B. poſſeſſionem vel quaſi dimidiæ decimæ controverſæ Nobilib. Dominis à C. interverterit.

Præterea quoque probatum non eſt, quod Nobilis J. à B. uniformem penſionem ſive Canonem ultra tempus longiſſimum jure perpetuæ coloniæ, ſive tanquam colonus perpetuus ſolverit. Igitur ſequitur, doctrinam Baldi & ſequacium etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, illam per ſe veram eſſe, in caſu noſtro locum non habere.

Et obſtat ipſi Nobili J. à B. ultra prædicta mala fides ipſius, propter quam ſe nullius temporis præſcriptione tueri vel juvare poteſt.

Atque ita per prædicta omnia prætenſa J. de B. exceptio præſcriptionis ſatis dilucidè refutata eſt.

Neque etiam ulterius adduci poterit, Joannem de B. ab Aſcanio de C. Godehardi de C. parente controverſam dimidiam decimæ in perpetuum ſive jure coloniæ perpetuæ, conduxiſſe.

91 Primò enim eſt clari juris, quod † conductio in perpetuum ſit impropriè conductio, prout hoc expreſsè & in ſpecie tenet *Aymon Cravet, conſ. 20. num. 14. lib. 1.*

Et ſimiliter de jure proviſum eſt, q; omnia
92 verba † tàm confidentium quàm tranſigentium in propria ſignificatione accipienda & propriè intelligenda ſint, ſecundum textum ſuperiùs allegatum, *l. non aliter in princip ff. de legat. 3. l. 1. §. ſi is qui navem. ff. de exercitor actio.*

Ideoque J. de B. confeſſio, quod controverſam dimidiam decimæ à G. de C. conduxerit, juxta tenorem copiæ ſub lit. H. productæ, propriè intelligenda atque ita interpretanda eſt; quod Joannes de B. ab Aſcanio de C. parente G. controverſam dimidiam decimæ non in perpetuum, ſed tantùm ad tempus conduxerit.

93 Secundò in jure certum eſt, quod † verba ſimpliciter prolata contra proferentem intelligenda ſint, juxta text. *l. veteribus. ff. de pactis.*

Ex quo ſequitur, confeſſionem Joannis de B. coram teſtibus Notarioque factam contra illum ipſum Joannem de B. ita interpretandam eſſe; quod Joannes de B. cõtroverſam dimidiam decimæ ab Aſcanio de C. non in perpetuum, neque jure coloniæ perpetuæ, ſed tantùm ad tempus conduxerit. Etiam dato, quod verbum, Dingen / *Conducere*, alias æqualiter ad jus coloniæ perpetuæ, & conductionem temporalem intelligi atque extendi poſſet.

Tertiò ordinant jura, quod in dubio
præſumatur † is contractus initus, qui in 94
illa regione, in qua contractus celebratur, magis frequentatur, juxta textum *l. ſemper in ſtipulationibus. & ibi Dec. & Cagnol ff. de reg. jur.*

Et confirmatur ex eo, quod ſicut voluntas hominis declaratur ex conſuetudine, ut id cenſeatur voluiſſe, quod conſuetum eſt fieri, *l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædilit. edict. l. ſi prius. §. 1. & ibi Bartol. ff. de aqua pluvial. arcend. l. final. C. de fidejuſſoribus. Bart. l. magiſtratus. ff. ad municipalem.*

Ita quoque non cenſeatur velle diſponens, id quod conſuetum non eſt, *l. fideicommiſſa. §. ſi servo.* ubi *Bald. ff. de legat. 3. Alex. conſ. 75. col. pen. lib. 5.*

His adde, quod præſumptio ſumi debet ex eo, quod communiter fieri conſuevit, *gloſ. l. neq; natales. C. de probationib.* In materia enim præſumptionum & conjecturarum validum eſt argumentum à communiter accidentibus, *Bald. conſ. 70. col. 2. lib. 5.* Et ex frequentia & generalitate præſumitur veritas, *Bald. conſ. 351. in fin. lib. 1.*

Huc accedit, quod locus à communiter accidentibus in dubiis cauſis præſumptivè concludat, *Bald. conſ. 390. col. 1. in fin. lib. 2.* Quodq; præſumptio inducatur ex communi curſu, *Bald. conſ. 351. col. 2. lib. 5.*

Sed certum eſt, quod contractus locationis ſive conductionis temporalis, in quo videlicet locatori permittitur conductorem omnibus annis expellere, frequentiſſimus ſit, contractus verò coloniæ perpetuæ ſive conductionis perpetuæ penitus [illegible]tatus & inuſitatus eſt, prout hoc atteſtatur *Aymon Cravetta in tractat. de antiquitat. tempor. 4. part. §. materia iſta, num. 138.*

Igitur ſequitur, quod dictus contractus locationis initus, inter Nobilem A. à C. & J. à B. potiùs conductio temporalis quàm perpetua intelligi debeat.

Tertiò ordinant jura communia ſcripta, quod in dubio † ceſeatur id fuiſſe inter 95
contrahentes actum, quod utrique contrahentium prodeſt, & neutri oneroſum eſt,

Bald.

Bald. conſ. 143. incip. examinanda ſunt. in princip. lib. 5. & conſ. 48. incip. iſta quæſtio. in fin. lib. 4. Paul. Caſtrenſ. Ludovic. Roman. & Alex. l. 1. argum. illius text. & ibi Iaſ. num. 16. ff. ſi quis cautionib. Dec. conſ. 162. & conſ. 50. Aymon Cravet. conſ. 20. num. 12. & conſ. 91. num. 81. lib. 1. & in tract. de antiquitat. tempor. 4. part. §. materia iſta. num. 121. Cardin. Pariſ. conſ. 74. num. 80. lib. 3. conſ. 53. nu. 4. & conſ. 58. num. 9. & 49. lib. 4.

Neque eſt ullum dubium, utrique parti convenientius eſſe, nulliq; incommodare, quod conductio intelligatur facta ad tempus & non in perpetuum. Cum eo caſu utrique parti conceſſum ſit, pro libitu ſingulis annis à contractu illo conductionis recedere, commodumq; ſuum quærere, caſu verò illam conductionem in perpetuum factam fuiſſe, tunc nulli parti concederetur, de illo contractu recedere, ſuumque commodum quærere. Ex quo uni alterive parti varia incommoda exiſtere poſſent.

Ideoque non præſumendum Joannem de B. controverſam dimidiam decimæ ab Aſcanio de C. in perpetuum pro uniformi Canone eo modo conduxiſſe, quod apud illa bona neceſſariò permanere deberet, neque illa ipſi adimi poſſent. Verùm multò magis præſumitur, Joannem de B. illam controverſam dimidiam decimæ tanquam ad tempus conduxiſſe, eo modo ac conditione, quod utrique & C. & B. conceſſum ſit à contractu illo conductionis pro libitu recedere, ſuumq; commodum quærere: cui præſumptioni ſtandum eſt, donec probetur contrarium, juxta text. *l. non eſt veriſimile. in princip. ff. quod metus cauſ. l. ſive poſſidetis. C. de probationibus.*

96 Quartò, tam per † contractum emphyteuticum quàm per contractum locationis perpetuæ, utile dominium in accipientem transfertur, *l. 1. §. fin. cum l. ſequenti. ff. ſi ager vect. vel emphyteut. per l. 1. §. quod autem. ff. de ſuperficieb. Imol. c. nulli. & c. ad audientiam. extr. de reb. Eccleſ. non alienand. Ioan. Fabr. l. 1. col. 1. C. de jur. emphyteut.*

Per contractum autem locationis ſimplicis ſive temporalis in accipientem ſive conductorem non transfertur neq; dominium, *l. non ſolùm. ff. de locat. & conduct.* Neque poſſeſſio, *arg. l. colonus. & l. cum fundum, ff. de vi & vi armata. l. qui univerſas. §. fin. ff. de acquir. poſſeſ.*

97 Sed certum eſt, quod in † dubio debeat præſumi talem contractum initum fuiſſe, per quem dominium in accipientem non transfertur, *Bald. l. 1. quæſt. 2. C. pro ſocio. Bald. l. domina. §. ſi in commenda. ff. eod. tit. Alex. & Dec. l. ſi paſcenda. C. de pactis.*

Et confirmatur ex eo, quod tradit *Bart. l. cum pater, §. pater plurib. ff. de legat. 2.* ubi *Bart.* concludit, quod in dubio res videatur data cauſa cuſtodiæ, & non, ut dominium transferatur, Quam deciſionem Bartoli refert atque ſequitur *Dec. l. ſemper in obſcuris. num. 4. ff. de regul. jur.*

Igitur ſequitur, quod in dubio debeat præſumi, neque contractum emphyteuticum, neque contractum locationis in perpetuum, ſed tantùm contractum locationis annuæ ſive temporalis inter J. a B. & A. à C. initum fuiſſe.

Quintò, in omnibus † contractibus id 98
quod minimum eſt, ſemper inſpiciendum, & inter contrahentes illud præſumitur eſſe actum, quod minùs præjudiciale eſt, promittenti vel tradenti, *l. ſemper in obſcuris. & ibi Dec. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. jur. l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulante. & l. ſi ſtipulatus fuero 10. ff. de verb. obligat. l. fin. ff. de prætor. ſtipulat. l. ſi fidejuſſor. la 2. ff. mandati. l. ſi quid venditor. in fin. ff. de ædilit. edict.*

Hinc eſt, quod judices ſemper & ſequuntur & ſequi debeant id, quod minus eſt, *gl. l. fin. ff. de prætor. ſtipulat.* Quodq; in mandato obſcuro id attendatur, & actum cenſeatur, quod minus præjudicaret mandanti, *Bald. l. falſus. col. pen. C. de furt.*

Huc accedit, quod Dd. communiter tradunt, ſi quis alteri dicat, Tolle hanc pecuniam, ipſeq; hanc pecuniam auferat, nec appareat, quid inter contrahentes actum ſit, in dubio potiùs præſumi mutuum quàm donationem, eam ob cauſam, quia hic contractus eſt minus præjudicialis numeranti pecuniam, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *gl. Bart. Alex. Iaſ. Dec. & Dd. l. cum quid. ff. ſi cert. pet.* Quodq; de facto conſultus de jure reſpondet *Fulgoſ. conſ. 231. incip. in quodam inſtrumento.* ubi *Fulgoſ.* concludit, quod ille, qui promiſit Eccleſiæ amphoras duas vini, ſingulis annis teneatur ſolummodò ad vinum, non autem ad amphoras ſive ampullas, dato; quod obligatio ſit obſcura vel ambigua, ut quod minimum eſt, ſequantur. Quam deciſionem Fulgoſii refert atq; ſequitur *Cagnol. l. ſemper in obſcuris. nu. 22. ff. de reg. jur fac. text. l. 3. ff. de vino, tritic. & ole. legat.*

Sed

Sed certum eſt, quod locatio temporalis & minor ſit minoremque obligationem inducat, atque locatori minus præjudicat, quàm locatio in perpetuum ſive contractus Emphyteuticus, Igitur ſequitur, quod in dubio debeat præſumi potius initam ſimplicem ſive temporalem locationem, à qua utriq; contrahentium recedere licet, quàm vel contractum Emphyteuticum vel locationem ad longum tempus.

99 Sextò, cum † captioſa liberalitas à legibus reprobata ſit, *l. cum Aquiliana. ff. de tranſactionib.*

100 Et nemo ſuas † fortunas ſpontè ejiciat, *Ariſtel. lib. 3. Et hic ex cap. 1. fac. text. c. ſuper eo. extr. de renunciationib. c. quia veriſimile. extr. de præſumpt.* Nemoque ita reſupinus ſit, ut facilè rem ſuam jactet vel effundat, *l. cum de indebito. ff. de probationibus.*

Receptum eſt, liberalitatem ſive donationem in dubio non præſumi, *gl. Bart. Alexand. Iaſon & Dd. l. quæ dotu. ff. ſolut. matrim. gloſ. Bart. & Dd. l. cum quid. ff. ſi cert. petat.*

Ita, ut potius rem à lege prohibitam, quàm donationem præſumamus, *Bald. l. fin. C. de dotis promiſſ. Socin. conſ. 73. col. pen. lib. 1.* Utq; potius præſumatur error juris & in facto proprio, *l. ſed etſi me puten. in prin. & ibi gl. & Dd. ff. de condict. indeb. gl. l. generaliter. verb. cauſſ. & ibi Angel. col. 2. C. de non numera. pecunia. Raph. Cuman. conſ. 37. Imol. l. à Titio. col. 2. ff. de verb. obligat. Alex. conſ. 13. col. 2. lib. 1. & conſ. 19. col. 2. lib. 3. Iaſ. l. juris gentium. §. ſi cum nulla. col. 5. ff. de pactis.*

Quinimò potius præſumitur ſtultitia quàm donatio; *Bald. l. generaliter. col. 2. oppoſit. 4. C. de non num. pecun. Iaſon l. ſi à ſubſtituto. §. 1. ff. de legat. 1. Gravet. conſ. 77. num. 14. lib. 1.*

Præterea ubi poteſt capi præſumptio, occaſio ſive conjectura alterius rei quàm donationis, ea capi debet, *l. ſi cum aurum. & ibi Bartol. ff. de ſolut. l. Campanus. ff. de op. liberto. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. act. Cyn. l. 2. C. de rei vendicat. Signorol. conſ. 49. col. 1. Bald. l. Nam & nocere. lectur. 2. ad finem. ff. de pact. Ang. conſ. 94. Petr. de Anchor. conſ. 7. Paul. Caſtrenſ. conſ. 377. col. 2. lib. 1.*

Etiamſi illa alia occaſio vel conjectura levis ſit, *Baldus l. fin. col. 3. verſ. ubi fortunam. C. de dotis promiſſ. Baldus l. 1. C. ad SC. Trebell. Iaſ. l. ſi fundum. per fideicommiſſum. col. 5. verſ. item pro iſta ſolutione. ff. de legat. 1. Iaſ. l. dominus. §. ſumptum. ff. eod. tit. Iaſ. conſ. 193. col. 2. lib. 2. conſ. 149. col. 2. & conſ. 160. col. 2. lib. 9.*

Item, etiamſi capiendo aliam conjecturam actus redderetur invalidus & inefficax, *l. ſi non fortem. §. ſi quis falſò junctu notatu. per Bart. ibid. ff. de condict. indeb. Franc. Aretin. l. à Titio. col. pen in fin. ff. de verb. obligat. Iaſ. l. ſi procuratori falſo. col. 3. ff. de condict. indeb.*

Et hoc locum habet, non tantùm inter perſonas † extraneas, ſed procedit etiam inter perſonas ſanguine junctas. Namque nec inter illas quidem ſecundum veram & communem Dd. ſententiam donatio præſumitur, *l. ſive pro fratre. & l. ſi negotium. C. de negotiis geſt. gl. l. ſi paterno. C. eod. tit. Bart. Alex. Iaſ. & Dd. l. quæ dotis. ff. ſolut. matrimon. Alex. conſ. 99. ad finem. & conſ. 133. circa finem. lib. 2. Dec. conſ. 21. col. pen. conſ. 442. col. pen. & conſ. 628. col. 2.* 101

Sed certum eſt, quod tàm † Emphyteuſis quàm locatio in perpetuum cenſeatur donatio eatenus, quatenus utile dominium rei locatæ vel in Emphyteuſin conceſſæ plus valet, quàm penſio ſive merces annua conventa, ſicut hoc ſatis ex eo probatur, quod Dd. magis communiter tradunt, venditionem factam pro minori precio in eo, quod pluris valet res vendita quàm eſt preciũ, donationem & eſſe & reputari uſq; adeò, ut leges loquentes de donatione etiam in tali venditione locum habeant eatenus, quatenus æſtimatio rei venditæ precium excedit ſive precium major eſt, *Bart. l. non uſq;. ff. ſi à parente quis manumiſſ. fuer. Bald. l. 1. col. antepen. verſ. ulterius quæritur. C. de inoffic. donat. Franciſc. Aretin. l. 1. col. fin. C. de pact. Alexand. conſ. 55. col. 2. lib. 1. Canoniſtæ c. Raynutium. extr. de inſtrument.* 102

Atque venditio cauſſa lucrativa cenſeatur, quatenus æſtimatio rei venditæ precium excedit, *gl. l. apud Celſum. §. autbori. verb. cauſſa. ff. de except. doli mali. Iohann. de Plat. l. 1. col. 2. C. de imponenda lucrati. deſcript. lib. 10.*

Huc accedit, quod feudum eatenus, quatenus æſtimatio rei in feudum conceſſæ onera ſive ſervitia excedit, cenſeatur & titulus lucrativus, prout hoc ſentit *Baldus in præ-*

in prælud. feud. nu. 9. Roland. à Valle conſ. 23. num. 26. uſq; ad num. 32.

Et donatio, uſque adeò, ut jura loquentia de donatione, etiam in illo feudo locum habeant, *Tiraquell. rep. l. ſi unquam verb. donatione largitus. nu. 276. C. de revocand. donat.*

Similiter quoque certum eſt, & ſi hoc negetur, illud facilè probari poteſt, quod æſtimatio dimidiæ decimæ controverſæ ſive utilis dominii illius decimæ longè excedat precium ſive æſtimationem annuæ penſionis, Der 24. Malder Korns. Et ex eo ſequitur, ſi vellemus præſumere, nobilem dominum Aſchen à C. Johanni à B. pro dicta penſione dimidiam decimam controverſam in Emphyteuſin, ſive jure perpetuæ coloniæ conceſſiſſe.

Quod neceſſe eſſet præſumere, nobilem Dominum Aſchen à C. illud quod prædicta dimidia decima plus valet, quàm prædicta annua penſio nobili Johanni à B. ejusque ſucceſſoribus donare voluiſſe, quæ præſumptio nullo modo capi debet, ſicut ex ſuprà dictis liquet.

Atque ita hiſce jurium fundamentis dilucidè demonſtratum eſt, quod non ſit credibile neque præſumendum, Aſcanium de C. Joanni à B. controverſam dimidiam decimæ jure Emphyteuſis ſive coloniæ perpetuæ conceſſiſſe, ſed quod Aſcanius à C. Ioanni à B. illam dimidiam decimæ multò magis jure conductionis communi conceſſerit, eo modo eaq; ratione, quod Aſcanio de C. ſuisq; hæredibus reſervatum ſit, ſingulis annis Ioanni de B. ipſiusq; hæredibus conductionem renunciare dimidiáque decimæ ad ſe recipere, proque ſe ipſo uſurpare, cui præſumptioni tamdiu ſtandum plenaque fides adhibenda neceſſariò erit, donec contrarium à Joanne à B. liquidiſſimis probationibus doceatur.

103 Namque cum † præſumptiones liquidiſſimæ probationes ſint, *l. licet Imperator. & ibi Iaſ. ff. de legat. 1. l. ſicut or petitum. C. de periculo. tuto. Iaſ. l. manifeſtè. num. 4. ff. de jurejuran.* Atque præſumptio ſecum probationem afferat, *Hippol. l. 1. §. ſi quis dicatur. nu. 16. ff. de quaſt.* Uſque adeò, ut præſumptio ad reportandam victoriam ſufficiat etiam in illis caſibus, in quibus lex vel ſtatutum requirit probationem vel inſtrumentalem, *Bald. l. 1. C. de fideicommiſ. Bald. l. 1. §. 1. ff. de rei uxor. act. Alexand. conſ. 176. col. fin. lib. 6. Barbat. l. cum acutiſſimi col. 9. C. de fideicommiſ.* vel liquidiſſimam, *Felin. rubr. col. 1. ext. de probatio.* vel lucidiſſimam, *Fulgoſ. & Dd. l. 1. arg. illius text. C. de Teſtament. milit.*

Receptum eſt, † præſumptionem juris pro aliquo militantem eum ab onere probandi relevare & onus probandi in adverſarium transferre, *Bart. l. in illa. in fine. ff. de verb. obligation. Cæpol. conſ. 33. Hippol. l. 1. §. ſi quis dicatur. num. 16. & l. ſi quis ne quæſtio. num. 48. ff. de quaſt. Hippol. conſ. 45.* 104
Uſque adeò, ut pars adverſa quæ vult contrarium probare, duriori & graviori onere probandi gravetur, *Alber. Raph. Fulgoſ. & Iaſ. l. ſi extraneus. argument. illius text. ff. de condict. ob cauſam. Abb. c. quia veriſimile. extr. de præſumpt. Specul. in tit. de probatio. §. fin. verſ. quintum. Alexand. l. tranſactionem. C. de tranſact. Decius conſ. 175. conſ. 177. & conſ. 195.*

Nec petere poſſit ſibi juramentum in ſupplementum ſemiplenæ probationis deferri, *gl. l. fin. in princ. & ibi Bald. ff. quod metus cauſſa. Iaſon l. admonendi in lectura. col. antepen. num. 106. Et in repet. col. 95. verſ. ex hoc correlario inferuntur. ff. de jurejurando.*

Atque præſumptioni ſemper ſtetur, quando aliter veritas haberi non poteſt. *Calcan. conſ. 8. incip. in cauſſa præcedente.*

Ulterius, neque dici neque ab adverſâ parte adduci poterit, quod per illud, quod adverſa pars prætendit, Ioannem à B. controverſam dimidiam decimæ ultra juris præſcriptum tempus poſſediſſe, & de illa uniformem canonem ſolviſſe, titulum perpetuæ coloniæ ſive Emphyteuſis probatum eſſe vel præſumi poſſe.

Primò enim † non conceditur, Ioannem à B. ultra tempus de jure præſcriptum controverſam dimidiam decimæ pro uniformi canone poſſediſſe. 105

Et certi & indubitati juris eſt, quod per præſtationem canonis ſive penſionis etiam longiſſimo tempore factam titulus nunquam præſumatur, niſi probetur, illam præſtationem canonis ſive penſionis ſemper & omni tempore uniformem fuiſſe, *Bald. l. Solent. §. fin. col. pen. ff. de offic. proconſul.*

Secundò, eſt clari juris, quod neq; titulus perpetuæ coloniæ, neq; titulus Emphyteuſis ex præſtatione etiam longiſſima & uniformi præſumatur. niſi & articuletur & probetur, ſingulas præſtationes eo titulo ſive ex illa cauſâ nempe tanquam à colono perpetuo ſive Emphyteuta domino parte adverſa ſciente & patiente, eamq; penſionem tanquam pro re emphyteutica ſive in perpetuum locata recipiente facta fuerit,

fuerit, ſicut hoc expreſſè & in ſpecie tradit *Salicet. l. ſi certis annis. quæſt. 1. & ibi Alex. & Iaſ. C. de pactis. Salic. l. cum de in rem verſo. q. 1. C. de uſuris. Raph. Cuman. Ludov. Roman. & Alex. l. qui in aliena. in prin. & ibi Iaſ. num. 47. ff. de acquir. hæred. Paul. Caſtrenſ. conſ. 51. incip. in cauſſa ſpectabilium virorum. col. 2. lib. 2. Alex. conſ. 113. num. 2. lib. 2. conſ. 14. num. 9. conſ. 108. lib. 2. & conſ. 75. ad finē. lib. 4. Bertrand. conſ. 296. & conſ. 283. col. fin. lib. 3. Ruinus conſ. 75. lib. 2.*

Quam probationem admodum difficilem eſſe tradit *Salicet. d. l. cum de in rem. verſ. ff. de uſur. Alex. conſ. 75. in fin. lib. 4.*

Jam verò Joanni de B. probare impoſſibile erit, quod ultra tempus è jure præſcriptum penſionem illorum 24. modiorum frumenti uti Emphyteuta ſive colonus perpetuus familiæ de C. quotannis præſtiterit atque ſolverit: quodq; hoc & ipſum cum patientia expreſſa ratificatione familiæ de C. factum ſit: Quapropter ex prætenſa poſſeſſione & præſtatione penſionis argui vel præſumi non poteſt: multò minus verò doceri poterit, Aſcanium de C. Joanni de B. dimidiam decimæ jure Emphyteuſis, ſive coloniæ perpetuæ conceſſiſſe.

Tertiò, jura communia ſcripta ordi-
106 nant, quod † donatio ſive titulus donationis ex nullius temporis lapſu ſive præſtatione annua præſumatur, *Bald. l. fin. in fin. C. ne de ſtatu defunctorum. Iaſ. d. l. ſi certis annis. num. 15. limitat. 12. C. de pactis.* Ex quo ſequitur, cum conceſſio in Emphyteuſin, item & locatio in perpetuum pro certa annua penſione ſive canone donatio & ſit & præſumatur: eatenus, quatenus utile dominium rei vel in perpetuum locatæ, vel in Emphyteuſin conceſſæ plus valet, quàm penſio ſive merces annua.

Jam verò controverſa dimidia decimæ plus valet, atque pro majori precio uſurpari poterit, quàm ad 24. modios annui frumenti. Quod etiam propter hanc cauſam, ex præſtatione annua ſive poſſeſſione longiſſimi temporis prætenſus titulus Emphyteuſis ſive locationis perpetuæ nicht könne beweiſet noch præſumiret werden/ etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, quod Ioannes de B. probare atq; docere poſſet, quod ultrà tempus à jure præſcriptum controverſam dimidiam decimæ poſſederit, uſurparit, atq; de illa ſemper tanquā pro uniformi Canone ſive penſione ſolverit.

Quartò, de jure validè proviſum eſt,
quod † præſumptio inducta ex annuis 107
præſtationibus non ſit præſumptio juris & de jure, ſed juris tantum. Atq; non tantū per contrariam probationem tollatur, *Petr. & Cyn. l. ſi certis annis. quæſt. 10. & ibi Iaſ. nu. 15. limitat. 3. C. de pactis. Paulus Caſtrenſ. & Bald. l. 2. C. de dotis promiſſ. Iohann. Andr. c. fin. extr. d. cauſſa poſſeſſ. & propriet. Auten. de Butr. c. pervenit. col. 2. ext. de cenſib. Alex. conſ. 113. lib. 1.* Verum etiā per præſumptionem fortiorem elidatur, *Abb. c. Alber. extr. de teſtib. Corn. conſ. 144. col. 1. lib. 4. arg. l. Divus. ff. de reſtit. in integr. l. non ſolum. ff. de ritu nupt. l. quia autem. §. non ſimpliciter. & ibi Ang. ff. ſi quis omiſſ. cauſſa teſt. l. 1. in fin. C. qui & advers. quos. l. mater. ibi Angel. & Salicet. ff. de calumniatorib. l. eum qui probabilem. C. de Epiſcop. & Cleric. l. ſi hi qui. C. ad l. Iul. de adulter. c. literas. extr. de præſumptionib. c. tranſmiſſa. ext. de his qui filii ſint legitimi. c. accedens. ext. de falſis.*

Deinde etiam contra † præſumptio- 108
nem juris & de jure contra quam alioquin probatio contraria non admittitur, *gl. l. fin. in princ. & ibi Bartol. ff. quod metus cauſſa. gl. & Dd. l. ſive poſſidetis. C. de probat. gl. & Dd. c. 15. qui fidem. extr. de ſponſalib.* per confeſſionem patris id probari, *gl. §. illud. Authent. de æqualitate dotis. gl. l. in contr. in pr. C. de non numera. pec. Bart. Auth. ſed jam neceſſe. C. de don. ante nupt. Abb. d. c. 15. qui fidem extr. de ſponſalib.* Iam verò Ioannes de B. coram Teſtib. & Notario confeſſus eſt, quod controverſam dimidiam decimæ ab Aſcanio de C. conduxerit, per quam confeſſionem vigore ſuprà adductorum jurium, omnes præſumptiones & probationes prætenſi tituli coloniæ perpetuæ ſive Emphyteuſis ſi quam forſan Ioannes de B. ex longa quaſi poſſeſſione ſive præſtatione penſionis facere vel colligere vellet, in totum perimerentur eliderenturq;. Atq; ita per hæc omnia validiſſimis jurium fundamentis omnia ſunt confutata, quæ Iohannes de B. contra ſuperiorem noſtram concluſionem & deciſionem primæ quæſtionis adduxit, vel in poſterum adducere poterit: tantumq; probatum & deductum, quod Ioannes de B. non attento, quæ adduci fecerit, Godehardo de C. dimidiam controverſæ decimæ abſq; omni tergiverſatione concedere teneatur.

 Secundam

Secundam quæſtionem quod attinet,
109 exiſtimo, † Ioannem de B. nullo jure petere, multò minus obtinere debere, ſequeſtrum eo modo relaxari, quod ipſi quaſi poſſeſſio ſequeſtratæ decimæ reſtitui debeter, ſed quod multò magis quaſi poſſeſſio ſequeſtratæ decimæ ſtatim & citra ullam dilationem Godehardo de C. ad ipſius petitionem, præſertim ſi ille ſufficientem cautionem præſtare vellet, reſtitui debeat.

Nam primò de jure cautum eſt, quod
110 res † ſequeſtrata ſive poſſeſſio rei ſequeſtratæ ei reſtitui ſive reddi debet, cui jus jubet illam rem ſive poſſeſſionem rei ſequeſtratæ reſtitui, ſicut hoc expreſſe & in ſpecie tradit *Bald. & Salicet. l. propter C. depoſiti. & ibi Alexand. in addit. ad Bald.* monet, ut illa doctrina obſervetur ad intellectum, *l. ſi oleum. cum ibi notatis per Bart. & Dd. ff. de dolo.*

Et ſimili modo clari atq; indubitati ju-
111 ris eſt, quod † ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, quodque illa res, qua quis ſpoliatus fuit, non ſpoliatori ſed ſpoliato reddenda ſit, atque locator vel alius, cujus nomine quis rem vel jus aliquod poſſedit, ſi ipſe à conductore vel alio poſſeſſore poſſeſſio vel interverſa, vel ejus reſtitutio denegata fuit, ante omnia ad illam poſſeſſionem reſtituendus ſit, ſicut hoc ſatis liquet ex illis juribus & doctrinis Dd. quæ circa deciſionem præcedentis quæſtionis allegata fuere.

Ad hæc, ſuperiùs demonſtratum atque aliàs ex narratione facti & annexis documentis ſatis apparet, Ioannem de B. litigioſam hanc dimidiam decimæ ab Aſchanio à C. conduxiſſe, & quod utrique dicto Aſchanio à C. & poſtmodum filio ipſius Godehardo de C. annuam penſionem ſolverit, atque controverſam dimidiam decimæ nomine familiæ de C. poſſederit, quodq; etiam B. per hoc ipſum, quod Godehardo de C. quaſi poſſeſſionem litigioſæ dimidiæ decimæ reſtituere denegarit, Godehardum de C. ſpoliarit, atque ideo ipſi ante omnia quaſi poſſeſſio litigioſæ dimidiæ decimæ reſtitui oporteat.

Ideoque B. nullo modo petere vel obtinere poterit, ut ipſi controverſa dimidia decimæ concedatur, ſed quod multò magis illa Godehardo de C. tanquam ſpoliato ante omnia reſtitui debeant.

Secundò ordinant jura ſcripta, quod
facta † ſequeſtratione omnia remaneant 112
in illo ſtatu, in quo fuerunt ante ſequeſtrationem factam, *Bart. l. ſi oleum. in prin. ff. de dolo. Franciſc. Curt. repet. l. 1. qu. 13. C. de prohibit. ſequeſtrat. pecu. Franciſc. Curt. in tractat. de ſequeſt. quæſt. 13.*

Sed certum eſt, quod ante ſequeſtrationem factam, nobili domino Goderten à C. tanquam ſpoliato licitum fuiſſet, etiam propria authoritate quaſi poſſeſſionem dictæ decimæ controverſæ recuperare ſecundum text. *l. cum fundum. & ibi Bart. de vi & vi armata.*

Similiter manifeſti & indubitati ju-
ris eſt, † ſi nobilis dominus Godert à C. 113
ante hoc ſequeſtrum factum ſimpliciter & etiam abſq; libello petiviſſet ſibi per judicem concedi licentiam expellendi Iohannem à B. quod illa licentia ipſi à judice de plano & abſque dilatione aliqua concedi debuiſſet, cum legibus expreſſe cautum ſit, quod locatori vel alteri, cujus nomine res aliqua poſſidetur, eo caſu, quo conductor vel alius poſſeſſor locatori vel illi, cujus nomine illam rem poſſidet, poſſeſſionem illius rei reſtituere denegat, Judex aditus etiam abſq; libello de plano ſimpliciter & abſque dilatione aliqua concedere debeat locatori, ſive illi, cujus nomine res aliqua poſſeſſa fuit, licentiam illam rem propria authoritate occupandi, *Bald. l. 2. col. 3. & ibi Iaſ. nu. 111. C. de jure Emphyteut. Bald. l. conſentaneum. C. quomodo & quando judex. Bald. c. 1. §. ſi quis vero. col. 1. de pace juram. firmand. Bald. in addit. ad Speculat. tit. de locat. col. 8. in prin. Bart. repet. l. creditores, quæſt. 5. C. de pignorib. Anton. de Butr. c. 1. extr. de libell. oblat. Petr. de Ancher. conſ. 150. Alexand. conſ. 130. & 131. lib. 4.*

Igitur ſequitur, quod nobili Goderten à C. quaſi poſſeſſio dictæ decimæ ſequeſtratæ etiam ex hoc capite in continenti & abſque dilatione aliqua reddi & reſtitui debeat.

Tertiò, quando † ſequeſtratio facta fu- 114
it propter ſcandalum ſive majus periculum evitandum, illa ſequeſtratio relaxari non debet ad petitionem illius, qui cauſam ſcandali præbuit, vel qui juſte offendi poteſt, *Abb. c. 2. extr. de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct. Franciſc. Curt. repet. l. unica. quæſt. 14.*

quaſt. 14. C. de prohibit. ſequeſtrat. pecun. Franc. Curt. in tractat. de ſequeſtris. quaſt. 14. Iaſ. l. ſi fidejuſſor. §. fin. num. 17. limit. 2. ff. qui ſatisdar. cogant.

Sed ad petitionem illius, cui poſſeſſio vel quaſi rei ſequeſtratæ alioquin reſtituenda fuiſſet, ſive ejus, qui in poſſeſſione illius rei alioquin tueri debebat, ſequeſtrū omninò relaxandum eſt, ita ut ipſi fiat reſtitutio poſſeſſionis vel quaſi rei ſequeſtratæ, ſicut hoc ſatis probat id, quod tradit *Innocent. c. in præſentia. extr. de probat. Cyn. l. 1. C. uti poſſidetis. Baldus l. quidam æſtimaverunt. ff. ſi certum petatur. Bald. l. ſi diſceptetur. ff. ubi pupillus educari debeat. Bald. l. unica. & ibi Franciſc. Curt. C. de prohib. ſequeſtr. pecun. Bald. l. ſi ſuper poſſeſſ. C. de tranſact. Bald. l. fin. & ibi Decius num. 7. C. de edict. D. Adrian. tollen. Specul. in tit. de libellor. concept. §. nunc dicendum. verſ. 17. Angel. conſ. 107. Alex. conſ. 5. col. fin. lib. 4. Franciſc. Curt. conſ. 60. col. 2. Franciſc. Curt. in tractatu de ſequeſtris. in princ. num. 11. & 12. Card. Pariſ. conſ. 41. numer. 35. lib. 1.*

In quibus locis Dd. communiter concludunt, ſequeſtrum non eſſe faciendum, eo caſu, quando verè vel veriſimiliter conſtat, quis poſſeſſionem rei ſequeſtrare habeat, vel in illa tuendus, aut ad illam reſtituendus eſt, & ſi illud ſequeſtrum contra hoc factum fuerit, illud ita relaxandum eſſe, ut ejus poſſeſſio vel quaſi ei reddatur, ſive reſtituatur, qui in illa poſſeſſione vel tueri vel illam reſtitui debebat, atque parti adverſæ præceptum ſub pœna faciendum ſit, ne juſtum poſſeſſorem in poſſeſſione ſua turbet vel moleſtet.

Sed certum & indubitatum, quod in caſu præſenti Iohannis à B. cauſſam ſcandali præbuerit, eo ipſo, quod ipſe reſtitutionem dimidiæ decimæ controverſæ Nobili Goderten à C. denegavit, quodq; Nobili Goderten à C. & permiſſum fuerit propria authoritate, Iohann. à B. ex quaſi poſſeſſione dictæ decimæ controverſæ repellere, illam quaſi poſſeſſionem recuperare, & petenti poſſeſſio ſive quaſi dictæ decimæ controverſæ in continenti & abſque dilatione aliqua & reſtituenda & confirmanda fuiſſet.

Igitur ſequitur, quod ſequeſtrum dictæ decimæ controverſæ ad petitionem Nobilis Iohannis à B. minimè ita relaxari debeat, ut ejus quaſi poſſeſſio ipſi reddatur, ſed quod relaxatio dicti ſequeſtri ad petitionem Nobilis domini Godert à C. ita facienda ſit, ut ipſi Nobili Godert à C quaſi poſſeſſio illius dimidiæ decimæ controverſæ reddatur ſive reſtituatur, ipſeque in illa quaſi poſſeſſione & defendatur & tueatur.

Nec Iohan. à B ſe ex eo juvare poteſt, ſi
ipſe forſan prætendere vellet, dictum † ſe- 113
queſtrum contra juris prohibitionem præ-
ſumptum eſſe, eamque ob cauſam illud ſal-
tem officio judicis ſtatim & in continenti re-
laxandum, ſibique quaſi poſſeſſionem di-
ctæ decimæ controverſæ reſtituendū eſſe.

Cum ſit clari & indubitati juris, quod ſequeſtrum factum contra juris prohibitionem illicò relaxandum ſit, *Bart. l. ſi oleum. in prin. ff. de dolo. Bald. & Salicet. l. unica. & ibi Franciſc. Curt. in repet. quaſt. 13. C. de prohibit. ſequeſtra. Franciſc. Curt. in tractatu de ſequeſt. quaſt. 13. Card. Pariſienſ. conſ. 41. num. 25. lib. 1.*

Namque clari juris eſt, quod ſequeſtrum in præjudicium poſſeſſoris ſive detentoris licitè fiat eo caſu, quando contra poſſeſſorem ſive detentorem aliqua præſumptio militat, prout hoc expreſſè & in ſpecie decidit *Archidiac. & Bellemera c. qui res. 11. q. 1.* & refert atque ſequitur *Iohann. Andr. c. locupletari. de reg. jur. lib. 6. Lucas de Penna l. litibus. C. de agric. & cenſit. lib. 11.*

Similiter in præjudicium poſſeſſoris ſive detentoris ſequeſtratio licitè & jure permittente ſit, quando adverſarius potiora jura offert, ita ut ipſe in poſſeſſione vel tuendus, vel in poſſeſſionem reſtituendus eſſet, *Archidiacon. c. quia res. num. 4. & ibi Aegid. Bellem. 11. q. 1. Iohan. Andr. c. locupletari. num. 8. & 11. de reg. jur. lib. 6. Lucas de Penna d. l. litibus. C. de agric. & cenſit. lib. 11.*

Eodem modo ſequeſtratio in præjudicium poſſeſſoris ſive detentoris licitè & jurè permittente ſit, quando probabiliter timetur, poſſeſſorem armis aggredi & expelli juſtè poſſe. *Bart. l. ſi uſuſruct. §. ſed ſimiliter duos. ff. de uſuſructu. Bart. l. fin. C. de edicto divi Hadr. tollend. Speculat. in tit. de ſequeſtratio. poſſeſſ. & fruct. in princ. Franc. Curt. & Dd. l. unica. C. de prohibit. ſequeſtr. pecun. Fr. Curt. in tract. de ſequeſtris in pr. numer. 11. limit. 4.*

Et ſic ex prædictis liquet, ſequeſtrationem in præjudicium Iohannis à B. licitè factam fuiſſe. Namque primò non tantum in caſu noſtro præſumptio militavit

contra Iohann. à B. verùm etiam Nobilis Godert à C. potiora jura produxit, & ex ipſius juribus apparuit ipſi quaſi poſſeſſionem dimidiæ decimæ controverſæ reſtituendam, eumq; in illa quaſi poſſeſſione tuendum & defendendum.

Deinde quoque Iohann. à B. occaſionem ſcandali præbuit, denegando reſtitutionem decimæ controverſæ Nobili Domino Godert à C. atq; Nobili Goderten à C. licitum atq; permiſſum fuiſſet, etiam propria authoritate vi & armis ex quaſi poſſeſſione dictæ decimæ controverſæ expellere, ſicut hoc ſuperius multis rationibus comprobatum eſt.

Igitur ſequitur, ſequeſtrationem in præjudicium Iohannis à B. licitam & jure permittente factam, eamque ob cauſam ipſius relaxationem tanquam ſequeſtrationis illicitæ & injuſtæ officio judicis in favorem ipſius Nobilis Iohann. à B. peti non poſſe.

Deinde etiam Iohann. à B. per interdictum,
116 † *uti poſſidetis*, relaxationem ſequeſtris ſive ſequeſtrationis impetrare ſive conſequi non poteſt.

Namq; primò tale remedium non eſt proditum, neque datur pro relaxandis areſtis ſive ſequeſtrationibus.

Secundò interdictum, *uti poſſidetis*, non datur conductori vel alteri, qui poſſeſſionem non habet, *l. ſi duo. §. Creditores. ff. uti poſſidetis.*

Tertiò interdictum, *uti poſſidetis*, non datur illi, qui vi, clam, vel precariò ab adverſario rem controverſam poſſidet, vel quaſi. *l. 1. §. fin. ff. uti poſſidetis.*

Cum itaque poſito, ſed tamen non conceſſo, Iohannem à B. quaſi poſſeſſionem dictæ decimæ controverſæ habuiſſe, ipſe illam quaſi poſſeſſionem vi habuerit à Nobili Goderten à C. eo ipſo, quod ipſe quaſi poſſeſſionem dictæ decimæ controverſæ Nobili Goderten à C. intervertit, etiam ex hoc capite ſequitur, ipſi interdictum, *uti poſſidetis*, non competere.

117 Tertiò in interdicto, † *uti poſſidetis*, is obtinet, qui probat de antiquiori poſſeſſione, *c. licet cauſſam. & ibi Abb. Felin. Dec. & Dd. extr. de probat. Bart. l. ſi duo. in princ. col. 2. ff. uti poſſidetis. Cyn. & Bart. l. 1. C. eod. tit. Bald. l. ordinarii. col 4. verſ. ſed juxta prædicta quæ. C. de rei vendicat. Bald. l. arborib. §. nam etſi agitur. ff. de uſufruct. Bald. conſ 367. in fin. lib. 2. Petr. de Anchor. conſ. 275.*

Etiamſi is, qui prætendit poſſeſſionem, haberet titulum acquiſitum poſt antiquiorem poſſeſſionem alterius, *Baldus in diſputatione ſua incip. accuſatus, de vi turbativa. Alex. conſ. 88. col. 3. lib. 5.*

Cum nihil patrocinetur titulus, quando poſſeſſio alterius eſt antiquior, *Bald. l. data opera. in fine. C. qui accuſare poſſunt. Alex. conſ. 110. lib. 1. & conſ. 103. lib. 7. Ruinus conſ. 49. lib. 1.*

Præſertim eo caſu, quando habens antiquiorem poſſeſſionem allegaret, quod adverſarius ſuus clam poſſideret, reſpectu antiquioris poſſeſſionis, *Bart. l. ſive eo. §. fin. & ibi Imola Paul. Caſtrenſ. & Alexand. ff. de acquirend. poſſeſſ. Alex. conſ. 110. col. 3. lib. 1. & conſ. 88. lib. 5.*

Quartò in interdicto, *uti poſſidetis*, cæteris paribus is obtinet, qui titulum habet, ſive de titulo ſuo fidem facit, *c. licet cauſſam & ibi Anton. de Butr. Abbas, Felinus, Decius & Dd. extr. de probationib. Bart. l. ſi duo. col. pen. ff. uti poſſidetis Bartol. l. 1. C. eod. titul. Bald. l. qui accuſare. circa fin. C. de edend. Alex. conſ. 76. col. 1. lib. 2. & conſ. 81. num. 12. lib 3. Curt. ſenior conſ. 76. col. 4.* Cum ex titulo poſſeſſio antiquior præſumatur, *Bald. l. poſt ſententiam. col. 2. C. de ſentent. & interlocut. omn. judicum. Baldus l. data opera. circa finem. C. de his, qui accuſar. poſſ. vel non.*

Sed circa deciſionem præcedentis quæſtionis oſtenſum & probatum fuit, quod Nobilis Dominus Godert à C. habeat titulum ſuper dicta dimidia decima controverſa & quidem antiquiorem prætenſo titulo Iohannis à B. nec non etiam poſſeſſionem longè antiquiorem.

Igitur ſequitur, etiam poſito, non tamen conceſſo, Nobili Iohanni à B interdictum, *uti poſſidetis*, competere, tamen in illo interdicto omninò ſecundum Nobilem Goderten à C. pronunciandum eſſe.

Præterea † quoque nec Iohannes à 118
B. officium judicis implorare poteſt pro relaxando arreſto ſive recuperanda quaſi poſſeſſione dictæ dimidiæ decimæ controverſæ.

Namque

Namque licet inquſlino, colono ſive conductori pro recuperanda poſſeſſione tenuta vel quaſi officio judicis ſuccuratur, *gl. l. Attilius regulus. & ibi. Bart. ff. de donat. gl. l. non tantum. ff. de petit. hæred. Specul. in tit. de offic. omn. judic. §. 1. verſ. Item imploratur, Bart. l. rem qua nobis. ff. de acquirend. poſſeſ. Bart. l. de uſu. ff. de variis. & de extraord. cog. Bald. l. adem. col. 2. C. de locatio. & conduct. Lanfranc. repet. rubr. de cauſſa. poſſeſ. & proprietat. col. 4. verſ. quinta concluſio. Franciſc. Ripa cap. ſæpè. num. 18. extr. de reſtitut. ſpol.* Tamen tale remedium contra ſequeſtrum juſtum & legitimè conceſſum non competit, ſimiliter tale remedium non conductori, qui ex juſta & legitima cauſſa poſſeſſione ſive tenuta ſua privatus fuit, *Anton. de Butr. & Imola c. ſæpe & ibi Franciſc. Ripa. nu. 14. extr. de reſtitut. ſpoliat. Alex. conſ. 6. col. pen. lib. 3. Socin. conſ. 266. col. 9. lib. 2. & conſ. 39. col. 2. lib. 3. Cardin. Pariſienſ. conſ. 1. nu. 164. lib. 1.*

Eodem modo Iohannes à B, neque
119 per remedium † Canonis redintegrandæ quaſi poſſeſſionem ſive tenutam dictæ decimæ controverſæ recuperare poteſt.

Namque licet remedium dicti Canonis etiam colono, inquilino ſive conductori competat, *Specul. in tit. de poſſeſſorio. & petitorio. §. 1. verſ. ſed nunquid depoſitarius. & ibi Iohann. Andr. in addit. Socin. l. rem quæ nobis. in tertio dubio. 2. quæſt. princip. ff. de acquir. poſſeſſio. Socin. conſ. 17. col. penult. nu. 15. lib. 3. Franciſc. Ripa c. ſæpè. num. 24. extr. de reſtitutio. ſpoliat. Iohann. Plot. in tractatu de in litem jurando. §. 3. num. 3.*

Tamen illud remedium non competit ad relaxandum arreſtum. Nec etiam illud remedium datur ſive competit illi, qui ex juſta ſive legitima cauſſa poſſeſſione ſive tenuta ſua privatus fuit, ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam, *Archidia. & Geminia. c. redintegranda, 3. quæſt. 3. Hoſtienſ. Iohann. Andr. Anton. de Butr. & Abbas c. accedens. el. 1. extr.* ut lite non conteſtata. *Antonius de Butrigal. & Dd. c. ſæpè. & ibi Ripa num. 27. extr. de reſtitut. ſpoliat. Lapus allegat. 52. Alexandr. conſ. 6. lib. 3. & conſ. 90. lib. 5. Socin. l. rem quæ nobis. num. 8. verſ. quinto dubitatur. ff. de acquirenda poſſeſ. Socinus conſ. 59. lib. 3. Cornel. conſ. 23. lib. 1. Decius conſ. 57. conſ. 125. & conſ. 191. conſ. 302. col. fin. Card. Pariſ. conſ. 1. numer. 164. lib. 1. Iohann. Plot. in tractatu de in lit. jurand. §. 3. num. 7.*

Et in illo remedio Canonis redintegrandæ is obtinet, qui de antiquiori poſſeſſione ſua fidem facit, *Alexand. conſ. 90. & conſ. 91. lib. 5. Decius conſ. 57. & conſ. 302. numer 22. Matth. de Afflict. deciſio. 363. num. 4. Iohann. Plot. in tractatu de in litem jurando. §. 3. numer. 6.*

Cum itaque dimidia decima controverſa in præjudicium Nobilis Iohannis à B. juſtè & legitimè ſequeſtrata fuerit, & inſuper cauſſa de antiquiori poſſeſſione Nobilis G. à C. ejusque majorum, ſequitur, quod Iohannes à B. nec in remedio quidem Canonis redintegrandæ obtinere poſſet.

Similiter non † obſtat Nobili Domi- 120
no Goderten à C. quod res ſequeſtrata non debeat alicui ex litigatoribus reddi vel reſtitui ante litem ſive controverſiam finitam, *Bartolus l. ſi oleum in princ. argument. illius text. ff. de dolo. Franciſc. Curt. in tractatu de ſequeſtro. quæſtio. 14. Franciſc. Curt. repet. l. 1. quæſt. 14. C. de prohib. ſequeſtrat. pecun.*

Namque hoc non procedit, quando is, cui jus jubet rem ſequeſtratam reſtitui, paratus eſt idoneam cautionem exponere, *l. ſi fidejuſſor. §. fin. & ibi Dd. & Iaſon numer, 17. ff. qui ſatisdar. cogant. l. fin. C. de ordin. cognit. l. litibus. & ibi Bartolus. Iohann. de Plat. & Dd. C. de agric. & cenſit. cap. 2. & ibi Antonius de Butr. Abbas & Dd. extra de ſequeſtration poſſeſſion. & fructuum. Ioh. Andr. & Dd. c. examinata. extr. de judic. Cyn. Baldus, Salicetus & Dd. l. unica. & ibi Franciſc. Curt. quæſt. 14. C. de prohibit. ſequeſtrat. pecun. Pract. Ferrarienſ. in forma ſequeſtri. verb. ſapiens vir. numer. 3. Franciſcus Curt. in tractatu de ſequeſtris. quæſt. 14.*

Cum itaque in caſu præſenti jus jubeat, quaſi poſſeſſionem decimæ controverſæ reſtitui Nobili Goderten à C.

atque ipſe inſuper paratus ſit idoneam ſatisdationem ſive cautionem exponere, ſequitur, etiam ante finitam litem ipſi poſſeſſionem dictæ dimidiæ decimæ controverſæ reſtituendam eſſe,

Deinde ſuprà dictum & probatum fuit, quod factâ ſequeſtratione omnia in illo ſtatu permaneant, in quo ante ſequeſtrationem ſactam fuère, & ſimiliter probatum eſt, quod ante ſequeſtrationem licuerit Nobili Domino Goderten à C. Iohannem à B. propriâ authoritate ex dicta decima controverſa expellere.

Quodque ipſi petenti judex de plano & ſine libello debuiſſet concedere facultatem & poteſtatem, quaſi poſſeſſionem dictæ decimæ controverſæ etiam propria authoritate occupandi. Ex quo ſequitur, quod ſimiliter judex Nobili Domino Gordiano à C. petenti poſt ſequeſtrationem factam quaſi poſſeſſionem dictæ decimæ controverſæ de plano abſque dilatione aliqua & ſine libello quaſi poſſeſſionem dictæ decimæ controverſæ reſtituere debeat.

Præterea etiam lis in caſu noſtro nondum cepta eſt. Igitur Nobili Gordiano à C. etiam ex hoc capite pendentia litis obſtare non poteſt.

Ultimò, † Nobili Domino Goderten 12 à C. nihil refragatur text. *l. litibus. C. de agric. & cenſit. lib. 11.*

Namque primò ille textus non procedit, quando conſtat de locatione ſive conductione. *Bart. & Dd. l. ſi quis conductionis. C. de locatio. & conducto.*

Secundò, ille textus non procedit eo caſu, quando penſio ſive merces, ultra 10. annos ſoluta fuit, prout hoc ſatis liquet ex *ver. d. l. litib. & ibi hoc notat Bart. Iohan. de Pl. & Dd.*

Cum itaque in caſu noſtro de conductione ex confeſſione ipſius Iohannis à B. coram teſtibus & Notario facta conſtet, atque liqueat, ſolutionem penſionis pro dicta dimidia decima ultra 10. annos à Ioh. à B. Nobili Domino Aſchen à C. ejusq; filio Gordiano factam, ſequitur *d. l. litibus.* in caſu noſtro locum non habere.

Et ſic ex prædictis concludo, quod ad petitionem Iohan. à B. dictum ſequeſtrum nullo modo relaxari, nec ipſi dimidia decima controverſa reſtitui debeat. Sed quod Nobili Domino God. à C. petenti de plano & abſque dilatione aliqua quaſi poſſeſſio dictæ decimæ controverſæ & relaxanda & reſtituenda ſit.

CONSIL.

CONSILIUM QUADRAGESIMUM NONUM.

In cauſa diviſionis hæreditatis relictæ reſultantem ex teſtamento Conjugum.

SUMMARIA.

1. *Relictum pluribus cenſetur pro virilib. portionibus relictum, Declaratur. n. 26.*

2. *Dictionis,* Æque *vel* æqualiter, *in teſtatoris diſpoſitione poſita, natura, & n. 6. 16. 17. 21. 23. 25. 28.*

3. *De relicto ſub nomine collectivo & n. 9. & 30.*

4. *Dictionis,* Nempe, *effectus & n. 13.*

5. *Una eademq; determinatio reſpiciens plura determinabilia, illa uno modo determinare debet. Declaratur n. 33.*

7. *Diſpoſitio teſtatoris intelligenda ſecund. jura loci, quæ de ſucceſſione ab inteſtato diſponunt, Declaratur tripliciter pulchre. nu. 34.*

8. *De conſuetudine Lipſica uxor marito defuncto qualiter ſuccedat.*

9. *Plures vocati ad hæreditatem vel legatum ſub nomine collectivo unius loco habendi ſunt: Ampliatur ibid.*

10. *Dictionis,* Uterq; *, natura & n. 29.*

11. *Quid ſi in diſpoſitione teſtatoris nomina propria poſt appellativũ expreſſa fuerint. & n. ſeq.*

12. *Intentio diſponentis ex ordine ſcripturæ colligitur.*

13. *Dictio,* Nempe, *quando ſtet demonſtrativè tantum & n. 32.*

14. *Demonſtrativè poſita præcedentem diſpoſitionem nec alterant, nec mutant.*

15. *In diſpoſitione à duobus facta & duorum hæredes reſpiciente, uterq; æqualiter & pro dimidia parte hæredibus proſpexiſſe cenſetur.*

16. *Dictio,* Æque, *quando non impediat, quò minus omnes ſub nomine collectivo vocati loco unius perſonæ habeantur & unam portionem percipiant, & nu. ſeq.*

18. *Nominis collectivi natura.*

19. *Communis opinio quæ dicatur.*

20. *Communis opinio tenenda.*

22. *Relatio fieri nunquam debet ad demonſtrativè tantum poſita.*

24. *Diſpoſitum de uno ex æquiparatis etiam in alio obtinet.*

27. *In teſtamentis mens verbis præferenda.*

31. *Reprob. intellect. Cumani ad l. antep. §. Lucius de legat. 2.*

FACTUM nobis propoſitum tale eſt, P. Z. ejusque uxor Anna ſimul condiderunt teſtamentum, atque in eo inter cætera diſpoſuerunt, ut ſi contingeret, prædictum maritum ante uxorem ſuam decedere, uxor ſua dum viveret, reliqua omnia bona retineret, iisque liberè uteretur. Utque ſi quæ bona poſt mortem uxoris reſidua manerent, quæ in neceſſitatibus ſuis conſumpta non eſſent, ea, utriusque proximiores cognati, nempe uxoris ſoror Margareta, Clariſſimi viri D. Doctoris A. A. conjunx, & mariti ambo fratres uterini, VV. D. civis L. & Anna ipſius ſoror, vidua P. VV. Cignei, æqualiter hæreditario titulo capere & dividere deberent. Poſt hæc contigit, ut prius teſtator, deinceps verò teſtatrix, ſuperſtitibus prædictis ſorore teſtatricis, & duobus fratribus uterinis teſtatoris deceſſerint.

Quare quæritur, quomodo bona reſidua dividi debeant? Utrum videlicet ea debeant dividi in duas partes, ut ex illis unam ſoror teſtatricis, alteram duo fratres uterini teſtatoris retinerent. An verò in tres partes, ita ut ex illis ſoror teſtatricis unam, fratres verò uterini teſtatoris duas partes accipiant.

Et videtur prima fronte dicendum, hæreditatem relictam in tres partes æquales dividendas, ita ut ex illis una ad ſororem teſtatricis, duæ verò ad fratres uterinos teſtatoris perveniant.

Primò,

1 PRimo, quia † relictum plurib. regulariter cenſetur, illis relictum pro virilibus portionibus, *l. legata inutiliter. §. fin. & l. turpia. §. fin. ff. legat. 1. l. cum pater. §. hæreditatem. ff. legat. 2. Card. Pariſ. conſ. 37. nu. 82. lib. 2.*

Quod potiſſimum locum habet in noſtro & ſimilibus caſibus, in quibus nomina propria illorum, quibus aliquid relictum fuit, expreſſa fuerunt, *l. ſervus uni. §. fin. & l. ſi hæredes. ff. legat. 1. l. Codicillis. §. fin. ff. uſufr. legat.*

Secundò, quia in ſpecie facti nobis propoſita in teſtamento cautum fuit, ut cognati proximiores teſtatoris & teſtatricis nempe ſoror teſtatricis & duo fratres uterini teſtatoris æque ſive æqualiter ſuccederent.

2 Et certum eſt, hujus dictionis, † *Aeque* ſive *æqualiter*, illam naturam eſſe, ut denotet iis, quibus aliquid quolibet titulo etiam ſub nominib. collectivis ſive appellativis relictum fuit, pro virilib. portionibus, ſive in capita vocatos eſſe, *l. interdum. & ibi Bartolus, Baldus Caſtrenſ. & Imol. ff. de hæred. inſtituend. Oldrad. conſ. 168. num. 3. Rom. conſ. 301. num. 9. Bald. Caſtrenſ. Alex. & Iaſ. l. fin. & ibi Corraſius. C. de impub. & aliis ſubſtitut. Bart. l. ſi ſtatua. §. ſi ante. ff. de dam. infect. Dec. conſ. 382. & 507. Ruin. conſ. 97. lib. 2. Card. Pariſ. conſ. 37. nu. 81. lib. 2.*

3 Tertiò, † cum eo caſu, quo nomina eorum, quibus aliquid ſub nomine collectivo relictum fuit, fictè habentur pro expreſſis, quando videlicet relicto ſive diſpoſitioni eſt inſerta dictio, *Aeque*, vel quisquis, quilibet pro virili portione ad id relictum admittatur, *l. fin. & ibi Bartol. Caſtrenſ. & Dd. C. de impub. & aliis ſubſtitut. d. l. interdum.* videtur dicendum, multò magis relictum in capita ſive viriles portiones dividi, quando nomina ipſorum, quibus aliquid ſub nomine collectivo relictum eſt, revera expreſſa ſunt, ſicut in caſu præſenti factum eſt.

Namque clari juris eſt, quod fictio non debeat plus operari quàm veritas *l. filio quem pater. ff. de lib. & poſthum.* quo genere argumenti ferè in eadem facti ſpecie utitur *Dec. conſ. 382.*

Quartò, quando unus ex iis, quibus aliquid ſub nomine appellativo ſive collectivo relictum eſt, expreſſè nominatus eſt, relictum in capita ſive viriles portiones dividitur, *Rapha. l. antepen. §. Lucius. arg. ill. text. ff. de legat. 2. Iaſ. l. fin. limitat. 4. C. de de impub. & aliis ſubſtitut. Socin. conſ. 108. lib. 3.*

Igitur videtur dicendum multò magis relictum dividendum in capita ſive portiones viriles in noſtro & ſimilibus caſibus, in quibus omnia nomina propria illorum, quibus ſub nomine appellativo ſive collectivo aliquid relictum expreſſæ ſunt.

Quintò dictio, Als † nemlich / ſive *videlicet* vel *nempe*, eſt præcedentium reſtrictiva, declarativa, & modificativa, *l. videlicet. ff. de pactis. l. videlicet. ff. ex quibus cauſ. major. in integr. reſtitut. l. ſi in vendicatione. ff. comm. prædio. §. pen. Inſtitut. de Attilia. tut. c. novimus. extr. de verb. ſignificat. Bartolus l. 1. ff. ad l. Aquil. Bartolus l. quæſitum. §. ſi quis fundum. ff. de fun. inſtruct. Baldus l. cum mulier. ff. ſol. matrim. Angel. conſ. 306. Decius c. ex literis. num. 6 extr. de probat. Stephan. Bertrand. conſ. 57. num. 2. part. 1. lib. 2.* 4

Quare cùm in teſtamento, de quo in caſu præſenti agitur poſt illa verba, *Nempe*, Nach jhrem Todt / ſo was vberbleibet / dz ſie zu jhrer Notturfft nicht bedarff / ſolle ſich vnſere beyde nechſte Freunde / in continenti ſequatur, Als nemlich meines Weibes Schweſter etc. Vnd meine beyde Stieffgeſchwiſter Wolff L. vnd Anna ſeine Schweſter. Videtur per illa verba ſequentia, verba præcedentia ita declarari & modificari, ut hæreditas ſive bona reſidua inter illos, qui poſtea nominati ſunt, in viriles portiones, & ſic in tres partes dividantur.

Sextò, † una eademq; determinatio reſpiciens plura determinabilia illa uno & eodem modo determinare debet, *l. quamvis. C. de impuber. & aliis ſubſtitut. l. jam hoc jure. ff. de vulgar. & pupilla, ſubſtitut.* 5

Quare cum prædicti tres hæredes ſub una eademque conſtructione ſive determinatione poſiti ac nominati ſint, videtur dicendum, etiam propter hanc rationem hæreditatem inter illos æqualiter & in tres portiones dividendam.

Septimò, † huc accedit id, quod tradit *Carol. Ruin. conſ. 97. num. 12. 13. & 14. lib. 2.* ubi ipſe concludit, hæreditatem relictam in capita ſive in viriles portiones dividendam, quando poſt expreſſionem nominis appellativi ſive collectivi non 6

omnium

omnium illorum, ſed tantum quorundam ex illis, qui ſub nomine appellativo comprehenduntur, nomina propria expreſſa fuerunt, vel etiam quando omnium nomina propria ſunt quidem expreſſa, ſed in inſtitutione hæredis eſt adjecta dictio *aquè* ſive *aqualiter*.

Cum itaque inſtitutioni hæredis, de qua in caſu præſenti agitur, ſit inſerta dictio *aquè* ſive *aqualiter*, videtur dicendum, hæreditatem relictam inter tres hæredes æqualiter & in tres portiones dividendam, nec quicquam obſtare, quod poſt expreſſionem nominis appellativi, quod tale eſt, Unſer beyder nechſte Freunde / omnia nomina proximorum cognatorum expreſſa fuere.

7 Octavò, † omnia verba teſtamenti omniſque diſpoſitio teſtatoris eſt intelligenda ſecundùm ſtatuta atque conſuetudines illius loci, ubi teſtamentum conditum ac hæreditas relicta eſt, & ſucceſſio ex teſtamento regulatur ſecundum ſucceſſionem ab inteſtato, ſive illa ſucceſſio ab inteſtato fiat ſecundum jus commune, ſive ſecundum ſtatuta & conſuetudines particulares, *Bart. & Alex. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Senatuſconſ. Trebellian. Bart. l. hæreditatem. §. 1. ff. eo. tit. Alex. conſ. 15. lib. 4. Pet. de Anchar. & Iaſ. l. tres fratres. ff. de pact. conſ. 322.*

8 Quare cum Lipſiæ conſuetudine receptum & introductum ſit, ut † defuncto marito uxor ejus tertiam partem omnium bonorum, hæredes verò mariti duas partes retineant, videtur dicendum, & inſtitutionem hæredis in teſtamento, de quo in præſenti caſu agitur, etiam omni alia conjectura ceſſante, ita interpretandam, ut ex illa hæreditate ſoror & hæres teſtatricis unam, fratres verò teſtatoris defuncti duas partes percipiant.

Et licet hæc & ſimilia, quæ pro hac ſententia adduci poſſent, prima fronte fortiter urgère videantur, ego tamen his & ſimilibus non obſtantibus veriſſimum judico, hæreditatem atque bona reſidua poſt obitum teſtatricis relicta inter cognatos teſtatricis & cognatos teſtatoris in duas æquales partes ſive portiones dividenda, ita ut ex illis ſoror teſtatricis unam & fratres uterini teſtatoris aliam dimidiam portionem percipiant.

Et ad hanc ſententiam tenendam movet me primò id, quod legibus expreſſè cautum eſt, † plures vocatos ad hæreditatem, legatum vel fideicommiſſum ſub nomine appellativo ſive collectivo unius loco habendos, *l. fin. & ibi Bartolus, Baldus Caſtrenſ. Alexand. Iaſon & Dd. C. de impub. & aliis ſubſtitut. l. ſi quis Titio. & ibi. Baldus ff. de uſufr. accreſcen. l. ſi pater filio. & ibi. Iaſon ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitut.* Quod uſque adeò verum eſt, ut plures vocati ad hæreditatem legatum vel fideicommiſſum ſub duobus nominibus appellativis ſive collectivis loco duarum perſonarum habeantur, atque hæreditas vel legatum illis relictum, in duas æquales portiones dividenda ſint, ita ut contenti ſub uno nomine appellativo unam, contenti verò ſub alio nomine appellativo alteram portionem percipiant, licet plures perſonæ ſub uno, quàm ſub alio nomine appellativo comprehendantur, ſicut hoc ſatis probatur per id, quod tradit *Roman. conſ. 99.* ubi concludit, ſi teſtator pro puellis maritandis reliquit certas pecunias, & ordinavit executores illarum pecuniarum, Conſules Aromatariæ & ſuos hæredes, quod in exequendo illo relicto voces inter hæredes & Conſules æqualiter dividantur, quodque tantam vocem habeant hæredes, licet non eſſent, niſi duo, quantam habent illi Conſules, etiamſi eſſent decem, quam deciſionem refert atque ſequitur *Iaſon dict. l. fin. numer. 9. C. de impub. & aliis ſubſtitut. Rebu. 1. paſtoralis. in princ. numer. 8. verſ. ubi duo corpora. extr. de reſcript.* idem probat id, quod alibi traditum eſt, ſi duabus Eccleſiis vel aliis corporibus concedatur, vel jus eligendi vel ſimile jus aut poteſtas, illud jus ſeu poteſtatem æqualiter inter illas Eccleſias, ſeu corpora dividi, ita ut una Eccleſia, ſive corpus tantum jus, ſive poteſtatem habeat, quantum alia Eccleſia ſive corpus, licet plures perſonæ ſint in una Eccleſia, vel corpore, quàm in alia Eccleſia ſive corpore, *Innocent. c. ſcriptum. argument. ill. text. & ibi Dd. extr. de electione, Abbas, Felinus & Decius c. paſtoralis in princ. extr. de reſcriptis. Abbas conſ. 57. lib. 1. Rom. conſ. 99.*

Cum itaque in ſpecie facti, de qua controvertitur, cognati proximiores teſtatoris & teſtatricis in bonis reſiduis hæredes inſtituti, & fictim teſtatoris quàm teſtatricis cognati ſub nominibus appellativis ad hæreditatem vocati ſint.

Clari

Clari juris eſt, bona relicta in duas partes æquales ita dividendas, ut ex illis una ſorori teſtatricis, altera verò fratribus uterinis teſtatoris applicetur.

10 Secundò dictionis, † *Vtrinq;*, ea natura eſt, ut ſecundum propriam & genuinam vocabuli ſignificationem duobus tantum conveniat, utq; diſtributionem in duas æquales partes faciat, *l. creditor. §. duobus & ibi gloſ. ff. Mandati. l. ſi quis duobus. ff. de leg. 2. c. nemo. cum gl. ext. de Simon. Bart. l. hoc articulo. ff. de hæredib. inſtituend. Paul. Caſtr. l. Titius. ff. eod. tit.*

Et licet interdum dictio, *Vterq;*, faciat diſtinctionem ſive diſtributionem in plures partes, juxta text. *l. & ideo. §. 1. junct. gloſ. ff. rerum amotar.* hoc tamen non propriè ſed impropriè fieri, & textibus expreſſis & communi atque recepto Dd. ſententia comprobatur, *Paul. Caſtrenſ. d. l. Titium*, quæ improprietas verborum cum in aliis diſpoſitionibus, tum præſertim in teſtamentis fugienda eſt, *l. non aliter. in princ. de legat. 3.*

Cum itaque in teſtamento de quo quæſtio eſt, cautum ſit, ut hæreditas ſive bona relicta inter proximiores cognatos utriusque tàm teſtatoris quàm teſtatricis æqualiter dividantur, dubio omni caret, illa bona in duas æquales portiones dividenda, ita ut ex illis ſoror teſtatricis unam, fratres verò uterini teſtatoris aliam portionem percipiant.

11 Tertiò, † quando poſt expreſſionem nominum appellativorum nomina propria illorum, qui ſub appellativis comprehenduntur, exprimuntur, hæreditas relicta ſive aliud relictum non ſecundum nomina propria, ſed ſecundum nomina appellativa diſtribuitur, etiamſi nomina propria poſt appellativa cum adjectione dictionis videlicet, *nempe* vel *ſimilis*, poſita ſive expreſſa fuerint, eo potiſſimum caſu, quando omnia nomina propria illorum, qui ſub appellativis comprehenduntur, expreſſa fuère, ſicut hoc tradit *Albericus de Roſa, l. ſi pater. ff. de vulgar. & pupilla. ſubſtitut. Decius l. fin. C. de impub. & aliis ſubſtit. & expreſſius hoc vult. Ruin. conſ. 97. num. 10. cum omnibus ſeqq. uſq; finem. conſ. lib. 2.* Ubi concludit, ſi teſtator in ſuo teſtamento inſtituerit ſive voluerit, bona ſua pervenire ad Ulyſſem de Mugnano, & ejus filios legitimos & naturales videlicet dominum Matthæum Urſinum, Daneſium, Gabrielem & Ioannem Conradum nepotem dicti Ulyſſis, totam hæreditatem relictam in duas portiones æquales dividi, ita ut una pars ad Ulyſſem & ejus filios, altera verò ad Ioannem Conradum pertineat, nec quicquam obſtare, quod nomina propria filiorum Ulyſſis in teſtamento poſt nomen appellativum filiis expreſſa fuère, in qua eadem facti ſpecie idem conſuluit *Decius conſ. 321. numer. 5. cum ſequentibus. & conſ. 382.* & moventur præfati Dd. tum,
quia cum † intentio diſponentis ex ordine 12
ſcripturæ colligatur. *l. quoties. ff. de uſufructu. Bartolus, Alexand. Iaſon & Dd. l. 2. §. Prim. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtitut.* quando poſt nomina appellativa nomina propria ponuntur regulariter, prior appellatio facta nomine appellativo ſive collectivo attenditur, *l. ſi ſervus communis ita ſtipuletur, & ibi Bartolus & Imol. ff. de ſtipulat. ſervor. gloſ. l. cum ita datur libertas. ff. de condicion. & demonſtrat. Bartolus l. & quia. ff. de juriſdict. omn. judic. Abbas c. mandata. col. 2. extr. de præſumptionib.* Tum quia dictio,
† *videlicet*, non ſtat reſtrictivè, ſed demon- 13
ſtrativè, ſive declarativè tantum, quando omnium illorum nomina propria, qui ſub nominibus appellativis comprehenduntur, expreſſa fuère, *c. ex literis. & ibi Franciſc. Aretin. & Decius extr. de probat. gloſ. Clement. cauſſam verb. videlicet. de electio.*

Et certum eſt, quod is, † qui declarat, 14
nihil novi faciat, *l. hæredes palam. §. ſed & ſi notam. ff. de teſtamentis*; quod ea quæ demonſtrativè ſive declarativè ponuntur, præcedentem diſpoſitionem non alterent neq; mutent, prout, quoad hunc caſum, decidunt expreſſè *Ruin. conſ. 97. lib. 2. Dec. conſ. 382.*

Quare, cum in teſtamento, de quo in caſu præſenti controvertitur, proximiores cognati teſtatricis & teſtatoris hæredes inſtituti ſint, licet poſt nomina appellativa omnia nomina propria proximiorum teſtatoris & teſtatricis expreſſa fuerint, dubium tamen non eſt, hæreditatem ſive bona reſidua in duas æquales portiones dividenda, ita ut ex iis dimidiam proximiores teſtatoris, aliam verò dimidiam integram proximiores teſtatricis percipiant.

Quartò, † in tali diſpoſitione, quæ & 15
à duob. facta eſt, & duorum hæredes reſpicit, uterque æqualiter & pro dimidia

parte

parte hæredibus ſuis proſpexiſſe cenſetur, etiamſi ratio major ſit in hæredibus unius quàm alterius ſecondum text. expreſſum, in *c. 1. de duob. fratribus a. cap. inveſtitu.*

Cum itaque in caſu præſenti teſtamentum, de quo controvertitur, à duobus, ab uxore nempè, & mariro æqualiter conditum, atque in eo utriosque proximiores cognati hæredes inſtituti fuerint, omnioò dicendum & concludendum eſt, quemlibet ex teſtatoribus æqualiter voluiſſe proſpicere ſuis proximioribus cognatis, ita ut unios cognati dimidiam, alterius verò cognati aliam dimidiam hæreditatis percipiant, nec quicquam in conſideratione habendum, quod ex una parte plures, ex altera verò pauciores perſonæ ſunt.

16 Quintò dictio, † *æquè*, ſi reſpicimus ſolum nomen collectivum vel appellativum, non impedit, quò minus omnes illi, qui ſub illo nomine collectivo vel appellativo, ad hæreditatem vel legatum vocati ſunt, loco unius perſonæ habeantur, atque unam tantùm partem ſive portionem percipiant, ſicut hoc tradit *Paul. de Caſtr. l. interdum, in princ. ff. de hæred. inſtituen.* Ubi Paul. de Caſtr. ex ſententia Iacobi de Aretin, concludit, ſi teſtator in teſtamentu ſuo ita diſpoſuerit, primus hæres eſto, item fratris mei filii æquè hæredes ſunto, non obſtante hac dictione, *æquè*, omnes filios fratris teſtatoris, tantùm ad dimidiam partem hæreditatis, & primum ad totam reliquam dimidiam partem hæreditatis vocari, eam ob cauſam, quia hæc dictio, *æquè*, iſto caſu filios tantùm fratris reſpicit, quam deciſionem *Pauli Caſtr. refert atq; ſequitur Dec. conſ. 597. num. 9.*

Et licet tàm Dec. quàm Paul. de Caſtr. eo tantùm caſu loquatur, quando dictio, *æquè*, unum nomen collectivum reſpicit, tamen idem dicendum eſt, eo caſu, quando dictio, *æquè*, duo nomina collectiva, ſive appellativa reſpicit, ut videlicet eo caſu propter dictionem, *æquè*, diſtributio intelligatur facta, non in capita, vel in perſonas eorum, qui ſub illis collectivis vel appellativis nominibus comprehenduntur, ſed tantùm in duas partes, tum quia diſpoſitum de uno, regulariter in duobus locum habet, *arg. l. ſingularia. ff. ſi cert. petat.* tum quia inter unum & alium caſum ratio diverſitatis reddi nequit, & certum eſt, quod in omnibus illis caſibus, inter quos ratio diverſitatis reddi nequit, idem jus ſervandum eſt, *l. illud, in princip. ff. ad l. Aquil. l. à Titio. in princ. ff. de verbor. obligation.* tum quià natura, & ſubjecta materia dictioonum collectivarum illa eſt, quod omnes perſonæ ſub collectivo nomine comprehenſæ, loco unius habeantur, atque ſimul omnes ad unam partem ſive portionem admittantur, & certum eſt, quod omnia verba ſecundum ſubjectam materiam intelligenda ſint, etiamſi illa per hoc ad impropriam ſignificationem detorquerentur, *l. ſi nuo. in princip. ff. de locatione. & conductio.* imò potius admittendum, ut verba ſint ſupervacua, quàm in aliquid contra naturam rei vel ſubjectam materiam operentur, *Bald. rubr. numer. 9. C. de contrahen. emption.*

Nec obſtat, quod aliqui Dd. velint, dictionem, † *æquè*, reſpicientem ſolummo- 17
dò unum nomen collectivum, hoc operari, quod hæreditas, vel legatum relictum in capita ſive perſonas diſtributum cenſeatur, *Ioann. de Imol. d. l. interdum, in princip. ff. de hæred. inſtituen. Alexan. conſil. 55. num. 3. lib. 4.*

Namque primò præfati Dd. moventur tantum illa ratione, quod alioquin iſta dictio, *æquè*, ſuperflua eſſet, & nihil operaretur, quodque omnia verba in diſpoſitione poſita ita intelligi debeant, ne ſint ſupervacua, ſed ut aliquid operentur, juxta text. *l. ſi quando in princ. ff. de legat. 1. gloſ. c. ſolitæ. extr. de majorit. & obedien.*

Quæ ratio † nullo modo ſubſiſtere 18
poteſt, eam ob cauſam, quia natura nominis collectivi illa eſt, quod omnes comprehenſi ſub nomine collectivo loco unius habeantur, atque ad unam partem ſive portionem admittantur, & certum eſt, potius admittendum, quod verba ſint ſupervacua, quàm ut aliquid contra naturam rei operentur, ſecundum doctrinam expreſſam *Bald. rub. num. 9. C. de contrahen. emption.*

Unde ſequitur, quod deſtructo fundamento ſive ratione Immolæ & Alexandri, etiam doctrina illorum quæ ſuper ea extructa eſt, corruat, juxta text. *il. egi in princ. ff. de exception. rei judicat. c. cum Paulus. 1. quæſt. 1*

Secundò opinionem Imolæ ſolus Alex. ſequitur, doctrinam verò Caſtrenſis anteeum tenuit *Iacob. de Aretin. & refert atq; ſequitur Dec. Et idem etiam ſenſit Salicet. in loco proximè allegando.*

Igitur videtur dicendum, ſententiam Pauli de Caſtro communiter receptam, Imolæ verò communiter reprobatam eſſe, eamque ob cauſam Caſtrenſis ſenrentiam, reprobata Immolæ opinione & in judicando & conſulendo ſequenda.

19 Namq; certum eſt, illas † opiniones communes dici, quæ à pluribus atq; graviorib. Dd. tenentur, *Felin. c. 1. num. 54. & ibi addit. ad Ablat. extr. de conſtitution. Iaſ. l. ſi quis mihi bona. §. juſſum. numer. 14. ff. de acquiren. hæred. Iaſ. l. re conjuncti. num. 142. ff. de legatis 3. Iaſ. l. ſi is qui pro emptore num. 247. ff. de uſucapion. arg. c. in Canonicis, diſtinct. 19.*

Er ſimiliter clari juris eſt, quod in
20 judicando † & conſulendo, communes Dd. opiniones ſequendæ *Bald. l. 1. arg. ill. text. ff. de Senatorib. Bald. c. 1. §. Iudices, de pace juram. firman. Abb. Felin. & Dec. c. 1. extr. de conſtitut. Abb. c. novimus. arg. ill. text. extr. de verb. ſignific.*

Quod uſq; adeò verum eſt, ut is, qui contra communem opinionem judicar, & imperitus præſumatur, *Alexan. conſil. 95. num. 6. lib 2.* & faciat litem ſuam atq; parti læſæ, ad id quod intereſt, condemnetur *Bart. l. final C. de pœn. jud. qui mal. judic Angel l condemnati C. de fructib. & lit. expenſis. Abb. c. prudentiam in princip. extr. de offic. delegat.*

Tertiò, Immol. loquitur in illo caſu, quando in præcedenti oratione aliquis fuit vocarus, ſive inſtitntus nomine proprio, non autem eo caſu, quando omnes fuerunt inſtituti, ſub nominibus collectivis.

Deinde etiam Imol. non loquitur in illis terminis, quando in reſtamento à duobus ſimul condito utriuſq; proximiores cognati hæredes inſtituti ſunr.

Igirur doctrina Imolæ nullo modo extendenda eſt, ad illum caſum, quando omnes hæredes ſub nominibus collectivis ſive appellarivis inſtituti ſunt, multo verò minus ad illum caſum porrigenda, quando in teſtamento à duobus pariter condito utriuſque proximiores agnati ſub nominibus collectivis hæredes inſtituti ſunr, cum à diverſis, ſeparatis ſive diſſimilibus non fiat illatio, *l. final. ff. de calum. l. Papinianus exuli. ff. de minorib. l. Iulianus. ff. de condict. indeb.*

Cum itaque teſtamentum, de quo in præſentia agitur, à duobus, uxore nempè & marito ſimul conditum, atque in eo utriuſque proximiores agnari ſub nominibus collectivis hæredes inſtituti ſunr, dubio omni caret, non obſtante hoc, quod dictio, *æquè*, inſtitutioni inſerta fuit, hæreditatem relictam in duas tantùm partes dividendam, ita ut ex illis cognati uxoris unam, & omnes cognati mariti alteram percipiant.

Nec obſtar, quod † nomina propria 21
proximiorum cognatorum tam mariti quàm uxoris in teſtamento expreſſa ſunt, quodque eam ob cauſam dictio, *æquè*, in eadem oratione poſita, etiam ad nomina propria referri & hoc operari debear, ut hæreditas ſive bona relicta inter illos, quorum nomina expreſſa ſunt, in capita ſive in viriles portiones dividantur.

Namque ſuprà fortiſſimis rationibus demonſtratum fuir, nomina propria proximiorum cognatorum, demonſtrativè tantùm in teſtamento poſita fuiſſe.

Er certi juris eſt, quod † relatio 22
nunquam fieri debear ad illa, quæ in diſpoſitione aliqua non principaliter, ſed demonſtrativè poſita ſunt, *l. fin. §. Titia & ibi Bart. ff. de liberat. leg. Iaſ. l. 1. limitat. 4. C. de lib. præter. Dec. c. ſecundò requiris. limit. 7. extr. de appellat. Alexan. l. ſi idem. §. final. num. 4. ff. de juriſdict. omn. judic.*

Quæ ſententia ex eo comprobatur, quod in ſimili traditur, licet producens ſcripturam in judicio intelligatur fateri & approbare omnia contenta in iſta ſcriptura, hoc tamen tantùm habere locum in illis, quæ in iſta ſcriptura diſpoſitivè prolata ſunt, non autem in illis, quæ in ea incidenter ſive enunciativè poſita ſunt, *Bald. c. cum venerabilis. & ibi Felin. col. 5. verb. limita duplic. extr. de exception. Alex. conſ. 16. num. 12. lib. 5.*

Similiter non † refragarur nobis id, 23
quod tradir Ruinus *conſ. 97. numer. 12. & 13. lib. 2.* Ubi Ruinus concludit, Dictionem *æquè* ſive *æqualiter*, inſtitutioni hæredis, inſertã hoc operari, ut inter omnes illos, qui ſub collectivo ſive appellativo hære-

hæredes inſtituti, hæreditas in capite ſive æquales portiones dividatur, etiamſi omnia nomina illorum, qui ſub iſto nomine collectivo ſive appellativo continentur expreſsa fuerint, & collectivum ſive appellativum nomen præceſſerit.

Namque Ruinus loquitur tantùm in illo caſu, quando ultra illos, quæ ſub nomine appellativo vel collectivo comprehenduntur, alios nomine proprio in eadem oratione hæres inſtitutus fuit, quo caſu dubium non eſt, omnes illos, qui ſub nomine appellativo comprehenduntur, unà cum alio hærede inſtituto, in capita ſive pro æqualibus portionibus ſuccedere, etiamſi nomina illorum, qui ſub appellativo ſive collectivo nomine continentur, expreſsa non fuerint.

Et ſic liquet in illo caſu, non eam ob cauſam, quod nomina eorum qui ſub nomine collectivo ſive appellativo hæredes inſtituti fuerunt, expreſſa ſunt ſed ideò, quia dictio, *æquè*, principaliter reſpicit nomen collectivum & nomen proprium alterius hæredis inſtituti, omnes hæredes inſtitutos in virili vocari, prout hoc legibus expreſsis cautum eſt, juxta text. *l. interdum. ff. de hæred. inſtitut.*

Secus autem eſt, ſi vel unum, vel duo nomina collectiva dictio, *æque*, reſpiciat, tunc enim illa dictio non impedit, quò minus omnes ſub uno appellativo nomine comprehenſi unius loco habeantur, atq; ad unam partem tantùm vocentur, etiamſi nomina propria illorum, qui ſub nominibus collectivis ſive appellativis inſtituti ſunt, enunciativè ſive demonſtrativè expreſſa ſunt.

Deinde etiam doctrina Ruini non habet locum, quando vel ex dictione, *Vtriuſq;*, vel ex aliis dictionibus aut conjecturis liquet, teſtatorem voluiſſe, ut hæreditas in duas æquales partes divideretur.

24 Sextò † diſpoſitum de uno ex æquiparatis, etiam in alio æquipararorum locum habet, *gloſ. final. l. ſi quis ſerva. C. de furtis.*

25 Sed certum eſt, quod dictio † *æquè*, ſive *æqualiter*, in omnibus & per omnia æquiparetur dictioni *quiſquis*, quoad hoc, ut hæreditas ſive relictum in capita ſive viriles portiones dividatur, *Iaſ. l fin. col. pen. l. im. 1. C. de hæred. inſtituend.*

Et ſimili modo legibus cautum eſt, dictionem *quiſquis*, hoc operari, ut hæreditas non in capita, ſive pro perſonarum numero, ſed tantùm in duas partes æquales dividatur, eo caſu, quando in inſtitutione hæredis, cui hæc dictio adjecta eſt, duo nomina appellativa poſita ſunt, ſicut hoc expreſsè tradit *Salicet, l. fin. col. fin. C. de impub. & aliis inſtitu.*

Ubi Salicet. expreſsè concludit, ſi in teſtamento ita ſcriptum ſit, quiſquis mihi hæres eſt, & conſobrini mei impuberi hæredes ſunto, hæreditatem in duas partes dividendam, ita ut dimidiam hæredes, aliam verò dimidiam conſobrini percipiant, nulla habita conſideratione, quod vel hæredes vel conſobrini numero plures ſunt.

Igitur ſequitur etiam dictionem *æquè*, inſertam teſtamento, in quo plures ſub duobus nominibus collectivis, inſtituti ſunt, non obſtare, quò minus hæreditas in duas æquales partes dividatur, ita ut ex illa unam dimidiam omnes illi ſub uno nomine appellativo comprehenſi, & omnes alii ſub alio nomine appellativo comprehenſi, aliam integram dimidiam percipiant.

Nec obſtat, quod nomina propria eorum, qui ſub nominibus appellativis, hæredes inſtituti ſunt, in teſtamento expreſsæ fuere.

Namque illa expreſsio facta fuit demonſtrativè ſive enunciativè, eamque ob cauſam nihil operari, neque ad illa nomina propria expreſsa dictio, *æquè*, referri debet.

Sicut hoc ſuprà oſtenſum fuit, Et ſic per prædictas rationes concludo, hæreditatem ſive bona relicta in caſu præſenti in duas æquales partes dividenda, ita ut ſoror teſtatricis integram dimidiam totius hæreditatis, ac duo fratres teſtatoris ſimiliter alteram dimidiam hæreditatis ferant.

Nec obſtant huic veriſsimæ deciſioni ea, quæ pro contraria ſententia adducta ſunt, † namque ad illa omnia facilis eſt reſponſio, & ad primum argumentum contrarium reſpondeo, Illud quod dicitur relictum pluribus, cenſeri 26

illis relictum pro virilibus portionibus, procedere tantùm, quando pluribus ſub uno nomine collectivo aliquid relictum fuit, tunc enim inter omnes, ſub illo collectivo compræhenſos, relictum ſive hæreditas, pro virilibus portionibus dividitur.

In quibus terminis loquontur omnia jura, adhoc in primo argumento contrario allegata.

Secus autem eſt, ſi hæreditas fuerit relicta pluribus ſub duobus nominibus appellativis vel collectivis, tunc enim hæreditas in duas æqoales portiones ita dividitur, ut omnes comprehenſi ſub uno nomine appellativo ſive collectivo, quotquot illi ſunt, integram dimidiam totius hæreditatis, & omnes comprehenſi ſub alio nomine appellativo aliam integram dimidiam totius hæreditatis percipiant, nulla habita conſideratione, quod ſub uno nomine appellativo ſive collectivo plures perſonæ contineantur quàm ſub alio.

Sicut hoc ex juribus & autoritatibus in rationibus decidendi adductis ſatis liquet. Similiter & illud, quod dicitur relictum pluribus, in viriles portiones dividi, quando nomina propria illorum, quibus aliquid relictum eſt, expreſſa fuere, tantùm procedit, quando nomina propria diſpoſitivè & principaliter expreſsa ſunt.

Secus autem eſt, quando nomina propria demonſtrativè ſive enunciativè tantùm exprimuntur.

Deinde qnoque hoc totum argumentum contrariom non procedit quando vel ex aliis verbis, vel ex conjecturis, & ex præſumptionibus conſtat teſtatorem voluiſſe hæreditatem ſive bona relicta non in viriles, ſed inter omnes in duas æquales partes dividi.

Namque certum eſt, quod unum verbum ſecundum aliud, & una pars teſtamenti ſecundum aliam intelligenda atque declaranda ſit, *l. qui filiabus, in princip. & l. ſi ſervus plurium. §. final, ff. de legatis* 2. *l. nummis. ff. de legatis* 3.

Similiter indubitati juris † eſt,
27 quod in teſtamentis mens atque voluntas teſtatoris potiſsimum, attendenda atque etiam verbis teſtatoris præferenda ſit, *l. 3. & ibi Iaſon & Dd. C. de liber. prætor.*

Ad ſecundum argumentum contrarium reſpondeo, Illnd argumentum 28
procedere, quando dictio, † *æquè*, ſimul reſpicit nomen collectivum & nomen proprium diſpoſitivè & principaliter in inſtitutione hæredis vel alio relicto poſitum, In quibus terminis, loquitur; *l. interdum in princip. ff. de hæred. inſtitut.*

Secus autem eſt, qoando dictio, *æquè*, reſpicit vel unum nomen collectivum, vel doo nomina collectiva, tunc enim illa dictio, *æquè*, non impedit, quò minus hæreditas ſive aliud relictum, non in viriles, ſed in duas æquales portiones dividi debeat, ſicut hæc ſolutio ſatis probatur ex iis, quæ in ratione decidendi adducta ſunt, & comprobari poteſt etiam ex eo, quod regulare ſit, plures vocatas ſub nomine collectivo ſive appellativo, loco unius habendas, atq; unam tantùm portionem percipere, quodque cum ab illa regula ille caſus non reperiatur exceptus, quando dictio, *æquè*, duo vel plura nomina collectiva reſpicit, omninò dicendum ſit, illum caſum, quando dictio, *æquè*, duo vel plura nomina collectiva reſpicit, etiam hoc caſu illam regulam locum habere, cum ſit clari & indubitati juris, quod regulæ ſemper inhærendum, & ſecundum regulam pronunciandum ſit, niſi de exceptione expreſsè fides fiat, *Bartol. l. 2. & ibi Iaſon numer. 33. ff. ſi quis in jus. voca. non ſer. Alberic. de Roſ. in ſecunda parte ſtatutor. quæſtion, 159. Bald. c. 1. col. 3. extr. de alienat. judic. mutan cauſ. facta. Dec. & Cagnol. l. 1. ff. de regul, juris. arg. l. ſuus quoq. §. puto ff. de hæredit. inſtitut. l. ab ea parte. ff. de probat.*

Secundò reſpondeo, illud argumentum non procedere, quando in inſtitutione hæredis vel alia diſpoſitione, eſt adjecta dictio, † *Vterq.* vel alia, 29
cujus natura eſt, quod denotet hæreditatem ſive aliud relictum in duas æquales partes dividenda, ſecundum doctrinam ſupra allegatam *Bartol. l. hoc articulo. ff. de hæredib. inſtitut. Paul. de Caſtrenſ. l. Titius. ff. eo. tit.*

Tertiò

Tertiò reſpondeo, illud argumentum contrarium non procedere in teſtamento à duobus pariter condito, in quo uterq; ſuos proximiores cognatos hæredes inſtituit, tunc enim hæc dictio, æquè, impedire non debet, quò minus hæreditas inter utriuſq; teſtatoris cognatos in duas æquales partes dividatur,

Ita ut integra dimidia hæreditatis, unius teſtatoris cognatis, & talia integra dimidia alterius teſtatoris cognatis applicetur, nulla habita ratione, quod unus teſtator, habeat plures proximiores cognatos, quàm alius, tum quia hoc ſuadet ratio, *d. c. 1. de duobus fratribus à capitaneo inveſtitis*: tum quia hoc caſu ceſſant verba, *d. l. interdum in princip. ff. de hæred. inſtituend.*

Et manifeſti juris eſt, quod ceſſantibus verbis legis ſeu conſtitutionis, & ipſa quoq; lex & conſtitutio ceſſat, *l. 4. §. toties & ibi Bart. & Alexan. ff de damno infecto. l. ita autem, in princip. & ibi Bart. ff. de adminiſtr. tutor.*

Quodq; lex vel conſtitutio ultra ipſius verba non ſit extendenda, *l. quod conſtitutum & ibi Bart. de teſtamen. milit.* & id quod lex non dicit, nec à nobis quoq; dicendum, *l. ſi ſervum. §. Non dixit, prætor. ff. de acquir. hæred. Bald. conſ. 99. col. 1 lib. 4.*

Quare cum teſtamentum, de quo in caſu præſenti controvertitur, fuerit conditum, non ab uno, ſed à duobus ſimul, & in eo utriuſq; teſtatoris proximiores cognati ſub nominib. collectivis æqualiter hæredes inſtituti fuerint, ſequitur ea, quæ in ſecundo argumento in contraria dicta ſunt, nobis nec obſtare nec impedire, quò minus hæreditas ſive bona relicta in æquales partes dividi debeat.

30 Ad tertium argumentum contrarium reſpondeo, Illud argumentum contrarium procedere tantùm, † eo caſu, quando nomina eorum, quibus ſub nomine appellativo aliquid relictum fuit, habentur ficte pro expreſsis non demonſtrativè vel enunciativè, ſed diſpoſitivè tantùm.

Secundò reſpondeo, ideò in juribus citatis in tertio argumento contrario, illos, quorum nomina fictè habentur pro expreſsis, pro virili portione admitti, quia per dictionem, æquè, ſive quisquis, conſtabat de voluntate teſtatoris, quod ipſe voluerit, hæreditatem in viriles portiones dividi. Sicut ad hoc argumentum reſpondet, *Dec. conſ. 382. num. 6.*

Quare cum in caſu noſtro nomina propria, fuerint expreſsa non diſpoſitivè, ſed demonſtrativè tantùm, ſicut hoc ſupra dictum eſt.

Et inſuper ex illa enumeratione nominum propriorum poſt nomina appellativa facta, non conſtet, neque probetur teſtatorem voluiſſe hæreditatem in viriles portiones dividi, Sicut hoc tradit *Dec. in conſ. 382. num. 6.* & latiùs ex ſupradictis patet, ſequitur ea, quæ in tertio argumento contrario dicta ſunt, nihil nobis refragari.

Ad quartum argumentum contrarium reſpondeo, † intellectum Raphaëlis Cumani ad *text. l. antepenult. §. Lucius. ff. de legatis. 2. reprobari per Bart. in d. §. Lucius.* nam Bart. ibi expreſsè inquit, Seiam Alumnam, de qua in caſu illius legis agitur, non de familia teſtatoris, ſed extraneam fuiſſe, ſimiliter & *Iaſ. in l final. num. 4. & ibi Sebaſtianus Sapia, num. 12. C. de impub. & aliis ſubſtitut.* illum intellectum reprobant. 31

Secundò reſpondeo, aliquas ex Dd. tradere in caſu d. §. Lucius relictum in duas æquales partes dividi, & ex illis unam Sejæ, alteram verò aliis de familia teſtatoris applicari, *Roman. conſ. 99.*

Tertiò reſpondeo, illo, Dd. qui volunt relictum in caſu illius §. in viriles portiones devidi, has rationes ſuæ ſententiæ aſſignare, tum quia hoc ſuadet conjectura, mens teſtatoris, qui prohibuit prædium relictum extra familiam alienari, *gloſ. Dyn. & Bartol. d. §. Lucius. Bartol. Paul. Caſtrenſ. Sebaſt. Sapa. & Corraſ. d. l. final. C. de impub. & aliis ſubſtitut. Rom. conſ. 99. Socin. conſ. 108. lib. 3.* tum quia hoc inducit paritas affectionis, quam & teſtator erga omnes de familia habuit, quæque prædium relictum in viriles portiones dividi jubet, *Bald. d. l. antepenult. §. Lucius. ff. de legat. 2. Socin. conſ. 108. lib. 3.* quæ rationes non modò nihil refragantur noſtræ deciſioni, ſed multò magis eam confirmant, tùm & conjecturata mens & affectio, quàm ambo teſtatores erga hæredes inſtitutos habuerunt, ſuadeant hæreditatem in duas æquales partes ita diſtribuendam, ut ex illis dimidiam cognati teſtatricis, ſoror nempè ipſius, aliam

verò dimidiam duo fratres teſtatoris percipiant.

Quartò reſpondeo, opinionem Raphaëlis Cumani & ſequacium nullo modo locum habere, quando omnia nomina illorum, quibus ſub nomine appellativo hæreditas, vel quid aliud relictum fuerit expreſſa fuêre, tunc enim illa expreſſio tantùm demonſtrativè facta cenſetur, eamque ob cauſam Principalem diſpoſitionem non alterat neque mutat, ſicut hoc tradit *Dec. conſ. 382, Rum. conſil. 97. lib. 2.*

32 Ad quintum argumentum contrarium reſpondeo, illud argumentum contrarium non procedere in noſtro & ſimilibus caſibus, in quibus poſt poſitionem generis ſive nominis appellativi aut collectivi, omnes ſpecies vel omnia nomina propria illorum, quibus ſub appellativo vel collectivo nomine aliquid relictum fuit, expreſſa ſunt, tunc enim dictio, *videlicet*, *nempè*, vel ſimilis non reſtrictivè neque modificativè, ſed tantùm demonſtrativè ſive enunciativè ponitur, eamque ob cauſam nihil operatur, prout hoc tradit *Dec. conſ. 382. Ruin. conſil. 97. lib. 2.*

33 Ad ſextum argumentum contrarium reſpondeo † determinationem in aliqua diſpoſitione vel oratione poſitam ea tantùm determinare, quæ in illa diſpoſitione vel oratione principaliter ſive diſpoſitivè, non autem ea quæ demonſtrativè ſive enunciativè ponuntur, eamque ob cauſam illam regulam, quæ vult unam eandem determinationem reſpicientem plura determinabilia, illa eodem modo determinata, non habere locum in non determinabilibus, demonſtrativè nempè ſive enunciativè, in oratione aliqua poſitis juxta text. *l. final. §. Titia & ibi Bart. ff. de liberation. legat.* & per conſequens, illam regulam, ad caſum noſtrum minimè extendi poſſe habito reſpectu ad nomina propria teſtatoris & teſtatricis, quæ non diſpoſitivè neq; principaliter, ſed demonſtrativè tantum expreſſa fuêre.

Ad ſeptimum argumentum contrarium, ad doctrinam nempè *Ruin. conſil. 97 num. 12. 13. & 14. lib. 2.* ſufficienter reſponſum eſt in quinta ratione decidendi.

34 Ad octavum & ultimum argumentum contrarium reſpondeo, † diſpoſitionem teſtatoris, ſecundum illa jura, ſtatuta vel conſuetudines, quæ de ſucceſſione ab inteſtato diſponunt, ita demum intelligendam eſſe, quando & mens & verba jurium, ſtatutorum & conſuetudinum, de ſucceſſione ab inteſtato diſponentium in omnibus & per omnia ad diſpoſitionem teſtatoris accommodari poſſunt, Alioquin verò ſecus eſſe, ſicut hoc tradit *Carol. Molinæus, in additione ad Alexand. conſil. 15. lib. 4.*

Sed in caſu præſenti conſuetudo Lipſica diſponens, quod marito defuncto uxor tertiam partem, hæredes verò mariti duas partes hæreditatis retineant, diſpoſitioni teſtatoris, de qua controvertitur, in omnibus & per omnia non convenit.

Namq; illa conſuetudo introduxit ut mortuo marito hæredes mariti illico & in continenti duas partes hæreditatis ſive bonorum mariti retineant, in caſu verò noſtro demum poſt mortem uxoris poſt maritum defunctæ hæredes mariti ad bona mariti vocati ſunt.

Deinde illa conſuetudo eo caſu, quo maritus abſq; liberis ex uxore ſua ſuperſtite decedit, uxori permittit electionem, utrum ipſa tertiam partem bonorum acceptare, an verò dotem ſuam, omniaq; conſtante matrimonio ex hæreditatibus maternis, paternis vel aliunde acquiſitis optare velit, in teſtamento verò de qua agitur, hæc electio uxori permiſſa non eſt, prætereà illa tertia quæ viduæ relictæ ſecundum conſuetudinem prædictam de bonis mariti defuncti debetur, neq; legatis neq; fideicommiſſis neq; aliis relictis in teſtamento minui poteſt, ſicut hoc patet ex traditis per *Bald. Paul. de Caſtrenſ. Romanum Alexand. Iaſon & Dec. Authen. præterea. arg. illius text. C. unde vir & uxor. Socin. conſil. 108. lib. 1. Cornius conſ. 172. lib. 2.*

Sed in caſu præſenti, ſi diſpoſitio teſtamenti ſecundum præfatam conſuetudinem ita intelligenda eſſet, ut hæredes ſive proximiores cognatæ viduæ, tantùm tertiam portionem ex omnibus bonis tàm uxoris quàm mariti perciperent.

Illa tertia portio legatis minueretur, cum in teſtamento diſpoſitum ſit, ut proximiores cognati teſtatricis & teſtatoris, tantùm ſuccederent in illis bonis, quæ deductis legatis & ſumptibus à vidua poſt mortem mariti factis ſupereſſent, & ultra prædicta conſuetudo Li-

pſenſis

Digitized by Google

pſenſis, eo tantum caſu locum habet, quando hæredes defuncti unà cum uxore ſuccedunt, non autem quando hæredes uxoris & mariti ſimul ſuccedunt.

Igitur ſequitur, doctrinam illorum Dd. qui volunt, diſpoſitionem teſtamentariam ſecundum jura, ſtatuta & conſuetudines de ſucceſſione ab inteſtato diſponeutes intelligendam, in caſu præſenti locum non habere.

Secundò reſpondeo, octavum argumentum contrarium non procedere, quando proprietas verborum teſtamenti refragatur, ſicut hoc tradit *Alexan. l. hæredes mei. §. cum ita. num. 11. verſ. ex prædictis. ff. ad Senatusconſul. Trebellia.* ſed proprietas verborum teſtamenti, de quo controvertitur, refragatur, ne ſecundum præfatam conſuetudinem hæreditas ſive bona relicta in tres partes dividantur, tum quia dictionis utriusque inſtitutioni hæredum inſertæ ſuadet, quod hæreditas in duas æquales partes dividatur, ſicut hoc ſuprà docuimus, tum quia proprietas verborum requirit, ut relictum pluribus ſub duobus nominibus appellativis non in plures quàm in duas partes dividatur, ſicut hoc ex ſupradictis liquet. Igitur etiam ex hoc capite ſequitur, octavum argumentum coutrarium nobis nihil refragari.

Tertiò reſpondeo, illud quod teſtator cenſeatur, ſe voluiſſe conformare, diſpoſitioni jurium, ſtatutorum vel conſuetudinum, de ſucceſſione ab inteſtato loquentium, non ſemper procedere, imò talem, conjecturam levem eſſe, & ab illa de facili recedi, per aliam conjecturam aut præſumptionem *Cornius conſ. 85. col. 2. ad fin. conſ. 91. col. 2. conſ. 295. col. 3. lib. 1. conſ. 71. col. 2. conſ. 138. ad fin. lib. 2. conſil. 95. col. fin. conſ. 131. col. 2. conſ. 202. num. 9. conſ. 229. col. penult. lib. 3. conſ. 159. col. 5. & conſ. 157. ad finem lib. 4. Aymon. Cravet. conſ. 180. num. 4. lib. 1.*

Sed in caſu præſenti ultra proprietatem verborum, item ultra hoc, quod diſpoſitio teſtatoris non loquitur in terminis conſuetudinis præſumitur, quod uterq; teſtantium, ſuos cognatos præferre, & illos ad dimidiam portionem hæreditatis vocare voluerit, ex quo ſequitur, per hanc conjecturam ſive præſumptionem, illam præſumptionem, quod teſtator voluerit, ſe conformare conſuetudini Lipſicæ, de ſucceſſione ab inteſtato loquenti, tolli & elidi.

Et ſic per prædicta concludo, quod non obſtantibus illis, quæ pro parte adverſa adducta ſunt, hæreditas ſive bona relicta in caſu præſenti, in duas partes æquales dividi debeant, ut ex illis ſoror teſtatricis integram dimidiam portionem percipiat, reliquam verò dimidiam duo fratres teſtatoris ferant.

CONSILIUM QVINQVAGESIMUM.

Continens materiam diviſionis & circa illam incidentis læſionis, à D. Ludolpho Schradero Nomine Facultatis Juridicæ Francofurd. conceptum.

SUMMARIA.

1. *Contrahentibus decipere ſe invicem non licet, etiam infra dimidium juſti precij. Contrar. num. 8. 12.*

Declaratur. num 15.

2. *Et decepto etiam infra dimidium juſti precij ſuccurritur. Contrar. num. 11. 12.*

Declaratur num. 16. & 17.

3. *Deceptus in quantitate rei in contractum deductæ, agere ad ſupplementum poteſt, etiamſi deceptio ultra dimidium juſti precij ſit.*

Secus ſi deceptus in quantitate precij, num. 17. ubi ratio.

4. *Venditor rei ſciens ſtatutum conditum, ut res certo precio vendantur, ante publicationem hujus ſtatuti rem majori precio vendens, nec emptorem de hoc ſtatuto promulgando admonens, emptori etiam ultra dimid. juſti precij decepto, ad id, quod intereſt, tenetur.*

Ratio num. 18.

5. *A bono viro læſus infra dimidium juſti precij, an & quando habeat contra illum actionem ad id, quod intereſt, vel ad reſcindendum contractum & num. 19. uſq. ad num 26.*

6. *Læſo in diviſione etiam citra dimid. juſti precij, ſuccurritur ſecund. Molinæum contrar. approb. numer. 8. & 11. Item, numer. 27. uſq. ad 30. ubi refutatur Molinæi opinio.*

7. *Idem eſt, ſi diviſio à tertio ſit facta, vel alius contractus à tertio initus.*

Declaratur num. 31. & 42.

8. *In contractum emptionis & venditionis deceptio permiſſa.*

9. *Ut & in locatione conductione.*

10. *In contractu do ut facias.*

11. *In permutatione num. 14.*

12. *Et cæteris contractibus, niſi exceptio excedat, dimidium juſti precij.*

13. *Diviſio ſpecies permutationis eſt.*

20. *Doctori nec gloſſæ, ſine lege, credendum.*

21. *Jus allegans id probare tenetur.*

22. *In practica non habetur, quod lege non cavetur.*

23. *Regulam pro ſe habens, jus certum habere dicitur, & intentionem ſuam fundatam.*

24. *Donec de exceptione doceatur.*

25. *In dubio quis intellectus tenendus.*

28. *Opinio non ſingularis ſed communis in judicando & conſulendo tenenda.*

29. *Nec opinio, quæ probabilis rationibus convincitur.*

30. *Intellectus l. Unicæ de Errore calculi.*

32. *Jus petendi reductionem ad arbitrium boni viri non præſcribitur, niſi ſpacio 30. annor. etiamſi quis laudo non contradixerit intra annum, juxta comm.*

33. *Declaratur hoc tamen.*

34. *Diviſio inutiliter etiam facta, quomodo approbata intelligatur & num. 38.*

35. *Inter fratres qualiter præſumatur diviſio facta & num. ſeq.*

36. *Ex curſu longi temporis, quando ſolennitas extrinſeca etiam in grave alterius præjudicium præſumatur.*

37. *Et ex ſcientia & patientia conſenſus in conſentientis damnum.*

39. *Regula,*

39. Regula, volens, ſimpliciter approbantem negotium aliquod, intelligi, illud prout geſtum eſt, non ut bene geſtum approbaſſe, quando procedat vel non.

40. Ex intervallo approbans contractum, contra quem remed. l. 2. C. de reſcind. vendit. implorare poterat, an ob id à remedio iſtius legis excludatur.

41. Ratihabitio quid operetur.

42. Ex facto alterius læſo facilius ſuccurritur.

43. Ex placito diviſionis quando actio naſcatur.

44. Pro exequendis illis quæ in laudo arbitratoris continentur, quæ actio competat.

45. Minorenni in diviſione aliovè contractu læſo, etiam infra dimidium juſti precij, quomodo ſuccurratur. & num. 52. & 52.

46. Minor factus major, quomodo contractum abſq; decreto judicis & alia legitima ſolennitate celebratum, ratum habere intelligatur. & num. 52. & 54.

47. Et quid de jure Canonico.

48. Præſcriptio non currit in favorem ejus, qui in mala fide eſt. Contrarium verùm in præſcriptione, de qua in l. fin. C. ſi major. fact. rat. num. 53. Aliter & pulchrè declaratur nu. 56.

50. Præſcriptio non interrumpitur per contradictionem extra judicialem. Fallit. ibid.

54. Ratificatio quæ per lapſum quinquennij inducitur, qualiter obtineat.

55. Facta probabiliter ignorantur.

56. Verb. Hewung / id eſt, perceptiones, quid importet. & num. 58. 65.

57. Per præcedentia ſequentia declarantur.

58. De ſignificatione verbi æquivoci, ſi illud in præcedentib. verbis alicujus diſpoſitionis in certa ſignificatione, & in ſequentib. ſimpliciter ponatur.

59. Verba contractus dubia contra quem interpretanda.

60. Clauſula generalis, quando ad ſpecificata reſtringi debeat.

61. Supplementum petens actui, non impugnat propriè, largè tamen num. 64.

62. Verba in propria ſignificatione accipienda.

63. Verba & clauſula diſpoſitionum ſic intelligenda ſunt, ne ſibi contradicant.

66. Duobus officiis incompatibilibus, nemo ſimul & ſemel fungi poteſt, & num. ſequ.

67. Procurator conſtitutus vice conſtituentis fungitur.

68. Procurator conſtitutus quando alium procuratorem ſubſtituere non poſſit.

CASUS SUPER QVO CONſilium petitur, breviter ſe habet uti ſequitur: Nobilis Nicolaus H. piæ memoriæ, in vita ſua primogenito ſuo filio Bernhardo aulam principalem quandam in Z. ſitam, cum aliquibus villanis ideò conceſsit, ut ſe cum uxore liberisque in ea ſuſtentaret: poſtea ex hac vita decedens relinquit poſt ſe præſtantia bona feudalia cum tribus filiis, Bernhardo Antonio & Caſparo, inter quos Bernhardus & Antonius tunc temporis juſtam ætatem attigerunt: Caſparus verò minorennis adhuc extitit.

Poſtea Antonius H. medius filius, poſt obitum patris, ſuo ſuique junioris fratris nomine ſeniorem fratrem Bernhardum H de hæreditaria diviſione bonorum feudalium interpellavit: tantumque apud illum inſtando effecit, quod in hæreditariam diviſionem bonorum feudalium conſentire, unaque cum ipſo Arbitratores, qui ipſis bona indiviſa dividerent, eligere coactus fuerit.

Qui arbitratores communia ipſorum bona feudalia eo modo diviſerunt: quod Bernhardo de H. fratri primogenito aulam præcipuam in Z. cum aliis bonis: Antonio verò aulam in B. & Caſparo aulam in G. cum aliis bonis eo modò aſſignarint. quod Bernhardus & Antonius fratri ipſorum juniori Caſparo in G. ædes quaſdam cum horreo & duabus portis tempore, quando rem domeſticam propriam adminiſtrare ingrederetur: & Antonius dicto Caſparo agrum in P. & S. deficientem ſupplere deberet.

Ulterius etiam dicti arbitratores in illa diviſione concluſerunt dictisque fratribus injunxerunt, cum P. & G. nova feuda empta eſſent, quod fratres in communi illa bona defendere deberent, Caſu, ſi quæſtio illis ratione illorum bonorum moveri deberet.

Et ſi contingeret, quod illa bona feudalia via juris evincerentur, atque ita illi iis privarentur, quod eo caſu, non autem alio modo dicta diviſio retractari, & cuilibet liberum relinqui deberet, novam diviſionem petere.

Inque

Inque dicta diviſione inter alia mentio etiam facta eſt, quod ſæpè nominati fratres ratione dictæ diviſionis ita totaliter inter ſe tranſegerint, adjecta tamen illa conditione, ſi poſtea appareret, quempiam inter illos ſæpedictos fratres per hanc diviſionem in percipiendis fructibus eſſe læſum, quod illi permiſſum ſit, ſæpedictam diviſionem impugnare.

Quæ diviſio hoc modo in omnibus ſuis punctis & clauſulis à ſæpenominatis tribus fratribus ita inita approbata, & acceptata eſt: Ad hoc, dicti tres fratres bona illa, uti in hac diviſione illis obvenerunt, quilibet pro ſua parte juxta tenorem diviſionis occuparunt, ea poſſederunt atque per aliquot annos uſurparunt.

Nunc verò ab Antonio & Caſparo de H, proponitur, quod in illa ſæpedicta diviſione valdè ſint læſi: Ad hæc Caſparus H. junior frater adducit, ſe tempore diviſionis fuiſse minorennem, nullumque Tutorem vel Curatorem habuiſſe, qui ipſi in hac diviſione auctoritatem ſuam præſtiriſſet: atque ea ratione volunt hanc approbatam & acceptatam diviſionem impugnare.

Quæritur igitur primò, num ſæpedicta diviſio, quantum Anton. H. medii fratris perſonam concernit, de jure valida exiſtat, & num Antonius H. caſu, quo non docere poſſet illum in dicta diviſione ultra dimidium juſti precii læſum, diviſionem illam impugnare poſſit: Et quo modo quibuſvè exceptionibus Bernhardus H. ſe contra fratris inſtitutam querelam defendere poſſit.

Secundò, quæritur num Antonius H. vigore erectæ diviſionis fratri ſuo Caſparo H. defectum ſuorum agrorum ſupplere teneatur.

Tertiò, quæritur, num Caſpari H. intentata actio de jure ſubſiſtat: Item, quas Defenſionales & adminicula fratres ipſius Bernhardus & Antonius contra eam adducere poſſent.

Quartò, cum in erecta diviſione ſequens clauſula reperiatur: Si appareret poſtea quempiam in percipiendis fructibus eſſe læſum, quod illi permiſſum eſſe debeat, hanc diviſionem impugnare, Quæritur, quomodo & qua ratione clauſula illa intelligenda ſit: Et num dicta clauſula ſolummodò de annuis fructibus quos villani quotannis ſuis Nobilibus præſtant, neque ad alia bona extendenda, ſed ita interpretanda ſit, quod vigore illius clauſulæ, diviſio non penitus vel pro parte retractari, ſed ſi unus fratrum in illis annuis præſtationibus vel fructibus in illa diviſione læſus eſſet, illius recompenſum petere poſſet.

Quintò, cum Bernhardus & Antonius de H. ſimul & conjunctim à fratre ipſorum Caſparo in jus vocantur, & nihilominus Caſparus de H. in hac cauſa fratrem ſuum Antonium H, negotiorum geſtorum conſtituerit, eique procuratorem ulterius ſubſtituerit, quæritur, num Caſparus H. fratrem ſuum Antonium in negotiorum geſtorem: Item num dictus Antonius H. procuratorem nomine ſui fratris Caſpari in hac cauſa ſubſtituere poſſit.

Poſt diligentem perlectionem & ponderationem tranſmiſſæ tranſactionis, productæ ſupplicationis, querelæ aliarumque actionum, Nos Decanus, Ordinarius cæterique Doctores Juridicæ Facultatis in alma Univerſitate Francophurdianæ ad Oderam, quantum ad primam quæſtionem attinet, in jure fundatum eſſe exiſtimamus, initam diviſionem de jure valere validamque eſſe.

Et quod Antonio H. nullo modo permiſſum ſit, pro ſua perſona illam factam diviſionem vigore communis juris ſcripti impugnare vel illæ contradicere: niſi dictus Antonius H. prout de jure decet, ſatis docere & probare poſſet, illum in dicta diviſione ultra dimidium juſti precii læſum: illaque diviſio non pro tranſactione ſed pro mera ſimplici diviſione æſtimanda eſt.

Ideoque Bernhardo de H. conſultum non erit, contra fratris Antonii inſtitutam actionem exceptionem tranſactionis opponere: ſed ſi Bernhardus de H. nullas exceptiones dilatorias proponere habet, poterit ſæpedictus Bernhardus de H. ad intentatam actionem ſtatim litem negativè conteſtare, quodque ſi fiet, Antonius de H. docere & proba-

probare tenetur, illum in diviſione ultra dimidium juſti pretii eſſe læſum: Caſuque illum hoc ſatis probare non poſſe, neceſſario Bernhardus de B. ab inſtituta actione liberatur.

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QUO NIHIL FELIX FAUSTUMQVE.

QVOAD PRIMÆ QVÆſtionis deciſionem videtur prima facie dicendum, T. H. Actorem, ſi ipſe probare poſſet, ſe in diviſione læſum eſſe, hanc diviſionem impugnare poſſe, licet ipſe fidem facere nequeat, ſe ultra dimidium juſti pretii in diviſione læſum fuiſſe, primò per textum *l. ſi quis in conſcribendo C. de pactis l. ſed etſi pupillus. §. item ſi cum plures. ff. de inſtit. action.*

Namque cum in illis textibus ge-
1 neraliter diſponatur, † Quod non ſit licitum contrahentibus ſe invicem decipere, nec diſtinguatur, utrum hæc deceptio ſit infra an verò ultra dimidium juſti pretii, videtur dicendum, contrahentibus etiam infra dimidium juſti pretii prohibitum eſſe ſe invicem decipere.

Textus enim generaliter loquens, generaliter intelligendus eſt, *l. 1. ff. de legat. præſtand.* & ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *l. de precio ff. de public. in rem action.*

2 Secundò, † hæc ſententia probatur per text. *l. eleganter in princip. & ibi gloſ. Bart. & Dd. ff de dolo. l. Iulianus, in princip. & ibi gloſ. & Bart. & §. ſi venditor. §. per contrarium. ff. de action. empt. l. ſed ædes. §. 1. ff. de location. l. 1. §. cauſa & §. periude. ff. de ædilit. edict.*

Ex quibus textibus ſimili modo liquet, decepto ſive læſo in contractu aliquo ſuccurri, etiamſi hæc deceptio ſive læſio non ſit ultra dimidium juſti
3 pretii.

Tertiò, † hæc ſententia confirmatur ex eo, quod traditur, deceptum in quantitate rei in contractum deductæ, ad ſupplementum agere poſſe, licet hæc deceptio ſit infra dimidium juſti pretii, *Abb. c. per tuas, num. 4. arg. ill. text. de donation. Ioan. de And. conſil. 95. ultima colum.*

Igitur videtur ſimili modo dicendum, & deceptum in quantitate pretii ſive æſtimationis rei in contractum deductæ ad ſupplementum agere poſſe, licet hæc deceptio ſit ultra dimidium juſti pretii.

Quartò, † pro hac ſententia addu- 4
ci poteſt, quod Doctores noſtri tradunt, ſi is, qui ſcivit, conſtitutionem eſſe factam, ne frumentum vel aliæ merces ultra certum & conſtitutum pretium vendantur, ante hanc conſtitutionem publicatam vendiderit frumentum vel alias merces cariori pretio, nec de hac conſtitutione admonuerit emptorem, emptorem ex hoc decepto ad id, quod intereſt, experiri poſſe, licet hæc deceptio ſit infra dimidium juſti pretii, *Bart. l. quæro. ff. de action. empt. Guiliel. de Cug. l. fraus. & l. contra legem. ff. de legib. Bald. l. 2. C. de pericul. & comod. res venditæ. Roman. ſingular. 27. 2. incip. Nunquid ſi ſum magnus mercator. arg. l. ſi una. verſic. ſi planè. ff. de pericul. & commod. rei venditæ.*

Quintò, pro hac ſententia com- 5
probanda facit, quod bono viro liceat contrahentem ſecum etiam infra dimidium juſti pretii, quodque deceptus à bono viro, etiam infra dimidium juſti pretii contra ipſum ad ſupplementum agere poſſit, *gloſ. & Dec. l. ſemper in contractibus. ff. de regul. jur. Bald. c. ſi proponente extr. de reſcript. Bald. c. cum cauſam numer. 5. extr. de teſtibus Bald. c. quantum. col. 2. extr. de jurejuran. Bald. Authen. ad hæc col. penult. verſic. inſuper quæritur. C. de uſurpat. Bald. conſil. 332 incip. conſiderato compromiſſo, poſt princip. lib. 2. & conſil. 3. incip. caſus talis eſt, quidam Ioan. de Anania c. in civitate col. 8. extr. de uſur. Barbat. l. 4 §. Cato. col. 27. ff. de verbor. obligationib. Barbat. repetit. c. Raynoldus col. 173. extr. de teſtament. Barbat. c. bonæ el. 2. col. 6. extr. de poſtulationib.*

Prælato

Prælato. Barbat. conſil. 9. incipien. præclarè præſcribitur apud Pſalmiſtam col. antepenult. conſil. c 1. incip illud adferam in medium, col. 12. conſil. 56. incip. ſapienter ſcripſit Pſalmiſta lib. 2. conſ. 21. incip. Clementiſſimum Deum in princip. conſ. 22. col 4. & conſ. 67. incip. illud adferam in medium, col. 1. lib. 4. Laurent. Calcan. conſil. 27. incip. Clementiſſimum Dei Patris, col. ult. & conſil. ſequenti col. 2 Felin. c. fin num. 13. extr. de præſumptionib. Iaſon & Dec. l. penult. C. de pact. Iaſ. §. ſed iſte, numer. 106. Inſtitut. de action. Matth. de Affiict. c. 1. in princip num. 94. de feudo da. in vicem l. commiſſo. Thomas Ferrat. Cautel. 4. Panth. de Crema. repetit. l. 2. num. 169. de reſcinden vendit. Tiraquell. in tract. de commob. nunc l. nu. 7. Cepola in tractat. de ſimulat. contractib. 2. præſumptionib num 20.

Ideoque receptum eſt, deceptionem etiam infra dimidium juſti precii non eſſe permiſſam in foro conſcientiæ, Innocent. Ant. de Butr. Abb. Ioan. de Ana & Felin. extr. de uſur. Archidiac. c. hoc jus col. 410. quæſt. 2. Archidiac. c. ſi cupis 16. quæſt. 1. Cardinal. & Abb. c. 1. extr. de emption. & vendition. Anton. de Butr. & Henricus Bock. c. cum dilecti. extr. de emptio & venditio. Anton. de Butr. c. quia plerig. col. antepenult & ibi Abb quæſt. 9. extr. de immunita. Eccleſ. Frideric Senenſ. conſ. 21. incip. Nunquid heres. Salices. Authen. ad hæc quæſt. 2. C. de uſur. Pract. Papienſ. in for. libelli cauſa venditionis, verb proprerio. col. 1. Cæpol. in tract de ſimulat. contract. 2. præſumpt nu 20. Barbat. repetit. c. Raynaldus col 173. extr. de teſtam. Franciſc. Aret. conſ. 92. incip. viſo legato col. 2. Iaſ. l. ſi quis in conſcribendo col 2. C. de pact. Iaſ l ſi quis cum aliter. nu. 17. de verb oblig. Iaſ. §. ſed iſte nu. 104. Inſtit. de action. Dec. c. 1. nu. 18 extr. de conſtitut Dec. conſ 5. Matth. de Affiict. c. 1. in princip. nu 94 de feudo da in vicem l. commiſſo. Panthal. de Cre. repetit. l. 2. num. 58. & 59. C. de reſcinden. vendition. Ioan. de Neviſano in Sylvula Nuptiali lib. 5. num. 49.

Item Eccleſiæ vel Eccleſiaſticis perſonis, gloſ. 1. & Archidiac. §. hoc jus 10. quæſt. 2. Hoſtienſ. Immo. & Abb. c. 1. extr. de empt. & vendition Bald. Authen. hoc jus porrectum col. 4. verſic. ulterius quæritur C. de ſacroſanct. Eccleſ. Angel. §. hoc etiam col. 4. verſic. ſed tum quæro, Authen. de alienation. & Emphyteu. Bald. l in cauſæ dat. 2 §. idem Pomponius. ff. de minoribus. Anton. de Butr. & Abb. c. in civitate extr. de uſur. Anton. de Butr. c. continebatur, col. 1. extr. de his quæ fiunt. à Prælato. Abb. c. cum cauſam col. 2. extr. de teſtib. Abb. c. per tuas col. 2. extra de donationib. Abb. c. quia plerig. quæſtion. nu. 9. extr. de immunita. Eccleſ. Roma. ſingular. 758. incip. tu ſcis quod res Eccleſiæ. Fran. Aretin. l. ſi quis cum aliter, col. 8. verſ. adde etiam. ff de verbor. obligation. Barbat. repetit. c. Raynoldus col. 113 ext. de teſtament. Barbat. l. 2. §. fin. col. 9. ff de verb. obligation. Barbat. conſ. 77. col. 1. lib. 4. & inter conſilia Calcanei conſ. 28 incip. illud adferam in medium, col. 2. Iaſ. l. quoties, col. 5. C. de rei vendication. Iaſ. §. ſed iſte. num. 105. Inſtitut. de action. Matth. de Affiict. c. 1. in princip. nu. 93. de feud. da. in vicem. l. commiſſor. Panthal. de Cre. repetit. l. 2. num. 161. & 162. C. de reſcinden. vendition.

Quare, cum Nobilis B. H. & Nobilis & abſque dubio bonus vir ſit, ſicut etiam quilibet in dubio bonus præſumitur, l. merito. ff. pro ſocio l. quoties. §. qui dolo ff. de probationib l. omni modo C. de inoff. teſtament. c. final. & ibi Felin. extr. de præſumption. Aymon. Cravet. conſil. 60. num. 7. videtur dicendum, Nobili Antonio de H. contra diviſionem cum fratre ſuo Bernhardo factam indiſtinctè ſubveniendum eſſe, ſi ipſe fidem facere poſſet, ſe in hac diviſione læſum, vel deceptum, etiamſi hæc læſio vel deceptio ſit infra dimidium juſti pretii.

Sextò † hæc ſententia perſuaderi poteſt etiam ex eo, quod aliqui ex Dd. noſtris tradunt, læſo ſive decepto in diviſione etiam citra dimidium juſti pretii contra hanc læſionem ſive deceptionem ſuccurrendum eſſe, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie decidit Carol. Molin. in conſuetud. Pariſienſib. §. 148. & in tract. de commerciis & uſuris, quæſtion. 14. num. 182.

Septimò, † hanc ſententiam etiam comprobat id, quod Doctores noſtri tradunt, diviſionem factam vel alium contractum initum non ab ipſis contrahentibus, ſed à quodam tertio arbitratore, puta, vel alia propter læſionem reſcindendum, vel in melius reformandum, etiamſi hæc læſio ſit infra dimidium juſti pretii, l. unde ſi Nerva. ff. pro ſocio. Bart. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. nu. 25. ff. pro ſocio. Bald. l. cum anton. C. de arbitr. Anton. de Butr. & Immo. c. Quintavallis & ibi Abb. nu. 31. ext. de jurejurand. Franciſ. de Albergat. l. ſi quis arbitratu, & ibi Alexan. numer. 25. ff. de verbor. obligationib. Abb. cum cauſam numer 5. extr. de emption. & vendit. Roman. l ſi quis cum aliter col. 4. ff. de verb. obligation. Alexan. conſ. 131. num.

15. lib.

15, lib. 2. Panthal. de Cre. repet. l. 2. num. 152. 153. & 154. C. de reſcind. vendit. Lanfranc. in tr. de arbitr. ult. par. Raph. Cum. conſ. 50. incip. ſtante ſtatuto. Ang. Aret. l. 1. §. ſi quis ante ff. à quib. appell. non licet. Dec. conſ. 39. n. 7. Soc. jun. conſ. 24. n. 6. lib. 1. Corn. conſ. 240. lib. 4.

Quare, cum in noſtro caſu diviſio non ab ipſis contrahentib. ſed ab arbitratoribus ad hoc electis, facta ſit, videtur dicendum, Nobili Antonio H. contra hanc diviſionem indiſtinctè ſuccurrendum, ſi ipſe probare poſſit, ſe ex hac diviſione læſum ſive deceptum eſſe: Etiamſi hæc læſio ſive deceptio ſit infra dimidium juſti precii.

Et licet hæc & ſimilia, quæ pro hac ſenten adduci poſſent, prima fronte fortiter urgere poſſint: Nos tamen his & ſimilib. quę pro hac ſententia adduci poſſet, judicamus Antonio H. contra hanc diviſionem non aliter ſubveniendum, niſi ipſe probare
8 poſſit, † ſe ultra dimidium juſti precii læſum vel deceptum eſſe. Et ad hanc ſententiam tenendam movemur primò per text. *l. in cauſæ. la. 2. §. idem Pomponius. ff. de minor.* in quo textu expreſsè dicitur, in precio emptionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus ſeu circumvenire.

Quare, cum diviſio emptionis vicem obtineat; ſequitur, contrahentibus permiſſum eſſe, & in diviſione quoque infra dimidium juſti precii, ſe circumvenire atque decipere.

Secundò, hanc ſententiam probat textus *in l. 3. in princ. ff. ad leg. Falcid. l. ſi voluntate. C. de reſcinden. vendit.* Ex quibus textibus ſimili modo liquet atque patet in contractu emptionis & venditionis contrahentibus ſe decipere licere, & decepto ſive læſo in contractu emptionis vel venditionis contra hanc læſionem ſive deceptionem nullo remedio ſuccurri, ſi hæc læſio ſive deceptio ſit infra dimidium juſti pretii.

Tertiò, hanc ſententiam confirmat textus *in l. item ſi in precio. §. fin. & l. ſequent. ff. de locat. & conduct.* in quibus textib. expreſſis verbis dicitur, quemadmodum in emendo & vendendo naturaliter conceſſum eſt, quod pluris ſit minoris emere, quod minoris ſit pluris vendere, & invicem ſe circum-
9 ſcribere: Ita & in † locationibus quoque & conductionibus idem juris eſt.

Et ideò prætextu minoris penſionis locatione facta, ſi nullus dolus adverſarii probari poſſit, reſcindi locatio non poteſt.

Quartò, pro hac ſententia adduci poteſt † textus *in l. ſi una pactione. junct. gloſ. fin. C. de uſur.* ex quo textu ſatis liquet, deceptum in contractu do, ut facias, contra hanc deceptionem nullum remedium nullamvè actionem habere, ſi hæc deceptio dimidium juſti precii non excedat. 10

Quintò, ad hanc ſententiam confirmandam facit text. *l. ſi olei. junct. gloſ. fin. C. de locatio. & conductio.* Ex quo textu intelligitur, læſo ſive decepto in contractu do, ut facias, contra hanc læſionem nullo remedio ſuccurri, ſi illa læſio dimidium juſti precii non excedat.

Sextò, † hanc ſententiam confirmat, quod decepto ſive læſo infra dimidium juſti precii contra hanc deceptionem ſive læſionem nullum remedium nullavè actio prodita ſit, ſive hic contractus, in quo quis læſus fuit, ſit contractus nominatus ſive innominatus: Item, ſive ſit contractus bonæ fidei, ſive ſtricti juris, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie tradit *Panthal. de Crem. repetit. l. 2. numer. 141. C. de reſcindend. vendit.* 11

Quare, cum diviſio contractus innominatus ſit, *Baldus Rubric. C. de rerum permut.*

Sequitur, & læſo ſive decepto infra dimidium juſti precii in diviſione contra hanc læſionem nullo remedio ſuccurri.

Septimò, hanc ſententiam probat textus *l. majoribus. juncta gloſ. ver. perperam communia utriuſq. jud.* Ex quo textu *juncta gloſ.* ſatis liquet atque patet, diviſionem propter læſionem ſive deceptionem non aliter reſcindi, niſi illa læſio ſive deceptio ſit ultra dimidium juſti precii: Quam gloſſam ibidem ſequitur *Bart. Bald. & Dd. communiter.*

Octavò, hanc controverſiam expreſsè atque in ſpecie decidit *Bald. conſil. 72. incipien. factum, ſuper quo conſilium petitur. ſecundo dubio. lib. 2.* Namque Baldus ibi expreſſis verbis dicit, Diviſionibus eſſe ſtandum, niſi alter ultra dimidium juſti precii deceptus ſit. Et hanc deciſionem Baldi refert atque ſequitur præſtantiſſimus noſtræ ætatis Jureconſultus *Andr. Tiraquell. in tr. de jure primogenit. quæſtio. 17. opinio. 1. numer. 98.*

Nonò, † pro hac ſententia confirmanda 12
facit *gl. l. ſi cupit. ver. ne multum 16. quæſt. 1.*

ubi gloſſa expreſſè decidit, in contractibus ſe invicem decipere non eſſe peccatum.

Decimò, ad hanc ſententiam confirmandam etiam adduci poteſt id, quod etjam de jure Canonico contrahentibus ſe infra dimidium juſti precii decipere permiſſum ſit.

Quodq; decepto infra dimidium juſti precii propter hoc nulla actio detur, nullumve remedium competat, *gloſ. c. cum cauſam. el. 2. extr. de teſtib. gloſ. c. cum dilecti. extr. de emptio. & venditio. gl. c. per tuas. ext. de donatio. gloſ. c. in civitate. extr. de uſur. Bald. l. in cauſa. la. 2. §. penult. ff. de minorib. Alberic. de Roſat. l. 2. & ibi Bauthal. de Crem. num. 14 1. C. de reſcinden. venditio. Cæpoll. in tract. de ſimulat. contractib. præſumptio. 2. num. 18. Socin. conſ. 48. num. 2. lib. 4. Iaſ. l. penult. nu. 5. & & ibi Dec. num. 9. C. de pact. Dec. l. ſemper in contractib. num. 11. ff. de regul. jur. Matth. de Afflict. c. 1. in princip. num. 85. de feud. da. in vic. l. commiſſar.*

Undecimò, hanc ſententiam etiam confirmat id, quod traditur, ex ſola injuſticia precii, quæ eſt infra dimidium juſti precii, nullam poſſe colligi ſuſpitionem doli, fraudis vel ſimulationis, *Cæpoll. in tr. de ſimulat. contract. præſumpt. 2. n. 18. M. de Afflict. c. 1. in pr. nu. 58. de feud. da. in vic. l. commiſſo.*

13 Duodecimò, † pro hac ſententia adduci poteſt, quod diviſio ſpecies permutationis ſit, *l. cum pater. §. hæreditatem ff. de legat. 2. gl. l.*
14 *1. C. communia utriusq; judic.* quodque † læſo in permutatione contra hanc læſionem nõ aliter ſuccurratur, niſi hæc læſio dimidium juſti precii excedat, *Ioan. Andr. c. cum dilectis. de empt. & vendit. Calder. conſ. 4. incip. duo Canonici. in tit. de rei permutatio. Abb. c. cum cauſam. n. 8. ext. de empt. & vendit. Dec. conſ. 210. Beneven. Strach. in tr. de proxenetis, 4. part. §. ſolent. nu. 4.*

Et ſic per prædictas rationes concludimus, Nobili Anton. H. præſenti caſu nullo modo permitti diviſionem factam impugnare, vel ex hoc cap. contra fratrem ſuum Bernhard. agere, etiamſi ipſe in diviſione læſus vel deceptus eſſet, niſi ipſe fidem facere poſſet, ſe ultra dimidium juſti precii in diviſione læſum vel deceptum eſſe.

Nec obſtant huic veriſſimæ deciſioni ea, quæ pro parte contraria adducta ſunt. Namque ad illa omnia facilimè reſponderi poteſt, & ad primum argumentum contra-
15 rium reſpondemus, † illa, quæ in primo argumento contrario allegata ſunt, procedere in læſione ſive deceptione non quæ in contractu, ſed quæ poſt contractum; per hoc videlicet, quod promiſſa non ſervantur vel adimplentur, contingit. Namq; illa læſio ſive deceptio, quæ in contractu contingit, ſi ſit infra dimidium juſti precii, permiſſa eſt, illa verò, quę poſt contractum contingit per hoc, quod promiſſa non ſervantur vel non adimplentur, nullo modo licita vel permiſſa eſt, *Iaſ. l. pen. nu. 5. & ibi Dec. nu. 7. C. de pact.*

Ad ſecundum argumentum contrarium reſpondemus primò, ea, quæ ibidem allega-
ta ſunt, procedere, quando † quis in contra- 16
ctu læditur ſive decipitur dolo alterius ſeu cum contrahentis, nõ reipſa, ſed ex propoſito interveniente. Namq; ſi ille dolus dederit cauſam contractui, vel reddit contractum ipſo jure nullum, ſi ipſe contractus bonę fidei ſit, *l. eleganter. in pr. & ibi gl. Bart. & Bald. ff. de dolo. l. ſi dolo. C. de reſcind. vendit.* vel hoc operatur, ut contractus annullari debeat, ſi iſte contractus ſit certi juris, *l. ſi quis cum aliter. in prin. & ibi Bart. Alex. Iaſ. & Dd. ff. de verbor. obligat. l. dolo vel metu. C. de inutil. ſtipulatio.* Sin autem ille dolus ex propoſito non dederit cauſam contractui, ſed inciderit in contractum. Contractus quidem per ſe & ipſo jure ratus eſt, nec ulla ratione reſcindi vel annullari poteſt, ſive iſte contractus ſit bonæ fidei, ſive ſtricti juris. Sed decepto etiam infra dimidium juſti precii actio ad id, quod intereſt, datur, *gl. l. in cauſa. la. 2. §. penult. ff. de minor. gl. l. item ſi precio. §. final. ff. de locat. & conduct. Bald. l. 2. tertia oppoſitio. & ibi Salic. 2. oppoſitio. & Panthal. de Crem. nu. 150. C. de reſcind. vendit.*

Secundò reſpondemus, textum *l. Iulianus. in princ. & quæ ibi tradit gloſ. & Bart. ff. de actio. empt. l. ſed ædes. §. 1. ff. de locat. & conduct. l. 1. §. cauſa. & §. perinde. ff. de ædil. edict.* procedere in læſione inſurgente ex vitio ſive defectu occulto rei venditæ. Namque propter illam læſionem læſo actio ad id, quod intereſt, indiſtinctè datur, licet illa læſio ſit infra dimidium juſti precii.

Quare, cum in noſtro caſu non agatur de læſione vel deceptione dolo contingente, aut ex vitio ſive defectu occulto rei venditæ inſurgente, ſed agatur de læſione, quæ reipſa evenit, ſequitur, ea, quæ in ſecundo argumento contrario dicta ſunt, nihil noſtræ refragari ſententiæ.

Ad tertium argum. contrarium reſpondem⁹, † inter deceptionem conſiſtentem in 17

quan-

quantitate rei, in contractum deductæ, & inter deceptionem conſiſtentem in quantitate pretii vel æſtimationis maximam diverſitatis rationem militare, ideò diſpoſitum de uno ad aliud minimè extendi debet, *l. fin. ff. de calumniator. l. Papinianus exuli, in princip. ff. de minoribus. l. Iulianus. ff. de condictio. indeb. Iaſ. l. creditor. ff. de oper. nov. nun. Carden. Pariſienſ. conſil. 100. num. 29. lib. 1. Aymon Cravet. conſ. 187. num. 1.*

Quod autem inter deceptionem conſiſtentem in quantitate rei & inter deceptionem conſiſtentem in quantitate precii ſive æſtimationis, magna diverſitatis ratio militet, tradit *Abb. c. per tuas. num. 4. extr. de donatio.*

Ad quartum argumentum contrarium 18 reſpondemus † venditorem frumenti, vel alterius rei, qui ſciens Statutum conditum, ut frumentum vel aliæ res pro certo precio vendantur, ſi ante publicationem hujus Statuti frumentū vel alias res majori precio vendit, nec de hoc Statuto condito & promulgando admonet emptorem, ex propoſito emptorem decipere, juxta text. *l. ex qua. §. fin. ff. de contrahen. empt. l. 1. §. 1. & l. quæro. ff. de act. empt.*

Ideò mirum non eſt, emptori contra ipſum, actionem ad id, quod intereſt, dari, licet ipſe infra dimidium juſti precii deceptus ſit. Secus autem eſt in noſtro caſu, in quo cum agatur de deceptione reipſa contingente læſo non aliter actio, ad id quod intereſt, vel ad impugnandum contractum concedi debet, niſi ipſe probet, ſe ultra dimidium juſti precii deceptum eſſe.

Ad quintum argumentum contrarium 19 reſpondemus, † etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, bono viro non convenire alium etiam infra dimidium juſti precii decipere; Tamen contra bonum virum alium infra dimidium juſti precii decipientem, nullum remedium nullamve actionem, vel ad id, quod intereſt, vel ad reſcindendum contractum competere, *Bald. l. ſi proponente. extr. de reſcript. Dec. l. penult. C. de pact. Dec. l. ſemper in contractib. ff. de regul. jur.* Et licet in hoc contrarium teneat *Ioan. de Anan. Felin. Iaſ. Thom. Ferrar. & Panthal. de Crem.* in locis in iſto argum. contrario allegatis; Tamen illorum ſententia nullo modo ſequenda vel tenenda eſt.

Primo, quia illorum opinio nulla lege 20 probatur, & certum eſt, † quod lex non dicit, nec nos dicere debemus, *l. ſi ſervum, §. non dixit. ff. de acquir. hered. cum ſimilibus. l. prævaricationis. §. fin. ff. de prævaricat. l. diſſentiente. C. de repud. l. illam. & ibi Aug. Iaſ. & Dd. C. de collat.*

Quodq; non ſit credendum gloſſæ vel Doctori quantumquis magnæ autoritatis, cujus ſententia lege aliqua non probatur, *Archidiac. c. nolite 11. quæſt. 3. Bald. l. Reſpub. C. ex quibus cauſ. majores.*

Huc accedit, quod illud, quod expreſſè legibus ſancitum non eſt, ſuperſtitioſis inventionibus non ſit præſumendum, *cap. conſuluiſti. 52. quæſt. 8.*

Quodq; is, † qui jure aliquid cautum 21 dicit, jus & allegare & probare teneatur, *Bald. conſ. 340. incip. & præmitto. & conſ. 341. lib. 3.* Item, quod etiam à communi opinione, quæ lege non probatur, recedere liceat, *Anton. de Butr. c. tua nos. col. 2. extr. de uſur. Barbat. conſ. 16. incip. præclarè ſcribitur apud Pſalmiſtam lib. 2. Iaſ. l. illam. n. 9. C. de collat.*

His adde, quod præclarè ſcribit Baldus † dicens, quod lege non cavetur, in practica non habetur, *Bald. c. nihil, col. fin. extr. de electio.* 22

Secundò, † is qui regulam habet pro ſe, 23 dicitur habere & intentionem fundatam, *gloſ. l. omnis definitio. ff. de regul. jur. Dec. l. 1. num. 8. ff. eod. tit.* & jus certum, *Bart. l. quoties. ff. ſi quis caution. Dec. c. translato, num. 4. extr. de conſtitut. Dec. c. cum odio. 3. notab. extr. de præſcript.* Usq; adeò, ut † regulæ juris & 24 obſervandæ, & iis tenaciter inhærendum ſit, donec de exceptione probetur, *Bald. l. ſi tutor. in fin. C. de ſer. pign. da. manumiſſ. Albert. de Roſat. in ſecunda parte Statutorum quæſt. 159. incip. ex forma Statuti. Rom. conſ. 108. incip. hac impetratio. Alex. l. ex diverſo. §. in judicio. ff. ſolut. matrim. Iaſ. l. ex quacunq; n. 34. ff. ſi quis in jus vocat. non ierit. Iaſ. l. à divo Pio. in princ. nu. 9. ff. de re judic. Iaſ. l. qui ſe patris. col. 15. C. unde liberi. Iaſ. l. ab antiquis. col. 3. C. de teſtament. Iaſ. l. fin. col. 5. C. de edict. div. Adrian. tollen. Felin. c. 1. col. 4. extr. de re judic. Barbat. conſ. 2. col. 7. lib. 1. Dec. c. cum adeò. 3. notab. extr. de reſcript. Dec. c. ſicut. col. 2. & c. in præſentia. col. 9. extr. de probatio. Dec. conſ. 142. col. 8. Card. Pariſ. conſ. 41. nu. 16. conſ. 76. nu. 14. & 125. conſ. 93. num. 20. lib. 1. conſ. 21. nu. 17. lib. 2. conſ. 5. nu. 5. lib. 4. Aym. Cravet. conſ. 77. nu. 4. conſ. 168. nu. 8. lib. 1. Petr. de Anch. conſ. 368. incip. dubium principale eſt. col. 2. Corn. conſ. 278. col. 2. lib. 4. Iaſ. l. dedi. §. 1. col. pen. ff. de condict. ob cauſ.*

Quinimò, pro regula juris ſemper pronunci-

nunciandum eſt, niſi de exceptione fides fiat, *Bald. c. 8. col. 3. extr. de alien. judic. mutand. ca. fact. Matheſil. notab. 19. Iaſ. l. ex quacunq. num 33. ff. ſi quis in jus vocat. non ierit. Iaſ. l. cætera. 3. notab. ff. de legat. 1. Dec. l. 1. nu. 8. ff. de reg. jur.*

Quare, cum regula juris ſit, quod contrahentibus ſe uſque ad dimidium juſti precii circumſcribere ſive decipere liceat, quodq; decepto infra dimidium juſti precii contra hanc deceptionem nulla actione, nulluvè remedio ſuccurratur, nec ab hac regula reperiatur exceptus is caſus, quando bonus vir contrahentem ſecum contra infra dimidium juſti precii decipit, ſequitur, quod & hoc caſu producta regula & ſervanda, & ſecundum eam pronunciandum ſit.

25 Huc accedit id, quod traditur, † in dubio tenendum eſſe illum intellectum, per quem minùs læditur regula juris communis, *Curt. jun. conſ. 7. col. 8.*

Quare, cum per illum intellectum Doctores, qui volunt: Eum, qui a bono viro ſecum contrahenti infra dimidium juſti precii læditur, propter hoc nullam actionem nullumvè remedium habere, minùs lædatur regula juris communis, quæ vult: læſo in contractu infra dimidium juſti precii contra hanc læſionem nullo remedio ſuccurri, nullamvè actionem dari, ſequitur, hunc intellectum omninò & ſequendum, & contrariæ ſententiæ præferendum eſſe.

26 Tertiò, illa doctrina gloſſarum & Doctorum, quæ vult, † viro bono non convenire ſecum contrahentem infra dimidium juſti precii decipere: Quodque decepto a bono viro infra dimidium juſti precii actio detur, procedit tantùm illo caſu, quando quis à bono viro ex propoſito dolo, machinatione ſive calliditate in contractu decipitur: Secus autem eſt, quando quis re ipſa tantùm à bono viro in contractu læditur. Tunc enim læſo propter hoc nulla actio datur, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie tradit *Calderin. c. naviganti. col. 4. & ibi Abb. extr. de uſur. Abb. c. in civitate, col. 2. extr. de uſur Abb. c. cum cauſam. col. 2. & ibi Felin. extr. de teſtibus. Abb. c. 1. extr. ne Clerici vel Monachi. Salicet. authent. ad hæc, C. de uſur. Corn. l. ſi paſcenda. C. de pact. Dec. c. 1. num. 18. extr. de conſtitut.*

Quare, cum in noſtro caſu agatur non de læſione, quæ dolo, machinatione aut calliditate quadam intervenit, ſed de illa, quæ re ipſa contigit, ſequitur, prædictam doctrinam gloſæ & Doctorum noſtræ ſententiæ nihil refragari.

Quartò, ad hoc argumentum & alio modo reſponderi poteſt. Licet alioquin regulariter quis præſumatur bonus, tamen hoc non procedere illo caſu, quando hæc qualitas bonitatis generaret præjudicium illi, pro quo hæc præſumptio allegatur, *arg. gloſ. l. qui juraſſe. §. ſi pater. & ibi Bart. Paul. de Caſtr. & Dd. ff. de jurejur.*

Ideoque licet quilibet præſumatur bonus, tamen hæc præſumptio non operatur id, ut propter hanc præſumptionem remedium *l. 2. C. de reſcinden. vendit.* contra aliquem detur, *Felin. c. fin. num. 13. extr. de præſumpt.*

Quinimò, ſi læſus vel deceptus in contractu contra lædentem ſive decipientem agens, inter cætera facere talem poſitionem: Eum, contra quem actio inſtituitur, bonum virum eſſe.

Huic poſitioni tanquam captioſæ non eſſe reſpondendum, Doctores noſtri communiter tradunt, *Felin. d. c. fin. nu. 13. extr. de præſumptio. Iaſ. & Dec. l. penult. C. de pact. Thomas Ferrarienſ. Cautel. 4. Dec. l. ſemper in contractib. ff. de reg. jur. Panthal. de Crem. repet. l. 2. num. 169. C. de reſcinden. vendit.* Et ſic ex prædictis ſatis liquet, ea quæ in quinto argumento contrario dicta ſunt, nihil obſtare noſtræ ſententiæ.

Ad ſextum argumentum contrarium reſpondemus, † illam opinionem Doctorum, de qua in iſto argumento contrario ſit mentio, nullo modo ſequendam vel amplectendam eſſe. 27

Primò, quia illa opinio nulla lege probatur, & certum eſt, illas opiniones, quæ lege non probantur, minimè ſequendas eſſe, ſicut hoc ſuprà docuimus, & ultra ibidem allegata, hoc tenet *Alber. de Roſat. l. ſed licet. ff. de offic. Præſid. Ioan. de Neviſan. in Syl. nuptial. lib. 5. num. 8.*

Secundò, † quia hæc opinio eſt ſingularis, & à nullo alio præterquam à Carolo Molinæo tenetur. Et certum eſt, quod opinioni ſingulari unius ſolius Doctoris adhærendum non ſit, *l. 1. ff. de ſenatoribus. Iaſ. authent. noviſſima. num. 22. C. de inoffic. teſtam.* 28

Tertiò, quia Doctores noſtri communiter contrarium tenent, ut patet ex iis,

iis, quæ pro noſtra ſententia adduximus: Et certum eſt, quod communis Doctorum ſententia tenenda, & in judicando & in cõſulendo ſemper ſequenda ſit, *Bart. l. 2. C. de pœna jud. qui malè judic. Bald. l. 1. ff. de ſenatorib. Bald l. 1. §. judices. de pac. juram. firman. Angel. l. terminato. C. de fruct. & lit. expenſ. Anton. de Butr. in literis el. 1. extr. de ſponſalib. Petr. de Anchor. Clement. ut Romani. extr. de electio. Abb. Felin. & Dec. c. 1. extr. de conſtitut. Abb. c. novimus. arg. ill. text. de verb. ſignif. Alex. conſ. 95. num. 6. lib. 2. & conſ. 51. lib. 5. cum ſimilib. alleg. à Ioan. Nevisan. in Sylv. nuptial. num. 5. lib. 1.*

Quod uſque adeò verum eſt, ut communis opinio & in judicando & in conſulendo ſequenda ſit, licet contraria opinio prima fronte verior videatur, *Fulgoſius conſ. 30.*

29 Quartò, † quia hæc opinio Caroli Molinęi multis fortiſſimis rationibus convincitur, ut ex iis, quæ pro noſtra ſententia adducta ſunt, liquet. Et certum eſt, illas opiniones Doctorum, quæ probabilibus rationibus convinci ſive reprobari poſſint, nullo modo ſequendas eſſe, *Ioan. And. Abb. Felin. & Dec. d. c. 1. extr. de conſtitut. Abb. c. prudentiam. in princip. extr. de offic. delegat. Abb. c. Capellanus. arg. illius. text extr. de ferijs. Abb c. 3. extr. de cenſib. Abb. c. ex literis. el. 1. extr. de ſponſalib. Abb. c. tua nos. extr. de uſur. Abb. conſ. 1. lib. 1. Bald. c. 1. §. judices. de pac. juram. firmand. Angel. conſ. 150. incip. ſanctiſſima. col. 3. Alexand. & Iaſ. d. l. cum prolatis. ff. de re judic. Iaſ. authent. noviſſima. num. 22 C. de inoffic. teſtam. Dec. conſ. 23. nu. 6. conſ. 259. num. 1. conſ. 481. num. 12. Ioan. de Nevisan. in Sylv. nuptial. num. 67. lib. 5.*

Quintò, quia hæc opinio Caroli Molinęi refragatur regulæ juris communis, quæ vult, deceptum in contractibus propter hanc deceptionem nullam actionem nullumvè remedium habere, niſi hæc deceptio dimidium juſti precii excedat. Et certi juris eſt, quod in dubio & in judicando & in conſulendo non ſit ſequenda illa opinio Doctoris, quæ regulæ juris communis refragatur, ſicut hoc ſuprà docuimus.

30 Nec obſtat huic noſtræ † ſententiæ textus, *l. unica. C. de error. calcul.* ex quo textu liquet, errorem calculi indiſtinctè retractari poſſe, licet per hunc errorem quis ultra dimidium juſti precii læſus non ſit.

Namque cum calculus per ſe contractus non ſit, ſequitur, & inter calculum & inter diviſionem, quæ & contractus & ſpecies permutationis eſt, & vicem emptionis obtinet, maximam diverſitatis rationem militare. Ideoque diſpoſitum de uno, ad aliud minimè extendi debet, *l. Papinianus exuli. ff. de minoribus. l. Iulianus. ff. de condict. indeb.*

Ad ſeptimum argumentum contrarium reſpondemus, † illud argumentum 31 procedere iſto caſu, quando quis per petitionem reductionis ad arbitrium boni viri contra læſionem ex facto arbitratoris deſcendente ſibi ſuccurri poſtulat: Sed hæc petitio reductionis ad arbitrium boni viri fieri non poteſt, ſecundum quorundam Doctorum ſententiam vel niſi intra decem dies à tempore arbitramenti facti ſive laudi lati, *Speculat. §. ſequitur. verſic. ſed intra quod tempus. tit. de arbitris. Abb. c. Quintavallis. num. 16. extr. de jurejuran. Bartholom. Salicet. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff pro ſocio. Guido de Zuſar. Authent. ſi qui ex conſenſu. C. de Epiſcop. audient. Bald. & Angel l. 1. C. de ſentent. Præfect. Prætor.* vel niſi quis ſaltem intra annum a tempore arbitramenti facti huic laudo ſive arbitramento ſaltem extrajudicialiter contradixerit, *Bart. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. Bart. l. final. nu. 6. ff. de appellat. recipien. Felin. c. ad conſultationem. numer. 34. extr. de ſentent. & re judic.*

Quare, cum in caſu noſtro à tempore arbitramenti facti non tantum unus, ſed quatuordecim anni elapſi ſint, & Antonio de H. intra annum a tempore laudati lati, huic laudo non contradixerit, dicendum eſt: ipſum ulterius non eſſe audiendum; ſi ipſe prætextu læſionis petere vellet, laudum arbitratorum ad arbitrium boni viri reduci.

Et licet † multi ex Doctoribus noſtris tradunt, juri petendi reductionem ad arbitrium boni viri non præſcribi, niſi ſpacio triginta annorum: Etiamſi quis laudo non contradixerit intra annum. 32

Et hanc ſententiam communem eſſe, atteſtentur *Cyn. Bald. & Alb. de Roſ. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio Bal. l. 2. ff. de arbitr. Bald. l. fin. num. 16. C. de contrahen.*

empt. Bald. & Ang. l. ſicut. C. de præſcript. 30.
vel 40. annor. Bald. conſ. 265. incip. quia ex fa-
cto. col. 2. lib. 1. Oldrad. conſ. 156. Rayner. de
For. l. ſi libertus. ff. de bon. libert. Ang. l. 2. C. de
arbitris. Ang. conſ. 313. Franc. de Alber. l. ſi quis
arbitratu. ff. de verb. oblig. Calder. conſ. 5. tit. de
arbitr. Ioan. de Anan. conſ. 16. incip. viſo puncto.
col. fin. Lanfranc. in tr. de arbitr. quæſt. 20. P. de
Eleazar. in conſ. incip. in quæſtione vertitur du-
bium. Alex. conſ. 95. num. 16. lib. 2. Socin. conſ.
220. n. 5. lib 2. Corn. conſ. 177. nu. 41. lib. 2.
Dec. conſ. 39. n. 6. Fr. Balb. in tr. de præſcript.
4. part. princip. quæſt. 33.

33 Tamen hæc ſententia non procedit † in
caſu, quando quis tacitè vel expreſsè arbi-
tramentum approbavit. Tunc enim ei præ-
textu alicujus deceptionis vel læſionis hoc
arbitramentum impugnare, vel contra il-
lud reductionem ad arbitrium boni viri
petere non permittitur, *Bart. l. ſi ſocietatem.*
§. arbitrorum. n. 22. ff. pro ſocio. Abb. c. Quinta-
vallis, n. 16. extr. de jurejur. Socin. conſ. 220 n.
5. lib. 2. Namque certum eſt, aliquem eum
actum, quem ſemel approbavit, ulterius
impugnare vel reprobare non poſſe, *l. fin. in*
pr. ff. de inoffic. teſta. l. in diem. in pr. ff. de aqua
pluv. arcend. l. de acceſſionib. § fin. de diverſ. &
temp. præſcript. l. ſi quis juſjuran. C. de reb. cre-
dit. l. fin. C. de remiſſ. pig.

Quare, cum Antonius de H. diviſionem
factam ab arbitratorib. ſemel approbave-
rit, omninò dicendum eſt, ipſum ulterius
hanc diviſionem impugnare, vel contra
eam reductionem ad arbitrium boni viri
petere non poſſe. Quod autem Antonius de
H. arbitramentum approbaverit.

Primò ex eo liquet, quod ipſe Antonius
de H. cum fratribus ſuis juxta arbitramen-
tum bona communia diviſit. Namque ra-
tificatio ſive approbatio non tantùm ver-
bis, ſed etiam factis inducitur, *l. Paulus. ff.*
rem ratam habere. l. multum. ff. de acquir. hæred.
l. de quibus. ff. de legib. l. reprehendenda. & ibi
Iaſ. C. de inſtitut. & ſubſtit. ſi avia. C. de jure
deliberan. Quinimò, fortior firmiorq; judi-
catur ea probatio, quæ fit factis, quàm illa,
quæ fit verbis, *c. dilecti. el. 2. & ibi Dec. extr.*
de appellat. c. exiſtimant. cauſa 11. quæſt. 3. l.
ſi tamen. §. ei qui. ff. de ædilit. edict. Quam ſen-
tentiam confirmat id, quod tradit Abbas,
eum, qui adverſario ſuo tradidit ſive aſſi-
gnavit ea, quæ ipſi ſecundum tenorem
laudi lati tradere ſive aſſignare debebat,
laudum latum approbaſſe intelligi, *Abb.*
conſ. 116. nu. 3. lib. 2.

Huc accedir id, quod traditur, eum, qui
ſervat contenta in Tranſactione aliqua,
iſtam Tranſactionem approbaſſe atque ra-
tum habuiſſe inrelligi, *Aym. Cravet. conſ. 19.*
nu. 4. lib. 1.

Secundò, † quod A. de H. arbitramen- 34
tum approbaverit, ratumq; habuerit, ex eo
colligitur, quod ipſe ea bona, quæ ipſi in
diviſione ab arbitratoribus facta obvene-
runt, longo tempore poſſedit, & ex iis fru-
ctus percepit. Namq; is, qui poſt diviſio-
nem etiam inutiliter factam, ea bona, quæ
ipſi in diviſione obvenerunt, longo tem-
pore poſſidet, diviſionem factam approba-
re, ratumq; habere intelligitur, *Bald. conſ.*
45. incip. quandoq; contractus. & conſ. 382.
incip. proponitur quod minor. lib. 2. Aym. Cra-
vet. conſ. 19. nu. 4. lib. 1.

Quæ ſententia ex eo comprobatur,
quod Dd. noſtri magis communiter tra-
dunt, † ſi fratres vel cohæredes habentes 35
bona communia illa pro diviſo longo tem-
pore poſſederint, ex hoc ſolo præſumi di-
viſionem inter illos factam, *gloſ. l. pen. &*
ibi Bart. Bald. P. de Caſtr. Alberic. de Roſat. &
Salicet. C. communia dividundo. Bart. Bald. An-
gel. & Dd. l. qui in aliena. in pr. ff. de acquir. hæ-
red. P. de Caſtr. l. ſi filius. C. de petit. hæred. Ro-
man. conſ. 205. incip. in puncto propoſito. & conſ.
418. incip. in eo quod quæritur. Alexan. conſ. 5.
lib. 3. conſ. 113. col. 4. lib. 4. conſ. 25. lib. 5.
Ang. & Iaſ. §. quædam. Inſtitut. de act. Iaſ. l. ſi
certis annis. C. de pactis. Iaſ. conſ. 128. num. 2.
lib. 1. & conſ. 172. num. 2. lib. 3. Socin. conſ.
164. lib. 2. Dec conſ. 79. Franc. Balb. in tract. de
præſcript. 1. part. 3. part princip. quæſt. 10. nu.
39. Nicol. Boër. deciſ. 53.

Nec refragetur huic ſententiæ, quod Dd.
tradunt ex eo, quod fratres vel cohæredes
res communes pro diviſo longo tempore
poſſederunt, non aliter præſumi diviſio-
nem factam, niſi illæ portiones, quas fratres
pro diviſo poſſederunt, æquales fuerint, &
ſecus eſſe velint, quando illæ portiones in-
æquales fuerint, *Bald. d. l. penult. C. commu-*
nia dividun. P. de Caſtr. l. quam Tuberonis. §.
ſunt quidem. ff. de peculio. P. de Caſtr. conſ. 126.
lib. 2. Roman. conſ. 418. Cæpoll. cauſa civil.
conſ. 22. col. 4. Alex. conſ. 25. col. 4. lib. 5. Felin.
c. ſicut nos. 29. extr. de ſentent. & re judic. Iaſ.
conſ. 128. lib. 1. Albert. Brun. conſ. 66. col. fin.

Namq; horum Dd. ſententia ita demum
procedit, quando portiones pro diviſo poſ-
ſeſſæ ſunt valdè inæquales, ita ut una ultra
dimidiam vel tertiam partem juſtæ æſti-
mationis

mationis major ſit, alioquin verò ſecus eſt, ſicut hoc expreſsè declarat *Alex. conſ. 92. lib. 2. Nicol. Boer. deciſ. 57.*

Deinde; hæc doctrina Doctorum ita demum procedit, quando ex ſola poſſeſſione longi temporis præſumere volumus diviſionem de novo factam, ſecus autem eſt, quando ex poſſeſſione longi temporis præſumere volumus, diviſionem nulliter ſive inutiliter factam, approbatam ſive ratum habitam eſſe.

Hoc enim, cum confirmatio ſive approbatio facilius fiat, quàm actus de novo celebretur, ex poſſeſſione longi temporis indiſtinctè præſumi debet, ſicut hoc eſt de mente *Bald. in conſil. 282. incip. proponitur. quod minor. lib. 2. Franciſc. Balb. in tractat. de præſcriptio. 1. parte. 3. partis principal. quæſtio. 10. numer. 40. Aymon Cravet. conſil. 19. num. 4. lib. 1.*

Quæ ſententia ex eo confirmatur,
36 quod Doctores noſtri tradunt, † licet ex ſolo curſu longi temporis non præſumatur ſolennitas extrinſeca in iis caſibus, in quibus de gravi præjudicio alterius agitur, *Alexan l. qui in aliena. in pr. col. 3. ff. de acquir. hæred. Alexan. conſ. 179. col. 3. lib. 7; Iaſ. conſ. 140. col. 3. poſt med. lib. 4. Aym. Cravet. in tr. de antiquitat. temp. 3. part. §. 1. nu. 6.*

Ex curſu tamen ſive lapſu longi temporis ſolennitatem extrinſecam etiam grave damnum vel præjudicium præſumi, quando cũ hoc lapſu longi temporis aliud adminiculum conjectura vel præſumptio, puta poſſeſſio vel quaſi aut ſimile quiddam concurrit, *Paul. de Caſtr conſ. 202 incip. in cauſa confinium col. 2. & conſ. 375. incip. ne ſub æquivocos. col. 2. lib. 1. Alex. conſ. 43. in fin. lib. 3. Socin. 203. col. 3. lib. 2. Corn. conſ. 348. col. 5. lib 3. conſ. 145. col. fin. & conſ. 284. col. 1. lib. 4.*

37 Huc accedit id, quod traditur, licet † ex ſcientia & patientia ſola non præſumatur conſenſus in iis, in quibus de gravi præjudicio conſentientis agitur.

Ex ſcientia tamen & patientia, cui admixtus eſt aliquis actus poſitivus, conſenſum indiſtinctè & induci & præſumi, etiamſi de gravi præjudicio conſentientis agatur, *Abbas cap. non injuſtè. extr. de Procuratorib. Abbas cap. cum virum. 3. notab. extr. de regularibus. Iaſon l. quæ dotis, num. 90. ff. ſolut. matrimon. Aymon Cravet. in tractat. de antiquitat. tempor. 1. part. §. viſo, de verbis, numer. 23.*

Quare, cum in propoſito nobis caſu ultra hoc, quod Nobiles fratres de H. bona ſua paterna pro diviſo ultra decem annos poſſederint, interveniat etiam hoc, quod iſta bona eodem modo, prout illa à fratribus poſſeſſa fuerunt, ab arbitratoribus communi fratrum conſenſu electis inter fratres diviſa fuerunt, ſequitur, ex hac poſſeſſione longi temporis indiſtinctè præſumendum eſſe, prædictos fratres hanc diviſionẽ & approbaſſe & ratum habuiſſe, Etiamſi partes in diviſione fratribus aſſignatæ valdè inæquales eſſent, & ſic ageretur de maximo præjudicio fratrum.

Tertiò, † ex illo colligitur, T. de 38
H. diviſionem ab arbitratoribus factam & approbaſſe & ratum habuiſſe, quod prædictus Antonius de H. reditus ſibi in diviſione ab arbitratoribus aſſignatos aliquot annos percepit.

Namque is, qui ex contractu aliquo cenſum affixum, reditum, vel quid aliud percipit, illum contractum approbaſſe & ratum habuiſſe intelligitur, *Baldus conſil. 184. incipien. ad intelligentiam. lib. 2. Alexand. conſil. 117. col. 2. lib. 5. Aretin. conſil. 127. incipien. eximie Doctor. col. 1. & 2. Decius conſil. 58. num. 2 & conſ 232. num. 3. & 4. Cardinal. Pariſ. conſ. 49. num. 17. uſq. ad num. 19. lib. 1.*

Quare, cum prædictus Antonius de H. diviſionem ab arbitratoribus communi conſenſu electis factam, & approbaverit & ratum habuerit, omninò dicendum eſt, ipſi Antonio de H. prætextu nullius læſionis petere poſſe, hanc diviſionem ad arbitrium boni viri redigi, vel ſibi ſuppleri id, in quo ipſe læſus vel deceptus fuit.

Nec obſtat huic noſtræ ſententiæ, quod forſan dici poſſet, Antonium de H. per hoſce actus intelligi quidem diviſionem factam, prout illa facta eſt, non autem tanquam benefactam approbaſſe. Ideoque ipſum non impediri per prædictam approbationem, quò minùs ipſe adhuc petere poſſit, diviſionem ad arbitrium boni viri redigi, & ſibi ſuppleri id, in quo ipſe in diviſione læſus fuit, juxta *l. Pomponius. & ibi gloſ. & Bart. ff. de negot. geſt.*

Namque illa regula, † quæ vult, 39
approbantem vel ratum habentem ſimpliciter aliquod negotium, intelligi illud negotium, prout geſtum eſt, non autem tanquam benè geſtum approbaſſe vel

vel ratificaſſe, procedit tantùm quoad hoc, ut is, qui hoc negotium geſſit ad id, quod intereſt, conveniri poſſit, *d. l. Pomponius.* Secus autem eſt, quoad hoc, ut is, qui hoc negotium geſtum approbavit, hoc negotium penitùs vel pro parte improbare, aut propter hoc contra tertium, cui ex hac approbatione jus quæſitum eſt, agere poſſit. Namque hoc nullo modo permittitur, *arg. l. fin. in princ. ff. de inoffic. teſtam.*

40 Similiter † non obſtat noſtræ ſententiæ id, quod forſan dici poſſet, Antonium H non ex certa ſcientia, ſed errore inductum, hanc diviſionem approbaſſe, quodq; is, qui diviſionem vel alium contractum, contra quem ipſe remedium *l. 2. C. de reſcind. vendit.* implorare poterat, approbat etiam ex intervallo propter hanc appellationem non prohibeatur, quò minus ipſe ex beneficio *d. l. 2. C. de reſcind. vendit.* illum contractum impugnare poſſet, *Ludov. Rom. conſ. 54. incip. viſis circa id. Socin. conſ. 86. col. 4. lib. 1. Corn. conſ. 18. & conſ. 140. lib. 3. Dec. conſ. 60. ad fin.*

Namq; reſpondemus primò, plurimos Dd. illius ſententiæ eſſe, quod velint atque ſtatuant, eum, qui ex intervallo approbat, illum contractum, contra quem remedium *d. l. 2. C. de reſcind. vend.* implorare poterat, per hanc approbationem penitùs excludi a remedio *d. l. 2. C. de reſcind. vendit. P. de Caſtr. conſ. 386. incip. Factum ſic ſe habet. col. 2. ad fin. lib. 2. Abb. conſ. 71. col. pen. 2. dubio lib. 1. Dec. conſ. 181. col. 2. ad fin & conſ. 286. col. final. Alexand. conſ. 133. col. 3. conſ. 139. & conſ. 147. col. 5. Panth. de Crem. repet. l. 2. C. de reſcind. vendit. Aymon Cravet. conſ. 54. num. 7. & conſ. 151. num. 31.*

Secundò reſpondemus, etiam poſito, eum, qui diviſionem ab arbitratore factam non ex certa ſcientia, ſed ex errore facti ductus approbavit vel ratum habuit, nihilominùs contra hanc diviſionem beneficium *l. 2. C. de reſcind. vendit.* implorare poſſe. Tamen ipſi non permittitur propter læſionem, quæ eſt infra dimidium juſti precii petere, vel ut diviſio ad arbitrum boni viri reducat, vel, ut ſibi id, in quo læſus eſt, ſuppleatur.

41 Namque † approbatio ſive ratihabitio mandato ſpeciali æquiparatur, *Philip. Franc. c. 1. §. porrò. de deſponſatio. impub. lib. 6. Card. Pariſ. conſ. 47. num. 33. lib. 1.* & is, qui actum ab alio geſtum approbat vel ratum habet, perinde habetur, atque ſi is eum actum ab initio geſſiſſet, *Dec. l. cum fundus. §. ſervum ſuum imprudens. num. 13. arg. ill. text. ff. ſi cert. pet. Thom. Gram. deciſ. 103. num. 8.*

Quare, † cum illius deciſionis, quæ vult, deceptum in diviſione vel alio actu ab arbitratore geſto, petere poſſe, hunc actum ad arbitrium boni viri deduci, Nulla alia ratio aſſignari poſſit, quàm illa, quia is non ex ſuo facto, ſed ex facto arbitratoris læſus fuerit, *Bart. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. nu. 25. ff. pro ſocio. Abb. c. Quintavallis. nu. 33. extr. de jurejurand. Panth. de Crem. repetit. l. 2. nu. 153. & ibi Bald. 4. oppoſitio. Salicet. 2. oppoſitio. C. de reſcind. vendit.* Quodq; ei, qui ex alterius facto læditur, facilius ſuccurratur, quàm illi, qui ex proprio facto læditur, *l. legem. C. de naturalib. liber. gl. c. in noſtra. ver. inutilem. extr. de Procuratorib. fac. id quod tradit Iaſ. l. ſi quis in ſuo. §. fin. C. de inoffic. teſtament.* Atque hæc ratio ceſſet, quando quis diviſionem ab arbitratore factam approbat, ſicut ex prædictis liquet, ſequitur, & deciſionem quoque illam hoc caſu locum non habere. 42

Certi enim juris eſt, quod ceſſante ratione legis, & ipſa quoque diſpoſitio ſive deciſio legis ceſſet, *l. adigere. §. quamvis. ff. de jure patronat. l. miles. agrum. in princ. ff. de re milit. l. quod dictum. & ibi Bart. Ang. & Dd. ff. de pact. gl. l. cum tale. §. falſam. ff. de condit. & demonſtr. Bart. l. 2. §. fin. ff. de donatio. cum ſimilib. alleg. per Nicol. Everhard. in ſua Topic. in loco à ceſſante ratione legis. Tiraquell. in tractat. ceſſante cauſa. 1. part. num. 125.*

Et ſic per prædicta concludimus, quod non obſtantibus illis, qui pro parte contraria adducta ſunt vel adduci poſſent, A. de H. nullo modo permittatur, diviſionem factam cum fratribus ſuis impugnare, vel ſupplementum illius, in quo ipſe læſus fuit, petere, niſi ipſe fidem facere poſſit, ſe ultra dimidium juſti precii deceptum eſſe.

Secundam quæſtionem quod attinet, eſt clari atq; indubitati juris, quod Anton. de H. vigore erectæ atq; initæ diviſionis fratri ſuo Caſparo de H. defectum ſuorum agrorum ſupplere teneatur.

Namq; licet alioquin poſt † diviſionis placita actio non naſcatur, *l. diviſionis placitum, ff. de pact. l. cum proponas, ſa. 2. C. eod. tit.* Et ſimili modo arbitramentum ſive laudum arbitratoris ad producendam actionem inefficax ſit, *Bart. d. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. num. 14. ff. pro ſocio. Abb. c. Quintavallis. nu. 15.* Tamen ex placito diviſionis 43

actio

actio naſcitur, quando placitum diviſionis vel ab una vel ab utraq; parte adimpletum fuit, *gl. & Bart. d. l. diviſionis placita.*

44 Similiter, pro † exequendis illis, quæ in arbitramento ſive laudo arbitratoris continetur, competit illa eadem actio, quæ deſcendit ex illo contractu, ſuper quo arbitramentum interpoſitum fuit, *Bart d. §. arbitrorum. n. 14. Abb. d. c. Quintavallis. n. 15.*

Quare, cum in caſu noſtro placita diviſionis & à B. à C. H. quoad fratrem ipſorum T. H. impleta fuerint, ſequitur, contra T. H. agi poſſe, ut ipſe juxta pactum in diviſione conventum ſive laudum arbitrorum fratri ſuo C. defectum agrorum compleat.

Tertiam quæſtionem quod attinet, exiſtimamus, intentatam actionem C. de H. de jure non ſubſiſtere, neq; ſecum allegata minorennitate tueri poſſe, niſi uti de jure decet, docere ac probare poſſet, ſe in inita diviſione ultra dimidiũ juſti precii læſum.

45 Ad cujus tertiæ † quæſtionis deciſionem videretur, tamen quidem prima facie dicendum C. H. contra læſionem, quam ipſe in diviſione facta perpeſſus eſt, indiſtinctè ſuccurri, etiamſi hæc læſio ſit infra dimidium juſti precii.

Namque certum eſt, Caſpar. de H. tempore diviſionis factæ minorennem fuiſſe: Et ſimili modo legibus expreſsè cautum eſt, minorenni læſo vel decepto in diviſione vel alio contractu etiam infra dimidium juſti precii contra hanc læſionem ſive deceptionem ſuccurri, *l. 1. l. ait Prætor, l. etſi ſine. §. 1. l. cum mandato. l patri pro filio. §. 1. & l. pen. ff. de minoribus. Cæpoll. in tract. de ſimulat. contract. 2. præſumptio. Panthal. de Crem. repet. l. 2. n. 152. C. de reſcind. vendit.*

Secundò, licet ſecundum diſpoſitio-
46 nem juis civilis minor † factus major contractum abſq; decreto judicis & alia ſolennitate legitima celebratum approbare atq; ratum habere intelligatur, eo ipſo, quod ipſe hunc contractum intra quinquennium ab eo tempore quo major factus, non impugnavit, *l. fin. & ibi gl. Bart. Bald. & DD. C. ſi major fact. rat. habuer. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 1. part. 6. part. principal. 23. caſu. num. 45.*

Secundùm tamen diſpoſitionem juris
47 Canonici, † quo diſpoſitio hoc caſu etiam in foro civili ſervanda, eſt minor factus major, contractum tempore minoris ætatis abſque decreto judicis & alia ſolennitate legitima initum approbare vel ratum habere non intelligitur. Licet ipſe huic contractui intra quinquennium ab eo tempore, quo ipſe major factus fuit, non contradixerit. Sed minori perpetuo & non obſtante lapſu quinquennii permittitur contractum à ſe abſque decreto judicis & alia ſolennitate legitima initum impugnare, *Anton. de Butr. conſ. 45. incip. Domina. col. 3. Corn. conſ. 207. lib. 3. Card. Pariſ. in add. ad Bart. l. fin. C. ſi major fact. rat. habuer.* eò, quia is, qui cum minore abſq; ſolennitate legitima contrahit, eſt in mala fide, *c. qui contra jura. & ibi Dyn. de regul. jur. lib 6.*

Et certi juris eſt, eum, qui eſt in mala fide, nullius temporis præſcriptione ſe tueri vel juvare poſſe, *cap. final. & ibi DD. extr. de præſcript.*

Quare, cum diviſio, de qua in caſu noſtro agitur, abſque decreto judicis, curatoris authoritate & aliis ſolennitatibus legitimis celebrata ſit, videtur dicendum, C. H. indiſtinctè permitti, hanc diviſionem impugnare, etiamſi ipſe major factus huic diviſioni intra quinquennium non contradixiſſet.

Tertiò, † diſpoſitio *l. final. C. ſi major* 48 *fact. rat. habuer.* quæ vult, minorem, factum majorem, contractum ab ipſo tempore minoris ætatis abſque decreto judicis celebratum, eo ipſo approbaſſe atque ratum habuiſſe intelligi, quod ipſe hunc contractum major factus intra quinquennium non impugnavit, uſque adeò, ut ipſe ulterius hunc contractum impugnare non permittatur, procedit tantùm eo caſu, quando contractus à minore initus, eſt nullus, propter ſolum defectum decreti judicis, ſecus autem eſt, quando ut hic contractus propter defectum decretum judicis, etiam alios defectus habet.

Tunc enim minor factus, major hunc contractum non obſtante lapſu quinquennii perpetuò impugnare poteſt, *Cyn. l. final. C. ſi major fact. rat. habuer. Corn. conſ. 207. lib. 3.*

Quare, cum † diviſio, de qua in caſu 49 noſtro agitur, fuerit facta, non tantùm abſque decreto judicis, ſed etiam abſque curatoris authoritate.

Et inſuper C. H. conqueratur, ſe in hac diviſione læſum ſive deceptum fuiſſe, videtur dicendum, C. H permitti, hanc

 divi-

diviſionem impugnare, non obſtante hoc, quod ipſe major factus huic diviſioni intra quinquennium non contradixit.

49 Quartò, † cum nulla præſcriptio currat in favorem illius, qui eſt in mala fide, *c. fin. & ibi gloſſ. Abb. Felin. & Dd. extr. de præſcript.* videtur dicendum, nec officio judicis, quo quis contra læſionem undecunq; originem trahentem, ſe in integrum reſtitui poſtulat, præſcribi ab illo, qui eſt in mala fide, utputa, qui ſcit, eum, qui contra ipſum reſtitutionem in integrum implorare poteſt, læſum ſive deceptum fuiſſe, ſicut in ſimili, nec contra remedium *l. 2. C. de reſcind. vendit.* Quod perinde ut reſtitutio in integrum ad reſcindendum contractum initum datur, nulla præſcriptio currit, quando is, contra quem hoc remedium competit, eſt in mala fide, id eſt, ſcit, eum, cui hoc remedium competit, ultra dimidium juſti precii deceptum fuiſſe, *Fr. Balb. in tract. de præſcript. 4. part. 4. part. principal. quæſt. 26.*

Quare, cum B. & T. H. veriſimiliter ſciverint, fratrem ipſorum C. in diviſione, de qua in præſenti caſu agitur, læſum ſive deceptum fuiſſe: Et ſic ſint in mala fide, videtur dicendum; prædictum B. & T. contra fratrem ſuum C. petentem in integrum reſtitutionem contra læſionem, quam ipſe in diviſione perpeſſus fuit, ſe ex eo capite tueri non poſſe, quod tempus quadrienni ad in integrum reſtitutionem petendam, præſcriptum elapſum ſit.

50 Quintò, licet alioquin † præſcriptio non interrumpatur per contradictionem extrajudicialem vel querelam extra judicium motam, *l. ſi alienam. & ibi gloſſ. & Bart. ff. pro emptore. Abb. & Felin. c. nihil. extr. de præſcript. Felin. c. illud. extr. eod. tit. Iaſ. l. fin. n. 4. & 6. ff. de eo per quem fact. fuit.* præſumptionem tamen quinquennii, de qua fit mentio *in l. final. C. ſi major fact. rat. habuer.* per contradictionem extrajudicialem, ſive querelam extra judicium motam irrumpi: Dd. enim magis communiter concludunt, *gloſſ. d. l. fin. ver. conqueſtus. & ibi Bart. & Bald. argum. ill. text C. ſi major. fact. rat. habuer.* eò, quia per hunc lapſum potiùs tacita ratificatio, quàm præſcriptio inducitur, *Bart. d. l. fin. C. ſi major fact. rat. habuer.*

Et certum eſt, lapſum temporis, per quem potiùs tacita ratificatio quàm præſcriptio indiſtinctè interrumpi per contradictionem extrajudicialem ſive per querelam extra judicium motam, *Bart. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. num. 22. ff. pro ſocio. Felin. c. quod ad conſultationem. num. 34. extr. de ſentent. & re judic.*

Quare, cum C. H. ante quinquennium elapſum diviſioni ab arbitratoribus factæ, contradixerit atque declaraverit, ſe nolle diviſionem ab arbitratoribus factam ratam habere, videtur dicendum, per illam contradictionem extrajudicialem, hanc præſcriptionem quinquennii interruptam fuiſſe, ipſiq; C. H. permitti, non obſtante curſu quinquennii diviſionem ab arbitratoribus factam impugnare &c.

Et licet hæc & ſimilia, quę pro hac ſententia adduci poſſent, prima facie ſic ſatis fortiter urgere videantur. Nos tamen his & ſimilibus, quæ in hanc ſententiam adduci poſſent non obſtantibus, veriſſimum judicamus, C. H. nec beneficio minoris ætatis, neullo alio remedio diviſionem factam impugnare, vel ſupplementum illius, in quo in diviſione læſus fuit, petere poſſe, niſi ipſe fidem faciat, ſe ultra dimidium juſti precii in diviſione deceptum eſſe,

Namque primò certum eſt, † minorem à majore, cum quo rem communem habet, provocatum, res ſuas immobiles, quas cum alio communes habet, etiam abſque decreto judicis dividere poſſe, *l. ſi pupillorum. C. de reb. eorum. l. pen. C. de præd. & aliis reb. minor.* 51

Et ſimili modo legibus expreſsè cautum eſt, contractum celebratum à minore curatorem non habente per ſe & ipſo jure ratum eſſe, & non niſi per remedium reſtitutionis in integrum intra quadriennium ab eo tempore, quo minor major factus fuit, computandum, reſcindi poſſe, *l. ſi curatorem. & ibi gloſſ. Bart. Bald. & Dd. C. de in integr. reſtitut. minor. gloſſ. & Dd. l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad SC. Trebell.*

Quare, cum C. H. & curatore caruerit & à fratre ſuo T. majorem ad diviſionam provocatus bona communia cum fratribus ſuis abſq; decreto judicis & curatoris autoritate diviſerit, ſequitur, hanc diviſionem per ſe & ipſo jure ratam, firmam & legitimam eſſe, & C. H. non niſi per remedium reſtitutionis in integr. ſuccurri potuiſſe, & per conſequens, cum ipſe tempus ad petendum in integr. reſtitutionem à legib. præfinitum labi paſſus fuerit,

Ipſum

Ipſum ulterius nullo remedio diviſionem factam impugnare poſſe, niſi ipſe fidem facere poſſit, ſe in diviſione ultra dimidium juſti precii læſum eſſe.

24 Secundò, certum eſt etiam illos † contractus, in quibus requiritur decretum judicis, curatoris authoritas vel alia ſolennitas, quiq; propter defectum harum ſolennitatum ipſo jure nulli ſunt, eo ipſo, quòd minor factus major hoſce contractos intra quinquennium non impugnavit, confirmari. Uſq; adeò, ut minori facto majori hunc contractum ulterius impugnare, vel de eo conqueri non permittatur. *l. fin. & ibi gl. & Dd. C. ſi major. fact. rat. habuer. gloſ. l. 3. §. 1. ver. comprobaverit. ff. de minor. Bald. conſ. 45. & conſ. 184 & conſ. 282. lib. 2. Roman. conſ. 44. Barbat. conſ. 70. lib. 3. Alex. conſ. 117. lib. 5. Corn. conſ. 36. lib. 2. & conſ. 207. lib. 3. Dec l. quod in initio. num. 11. ff. de regul. jur. Card. Pariſ. conſ. 49. num. 24. lib. 1.*

Quare, cum C. H. diviſionem, de qua in caſu noſtro agitur, non impugnaverit intra quinquennium ab eo tempore, quo ipſe major factus fuit, omninò dicendum eſt, per hunc lapſum quinquennii diviſionem factam confirmatam eſſe, neq; C. H. ulterius permitti hanc diviſionem impugnare. Etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, hanc diviſionem propter defectum decreti judicis, curatoris authoritatis, vel alterius ſolennitatis ab initio ipſo jure nullam fuiſſe.

Tertiò, ſi minor factus major contractum ab ipſo tempore minoris ætatis initum quolibet modo ratum habuerit, vel approbaverit, tacitè vel expreſsè hic contractus, licet is propter defectum decreti judicis, vel aliod virium ab initio ipſo jure nullus fuerit, & confirmatur & perinde habetur, atq; ſi hic contractus à majore initus fuiſſet, uſque adeò, ut ipſi minori poſt hanc ratihabitionem ſive approbationem factam, contra hunc contractum neq; remedio reſtitutionis in integrum neq; alio beneficio ſuccurri poſſit, niſi ipſe docere atque fidem facere poſſet, ſe in hoc contractu ultra dimidium juſti precii læſum vel deceptum fuiſſe, *l. 1. & 2. & ibi gl. & Dd. C. ſi major. fact. rat. habuer. l. 3. §. 1. & ibi gl. verb. comprobaverit. ff. de minor. fac. id, quod tradit M. de Afflict. deciſ. Neapolit. 220. num. 7.*

Prætcrea clari juris eſt, quod minor factus major contractum à ſe tempore minoris ætatis initum eo ipſo approbaſſe & ratum habuiſſe intelligatur, quod is minor ex illo contractu cenſum, officium, reditum vel quidaliud percipit, ſicut hoc expreſsè atque in ſpecie tradit *Bald. conſ. 184. lib. 2. Alex. conſ. 117. lib. 5. Aret. conſ. 127. col. 1. & 2. Dec. conſ. 58. nu. 2. & conſ. 232. Card. Pariſ. conſ. 49. n. 17. & 18. lib. 1.*

Quare, cum C. H. poſtquam ipſe major factus fuit, non ſemel vel iterum, ſed aliquot annis perceperit, reditus ſibi in diviſione ab arbitratoribus aſſignatos, ſequitur, ipſum contractum diviſionis & approbaſſe & ratum habuiſſe intelligi, nec ipſi contra hanc diviſionem ulterius nullo remedio ſuccurri poſſe, niſi ipſe fidem facere poſſit, ſe in diviſione ultra dimidium juſti precii læſum ſive deceptum fuiſſe.

Nec obſtant huic † noſtræ veriſſimæ deciſioni ea, quæ pro parte contraria adducta ſunt. 25 Namq; ad illa omnia facilimè reſponderi poteſt, & ad primum argum. contrarium reſpondemus, licet minori læſo in contractu ultra dimidium juſti precii per remedium reſtitut. in integr. ſuccurratur. Minorem tamen hanc reſtitutionem in integrum petere non poſſe, niſi intra quadriennium ab eó tempore computandum, quo ipſe major factus fuit, *l. fin. & ibi gl. & Dd. C. de temp in integr. reſtitut.*

Quare, cum C. H. contra hanc diviſionem non petierit reſtitutionem in integr. intra quadriennium, poſtquam ipſe major fuit, ſequitur, ipſum hanc diviſionem ulterius prætextu læſionis, quæ eſt infra dimidium juſti precii impugnare non poſſe.

Ad ſecundum argumentum contrarium reſpondeo, primò, in caſo noſtro contractum diviſionis etiam abſq; decreto judicis & curatoris authoritate, nec contra juris diſpoſitionem, ſed legitimè & licitè celebratum fuiſſe, ac per ſe ex ipſo jure ratum eſſe, nec C.H. contra hunc contractum alium remedium quàm reſtitutionis in integrum contra hunc contractum competiiſſe. Ideoq; vel B. vel T. H. in mala fide fuerunt, nec ea, quæ in ſecundo argumento contrario dicta ſunt, noſtræ ſententię quicquam refragantur.

Secundò reſpondemus, in caſu noſtro C. H. & à remedio *d. l. fin. C. ſi major. factus.* & à beneficio reſtitutionis in integrum eo ipſo excluſum fuiſſe, quod ipſe factus major hanc diviſionem approbavit, eo ipſo, quod ipſe ex hac diviſione cenſum, reditum, officium & alia quædam percepit.

Eamq; ob cauſam ſupervacuum eſt in noſtro caſu diſputare vel de præſcriptione, vel de bona fide in præſcriptione requiſita: cum diſpoſitio *l. final. cum ibidem not. atis. C. ſi major fact. rat. hab.* non habeat locum in approbatione ſive ratumhabitione, quæ reipſa fit, *Card. Pariſ. conſ. 49. n. 56. & 57. lib. 1.*

Tertiò reſpondemus, veriorem eſſe illam ſententiam, quod præſcriptio, de qua *in d. l. fin. C. ſi major. fact. rat. hab.* currat etiam in favorem illius, qui eſt in mala fide.

Namque Dd. noſtri magis communiter concludunt, præſcriptionem etiam cum mala fide currere, quando lex vel Statutum non ſimpliciter diſponit, rem, actionem vel jus aliquod præſcribi, ſed ſtatuit, ex curſu temporis intelligi, Actorem vel Reum feciſſe pactum de non petendo, vel eum acceptilatione liberaſſe: vel cum Reo contractum aliquem celebraſſe, aut contractum nullum ratum habuiſſe, *Bald. c. 1. ſ. ſi quis per triginta. nu. 10. & ibi M. de Afflict. 1. not. nu. 25. ſi de feud. defunct. content. Bald. c. fin. nu. 4. verſ. ſi quis t amen. & ibi Felin. nu. 7. verſ. ſeptimam. extr. de præſcript. Abb. Rub. nu. 6. extr. eod. tit. Cæpol. cautel. 46.* quæ ſententia etiam ex eo comprobatur, quod Dd. noſtri tradunt, licet lege vel Statuto directò induci nequeat, ut præſcriptio cum mala fide currat indirectè, tamen eo ipſo, nempe quod lex ſtatuit, ut poſt certum tempus elapſum contractus præſumatur ſimulatus vel fictitius, tam legem quam Statutum efficere poſſe, ut præſcriptio cum mala fide procedat, *Bart. l. omnes populi num. 24. ff. de juſt. & jur. Ludov. Roman. l. ſequitur. ſ. ſi unam. ff. de uſucap. Bald. in diſputat. incip. ſtatuto cavetur. col. 6. Aug. l. 1. C. de judic. Abb. c. fin. & ibi Felin. n. 5. extr. de præſcript. Petr. de Anchor. c. 1. char. 17. ext. de conſtit. & c. poſſeſſor. char. ult. de reg. jur. lib. 6.*

Quare, cum *d. l. fin. C. ſi major. fact. rat. habuer.* non inducat ſimplicem & veram præſcriptionem, ſed ex curſu quinquennii præſumat minorem factum majorem, contractum tempore minoris ætatis etiam abſque decreto judicis & curatoris authoritate celebratum, & per ſe nullum approbaſſe & ratum habuiſſe: ſequitur, per hunc lapſum temporis indiſtinctè induci ratificationem etiam is, cum quo quis agere potuit, in mala fide fuerit.

Ad tertium argumentum contrarium reſpondemus. Primò, hunc contractum diviſionis, de quo in caſu noſtro agitur, per ſe & ipſo jure validum fuiſſe. Secundò, poſito hunc contractum propter defectum decreti judicis, curatoris authoritate, vel aliam ſolennitatem per ſe & ipſo jure nullam fuiſſe: tamen in caſu noſtro C. H. factus major hunc contractum reipſa comprobavit atq; ratum habuit. quæ ratificatio reipſa interveniens ejus efficaciæ eſt, ut per illam contractus initus tempore minoris ætatis indiſtinctè confirmetur, etiamſi hic contractus habeat non tantùm defectum decreti judicis, ſed etiam defectum authoritatis tutoris, vel alia vitia, *Card. Pariſ. conſ. 49. lib. 1.*

54 Tertiò reſpondemus, † veriorem atq; receptiorem Dd. ſententiam eſſe illam, quę vult, ratificationem, quæ introducitur per lapſum quinquennii, non tantùm habere locum, quando contractus eſt nullus propter defectum decreti judicis, ſed etiam quando in contractu curatoris authoritas nō intervenit, *gl. l. fin. C. ſi major fact. Corn. cóſ. 36. lib. 2. Card. Pariſ. conſ. 49. lib. 1.* Et quod prædicta ratificatio per lapſum quinquennii inducatur etiam eo caſu, quando minor ultra defectum decreti judicis & authoritatis curatoris in contractu læſus ſive deceptus fuit, expreſſè atq; in ſpecie decidit *Cardin. Pariſ. conſ. 49. lib. 1.*

Ad quartum argumentum contrarium reſpondemus. Primò, C. H. in caſu noſtro non tantùm curſu temporis, ſed eo ipſo, quod ipſe ex hoc contractu percipiendo cenſum affixum vel reditum hunc contractum approbavit, ratumq; habuit, à remedio reſtitutionis in integrum excluſum, *l. 3. ſ. 1. & ibi gl. verſ. comprobaveris.* ideò ſupervacuum eſt diſputare, ultimum tempus quadriennii ad in integrum reſtitutionem petendam præſcriptum currat in favorem illius, qui eſt in mala fide.

Secundò reſpondemus, Bernh. H. & Anton. H. præſumi, in bona fide eſſe, eò, quia ipſi habent titulum diviſionis pro ſe. Namq; clari juris eſt, eum, qui habet pro ſe titulum, verum vel putativum in bona fide eſſe, præſumi, *l. pen. C. de evict. Bart. l. Celſus. n. 17. & ibi Franc. Balb. in 3. part. n. c. & 2. ff. de uſucap. Bald. & Angel. l. ſuper longi. C. de præſcript. longi tempor. Abb. & Feli. cap. ſi diligenti. extr. de præſcript. Franciſc. Curt. conſ. 82. incip. Deus pius.*

Præterea certum eſt, hoc † quod C. H. 55 in diviſione læſus fuerit, in facto conſiſtere & ſimili modo clari juris eſt, cum facta proba-

probabiliter ignorentur, *l. verius. ff. de probatio.* cum, qui allegat errorem ſive ignorantiam facti in bona fide præſumi, *Dyn. c. qui contra. de reg. jur. lib. 6. Bald. c. ſi diligenti. extr. de præſcript.*

Tertiò reſpondemus, tempus quadriennii ad petendam in integrum reſtitutionem à legibus civilibus præſcriptum currere etiam in favorem illius, qui eſt in mala fide, id eſt, quid ſcit adverſarium ſuum læſum vel deceptum fuiſſe: tum, quia certum eſt, remedium reſtitutionis in integrum per ſe & ſua natura temporale eſſe, *l. final. C. de tempor. in integr. reſtitut. c. 1. & 2. de in integr. reſtitut. lib. 6. Clem. 1. eod. tit.* & legibus expreſſè cautum eſt, remediis per ſe & ſua natura temporalib. indiſtinctè præſcribi ſive is, cujus favorem hæc præſcriptio reſpicit, ſit in bona ſive in mala fide, *Hoſtienſ. in ſum. tit. de præſcript. §. quæ res. Abb. c. fin. & ibi Felin. n. 2. extr. de præſcript. P. de Caſtr. l. loquitur. §. ſi viam ff. de uſucap. Franc. Balb. in tr. de præſcript. 2. part. 3. part. princip. quæſt. 13. nu. 17.* tum, quia per hunc lapſum quadriennii is, contra quem in integrum reſtitutio peti potuit, non acquirit novum jus, ſed jus ipſi prius quæſitum, confirmatur & clari juris eſt, illam præſcriptionem, quæ reddit non ad acquirendum novum jus, ſed ad confirmandum ſive ſtabiliendum jus jam quæſitum, indiſtinctè currere, licet is, cujus favorem hæc præſcriptio reſpicit, ſit in mala fide, *Bald. conſ. 303. n. 4. lib. 1. Franc. Balb. in tr. de præſcript. 4. part. 5. part. pr. q. 3. n. 4.* tum Dd. noſtri expreſſè atq; in ſpecie decidunt, tempus quadriennii ad in integrum reſtitutionem petendam legibus præſcriptum indiſtinctè currere, licet is, contra quem in integrum reſtitutio peti potuit, ſit in mala fide, *Bald. conſ. 303. n. 4. lib. 1. Franc. Balb. in tr. de præſcript. 4. part. 5. part. princ. q. 3. nu. 4.*

Ad quintum argumentum contrarium reſpondemus. Primò, negando, quod C. H. diviſioni initæ intra quinquennium ab eo tempore, quo ipſe major factus fuit, contradixit.

Secundò, contractum diviſionis in noſtro caſu per ſe & ipſo jure ratum & firmum fuiſſe, ſicut hoc ex iis, quæ pro noſtra ſententia adducta ſunt, paret, atque C. H. contra hanc diviſionem nullum aliud remedium quam remedium reſtitutionis in integrum competiiſſe. Quare, cum tempus petendi reſtitutionem in integrum continuum ſit, & neq; per litis conteſtationem, multò verò minùs per citationem, vel per extrajudicialem contradictionem interrumpatur, *gl. l. fin. arg. ill. text. C. de tempor. in integr. reſtitut. Speculat. §. fin. n. 2. de in integrum reſtitut. Ioan. Fab. §. rurſus. n. 17. Inſtit. de actio.* Sequitur, hoc tempus quadriennii interruptum non fuiſſe, etiamſi probari poſſet, C. H. intra quadriennium huic diviſioni contradixiſſe.

Tertiò reſpondemus, ſi C. H. poſtquam ipſe major factus fuit, reditum, cenſum vel amictum ex hac diviſione perceperit, vel hanc diviſionem alio modo approbaverit, antequam ipſe huic contractui contradixit, ipſum ulterius permiſſum noo fuiſſe, huic contractui contradicere, neq; hunc contractum ulterius impugnare potuiſſe, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, hunc contractum ab initio nullum fuiſſe, *arg. l. Pomponius. & ibi gl. & Bart. ff. de negot. geſt. l. fin. in prin. ff. de inoffic. teſtam. l. diſpenſatori. ff. de ſolut.*

Quinimò, etſi ipſe C. H. diviſioni ab arbitratoribus factæ contradixiſſet, atque poſtea ceolum reditum vel amictum ex diviſione facta percepiſſet, ipſe à præcedenti contradictione deſtituiſſe, atq; non obſtante hac contradictione, diviſionem factam approbaſſe intelligitur, *arg. l pacta noviſſima. & ibi Bart. & Dd. C. de pact. l. duob §. ſi. & ibi Iaſ. ff. de jurejur. c. cum M. Ferrar. & ibi Abb. Felin. & Dec. extr. de conſtitut. Bart. Alex. Iaſ. & Dd l. non ſolùm. §. morte. ff. de oper. nov. nunc.*

Et ſic per prædicta concludimus, C. H. neq; ratione minoris ætatis, neq; alia ratione diviſionem factam impugnare poſſe, niſi ipſi fidem facere poſſit, ſe in diviſione ultra dimidium juſti precii læſum fuiſſe.

Ad quartam quæſtionem exiſtimamus, jure fundatum eſſe, quod in præſenti caſu verbum, Hetting/ ſolummodò de annuis fructib, ſeu reditib. quos ruſtici ſeu villani & agricolæ ſuis Nobilibus præſtant, neque ad alia bona extendenda ſit: Et quod clauſula, cujos in quarta quæſtiooe mentio fit, ita interpretanda atque intelligenda ſit, quod ſolummodò propter illam læſionem, quæ forſan uni ex fratribus in annuis reditibus ſeu penſionibus, noo autem in aliis bonis contingere poſſet, contra diviſionem illam agere poſſet: Adhæc, illi, qui in diviſione, in annuis reditibus ſeu penſionibua læſus eſt, vigore dictæ clauſulæ ſoli conceſſum eſt illius, in quo in annuis reditibus ſeu penſionibus, non autem in aliis bonis

læſus eſt, recompenſum petere: neque illi conceditur, propterea initam diviſionem in rotum vel pro parte impugnare, retractare vel evertere.

56 Namq; dubii juris non eſt,† quod verbum, Heninge/poſitum in prædicta clauſula rantum de annuis cenſibus & reditibus, quos ruſtici dominis ſuis quotannis præſtant, intelligendum ſit, quod confirmatur ex eo, quod verbum, Heuen / & verbum, Heninge/in præcedentibus partibus inſtrumenti diviſionis poſitum tantùm de annuis reditibus, cenſibus ſive præſtationib. quas ruſtici dominis ſuis præſtant, intelligatur, ut pater ex verſiculo: Nachdeme jdock in der Verleginge effte Reſtenſegopff der Rechte befunden/ daß A. mehr dann B. vnnd C. tho henende hefft/ cum ſequentibus verbis.

Igitur ſequitur, hoc verbum, Heninge/ in prędicta clauſula poſitum, ſimili modo de annuis reditibus, penſionibus ſive cenſibus tantùm intelligendum & ita interpretandum eſſe, ut decepto ſive læſo non in aliis rebus diviſis, ſed in annuis reditibus, pręſtationibus ſive cenſibus tantùm ratione hujus læſionis diviſionem factam impugnare permittarur.

57 Namq; primò † clari juris eſt, quod ſequentia declarentur per præcedenria, *l. ſi ſicut plurium. §. fin. & l. qui filiabus. in pr. ff. de legat. 1. Corn. conſ. 168. lib. 1. Card. Pariſ. conſ. 72. n. 43. lib. 3.*

58 Secundò, legib. expreſsè cautum eſt, quod verbum etiam æquivocum & plures ſignificationes habens, ſi illud in præcedentibus verbis alicujus diſpoſitionis vel inſtrumenti in certa ſignificatione & poſtea in ſequentibus verbis ejuſdem diſpoſitionis vel inſtrumenti ſimpliciter ſpetatur, in eadem ſignificatione in ſequentib. verbis diſpoſitionis intelligatur poſitum, in qua ſignificatione illud in præcedentibus verbis inſtrumenti vel diſpoſitionis poſitum fuit, *Bart. l. Centurio. 3. q. princ. ff. de vulg. & pupil. ſubſtitut. Abb. conſ. 36. n. 3. lib. 1. Cuman. conſ. 117. incip. in teſtamento. Corn. conſ. 199. n. 15 lib. 1. conſ. 57. num. 10. conſ. 95. & conſ. 152. lib. 2. conſ. 90. conſ. 138. conſ. 202. n. 7. & conſ. 322. lib. 3. & conſ. 290. nu. 6. lib. 4. Socin. int. conſ. Franc. Curt. conſ. 2. Card. Pariſ conſ. 18. n. 29. conſ. 73. n. 48. conſ. 66. n. 55. & 56. lib. 2. & conſ. 72. n. 42. lib. 4.*

Igitur poſito, ſed tamen non conceſſo, hoc verbum, Heninge/ æquivocum eſſe, & plures ſignificationes habere, tamen hoc verbum, Heninge/ in prædicta clauſula poſitum, tantùm de annuis cenſibus, reditibus ſive præſtationibus: non autem de aliis bonis intelligendum eſſet; eam ob cauſam, quia hoc verbum in præcedentibus partib. inſtrumenti diviſionis in illa ſignificatione poſitum eſt.

Tertiò, verba contractuum dubia ſive 59 ambigua ſemper contractum interpretanda ſunt, qui ſe in illis verbis fundat, eaq; pro ſe allegat, *l. veteribus. & ibi Dd ff. de pact. Bart. l. liberorum. col. 5. ff. de verb. ſignif. Corn. conſ. 188. col. 3. lib. 3. Soc. conſ. 254. lib. 2. & conſ. 124. n. 4. lib. 4. Fr. Curt. conſ. 48. col. 4. Dec. conſ. 17. n 5. Card Pariſ conſ. 88. n. 19. lib. 1. & conſ. 72. n. 49. lib. 3. Socin. jun. conſ. 95. n. 9. lib. 3.*

Igitur ſequitur, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo, hoc verbum, Heninge/æquivocum, ambiguum ſive obſcurum eſſe, illud tamen contra actorem, qui ſe in illis verbis fundat, intelligendum, atq; in ea ſignificatione accipiendum eſſe, qua actori magis noceat, & per conſequens, cum actori magis noceat, hoc verbum tantùm de annuis reditibus, cenſibus ſive præſtationibus, non autem de aliis bonis intelligatur hoc verbum Heninge / tantùm de reditibus, cenſibus ſive præſtationibus annuis, non autem de aliis bonis diviſis intelligendum eſſe.

Porrò, licet in inſtrumento diviſionis generaliter & indefinitè dicatur illi, qui in diviſione annuorum redituum læſus fuit, permitti diviſionem factam impugnare, cum tamen hęc clauſula generalis ſalva ratione recti ſermonis ad annuos reditus diviſos reſtringi poſſit: hæc clauſula tantùm ad annuos reditus diviſos, reſtringenda atq; ita interpretanda eſt, ut lęſo ſive decepto in diviſione annuorum redituum, diviſionem tantùm quoad annuos reditus diviſos, non autem quoad alia bona diviſa impugnare permittatur.

Namq; clari & indubitati juris eſt, † q; 60 clauſula ſive diſpoſitio quantumcunq; generalis vel indefinita ad ſpecificata ſive ad illa, de quibus in iſta diſpoſitione in ſpecie fit mentio, reſtringi debeat, quando hęc reſtrictio ſalva ratione recti ſermonis fieri poteſt, *Bart. l. ſi ex pluribus. in pr. arg. ill. text. ff. de ſolut., Guilel. de Cugn. Bart. Iaſ. & Dd. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. Fr. Lup. Bart. Ang. Salic. Raph. Cum. P. de Caſtr. Alex. Ant de Alex. Iaſ. & Franc. Curt. l. ſi de certa. C. de tranſact. Cyn. l. ſub prætextu. C. eod. titul. Alexandr. conſ. 11.*

conſ. 11. nu. 2. Card. Pariſ. conſ. 49. num. 44. lib. 3.

61 Porrò, † licet eum, qui ſupplementum petit, actũ aliquem ſive diſpoſitionem aliquam non impugnare, ex eo ſuaderi poſſit, quod Dd. noſtri magis communiter tradunt, eum, qui ſupplementum legitimè petit, contra illud teſtamentũ, in quo ipſi minùs legitima relictum fuit, illud teſtamentum impugnare non intelligi, *Bald. & Salic. l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. Alex. conſ. 123. n. 5. lib. 1. Soc. conſ. 230. n. 6. lib. 2. Fr. Curt. conſ. 37. col. 3. Card. Pariſ. conſ. 7. n. 54. lib. 1. fac. id quod tradit Bald. l. cum lege. 3. notab. C. de Epiſc. & Cler. Ioan. de Ana. conſ. 67. incip. viſo. Signorol. de homicid. conſ. 80. incip. factum. Franc. Curt. conſ. 75.*

62 Ideoq;, † cum verba quælibet in ſignificatione propria accipienda ſint, *l. non aliter. in prin. ff. de legat. 3. l. 1. §. ſi is qui navem. ff. de exercit. actio.* Videbatur dicendum vigore hujus clauſulæ, quæ permittit ei, qui in diviſione annuorum redituum læſus fuit, hanc diviſionem impugnare, eum, qui in diviſione annuorum redituum læſꝰ fuit, non tãtùm ad ſupplementum illius, in quo ipſe læſus fuit, agere, ſed etiam petere poſſe, ut vigore hujus læſionis tota Tranſactio reſcindatur ſive retractetur.

Nos tamen hac ratione & ſimilibus, quę in hanc ſententiam adduci poſſent non obſtantibus, veriſſimum judicamus, læſum in diviſione annuorum redituum ratione hujus læſiononis & prætextu prædictæ clauſulæ petere non poſſe, ut diviſio facta vel penitus vel pro parte retractetur: ſed ſolummodò agere poſſe ad ſupplementum illius, in quo ipſe quoad annuos reditus, non autem quoad alia bona in diviſionę læſus fuit.

Namq; in principio Inſtrumenti diviſionis expreſsè actum eſt, ut hęc diviſio ſit & perpetua & irrevocabilis, ſimiliter in verſ. Begeue id ſich overſt/ datt P. unnd S. ꝛc. expreſsè cautum eſt, neque diviſionem factam, ullla alia ratione retractandam neq; fratrib. bona communia dividentib. alio ullo caſu permittendum, & à diviſione facta reſilire & petere, ut bona diviſa & rurſus communicentur, & de novo dividantur niſi P. & S. quæ ſunt feuda à patre horum fratrum acquiſita evicta vel ab aliis revocata fuiſſint.

Ideoque ſi prædicta clauſula ita intelligeretur, ut etiam illi, qui in diviſione annuorum redituum læſus fuit, prætextu hujus læſionis permittatur, diviſionem factam retractare, hæc clauſula à diametro contradiceret, quæ in præcedentibus partibus Inſtrumenti diviſionis dicta fuere, quod nullo modo admittendum eſt.

Namque certum eſt, & † verba omnia & clauſulas omnes in diſpoſitione aliqua poſitas, ita intelligendas eſſe, ne ſibi contradicant, vel contraria ſint, *cap. inter dilectos. §. cæterum. extr. de fide inſtrum. l. 1. §. quibus. C. de no. Cod faciend. cap. cum tu. & ibi Abb. & Felin. extr. de teſtib. Bart. & Bald. l. ſcripturæ. C. de fide, Bald & Iaſ. cum falſ. C. de jur. & fact. ignorant. Bart. & Iaſ. l. fin. §. 1. ff. de condict. indeb. Alexand. conſ. 141. num. 5. lib. 2. conſ. 28. num. 5. lib. 3. & conſ. 29. num. 8. lib. 4. Socin. conſ. 295. lib. 2. & conſ. 43. num. 15. lib. 4. Iaſ. l. 1. in prin. col. 2. ff. ne quis eum qui in jus vocat. eſt, vi eximat. Dec. l. ubi repugnantia. ff. de reg. jur. & conſ. 190. col. 3. n. 4. Cardinal. Pariſ. conſ. 81. num 26. lib. 1. Sigiſmund. Neapolitan. conſ. 49. num. 4.* etiamſi verba ad ſignificationem impropriam detorquere neceſſe ſit, *Aymon Cravet. conſ. 70. num. 5. lib. 1.* 63

Et ſimili modo certum eſt, eum, qui petit, ſupplementum illius, in quo ipſe in contractu læſus ſive deceptus fuit, ſaltem largè & impropriè dici poſſe, illum contractum impugnare, ſicut hoc probatur ex eo, quod Doctores noſtri tradunt, filium, qui eam ob cauſam, quod ipſi pater ſuus minùs legitima in teſtamento reliquit, ad ſupplementum legitimæ agit ſaltem largè & impropriè illud teſtamentum, in quo ipſi minùs legitima relictum eſt impugnare, ſive contra illud venire intelligi, *Bart. l. ſive. §. ex duobus. argum. ill. text. ff. de jur. patronat. Bart. l. pater filium. num. 14. ff. de inoff. teſtament. Alex. conſ. 30. lib. 4. Iaſ. l. omnimodò. in pr. nu. 5. C. de inoffic. teſtam.* 64

Quare prædicta clauſula, quæ permittit illi, qui in diviſione annuorum redituum læſus eſt, diviſionem impugnare, ne præcedentibus contradicat, ita interpretanda eſt, ut illi, qui in diviſione annuorum redituum læſus fuit, permittatur tantum ſupplementum illius, in quo læſus fuit, petere, non autem ad id agere, ut prętextu hujus læſionis diviſio vel penitùs vel pro patre retractetur.

Etſic

Et ſic per prædicta quoad deciſionem hujus quartæ quæſtionis concludimus,
65 verbum, † Heuinge/ poſitum in illa clauſula, de qua in hac quæſtione fit mentio, tantùm de annuis reditibus, præſtationib. ſive cenſibus, quos ruſtici Nobilibus ſuis quotannis præſtant, intelligendum atque ita interpretandum eſſe, ut læſo in diviſione annuorum redituum, præſtationum ſive cenſuum tantùm, non autem læſo in diviſione aliorum bonorum diviſionem factam impugnare permittatur.

Secundò, quod læſo in diviſione annuorum redituum, præſtationum ſive cenſuum permittatur, tantùm ad ſupplementum illius, in quo ipſe læſus fuit, agere, non autem petere permittatur, ut prætextu hujus læſionis diviſio vel penitùs vel pro parte refundatur.

Tertiò, quod læſo in diviſione annuorum redituum, præſtationum ſive cenſuum permittatur tantùm petere ſupplementum illius, in quo ipſe in diviſione annuorum redituum, præſtationum ſive cenſuum, non autem illius, in quo ipſe in diviſione aliorum bonorum læſus fuit.

Quintam quæſtionem quod attinet, exiſtimamus, juri conſonum eſſe, C. de H. (cum fratres ſuos B & A. ſimul in jus vocant) nullo modo fratrem A. de H. in hac cauſa ſuum Procuratorem vel negotiorum geſtorem conſtituere potuiſſe, ideoq; neq; A. de H. potuiſſe alium in ſui locum nomine fratris rurſus ſubſtituere.

Namq; clari & indubitati juris eſt, quod
66 nemo † duobus officiis incompatibilibus ſimul & ſemel fungi poſſit, *l. ſi plures. in pr. ff. de pact. C. de aſſeſſo. l. hac parte. & ibi Bart. C. de prox. ſacr. ſirm. lib. 10. ſ. his quidem. & ibi Bart. C. qui molit. poſſ. Bart. l. cum pretium. C. de prox. ſacr. ſirm. lib. 12. Abb. Dec. & Dd. c. ex litern. extr. de probat. Alex. Dec. & Dd. l. lecta. ff. ſi cert. petat.*

Et ſimili modo † manifeſti juris eſt, 67
cum Procurator conſtitutus vel ad agendum vel ad defendendum vice conſtituentis fungatur, *Abb. c. cum cauſa. nu. 5. extr. de empt. & vendit.* atq; in omni judicio requiratur, ut perſona actoris à perſona rei diſtincta ſit, *c. forus. extr. de verbor. ſignif. c. nullus. cl. 1. 4. q. 4.* quod Actor Reum Procuratorem conſtituere, quodq; quis duplici officio nempe Rei & Procuratoris Actoris fungi nequeat. Ex quo ſequitur, hanc conſtitutionem Procuratoris, qua Caſparus H. Antonium H. Procuratorem conſtituit, ipſo jure nullum fuiſſe, & per conſequens, ipſi Antonio H. non licuiſſe alium Procuratorem ſubſtituere.

Namq; manifeſtiſſimi juris eſt, † Pro- 68
curatori conſtituto non permitti alium Procuratorem ſubſtituere, eo caſu, quando conſtitutio Procuratoris ipſo jure nulla fuit, *gl. Clem. religioſus. de Procurator. Bart. Angel. Paul. de Caſtr. Ludovic. Roman. Alex. & Iaſ. l. 1. ſ. item acquirimus. ff. de acquir. poſſeß. Bald. l. 1. ff. de Procurat. Bald. & Ang. l. Inſtitutio talis ff. de haered. inſtituend. Bald. l. quod quis. C. de Procuratorib. Abb. Felin. Dec. & Dd. c. poſt ceſſionem. extr. de probatio. Abb. & Dd. d. Clement. religioſus.*

INDEX

INDEX ABSOLUTISSIMUS OMNIUM EORUM, QUÆ IN HIS CONSILIIS SCHRADERI continentur, prior numerus paginam, poſterior numeros cujusque Conſilii indicat.

A.

Abundantia non nocent. 381. 37

Abuſu amittuntur Privilegia. 118. 135

Actus à quo denominandus ſit. 671. 42. & 672. 44

Actus in dubio ſecundum jus commune celebratus eſſe intelligitur. 678. 66

Actus ita intelligendus ne ſit ſupervacuus. 650. 74

Actus in dubio præſumitur ſponte celebratus, & non coactus. 695. 23

Actus agentium non debent operari ultra eorum intentionem. 591. 30. & 7. 13

Acta & geſta per Regem injuſtè extrajudicialiter & ſine ordine judiciario expulſum firma manent. 20. 81

Actus etiam nullus & invalidus per ratificationem validus efficitur. 20. 83

Actio in factum ex ſententia deſcendens præſcriptione 30. annorum tollitur. 21. 88

Actus nulliter geſtus iterato rectè geri poteſt. 24. 105

Actio ſemel ceſſibilis facta, ſemper manet ceſſibilis. 39. 157

Actus omnes interpretationem recipiunt ab eo, quod fieri conſuetum eſt. 40. 161. & 54. 180

Actus unicus ſufficit, ut feudum certam qualitatem nanciſcatur. 41. 164.

Actus omnes ita interpretandi ſunt, ut contrarietatem contineant. 43. 172

Actus ita interpretandi ſunt, ut ſalventur. 43. 173

Actus privativi vel negativi conſuetudinem non inducunt. 49. 188

Excipe. 49. 189

Actus privativi quando actum poſitivum contineant. 49. 190

Actus quilibet ab obſervantia declarationem recipit. 56. 220. & 72. 34

Actiones quas Rex propter ſuos ſubditos inſtituit, plurimum differunt ab illis, quas ſubditi proprio nomine inſtituunt. 84. 25

Actoris intentione fundata Reus exceptionem probare tenetur. 140. 9

Actio merè perſonalis ſequitur tantùm perſonam obligatam, non autem rem & ſucceſſorem. 154. 65

Actor ſequitur forum Rei. 154. 66

Actionem in cauſa propria inſtituens non tenetur alterius conſenſum conquirere. 183. 65

Quid in cauſa communi. 183. 66

Actor à ſua probatione recedere & Reo juramentum in animam ipſius deferre poteſt. 209. 75. 76

Agens ex una cauſa, licet probet deberi ſibi ex alia cauſa, non tamen obtinet. 109. 89

Actionem ad rem habens, videtur rem ipſam habere. 234. 30

Actiones adſumunt qualitates illarum rerum, pro quibus competunt. 234. 32

Agere ex contractu non poteſt is, qui contractum non implevit. 234. 34

Actor habet electionem, ſi Reus plures habeat judices, coram quo eum convenire velit. 236. 39

Agenti, ex l. ſi quis conductionis. C. locati. exceptio dominij objici non poteſt. 701. 20

Actio contra creditoris & actio contra fidejuſſoris hæredes poſſunt in uno libello cumulari. 275. 49

Actio pignoratitia datur debitori ſoluto debito. 275. 50

Actiones regulariter tam activè quàm paſſivè ſunt in hæredes tranſitoriæ. 276. 54.

Actiones regulariter 30. annis præſcribuntur. 103. 140.

Vuu

Actus

Actus agentium quomodo ſecundum duplicem perſonam regulentur. 291. 205

Actus ita interpretandus eſt ut valeat. 293. 124

Actione una propoſita reliquæ non ſtatim extinguuntur. 349. 306

Actio quæ datur ad pœnam nullo habito reſpectu ad damnum vel Intereſſe, competit tantùm ad vindictam. 369. 60

Actiones ad vindictam non niſi lite conteſtata ad hæredes tranſeunt. 369. 61

Actus alicujus annullatio pœna eſt. 392. 24

Actus à Principe geſtus, qui valere de jure communi non poteſt, quomodo accipiendus ſit, ut valeat. 408. 16

Actio in factum ad recuperandam poſſeſſionem vel ad damna & Intereſſe competens durat 30. annos & ad hæredes tranſit. 448. 214

Actiones criminales ad vindictam competentes contra hæredes quando non dentur. 448. 213

Actus contra juramentum geſtus an valeat. 472. 32. & 497. 140. & 510. 229.

Actus geſtus contra prohibitionem Legis vel Statuti non valet. 473. 35

Limitatur 499. 144. & 500. 147. 148. & 518. 232

Actus nullus ratificari nequit. 481. 80

Declaratur 531. 301

Actus nullus an confirmari poſſit. 481. 81. & 531. 302

Actus nullus, nullum pactum vel alia diſpoſitio generalis extenditur ad illum actum, qui fit ex neceſſitate. 493. 122

Neq; ad cauſas privilegiatas. 493. 123

Actus geſtus contra conſuetudinem, præſertim quæ notoria non eſt, non vitiatur. 500. 150

Actui alicui ſi adhibeantur ea, quæ de neceſſitate non requiruntur, ea in conſiderationem non veniunt. 505. 177

Actiones quæ cedi nequeant. 524. 261

Actum aliquem celebrans, illum ſuo nomine geſſiſſe intelligitur. 555 29

Actio perſonalis ratione rei vel delicti circa rem perpetrati competens, nunquam ſequitur ſingularem ſucceſſorem. 652. 60

Aſſertio majorem, ut patris, avi, proavi &c. habetur pro titulo. 33. 239

Adæquationis quæ ſit natura. 94. 61

Aſſertio meritorum generalis an probet merita. 365. 46

Advocatus cauſæ, ſi ejuſdem efficiatur judex, eam alteri delegare poteſt. 171. 6

Advocati non ſolùm rationes relevantes allegare debent, ſed etiam perſuaſibiles. 191. 7

Æqualitas inter contrahentes ſervanda. 97. 66. & 677. 62

Æquiparatorum eadem eſt ratio. 101. 48. & 355. 17. & 370. 64. & 265. 8.

Æquipolleneium idem jus ſtatuitur. 248. 10

Æquitas in feudis ſervanda. 363. 395

Æquitas eſt modus interpretandi omnes leges. 379. 25

Æquitatis cauſa regula juris communis limitatur. 379. 26

ab Æquitate recedere lex erubeſcit. 379. 27

Æqualitas inter liberos ſervanda eſt, adeò ut propterea à juris regulis recedendum. 677. 64. & ſeqq.

Æqualitas inter fratres quid efficiat. 679. 67. 69

Æquitas reſtringit omnes actus. 679. 68. & 681. 78

Æquipollentium quicquid fiat, non curatur. 701 47

Affirmatum de uno, de reliquis videtur negatum. 52. 200

Affirmans caſtrum habere pertinentias, probare hoc tenetur. 73. 39

Et quomodo 73. 40

Agnatis vaſalli defuncti quando feudum ſit concedendum. 477. 60. & 484. 90. & num. 263

Agnati feudum petentes non ſunt audiendi, quando res non eſt integra. 478. 62

Contrarium approbatur 485. 92. & num. 271

Agnati feudum petentes quoto gradu debeant attingere vaſallum defunctum. 478. 63. & 485. 94. 95. & num. 273.

Agnati petentes feudum an debeant eſſe hæredes ultimi defuncti. 478. 64. & 486. 96. 97. & nu. 274

Agnationis gratia multa aliàs prohibita conceduntur. 646. 38

Alternativæ vis. 328. 175. & 590. 22. 23

Alternativus libellus parte opponente cor non procedat. 213. 90

Alium de evictione obligatum habens poſt cautionem de evictione præſtitam contractum ex ſua parte adimplere recuſare non poteſt, & quare, 245. 10

Alienatio vel infeudatio præſumpta contra juramentum præſtitum per ſe & ipſo jure nulla eſt. 471. 25

Sed improbatur 498. n. 141. & 515. 223

in Alienatione rerum Monaſterii quæ requirantur. 573. 3. & 579. 35

Amiſſio lucri jam acquiſiti damnum quoq; eſt 365. 44

Amiſſio lucri etiam pœna eſt. 392. 24

Annuæ penſionis perceptio dominium probat. 580. 39. & 581. 42

Antiquiorem poſſeſſionem in interdicto, uti poßidetis, probans obtinet. 64. 7

Antiquior poſſeßio præſumitur juſta. 64. 8

Antiquum dicitur quod 100. annos excedit. 268. 24

in An-

in Antiquis probatio ſemiplena fidem plenam facit. 267. 81. 23
Antiquitas non poteſt ſimul & ſemel plures inducere præſumptiones. 2 7. 90
Antiquitas temporis ſola abſq; alio adminiculo nihil operatur. 287. 9
Antiquitas non inducit probationem in illis caſibus, ubi lex plenam probationem requirit. 288. 93
in Antiquis leviores probationes admittuntur. 550. 3. & 559. 44
Antiquitatis autoritas. 551. 8
Antiquitas temporis qualitatem Notariatus præſumit. 551. 9
ab Antiqua obſervantia non recedendum. 555. 31.
Antiquum tempus quodnam dicatur in materia præſumendæ ignorantiæ. 562. 50
in Antiquis factis probandis leviores probationes & conjecturæ ſufficiunt 715. 48
Appellare à ſententia arbitri non licet. 8. 18
Appellatio eſt facti. 8. 19
Appellationi etiam futuræ renunciare quilibet poteſt. 8. 20
Appellatio eſt remedium juris civilis. 8. 21
Appellationi tollere Imp. Rom. poteſt. 8. 22
Appellatione ſubditorum Regis an & qualiter veniant ſubditi Ducis vel Comitis, qui à Rege iſto Ducatum vel Comitatum cognoſcit. 84. 27
Appellare licet à ſententia Parium curiæ. 176. 58
Non vero à ſententia arbitri. 176. 32
Appellationem prohibentia ſtrictiſſimè ſunt intelligenda. 179. 45
Appellatio cenſetur permiſſa, niſi ſpecialiter prohibita inveniatur. ibid.
ad Appellationem tollendam quæ conſuetudo ſufficiat. 179. 46
Appellationem à judicibus inferioribus ad Cameram tollere eſt de reſervatis Imperatoris. 179. 47
Appellatio per Procuratorem interponi & proſequi poteſt. 204. 59
Etiam jure feudali Saxonico. 204. 60. 61
Appellare ab interlocutoria non licet. 206. 64
Diverſum jure Canon. & feudali. ibid.
Appellatione pendente cuilibet licitum eſt ſuam poſſeſſionem continuare. 252. 4
Appellatione pendente nemo debet in ſua poſſeſſione turbari. 252. 5
Appellans, qui pendente appellatione alium ſpoliavit vel turbavit, appellationi renunciaſſe intelligitur. 252. 6
Appellatione pendente quando nihil innovari debeat. 253. 8
Appellatione pendente executio ſententiæ à judice, à quo non poteſt fieri 382. 1
Appellatio, præſenti ſtatu inſpecto, ſententiam penitus extinguit. 382. 3. & 397. 43

Appellatio quo caſu dubitatur, utrum deſerta ſit nec ne, an non judex, à quo ad executionem procedere poſſit, niſi prius pronuncietur appellationem eſſe deſertam. 381. 5. 7
Appellatione deſerens an citandus ſit ad ſententiam, qua pronunciatur à judice ad quem, appellationem deſertam eſſe. 383. 10
Appellare ab omnibus judiciis, in omnibus cauſis regulariter licet. 383. 4. & 389. 10
Etiam in cauſis extraordinariis. ibid.
Appellatio eſt quaſi quædam defenſio. 388. 5
Ideò nemini deneganda, neq; Diabolo. ibid.
Appellatio qualibet præſumitur permiſſa, niſi probetur prohibita. 388. 6
Appellationi cuilibet in dubio deferendum. 389. 6
Appellatione à ſententia prohibita, intelligitur à ſententia definitiva, non verò interlocutoria aut gravaminibus circa proceſſum 389. 8. 9
Appellatio, etiamſi aliàs non concederetur, conceditur tamen eo caſu, quando ſententia negativè eſt concepta. 389. 11
Appellatio aliàs prohibita, quando concedatur. 389. 11
Appellans appellando nullam infert injuriam judici à quo 390. 13
Appellationem deſertam eſſe, in dubio non eſt cenſendum. 393. 27
Appellatio interpoſita ab eo, qui nec ad agendum cauſam, nec ad appellandum mandatum habet, quando nihilominus valeat. 395. 38
Appellatio legitimè interpoſita transfert juriſdictionem & totum negotium ad ſuperiorem. 395. 39
Appellatione pendente nihil innovandum. 395. 40
Appellatione ſuorum, qui ſaltem largè comprehendantur. 427. 65
Appellationis effectus. 451. 2. & 452. 5. 6
Appellatio ſuſpendit non tantùm actum principalem ſed & acceſſorios. 456. 16
Appellatur de jure Canon. ab omni gravamine. 569. 74
ab Arbitri ſententia appellari non licet 8. 18 & 176. 32. 33
Etiamſi ex illa actio oriatur. ibid.
Imò contra eam reductio ad arbitrium boni viri non peti poteſt. ibid. & 176. 33
Et an de jure Canon. 176. 36. 38
Arbitratoris laudo contenta ut fiant, quænam actio competat. 765. 44.
Argumentum à veroſimili in jure frequentiſſimum eſt. 57. 222
Argumentum à communiter accidentibus probabile & frequens eſt. 57. 223

Argumentum à contrario ſenſu in Statutis quando non procedat. 194.25.26.27

Arcem obſeratam eſſe & de facili obſerari poſſe, à parte procedunt. 201.49

Argumentum à contrario ſenſu in jure firmiſſimum eſt. 224.2

Argumentum à minore ad majus affirmativè procedit. 265.9

Argumentum à contrario ſenſu ſumitur etiam ad correctionem juris communis, quando diſpoſitio alioqui nihil operetur. 284.82

Argumentum ab æquiparatis quando procedat. 355.17. & 370.64

pro Areſtis relaxandis interdictum, uti poſſidetis, non datur. 738.116

Nec remedium c. redintegrandæ. 739.119

Amicabiles tractatus litem præcedere ſolent. 212.208

Amiſſio non ſimpliciter probanda eſt, ſed & modus amiſſionis. 230.68.69.70

Amiſſio non probatur niſi etiam probetur culpam & dolum amittentis abfuiſſe. [illegible].69

Antiquum quod dicatur. 709.13

Appendices regulantur ab actu principali. 456.19

Approbans contractus vel teſtamenti partem unam non ſtatim alteram approbaſſe cenſetur. 575.22

Attentata à judice à quo pendente appellatione, per ſe & ipſo jure nulla ſunt. 3[illegible]5.41. & ſeqq.

Auctoritas alicujus in actu neceſſaria præſumitur interveniſſe lapſu temporis longi & longiſſimi. 41.168

Auctoritas Oldrady, Iohannis Andreæ, Bartoli, Baldi, Alberici de Roſat. & Felini. 306.209. & ſeqq.

Auctoritas gloſſæ & quando ejus opinio pro lege allegari poſſit. 316.[illegible]2.13

Auctoritas gloſſæ & alterius Doctoris cujuslibet deficiente textu allegari poteſt. 317.214

Auctoritatem actus præſtans actum approbare videtur. 710.15

B.

Bannito an ſine conſenſu offenſi ſalvus conductus ab Imperatore concedi poteſt. 4[illegible].90. &c.

Bannitus ſimpliciter reſtitutus ab Imperatore per hanc reſtitutionem non liberatur à pœna debita parti. 44[illegible]3

Banniti bona feudalia ſecundum Conſtitut. Novell. Imper. qualiter domino feudi quoad Bannitus vivit applicentur, & eo mortuo ad agnatos redeant. 641.16

Bellum ſine licentia Principis motum, an ſit juſtum. 428.69

Bella movere ſolius Principis eſt. 415.34

Bellum ſine licentia Imperatoris motum injuſtum eſt. 415.35. & num. 69

Belli damna ei imputanda, qui primus bellum movit. 651.58

Declaratur num. 67

Bello ſedato an & quando damna hinc inde data refici non debeant. 652.54. & num 69.

Bellum juſtum gerens utrum teneatur alteri illatum damnum reſarcire. 653.63

Benemeritorum remunerandorum cauſa multa aliàs alienari prohibita, alienari conceduntur. 19.77. & 26.111

Benemerita præcedentia contractum idem operantur, quod clauſula, Non obſtante. 22.94

Aut, Motu proprio. 22.95

Benemerita in multis caſibus idem operantur, quod conſenſus geminatus. 23.100

Beneficium pro officio accipere non eſt prohibitum. 221.115.

Beneficia Principum latiſſimè interpretanda. 519.240.

Beneficium L. 2. C. de reſcind. vendit. in feudis locum non habet. 663.4

Declaratur num. 33.

Beneficium L. 2. C. de reſcind. vendit. non locum habet in ſtrictis contractibus. 6[illegible]

Declaratur 667.29

An in ſtipulatione. 663.10

An in contractu juramento firmato. 663.11. & ſeq & 67[illegible].38

An tunc quando contrahentes poſt contractum factum eum approbant, & promittunt contra eum non venire. 6[illegible]

Declaratur 674.13

An detur ei, qui ſciens læditur. 665.[illegible]

In quibus contractibus locum habeat. 6[illegible]6.[illegible]

An impediatur ſtipulatione. 669.[illegible]

An excludatur per clauſulam, Conſulberate & Ex certa ſcientia. 6[illegible]. & ſeqq.

Beneficium L. 2. C. de reſcind. vend. an amittitur ei, qui ex intervallo contractum approbat. 7[illegible].40

Bona fides unde arguatur. 512.2[illegible]

Bona fides præſumitur ex titulo. 59[illegible].31

Bona fides cauſatur etiam ex injuſtis rationibus. 53[illegible]0. & 59[illegible]. & 361.3[illegible]

Bona fides præſumitur & probatur ex conjecturis & temerariis rationibus 151.54

Bonorum mobilium & immobilium appellatione an actiones comprehendantur. 325.2[illegible]

Bona dicuntur vita hominis. 3[illegible]1.29

Bonæ fidei poſſeſſor quis dicatur. 5[illegible].8.9

Bona ſides cauſatur, ſi quis juris regulam pro ſe habeat. 555. 12

Bonæ ſidei poſſeſſor fructus perceptos ex re empta lucratur, & nihilominus precium in utilitatem domini converſum recuperat. 538. 22

Bonæ ſidei poſſeſſor titulum habens, quos fructus ſuos faciat. 538. 23. & 542. 48. & 539. 24. 25

Bonæ ſidei poſſeſſor contra actionem vel officium judicis ad repetitionem fructuum domino competens, quatenus ex illis locupletior factus fuit, quomodo ſe exceptione præſcriptionis tueri poſſit. 540. 28

Bonæ ſidei poſſeſſor fructus perceptos poſt litem conteſtatam reſtituit. 542. 48

Bonæ ſidei poſſeſſor quas impenſas recuperet. 543. 50. & ſeqq.

Bona ſides præſumitur ex curſu longi temporis, licet poſſidenti jus commune refragetur. 630. 42

Bonæ ſidei præſumptio non niſi allegauti patrocinatur. 630. 44

Bonorum ſuorum vires & valorem ſcire quilibet præſumitur. 665. 22

Declaratur 674. 55

Burggravius merum & mixtum Imperium & gladij poteſtatem habet in omnibus locis ad Burggraviatum pertinentibus. 72. 33

C.

Canonis præſtatione an titulus præſumatur. 734. 105

Canonicis relictum, acquiritur Eccleſiæ. 88. 41

Canones legibus contradicentes, qualiter valeant. 407. 7

Capitulum ſede vacante an in omnibus ſuccedat Epiſcopo. 479. 71. & nu. 206. & nu. 291. &c.

Caſus in diſpoſitione aliqua poſitus, quando exempli gratia poſitus intelligatur. 85. 33

Charitas ordinata. 652. 57. & nu. 24

Cardinales contra jus nihil diſponere poſſunt. 524. 259

Carceratus injuriam patiens fugere poteſt. 208. 68

Carceratus injuſtè, ſi aufugiat, non tenetur. 207. 66

Carceres frangens an pro confeſſo habeatur. 698. 39

Carcerati promiſſio quatenus obliget. 207. 65. 67

Cauſa nulla extra illam provinciam, in qua Reus habitat, trahi debet. 87. 38

ex Cauſa juſta etiam Privilegium immutari poteſt. 119. 137

Carcere detineri non debet in cauſis civilibus, qui fidejuſſorem judicio ſiſti dedit. 280. 52

Carceris ſpecies eſt, ſi quis cogitur, ſe obligare in certo loco ſtare vel manere. 192. 10. & 180. 52. & 208. 72

Carceris metus juſtus eſt. 182. 58

Carceri includere eſt gravis injuria. 192. 11

Cauſa juſta & legitima reddit licitum, quod aliàs prohibitum eſt. 86. 111

Cauſa ſemel delegabilis, ſemper manet deleg. 39. 157

Capiti cætera membra famulantur. 57. 223

Caſtro conceſſo territorium ejus caſtri conceſſum intelligitur. 69. 24

Caſtro conceſſo intelligitur conceſſa juriſdictio. 69. 25

Caſtrum non habet pertinentias, niſi ei ſint attributæ ab homine. 73. 38

Cauſa ceſſante ceſſat effectus. 116. 126. & 119. 113

Cauſæ civiles arduæ criminalibus æquiparantur. 143. 27

Cauſa juſta exiſtente præſumuntur facta. 250. 30

Cautela ſi quis velit impedire ſolutionem debiti. 236. 40

Cautio ſemel præſtita iterum non exigenda. 244. 6

ex Cauſa ſuperveniente receditur à jure communi & ſingulari &c. 378. 22 23

Cauſa juſta facit locum appellationi, etiamſi aliàs appellatio non concederetur. 389. 11

Cauſa injuſta non excuſat à dolo aut pœna, ſi cum violentia conjuncta ſit. 433. 83.

Cauſa juſta & legitima in omni diſpoſitione facit locum exceptioni. 496. 132

pro Cautela abundanti appoſita, nihil mutant. 602. 78

Cauſa arguit ſuum effectum. 702. 55. 56

Cenſu non ſoluto non ſtatim amittitur res cenſualis, niſi jurato ita cautum ſit. 339. 279

Ceſſione facta regulariter utiles tantùm actiones in ceſſionarium transferuntur. 235. 35.

Citatio interrumpit præſcriptionem 30. annorum. 140. 7

Civiles cauſæ arduæ criminalibus æquiparantur. 143. 27.

Citatio non interrumpit eam præſcriptionem, quæ jam effectum ſortita eſt. 152. 55

Citatus quando indiſtinctè non cogatur perſonaliter comparere. 205. 62

Citationis ſolennitas facibus præſumitur, quando enunciatur in actu judicii. 272. 33

Citatio fit regulariter ad quemlibet actum judiciarium. 383. 10.

Citari debent ij, quorum intereſt, ad omnes actus judiciarios. 397. 47

Citatus in dubio tenetur comparere, & ſuas exceptiones proponere. 403. 1. & 555. 58

Citatus à judice delegato an cõparere debeat. 403. 2

Clauſula generalis quando ad ſpecificata reſtringi debeat. 770.60
Clauſula, Motus proprii. 666.25.& 676.59
Clauſulæ, Salvo jure tertii, efficacia. 713.30. 31.& ſeqq.
Clauſula, Auctoritate noſtra cognoſcas, in Principis reſcripto poſita, quando notet delegatam jurisdictionem commiſſam. 606.75
per Clauſulam, Promittens habere ratum, quicquid per Procuratorem geſtum fuerit, cur non videatur data libera adminiſtratio. 606.76
Clauſula, Fundus uti optimus maximus, 607.80
Clauſula generalis non extenditur ad ea, quæ ſpecialem determinationem habent. 614.97.& 616. 101
Clauſula adjecta uni ex pluribus caſibus, de quibus diſcretivè diſponitur, ad alium caſum non extenditur. 615.99
Clauſula, unicum tantùm capitulum reſpiciens ad alia in eodem Inſtrumento poſita, extendi non debet. 615.100
Clauſula, Motu proprio, in multis æquiparatur clauſulæ, Non obſtante, 22.96.& 27.114
Clauſula, Ex certa ſcientia. 22.98.99.& 665. 24 & 26.112.& 675.57.& ſeqq.
Clauſula, De plenitudine poteſtatis, quid operetur. 435.88.24 103.26.113
Clauſula, quòd quis rem conceſſam habere debeat, ſicut concedens tenuit, vis & effectus. 53.209
Clericorum mentione facta in Privilegio, intelliguntur etiam Canonici, Prælati, Epiſcopi &c. 89.43
Clauſula, Salvo jure alterius, quid operetur. 121.145
Clauſula, Jurib. noſtris ſalvis. 588.10 & 121.146
Clauſula generalis in fine poſita, quo caſu non ad omnia præcedentia referri debeat. 601.47
Clauſula, Non obſtante, æquipollet clauſulæ, De plenitudine poteſtatis 407.10 & num. 23
Clauſula, De plenitudine poteſtatis, reſcripto Imperatoris inſerta, an tollat omnes ſub & obreptionis defectus. 412.27
Clauſulæ inveſtituris apponi ſolitæ pro appoſitis habentur, ſi omittantur. 485.93
Clauſula, Jurib. alienis ſemper ſalvis, in inveſtitura quid operetur. 587.8.& n. 70.& ſeqq.
Clauſulæ in principio poſita, quando ad ſequentia referatur. 596.52
Clauſulæ, quæ potiùs de Stylo Cancellariæ, quàm de mente Principis in inveſtitura ponuntur, nihil operantur. 605.71
Clauſulæ acceſſoriæ principalem diſpoſitionem nec alterant nec mutant. 606.73
Sic & clauſulæ ad executionem appoſitæ. 606.74
Clerici per tertium viles & ſibi prohibitas artes exercere non vetantur. 626.15
Coacervatio ſummarum non fit in odioſis. 530.299
Cognitio litis motæ de Privilegio Regis vel Principis ad concedentem ſpectat. 80.8
Limitatur 103.80
Cognitio Regalium regulariter tantùm ad Regem ſpectat. 104.82
Cognitio, an appellatio deſerta ſit nec ne, ſpectat ad judicem ad quem. 383.6
Cognitio, an appellatio ſit recipienda vel non, non ad judicem à quo, ſed ad judicem pertinet. 397. 48
Collateralis ultimi defuncti, qui à primo acquirente originem trahunt, ad ſucceſſionem feudi admittuntur. 29.122
Commiſſio & Citatio à Commiſſario facta quando quis ultra unam diætam extra territorium, in quo habitat, trahitur, an & quando ipſo jure nulla ſit. 404.3
Commiſſio delegationis ſub & obreptitiè impetrata nulla eſt. 412.46
Communis uſus loquendi tantum præſumptivè per unius Doctoris aſſertionem probatur. 272.40
Communis opinio ſequenda. 317.215.& 356.20
Communis opinio quando non attendenda. 583. 50.& 597.60
Communis opinio quæ dicatur. 746.19
Communi in cauſa actionem inſtituens, an teneatur alterius conſenſum conquirere. 184.66
Communionis natura quæ ſit. 94.61
Conatus in delictis atrociſſimis punitur. 433.79
Conceſſio propter benemerita recipientis præſumitur eſſe realis. 16.64
Conceſſio feudi facta à Rege poſt electionem etiam ante coronationem rata ac firma eſt. 19.81
Conceſſio, translatio & ſeparatio ab Imperatore facta qualiter probetur. 74.42
in Conceſſione actionis alicujus rei nomine competentis requiruntur omnes ſolennitates, quæ in ejus rei alienatione neceſſaria ſunt. 506.187
Conceſſio facta benemerito intelligitur facta propter merita. 596.53
Conductio in perpetuum impropria conductio eſt. 731.91
Conductori pro recuperanda poſſeſſione quomodo ſuccurratur. 738.118
Conductori an detur remedium, c. redintegrandæ. 3. quæſt. 3. 739.119
Conductio renovata intelligitur cum iiſdem clauſulis, quibus prior facta erat. 39.152
Conductor rem conductam nunquam præſcribit. 575.13.
Condictio ob cauſam non habet locum in contractib. nominatis. 683.87
Fallit 684.95.& ſeq.
Condictio ob cauſam an locum habeat in contractib. inno-

innominatis ſtipulatione confirmatis. 683. 88. & 684. 97. & ſeqq. & 686. 104
Condictio ob cauſam an obtineat in diviſione. 684. 92
An in tranſactione. 684. 93.
An in Contractibus nominatis mixtis cum innominatis. 684. 94. & ſeqq.
à Condictione, quæ datur ex capite pœnitentiæ ad illam, quæ datur ex capite cauſæ non ſecutæ non procedit argumentum, 686. 100
Condictio ob cauſam in contractibus innominatis quando competere incipiat & qualiter. 687. 105
Conductor locatori non præjudicat, ſi de illa re ab alio inveſtiatur, & nihilominus mercedem ſolvat. 719. 57
Conductor ultra 30. annos poſſidens & uniformem Canonem præſtans, an jus perpetuæ coloniæ præſcribat. 722. 68. & 730. 90.
Conductor non poſſidet. 723. 71. Sed alterius nomine 723. 72. An ſi intervertat poſſeſſionem, poſſit præſcribere. 723. 73
Confeſſio propria in favorem confitentis vel hæredis ejus nihil probat. 570. 78
Confeſſio inducit relaxationem probationis. 33. 141
Confeſſio habetur pro pleniſſima probatione contra confitentem. 33. 141
Confeſſio non tantum adverſus confitentem, ſed & adverſus ejus hæredes fidem facit. 34. 141
Confeſſio Regis nocet ejus ſucceſſoribus. 34. 142
Confeſſio non veriſimilis non recipitur. 143. 40. 41
Confeſſio ab adverſario non acceptata non nocet confitenti. 226. 14
Confirmatio ex certa ſcientia, facit ut actus invalidus robur accipiat. 22. 97
Confirmatio quælibet in dubio præſumitur facta ex certa ſcientia. 23. 101
Confirmatio facta ex certa ſcientia reputatur nova conceſſio. 24. 106
Confirmatio facta in forma communi cum poſſeſſionis traditione, habetur pro nova conceſſione. 25. 107
Confirmatio Privilegiorum non aliter valet, quàm ſi exhibeatur prius principalis conceſſio. 113. 112
Confirmatio non valet, quando confirmabile non exiſtit. 113. 112
Confirmatione generali non comprehenduntur illicita & injuſta. 114. 113
Confirmatio illicitorum præſumitur ſub & obreptitiè impetrata. 114. 115
Adeoq; ipſo jure nulla. 114. 116
Confirmatio ſub & obreptitiè impetrata ipſo jure eſt, etiamſi adjecta ſit clauſula, De novo concedentes. 114. 117
Confirmatio Privilegiorum generalis non extenditur ad revocata. 120. 142
Confirmatio generalis non extenditur ad id, quod nullum eſt. 120. 143
Confirmans id, quod pro libitu ſuo revocare poteſt, de novo concedere videtur. 121. 148
Confirmatio ex certa ſcientia, quando facta præſumatur. 531. 303. & 308
Confitens ſimpliciter delictum quod certas habet qualitates, etiam illas qualitates confeſſus intelligitur. 578. 30
Confeſſio adverſarij unum idemq; capitulum continens, quando pro parte approbari & pro parte reprobari poſſit. 695. 24
Confeſſus pro judicato habetur. 766. 1
Conjecturis & præſumptionibus poteſt probari rem feudalem eſſe. 36. 144
Compromittere in arbitrum nemo cogitur. 275. 29
Compromiſſio in arbitrum diſſuadetur. 275. 30
Compenſantur delicta paria. 219. 108
Compenſationis exceptio. 233. 30
Conſanguinei valdè remoti habentur pro extraneis. 141. 15
Conſenſus geminati vis quæ. 23. 99. & 531. 304
Conſenſus, licentia & autoritas præſumitur interveniſſe per lapſum temporis longi & longiſſimi. 163. 12. 13. & 41. 167
Conſenſus conditionaliter præſtitus quid operetur. 245. 9.
Conſenſus alterius quibus caſibus requiritur, etiam informa præſumptus ſufficit. 500. 152
Et ex intervallo præſtari poteſt. 500. 153
Conſenſus domini an ſibi præjudicet, quando ex inveſtitura non apparet, dominum de qualitate feudi certioratum fuiſſe. 588. 9. & 612. 41
Conſenſus quomodo præſumatur ex ſcientia & patientia in conſentientis damnum. 763. 37
Conſcientia rei alienæ facit malam fidem. 325. 241
Conſors litis an conſortem ſuum invitus defendere poſſit. 157. 73. 74
Conſtitutio omnis ita interpretanda eſt, ut ea ſit Canon non latæ, ſed ferendæ ſententiæ. 394. 34.
Conſtitutiones Imperiales recentiores ſecundum jus commune antiquius intelligendæ & limitandæ ſunt. 397. 45
Conſtitutio de pace publica tenenda irrogat pœnam publicum delictum committentibus. 428. 45
Conſtitutio Imper. de pace facta Wormat. Anno 1521, de impunitate ejus, quod contra bannitum præſumitur. 637. 4. & 647. 39.
Conſuetudo Regni extenditur ad omnia loca iſti Regno ſubjecta. 28. 128
Conſueta vetuſtate in contractibus pro repetitis habentur. 40. 162.
Conſuetudo contrahentis attendi debet. ibid.

Conſuetum id dicitur, quod bis factum eſt. 40. 164.
Conſuetudo juris appellatione venit. 47. 187
Conſuetudo eſt majoris autoritatis quàm ulla lex. 47. 187
Conſuetudinis transgreſſor perinde punitur ut transgreſſor legis. 48. 187
Conſuetudo æquipollet veritati. ibid.
& Privilegio. ibid.
Conſuetudo eſt altera natura. 49. 187
Conſuetudine immemoriali ea acquiruntur, quæ alioquin minoris temporis conſuetudine acquiri nequeunt. ibid.
Conſuetudo per actus privativos vel negativos non inducitur. 49. 188
Conſuetudo introduci poteſt, etiamſi nulla contradictio judicialis intervenit. 51. 195
Conſuetudo titulum & bonam fidem non requirit. 51. 196
Conſuetudo immemorialis quomodo probetur. 51. 197
Conſuetudo non poteſt introduci à populo in iis rebus in quibus aliàs diſponere nequit. 122. 152
Conſuetudo eſt facti, & non præſumitur. 122. 153
Conſuetudinis requiſita. 122. 154
Conſuetudo per unum actum contrarium interrumpitur. 122. 155
Conſuetudo eſt ſtricti juris, & ſtrictè intelligenda eſt. 123. 156.
Conſuetudo legitimè introducta per Principem etiam ſine cauſa tolli poteſt. 123. 157
Conſuetudo, per quam ligantur, manus ſuperioris non valet. 123. 157
Conſuetudo juriſdictionem tribuit. 173. 18
Conſuetudo non extenditur ultra id quod agitur. 178. 43. 44
Conſuetudo eſt præter legem, tantum habet de potentia, quantum de actu, & non plus. ibid.
Conſuetudo faciens ex probatione inefficaci efficacem rata eſt. 271. 35
Conſuetudo poteſt fieri, ut plena fides adhibeatur ſcripturis privatis etiam non ſigillatis. 271. 35
Conſuetudo juris appellatione venit. 473. 38
Declaratur 500. 149
Conſuetudo non præſumitur notoria. 500. 152
Conſuetudo loci conſuetudinibus feudalibus derogat. 588. 11
Conſuetudo allegata plenè probanda eſt. 613. 93
Conſuetudo ignobilem poteſt facere nobilem. 627. 27
Conſuetudo ex illicito poteſt facere licitum. 628. 30
ad Conſuetudinem introducendam an bona fides requiratur. 628. 32.
Conſuetudo quoto tempore inducatur in illis, quæ cauſam diſcontinuam habent. 629. 34
Conſuetudo ſpatio 10. annorum inducitur. 629. 37
Sed de jure Saxonico 30. annorum. unius anni & diei. 629. 38
Continentia cauſæ dividi non debet. 155. 68
etiamſi Conſortes litis ſint diverſi fori. 155. 69
Idq; eſt favore rei inductum. 156. 76
in Continenti facta multorum præſumptionem inducunt. 727. 82.
Contractus nominati quomodo probentur. 691. 5
ex Contractu Principis dominium in accipientem ipſo jure ſine traditione transfertur ſecundum multos. 718. 51
Contractus cum Principe celebratus bonæ fidei eſt. 719. 55
Contractus is in dubio initus intelligitur, qui in regione magis frequentatur. 731. 94
Contractus in dubio talis initus intelligitur, qui dominium non transtulerit. 732. 97
Contractus ille omnis in ſcriptis celebratus intelligitur, de quo, ut fieret ſcriptura, inter contrahentes actum fuit. 142. 23. & 147. 37
adverſus Contractum, qui non in ſcriptis celebratus eſt, ſed tantùm in ſcripturam redactus eſt, admittuntur quæcunq; probationes. 147. 38
Contractus Principis cenſetur nomine dignitatis, non propria perſonæ initus. 161. 3. 4. 5
Contractus in alicujus commodum factus cenſetur, ſi utiliter cœptus eſt. 161. 9
Contractus per lapſum temporis præſumitur factus in utilitatem Eccleſiæ. 163. 16
Contractus imperfectus declarat ſaltem contrahentis voluntatem fuiſſe, ut dominium transferatur. 217. 104
in Contractibus bonæ fidei ſtatim atq; commiſſa fuit obligatio ob non ſervata pacta agi poteſt ad Intereſſe totius temporis, ad quod obligatio contracta fuit. 229. 24
Contractum adimplere debet ex ſua parte, qui vult agere ex contractu. 334. 34
Contractus Præpoſiti vel Inſtitoris ut aliquem obliget, quæ requirantur. 240. 46
Contractus ex poſt facto impugnari nequit ex illa cauſa, quæ ſubſuit contractui celebrato. 244 1
Contractus ſemel perfectus irrita altera parte poſtea nullas conditiones nullavè pacta recipit. 244. 2.
Contractus ille in dubio celebratus eſſe intelligitur, qui ex verbis contrahentium colligitur. 273. 45
Contrahentium voluntas ex eo declaratur, quod ſolitum & conſuetum eſt. 273. 46
Contractus ita ſunt interpretandi, ne alterutri contrahentium præjudicetur. 273. 47
Contractus ille celebratus eſſe intelligitur, qui in illa regione maximè frequens eſt. 274. 47
in Contractibus omnia verba, omnes ſyllabæ aliquid operari debent. 284. 77. 78

Contra-

Contractus omnes ex juris communis diſpoſitione capiunt interpretationem. 308. 174
Contractus celebrati ab iis, qui legis condendæ poteſtatem habent, legis vigorem habent. 473. 36.
Declaratur 498. 142. & ſeqq.
Contractus ipſo jure nullus, tractu temporis non convaleſcit. 479. 72
Declaratur num. 293
Contrahens cum illo, cui contrahere generaliter prius permiſſa fuit, at poſtea prohibetur, qualiter ſit in mala fide. 535. 12
Contractus ex conventione formam capiunt. 589. 16
Contractus is in dubio intelligitur eſſe initus, quem partes nominarunt. 664. 15
Declaratur num. 47
Contractus habens repetitum conſenſum an admittat beneficium l. 2. C. de reſcind. vendit. 665. 19 & 674. 52
Contractus ultra verba non debet extendi. 9. 16
Contractus feudi formam recipit ex tenore inveſtituræ. 11. 39
Contractus Principem firmiter ſervandi. 12. 46
Contractui perfecto, altera parte invita, nulla nova pacta inſeri poſſunt. 13. 49
ex Contractu Regum aut Principum etiam ſucceſſores eorum tenentur, etiamſi non per ſucceſſionem ſed tantum per electionem aſſumantur. 14. 53. & 160. 1. 2. 3
Contractus omnes à Rege initi à dubio cenſentur initi eſſe nomine d[illegible] utatis. 15. 57
Etiamſi ſin[illegible]ter ſint initi. 15. 58
Contractus à Rege ratione rerum ad regnum pertinentium [illegible], nomine [illegible]. 15. 59
Etiamſi tantùm nomine Regis initi ſint. ibid.
Contrac[illegible] cum con[illegible] Conſiliariorum Re[illegible] celebrati obligant ſucceſſores Regni [illegible]. 60
Contractus Regum cum conſenſu Conſiliariorum initi, pro[illegible] te regni initi [illegible]. 16. 61
Contracti[illegible] prote[illegible] ſucce[illegible] ores regni obligantur. 16. 62
Contractus rea[illegible] gat ſucceſſores. 16. 63
Contractus Regis quando præſumatur eſſe realis. 16. 64
Contractus omnis à Rege [illegible]tus cen[illegible]etur eſſe realis. 16. 65
Etiamſi proprio nomine ſit celebratus. 16. 66
Contractus Regis ſacientis ea, quæ ſunt de conſuetudine ſui officii, obligat ſucceſſorem, qui per electionem aſſumitur. 17. 67
Contractus feudi eſt oneroſus. 17. 70
Contractus à minore celebratus cum licentia Regis, firmus eſt. 18. 74
per Contractum poſteriorem derogatur omnibus illis, quæ iſti contractui quolibet modo refragantur. 22. 93
Extenditur & ampliatur ibid.
Contractus ultra verba non extenditur. 83. 24
Limitatur 107. 101
Contractus de perſona ad perſonam non extenditur. 84. 24
in Contractibus diſpoſitum de uno correlativorum non debet extendi ad alterum. 84. 29
Contractus præcedens per Privilegium ſubſequens non tollitur. 100. 73
Contractus a jure communi recipiunt interpretationem. 102. 78
Contractus ab initio ſunt voluntatis, ex poſt facto autem neceſſitatis. 110. 104
Contractus Principis merè gratuitus poteſt ab ipſo revocari etiam ſine cauſa. 121. 165
Oneroſos verò ex cauſa juſta. 125. 166
in Controverſiis feudalibus inter Principes Seculares motis Papa judex competens non eſt. 8. 23
Contraria ſe invicem tollunt. 120. 141
Contrariorum eadem eſt diſciplina. 141. 16
Contumacia præſtandi juramentum injunctum, ut & ficta confeſſio ex contumacia non præſtandi juramentum deſcendens, quando noceat hæredi. 569. 76. & num. 78
Coquere cenſetur vile & illiberale artificium. 624. 5. 6
Coquendi cereviſiam jus præſcribi poteſt. 629. 39. & num. 40
At quoto tempore. 30. 46
in Correlativorum uno diſpoſitum habet etiam locum in altero. 98. 67. & 110. 103
Correctio juris communis non debet induci per ſubauditos intellectus. 195. 29
Creditor ſoluto debito tenetur debitori reſtituere Inſtrumentum crediti. 142. 18
Cred[illegible] ſo[illegible]tionem recipere nolente quid juris. 2[illegible] 51, 52. & ſeqq.
Creditor [illegible]nerat[illegible]ia conventus ſi pignus non reſtituat ad [illegible]tereſſe tenetur. 279. 64
Creditor hæresve ejus pignoratitia conventus tueri ſe nequit per hoc, quod res penes [illegible] eperitus, niſi probet ſe illam rem perd[illegible]e. 280. 67
Creditor licet ante oblationem vel ſolutionem ſibi factam pignus reſtituere non teneatur, attamen ſi illud præſcribere vellet, eſſet in mala fide. 343. 292
Creditor rem pignoratam legitimè diſtrahens non conveniri poteſt, niſi tantum ad ſuperfluum pretium. 289. 97
Credulitas quævis etiam fatua excuſat à dolo & pœna. 361. 31
Creditor an poſſit jus capiendi fugitivum debitorem alteri cedere. 425. 60

Creditor

Creditor pignus ſibi traditum non tantùm naturaliter ſed & civiliter poſſidet. 415.36
Creditor ſolvens alteri creditori debitum ſuum, ſuccedit in jus pignoris. 418.47
Limitatur num 48. & 49
Criminali accuſationi per hoc non derogatur, quod Reus fidejuſſoribus non committitur. 182.57
Crimen fractæ pacis publicum eſt. 427.63
Criminales actiones ad vindictam competentes, quando contra hæredes non dentur. 448.113
Cumulatio actionis perſonalis & hypothecariæ in uno libello an fieri poſſit. 296.125.126

D.

Damni enormis gratia an retractetur conceſſio aliàs valida. 479.68.69
Declaratur num. 280. & ſeqq.
Dantis & accipientis perſonæ nemo una vice ſimul fungi poteſt. 41.165
Diverſis tamen vicibus poteſt. 41.166
Datum non cenſetur, niſi quod irrevocabiliter datum eſt. 453.8
Damnum quid cenſeri poſſit. 526.279
pro Damno illato agi non poteſt, quando hoc habet admixtam culpam illius, cui id illatum eſt. 652.55
Declaratur num. 70
Damni futuri cauſa damnum inferenti culpa imputari non poteſt. 652.56
Declaratur num. 73
Damnum alicui inferens id reſarcire cogitur. 653.61
Damnum infert etiam is, qui remedijs oportunis non utitur. 653.62
propter Damnum rei illatum quomodo poſſit agere is, qui tantùm jus in re habet. 658.76
Debiti ſolutio non præſumitur. 140.9
Etiam ex longiſſimi temporis lapſu. 140.10
Debiti ſolutio præſumitur ex Inſtrumento debiti apud debitorem reperto 141.1[illegible]
Debito ſoluto creditor tenetur Inſtrumentum debiti reſtituere debitori. 142.18
Debita hæreditaria inter hæredes ipſo jure dividuntur. 154.[illegible]4
Debitor in loco contractus vel ſolutioni deſtinato conveniri nequit, ſi ibi non invenitur. 155.67
Fallit 156.72
Debitore fidejuſſori ſuccedente quando obligatio extinguatur. 164.19
Debiti exactionem vel ſolutionem nemo extraneus impedire poteſt. 235.8. & [illegible]35. 37 38.
Debiti ſolutionem impediendi cautela. 236.40
Debito ſoluto pignus qualiter reſtituendum. 277.87
Debitor non habens pecuniam liberatur offerendo de bonis mobilibus & immobilibus creditori. 33[illegible] 211
Niſi juraverit ſe ſoluturum. ibid.
Debitor principalis & fidejuſſor in eodem libello conveniri poſſunt. 295 122
Debitores duo ejuſdem Summæ ſimpliciter ſcripti, pro virilibus obligati cenſentur. 35[illegible]
Deceptio contrahentium an & quatenus licita. 75[illegible] 1. & 757. 8. & num. 12. & [illegible]8. 15. 16.
Deceptus in quantitate rei in contractum deductæ agere ad ſupplementum poteſt, etiam ſi deceptio ultra dimidium juſti pretij ſit. 251.3
Secus in quantitate pretij. 758.1[illegible]
Deceptio in contractu venditionis & locationis permiſſa. 75[illegible] 8. 9
Item in contractu, do ut facias. 7[illegible] 7.[illegible]
Et in permutatione. num. 11
Et cæteris contractibus. num. 12
Declarans aliquid nihil novi producit. 58 30
Defenſionis gratia licet etiam innocentem & pugnæ adſtantem lædere & occidere 640. 14. & num. 48
Defenſio etiam injuſta propriè non dicitur maleficium 423. 80. 82
Defenſio etiam propria authoritate [illegible] 252. 2
Defendendi cauſa factum non eſt delictum. 252. 3. & 638 5
Defenſio incontinenti quomodo fiat. 54. 11. & 429.70
Defenſio ijſdem caſibus licita eſt quibus offenſio. 430.75
Defenſionis cauſa quid faciens nec ad æſtimationem neq; ad Intereſſe conveniri poteſt. 449.[illegible]
Defenſio rerum noſtrarum qualiter licita. 4[illegible] & ſeqq.
Delicta quando tacitè remittantur. 6[illegible]6. 32 & ſeqq.
Delictum à Rege commiſſum ratione dignitatis [illegible]cet ſucceſſori. [illegible]4.14[illegible]
Delegati quæ poſſint. 172 [illegible]0
Delegati ſententia, lata in favorem delegantis, non valet. 172 1[illegible]
Delegandi facultas conſuetudine acquiritur. 173 19
Delicta in faciendo conſiſtentia ſunt graviora [illegible] quæ in omittendo conſiſtunt. 3[illegible] 42
ex Delicto [illegible] quantum quis conveniri poſſit, in[illegible] endum eſt [illegible] delicti perpetrati 6[illegible]2 [illegible]8
ex Delicto uno conventus ad damnum reſarciendum, exceptione [illegible] diverſi delicti [illegible] agendo nequit.
Demonſtratio poſita præcedentem d[illegible] nec alterant nec mutant. 7[illegible]4. [illegible]4

ad D

ad Demonſtrativè tantùm poſita relatio nunquam fieri debet. 746. 22
Diæta quomodo computetur. 412. 24
Difficilia probatu admittunt in ſufficientes & illegitimas probationes. 561. 47
Dignitas nunquam moritur. 34. 142
Dignitate mutata an etiam onus mutetur. 164. 19
Disjunctivæ ea natura eſt, quod ponatur inter illa, quæ ſunt ejuſdem naturæ, conditionis & qualitatis. 266. 18
Diſpoſitio Regis an ſit perſonalis an realis, multis modis dignoſcitur. 14. 56.
Diſpoſitio facta ſub nomine appellativo dignitatis, ad quoslibet ſucceſſores in dignitate tranſit. 34. 142
Diſpoſitio loquens de ſingulis, non extenditur ad univerſos. 81. 7
Diſpoſitio ſimul nomen proprium & nomen dignitatis exprimens, ſi nomen dignitatis præponat, dignitatem tantum non perſonam reſpicit. 83. 22
Diſpoſitio dignitatis mentionem faciens, indiſtinctè dignitatem reſpicit. 83. 23
Diſpoſitio extra verba non extenditur. 83. 24
Diſpoſitum de uno ex correlativis, in contractibus non debet extendi ad aliud. 84. 29.
Diſpoſitio non reſtringitur per id, quod in illa exempli loco adducitur. 85. 32
Diſpoſitio non reſtringitur per ea, quæ propter majorem frequentiam expreſſa ſunt, quò minùs ad non ita frequenter evenire ſolita porrigatur. 85. 34
Diſpoſitionis mens, medulla ac ſpiritus, eſt ejus ratio. 86. 36
Diſpoſitio indefinitè de civibus loquens, intelligitur de tota civitate. 88. 40
Diſpoſitio generalis comprehendit etiam perſonas privilegiatas. 89. 44
Diſpoſitio per vocem QVIS, intelligit etiam Status, Ordines & Collegia. 89 46
Diſpoſitio, Quævis, ex præcedentibus & ſequentib. recipit declarationem. 90. 47
Item ex adjunctis. 90. 48
Diſpoſitio generaliter loquens à nobis non debet diſtingui. 91. 49
in Diſpoſitionibus pro expreſſo habetur id, quod quis veroſimiliter expreſſiſſet, ſi de eo interrogatus fuiſſet. 92. 54
Diſpoſitio ſecundum ſuam rationem extenditur & ampliatur. 98. 67
Diſpoſitio concernens utilitatem publicam eſt favorabilis. 99. 68
Et extendi debet. ibid.
Diſpoſitio publicam utilitatem reſpicens, etiamſi à jure communi exorbitet, extendenda eſt. 100. 70
Diſpoſitum de ſimplicibus extenditur etiam ad caſum mixtum. 100. 74
Diſpoſitio generalis an comprehendat Principes, Duces, fiſcum & quatenus. 102. 78
Diſpoſitio unius cauſa ſpecialiter Principi reſervatæ mentionem faciens, comprehendit etiam ſimiles cauſas Principi reſervatas. 104. 83
ſub Diſpoſitione facta inter obtinentes regalem dignitatem, etiam Regalia veniunt, licet illa aliàs ſub generali diſpoſitione non comprehendantur. 104 84
Diſpoſitio propter rationem extenditur ad omnes caſus ſub illa ratione comprehenſos. 104. 85
Diſpoſitio ſecundum communem uſum loquendi debet intelligi. 105. 88
Diſpoſitio de una perſona loquens quatenus ad aliam extendatur. 107. 95
Diſpoſitio quando reſpiciat dignitatem & quando perſonam. 109. 100
Diſpoſitum de aliquo extenditur ad omnia antecedentia & præparatoria. 112. 109
Diſpoſitio ex conſueto declarationem ſumit. 113. 110
Diſpoſitiones intelliguntur rebus ſic ſtantibus. 115. 125
Diſpoſitio juris pro notorio cenſetur. 135. 199
Diſpoſitio ex veroſimili mente contrahentis de una perſona ad alteram non extenditur. 192. 6
Diſpoſitio de uno ex æquiparatis locum habet etiam in aliis. 201. 48
Diſpoſitio requirens in actu aliquo certæ qualitatis perſonas reſtringitur ad habiles. 202. 53
Diſpoſitum de alienatione quando ad pignoris conceſſionem porrigatur. 248. 13
Diſpoſitum de re obtinet etiam de ſpe. 324. 238
Diſpoſitio reſpiciens animæ ſalutem & peccati evitationem latiſſimè patet. 325. 240
Diſpoſitum de vaſallo quomodo in domino feudi obtinere debeat. 356. 21
Diſpoſitio intelligi debet, rebus ita ſtantib. 378. 20
Diſpoſitiones in potiore ſignificatu accipiendæ ſunt. 452. 7
Diſpoſitio quantumvis præciſa, univerſalis & geminata qualem interpretationem recipiat. 487. 101. & 488. 107
Diſpoſitio perfecta pro parte probari & pro parte reprobari nequit. 579. 33
Diſpoſitio intelligenda ſecundum naturam rei, de qua ſpecialis fit mentio. 595. 47
Diſpoſitum de rebus obtinet in perſonis. 632. 59
Diſpoſitio libera rerum & perſonarum ſuorum. 632. 60
Diſpoſitio teſtatoris intelligenda ſecundum jura loci, quæ de ſucceſſione ab inteſtato diſponunt. 743. 7

Decla-

Declaratur tripliciter pulchrè 750. 34

Diſponentis intentio ex ordine ſcripturæ colligitur. 744. 12

Diviſione ſorte facta non habet locum beneficium l. 2. C. de reſcind. vendit. 662. 1

Contrarium probatur 666. 26. 27

Diviſio eſt contractus ſtricti juris. 663. 6

Contrarium confirmatur num. 28. & 34

Et innominatus. 663. 9

Diviſio bonorum an dici poſſit Tranſactio. 672. 48

Diviſio eſt ſpecies permutationis. 758. 13

Diviſione facta an læſo ſuccurratur. 756. 8. 11. &c.

Diviſio inutiliter facta quomodo approbetur. 762. 34. & 763. 34

Diviſio inter fratres facta quomodo præſumatur. 762. 35. 36

Diviſionis placitum quando actio naſcatur. 764. 43

à Dolo & pœna quid excuſet. 361. 28. & ſeqq. & 392. 26. & 650. 50

Dolus actum juratum ipſo jure vitiat. 497. 138

Dolus dans cauſam contractui bonæ fidei ipſo jure illum annihilat. 719. 56

Dominus, vaſallo ſine herede maſculo defuncto, feudum ſibi apertum propria authoritate poteſt occupare. 9. 31

Dominium feudi ipſo jure in ſucceſſores transfertur. 10. 35

Dominus ſemel exiſtens, amplius ejuſdem rei dominus fieri nequit. 10. 37

Dominus tenetur feudum ſibi apertum ei, qui ultimo defuncto gradu proximior eſt, de novo concedere. 37. 146

Etiam cognato. 37. 147

In linea tranſverſali quoq; conjuncto. 37. 147

Dominus feudum ſibi apertum non poteſt pro ſe & uſibus ſuis retinere. 37. 147

Dominus præciſè tenetur inveſtire proximos agnatos ultimi defuncti de feudo ſibi aperto, nec præſtando Intereſſe liberatur. ibid.

Adeò, ut ſi recuſet, dicatur facere injuriam. ibid.

Dominium ſuperius & dominium directum quoad ſubſtantiam differunt. 43. 174

Dominium directum apud dominum ut maneat, non eſt de ſubſtantia ſed de naturalibus feudi. 44. 175

Dominus eo ipſo, quod Officiales in aliquo judicio conſtituit, probatur, illum hoc judicio ſuperiorem eſſe. 128. 177

Domino feudi non permittitur vaſallum in juriſdictione ſua quam ratione feudi exercet. 132. 190

Dominus feudi an poſſit conſtituere judicem ordinarium in propria ſua cauſa. 173. 17. & 172. 8

Dominus vaſallo non feudalem litem movens, totam Ordinario & non totam Paribus curiæ inſtituere eam debet. 174. 22

Dominus vaſallo feloniam qualiter remiſiſſe cenſeatur. 196. 32. & ſeqq.

Dominus Emphyteuſeos petens Canonem ſimpliciter ab Emphyteuta, intelligitur remiſiſſe ipſi delictum. 196. 38

Domino in probanda felonia an poſſit deferri juramentum ſuppletorium. 210. 81

Domino ad privationem feudi ob feloniam agente, nec delictum privatione dignum probante, vaſallus ſimpliciter abſolvitur. 212. 86

Dominus an teneatur inveſtire vaſallum de parte feudi controverſi. 353. 5. & 356. 20. & num. 49

Dominus contra vaſallum de felonia excipiens an eum teneatur inveſtire. 353. 8. & 359. 25

Domino de felonia nunquam conqueſto an ſucceſſor vaſallum feudo privare poſſit. 354. 14. & 368. 57

Dominus feudi, ſi ſe ſaltem præparaverit ad agendum contra vaſallum ob feloniam commiſſam, an ſucceſſori ejus liceat eum vaſallum feudo privare. 354. 15. & 363. 40. & 369. 59. 60. 61. 62

Domino feudi non ſervanti fidem vaſallo, vaſallus fidem ſervare non tenetur. 358. 24

Dominus feudi an teneatur feudum ſibi apertum propter generationem finitam agnatu ultimi vaſalli petentibus iterum concedere. 359. 27

Dominus feudi injuſtus in uno, etiam in alio injuſtus præſumitur. 361. 30

Dominus, qui non vult inveſtire vaſallum de recto feudo, de alio feudo cognoſcere non poteſt. 361. 30

Dominus cum vaſallis non debet agere tanquam cum infeſtis ſed benignè. 363. 39

Dominium alicujus rei mihi acquiſitum per remedia juris civilis mihi ab Imperatore ſine juſta cauſa auferri non poteſt. 443. 103

Dominium revocabile in conſideratione non habetur. 453. 10

Dominus feudi regulariter non tenetur feudum ſibi apertum alteri denuo in feudum concedere, ne illo quidem, qui ultimo poſſeſſori ſanguine junctus eſt. 477. 59

Contrarium approbatur num. 88. & num. 262

Dominus Eccleſiaſticus feudum ſibi apertum agnatis ultimi poſſeſſoris hoc petentibus an de novo concedere debeat. 473. 61. & 484. 91

Dominus recuſans agnatos ultimi vaſalli de feudo ſibi aperto inveſtire, illis injuriam facere cenſetur. 454. 89

Dominus ab Emphyteuta vel vaſallo Canonem recipiens, eo ipſo caducitatem ei remiſiſſe cenſetur. 501. 155.

Aut ſi ſervitia recipiat. 501. 156

Domino feudi, qui alium de feudo antiquo ſibi aperto inveſtivit, pœnitere non licet. 510. 202. &c.

Domi-

Dominus ſemel probatus, ſemper dominus exiſtit. 554. 25
Declaratur. 564. 56
Dominus an te[illegible]tur ex inveſtitura præciſè ad traditionem. 587. 2. & 593. 42. & 600. 64
Dominus feudi poſt inveſtituram abuſivam an teneatur vaſallo vel ad traditionem vel ad Intereſſe. 591. 31. & num. 108
Dominus non habens facultatem rei tradendæ tenetur ad Intereſſe, ſi dolo vel culpa poſſidere deſiit. 591. 32. & num. 109
Dominus ſi quem de feudo vaſalli viventis inveſtierit, an valeat inveſtitura. 591. 33. & 110
Dominus inveſtiens aliquem in caſum mortis vaſalli an teneatur ſi alio modo aperiatur feudũ. 592. 34
Dominium & poſſeſſio quando per ſolum titulum transferatur ſine traditione. 700. 46
Dominij exceptio nunquam opponitur agenti remedio recuperandæ vel retinendæ poſſeſſionis. 711. 21. & ſeq.
Donatio non præſumitur. 152. 56. & 733. 100
Donatarius ſe defendens adverſus donatorem etiamſi eum violat, rem donatam non amittit. 252. 3
Iure donatam rem propter ingratitudinem revocandi præſcribitur 30. annis. 304. 152
Donator de evictione non tenetur. 590. 28.
Fallit 595. 48. 49. & num. 105
Donatio propter merita facta, an ſimplex cenſeatur. 598. 55
Donatio an ex [illegible] 2. C. de reſcind. vend. poſſit retractari. 665. 18
Declaratur 673. 58
Donationes ex lapſu temporis non præſumuntur. 739. 106
Etiam inter conjunctas perſonas. 733. 101
Doctori etiam magno non creditur, niſi dictum ſuum lege vel ratione probet. 599. 57. & 205. 61
Doctori excellenti atteſtanti de conſuetudine fides haberi debet. 294. 120 & 272. 37
Doctoris unius aſſertio tantum præſumptivè communem uſum loquendi probat. 272. 41
Doctorum auctoritati propter contrarietatem detrahitur. 816. 208
Doctores vetuſtiores auctoritate recentiores ſuperant. 816. 207
Doctoris unius excellentis opinio excuſat à dolo. 365. 36
Doctorum deciſiones intelligendæ ſunt ſecundum textus quos allegant. 527. 281
Dubio grandi occurrente diſputandum eſt & non paſſim reſpondendum. 301. 139. & 691. 2
In Dubio inter contrahentes id actum intelligitur, quod verius prodeſt. 731. 95
In Dubio id quod minus eſt intelligitur, idq. illuſtratur exemplis. 7[illegible]2. 98
In Dubio is intellectus ſumendus per quem minus lęditur jus commune. 760. 25
Duo vincula vel plures cauſæ magis operantur. 56. 212
Duobus de una re ſimul inveſtitis præfertur is, cui prius poſſeſſio tradita eſt. 476. 56. & 504. 172
Duobus à Principe ſimul inveſtitis, uter præferatur. 676. 51. & [illegible] & 504. 175. & 521. 248
Duobus ſimul inveſtitis à perſona eccleſiaſtica, præfertur is, qui prior inveſtitur. 476. 58
Improbatur num. 174. & num. 251
Duo pluresvè de una re inveſtiti pro varib. portionib. inveſtiti præſumuntur. 549. 1. & 556. 41. 42
Duo hæredes inſtituti æqualiter inſtituti cenſentur. 744. 15
Duobus officijs incompatibilibus nemo ſimul & ſemel fungi poteſt. 772. 66. 67
Duces ſeculares habentes regalem dignitatem perpetuam in ſuis territorijs jus etiam ab Imperatoribus conſtitutum tollere poſſunt. 119. 138
Dux habet univerſale dominium Ducatus ſui. 513. 1
Non tamen rerum eccleſiaſticarum. 579. 36

E.

Eccleſiæ res, aliàs alienari prohibitæ, propter remunerationem meritorum alienari poſſunt. 39. 80
Eccleſiaſtici Principes poſſunt feuda ſibi aperta filijs & conſanguineis ſuis in feudum concedere. 42. 170
Eccleſiæ acquiritur, quod Canonicis relinquitur 88. 41
Eccleſiaſticarum rerum alienationi qualiter Clericorum conſenſus adeſſe debeat. 481. 79. & 500. 152
Eccleſiâ ad paupertatem redactâ poteſt Prælatus feudum antiquum ex tunc ſibi apertum retinere. 508. 196. & num. 219.
Eccleſia repetens ſuam rem nulliter, & non ſervatis legitimis ſolennitatibus alienatam, precium pro illa re numeratum & in ſuam utilitatem converſum reſtituere tenetur, antequam audiatur. 533. 1
Quod confirmatur uſq. ad num. 22.
precium in Eccleſiæ utilitatem verſum eſſe, etiam præſumptionibus probari poteſt. 537. 18
Quando & quo tempore hoc fiat. nu. ſeq.
Effectu quod caret, regulariter in conſiderationem non venit. 6. 7
Effectus ſententiæ, quæ in rem judicatam tranſiit, durat tantùm 30. annis. 21. 58
Quocunq. modo executio petatur. ibid.
Effectus potiùs quàm verba in diſpoſitionibus attendi debet. 92. 53
Effectu uno prohibito cenſentur prohibita omnia media eò ducentia. 248. 10
Effectus arguit cauſam. 556. 34
Emphyteuſis juſta & alteri ſimpliciter conceſſa, intelligitur conceſſa ſecundum priorem qualitatem. 58. 151

Emphyteuta quando delictum remiſſum intelligatur, ob quod alioqui ſua Emphyteuſi erat privandus. 196. 33

Emphyteuticam rem ad commiſſum petendi juri præſcribitur 30. annis. 303. 158. & 332. 256

Emphyteuta jurato promittens ſingulis annis ſolvere Canonem, privatur Emphyteuſi, ſi tantum uno anno non ſolvat. 339. 280

Emphyteuta, qui illam rem, in qua habet Emphyteuſin, tanquam Emphyteuticam alteri ſimpliciter vendit, quidnam vendidiſſe intelligatur. 298. 103

Emphyteutico Inſtrumento deperdito talis præſumitur conceſſio qualis ſolutio. 557. 36

Emphyteuta non poteſt ſylvas fundi Emphyteutici extirpare, etiamſi fundum eum meliorem ita facere velit. 642. 28

Emphyteuticum jus quomodo quis per ſolutionem Canonis præſcribat. 724. 74

Emphyteuſis & locatio in perpetuum quatenus cenſeantur donationes, ut emptio & venditio. 738. 102

Emptor bonæ fidei precium, quod numeravit pro re Eccleſiæ ſibi contra legis prohibitionem vendita, quatenus illud in Eccleſiæ utilitatem verſum eſt, ab Eccleſia vindicante rem recuperare poteſt, rem retinere, donec ſibi ſolvatur. 534. 7. & 536. 17

Emens contra legis prohibitionem precium non perdit, niſi in caſibus in jure expreſſis. 536. 13. 15. 16. & ſeqq.

Emens contra prohibitionem pacti jurati. 536. 14

Emptor cui res empta auferatur, emptione ob enormem læſionem reſciſſa, fructus interea perceptos luitatur. 542. 49

Emptor bonæ fidei an & quando fructus cum expenſis compenſare teneatur. 545. 58

Epiſcopus poteſt res Eccleſiæ in feudum dari ſolitas, in feudum concedere. 25. 110

Epiſcopus Vicarium liberè revocare poteſt. 130. 167

Epiſcopi conſenſus in reſervatione facta patrono Eccleſiæ per longi temporis curſum præſumitur. 163. 14

Epiſcopo non licet ſine conſenſu Capituli & non intervenientibus in alienatione res eccleſiaſticæ requiſitis alteri in feudum concedere bona ad menſam ſuam pertinentia. 465. 1

Ne feudum antiquum quidem & infeudari ſolitum, ſi id menſæ ſuæ fuerit applicatum. 465. 2

Et talis infeudatio ipſo jure nulla eſt, neq; naturalem obligationem producit. 465. 3. 4

Neq; traditione dominium aut poſſeſſionem transfert. 465. 5

Et ab omnibus repeti poteſt, & vindicari quoq; ab ipſo Epiſcopo. 465. 6. 7

Etiamſi juramentum acceſſerit neq; conſuetudine firmari poteſt. 466. 8. 9

Epiſcopo non permittitur duas res infeudari ſolitas, & ad Eccleſiam reverſas iterum infeudare. 469. 14

Epiſcopi legis condendæ poteſtatem habent. 473. 32

Declaratur 505. 181. & 518. 233

Epiſcopus ſi plures res alienaverit, quarum unaquæq; quidem non vergit in Epiſcopatus grave præjudicium, ſed ſimul junctæ magnum præjudicium inferunt, an omnes alienationes ceſſentur. 481. 78. & 130. 297. & ſeq.

Epiſcopi contra jus commune nihil diſponere poſſunt. 505. 181

Epiſcopus de Altari vivere, non luxuriari debet. 508. 198

Epiſcopus quantumvis Nobilis, debet temperare expenſas ſecundum Eccleſiæ facultates. 503. 199

Errore facta remiſſio non valet. 225. 10

Error quomodo probetur. 226. 11

Errore calculi nihil retractatur, ſi ſuper eo fuit tranſactum. 244. 4

Error juris nemini prodeſſe debet. 278. 59

Error juris in præſcriptione malam fidem inducit. 278. 61

Error juris non prodeſt in evitando illud damnum, quod à lucro initium habet. 353. 6

Contrarium verius. 365. 44

Errantis nullus eſt conſenſus. 479. 73

Error actum juratum ipſo jure vitiat. 497. 157

Error juris an bonam fidem cauſetur. 535. 9. & 540. 29. & ſeqq. & 541. 40.

Error juris Prætorij quid operetur. 542. 41

Error pacti reſiſtentis. 542. 42. 43

Error in deliberatè factis prætendi non poteſt. 665. 23

Declaratur 675. 54

Error juris præſcribenti non patrocinatur. 730. 89

Evicta re alienata vel ab ipſo alienatore vel ab ejus hærede neq; alienator neq; hæres ejus tenentur precium reſtituere ei, à quo hæc res evicta fuit. 299. 136

de Evictione feudi quomodo dominus teneatur. 588. 13. & 613. 94

Eſſe hoc non probat, quod ab eo contingit abeſſe. 353. 58

Exceptio primi ſpolij an ab ultimo ſpoliatore induci & opponi poſſit. 447. 112

Exceptio nec proprij nec alieni dominij objici poteſt agenti ex condictione l. ſi quis conductionis. C. locat. 582. 44

Exceptio per quam intenditur, actori actionem non competere etiam ante litem conteſtatam ad impediendum proceſſum opponi poteſt. 215. 98

Exceptio excuſſionis non eſt peremptoria. 296. 126

Exceptio feudi vel finiti vel domino aperti vaſallo inveſtituram petenti quando objici nequeat. 359. 26

Exceptio quamvis rejecta, notoria tamen, rejecta non cenſetur. 374. 3. & 378. 24

Exceptio noviter orta, ſemper opponi poteſt. 374. 5. 6. 7

Exceptio ex juſta cauſa opponi poteſt poſt concluſionem. 376. 9

Exceptio de novo orta etiam poſt rem judicatam opponi poteſt. 376. 18

Exceptiones de novo ortæ in cauſa appellationis & nullitatis indiſtinctè recipi debent, etiamſi cautum ſit, nullas admitti debere. 377. 18

Exceptio oriens ex ſententia declaratoria dominij impedit executionem rei judicatæ in judicio poſſeſſorio. 380. 31

Exceptio judicium retro nullum reddens ſemper tàm poſt concluſionem quàm poſt ſententiam latam opponitur. 380. 32

Exceptio orta ex ſententia declaratoria dominij impedit & enervat ſententiam. 380. 33

Exceptio illius juris, quod etiam agendo produci poteſt, etiam poſt ſententiam opponi poteſt. 380. 34

Exceptio incompetentiæ judicis ſemper opponi poteſt. 384. 11

Etiamſi Statutum contradicat. 384. 12. 13

Exceptionem allegare prohibitus non intelligitur prohibitus allegare exceptionem notoriam. 385. 14

Exceptio incompetentiæ judicis quomodo tollatur. 385. 15

Exceptio oppoſita an in continenti probari poſſit. 567. 65. & ſeqq.

Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis. 55. 216. & 100. 71

Excluſivæ dictiones excludunt reliquos caſus omnes præter expreſſos. 55. 217

Exceptio defectus proprietatis petenti reſtitutionem quando indiſtinctè objici poſſit. 185. 200

Exceptio fori declinatoria quando opponenda. 175. 28

Exceptio quod metus cauſa etiam fidejuſſori datur. 183. 61

Exceptio ſpoliationis in vim dilatoriæ quomodo opponatur. 214. 94. 95

Exceptiones quas vaſallus objicere poſſit. 222. 117

Exceptio nullitatis ſemel improbata, iterum poteſt objici, ſi altera ſententia eodem nullitatis vitio laboret. 385. 17

Exceptio reſpiciens fundamentum juriſdictionis judicis ab initio eſt vendicanda. 413. 28

Exceptione remota non intelligitur ea remota, quæ ex adverſarij facto deſcendit. 610. 88

Extinctum ſemel quod eſt, ejus perinde nulla ratio habetur, ac ſi nunquam in rerum natura fuiſſet. 7. 17. & 9. 32

Extenſio nunquam fit ad ſeparata. 84. 26

Exempli cauſa poſitum non reſtringit regulam vel diſpoſitionem. 85. 32

pro Expreſſo habetur id, quod quis veriſimiliter expreſſiſſet. 92. 54

Extenſio intelligitur facta cum omnib. ſuis qualitatibus. 94. 61

Extenſio ad ſeparata non fit, ſi re & ratione ſeparata & diverſa ſint. 109. 102

Experientia eſt efficax rerum magiſtra. 112. 108

Exorbitantia à jure communi ſtrictè ſunt intelligenda. 191. 5

Extrinſecæ ſolemnitates an & quatenus per lapſum temporis præſumantur. 290. 100

Excluſio à jure proſequendi appellationem interpoſitam vel reviſionem petitam pœna eſt. 391. 21

Extrajudicialis denunciatio an impedit præſcriptionem. 553. 18. & 565. 58

Excluſio unius eſt incluſio alterius. 610. 89

Expenſæ quando per retentionem ſerventur. 543. 50 & ſeqq.

F.

Facilius excluditur quis à jure quærendo quàm quæſito. 311. 190. Declaratur num. 294.

Facultas deducendi ad actum habetur pro jure jam ad actum deducto. 308. 176

Facultati quoq; præſcribitur 30. annis. 302. 144. & 306. 165

Limitatur 319. 220. 221

Factum eſſe, ſed revocatum habetur pro non facto. 431. 3. 4. & 7. 17. & 454. 18

quæ facultatis meræ ſunt, non præſcribuntur. 50. 191

Ampliatur & limitatur. 50. 192. 193

Factum id, quod plerunq; fieri ſolet, præſumitur. 142. 19

Facta quando præſumantur. 150. 50

Factum nullum pœnam non meretur. 227. 20

Declaratur 228. 21

Facultati adimplendi conditionem poteſtativam non præſcribitur. 345. 296

Secundum facta æſtimantur præſentia, præterita & futura. 639. 6. Fallit num. 42

Facta probabiliter ignorantur. 768. 55

Fama ſola. 550. 7

Favore alicujus introducta non in ejus odium retorqueri debent. 254. 9. & 720. 18

Feudi natura. 6. 8

à Feudi ſucceſſione fœminæ repelluntur. 9. 24

etiamſi Feudum expreſſè pro recipiente & ejus hæredibus fuerit acquiſitum. 9. 25

in Feudis appellatione hæredis filius maſculus tantùm continetur. 9. 26

etiamſi Feudum ſit emtum. 9. 27

Feudum illius vaſalli, qui ſine maſculo hærede decedit, domino feudi aperitur. 9. 29

Et quidem ipſo jure. 9. 30

Feudi dominium, quod per ſucceſſionem defertur, ipſo jure in ſucceſſores tranſit. 10. 31

In feudalibus controverſiis inveſtituræ tenor potiſſimùm attendendus. 11. 39

I N D E X.

Feudum eſt contractum. 13. 50
Et quidem nominatus. 510. 203. & 13. 51
Vltrò citroq́ obligatorium. 13. 52
Feudi contractus eſt oneroſus. 17. 70
Feudi conceſſio à Rege poſt electionem ante coronationem firma & rata eſt. 19. 81
Feudum intelligitur conceſſum ſecundum conſuetudines loci, ubi inveſtitura facta eſt 28. 120
ad Feudi ſucceſſionem admittuntur etiam collaterales ultimi defuncti, qui à primo acquirente originem trahunt. 29. 122
Feudum improprium. 30. 128
in Feudi ſucceſſione fœmina ſemel excluſa an ſemper excluſa cenſeatur. 29. 124. & ſeqq.
Feudum Francum eſt improprium. 31. 128
Feudum quodlibet in dubio cenſetur eſſe hæreditarium. 31. 129
Feudum in cujus acquiſitione fit mentio hæredum, dicitur hæreditarium. 31. 130
in Feudo fœmina ex pacto ſuccedere poteſt. 32. 132
Et Statuto & Conſuetudine. 32. 133. 134
Feudi qualitas probatur per confeſſionem ejus, de cujus præjudicio agitur. 34. 141
Feudalem rem eſſe probatur per verba Principis non tantùm adſertiva ſed & narrativa. 35. 143
Item per conjecturas & præſumptiones. 36. 144
Feudo aperto dominus tenetur ei, qui ultimo defuncto proximior eſt, de novo concedere. 37. 146
Ampliatur hoc aliquot modis 37. 147
Feudum domino apertum & rurſum conceſſum agnatis, antiquum remanet. 38. 148
Feudum 30. annis de novo præſcribitur. 38. 149
Feudum certam qualitatem etiam ex unico actu nanciſcitur. 41. 164
Feudi naturale non ſubſtantiale eſt, ut dominium directum inſideat apud dominum. 44. 175
Feudum honorificum & Francum habens ſervire non tenetur. 52. 202. 203
Feudum Francum quid? 53. 204
Feudo privantur Rebellionis Rei. 127. 172
Feuda quæ & quando à ſuperiore licitè conferantur. 131. 188
Feudi ſucceſſor tenetur ex contractu ratione feudi inito. 162. 7
Feudi dominus an poſſit in propria cauſa conſtituere Judicem ordinarium. 172. 8. & 173. 17
in Feudalibus cauſis decidendis ceſſantibus conſuetudinibus feudorum, jus Canonum ſervandum eſt. 176. 31
Felonia qualiter remiſſa cenſeatur. 196. 32 & ſeqq.
Feudalis cauſæ judicium an in arcibus ac jure Saxonicu exerceri poſſint, etiamſi illæ obſeratæ non ſint. 200. 45
Felonia quot teſtibus probetur. 209. 77
Felonia probatio minùs perfecta an ſuppleatur per delationem juramenti. 210. 82
Feloniæ innocentia quot teſtibus probetur. 210. 83
Feudum propter benemerita vel ſervitia præcedentia conceſſum, vaſallus ob nullam feloniam amittit. 219. 110
in Feudis etiam currit præſcriptio 30. annorum. 301. 141
Feudalibus in cauſis decidendis quando Jus Canonicum ſervandum. 314. 201
in Feudis præſcriptio lapſa contra unum an reliquis etiam nondum natis obſit. 314. 203. & 239. 250
Feudum creditori oppignoratum ab eo emens, non à creditore ſed à debitore emiſſe putatur. 330. 250
Feudum eſt quoddam jus perſonæ cohærens & uſufructui ſimile. 291. 101
Feudo evicto non datur actio ei, contra quem evincitur adverſus eum à quo acceperat. 299. 135. 137
Feuda regulariter omnia à lucro originem traxerunt 353. 6
Felonia in omittendo conſiſtens à defuncto commiſſa an ejus hæredi noceat. 370. 65
Feudi amiſſio pœna eſt. 391. 22
Feudum antiquum Epiſcopo apertum, ut menſæ Epiſcopi apertum cenſeatur, quæ requirantur. 466. 10. & num. 201. & num 208
Feudum antiquum ut fit & infeudari ſolitum quoad hunc finem, ut Epiſcopus poſſit illud ſibi apertum abſq́ conſenſu Capituli & non intervenientib. legitimis requiſitis alteri in feudum concedere, quid aliqui Dd. requirant. 467. 11. & num. 82. & num. 209
Feudum ex pacto & providentia quando judicetur. 486 98 (487. 99
Feudum in dubio cenſetur ex pacto & providentia.
Feudum emptum eſt feudum improprium. 503. 170
ob Feudi alienationem illicitam tàm venditor quàm emptor ipſo jure amittit jus, quod quovis modo in eo habuit. 523. 255
in Feudis nulla alia quàm 30. annorum præſcriptio obtinet. 553 20
Feudum ultra 30. annos poſſidens qualiter id præſcribat. 557. 40
in Feudalibus controverſiis jus Canonicum ſervandum, ſi à jure civili diſcrepet. 569. 75
Feudi natura eſt, ut ex liberalitate concedatur 595. 46
Feudum etiam gratuitò conceſſum eſt contractus. 598. 58
Feudum præſumitur gratis conceſſum. 714. 32
Fidei humanæ nil magis convenit quàm pacta ſervare. 188. 105
Fidei defectus ſuppletur numero teſtium. 110. 79
Fidem datam non ſervans in dolo eſſe præſumitur. 227. 16

Fidem

Digitized by Google

Fidem datam non ſervanti iterum fides non eſt ſervanda. 234. 33
Fidem frangenti an fides frangenda in contractibus nominatis. 683. 89. & 686. 101
Fidejuſſor non poteſt recuſari, qui obligari & conveniri poteſt. 179. 49
Fidejuſſorem judicio ſiſti dans neq; capi neq; carceribus detineri debet in cauſis civilibus. 180. 51
De jure Saxon. etiam in criminalibus. 181. 56
Fidejuſſor, qui eſt difficilis conventionis, idoneus non eſt. 208. 43
Fidejuſſoribus promiſſionum pœnalium quæ exceptiones competant. 208. 76
Fidejuſſores ſi non oppoſitis competentibus exceptionibus pœnam ſolverint, an pro pœna ſoluta regreſſum ad principalem habeant. 208. 78
Fidejuſſor juramento ſe obſtringens indiſtinctè etiam non excuſſo principali tenetur. 339. 282
Fidejuſſor non niſi per ſolennem ſtipulationem obligatur. 292. 108
Fidejuſſio an valeat, qua fidejuſſor promiſit Reum principalem quid facturum vel daturum. 293. 112. & 293. 115
Fidejuſſio ſimpliciter facta omninò valet. 294. 117
Fidejuſſor & debitor principalis uno libello conveniri poſſunt. 295. 121. 124
Fidejuſſor quando beneficio excuſſionis uti non poſſit. 295. 123
Fidejuſſor an evictionis teneatur, ſi res pro parte evincatur. 388. 13. & 613. 95
Filius ingratus ſemel patri reconciliatus, poſtea ab eo exhæredari propter illam ingratitudinem non poteſt. 197. 38
Filius copulans inimicitiam cum inimicis patris perinde exhæredari poteſt, atq; ſi ipſe inimicus patri effectus fuiſſet. 428. 66
Fiſcus & Eccleſia an à pari procedant. 534. 5
Fœminæ à ſucceſſione feudi repelluntur. 9. 24
Et deſcendentes ex fœminis. 9. 28
Fœminæ & ex illis deſcendentes arcentur à ſucceſſione bonorum etiam allodialium, ſi habeant admixta Regalia vel dignitatem regalem cum adminiſtratione, aut mero & mixto Imperio. 10. 35
Fœmina & ex ea deſcendentes ad ſucceſſionem feudi empti admittuntur. 27. 116. & 44. 177
Item ſi feudum ſit Francum. 28. 117
Item ſi feudum propter benemerita conceditur. 28. 118. & 44. 176
Fœminæ etiam ad ſucceſſionem illorum bonorum admittuntur, quæ habent regalem dignitatem annexam. 45. 178. & 29. 123
Fœmina ſemel à feudo excluſa, ſemper excluſa cenſetur. 29. 124
Et omnes ex eo deſcendentes. 30. 124
Limitatur in feudo improprio. 30. 127
Et in feudo hereditario. ibid.
Fœmina ex pacto ad ſucceſſionem feudi admitti poteſt. 32. 132
Et Statuto. 32. 133
Et Privilegio. 32. 134
Et Conſuetudine. 32. 135
Etiamſi Feudum habeat merum & mixtum Imperium. ibid.
Forma feudi conſtat ex tenore inveſtituræ. 16. 39
Forma præcisè & ad unguem eſt implenda. 17. 72
Forma per æquipollens adimpleri nequit. ibid.
Formæ in modico tantùm alteratio aut mutatio actum vitiat. 18. 72
Forum ſortiri in aliquo loco, & uti ejus legibus à pari procedunt. 118. 134
Fortuitus caſus facti eſt & in mero facto conſiſtit. 287. 89
Fortuiti caſus periculum in ſe recipiens, de quo caſu non teneatur. 620. 87
Francum feudum habens ſervire non tenetur. 52. 203
Francum feudum quid. 53. 204
Fratres in æqualitate ſervandi. 678. 65
Fraus & dolus nulli patrocinari debet. 233. 29
Fructus pignoris ſunt ejuſdem juris, cujus eſt pignus. 277. 57. & ſeq.
Fructus conſumpti quando præſumantur. 540. 27
Fructus vivo Prælato percepti ex rebus ad menſam ejus pertinentibus, ad ipſum Prælatum ſpectant. 546. 59
Fugiens ex carcere, dum iniquè detineretur, non tenetur. 207. 66
Fugiens ex carcere, in quo injuriam patitur aut metuit, non tenetur. 208. 68
Fundamento deſtructo, deſtruuntur omnia ſuper eo ædificata. 297. 127. & 512. 215. & 627. 23

G.

Geminata verba quid operentur. 54. 210. & 470. 21
Geminata verba plus operantur quàm univerſalia. 55. 215
Geminatus conſenſus enixam voluntatem intendit. 244. 3
Geminata univerſalis quid operetur. 324. 235. & 334. 264
Geminatio actus declarativi voluntatis, omnem ſuſpicionem, quod quid ad precum importunitatem factum ſit, removet. 527. 284
Geminatio ut efficax ſit, quid requiratur. 674. 53
Generalis conceſſio feudi quomodo intelligatur. 53. 205
Generi per ſpeciem derogatur. 40. 162
Generalia verba minus operantur quàm univerſalia. 45. 218
Generali ſub diſpoſitione non comprehenduntur Principes. 80. 2

Generalis diſpoſitio tantùm operatur quoad quamlibet ſpeciem ſub illa diſpoſitione comprehenſam, quantum operatur diſpoſitio ſpecialis quoad ſpeciem in illa expreſſam. 85.30
Generalis diſpoſitio comprehendit etiam perſonas privilegiatas. 89.44
Generaliter loquens diſpoſitio non debet à nobis diſtingui. 91.49
Etiamſi ſit odioſa vel pœnalis. ibid.
Generali diſpoſitione an comprehendantur Principes, Comites, Duces &c. 102.78
Item fiſcus & patrimonium Imperatoris. ibid.
Generali confirmatione non comprehenduntur illicita & injuſta. 114.113
Aut juri communi contraria. 114.114
Generalis confirmatio non extenditur ad id, quod nullum eſt. 120.143
Nec ad id, quod inutile eſt. 120.144
Generalis lex non eſt diſtinguenda. 128.176
Generali conceſſione adminiſtrationis non intelliguntur ea, quæ quis veroſimiliter conceſſurus non fuiſſet. 199.40
Generalis clauſula in fine poſita, quo caſu non ad omnia præcedentia referatur. 201.47
Generalia generaliter intelligenda ſunt. 322.228
Generalia quid operentur. 437.91.& 468.15
Generalis diſpoſitio quid comprehendat. 594.48
Generali conſtitutione ſpecialioribus nunquam derogatum præſumitur. 648.40
Germaniæ conſuetudine notoria receptum eſt, ut nobilium & aliorum bonorum virorum ſigillis plene credatur. 271.38
Germaniæ conſuetudine receptum eſt, ut juri offerendi contra creditorem non poſſit præſcribi. 315.206
Germaniæ conſuetudine receptum eſt, ut promiſſio per fidem facta habeatur pro jurata. 294.119
Gloſſæ auctoritas & quando allegari poſſit. 297.128.& 316.212.& ſeqq.
Gloſſæ auctoritas prævalet auctoritati Dd. 369.37
Gloſſa vel Doctor plures opiniones referens, ultimo relatam approbaſſe intelligitur, niſi alia ex præcedentibus ſit æquior. 379.28
Gradus Nobilitatis plures ſunt. 81.12
Gratis alicui rem aliquam concedens ſimpliciter intelligitur, tantùm illud jus conceſſiſſe, quod ipſe in illa re habet. 714.34
Id, quod locum habet in feudi conceſſione, etiamſi ea non fiat gratis. 714.35
Gravamen illatum per ſententiam interlocutoriam prolatam ſuper exceptione fori declinatoria vel ſimili ad proceſſum oppoſita an faciat locum appellationi. 413.29

H.

Hæredis appellatione in feudis, tantùm filius maſculus continetur. 9.26
Etiamſi feudum ſit emtum. 9.27
Hæredi nocet mala fides defuncti quoad præſcriptionem. 138.5
Hæres agens ignorantiam illorum, quæ à defuncto geſta ſunt, prætendere nequit. 149.45
Hæres & defunctus ejuſdem perſonæ vicem repræſentant. 150.48
Hæreditaria debita inter hæredes ipſo jure dividuntur. 154.54
Hæres non debet melioris conditionis eſſe quàm defunctus fuit. 265.26
Hæredis appellatione qui veniant. 269.27.28
Hæres hæredis contrahentis, ipſius contrahentis hæres eſſe dicitur. 277.56.& 269.28.& 56
Hæredum appellatione qui veniant. 276.55
Hæredi juranti rem à defuncto poſſeſſam ad ſe non perveniſſe, an ſit credendum. 282.86
Hæredis verbum in inveſtitura poſitum an etiam extraneos comprehendat. 323.231
Hæredes creditorum & Hæredes fidejuſſorum ab hæredibus debitorum in uno eodemq́ libello conveniri poſſunt. 295.121
Hæres contra factum defuncti venire nequit. 298.133
Hæres poteſt revocare donationem à defuncto factam, ob ingratitudinem donatarij. 354.18
Hæres mariti poteſt accuſare uxorem de adulterio, ſi de eo maritus nunquam conqueſtus fuit. 354.15
Hæres propter feloniam defuncti vaſalli an conveniatur, etiamſi querela nec mota nec præparata ſit. 358.38.& 370.65.& 369.58
Hæres an poſſit vaſallum feudo privare ob feloniam in defunctum commiſſam. 369.58
Hæres legata vel debita hæreditaria ſolvens, hæreditatem agnoviſſe intelligitur. 577.26
Hæreditatis venditor an teneatur de evictione rei particulari evicta. 789.15.& num. 96
Herrenſtand vnd Ritterſtand maximè differunt. 81.10
In Homagijs antiqua forma ſervari nec novitas induci debet. 46.182
Homagium ultra conſuetam formam præſtare nemo tenetur. 46.182
Homagium præſtare recuſans, omnia ſua bona perdit. 186.166
Honoris appellatione quid contineatur. 61.40
Honoris diſpendium vitæ diſpendio comparatur. 218.96

I.

Ignorantia in alieno facto probabilis. 920.58
Ignorantia juſta cauſa eſt concedendi reſtitutionem in integrum. 920.59
Etiam contra lapſum 30. vel 40 annor. 920.60
Imò etiam 100. vel 1000. annorum. 920.61

Digitized by Google

Ignorantiam illorum, quæ à defuncto geſta ſunt, hæres agens prætendere non poteſt. 149.45
Ignorantia improbabilis nemini patrocinari debet. 149.46
Imo æquipatatur ſcientiæ etiam in pœnalib. ibid.
Ignorantia juris num excuſet vaſallum non petentem renovationem inveſtituræ intra annum. 352.4. & 362.54
Ignorantia craſſa an excuſet à dolo. 362.34
Ignorantia juris dubij an excuſet. 363.35
Ignorantia in dubio præſumitur. 480.74
Ignorantia qualiter probetur. 480.75
Ignorantia craſſa non patrocinatur. 503.167
Ignorantia publicè noti craſſa & ſupina eſt. 503.168
Ignorantia juris quando probetur aſſertione jurata allegantis. 525.267
Ignorantia facti proprij non præſumitur. 602.83
Declaratur num. 85.
An ex curſu longi temporis. 609.84
Illiteratum confirmatio præſumitur obreptitiè impetrata. 214.115
Illuſtres & hi qui ſunt de ordine Equeſtri maximè differunt. 81.10. 11. 12
Incorporalium poſſeſſio quomodo acquiratur. 63.3
Incorporalium poſſeſſio an animo retineatur. 63.4
In Incorporalibus quoque poſſeſſio antiquior præſumitur juſtior. 64.9
Indefinita oratio æquipollet univerſali. 98.50
Etiam in Privilegijs. 98.51
Incertum an dici poſſit id, quod veroſimiliter eſt incertum. 346.298
In continenti, i. e. quamprimum poteſtas & facultas eſt. 429.70. & 424.57
In continenti probari exceptio quomodo dicatur. 567.66
Immemorialis præſcriptio an per errorem juris impediatur. 279.68
Immemorialis temporis lapſus omnem defectum ſupplet. 287.88. & 52. 136. & 21.87
Immemoriale tempus illud dicitur, quod 100. annos excludit. 33.137
Immemoriale tempus habet vim Privilegij 124 162
Et quando vigorem ſuum amittat. 125.163
inducit præſumptionem juris & de jure. 311.188
Immobilis in loco judicij non poſſidens, cautionem præſtare cogitur judicio ſiſti de expenſis & damnis ſolvendis. 415.33
Imperator Romanus appellationem tollere poteſt. 8.22
Imperator Romanus formam vel tenorem primæ inveſtituræ invito vaſallo alterare aut mutare non poteſt invito vaſallo. 11.41
Imperator Romanus non poteſt contractum feudi retractare vel illi derogare. 13.52
Imperator bona Imperij in feudum concedere poteſt. 25.109
Imperator Romanus non poteſt alicui auferre jus per remedium civile quæſitum. 61.236
Nec derogare titulo quæſito ex curſu temporis immemorialis. 62.236
Imperium merum & mixtum conceſſum intelligitur conceſſa juriſdictione. 71.29
Imperium merum & mixtum habere eſt dignitas. 71.31
Imperium merum & mixtum præſcriptione acquiri poſſunt. 72.35
Et quanto tempore. 72.36
Imperator omnium cauſarum cognitionem alteri demandare poteſt. 103.80
Etiam ſuæ propriæ. 171.4 & 173.12
Imperator permittens alicui poſſeſſionem propria auctoritate occupare, permittit etiam ut impunè non ſervato juris ordine eam occupet. 435.86
Præſertim ſi addat clauſulam, Ex certa ſcientia. 435.87
Imperator in contractib. ut privatus obligatur. 440.97
Imploratio officij judicis per præſcriptionem 30. annorum tollitur. 21.88
Imperator an & quomodo poſſit delegare cauſam, ut ſummariè procedat. 414.32
Importunæ preces. 527.283. & ſeqq.
Imperatoria Majeſtas facilè quem defendere poteſt. 645.28
Imperatoria Majeſtas ſemper ſolvenda eſt. 645.29
Incendio ordo quilibet poteſt domum vicini, quæ inter ſuam & flagrantem eſt, arcendi incendij cauſa deſtruere. 640.13
Declaratur num. 47.
Incluſio unius eſt excluſio alterius 52 200. & 120.141
Individua pro parte probari & pro parte reprobari nequeunt. 57.32
Inducta ad unum effectum, non debent alium operari. 9.16
Inferiora judicia debent uti Statutis judicij ſuperioris. 117.132
Inferior factum ſuperioris ex juſta cauſa immutare poteſt. 119.137
Inferiori an ſuperior inhibere poſſit. 129.180
Inhibitio etiam tacitè fieri poteſt. 130.186
Inhibitio inferiori à ſuperiore facta quando rata eſſe poſſit. 132.191
Inferior ſuperiorem recognoſcens an ſuam cauſam alteri delegare poſſit. 172.9
Injuriarum actio eſt famoſa. 186.72
Injuria orta ex actione contra aliquem inſtituta, quando demum vindicari poſſit. 186.78
Inimicitiæ ſunt juſta cauſa recuſandi judicem. 191.89
Inimicus præſumitur, qui ſaltem conatus fuit injuriam inferre. 192.12
Inimicus præſumitur, qui noluit cum [illegible]

 actum

actum humanitatis ſolitum cum ſimilibus perſonis exerceri. 192. 13

Inimicus præſumitur, qui alium non ſalutat. 192. 14

Injuſtè incarceratus dimiſſus an obligetur ex jurata promiſſione de redeundo. 207. 67

Injuriam patiens carceratus licitè aufugere poteſt. 208. 68

Innocentia feloniæ quot teſtib. probetur. 211. 83

Inſulitas vitanda. 306. 162

Limitatur 318. 219. & 334. 266

Injuria etiam leviſſima perſonæ illata quam gravis. 639. 10.

Injuriarum actione quid vindicari poſſit. 659. 78

Inſolita præſumuntur per errorem facta. 497. 133. Et per dolum extorta. 497. 134. adeò, ut contra hanc præſumptionem non admittatur probatio. 497. 135. quæ præſumptio etiam ſucceſſoribus patrocinatur. 497. 136

Inſtrumentum contrarietatem continens, eſt rejiciendum. 7. 12

Inſtrumentum extra ſua verba non debet extendi. 7. 16

Inſtrumentum debiti apud debitorem repertum ſolutionem præſumit. 141. 16

Inſtrumento cuilibet ſtatur, donec probetur contrarium. 142. 21

Limitatur 153. 60

Inſtrumentum mutui probat, debitum adhuc eſſe, niſi vel per quinq; teſtes vel per Inſtrumentum aliud probetur contrarium. 142. 22

Inſtrumenti verba ita accipienda, ne ſibi contradicant. 198. 39

Inſtitoris ex contractu ut quis obligetur, quæ requirantur. 240. 46

Inſtrumentum debiti cancellatum repertum apud debitorem quid operetur. 267. 21

Inſtrumentum non probat traditionem. 281. 72. 73

Inſtrumentum pacis præſupponit bellum. 285. 84

Inſtrumentum legitimationis quem illegitimè natum eſſe præſupponit. 285. 84

Inſtrumentum cauſæ apud aliquem repertum præſumit mandatum ad agendum. 289. 95. & 713. 39

Inſtrumentum inter alias perſonas confectum quoad alium titulum plenè probet. 365. 45

Inſtrumenta poſt cauſæ concluſionem non produci poſſunt, niſi ſint noviter reperta. 375. 8.

Inſtrumenti pars una declaratur per aliam. 410 20

Inſtrumenta antiqua quæ. 550. 2

Inſtrumenta inter alios confecta quomodo probent. 550. 7

Inſtrumentum antiquum quando nō probet. 559. 43

Inſtrumenta hæreditaria apud ſe habens præſumptivè probatur hæres eſſe. 715. 40.

Inſtrumentum continens contractum Principis, probat dominium indiſtinctè. 718. 52

Interpretatio quæ verbis refragatur, rejicienda. 7. 11. & 42. 175

Interdicto retinendæ qualiter quis agere poſſit & obtinere. 63. 1. & 64. 6. 7. & 66. 12. 13

In interdicto, uti poſſidetis, ſi non conſtat de antiquiore poſſeſſione, obtinet is, qui probat titulum. 66. 12

Interpretari Privilegium per viam rationis cuiq; licet. 93. 56

Interpretatio, quæ fit ex intervallo & cum præjudicio alterius conjuncta eſt, non recipitur. 93. 58

Interpretatio illa ſumenda, quæ æqualitatem inter contrahentes ſervat. 271. 47. & 97. 66. & 677. 62

Interpellatio extrajudicialis regulariter non nocet. 131. 53

Intellectus c. cum ſuper. ext. de offic. deleg. 193. 20

Intellectus art. 65. Lehenrecht. 194. 23. & 200. 45

Intellectus art. 68. Lehenrecht. 195. 28. & 202. 52

Intellectus Clem. ſi ſummus Pontifex. de ſentent. excommunic. 198. 35

ad Intereſſe conventus non propter moram ſed propter factum aliquod illicitum & non permiſſum, omne intereſſe etiam extrinſecum reſarcire cogitur. 227. 17

Intereſſe petentis cauſa favorabilior eſt quàm ejus, qui pœnam petit. 228 21

Intereſſe ſolvit is, qui alteri damnum intulit aut lucrum impedivit. 228. 22

Intereſſe an tantum ex prima an etiam ex ſequentibus negociationibus petatur. 229. 25

Intereſſe lucri ceſſantis tantùm is petit qui ſolitus eſt negociari. 230. 26

Intereſſe appellatione quid veniat. 275. 49. & 279. 65

Intereſſe & rei reſtitutio in uno libello quomodo peti poſſint. 279. 66

Intellectus l. 2. C. ſi vend. pign. agat. 325. 204. & 345. 305

Interpretatio abſurditatem vel legum correctionem inducens eſt vitanda. 337. 272

Intellectus Ordinat. Cameræ p. 2. t. 29. 397. 44

Intellectus Ordinat. Cameræ p. 2. t. 32. 444. 107

Interpretatio eſt ſpiritus ſcripturæ. 487. 101

Interpretatio illa in contractibus adhibenda eſt, quæ utriq; contrahentium utilis eſt. 491. 117

Interpretatio beneficij ſpectat ad Principem. 590. 26. & 616 103. 104

Intellectus c. 1. in pr. de Capit. qui cur. vend. 602. 66

Intellectus l. nobiliores. C. de commerc. & mercat. 627. 22.

Interpretatio juſtior ex multis eligenda eſt. 631. 79

Intellectus l. cum precibus. C. de rei. permut. 683. 90. & ſeq. & 686. 102. & ſeq.

Intellectus l. ſi domus. § fin. de legat. 1. & in titulis onerosis obtineat. 710. 17

In Interrogatorijs poſita contra ponentem ſaltem indicium faciunt. 694. 22

Intellectus l. unic. C. de errore calculi. 761. 30
Intellectus l. ante §. Lucius, de leg. at. 2. 749. 31
Intellectus l. litibus. C. de agricol. & cenſ. 740. 121
Invalida per ſe ſæpè aliis adjumentum præſtant. 519. 238
Inventarium factum eſſe allegans incumbit probatio. 348. 303. 304
Inveſtitura à minore facta perinde habenda videtur, ac ſi nunquam facta fuiſſet. 6. 6
Inveſtitura ſub qua non comprehenditur reſervatio directi dominii, non poteſt dici feudum. 7. 11
Inveſtitura in dubio præſumitur eſſe facta & concepta ſecundum jus commune feudorum. 10. 38
Inveſtituræ tenor in omnibus controverſiis feudalibus potiſſimùm attendendus. 11. 39. 40
Etiamſi naturæ feudi & conſuetudinibus feudorum refragetur. ibid.
Inveſtitura ex conventionibus informatur. n. 39
Inveſtitura prima in omnibus controverſiis feudalib. reſpicienda & ſequenda. 11. 40
Eſt enim radix, origo & fundamentum feudi. ibid.
Inveſtiturarum ſequentium tenor ex prima inveſtitura regulari debet. 12. 44
Inveſtituræ verba reputantur ejus forma. 18. 73
Inveſtitura facta à Principe poſtea juſtè & ſolenniter expulſo rata eſt & manet. 20. 82
Inveſtitura invalida confirmatur per ratihabitionem ſubſequentem. 20. 83
Inveſtitura intelligitur ſecundum Statuta & conſuetudines ſui loci facta eſſe. 28. 119
Inveſtitura recipit declarationem ex conſuetudine inveſtientis. 40. 163
Inveſtituræ ità ſunt interpretandæ, ne contrarietatem contineant. 43. 172
Inveſtituræ antiquæ pacta etiam perſonalia reſpectu novi vaſalli in conſiderationem veniunt. 45. 179
Inveſtitura præſumitur facta ſecundum jus commune niſi de contrario conſtet. 45. 181
Inveſtituræ renovatio præſumitur facta ſecundum primæ inveſtituræ tenorem. 46. 181
Inveſtitura prima eſt fons ſequentium. 57. 226
Inveſtitura nova non aliter valet, niſi ad illam fuerint adhibiti teſtes Pares curiæ. 475. 47
Declaratur 504. 172
Inveſtitis duobus de uno re, uter præferatur. 476. 50. & ſeqq.
Inveſtitura elicita per inſortunitatem precum obligatoria non eſt. 479. 70
Declaratur num. 286. & ſeqq.
Inveſtitura ſecundo facta ei qui prius poſſeſſionem habuit; præfertur inveſtituræ primæ. 505. 178
Inveſtitura ſemper intelligitur cum clauſula, Salvo jure tertii. 587. 3. 4
Declaratur 600. 65
Inveſtituræ tenor quatenus attendendus ſit. 389. 97
Inveſtitura de feudo viventis purè facta, feudi poſſeſſore non conſentiente per ſe & ipſo jure nulla eſt. 189. 21. & num. 67. & num. 102
In Inveſtituris clauſulæ apponi ſolitæ, ſi omiſſa ſint pro appoſitis habentur. 714. 37
Judicis perſona ante omnia debet eſſe certa. 390. 12
Judex à quo nullam injuriam patitur per appellationem. 390. 13
Judex à quo non poteſt exequi ſententiam propter deſertionem prætenſam, niſi judex ad quem pronunciaverit, appellationem deſertam eſſe. 393. 29
ad Judicem extraneum nemo pertrahi debet. 405. 4
ad Judicem extraneum an quis vigore reſcripti pertrahi poſſit, ſi non ultra unam diætam pertraheretur. 407. 8
Judex etiam delegatus de exceptionibus fori declinatoriis coram ſe oppoſitis cognoſcere poteſt. 428. 116
Judicis ſententia facit actionem judicati. 451. 5
Judicati tempus à quo tempore currat ſi appellatum ſit. 452 6
Judex de exceptione ad proceſſum oppoſita cognoſcere debet. 568. 67. & ſeqq.
Judex de exceptione ad merita cauſæ oppoſita cognoſcere tenetur & non pronunciare. 569. 72. & ſeqq.
Judicis decretum ex curſu longi temporis interveniſſe præſumitur. 276. 18. & 6.
Judex in dubio quam viam eligere debeat. 622. 116
Judex contra communem judicans, imperitus præſumitur & parti ad intereſſe tenetur. 627. 19
Fallit num. 21
Judicis à communi opinione recedentis pœna. 709. 9
Judex locatori ſpoliato reſtitutionem petenti, illam ſimpliciter & ſine dilatione concedere debet. 736. 113
Judex debet judicare non tantum ſecundum leges, ſed & ſecundum conſuetudinem. 47. 187
Judex contra conſuetudinem judicans litem ſuam facit. 48. 187
Judex juſtitiam denegare non præſumitur. 82. 16
Judex in propria cauſa nemo eſſe poteſt. 85. 31
Judex non debet admittere articulos non veroſimilia continentes. 94. 59
ad Judicem ſuperiorem trahi non debet, cujus cauſa ad inferiorem ſpectat. 103. 81
Judicare de eo, quod à Principe geſtum eſt, nemini permittitur. 108. 96
Judicia inferiorà reguntur ſecundum ſuperiorum Statuta. 117. 132
Judicii forma mutari poteſt ab his, qui juriſdictionem perpetuam habent. 128. 174
Judex delegans poteſt delegatum pro ſuo libitu avocare. 129. 184
Judex in judicando nunquam ſequi debet opiniones communiter reprobatas. 147. 37

Iudex in propria cauſa nemo eſſe poteſt. 171. 1
Etiamſi altera pars non opponat. 171. 2
Aut etiam expreßè conſentiat. 171. 3
Iudex primæ inſtantiæ, ſi efficiatur judex in cauſa appellationis, illam alteri delegare poteſt. 171. 5
Iudex ordinarius quo caſu cauſam propriam alteri delegare poteſt, delegatus ut ſuſpectus recuſari poteſt. 174. 28
Iudicem ſuſpectum allegans, an hoc probare debeat. 190. 1
Iudices ſæpè plus moventur rationibus parum concludentibus quàm relevantibus. 191. 7
Iudice uno ſuſpecto, non ſtatim totum judicium declinatur. 193. 15
Iudices ordinarij plures habent juriſdictionem in ſolidum. 193. 17
Iudex Reo terminum ad proponendas omnes ſuas dilatorias præfigere poteſt. 200. 44
Iudex aliquem malè tractans præſumitur & in poſterum malè tractare velle. 208. 69
Iudex quando alicui præcipere poſſit, ut ſtet certo aliquo loco. 209. 74
Iudex non poteſt condemnare ad aliud quàm quod petitum eſt. 212. 87
Iudicia totius Imperij Romani debent imitari modum pronunciandi Cameræ Imperialis. 294. 121
Iudex contra communem opinionem judicans imperitus præſumitur. 356. 86
Iudex à quo, ſententiam à qua appellatum fuit, appellatione deſerta, exequi nequit, niſi prævia citatione. 384. 10
Iudex nec tacitè nec expreßè poteſt declarare, ſe competentem eſſe eo caſu, quando notoriè conſtat de incompetentia. 385. 16
Iuramentum calumniæ non habet locum in cauſis feudalibus inter dominum & vaſallum motis. 185. 67
In reliquis verò præter lites feudales fit. 185. 68
Iuramento calumniæ an conſuetudine derogari poſſit. 185. 69
Iuramentum de non recipiendo dona ſub evitatione indignationis Principis, de qua pœna intelligendum. 216. 101. & 217. 103
Iuramento hæredis aſſerentis rem à defuncto poſſeſſam ad ſe non perveniſſe, an ſit ſtandum. 285. 86
Iuramentum intelligitur ſecundum naturam actus cui apponitur. 309. 178. & 339. 277
Iuramentum appoſitum contractui an habeat vim litis conteſtationis. 309. 179
Iurato pacto præſcribi 40. annis. ibid. & 338. 275
Iuramenti & juratæ renunciationis vis. 320. 224.
Iurato ſuper actu lex civilis nil diſponere poteſt. 321. 225.
Iuramentum ſemper aliquid addit contractui. 339. 278. & ſeqq.
Iuramentum appoſitum contractui impedit purgationem moræ. 348. 283
Iuramentum habet vim præciſam & in forma ſpecifica impleri debet. 471. 26
Declaratur 516. 124
Iuramentum habet vim judicij. 471. 28
Declaratur 516. 226
Iuramentum æquiparatur ſententiæ judicis. 472. 29
Declaratur 516. 227
Iuramento non veroſimilia continenti non datur fides. 148. 40
In Iuramento fidelitatis & homagio ſolet antiqua forma ſervari nec novitas introduci. 46. 182
Iuramentum fidelitatis præter antiquam formam præſtitum præſumitur metu extortum. 47. 183
Iuris appellatione etiam conſuetudo venit. 47. 187
Iuriſdictio cohæret territorio. 69. 23
Iuriſdictio conceſſa intelligitur caſtro conceſſo. 69 25
Sive ſimpliciter ſive cum territorio concedatur. 70 26
Iuriſdictio præſumitur in dubio cohærere caſtro. ibid.
Iuriſdictione ſimpliciter conceſſa intelligitur etiam conceſſum merum & mixtum Imperium. 71. 27
Iuramentum aſſecurationis exigitur, ut pax publica conſervetur. 116. 168
Iuriſdictionem perpetuam habentes, formam judicij penitus alterare & mutare poſſunt. 128 174
Iuriſdictionem non ſuo ſed alieno nomine exercens non ordinarius ſed delegatus cenſetur. 129. 282
Iuriſdictionem Princeps pro libitu revocare poteſt. 131. 187
Iuriſdictio conſuetudine quoq; acquiritur. 173. 18
Iuriſdictio pluribus judicibus ordinarijs in ſolidum competit. 193. 1
Iuriſdictio cur abſq; titulo 30. annis præſcribatur. 631. 47
Ius ſuperioris dominij & jus directi dominij quoad ſubſtantiam differunt. 43. 174
Ius civile concedens præſcriptionem cum mala fide correctum eſt per jus Canon. 124. 160
Iuris diſpoſitio habetur pro Notetia. 135. 199
Ius reale quomodo inducatur. 165. 26
Ius civile in controverſiis feudalibus quando obſervandum ſit. 177. 38
Ius civile in judicio Cameræ ſervatur. 181. 55
Iuris communis correctio per ſubauditos intellectus non debet induci. 195 29
Iuri adeundi hæreditatem præſcribi poteſt 30. annis. 302. 145
Iuri ſupplementum legitimæ petendi præſcribi poteſt ſpacio 30. annorum. 303. 147
Item juri petendi legatum. 303. 148. & 344. 295
Item juri petendi reductionem laudi. 303 149
Item juri dicendi contractum nullum. 303. 150
Iuri offerendi an præſcribatur. 305. 158. & 313. 205
Ius offerendi ex pacto de retrovendendo differt à jure reluendi pignoris. 333. 262

Iuris communis appellatione non tantùm jus civile, ſed & Canonicum venit. 336. 272
Iuri quærendo an facilius præſcribatur quàm juri jam quæſito. 344. 292
Iura vetera non tolluntur per ſupervenientiam novarum actionum aut jurium. 341. 306
Iuris ignorantia non prodeſt in evitando illo damno, quod à lucro initium ſumit. 353. 6
Contrarium verius. 365. 44
Ius revocandi rem aliquam propter delictum, ad hæredes & contra hæredes an & quando tranſeat. 355. 89. & 371. 66
Iuris dubii ignorantia an noceat. 362. 31
Iura juribus conjungenda & declaranda. 371. 65
Ius petendi pœnam an ad hæredes tranſeat. 372. 67
Ius ortum ex ſententia domini declaratoria etiam agendo proponi poteſt. 381. 45
Ius propria auctoritate occupandi pignus non tantùm contra ipſum debitorem, ſed & contra eum, qui à debitore cauſam habet, exerceri poteſt. 421. 55
Ius impeditum habens quoad effectum juris, illi renunciare nequit. 454. 12
Ius offerendi an præſcribatur. 553. 22. & num. 53
Iuri redimendi rem venditam ex pacto an præſcribatur 554. 24. & nu. 55
Ius ad id accommodandum quod frequenter contingit. 595. 45
contra Ius civile quid faciens in mala fide eſſe præſumitur. 623. 38
Ius confirmandi Epiſcopum cur abſq; titulo 30. annis præſcribatur. 631. 48
Ius tollicitandi cum titulo decem, abſq; titulo 30. annis cur præſcribatur. 631. 49
Ius piſcandi in flumine publico abſq; titulo 30. annis præſcribitur. 631. 50
Sicut & jus venandi & aucupandi. num. 51
Ius piſcandi quo caſu cum titulo 10. annis præſcribatur. 631. 52
Ius cædendi ligna in ſylva aliena ſpacio 30. annorum cur præſcribatur. 631. 53
Ius hoc, ut incolæ alicuius loci ad molendinum alicujus accedere cogantur, 30. annis præſcribitur. 631. 54
Ius allegans id probare tenetur. 959. 21
Ius petendi reductionem ad arbitrium boni viri non præſcribitur niſi ſpacio 30. annorum, etiamſi laudo quis non contradixerit intra annum. 761. 32
Declaratur, num. 33

L.

Læſio non præſumitur. 226. 278
Lædi nemo intelligitur ex tali actu, qui initio tàm ad commodum quàm ad incommodum habere potest. 662. 3 Declaratur num. 32
Læſo infra dimidium juſti precij non ſuccurritur, niſi aliter convenerit. 677. 61. & 682. 83
Læſus à bono viro infra dimidium juſti precij an & quando habeat contra illum actionem ad id quod intereſt, vel ad reſcindendum contractum. 755. 5. & 759. 19. & ſeqq.
Læſo in diviſione etiam citra dimidium juſti precij ſuccurritur ſecundum Molinæum 756. 6
Contrarium approbatur n. 8. & 22. & n. 27. & ſeqq.
Idem eſt, ſi diviſio à tertio facta ſit, vel alius contractus à tertio initus. 755. 7
Declaratur num. 31. & 48
Læſo ex facto alterius facilius ſuccurritur 264. 42
Lapſus temporis præſumit ſolennitatem actus. 289. 99. & 140. 11
ex lapſu 30. annorum an malæ fidei præſumptio purgetur. 286. 85
Lapſus temporis ſolus abſq; alio adminiculo nihil operatur. 287. 89
Lapſus triginta annorum purgatur omne vitium, quod poſſit conſiderari ad actus annullationem. 290. 99
Lapſus temporis immemorialis quid operetur. 483. 87
Lapſu longi temporis qualiter præſumantur omnia ſolenniter acta. 575. 15. & 580. 38
Lapſu longiſſimi temporis tollitur omnis defectus, qui contra contractum ab Eccleſia celebratum allegari poteſt. 576. 20
Lapſus longi temporis quando ſubſtantia actus præſumitur etiam in his, quæ agunt de gravi præjudicio. 577. 21
Lapſu temporis antiqui requiſita in aliquo actu intervenisse præſumuntur. 715. 38
Lapſu longi temporis quando ſolennitas extrinſeca etiam in grave alterius præjudicium præſumatur. 763. 36
Lata culpa æquiparatur dolo, quando non de corporali, ſed pecuniaria agitur. 352. 8
Lata culpa non ſufficit, ubi dolus requiritur. 361. 33
Levitas in Principibus præcipuè vituperanda. 13. 49
Legitimarum præſumptionum effectus. 147. 38
Legitimè factum non retractatur, etiamſi superveniat caſus, à quo incipere non potuiſſet. 150. 49
Leges correctoriæ ſtrictè ſunt accipiendæ. 191. 5
Leges de juramentis nihil diſponere poſſunt. 321. 225. 226
Leges requirentes cauſæ cognitionem eam interpretationem habent, quod nunquam quid ipſo jure fiat, ſed ſemper ſententia judicis neceſſaria ſit. 394. 34
Legatarius antequam accepet legatum, præſcriptione excluditur, etiamſi hæres habeat ſcientiam iſtius legati. 312. 191
Legatum petendi juri præſcribi poteſt 30. annis. 312. 192

Contra-

Contrarium habetur. 344. 293
Legatum in teſtamento ſibi relictum accipiens, totum teſtamentum approbaſſe intelligitur. 577. 28
Liberalitas captioſa improbatur lege. 733. 99
Liberalitas ſua nulli obeſſe debet. 390. 25
Liberatorius titulus quando præſumatur. 141. 15. & 147. 36
Libellus alternativus parte opponente cur non procedat. 213. 90
Libellus obſcurus ut tolleretur, cautela. 213. 92
Libellus Reo opponente etiam in civilib. non procedit, niſi in eo locus, tempus, perſonæ & reliquæ circumſtantiæ expreſsè ſint, quando ex actione Reus condemnatus infamia notatetur. 215. 99
An idem ſit in libello, in quo dominus adverſus vaſallum ad feudi privationem civiliter agit. 215. 100
Limitata cauſa limitatum producit effectum. 298. 131. & 7. 15
Limitata poſſeſſio limitatum producit effectum. 63. 3
Limitato jure reſoluto, reſolvuntur omnia, quæ ex eo ſequuntur. 298. 132
Lipſica conſuetudine uxor marito defuncto qualiter ſuccedat. 743. 8
Literas Reverſales exigere eſt actus meræ facultatis. 51. 194
Literas accipiens & apud ſe continens, omnia in illis contenta approbare intelligitur. 244. 5
Lite pendente poſſeſſor in ſua poſſeſſione conſervari debet. 253. 7
Lite pendente quæ fieri poſſunt, ea etiam appellatione pendente fieri poſſunt. 253. 7
Literæ Reverſales utrum contra hæredes illorum, quorum in eis mentio ſit, fidem faciant. 265. 6
Literæ & Sigilla æquiparantur. 266. 7
Literæ ſigillatæ & non approbatæ, ubi dominus negat ſe appoſuiſſe, Sigillum quid operentur. 267. 19
Literæ Reverſ. ſunt literæ penitus privatæ. 269. 30
Literas ſine contraria proteſtatione recipiens omnia in illis contenta approbare intelligitur. 445. 108
Litis pendentia debitorem à mora excuſat. 458. 25
Loquendi uſus in diſpoſitione attendi debet. 165. 88
Loco à Marchia vel Ducatu exempto & incolæ ejuſdem à Legibus Marchiæ vel Ducatus eximuntur. 116. 129
in Locis terræ alicui incorporatis leges ejus terræ ſervandæ ſunt. 117. 130
in Locis ſubjectis alicui Regioni regulariter ſunt ſervanda Statuta regionis. 117. 133
Loci alicujus forum ſortiti & ejus legibus ut à pari procedunt. 118. 134
Locans operas ſuas totius temporis mercedem accipere debet, ſi per eum non ſteterit, quò minùs operas ſuas præſtaret. 229. 23
Locator, qui cum obligatione bonorum jurato promiſit contractui locationis ſtare, promiſſioni præciſè cogitur ſtare. 471. 27
Locatio non expreſſa quantitate certa, intelligitur facta illa quantitate, quæ poſtea ſoluta fuit. 556. 35.
Locati actione conventus de jure tertij excipere nequit. 581. 40
Locans alteri rem propriam non negociatur. 625. 18
Locatori petenti illico poſſeſſionem reſtituere tenetur is, qui conductionis titulo poſſidet. 707. 3
Locator probatur dominus rei locatæ ex ſola conductione. 703. 6
Locatio perpetua utile dominium transfert. 22. 96
in Loco contractus uſitatum quod eſt, id etiam actum eſſe intelligitur. 558. 12

M.

Magiſtratus in præjudicium non ſubditi non poteſt Statutum condere vel abrogare. 645. 32
Magiſtratus non poteſt cogere forenſem, ut alteri cautionem de non offendendo præſtet. 645. 34
Mala fides defuncti an noceat hæredi eo caſu, quando cum inventario hæreditatem adivit. 314. 202. & 348. 302
Malæ fidei poſſeſſor an ex fructibus conſumptis locupletior factus præſumatur. 540. 26
Malam fidem habet, qui ſcit ſe obligatum. 553. 17
Mala fides ante completam præſcriptionem ſuperveniens impedit eam. 553. 18
Mala fides an indiſtinctè noceat hæredi. 553. 19. 21
Mala fides auctoris an ſucceſſori ſingulari noceat. 554. 23. & num. 54
Majorem, ut patris, avi, proavi &c. aſſertio habetur pro titulo. 33. 139
in Mala fide eſſe quis dicatur. 123. 128. & 166. 34
Malæ fidei poſſeſſor nulla præſcriptione ſe juvare poteſt. 166. 30. & 124. 159
Quod ampliatur. ibid. & 306. 66
Mala fides defuncti in præſcriptionibus nocet hæredi. 730. 33. & 138. 5. & 167. 35
Fallit tamen. 167. 37
Mala fides in facto arduo præſumitur eſſe continuata in quoſvis poſſeſſores. 137. 38
Malæ fidei poſſeſſor ſi non dominium, tamen confirmationem dominij præſcribere poteſt. 307. 116
Mala fides poſt 30. annorum lapſum allegari non permittitur. 31. 187. & 341. 290
Mala fide poſſidens quatenus præſcribere non poſſit. 312. 193
Mala fides defuncti an noceat ſecundo hæredi. 313. 299. & 320. 249. & 327. 247
Mandatum ex ſolo Sigillo quomodo probetur. 264. 5
Mandatum ex lapſu temporis quando præſumatur. 58 . 93. & 5 4. 5. & num. 22. & 41
Mandatum præ[illegible]itur, ſi cauſæ inſtrumenta apud aliquem inveniantur. 239. 95
Mandato generali an veniant Principi reſervata. 409. 18

Marcha

Mandati fines obſervandi diligenter. 680. 73
Marcha uta argenti quot conſtituat Thaleros. 274. 48
Marchiones ſunt de majorib. Magiſtratib. 73. 37
Maritus uxori adulteræ delictum quando remiſiſſe intelligatur. 197. 34
Marito non licet abuti rebus dotalibus. 643. 23
Maſculi ex fœminis deſcendentes à ſucceſſione feudi repellantur. 9. 28
Maſculi ex fœminis repelluntur quoq; à ſucceſſione bonorum allodialium, quæ habent admixta Regalia vel dignitatem regalem cum adminiſtratione aut mero & mixto Imperio. 10. 33
Mens contrahentium ex ijs intelligitur, quæ in præfatione dicta ſunt. 681. 76. & ſeq.
Mens potius quàm verba inſpicienda. 20. 83.
Item 97. 65
Membra non debent ſeparari à capite. 56. 221
Menti contrahentium ſtandum, quicquid verba ſonent. 97. 65. & 492. 120
Mens contrahentium ex diſpoſitione juris communis colligitur. 492. 121
Matrimonium non exercet, qui fructus ſibi in proprijs agris natos alijs vendit. 625. 8. 9. & 626. 16
Mercatura & nobilitis ſibi repugant. 624. 3
Mercator ſeu negociator propriè quis. 625. 12
Mercatura quo jure nobilibus interdicatur. 628. 29
Merita in alienatione rerum Eccleſiæ an aliquid operentur. 474. 43. & 494. 125. & 519. 241
Meritorum cauſa eſt admodum privilegiata. 493. 124
Merita præſumuntur ſufficientia æſtimationi rei conceſſæ propter merita. 495. 128
Meritorum effectus ad hæredes non tranſit. 523. 253
Merititorum generalis aſſertio quando ea probat. 595. 50. 51
Merita non præſumuntur ſed probari debent. 473. 39
Merita quomodo probentur. 474. 40
Merita futura nihil operantur. 474. 41
Declaratur hoc 518. 235. & 236
Merita non operantur niſi talia ſint quæ vel actionem vel judicis officium producunt. 474. 42
Declaratur 519. 239
Merita etiam aliàs efficacia nihil operantur, niſi in eo, in quo æſtimatio meritorum tum remuneratione ſubſequente concurrit. 475. 45
Metus carceris juſtus eſt. 182. 58
Metu juſto quid faciens, exceptione & actione defenditur. 182. 59
Metus amiſſionis bonorum æquiparatur metui mortis. 361. 29
Metus an actum juratum ipſo jure vitiet. 497. 139

Metus belli æquiparatur bello præſenti. 639. 11. & ſeqq. declaratur num. 48
Metus inducitur ex torvo vultu potentis. 692. 7.
Declaratur 700. 41. & ſeqq.
Metus ex minis. 692. 8. & num. 31. & num. 40
Metus ex ſolis precibus potentis. 692. 9. & n. 42
Metus violentiæ ad infringendum contractum. 692. 10. 11
Metus quomodo probetur. 697. 35. & ſeqq.
Minor 25. annis regulariter feudum dare nequit. 6. 1
Sicut nec res immobiles alienare. 6. 2
Sive tutores habeat ſive non. 6. 3
Etiamſi contractus ille coram Principe ſit celebratus. 6. 4
Minor etiam Regalem dignitatem habens abſq; conſenſu curatorum alienare nequit. 6. 5
Minor Principis conceſſione liberam bonorum adminiſtrationem conſequi poteſt. 18. 74
Minor ex juſta cauſa rem de novo in feudum concedere poteſt. 18. 76
Minor ex lapſu temporis longiſſimi præſumitur in alienatione omnes ſolennitates adhibuiſſe. 18. 77
Minor propter benemerita recipientis poteſt alienare rem immobilem ſine ſolennitate. 19. 79
Minor & Eccleſia à pari procedunt. 534. 2
Minorenni in diviſione aliove contractu læſo etiam infra dimidium juſti pretij quomodo ſuccurratur. 765. 45. & n. 51. & 52
Minor factus major quomodo contractum abſq; Decreto judicis & alia legitima ſolennitate celebratum ratum habere intelligatur 764. 46. & n. 52. & 54. & quid de jure Canon. n. 47
Mixtum comprehenditur ſub ſimplicibus, & de hoc diſpoſitum in alio obtinet. 625. 10
Momento tantùm durantia in conſideratione non habentur. 455. 16
Monaſterium cui & perſona & bona ingreſſi adquiruntur, ad omnia onera ingreſſi tenentur. 165. 25
Multorum appellatio verificatur per tres aut quinq; 502. 158
Mundus non moritur ſed diſpoſitiones mundi. 14. 56
Mutatio formæ tantum in modico vitiat actum. 18. 72
Mutatio voluntatis non præſumitur niſi probetur. 33. 138. & 508. 195
Mutatio privilegij in renovatione, per errorem facta eſſe præſumitur. 116. 128
Mutata qualitate ubi mutatur cauſa & actio, ibi non

 ſequitur

ſequitur condemnatio. 212.88
Mutatio ſtatus, præſertim in deterius, non præſumitur. 508.194

N.

Natura feudi talis eſt, ut in ejus conceſſione utile tantùm dominium in vaſallum tranſeat. 6.8
Natus ſed confeſtim mortuus pro nato non habetur. 455.16
Neceſſaria non ſunt, quæ voluntati alicujus committuntur. 52.201
Negativa eſt multò fortior ad negandum quàm affirmativa ad affirmandum. 471.23
Negativi actus conſuetudinem induunt. 49.188
Negativi actus quando poſitivum actum contineant. 49.190
Negativorum quomodo poſſeſſio acquiri poſſit. 134.197
Negligentia in agendo commiſſa contra unum, an alteri proſit. 371.65
Nemo ſimul dantis & accipientis perſona una vice fungitur. 41.165
Nemo tenetur facere id quod nullum & invalidum eſt. 121.148.
Nemo in alio reprehendere poteſt id quod ipſe fecit. 225.7
Nemo debet juvari ex eo quod impugnavit. 234.32
Nemo vigore reſcripti vel commiſſionis extra provinciam, in qua habitat, trahi debet. 405.5.6
Nemo plus juris in alium transferre poteſt quàm ipſe habet. 506.184
Nemo poteſt juvari eo quod impugnavit. 507.191
Nemini licet ædificia in feudo alterius extructa propria auctoritate deſtruere. 643.23.26
Nemo ſibiipſi jus dicere poteſt. 644.26
Nihil & imperfectum æquiparantur. 358.23
Nobiles Veneti & Genuenſes ex conſuetudine ſine nobilitatis jactura negociantur. 627.86
Nobilitas quot annis præſcribatur. 629.42
Nobiles matrimonium exercere non debent. 624.2.1
Nobiles exercens mercimonium perdit nobilitatem. 624.4
Nobilis melioris conditionis quàm alij. 633.61
Nobilibus an & quatenus cereviſiam coquere & alijs vendere liceat. 614.1.7. ſeq. ad num. 18
Nobiles pro ſe habent præſumptionem virtutis & omnis generis officiorum. 494.127
Nobiles in multis fruuntur Privilegijs ruſticis. 525.266
Nobiles opera miniſtrorum viles artes exercere poſſunt. 626.13
Nobiles ut cereviſiam coquere & vendere poſſint conſuetudo introduci poteſt. 627.24.25
Nobiles præſumuntur dicta ac pacta ſua præciſè ſervare. 144.31
Nobilitatis plures ſunt gradus. 81.12
Nobilitas, & ij qui ſunt de nobilitate, à pari procedunt. 88.40
Nobilium mentione in privilegio intelliguntur etiam nobiliores & nobiliſſimi. 89.42
Imò Barones & Principes. 89.44
Nobilium Sigillis indiſtinctè plenè creditur de notoria Germaniæ conſuetudine. 271.36
Nobiles non decet deceptio. 679.71
Nobiles plebeis fide digniores. 726.77
Novatio intelligitur facta cum iiſdem qualitatibus. 165.29.& 39.156
Novitas omnis eſt mala, iniqua & vitanda. 47.185
Novum, inuſitatum & inſolitum omne negocium reddit ſuſpectum. 47.136
Noviter emergentia novo egent auxilio. 378.21
Nomen dignitatis & nomen proprium, ubi in diſpoſitione ſimul expreſſum eſt, & nomen dignitatis præpoſitum, tunc dignitatem tantùm & non perſonam reſpicit diſpoſitio. 83.22
Nominatio ſola & tractatio non ſufficit ad matrimonij contractum & filij jus inducendum. 198.36 37
Nomine collectivo relicta. 742.3.& n. 9.& 30
Nominibus proprijs poſt appellativa expreſſis in diſpoſitione teſtatoris quid juris. 744.11
Nominis collectivi natura. 746.18
Notoria exceptione tutus, quando in judicio comparere, eamq; exceptionem opponere non teneatur. 404.4
Notorium quod eſt, id omnes ſcire præſumuntur. 502.162
Notorij ignorantiam allegans non auditur. 502.163
Notorium adverſus tres conformes ſententias poteſt opponi. 385.14
Notorium indiſtinctè poſt concluſionem in cauſa poteſt opponi. 378.24
Notorium quid operetur. 374.4
Notorium inducitur ex ſententia. 374.3
Notorium quod dicatur. 349.45
Notoria conſuetudo non debet probari. 272.39
Novatio in contractibus non præſumitur niſi exprimatur. 100.73
Nullum atq; invalidum perinde in nulla conſideratione habendum, atq; ſi nunquam in rerum natura fuiſſet. 6.6
Nullum & invalidum per temporis immemorialis lapſum poteſt fieri validum. 21.87
Nullum quod eſt, id nullum præſtat impedimentum. 24.104
Nullitatis exceptio, quæ antea reprobata fuit, iterum objici poteſt, quando ſententia altera eodem vitio laborat. 385.17

Nulli-

Nullitas & annulatio aliud pœna eſt. 499. 165. & 529. 298

O.

Obligationes omnes activè & paſſivè ad omnes omnino heredes in infinitum uſq; tranſeunt. 269. 29 & 276. 54
Oblatio debiti producit pignoratitiam actionem. 275. 51. 52
Obligatio pignoris ſimpliciter facta nunquam extenditur ad jus tertij. 291. 102
ex Obligatione in diem agenti ante diem obſtat exceptio. 389. 18
Sic & in conditionali. num. 20
Occupaſſe rem non intelligitur niſi ita occupavit, ut retinere & conſervare poſſit. 455. 18
Odioſa quoq; & pœnalia non reſtringuntur per ea, quæ propter frequentiam expreſſa ſunt, quò minus ad non ita frequenter eventu ſolita porrigantur. 86. 35
Odioſa quoq; propter rationis identitatem extenduntur. 87. 36
Odioſa quoq; diſpoſitio generaliter loquens à nobis diſtingui non debet. 91. 49
Odioſa ſunt reſtringenda. 363. 38
Officiali publico in quibus credatur. 694. 21
Officiales creati per Regem & juſtitiam faciendam poſſunt pro libitu conſtituentis amoveri. 130. 187
Officium judicis præſcriptione 30. annorum tollitur. 302. 142
Officium judicis in mero facto conſiſtit. 302. 143
qui Omne dicit, nihil excludit. 24. 102
Omiſſum verbis habetur pro omiſſo. 81. 18
Limitatur tamen 106. 93
Omiſſus caſus remanet in diſpoſitione juris communis ibid.
Omiſſus caſus ita quidem ſub tacita voluntate diſponentis continetur. ibid.
Omiſſum non cenſetur, quod eadem ratione concluditur. 86. 36
Omiſſum non cenſetur, quod verbis generalibus comprehenditur. 106. 92
Onerofus contractus à Principe factus, poteſt ex cauſa ab eo revocari. 125. 166
Onus injunctum Epiſcopo durat & perſonam Epiſcopi ſequitur. 163. 18
Onus alicui dignitati injunctum durat etiam mutata dignitate. 164. 18. 19
Onera realia ſequuntur rem. 165. 27
Onus probandi incumbit affirmanti. 220. 114
Opinio illa, quam plures gravioris auctoritatis Dd. amplectuntur, dicitur communis. 29. 123
Opulenti non ſtatim ab onere ſatisdationis relevantur. 199. 41
Opinio communis ſequenda. 317. 215
Opinio illa, quæ conſuetudine approbata eſt in illo loco, ubi talis conſuetudo viget, omni contrariæ opinioni præferenda eſt. 317. 216
Opinio illa, quæ melioribus rationibus nititur, ſemper retinenda, etiamſi contraria ſit magis communis. 333. 261
Opinio Canoniſtarum in dubio præfertur opinioni Legiſtarum. ibid.
Opinio excludens præſcriptionem in dubio eſt amplectenda. 333. 261
Opinio unius Doctoris excellentis excuſat à dolo. 363. 36
Opinio gloſſæ eſt majoris auctoritatis quàm Doctorum. 363. 37. & 641. 36.
Opinio Doctoris alicujus excellentis non fulfulta legibus non eſt ſequenda. 371. 65. & 419. 51
Opinio æquior præferenda. 379. 28. 29
Opiniones Doctorum intelliguntur ſecundum textum quem allegant. 383. 8. & 411. 53
Opinio Doctoris magis diſtinctè loquentis præ communi indefinitè loquente, tenenda. 383. 9
Opinio verior communiori præfertur. 541. 35
Opinio quæ lege non probatur, non eſt tenenda. 627. 20
Opinio melioribus rationibus nitens contra communem tenenda. 716. 43
Opinio non ſingularis ſed communis in judicando & conſulendo tenenda. 760. 28
Opinio quæ probabilibus rationibus convincitur, non tenenda. 761. 29
Oſculum pacis & ejus effectus. 198. 38
Oratio indefinita æquipollet univerſali. 91. 50
Ordinarius judex quo caſu cauſam propriam alteri delegare poteſt, delegatus ut ſuſpectus recuſari poteſt. 174. 28
Ordinatio Cameræ Imp. & cæteræ Conſtitutiones à jure communi paſſivam interpretationem recipiunt. 377. 15. 16. 17
Ordinationes omnes ita intelligi debent, dummodò omnia in eodem ſtatu permaneant. 378. 20

P.

Pacis cauſa facta, juſtè facta eſſe cenſentur. 637. 2. & ſiq.
Pacis fractæ pœna & qualiter quis in eam incidat. 650. 49
Pacem ſub pœna datam rumpenti, quæ pœna conſtituatur. 651. 53. & num. 68
Pacem publicam conſervari Reip. intereſt. 99. 69
Pactum, ut fœminæ & ex ijs deſcendentes in feudo ſuccedant, valet. 32. 132
Pactum, ut fœmina ſemel excluſa deficientib. maſculis ſuccedat, valet. 32. 135
Pactum repugnans naturalibus feudi valet. ibid.
Pactum derogans juri communi, valet. ibid.
Pacta inveſtituræ primæ realia in reliquis inveſti-

ratiũ ſequentibus ſemper repetita eſſe cenſentur. 39. 158
Pacta præſumuntur realia eſſe. 39. 159
Pacta inveſtituræ antiquæ etiam perſonalia reſpectu novi vaſalli in conſiderationem veniunt. 45. 179
Pactum unius ſociorum quando præjudicet alteri, 225. 5. 6
Pacta non ſervans in dolo eſſe præſumitur. 227. 16
Pacta conventa qui non ſervat, contra eum intereſſe probari poteſt per juramentum in litem 227. 18
Pactis contrahentium effici non poteſt, ut id, quod juramentum non eſt, habeatur loco juramenti. 239. 45
Pactum unius non obſtat alteri. 245. 7
Pacto effici non poteſt, ut creditor pignoris fructus lucretur. 277. 58
Pacto de revendendo ſubintelligi conditionem, ſi venditor emptori precium intra 30. annos offerat, multi exiſtimant. 308. 175
Contrarium 318. 218. & 334. 266
Pacto de retrovendendo etiam jurato præſcribi 30. annis. 308. 177
Pacto jurato præſcribi 40. annis. 309. 179
Pacta ſunt juris gentium. 336. 270
Pactis poteſt derogari naturalibus contractuum. 337. 271
Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus nec tacitè induci poteſt. 338. 274
Pactum de non alienando vel infeudando quomodo accipiendum. 471. 24. & ſeqq. & n. 222.
Pactum de non alienando quomodo impediat dominij translationem. 472. 33
Pactum juratum æquiparatur Statuto. 473. 34
Declaratur 517. 231
Pactum Statuto debilius eſt. 536. 6
Pacta contractibus in continenti adjecta. 578. 31
Papa auferens alicui eccleſiaſticum beneficium, cogitur illi de alio ſimili beneficio providere. 654. 65
Papa judex competens non eſt inter Principes ſeculares in controverſiis ratione feudi motis. 8. 23
Papa concedens ſimpliciter oppida in feudum, intelligitur concedere eo pacto, quo antea conceſſa fuerant. 38. 151
Papæ conſenſus in exemptione Epiſcopi præſumitur ex curſu longi temporis. 163. 13
Papa & Imperator ſuam cauſam alteri delegare poſſunt. 171. 4
Ratio ejus rei. 173. 12
Papa ſi aliquem, quem propter delictum ſua dignitate privare poterat, nomine illius dignitatis appellet, delictum remiſiſſe intelligitur. 197 33
Papa & Imperator quomodo plenitudine poteſtatis etiam per Legatos & Vicarios ſuos exercere poſſint. 409. 17 19
Papa in præjudicium non ſubditi non diſpenſare poteſt. 645. 28
Patri non licet abuti ijs rebus, quas filio poſt mortem ſuam titulo fideicommiſſi reſtituere gravatus eſt. 643. 24
Pares curiæ qui. 476. 48
Parium curiæ electio quomodo fiat, 174. 25
Pares ſuſpecti an recuſentur. 174. 26. 27
Pares curiæ ſunt judices competentes inter dominum & vaſallum de re feudali lite mota. 174. 24
Pater adoptivus ad omnia onera filij adoptati tenetur 165. 24
Paribus curiæ juriſdictio in ſolidum competit. 193. 17
Pares curiæ omnes ſuſpecti recuſati, ſi in cauſa proceſſerint, proceſſus ipſo jure nullus eſt. 193. 18
Sic & ſi Pares unum ſuſpectum non removerint. 193. 19
Paria delicta mutua compenſatione tolluntur. 219. 108
Particularem ſolutionem accipere nemo tenetur. 457. 22
Pater concedens alteri titulo oneroſo rem filij adventitiam quid conceſſiſſe intelligatur. 291. 104
Partis appellatione dimidia continetur. 598. 39
Paupertatem probet, qui in ea ſe fundat. 507. 152
Pauper dici nequit, qui decentem victum & amictum habet. 509. 200
Perfectum ſemel exiſtens, non recipit novam formam neq; novam cauſam. 10. 37
Perfecto nihil addi poteſt. ibid.
Perſonæ appellatione non comprehenditur univerſitas. 81. 8
Perſonæ appellatione, in larga ſignificatione, comprehenduntur etiam Status, Ordines atq; Univerſitates. 89. 45
Item Collegia & Univerſitates. ibid.
Perſonales actiones ex contractibus regulariter non niſi 30. annis præſcribuntur. 140. 6
Perſonæ qualitas magnam præſumptionem inducit. 142. 21
Perſona conjuncta pro conjuncta non agere poteſt invita illa. 196. 31
Perſonaliter comparere obligatus, quando Procuratorem mittendo citationi ſatisfaciat. 203. 58
Petens id, quod reſtituturus eſt, dolo facit. 121. 149
Petens reſtitutionem quando nullo modo ſit audiendus. 135. 198
Pignus eſt reale jus, & contra omnes poſſeſſores ejus perſecutio competit. 165. 28
Pignus prætorium prius habens, non præfertur habentibus pignus poſterius prætorium. 247. 3
In terris Saxon aliter obtinet. 247. 4
Pignus ideò datur, ut creditor ſit ſecurus de credito. 241. 9
Pignoratitia actio quando detur. 275. 50. 51. & 276. 54. & 281. 71
Pignoris fructus eſt ejuſdem juris cum pignore. 277. 57

Digitized by Google

Pignoris fructus creditori neq; pacto, neq; errori juris neq; præſcriptione cedere poſſunt. 278. 58. 59. 60
Pignoratitia actio an ſit realis. 297. 128. 129
Pignoris venditio à creditore facta non debet plus operari, quàm ſi debitor ipſe rem pignoratam vendidiſſet. 299. 134
Pignus rei alienæ abſq; domini conſenſu conſtitui non poteſt. 418. 46
Pignoratam rem ſuam à creditore abſq; legitima ſolennitate venditam, precio in rem ſuam verſo, repetens, precium emtori refundere tenetur. 534. 4
Pignus liberans, ſi eſt extraneus, dominus pignoris non efficitur. 551. 12
Piſtorum utilitas. 624. 6
Plenitudo poteſtatis in Principe quid operetur. 27. 113
Plena probatio an inducatur per plures præſumptiones in criminalibus. 142. 26
Plures cauſæ magis operantur. 56. 218
Plures præſumtiones ſimul junctæ plenam fidem faciunt. 57. 228
Pluralitas actuum non præſumitur. 728. 84
Pluribus relictum cenſetur pro virilibus portionibus relictum. 742. 8
Declaratur num 26.
Plures vocati ad hereditatem vel legatum ſub nomine collectivo, unius loco habendi ſunt. 743. 9
Ampliatur ibid.
Populus non recognoſcens ſuperiorem poteſt minori liberam bonorum adminiſtrationem concedere. 18. 75
Populus non recognoſcens ſuperiorem utitur Privilegijs Imperatori Romano indultis. ibid.
Populus, in quibus liberè diſponere nequit, in ijs, nec conſuetudinem introducere poteſt. 122. 152
Pœna rebellionis. 127. 172
Pœna Auth. contra qui propriam, quando & an in ſubſcribente locum habeat. 238. 44
Pœna capitali quando quis plecti poſſit, etiam ob delictum non dolo ſed lata culpa perpetratum. 323. 232
Pœna ante ſententiam latam non tranſit ad heredes quando ſententia declarativa requiritur. 369. 58
Pœna quid. 391. 22
Pœna omnis regulariter judicis ſententiam requirit. 394. 33
Pœna privationis quoties ipſo jure irrogatur, etiam ſententiam declaratoriam deſiderat. 394. 35
Pœnales Conſtitutiones publicum delictum punientes favorabiles ſunt & extendendæ. 427. 64
Pœna l. ſi quis in tantam, non habet locum, niſi in illo, qui dolo malo violenter occupat. 433. 81
Pœna jure Saxonico violentibus invaſoribus irrogata an intelligatur ſublata pœna juris communis. 433. 84
Pœna ex Statuto irrogata an intelligatur receſſum à pœna juris communis. 434. 84
in Pœnam fractæ pacis declaratus impunè offendi poteſt, tàm in bonis quàm in perſona, etiam quoad vindictam. 434. 85. & 441. 99
Pœna debita parti ex delicto per reſcriptum Principis tolli nequit. 442. 103
Pœnæ quæ non ipſo jure ſed per ſententiam tantùm irrogantur, quando ab hæredibus exigi poſſint. 445. 109
Pœnæ odioſæ ſunt & reſtringendæ. 499. 146
Pœna, quæ non ipſo jure ſed demum per ſententiam irrogatur, qualiter ad hæredes tranſeat. 570. 72
Pœna venientis contra contractum juratum 664. 13
Pœnitentiæ locus an ſit in contractibus innominatis omnibus. 663. 8. & 693. 13
Pœnitentiæ locus non eſt in Tranſactione. 699. 43
Poſſeſſio rei feudalis, ubi feudum per ſucceſſionem defertur, ipſo jure in ſucceſſorem tranſit. 10. 36
Poſſeſſionem ſuam in dubio quis præſumitur continuaſſe vigore ſui tituli quem habet. 33. 140
Poſſeſſor habens titulum præſumitur quoq; habere bonam fidem. 59. 231
Poſſeſſio qualibet præſumitur legitima. 59. 232
Poſſeſſio 30 annorum indiſtinctè cum bona fide eſſe præſumitur. 59. 233
Et habere juſticiam permanentem. 60. 233
Poſſeſſio immemorialis habet vim contractus & conſtituti. 60. 235
Poſſeſſio in corporalib. qualiter adquiratur. 63. 2
Poſſeſſio limitata limitatum producit effectum. 63. 2
Poſſeſſio rerum incorporalium an animo retineatur. 63. 4
Poſſeſſio in interdicto, Uti poſſidetis, qualis requiratur. 63. 5
Poſſeſſionem antiquiorem probans in interdicto, Uti poſſidetis, obtinet. 64. 7
Poſſeſſio antiquior præſumitur eſſe juſtior. 64. 8
Quod ampliatur & limitatur. ibid.
Poſſeſſio tantò juſtior præſumitur, quantò magis à proprietate cauſatur. 67. 13
Poſſidere rem quis cum titulo ex cauſa præcedente præſumitur. 74. 43
Poſſeſſionis reſtitutionem quis petere poſſit. 134. 195
Poſſeſſio in ijs, quæ meræ facultatis ſunt, quomodo acquiratur. 134. 196
Poſſeſſione privatus quando non juvetur. 136. 201
Poſſidens multa immobilia an ſatiſdare teneatur. 182. 60. 62
Poſſidendi plenam libertatem non habet & is, qui actu turbatur, & is, qui de facili turbari poteſt. 201. 50
Poſſeſſionem ſuam contra violentiam defendere cuiq; licet. 851. 1

Sive violentia ſit ablativa ſive turbativa. ibid.
Poſſeſſionis translatio non probatur per Inſtrumentum. 281 72
Poſſeſſorium conſtitutum neceſſariò præſupponit poſſeſſionem apud conſtituentem. 282. 73
Poſſeſſio ex cultura probatur. 283. 75
Poſſeſſio in dubio præſumitur juſta. 311. 186. & 341. 489
Poſſeſſionem civilem alicujus rei habens, illam rem indiſtinctè occupare & naturalem poſſeſſorem expellere poteſt. 428. 68
Poſſeſſor injuſtus an abſq; cauſæ cognitione poſſit expelli. 430. 72
Poſſeſſor violentus omne jus ſuum amittit. 432. 76
Etiamſi rurſus in continenti dejectus ſit. 432. 77
Poſſeſſor etiam injuſtus ſine cauſæ cognitione è poſſeſſione expelli nequit. 416. 39
Fallit nu. 72
Poſſidens rem meo nomine, ſi illam alteri tradat, me poſſeſſione privat. 417. 42
Poſſeſſionem civilem habens, an naturalem poſſeſſorem injuſtum propria auctoritate expellere poſſit. 418. 45. & nu. 68
Poſſeſſione civili quoru modo ſpoliatus, etiam tertium poſſeſſorem expellere poteſt. 420. 54. 55 &c.
Poſſeſſio feudi longa quomodo vaſallo patrocinetur. 552. 14. & 555. 32. & 561. 49
Poſſeſſor ſemel probatus ſemper talis præſumitur. 554. 26
contra civiliter Poſſidentem non currit præſcriptio. 551. 27
Poſſeſſio antiqua per Inſtrumenta probatur. 555 28
Declaratur 565. 57
Poſſeſſio in dubio præſumitur juſta. 552. 51
Poſſeſſio ab onere probandi relevat. 635. 51
Poſſeſſio jurium incorporalium indiſtinctè ab onere probandi relevat, quando huic nulla juris præſumptio refragatur. 635. 72
Poſſidens rem aliquam alieno nomine quomodo petenti reſtituere debeat. 707. 4
Poſſidens rem meo nomine, ſi ejus reſtitutionem mihi deneget, ſpoliare me dicitur. 707. 5
Poſſeſſio rei locato ex ſola conductione probatur ad locatorem ſpectare. 708. 6
Poſſeſſorij cauſa dicitur modici præjudicij. 709. 10
Poſſeſſio & ejus traditio an & quando per Inſtrumenta probetur. 709. 12. & 715. 38. & 721. 64
Poſſeſſionis initium probaſſe ſufficit, & ſemel poſſidens ſemper poſſidere præſumitur. 716. 42. 43
Poſſeſſio an ultra decennium continuata præſumatur 716 44
Poſſidens hodiè nō præſumitur olim poſſediſſe. 722. 65
Poſſidens pro alio non præſcribit. 722. 66. & 723. 72
Poſſeſſione interrupta qualiter nova præſcriptio requiratur. 729. 85
Potentes etſi ſolvendo ſint, an tamen propterea ab onere ſatisdandi releventur. 199. 41
Potentia actui vicina æquiparatur actui. 201. 49
Practica non recipit id quod lege non cavetur. 346. 297. & 759. 22
Præcedentia declarant ſequentia. 109. 100
Præfatio mentem diſponentis indicat. 97. 63. 64
Præjudicium irrecuperabile facit, ut recedatur à juris communis regulis. 381. 36
Prælatus quomodo poſſit feudum antiquum ſibi apertum abſq; ſolennitate aliqua alteri in feudum concedere. 481. 82. 83.
Prælatus, qui ſolenne juramentum præſtitit de non alienando vel infeudando abſq; conſenſu Superioris poteſt nihilominus feuda antiqua & infeudari ſolita ſibi aperta abſq; conſenſu Superioris alteri liberè in feudum concedere. 487. 100
Prælatus cui adjutor datus eſt, abſq; ejus conſenſu nil facere poteſt. 506. 183
Prælati factum in præjudicium Eccleſiæ, quo caſu indiſtinctè valeat. 527. 282
Prælati aſſertio quando probet precium in utilitatem Eccleſiæ verſum. 538. 21
Præſcriptio ſemel perfecta non interrumpitur, licet tale quid ſuperveniat quod ab initio impediviſſet eam. 150. 49
Præſcriptione ſublata nunquam intelligitur ſublata præſcriptio immemorialis. 312. 194. & n 299
Præſcriptio ſtatutaria etiam cum mala fide currit. 313. 196
Contrarium decidiſur. 326. 245
in Præſcriptione longiſſimi temporis mala fides auctoris ſingulari ſucceſſori non præjudicat. 313. 197
Contrarium deciditur. 328. 248
Præſcriptio cum mala fide de jure Canonico nulla eſt. 552. 15. 16. & 729. 87. & 322 227
Præſcribere nullo tempore poteſt is, qui habet ſcientiam rei alienæ. 326. 242. &c.
Præſcriptio contra actionem quærendam ex cauſa radicata de præſenti an cum mala fide currat. 243. 293
Præſcriptio an currat in favorem illius, qui eſt in mala fide, quando obligatio eſt incerta, an ſit oritura an non. 345. 297
Præſcriptio immemorialis lege aut Statuto tolli poteſt. 346. 299 & 348. 300
Præſcriptionis exceptio quotupliciter opponatur. 565. 60. & ſeqq.
Præſcribi an ea poſſint, quæ cauſam habent diſcontinuam. 629. 53. & nu. 47. ubi & quid de jure Saxon. nu. 47
Præſcribere volens contra jus commune, debet habere titulum. 629. Declaratur 630. 45
Præſcriptio eorum, quæ per Privilegium acquiri poſſunt, quanto tempore fiat. 629. 41
Præſcriptionis exceptionem actori objicere nequit,

qui convenitur conditione ex l. ſi quis conductionis. C. locat. 721.62
Præſcriptio cum facti ſit non præſumitur 721.63
Præſcriptio interrumpitur per mutationem penſionis annuæ. 726.75
Præſcriptio non currit in favorem ejus, qui in mala fide eſt. 765.48. Contrarium verius. 767.53
Declaratur num. 56
Præſcriptio non interrumpitur per contradictionem extrajudicialem. 766.50
Fallit ibid.
Præſcriptionis interruptio facta contra unum ex duobus Reis, etiam contra alium efficax eſt. 140.8
Præſcriptio quomodo interrumpi poßit. 167.39
Præſcriptio 30. annorum per ſolam citationem interrumpitur. 140.7
Præſcriptio ſine poſſeßione non procedit. 132.189
Præſcriptio immemorialis habet vim Privilegij. 124.162. & 313.195
Et quando vim ſuam admittat. 125.163
Præſcriptio adverſus ſententiam etiam cum mala fide currit. 21.89
Præſcribi nō poſſunt ea, quæ meræ facultatis ſunt. 50.191
Etiam tempore immemoriali. 50.192.194
Niſi ſint facultatis ſimplicis & non meræ. 50.194
Præſcribens libertatem contra dominum, non tenetur ſervire. 312.194.58.227
Præſcriptio temporis immemorialis nunquam ſublata eſſe cenſetur. 59.230
Præſcriptio cum mala fide nunquam procedit. 124.159
Ampliatur 124.160. & 133.1
Præſcriptio nulla niſi 30. annorum regulariter contra actiones perſonales currit. 140.6
Præſcriptio 30. annorum & ejus effecta & objecta. 301. 140. & ſeqq. uſq; ad num. 165
Præſcriptioni 30. annorum renunciari nequit. 306.265
Præſcriptioni an renuncietur per juramentum 310.183. & 320. 223. & 336. 268. & 340.286
Præſumptiones plures ſimul junctæ plenam faciunt probationem. 146.35. & 36.145
Præſumptioni ſtandum donec contrarium probetur. 19.160
Præſumptio illa, quod inveſtitura ſecundum jus commune feudorum facta ſit, non eſt juris & de jure. 46.181
Præſumptiones legum ſunt probationes liquidißimæ 56.224
Præſumptiones plures ſimul junctæ plenam fidem faciunt. 57.225 144
Præſumptio de præterito in præſens quando fiat. 74.
Præſumptio de præſenti in præteritum quando fiat. 75.45
Præſumptio juſticiæ major eſt pro Principe & Rege quàm pro alio inferiore judice. 107.96
Præſumptio ex lapſu temporis deſcendens non eſt juris & de jure. 143.24. & 288.94 & 242.291
Et per ſolam præſumptionem contrariam tollitur. 143.25
Præſumptiones plures in criminalibus quid operentur. 143.26
Præſumptio etiam alium, pro quo militat, ab onere probandi relevat. 143.28
Præſumptiones plures plenam inducunt probationem. 144.29
Etiam in criminalibus. 144.30
Præſumptio ex temporis lapſu deſcendens qualiter locum habeat. 147.42
Præſumptio ſolutionis ex longi temporis curſu concurrentibus aliis conjecturis præſumitur. 149.47
Præſumptio ſumpta à conſueto & perſonæ qualitate quomodo tollatur. 153.59
Præſumptionibus quatenus ſtandum. 153.60
Præſentia ex curſu temporis deſcendens cujus ſit valoris. 271.33
Præſumptio malæ fidei an per lapſum 30 annorum purgetur. 286.82
Præſumptio etiam contra ignorantiam currit. 310.184
Præſumptiones legum non ſunt adaptandæ ad id, quod veroſimile non eſt. 289.96
Præſumptio ſolennitatis in actu aliquo, ex lapſu temporis orta ceſſat, quando ex Inſtrumento producto vitium formæ apparet. 293.113
Præſumptio ex curſu temporis deſcendens per contrariam probationem & præſumptionem tollitur. 581.43
Præſumptioni juris ſtandum donec probetur contrarium 714.33. & 734.103.104
Præſumptiones ſunt probationes liquidiſſimæ. 734.103.
Præſumptiones juris relevant ab onere probandi. 734.104
Præſumptio inducta ex annuis præſtationibus cujuſmodi ſit. 735.107
Præſumptio juris & de jure qualem probationem in contrarium admittat. 735.108
Prima inveſtitura in controverſiis feudalibus reſpicienda & ſequenda tanquam potiſſima. 11.40
Quia eſt radix, origo & fundamentum feudi. ib. 40
Et ſecundum eam omnes inveſtituræ ſubſequentes regulantur. ibid.
Principium cujusq; rei potiſſimùm attendendum. 12.42.44
Prima inveſtitura eſt fons ſequentium. 57.226

ex Principio colligitur ratio & cauſa finalis alicujus diſpoſitionis. 97.63
Et voluntas diſponentis. 97.64
Prima conceſſio Privilegij eſt ipſius radix & fundamentum. 116.127
Primogenitus, qui in certa quadam bona ſuccedit, an teneatur ſolvere æs alienum contractum ratione illorum bonorum. 162.8
Principes & Reges etiam ſuperiorem recognoſcentes ex contractib. ſuis tanquam privati obligantur. 12.45
Principes etiam ſuperiorem non recognoſcentes ſuos contractus nec reſtringere nec diminuere poſſunt. 12.46
Princeps licet ſit ſolutus lege legis, non tamen eſt ſolutus lege contractus. 11.166. & 13.46
Princeps non eſt dominus contractuum. ibid.
Princeps debet habere unum calamum & unam linguam. 13.47
Princeps debet eſſe immobilis ut lapis angularis & ſicut polus 13.48
Princeps contractum non poteſt ex plenitudine ſuæ poteſtatis reſtringere, revocare, tollere, diminuere, novas clauſulas aut nova pacta addere. 13.52
ex Principum contractu etiam ſucceſſores eorum tenentur, licet non per ſucceſſionem ſed per electionem aſſumantur. 14.53. & 16.63
Princeps concedens alicui rem ad Principatum pertinentem intelligitur ea facere, quæ ſunt de natura ſui officij 17.68
Princeps minori liberam adminiſtrationem bonorum concedere poteſt 18.74 (25.109
Princeps bona Principatus ſui in feudum dare poteſt. Etiamſi illa non ſint antea in feudum dari ſolita. 25.110
Principis factum in dubium revocari non poteſt, ſi fiat cum conſilio Procerum 26.111
Princeps ex certa ſcientia quid facere poſſit. 26.112
Princeps feudum ſibi apertum & ſolutum infeudari pro ſe & hæredibus ſuis, retinere nequit. 27.115
Principis confeſſio nocet ejus ſucceſſoribus. 34.142
Principis verba non tantum aſſertiva ſed & narrativa probant rem feudalem eſſe. 35.143
Princeps tenetur ſubditos conſervare in eo gradu & ſtatu, in quo illos reperit. 47.184
Principis diſpoſitio generalis ita intelligenda eſt, quod noluerit præjudicare juri tertij. 55.216
Principes & Reges ſub diſpoſitione generali non comprehenduntur. 80.2
Uti nec Regalia. 80.3
Princeps Regi ſubjectus, eum habet judicem. 80.4
Principes etiam ſupremi lapſi ſunt & ſubditos contra juſtitiam gravarunt. 82.17
Principi non licet Privilegium clarum reſtringere. 93.57
Princeps Regalia transferre poteſt. 103.81
Princeps habet majorem juſtitiæ præſumptionem quam alius judex inferior. 107.96
Princeps tranſgrediendo leges videtur contra illas diſpenſare velle. 107.96 (111.106
Princeps quoque ſummus eſt, contractu ſuo tenetur.
Princeps in contractibus utitur jure communi. ibid.
Princeps Privilegia ſibi ignorata confirmare non tenetur. 113.111
Principes ſeculares habentes regalem dignitatẽ perpetuam in territorijs ſuis fruuntur omnibus Privilegijs & præeminentijs Imperatori Romano indultis. 119.138
Princeps non poteſt cogi, ſubditis ſuis Privilegium aliquod de novo concedere. 121.147
Neque confirmare illud, quod pro libitu ſuo revocare poteſt. 121.148
Princeps non cogitur confirmare Privilegia etiam valitura, præter voluntatem ſuam. ibid.
Princeps conſuetudinem etiam legitimè introductam tollere poteſt. 123.157
Principis Conſtitutio eſt fortior qualibet conſuetudine. ibid.
Principis poteſtas tanta eſt, ut factum poſſit infectum facere quoad effectum. ibid.
Princeps contractus ſuos mere gratuitos poteſt revocare etiam ſine cauſa. 125.165
Principalis in actu is præſumitur, cujus nomine aliquid fit. 129.178
Princeps inferiori tacitè inhibere intelligitur, quando cauſam cognoſcere incipit. 130.186
Princeps pro libitu ſuo poteſt tollere juriſdictionalia 130.187
Principes ſeculares habentes Regalia merum & mixtum Imperium & omnimodam juriſdictionem in territorijs ſuis etiam jus commune & Cæſareum tollere poſſunt. 133.192
Item Statuta civitatum. 133.193
Etiamſi illa jurata ſint. 133.194
Principes in dignitate conſtituti præſumuntur probitate, prudentia & ſapientia excellere. 162.10
Principes præſumuntur contractus inire propter utilitatem Principatus. 163.16
Princeps cautionem judicio ſiſti pro ſumptibus litis præſtare debens, cum ſubditis ſuis eam præſtare nequit. 200 42 43
Princeps in dubio non præſumitur uti velle plenitudine poteſtatis. 407.11
Princeps juſtitiæ plenus præſumitur. 408.12
Princeps in dubio præſumitur ſe voluiſſe conformare ſe juri communi 409.13. & 489.109
Etiam in Privilegijs. 409.14
Princeps ex plenitudine poteſtatis quid poſſit. 485.88
Princeps civitati ſine ejus auctoritate extructæ ſcribens ut civitati, eam approbare, eique civitatis Privilegium concedere intelligitur. 501.157

Principis in præſentia factum, cenſetur factum præſentibus multis Nobilibus probatis & honeſtis. 502. 160
Principis in præſentia factum cenſetur eſſe notorium. 502. 161
Principes ſuperiorem recognoſcentes, ne ex cauſa publicæ utilitatis quidem alicui dominium auferre poſſunt. 528. 288
Idq; potiſſimùm procedit in Principibus eccleſiaſticis, quorum minor eſt poteſtas quàm ſecularium. 528. 289
Principi ſummo an credendum, ſi aſſerat, ſe alicui dominium ex cauſa publicæ utilitatis auferre. 528. 290
Princeps ſi gratiosè alicui concedat feudum an pretiosè cogatur ad tradendum, aut ad intereſſe 580. 1. & 592. 44. & ſeqq. & 596. 54. & ſeqq.
Princeps quæ alijs conceſſit, de ſtylo Cancellariæ reſervaſſe intelligitur, niſi ſpecialiter conceſſeris. 587. 7
Declaratur num. 69.
Princeps in contractibus jure communi utitur. 599. 59. & num. 113.
Princeps ſuperiorem recognoſcens non habet Privilegia Imperatoris. 600. 62
Principis appellatione ſimpliciter prolatâ Imperator tantùm continetur. 600. 63
Princeps non poteſt abſoluta poteſtate uti adverſus non ſubditum. 645. 33
Principem alicui in jure ſibi quæſito præjudicare velle non præſumitur. 712. 26
Principes ſeculares habentes regalem dignitatem, quo jure in ſuis territorijs utantur. 718. 53
Princeps faciens aliquid in præjudicium illius, quod antea fecit, præſumitur circumventus. 718. 54
Prioratus ſi effectus fuerit Epiſcopatus an nihilominus retineat Privilegia prioratus conceſſa. unus ad ejus onera tenetur. 164. 20
Priorem hypothecam habens præfertur habentibus poſteriorem. 247. 8
Prior tempore, potior jure. 476. 49
Declaratur 320. 247
Privata ſcriptura qualiter in antiquis probet. 396. 80
Privata ſcriptura in actibus recentib. quomodo plenè probet. 723. 96. & ſeqq. & 31
Privato Sigillo ſigillata litera quomodo probent contractum, cujus eſt Sigillum. 270. 32
Privatio præſupponit habitum. 448. 125. & 283. 84. & 529. 298
Privatio rei ſuæ pœna eſt. 392. 23. 24
Privatio juris nunquam habet locum, niſi in caſibus de jure expreſſis. 392. 25. & 593. 38
Privatio declarat, qualis fuerit habitus præcedens. 571. 10
Privilegium quod deviat ab æquitate, præſumitur falſum. 115. 119
Privilegium ab initio validum quando vires ſuas perdat. 115. 120. 128
Privilegium non cadat in præjudicium tertij. 115. 182
Privilegium ex poſtfacto damnoſum non eſt ſervandum. 115. 123
Privilegia intelliguntur rebus ſic ſtantibus. 115. 123
Privilegia per abuſum amittuntur. 118. 135
Privilegium conceſſum ſubdito à concedente ejusq; ſucceſſoribus regulariter etiam ſine cauſa revocari poteſt. 118. 136
Privilegium quantumvis firmum ex cauſa juſta revocari poteſt. 118. 137
Privilegij revocatio etiam tacitè fieri poteſt. 119. 139
Privilegium novum concedere nullus Princeps cogi poteſt. 121. 147
Privilegio ipſo jure nullus Princeps confirmare cogitur. 121. 148
Privilegium tacitum deſcendens ex lapſu temporis immemorialis, non operatur plus quàm expreſſum. 125. 164
Privilegium ex lapſu temporis deſcendens, quomodo revocari poſſit. 132. 189
Privilegium quod non continet commodum pecuniarium, ſed tantùm juriſdictionem reſpicit, etiam ſine cauſa tolli poteſt. 133. 194
Privilegium extra terminos ſuos non eſt extendendum. 177. 41. 42
Privilegium quod poteſt in caſu verificari, non debet ita intelligi, ut univerſaliter operetur. ibid.
Privilegij interpretatio quomodo fieri poſſit. 428. 102
Privilegium poteſt ignobilem facere nobilem. 628. 28
Privilegiorum verba diligenter inſpicienda. 79. 1
Privilegium ad alios caſus & alias perſonas non extendendum. 82. 19. & 80. 1
de Privilegio cognitio ad concedentem ſpectat. 80. 5
Privilegia de jure communi quomodo intelligenda. 80. 6
Privilegium ne quidem ex identitate rationis extendi poteſt. 83. 19. & 102. 77
Privilegium ad partis poſtulationem conceſſum ſtrictiſſimè intelligi debet. 83. 20
Privilegium in dubio præſumitur ad poſtulationem partis conceſſum. 83. 21

Privi-

Privilegium non reſtringitur per id, quod in eo exempli gratia expreſſum eſt. 85. 32
Privilegium de civibus indefinitè loquens, intelligi debet de tota civitate. 88. 40
Privilegia generaliter diſponentia non debent reſtringi. 91. 49
Privilegium nemini nocivum lateſſimè interpretari debet. 92. 53
Privilegium publicam utilitatem reſpiciens late interpretandum eſt. 93. 55
Privilegium licet cuivis per viam rationis interpretari. 93. 56
Privilegium irrevocabile neq; minuineq; mutari neq; alterari poteſt. 94. 60
Privilegium in dubio præſumitur reale. 96. 64
Privilegium reſpectu Rei eſt reale. 97. 62
Privilegij cauſa finalis & ratio colligitur ex principio 97. 63
Privilegium unum per aliud nunquam tollitur. 100.
Privilegium ſpeciale non tollit generale. ibid. (72
Privilegia ita ſunt interpretanda, ne Reo ſint nociva 101. 76
Privilegium quatenus non debeat extendi. 101. 77
Privilegium quatenus ad caſus omiſſos extendatur. 107. 94
Privilegium ita ſtrictè eſt intelligendum, modò non obſcurè aut abſurdè. 103. 98
Privilegia ſibi ignorata Princeps confirmare non tenetur. 113. 111
Privilegiorum confirmatio non aliter valet, niſi principalis conceſſio exhibeatur. 113. 112
Probatio per confeſſionem habet longè majorem vim quàm aliæ probationes. 33. 148
Probatio conſuetudinis immemorialis quomodo fiat 51. 197
Probatio neceſſariò concludere debet. 82. 18
Probationem præſumptivè concludere ſufficit. 108. 97
Probationes efficaciores requiruntur ab eo, qui contra præſumptionem nititur. 143. 28
Probatio per præſumptiones an ſufficiat in illis caſibus, ubi Lex vel Statutum requirit probationem per Inſtrumenta vel teſtes. 146. 36
in Probationibus non id quod poſſibile, ſed id quod veroſimile eſt, inſpicitur. 148. 39
Probatio Feloniæ quot teſtibus fiat. 205. 77
Probare nemo debet id, quod probatum non relevat probantem. 210. 82
Probatio ſemiplena in antiquis plenam fidem facit. 267. 21
Probatio in antiquis per indicia ſufficit. 267. 22
Probationes faciliores ſufficiunt contra ipſos inter quos negocium geſtum eſt, quàm contra extraneos. 283. 74
Probato diſtractu probatur contractum præceſſiſſe. 285. 84
Probatio de novo superveniens proponi poteſt etiam poſt terminum peremptorium elapſum. 375. 8
Probatio per juramentum quando non admittatur. 502. 166
Probandi onus actori incumbit. 634. 70
Probatio defenſionis. 644. 27
Probatio contractuum quomodo fiat. 691. 5
Probatio metus. 697. 85. & 698. 37
non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. 712. 23
Probatio nunquam concludit per poſſibile. 712. 24
Probatio non neceſſariò concludens probationis nomen non meretur. 712. 25
Procurator generalis donare poteſt ad remunerandum benemeritum. 19. 78. & 218. 106
Proceſſum potius quàm cauſæ deciſionem reſpicientia cujus judicij legibus determantur. 381. 55
Procedendi modus in cauſis feudalibus juxta Speculum Saxonicum. 193. 30
Procurator ad cauſam aliquam agendam conſtitutus, à ſententia definitiva qualiter appellare debeat. 304. 36. 37
Procurator conſtitutus vice conſtituentis fungitur. 772. 67
Procurator conſtitutus quando alium Procuratorem ſubſtituere non poſſit. 772. 68
in Proœmio dicta cenſentur eſſe repetita in ſequentibus. 671. 40
Prohibitio perpetua & generalis efficacior illa eſt, quæ tantùm reſpectu certæ ſpeciei vel caſus fit. 540. 38
Prohibitio illa eſt fortior quæ ſubſtantiam quàm quæ qualitatem aliquam reſpicit. 541. 38
Prohibitus aliquid de novo proponere non intelligitur prohibitus ea allegare, quæ ad allegationem prius productorum pertinent. 379. 30
Prohibito aliquo omnia præparatoria prohibita cenſentur. 248. 10. & 112. 109
Promiſſio pœnalis de non recedendo ex certo loco non valet, inprimis ſi metu extorta ſit, nec fidejuſſores pro ea obligantur. 206. 65
Promiſſio non extenditur ad id, de quo veroſimiliter cogitatum non erat. 209. 75
Prohibitio alienationis à teſtatore facta quando non valeat. 217. 105
Promiſſio ſimplex in qua dictum fuit aliquid loco juramenti promitti, & promiſſio per fidem facta quomodo differant. 239. 45
Promiſſio facta debitori ideò ut ſolvat, quod aliàs ſolvere tenetur, ut facta ob turpem cauſam ipſo jure nulla eſt. 249. 8
Promiſſio facta ſub fide an habeatur pro jurata. 309. 181. & 340. 284. & 394. 139
Promiſſioni per pactum non renunciatur. 309. 182
Promiſſio alieni facti jurata indiſtinctè eſt rata. 294. 118.
Promiſſio facti alieni an valeat. 574. 9. & 582. 45

Promiſ-

Promiſſio facta bey Ehren/Trewen vnd Glauben obtinet vim juramenti. 664. 14. declaratur. 670. 39
Proprij facti ignorantia improbabilis. 149. 43
Propoſitum in mente retentum nihil operatur. 618. 107
Prorogatio facta intelligitur cum iiſdem conditionibus & qualitatibus. 39. 153
Provocatus delinquens regulariter non excuſatur. 656. 71
Publica utilitas præfertur cuicunq; Privilegio. 115. 121
Publicè fieri quid dicatur 502. 159
Publicæ utilitatis cauſa. 664. 64

Q.

Qualitas feudi per conjecturas & præſumtiones ac indicia probatur. 36. 144
Qualitas facilius probatur quàm ſubſtantia. ibid.
Qualitas qua res ſemel affecta fuit ſemper durat. 39. 157
Qualitas adjecta uni ex illis quæ ſub eadẽ verborum conſtrictione poſita ſunt, in omnibus aliis repetita intelligitur. 114. 115
Qualitas rei facilius quàm ejus ſubſtantia inducitur. 141. 12
Qualitas perſonæ magnam præſumtionem inducit. 142. 41
Qualitas adjecta uni ex pluribus rebus ſub una oratione comprehenſis in omnibus aliis repetita quando non cenſeatur. 400. 46
Qualitates duæ pluresvè quando in una eademq; perſona concurrunt, conſideranda eſt illa qualitas, cujus reſpectu actus celebratus eſt. 524. 460
Quantitas precij numerati pro re Eccleſiaſtica per teſtes vel aliter probari poteſt. 540. 245
Querelæ præparatio revocandi feudum propter feloniam perpetratam facit, ut hæc querela & ad hæredes & contra hæredes tranſeat. 354. 15
Querela revocandi rem donatam propter donatarij ingratitudinem an detur ad ſimilitudienem querelæ inofficioſi teſtamenti. 355. 16. & 370. 63
Querela inofficioſi teſtamenti datur filio non ad meram vindictam, ſed tantum ad hoc, ut ipſe hæres ſui patris efficiatur. 370. 63
Qui poteſt facere ut actio ſibi naſcatur, perinde habetur, atq; ſi ſibi jam actio nata eſſet. 304. 157
Qui prior tempore, potior eſt jure. 247. 1
Sive in pignore conventionali ſive judiciali. 247. 2
Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non debet. 244. 8
Quotidiana experientia eſt efficax rerum magiſtra. 112. 108

R.

Ratificatio, quæ per lapſum quinquennij inducitur, qualiter obtineat. 768. 54
Ratihabitio quid operetur. 764. 41.
Ratum habere non poſſum, quod meo nomine geſtum non eſt. 574. 10
Declaratur 579. 34
Ratum habere debet totum contractum ex quo quid ſolvit vel accipit. 577. 23. 27. & ſeqq.
Ratihabitio & conſenſus, ex quibus & unde inducatur. 101. 154. 155. & 577. 24
Ratificatio etiam invalidum & nullum actum poteſt facere validum. 20. 83
Ratificatio non tantùm tacitè fieri poteſt, ſed & expreſſè. 20. 84
Ratio cujusq; deciſionis eſt anima ac medulla ejus. 86. 36. & 68. 16
Ratio eadem ubi eſt, ibi non extenditur diſpoſitio, ſed ille caſus ſub diſpoſitione comprehenditur. 87. 36
Quod tenet etiam in ratione conjecturata. ibid.
Ratio conjecturata in dubio non præſumitur. 87. 37
Ratio diſpoſitionis extendit eam ad omnes caſus, ſub illa ratione comprehenſos. 104. 85 & 231. 27
Rationis majoritas etiam Privilegia extendit. ibid.
Ratio eſt conjunctio diverſorum caſuum ad eundem finem tendentium. 110. 102
Ratio conjecturata habetur pro expreſſa. 113. 110
Ratione legis ceſſante, ceſſat etiam lex. 202. 54
Ratio diſpoſitionis, quæ unica tantùm aſſignari poteſt, habetur pro expreſſa. 219. 112
Rebellis quis. 026. 171
Rebellionis pœna. 127. 172
Rebellionis pœnam an patiatur is, qui inferiori Principi eſt rebellis. 127. 173
Recuſans juramentum ad publicam pacem reſpiciens, bonorum publicatione punitur. 126. 169
Reconventio etiam coram Paribus curiæ tenet. 185. 70
Reconventio de jure Sax. locum non habet. 186. 74
Regis diſpoſitio an ſit realis an perſonalis multis modis dignoſcitur. 14. 56
in Rege duo concurrunt: Perſona & ſignificatio. 15. 56
à Regibus initi contractus omnes in dubio cenſentur initi nomine dignitatis. 15. 57
Regum contractus cum conſenſu Conſiliariorum initi pro commoditate regni initi putantur. 16. 61
Regis contractus quando præſumatur eſſe realis. 16. 64

Rex ex ſuo regno expulſus injuſtè, extrajudicialiter & non ſervato ordine judiciario, manet Rex. 20.82
Regis factum etiam arduum in dubium revocari non debet, ſi fiat conſilio Procerum. 26.111
Rex feudum ſibi apertum & infeudari ſolitum pro ſe & hæredibus ſuis retinere non poteſt. 27.115
Rex poteſt feudum ſibi ut Regi apertum & ad regnum pertinens liberis & ſanguine junctis in feudum concedere. 41.169
Reges ſub diſpoſitione generali non comprehenduntur 80.2
Neq; Regalia. 80.3
Rex Ducem habens ſubjectum, ejus judex eſt. 103. 80. & 80.4
Rex cauſarum ad ſe pertinentium cognitionem alteri demandare poteſt. 82 14
Rex & ſeipſum & cauſas proprias poteſt ſubmittere jurisdictioni alterius etiam ſubditi. 82.15
Reges & Principes ſupremi lapſi ſunt & ſubditos contra juſtitiam gravarunt. 82.17
Regi non licet Privilegium clarum & expreſſum reſtringere. 93.57
Regalium cognitio regulariter ad ipſum Regem tantùm ſpectat. 104.82
Regalia etiam veniunt ſub diſpoſitione facta inter obtinentes regalem dignitatem, etiamſi aliàs ſub generali diſpoſitione non comprehenderentur. 104.84 (106
Reges in contrahendo utuntur jure privatorum. 111.
Reges contrahentes non tantùm ſe ſed & ſuos ſucceſſores obligant. 111.107
Regula valet in caſibus non exceptis. 55.216
Regulæ ſtandum donec de exceptione conſtet. 179. 50. & 157.75. & 505.176
Regulæ juris quamdiu inhærendum. 541.38
Regulam pro ſe habens, jus certum habere dicitur, & ſuam intentionem fundatam. 759.23.24
Regula volens ſimpliciter approbantem negocium aliquod, intelligi illud prout geſtum eſt, non ut benè geſtum approbaſſe, quando procedat vel non. 765.39
Rei vindicatio datur contra emptorem pignoratæ rei emptæ à creditore jus diſtrahendi non habente. 297.130
Rei vindicatio datur contra quemvis quovis modo poſſidentem. 297.130
Rem ſuam à non domino venditam repetens qualiter audiatur. 534.5
Rem ſuam ſibi per vim extortam petens qualiter audiatur. 534.6
Rem aliquam pro uniformi Canone ultra tempus longiſſimum poſſidens, in dubio præſumitur illam in cenſum accepiſſe. 574.7
Renunciare appellationi etiam futuræ quiſq; poteſt. 8.20
Renuncians appellationi, ad eam redire non poteſt 8.20
Renunciari poteſt ſententiæ etiam illi, quæ tranſiit in rem judicatam. 21.90
Renunciatio ſententiæ tacita unde inducatur. 22. 92
Remunerandi cauſa multa conceſſa ſunt, quæ aliàs non conceduntur. 218.106.107
Renunciatio per errorem facta nulla eſt. 225. 10.12
Renunciatio ab adverſario non acceptata nullius eſt momenti. 226.13
Renunciatio generalis contra propriam naturam facta extendatur etiam ad caſum fortuitum, quando alioqui ſine effectu operandi eſſet. 284.77
Renunciatio nec juris quærendi nec quæſiti ullius temporis lapſu præſumitur, ut nec alia donatio. 344.296
Renunciatio juris quæſiti non præſumitur. 480.77
Declaratur hoc 529.296
Renunciatio an admittat beneficium l. 2. C. de reſcind. vendit. 664 17. & 673.50
Renovatio feudi finiti ſimpliciter facti, intelligitur facta cum omnibus qualitatibus, quibus præcedens facta erat. 38.151. & 39.156
Relatio intelligitur facta cum omnibus ſuis qualitatibus. 39.155.
Renovatio feudi facta eſſe præſumitur non ſecundum jus feudorum commune, ſed ſecundum veterem inveſtituram. 46.181
Remotum à veroſimili eſt imago falſitatis. 94. 59
Reo nihil obeſt, ſi onus probandi, quod in ſe recepit, non adimplevit. 634.66
Repetitio intelligitur facta cum ſuis qualitatibus. 39.154
Repreſſaliorum jus præſcriptione 30. annorum tollitur. 103.140
Reſcriptum Principis ita interpretandum eſt, quod ipſe noluerit contra jus commune reſcribere. 408. 14
Reſcriptum Imperatoris, quo ſpoliatoribus confirmatur poſſeſſio rei violenter occupatæ ipſo jure nullum eſt. 441.100
Reſcripta omnia intelligenda ſunt cum juſtitia & ſalvo jure alterius. 444.104
Reſcripta omnia tacitam habent clauſulam, Si preces veritate nitantur, item, Quatenus juſtitia ſuadet. ibid.
Reſcriptum contra jus commune qualiter ratum ſit. 444.105
Reſcriptum ſub & obreptitiè impetratum ipſo jure nullum eſt. 444 106
Reſcripti vigore nemo ultra diætam extra provinciam habitationis per commiſſionem Principis citari poteſt. 410.21

Reſcriptum contra legem habentem clauſulam derogatoriam qualiter ratum ſit. 416. 12
Reſcriptum eſt res acta inter alios, quæ alijs non nocet. 634. 67
Reſcriptum Principis non obtinet vim rei judicatæ. 634. 68
Reſcripto Principis regulariter non interrumpitur præſcriptio. 634. 69
Reſidui appellatione totum continetur. 598. 40. &c.
Res judicata habetur pro veritate. 7. 17
Reſpublica non moritur. 14. 56
Reſpub. nihil agit, ſed ii, qui eam regit. 15. 56
Res Eccleſiæ in remunerationem meritorum erga Eccleſiam, alienari poſſunt. 19. 82
Res Eccleſiæ ſolitæ in feudum dari, poſſunt ab Epiſcopo in feudum concedi. 25. 110
Res in feudum dari ſolita, poteſt indiſtinctè in feudum concedi, etiam cum detrimento alterius. 25. 110
Res quælibet facilè revertitur ad ſuam naturam. 38. 150
Res ſemel facta alienabilis ſemper durat alienabilis. 39. 157
Reſcindere contractus eſt ſumma iniquitas in Principe. 112. 107
Reſtitutionem poſſeſſionis quis petere poſſit. 134. 195
Reſtitutionem petens, quando nullo modo ſit audiendus. 135. 198
Reſervata Imperatoris quomodo conſuetudine tollantur. 179. 48
Res alienari prohibitæ, alienari poſſunt ob remunerationem meritorum præcedentium. 208. 166
Res alienari prohibitæ poſſunt alienari accedente conſenſu eorum, quorum favore prohibitio facta eſt. 228. 107
Res pecunia pupilli empta ſit pupillaris, ſed an idem procedat etiam in ſecundo & tertio contractu. 219. 24
Rei appellatio latiſſima eſt. 224. 236. & ſeqq.
Res ſua qualiter alicui legari poſſit, vel vendi, aut donari. 453. 11
Rerum in certo loco conſiſtentium appellatione an veniant res venales ibi exiſtentes. 469. 17
Item pecunia ad fructificandum deſtinata. 469. 18
Res quævis tranſit cum onere. 587. 6. & num. 68
Rerum mearum appellatione quid contineatur. 710. 26.
Reſtitutio Rei & Intereſſe quomodò in uno libello peti poſſint. 279. 68
Reſtitutio in integrum intra quadriennium petenda 525. 288
Reſponſio ad poſitiones errore facta ſemper etiam poſt ſententiam retractari poteſt. 226. 11
Reſponſio ſequens, ſecundum præcedentem interrogationem intelligenda eſt. 728. 85
Retinendæ poſſeſſionis interdicto quis agere poſſit & qualiter. 63. 1. & 64. 6. 7. & 66. 12. 13. 14
Retractare abnegationem ſuam cuiq; licet uſq; ad litis conteſtationem. 238. 48
Retrovendendi pacto an præſcribi poſſit. 505. 159. 160
Retentio propter melioramenta etiam in judicijs petitorijs obtinet. 545. 55
Etiamſi actor ſit privilegiatus. 545. 56
Vel res retenta ſit caſtrum. 545. 57
Revocatio donationis, item Privilegij etiam tacitè fieri poteſt. 119. 148
Reo plures judices habente, electio eſt actoris coram quo eum conveniat. 100. 75
Declaratur tamen 101. 76
Reus in civilibus non tenetur ſe obligare ad obſtagium, & ſi ſe obligaverit relaxandus eſt. 180. 53
Secus in criminalibus. 181. 54
Reum conventum in foro Saxonico feudali ne ſimpliciter reſpondeat, ſe velle in iſto judicio ſtare vel non ſed eatenus velle, quatenus de jure tenetur, cautela. 221. 116
Reus vaſallus quas exceptiones objicere poſſit. 226. 217
Ritterſchafft/ Mannſchafft/ ſunt nomina collectiva, univerſitatem nobilium ſignificantia. 188. 44
Die von der gemeinen Ritterſchafft qui ſint. 205. 90
Reviſoribus nil novi allegari debet. 374. 4. & 377. 14. & 378. 19. & 379. 30. & ſeqq.
Reviſio ſuſpendit ſententiam Cameræ Imperialis. 378. 18
In Reviſionis cauſa exceptiones & probationes de nova emergentes producere licet. 377. 14
Reviſio appellationi in quibus æquiparetur. 318. 19. & 393. 28
Reviſione pendente, executio ſententiæ revidendæ fieri non poteſt. 382. 2.
Reviſio quoad præſentem ſtatum, ſententiam revidendam penitus extinguit 382. 4
Reviſionem deſertam eſſe, in dubio non eſt pronunciandum. 393. 28
Reviſio ut deſerta cenſeatur, quid requiratur. 393. 31
Rubricæ continentes orationem perfectam an ad decidendas cauſas allegari poſſint. 43. 92
Ruſtici contra ignorantiam juris in integrum reſtituuntur, præſertim ſi peritiores conſulere non potuerunt. 525. 264

S.

Sacrilegij inſtar eſt, de factò Principis judicare velle. 188. 96
Satisdandi modus 183. 63
Satisdans judicio ſiſti non cogitur in ſatisdatione certam pœnam promittere niſi in caſibus quibuſdam. 183. 64

Satisdatione idonea præſtita ſequeſtrum relaxatur. 235. 36
Scandali vitandi gratia receditur à regulis juris communis 479. 67
Declaratur num. 256. & 257.
Scandalum non præſumitur. 524. 256
Scientiam rei alienæ habens nulla præſcriptione defendi poteſt. 535. 1
Scientia alicui facti quomodo ex conjecturis probetur 148. 44
Scientia præſumitur ex longi temporis curſu. 310. 185. & 342. 288
Scientia rei alienæ quando non obſit præſcriptioni. 311. 189. & 342. 292
Scientia ex facti qualitate præſumitur. 502. 164
Item ex lapſu temporis. 502. 165
Scire & ſcire debere paria ſunt. 602. 82
Sciens ſe eſſe obligatum, eſt in mala fide. 729. 86
Scriptura privata cum Sigillo noto contra ſcribentem plenam facit fidem. 266 15
Scriptura in alienatione rei eccleſiaſticæ pro ſubſtantia requiritur. 510. 244
Scriptura privata nullo adminiculo ſuffulta. 550. 4
Scripturæ privatæ fides in intiquis. 708. 7. & n. 11
Sententia judicis habetur pro veritate. 7. 17
Sententia ex albo nigrum & ex falſo verum facit ſaltem quoad effectum. ibid.
A Sententia arbitri non licet appellare. 8. 18
Sententia quæ in rem judicatam tranſiit, effectus durat tantùm 30. annos. 21. 88
Adverſus ſententiam præſcriptio etiam cum mala fide currit. 21. 89
Sententiæ, quæ in rem judicatam tranſiit, renunciari poteſt. 21. 90
Tàm tacitè quàm expreſsè. 21. 91
Sententia contra conſuetudinem lata ipſo jure nulla eſt. 48. 187
Sententia etiam contra prædeceſſorem lata ſucceſſori in dignitate nocet. 163. 16
Sententia delegati lata in favorem domini feudi delegantis non valet. 172. 11
Sententia ſit conformis libello. 212. 88
Sententia condemnatoria quando impediatur. 212. 88. 89
Sententia abſolutoria lata contra eum, qui actione pignoritiâ egit contra heredes creditorum, & cum illa ex ſtipulatu actionem cumulavit. contra hæredes fidejuſſorum non parit exceptionem rei judicatæ agenti actione reali. 300. 138
Sententia declaratoria dominij obſtat poſſeſſorio experienti, etiamſi ipſe recuperanda vel redintegranda poſſeſſorium inſtituat. 374. 1
Sententia inducit notorium. 374. 2
Sententia & cauſæ concluſio paria ſunt. 377 13
Sententia negativè concepta facit locum appellationi [illegible] 802
etiamſi aliàs appellatio non concederetur. 159 18
Sententia judicis, qua civitas fuit condemnata ad ſubverſionem murorum non videtur ſatisfactum, ſi deſtructi muri iterum ædificentur. 454. 15
Sententia judicis dominij translationem impedit. 472. 30
Sententia in cauſis ſummarijs lata nulli præjudicat, niſi omnes, de quorum præjudicio agitur, citati fuerint. 634. 68
Sententia Banni ex Conſtit. Imp. noviſſima contra vaſallum aliquem feudi poſſeſſorem lata, agnatis jus ſuccedendi habentibus præjudicare non debet. 640. 15
Sequentia & præcedentia declarant diſpoſitionem. 690. 47
Sequentia ex præcedentibus declarantur. 101. 76. & 679. 72. & 109. 100. & 397. 46
in Sequentibus Privilegiorum renovationibus, quod immutatum reperitur, per errorem factum eſſe præſumitur. 116. 148
Sequeſtratio relaxatur per ſatisdationem idoneè præſtitam. 236. 36
Sequeſtratæ poſſeſſionis reſtitutio 736 109 & ſeq.
Sequeſtrata res ei reddenda eſt, cui jura volunt. 736. 110
Sequeſtrata res reddenda ſpoliato. 736 112
Sequeſtratione facta omnia remanent in eo ſtatu, in quo fuerunt ante ſequeſtrationem. 736. 108
Sequeſtratio facta propter ſcandalum evitandum, relaxari ad petitionem ejus non debet, qui cauſam ſcandali præbuit. 736. 114
Sequeſtrum in præjudicium poſſeſſoris vel detentoris, quibus caſibus licite fiat. 737. 118
Sequeſtrata res an contra litigantium ante litem finitam reddenda. 739. 120
Servitia ratione feudi vaſallus præſtare non tenetur, niſi in inveſtitura exprimatur. 52. 198
Sigillum contra ſigillantem plenè probat. 263. 2. & 266. 19
Sigillans aliquod inſtrumentum intelligitur comprobare omnia in illo contenta 263. 3
Sigilli appoſitio notat concluſionē contractus. 264. 4
Sigillum cui traditur quantum fides illi habetur. 264. 6.
Sigillum per omnia ſubſcriptioni æquiparatur 264. 7
Sigillum apponens ſcripturæ præſumitur ſcriviſſe & legiſſe omnia in eo contenta. 265. 11
Sigillum ſi ſit proprium ſigillantis, ſemper inducit præſumptionem. 266. 14
Sigillum contra ſigillantem indiſtinctè probat. 266. 16
Etiamſi ſubſcriptio non ſit facta. 263. 25
Etiam contra ſigillantis hæredes. 268. 26
Sigillo privato ſigillatæ literæ probent adverſus eum cujus eſt Sigillum. 278 58
Sigilla inventa in inſtrumentis antiquis præſumuntur appoſita de voluntate eorū quorum ſunt 270. 38

Sigilla

Sigillo nobilis de conſuetudine Germaniæ creditur. 271. 36. & 272. 38. 39
Significatio verbi alicujus propria retinenda eſt. 71. 69
Socius ex contractu ſocio tenetur pro ea parte, qua in ſocietatem contulit. 224. 2
Socius portionem ſuam, quam in ſocietate habet, licitè alienare poteſt. 224. 3
Etiam in præjudicium alterius ſocij. 224. 4
Socij unius pactum an præjudicet alteri. 225. 5. 6. 9
Socius tenetur de dolo lata & levi culpa. 226. 15
Socius de bonis communibus quatenus alienare poteſt. 227. 19
Societas in ſcriptis facta, cenſetur inita ad duodecim annos. 228. 22
Socius intempeſtivè ſocietati renuncians ad quid teneatur. 228. 23. & 229. 25. & 242. 49
Societate contracta non communicantur ea quæ ſunt in nominibus. 233. 28
Socij plures diverſi fori poſſunt cogi, ut omnes coram eodem judice litigent. 236. 39
Socius ex contractu ſocij ut obligetur, quæ requirantur. 240. 47
Socius regulariter fruitur Privilegijs ſocio ſuo indultis. 496. 130. & 525. 270
Solennitates omnes etiam extrinſecæ an per curſum longi & longiſſimi temporis præſumantur. 263. 15. & 290. 100. & 348. 304. & 482. 84. & 483. 86
Solutio debiti non præſumitur. 140. 9
Solutio debiti adverſus Inſtrumentum non niſi per quinq; teſtes aut aliud Inſtrumentum probatur. 142. 22
Solutio etiam præſumptionibus probatur. 145. 33
Solutionem debiti nemo extraneus impedire poteſt. 225. 8
Solutio facta uni creditori, altero negligente non revocatur, ſed utroq; inſtante per [illegible] facta à creditoribus cæteris pro rata debiti ad eos ſpectantis revocari poteſt. 243. 7. & ſeqq.
Solutio firmior eſt quàm pignoris datio. 245. 20
Soluto debito datur debitori actio pigneratitia. 275. 50
Solvens 30. vel 40. annis uniformem Canonem jus perpetuæ coloniæ præſcribit. 585. 14
Contrarium probatur. 583. 49
Solutio penſionis quid arguat. 707. 2
à Sortis judicio non appellatur. 662. 1
Declaratur num. 30.
Sorte læſus minor 25. annis non habet reſtitutionem in integrum. 662. 2. Declaratur n. 31
Spoliatus an vi poſſit expellere tertium, qui habet titulum à ſpoliatore. 421. 55. 56. & 429. 71.
Spoliatus, quamprimum poteſt, recuperandæ poſſeſſionis jus habet. 424. 57
Spoliato pro recuperatione rei ſibi ablatæ & exercitum conſcribere & bellum inferre licet. 425. 58
Spoliatus etiam per alium poteſt jus ſuum recuperare. 425. 59
Spoliatus an poſſit jus ſuum alteri cedere. 425. 60
Spoliatoribus & violentis invaſorib. juramentum fidelitatis præſtans, imò hoſpitio illos recipiens pœnam fractæ pacis incurrit. 426. 62
Spoliator iterum dejectus tenetur pœna fractæ pacis. 432. 43
Spoliatus ſpoliatorem etiam ex intervallo propria auctoritate expellere poteſt. 436. 39
Spoliatus conventus quando demum ſpoliatori reſpondere cogatur. 447. 18
Spolij cauſa ſummaria eſt. 414. 13. Fallit ibid.
Spoliatus ſpoliatorem ſuum propria auctoritate ejicere non poteſt niſi in continenti. 416. 37
Declaratur nu. 57. & nu. 70. & nu. 89
Spoliatus an poſſit aliquem tertium, qui à ſpoliatore cauſam habet, dejicere. 416. 38
Spoliatorem non excuſat, quod vim fecerit ad mandatum alterius. 417. 40 Fallit nu. 73
Spoliatus non poteſt per alium expellere ſpoliatorem licet in continenti. 417. 41
Improbatur n. 59. & n. 60. & n. 74
Statutum condere poteſt is, qui merum & mixtum Imperium habet, ne ſubditi ab alijs quàm ipſo cereviſiam emant. 632. 55. & ſeqq.
Statutum valet, ne ſubditi forenſibus res ſuas vendant, vel ab his quid emant. 632. 56. & ſeqq.
Statutum de ordinata charitate factum. 632. 58
Statuti juſta ignorantia. 542. 45
Quomodo probetur. ibid. 542. 45
Statutum ut liget, ejus publicatio eſt neceſſaria.
Statuti proœmium ſuppeditat cauſam & mentem ejus. 439. 94
Statutum tollens interpretationem intelligitur de interpretatione extrinſeca. 483. 103. & ſeqq.
Statutum requirens aliquid in actu, non intelligitur id pro forma requirere. 500. 148
Statutum valet ſecundum Dd. ne ſubditi alterius quàm ſtatuentis molendina pro molendo frumentum accedant. 633. 66
Statutum cogens agnatos ad compromittendum eſt favorabile. 99. 69
Statutum, ut poteſtas poſſit committere appellationem à ſententia definitiva, extenditur etiam ad interlocutorias. 99. 70
Statutum non poteſt induci à populo in ijs, in quibus liberè diſponere non poteſt. 121. 152
Statuta à jure communi paſſivam interpretationem recipiunt. 377. 15. & 394. 22. & 498. 118
Statuti diſpoſitio juris communis correctoria non extenditur. 394. 24
Statutum etiam correctorium extenditur ex æqualitate rationis, quando unica tantum ratio Statuti æſtimari poſſit. 201. 51

Statutum efficiens invalidam probationem, ut ſit valida, valet. 271. 35
Statutum prohibens appellationem ſtrictè eſt intelligendum. 389. 7.
Stipulatio producit actionem ex ſtipulatu, ſi in ea non exprimatur certa ſumma. 292. 109
ex Stipulatione quando detur actio. 583. 48
Stipulatio contractibus innominatis appoſita quid operetur. 669. 36. & 683. 86. & 685. 97
Stipulatio bonæ fidei contractui appoſita ejus naturam adſumit. 670. 37
Spoliato quibus caſibus non ſuccurratur 136. 208
Specialia potiùs quàm generalia attendenda. 40. 86 n
Spoliatus ſpoliatori exceptionem ſpolij in modum dilatoriæ exceptionis objicere poteſt. 213. 92. 93. & 114. 94
Spoliatus ſpoliatori ante reſtitutionem ſpolij reſpondere non cogitur. 237. 41
Quod procedit etiam in re incorporali. 237. 42
Sive per vim ſive ſine vi. 237. 43
Spei radicatæ & probabilis gratia dantur eadem remedia, quæ propter rem vel jus jam quæſitum. 325. 289
Spes quomodo habeatur pro veritate. 456. 21
Speratа quando in conſiderationem veniant. 518. 236
Specialia plura quando concurrere poſſint. 555. 30
Subditorum Regis appellatione an & qualiter veniant ſubditi Ducis vel Comitis, qui à Rege iſto Ducatum vel Comitatum cognoſcit. 84. 27
Item 99. 68
Subditorum appellatione qui veniant. 106. 98
Subditi, mortui Principis ſucceſſori juramentum ſolenne aſſecurationis præſtare tenetur. 124. 150
Subditi non poſſunt Statuta condere in præjudicium ſuperioris. 122. 158
Subditus juramentum aſſecurationis præſtare recuſans in crimen rebellionis incidit. 126. 170
Superior an poſſit inhibere inferiori. 129. 180
Superior Princeps Vicarium ſuum, quem ipſe inſtituit, licitè revocat. 129. 181
Superior inferiori ab ipſo juriſdictionem recogneſcenti, illam auferre poteſt, etiamſi is Ordinarius ſit. 130. 185.
Superior illa feuda, quæ ad collationem inferioris ſpectant, licitè conferre, & de iis alium inveſtire poteſt. 131. 188
Superior inferiori qualiter inhibere poſſit. 132. 191
Suſpicio inimicitiarum judic[illegible] ſuſpectum facit 192. 9
Propter ſuſpicionem unius judicis non totum judicium declinari poteſt. 193. 15
Præcipuè in Paribus curiæ. 193. 16
Suſpicio injuriæ inferendæ unde colligi poſſit. 208. 9
Subſcribens alicui Scripturæ perinde habetur ac ſi illam Scripturam propria manu ſcripſiſſet. 265. 10
Subſcribens alicui [illegible] habuiſſe
notitiam omnium in eo contentorum. 265. 12
Suſpicio metus quando probet metũ 697. 36. & ſeqq.
Succeſſor in dignitate ex anteceſſoris contractu tenetur, etiamſi tantùm per electionem aſſumatur. 112. 107. & 14. 55
Succeſſor Principis contraveniens facto prædeceſſoris ſibiipſi contravenire intelligitur. ibid.
Succeſſores regni tenentur contractibus initis à Rege cum conſenſu Conſiliariorum Regni. 15. 60
Succeſſores in Epiſcopatu tenentur contractibus Epiſcoporum cum conſenſu Capituli initorum. 15. 60
Succeſſor tenetur ex contractu Anteceſſoris facientis ea, quæ ſunt de conſuetudine ſui officij. 1[illegible]. 67
Succeſſor tenetur ex contractu Anteceſſoris ſui, qui procedit ex cauſa oneroſa. 17. 69
Ad ſucceſſionem feudi empti fœminæ & ex ea deſcendentes admittuntur. 27. 116
Item ad feudum Francum. 28. 117
Item ad feudum conceſſum propter benemerita. 28. 118
Ad ſucceſſionem feudi admittuntur collaterales ultimi defuncto à primo acquirente originem trahentes. 29. 122
Ad ſucceſſionem illorum bonorum, quæ habent regalem dignitatem annexam, etiam fœminæ admittuntur. 29. 123
Succeſſori Principis non licet Privilegium prædeceſſoris ſui interpretari pro ſuo libitu. 93. 53
Succedens in jus alterius eodem jure uti debebit. 150. 48
Succeſſor Principis tenetur ex ejus contractibus. 160. 0
Ampliatur. ibid. num. n. 5
Succeſſor Prælati tenetur ex contractu celebrato in commodum Eccleſiæ. 162. 6
Succeſſor vaſalli poteſt feudum alienatum etiam precio non reſtituto repetere, etiamſi hæreditas ſolvendo non ſit, & ſucceſſor etiam non confecto inventario hæreditatem alienatoris adierit. 29[illegible] 138
Succedens in jus alterius non eſt deterioris conditionis quàm auctor ejus. 423. 56
Succeſſor Prælati quatenus teneatur ratam habere inveſtituram ab eo factam. 478. 65. 66. & n. 275
Succedens in jus alterius eodem jure uti debet quo ejus anteceſſor. 507. 186. etiamſi ſuccedens perſona ſit privilegiata. 507. 187. & ſe.
Succedendi ſpes in agnatis quoad hæreditaria bona eſt improbabilis nec æſtimationem recipit, ſicus quoad feudalia. 652. 59. & nu. 75
Summario proceſſui quando locus non ſit. 4[illegible]3. 30
Supplementum legitimæ intra 30. annos petendum, aliàs præſcribitur. 303. 1
Supplementum petens actus non impugnat propriè, large tamen. 71. 61. & n. 64

T.

Tabernarius quando inter viles perſonas numeret[illegible] 624. 14

Taciti

Taciti & expreſſi an ſit eadem ratio. 371. 67. & 705. 180
Temporis lapſu inducitur præſumptio juris, ſed non juris & de jure. 143. 25
Temporis longiſſimi curſus præſumptionem inducit juſtam. 386. 47
Tempus ad proſequendam reviſionem, appellationem, cauſamvè principalem in prima inſtantia non labitur, quamdiu de præparatorijs vel incidenti diſputatur. 390. 12. & ſeqq.
Tempus ad probandam exceptionem præfixus non currit, quamdiu diſputatur de præparatorijs. 390. 15
Tempus querelæ inofficioſi teſtamenti non labitur, quamdiu diſputatur, utrum teſtamentum conditum ſit. 391. 16
Tempus anni præfixum ad promotionem ordinis Sacerdotis ei, qui beneficium curatum obtinuit, quando non currat. 391. 17
Tempus executionis teſtamenti quando non currat. 391. 18. & 457. 28
Tempus anni & diei præfixum vaſallo ad petendam inveſtituram quando non currat. 391. 19
Tempus anni ex Statuto proximioribus agnatis rem immobilem venditam redimere volentibus competens, quando non currat. 391. 20
Tempus proſequendi reviſionē petitā utile eſt. 393. 30
Tempus intra quod quis pretium rei venditæ ſolvere promiſit, à quo die currat. 454. 13
Tempus Statutum à contrahentibus ad redimendam rem venditam reſtituto pretio. 454. 14
Tempus appoſitum actui pendenti ex futuro eventu pendente dubio eventu non currit. 456. 20
Temporis longi ceſſatione non præſumitur titulus liberatorius. 141. 13
Niſi aliæ plures adſint præſumptiones. 146. 34
Temporis lapſu præſumitur ſolemnitas actus. 140. 11
Tempus immemoriale an requiratur ad præſcriptionem immunitatis contra dominum. 18. 229
Temporis longi & longiſſimi lapſu præſumitur interveniſſe conſenſus & licentia. 41. 107
Temporis immemorialis lapſu titulus & bona fides probatur, etiamſi de maximo præjudicio agatur. 35. 144
ex Temporis longiſſimi lapſu in alienatione alicujus rei omnes ſolemnitates adhibitæ præſumuntur. 18. 77
Temporis immemorialis lapſus omnem defectum ſupplet. 21. 87
Temporis immemorialis lapſus habet vim pacti Statuti, & Privilegij ex certa ſcientia conceſſi. 38. 150. & 32. 136
Tempus immemoriale regulariter illud dicitur, quod 100. annos excludit. 33. 137
Temporis immemorialis lapſus inpræſcriptibile facit præſcriptibile. 59. 238
Tempus anni & diei ad petendam inveſtituram præſcriptum non currit, ſi vaſallo lis de feudo moveatur. 457. 24
Tempus immemoriale requirit ad minimum centum annos. 467. 12
Contrarium, quod minus tempus ſufficiat. u. 211.
Tenor antiquæ conceſſionis an & quando non eſt conſideranda reſpectu vaſalli, qui ſub antiqua inveſtitura comprehenſus non fuit. 10. 34. & 45. 179
Tenor inveſtituræ conſuetudinibus feudalibus præferendus. 11. 39
Tenor primæ inveſtituræ à Romano Imperatore invito vaſallo alterari aut mutari nequit. 11. 40
Territorio jurisdictio cohæret. 69. 23
Territorium conceditur caſtro conceſſo. 69. 24
Terra à Rege de novo occupata tranſit ad occupantem cum juribus & oneribus. 164. 21
Terror armorum juſtus juſtam defenſionis cauſam præbet. 639. 8. Declaratur. 643. 45
Teſtium duorum vel trium depoſitio plenam fidem facit. 693. 17
Teſtis de auditu deponens & de credulitate teſtificans, item extra judicialiter abſq; juramento deponens, tantùm præſumptionem inducit. 693. 18. & 694. 19. 20
Teſtibus diverſa deponentibus, digniores præferuntur, ſi habeant conteſtes. 695. 25
Teſtibus pluribus ſi plures contradicant, quibus major fides adhibenda. 695. 26
Teſtes vicini. 695. 27
Teſtis ignorans quæ in eodem contextu geſta ſunt ſuſpectus redditur. 696. 29
Teſtium dicta concordanda ſunt, non conciliandæ. 696. 30
Teſtibus nobilibus magis quàm ruſticis creditur. 697. (31
Teſtimonium de auditu alieno non valet. 697. 32
Teſtes noviter reperti poſt concluſionem cauſæ admittuntur. 375. 8
Teſtes magis veriſimilia deponentes magis verificant 148. 40. 68. 17. 18
Licet numero pauciores ſint. 68. 19
Teſtes majoris dignitatis & præeminentiæ in interdicto, Uti poßidetis, præferuntur. 68. 20. 21
Teſtibus non veriſimilia deponentibus non habetur fides. 94. 59
Teſtis non legitimè examinati, ſaltem præſumptionem facit. 145. 32.
Teſti alioquin non idoneo creditur, quando veroſimilia deponit. 148. 41
Teſtes integræ opinionis dicuntur, qui tales ſunt tempore depoſitionis & tempore juramenti. 210 78
Teſtium fides ſuppletur numero. 210. 79
Limita in gravibus cauſis. 210. 80
Teſtimonium de auditu in antiquis plenam fidem facit. 267. 23
Teſtis non plenè narrans factum nihil probat. 358. 23. & 696. 28

Teſtibus contrarijs vel ſingularibus fides nulla adhibenda. 691. 3. *Declaratur* 695. 25. 26

Teſtis ſimpliciter articulum verum dicens, probat omnia in iſto contenta. 693. 15

in Teſtamentis mens præferenda eſt verbis. 748. 27

Titulus etiam invalidus juſtam præſcribendi cauſam præbet. 21. 86

Titulus ſolus quando traditionem poſſeſſionis operetur. 25. 108

Titulus & bona fides ex lapſu temporis immemorialis lapſu probatur. 35. 144

Etiamſi non allegatur. ibid.

Etiamſi de ſcientia & patientia adverſarij non conſtet. ibid.

Et inducit præſumptionem juris & de jure. 46. 144

Titulus & bona fides ad conſuetudinem introducendam non requiritur. 51. 196

Titulus ex curſu longiſſimi temporis non præſumitur. 141. 12

Titulus liberatorius quando præſumatur. 141. 13. 14. 15. & 146. 34. & 150. 51

Titulus liberatorius eſt favorabilis. 151. 52

Titulus ex lapſu temporis immemorialis quatenus præſumatur. 289. 98. & 551. 12. & 560. 45

Titulus an præſumatur ex poſſeſſione, vel ex præſtatione diuturna. 552. 13. & 560. 46. & ſeqq.

Titulus in feudalibus ex ſolo curſu temporis præſumitur. 561. 58

Titulus invalidus confirmatur ex curſu longi temporis. 577. 23

Titulus ſolus quando dominium & poſſeſſionem transferat. 716. 46

Titulis pluribus ſe juvare non eſt prohibitum. 716. 47

Tituli prioritas præſumit priorem poſſeſſionem. 716. 48. & ſeqq.

Titulum onerosum priorem habens indiſtinctè præferendus eſt illi, qui titulum habet lucrativum poſteriorem, licet probetur traditionem illi prius factam. 718. 50

Tractatus non arguit conſummationem & concluſionem. 727. 80

Niſi præſumptivè. 727. 81

Traditio vel tranſlatio poſſeſſionis per Inſtrumentum non probatur. 281. 72

Niſi in antiquis. 281. 73

ſine Traditione nec dominium nec poſſeſſio transfertur. 505. 182

Tranſactionem facere an cogi quis poſſit. 447. 112

Tranſigi de re aliqua non poteſt ſine conſenſu ejus, qui jus in illa habet. 573. 2

Declaratur 579. 37

Tranſactio tertio non nocet. 574. 6

Tranſactio ſine ſtipulatione facta actionem non parit 575. 12

Declaratur 582. 47

Tranſactio qualiter ex curſu longiſſimi temporis ſolenniter acta præſumatur etiam in præjudicium tertij. 576. 16. 17

Tranſactio an admittat beneficium l. 2, C. de reſcind. vendit. 664. 16. & 673. 49

Tranſactio quomodo probetur. 692. 4

Tranſactio metu inita rata non eſt. 692. 6

Tranſactio eſt contractus innominatus. 693. 12

Tranſactio non admittit pœnitentiam. 699. 43

Tranſactio an non aliter rata ſit, quàm ſi Inſtrumentum ſuper illa ſit conſcriptum. 693. 14. 699. 44

Tranſactio quomodo aliquo hinc inde dato, retento vel promiſſo indiſtinctè rata ſit. 693. 16

Tranſactio ut retractetur, qualis metus requiratur. 697. 34

Tranſactio generaliter facta, generaliter intelligitur. 701. 51

Tranſactio generalis in dubio ad incogitata porrigitur. 701. 52

Tranſactio ſuper facto inita, quomodo extendatur. 702. 54

Tranſigere an liceat de crimine, per quod quis incidit in pœnam fractæ pacis. 703. 57

Tutor res pupilli donare non poteſt, niſi in cauſa remunerationis. 218. 106

V.

Vaſallo ſine hærede maſculo decedente, feudum domino aperitur. 9. 29

Et quidem ipſo jure. 9. 30

Vaſallus ad præſtanda ſervitia ratione feudi non tenetur, niſi hoc in inveſtitura expreſſum. 52. 198

Vaſallus ſervire non tenetur, ſi in inveſtitura ita expreſſum eſt. 52. 199. & 53. 205

Vaſallus habens feudum honorificum ad ſervitia non tenetur. 52. 202

Vaſallus habens feudum Francum, ſervire non tenetur. 52. 203

Vaſallus præſcribens libertatem contra dominum non tenetur ſervitia præſtare. 58. 227

Vaſallus quomodo immunitatem præſcribat adverſus dominum. 58. 228

Vaſallus mortuo domino, cogitur ſucceſſori ejus juramentum ſolenne præſtare. 122. 149

Vaſallus recuſans domino juramentum fidelitatis, feudo privatur. 126. 167

Vaſallus contra dominum famoſa actione agere nequit. 186. 72

Vaſallo à domino convento an convaſalli aſtare ſine periculo poſſint. 186. 75

Vaſallus Reus an de jure Saxonico cum domino poſſit Pares curiæ eligere. 194. 21. & ſeqq.

Vaſallus

Vaſallus à domino conventus ſecum ad judicium Procuratorem, niſi vaſallus & ipſe ſit, adducere non poteſt de jur. Sax. 203.58. & 202.52.54

Vaſallus ut nec alius in judicium citatus perſonaliter præciſè comparere tenetur. 203.55

Idem de jure Saxon. 303.56.57

Vaſallus quomodo jure Sax. à ſententia appellare debeat. 206.63

Vaſallus in cauſis feudalibus poteſt etiam ab interlocutoria appellare. 206.64

Vaſallus plures dominos habens & contra unum ſaltem delinquens propter delictum quomodo feudo privetur. 211.84

Vaſallus ob feloniam convictus an perdat etiam bona feudalia, quæ ipſe ex ſuis bonis allodialibus feudalia effici curavit. 211.85

Vaſallus domino ad privationem feudi ob delictum agente nec delictum privatione dignum probante, ſimpliciter abſolvitur. 212.86

Vaſallus conventus & Pares curiæ debent ejuſdem conditionis eſſe. 215.97

Vaſallus non privatur feudo niſi ex cauſa in conſuetudinibus feudorum expreſſa. 219.109

Vaſallus contra teſtamentum domini delinquens an feudo privetur. 215.109

Vaſallus ſe defendendo ſi dominum lædat, feudo non privatur. 252.3

Vaſallus in feudo habet tantum jus limitatum pro tempore vitæ ſuæ. 290.101

Vaſallus feudum ſuum tanquam rem feudalem alteri vendens, vel alio titulo oneroſo concedens quale jus conceſſiſſe intelligatur. 291.103

Vaſallo feudalem fundum vendente, quid tranſeat ad emptorem. 299.134 & ſeqq.

Vaſalli ſucceſſor poteſt rem feudalem venditam etiam precio non reſtituto vendere. 299 135. &c.

Vaſallus ſub pœna privationis feudi intra annum inveſtituram petere cogitur. 352.1

Nec moram purgare admittitur. 352.2

Vaſallus inveſtituram ſibi oblatam recipere nolens feudum amittit. 352.3. & 353.9

Nec ignorantia juris excuſatur. 352. 4. & 362. 35.36

Vaſallus propter non petitam inveſtituram feudum amittens, an à ſucceſſore domini poſſit feudo privari, etiamſi dominus de illa felonia nunquam ſit queſtus. 354 14 & 368.57.58

de Vaſallo diſpoſita obtinent etiam in domino. 357.21

Vaſallus qui propter quamcunq; juſtam cauſam non petit renovationem inveſtituræ, excuſatur à pœna privationis. 360.28

Vaſallus propter non petitam inveſtituram non aliter feudo privari poteſt, niſi ipſe dolo malo non petierit eam. 361.31

Vaſallus propter non petitam inveſtituram privatur feudo, non ipſo jure ſed per ſententiam. 367.51

Vaſallus ſaltem adhærens inimicis domini feudo privatur. 427.66

Vaſallus recognoſcens feudum ab alio quàm vero domino, ipſi civilem poſſeſſionem intervertit & ideò feudum perdit. 420.53

Vaſallus Epiſcopi, ne cum conſenſu Epiſcopi quidem poteſt feudum in Capitulum alienare. 506.185. & ſeq.

Vaſallus feudi conditionem deteriorem reddens quomodo puniatur. 642.22

Venditor ſpei deceptus ultra dimidium precij juſti habet remedium l. 2. C. de reſcind. vend. 325.239

Vendens alicui omnia blada, non debet deducere ſemina. 334.264

Vendens aliquam rem, in qua tantùm jus limitatum habet, alteri ſcienti qualitatem rei, intelligitur tantùm illud jus limitatum conceſſiſſe. 291. 106

Quod ampliatur duobus modis. 292.107

Venditor feudi non tenetur de evictione, etiamſi de ea caverit expreſſè. 299.137

Venditio rei eccleſiaſticæ non aliter probatur nec rata eſt, niſi in Inſtrumento ſuper illa confecto quantitas precij exprimatur. 475.46

Declaratur 520.243. & ſeqq.

Venditor rei ſciens Statutum conditum, ut res certo precio vendantur, ante publicationem hujus Statuti rem majori precio vendens, nec emptorem de hoc Statuto promulgando admonens, emptori etiam ultra dimidium juſti precij decepto ad id quod intereſt, tenetur, 755.4. *Ratio eſt.* 759.18

Verba, Habeant & Retineant, *æquipollent verbis* Dedit & Tradidit. 701.49

Verba, Æquè, Æqualiter, *in teſtatoris diſpoſitione poſita.* 741. 2. & nu. 6. & nu. 16. & ſeqq.

Verbum, Nempe, *& ejus vis.* 742. 4. & num. 13

Verbum, Uterq; 744.10. & n. 29

Verbum, Hewung/ *id eſt, perceptiones, quid importet.* 770.56. & nu. 58. & 65

Verba contractus dubia contra quem interpretanda. 770.59

Verbi æquivoci ſignificatio, ſi illud in præcedentibus in certa ſignificatione, in ſequentibus verò in incerta ponatur. 770.58

Verba & clauſulæ diſpoſitionum ſic intelligenda ſunt, ne ſibi invicem contradicant. 771.63

Verbum, Reddere, *quid denotet.* 285.83

Verba ſecundum ſubjectam materiam intelligenda ſunt. 307.170. & 334 263

Etiamſi impropriiſſimè accipienda ſint, 307.171

Etiamſi ſint prægnantia, univerſalia, geminata vel apta infinitatem comprehendere. 307. 172

Etiamſi materia aliàs ſtrictam interpretationem recipiat. 307.173

Verba cum temperamento juſtitiæ intelligenda, 308. 173

Verbum Hæres, *in inveſtitura poſitum quando ad extraneos hæredes extendatur.* 323. 231

Verbum Omnia *prolatum ab homine, prohibet omnẽ deductionem, quæ aliàs fieri potuiſſet.* 334. 264

Verba, Loben/Geloben/*quid deuotent.* 292. 110. 111

Verba præſentis temporis denotant quid ipſo jure fieri. 353. 10. & 367. 52

Verba futuri temporis, Perdat, Amittat, *an ipſo jure quid fieri importent.* 353. 11. & 367. 53

Verba futuri temporis geminata quid importent. 354. 12 & 368. 55

Verba legis ſi reſpiciant partem & non judicem, quid operentur. 354. 13. & 368. 56

Verbum, Redeat, *quid operetur.* 367. 54

Verba communia quomodo interpretanda. 368. 54

Verbum, Jedoch/*& verbum*, ander geſtalt nicht/ *quid operentur.* 387. 1

Verba, Von Röm. Keyſ. Macht/*quid operentur & de qua poteſtate intelligantur.* 407. 8. & 408. 15

Verba cum effectu intelligenda ſunt. 451. 1

Verbum ſimpliciter prolatum magis ad ſpeciem irrevocabilem adaptatur. 453. 9

Verbum, Hæres, *in inveſtitura quid notet.* 469. 19

Verbum, Quicunq;, Quódcunq;, *quid notet.* 469. 20

Verba quantumvis præciſa recipiunt limitationem. 488. 107. & 514. 221

Verba omnia cujusvis actus intelligenda ſunt ſecundum naturam materiæ ſubjectæ. 489 110. & ſeqq.

Verba potius ſupervacua creduntur quàm ut operentur contra naturam ſubjectæ materiæ. 491. 116. & 692. 46

Verba contractus quàm ſtrictè accipienda 496. 131

Verbum, Liberè, *quid denotet.* 508. 197. & 512. 215

Verba enunciativa incidenter prolata. 550. 6

Verba enunciativa probationem non faciunt. 574. 4

Verba, Gereden/Geloben/*quid importent.* 653. 7

Verba diſpoſitiva enunciativis in contractibus ſunt potiora. 672. 45

Verba in contractibus poſita ſecundum qualitatem contrahentium intelligenda. 679 70

Verba in contractibus poſita intelligi debent de caſu magis dubitabili. 681. 81

Verba, Wo auch/*quid importent.* 682. 84

Vox adverſativa, Verò, *quid operetur.* 684. 91. & 686. 103 (6. 9. & 43. 175

Verba ſecundum ſubjectam materiam intelligenda

Verba ita intelligenda ſunt, ut ſint ſine effectu operandi. 7. 20

Verba cujusq; contractus reputantur eſſe forma contractus. 18. 73

Verba inveſtituræ reputantur forma inveſtituræ ibid.

Verbis contractus nihil addi nihil detrahi poteſt. 614. 98. & 18. 73

Verborum efficacia potius quàm qualitas eſt inſpicienda. 20. 85

Verbis claris inhærendum. 43. 175. & 31. 131. & 616. 104

Verba Principis non tantùm adſertiva, ſed & narrativa probant, rem feudalem eſſe. 35. 143

Verba certa piùs quàm mens imaginaria & incerta attendenda. 43. 175

Verborum ſuperfluitas potiùs concedenda quàm abſurditas inducenda. 44. 175

Verba, Quietè & Pacificè, *æquiparantur verbo* Liberè, 53. 206

Verbum, Liberrimè, *omnimodam & pleniſſimam libertatem continet.* 53. 207

Verbum, Sicut, Als/ *omnimodam ſimilitudinem denotat.* 53. 208

Verba geminata quid operentur. 54. 210

Verba univerſalia plus operantur quàm generalia. 54. 211

Verbum, Quicquid, *eſt univerſale.* 54. 212 *Sic & verbum*, Omnibus & Quolibet. 55. 213. 214

Verba excluſiva excludunt reliquos caſus omnes præter expreſſos. 56. 217

Verbu, Geleidt/Wildbahn vnd Zoll/ *quid contineatur.* 72. 32

Verba Privilegiorum ad unguem ſequenda. 80. 1

Verbum, Si quis, *non comprehendit univerſitatem.* 81. 9. & 105. 86

Verbis omiſſum habetur pro omiſſo. 81. 13

Verba contractuum propriè intelligi debent. 84. 28

Verba, Ritterſchafft/Mannſchafft/*ſunt collectiva denotantia univerſitatem nobilium.* 88. 39. *Item* 105. 87

Verba, In perpetuum, & Quibuscunque, *ſunt univerſalia.* 97. 62

Verbis legis quatenus inhærendum. 156. 70

Verba Inſtrumenti ita intelligenda, ne ſibi contradicant. 198. 39

Verba, Indignationem noſtram non evitabit, *an feudi amiſſionem importent.* 216. 102

Verbum, Einſetzen/Supponere, *quid notet.* 272. 40

Verbum, Luere, *quid notet.* 272. 43

Verba contractuum ita accipienda ſunt, ut aliquid operentur. 337. 273. & 283. 76. 77. & 234. 81

Verba ſemper ad caſum dubium deducenda ſunt, ut aliquid operentur. 284. 78

Verba ſimpliciter prolata contra proferentem intelligenda. 731 93

Veroſimilis tantùm probatio & interpretatio an admittatur. 713. 27. 29

non Veroſimilia incredibilia creduntur. 713. 28

Veroſimilia quantum probent. 726. 78

Veroſimilitas eſt cognata naturæ. 91. 58

à Veroſimili quod remotum eſt, eſt imago falſitatis. 143. 39. & 94. 59
Veroſimilitas ſufficit ad reprobandum Inſtrumentum. 148. 39
Veroſimilia non dicens, non auditur. 148. 40. & 528. 292
Veroſimiliter diſponendum habetur pro diſpoſito. 592. 37
Veritas quomodo eruatur. 691. 1
Vicini Banniti ſecund. Conſt. Imp. læſis à Bannitis contra Bannitum auxilium præſtare coguntur. 646. 36. & ſeq.
Victalitij conſtitutio arguit poſſeſſorem. 710. 14
Vicarij juriſdictio ordinaria eſt. 129. 182
Vicarium Epiſcopus liberè revocare poteſt 130. 187
Villa alteri unita ad debita tàm realia quàm perſonalia, ad quæ prius obligata fuit, conveniri poteſt. 166. 22
Viro inutili nupta, eſt vidua. 451. 4
Univerſalis diſpoſitio comprehendit omnia, quæ includi poſſunt. 24. 102
Univerſalia verba plus operantur quàm generalia. 468. 16. & 54. 281
Unio, adjectio & ſeparatio præſidatus, territorij, juriſdictionis, meri & mixti Imperij, caſtrorum, civitatum & Regalium ad Imperatorem ſpectat. 74. 41
Univerſi & ſinguli differunt. 81. 7
Univerſitas perſonæ appellatione non continetur 81. 8
Univerſalis Omnis vox. 120. 140
Univerſalia verba quid operentur. 223. 229
Una eademq́; determinatio reſpiciens plura determinabilia, illa uno modo determinare debet. 742. 5
Declaratur 749. 33
Voluntas tàm facto & reipſa quàm verbis declarari poteſt. 20. 84
Voluntas facto declarata firmior eſt quàm verbis. 22. 91. item 110. 139
Voluntas contrahentium ex verbis colligitur. 31. 131
Voluntatis mutatio non præſumitur, niſi probetur. 33. 138
in Voluntate ſua perſeverare quiſq; in dubio præſumitur. 42. 170
Voluntati commiſſa non ſubjacent neceſſitati. 51. 201
Voluntas contrahentium nihil efficere poteſt in iis, quæ ſunt de forma contractus. 239. 45
Uſus & obſervantia declarat actum & diſpoſitionem aliquam. 56. 220
Uſufructuarius cauſam proprietatis deteriorem facere non poteſt. 641. 17. nec ro abuti. 642. 18. & n. 20. nec formam mutare. 642. 19
Uſufructuarius hæredes ejus non præſcribit proprietatem. 722. 67
Utile per inutile non vitiatur. 294. 116. & 519. 23. 7
Utilitas publica cuicunq; Privilegio præfertur. 185. 121
Uti poſſidetis, interdicto quis uti & obtinere poſſit. 63. 1. & 64. 6
in Uti poſſidetis interdicto qualis poſſeſſio ad obtinendum requiratur. 63. 5. & 718. 117
in Uti poſſidetis interdicto probatio nihil relevat, ubi de alterius antiquiore poſſeſſione conſtat. 65. 10
in Uti poſſidetis interdicto, ubi non conſtat de antiquiore poſſeſſione, obtinet is, qui probat titulum. 66. 12
Vel qui dominium probat. 67. 13
Vel is cui jus favet. 67. 14
Vel is cujus intentio magis rationi juris conſentanea. 67. 15
Vel is qui juſtiorem poſſeſſionem habet. 67. 16
in Uti poſſidetis interdicto teſtes majoris præeminentiæ præferuntur. 68. 20
in Uti poſſidetis interdicto præfertur is, qui per plures teſtes probat. 68. 22
Uxor domicilium, dignitatem & forum mariti ſequitur. 412. 252

FINIS.

Jenæ impreſſum

Cura & Sumptibus Henningi Groſii *Sen. Bibliopol. Lipſenſ.*

Typis Tobiæ Steinmanni.

Anno

M. DC. IX.

ANT 1319138

Digitized by Google

Digitized by Google

H 41.

Digitized by Google